BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 F
20

XI G.

Digitized by Google

Digitized by Google

AEGIDIANVM
PROPVGNACVLVM

INTER

D. THOMAM, ET SCOTVM

MAGISTRI

RAPHAELS BONHERBAE

AD PROBATISSIMVM VIRVM

IOSEPHVM
SCICOLONE

DICATVM

Digitized by Google

Digitized by Google

TOTIVS PHILOSOPHIAE NATVRALIS DISPVTATIONES

PER QVATVOR TRACTATVS
diſtributę, in quibus omnes Philoſophicę

INTER

S. THOMAM, ET SCOTVM

Controuerſiæ principales ita cum Doctrina

CARDINALIS AEGIDII

Illuſtrantur;

Vt nec Angelici poſſint Scotico iuditio non acquieſcere; nec ſubtiles Angelicam ſententiam non approbare: poſſint vero neutrales vtrorumque Magiſtrorum controuerſias facillimè ſubſtinere.

AVTHORE R. P. SACRAE THEOL. MAGISTRO
F. RAPHAELE BONHERBA A S. PHILIPPO
Ord. A Erem. S. Auguſtini, olim in Prouintia Siciliæ, atq; Melitæ Prouinciali.



Ex Conuentu Manliani in Sabinis S. Mariæ de Ilio

BIBL. REC. S. MAR. DE LIL. CONG. CLER. PASS. D.N.I.C. MANLEAN.

PANORMI, Typis BOSSII. M. DC. LXXI.

Imp. Cuzolinus G. & V. G. Imp. de Torre R. P.

Digitized by Google

Digitized by Google

Deuotiſſimo Viro,

Morumque omnium Probatiſſimo

IOSEPHO SCICOLONIO

IN INSIGNI ECCLESIA

S. MATHAEI

IN CASSARO

FÆLICISSIMÆ VRBIS PANORMI

Pro ſecunda vice Superiori primario.

NEC NON

In Theſauraria Ciuitatis eiuſdem Tabula Caſcierio fideliſſimo.

AVGVSTINVS BOSSIVS PANORMITANVS

P. F. P.

PHiloſophicum hoc Opus in octo libros de Phiſico auditu. de Cœlo, & Mundo. de Ortu, & Interitu. atque de Anima diſtributum; & à Reuer. admodum Patre Mag. Raphaele Bonherba à Sancto Philippo Ord. AEremit. Sancti Auguſtini olim ea arte compoſitum, vt cum fundamentali Doctrina Eminentiſſimi Cardinalis AEgidij Golumna Romani vtriuſque Doctoris Sancti Thomæ, & Scoti poſſit

cæle-

cælebris ſententia ſubſtineri : ad me tandem primum eius impreſſorem iterum redijt : ſed in triginta corpora ita defectuoſum, & mancum ; ſicque in primis folijs truncum; vt illud non amplius cognouerit Author, eſſe ſuum ; voluitque, vt ſicut deficientia folia eſſent per me imprimenda de nouo : ita nouum, & non alium, quam te Patronum totum Opus haberet. Ea præſertim de cauſa, quia cum de Phiſicis controuerſijs quadam die cum tuo Filio D. Franciſco diſſereret ; ita primo cum vidit in inceſſu, ſtatu, & in omnibus eius motibus benè compoſitum ; ſicque poſtea ad interrogata benè reſpondentem audiuit ; vt ſtatim pro tua ſingulari gloria dixerit. Satis eſſe IOSEPHO SCICOLONIO, filium habere FRANCISCVM. Et deinde cum ſentijt, te in Eccleſia cælebri Sancti Matthæi in Caſſaro Primarium pro ſecunda vice eſſe Superiorem ; contineri non potuit, quin magis, ac magis in te beneuolentiam exhiberet ; etenim ſi teſte D. Dioniſio Areopagita. *Omnium Diuinorum Diuiniſſimum eſt, cooperari Deo ad animarum ſalutem*. Summa cum lætitia, & ſingulari cum gloria te oportet, ire lætantem ; dum pro ſuffragijs mortuorum in Eccleſia tam inſigni quotidie te exhibeas cum tanta charitate fidelem. Poteſtque ad tui ſummum honorem adiungi, in Vrbis fæliciſſimæ Panormi Theſauraria Tabula te Caſcierium eſſe Miniſtrum, cuius miniſterij onus, & honor alteri non fidatur, quam inter probatos, & diligentiores Viro probatiſſimo, & fideliſſimo. Supereſſet tuorum Auorum, & Proauorum Encomia texere ; tuique fulgentiſſimi ſtegmatis

matis

Digitized by Google

matis præclara ſignificata perſcribere: Sed nec tanta poſſunt in hac breui cartula elogia ſtringi: nec ea id mihi permictit tua modeſtia prænarrare. Hoc tantummodo pro coronide dicam, quod hoc opus Bonherbæ omnibus proprijs viduatum fulgoribus, ſi ſupra tuorum altitudinem Montium conſtituatur; & in aliquo quantumuis paruo tui Mundi Angulo videatur, proculdubio a fulgentiſſimis, quibus sblendes Syderibus in gentilitio ſtegmate perlucentibus, candidatiſſimum omnem mutuabit fulgorem, & lumen non dedigneris ergo hoc Patris Bonherbæ Opuſculum per manus meas læto, & hilari fronte ſuſcipere, ſicuti læto corde donatur; & certo ſcias, quod ſi olim tēpore poterit vterque plura tibi offerre; nunqum deerit animus, tibi plura ſacrandi. Vale.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

*T*Ardè prodit in lucem (*Lector* Amice) *Phiſicaliū hoc* Opus *Secundum, quod poſt Primum* Methaphiſicalium *tam ſubito tibi premiſi; tanta dilationis cauſam non perquiras; dixiſſe, ſat erit, me ſatis inuitum extra meæ* Mentis *Vterum tenuiſſe hanc Prolem, quam tot doloribus genitam tibi tradere, ſatis antea voluiſſem*: Expectaui *diutius, ſi fortè latrantes contra primam, adhuc ipſam mordere tentarent; paratus ſemper ſucco Bonerbæ,* & Plagas *linire,* & *latrantium ora contundere; vt mox me feciſſe, videbis in principio huius, poſt diſcuſſionem* Philoſophici *obiecti; Nunc amplius non poſſum, expectatione torqueri; & his fæliciſſimis ſub Auſpicijs, in quibus ſuprami totius* Mundi *Monarchæ ſumma pace fruuntur; ecce do tibi inter* SANCTVM THOMAM, ET SCOTVM Pacificum Opus, *vt tandem ſemel Acierum, & Scholarum,* Doctorum, & Nationum *ſimul* Prælia *finiantur: ſed* Zoylum *audio, Quæ pax inter Doctores; tam mirè in omnibus diſcordantes?* Angelicus*, & ſubtilis in principijs non conueniunt, conſequenter in* Concluſionibus *toto marte differunt, & vnus ſemper negat, quod ſemper alter affirmat: Si ergo nulla conuentio inter* Angelicos*, & ſubtiles; quam pacem inter eos ſpirat* Proles *iſta* Bonherbæ? Audi *ó* Zoyle; *ad tuam interrogationem iam reſpondi in prima Epiſtola alterius Operis* Methaphiſicalium *diſputationum: nunc pro tua ſatisfactione maiori ſuperaddo, quod Corona Sacra* Hyſpaniarum Regis *nunquam in* Stegmate Lilia *tulit, ſicut Chriſtianiſſimi* Regis *Corona* Gallorum *nunquam* Auſtriaca *arma portauit; & tamen hiſce temporibus, (quæ* Regio *intercedente* Matrimonio *Beata dicuntur) & Gallus cantat* Hiſpanicè, & *Aquila grandis*

Digitized by Google

INDEX QVAESTIONVM OMNIVM PRIMI TOMI.

Q Veſtio I. Vtrū Logica ſit hominibus neceſſaria ab intrinſeco, quaſi à propria forma hominis, & eius natura dimanans. fac. 1
Q. II. Vtrum Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias acquirendas, ita vt nulla ſcientia ſine ipſa acquiri valeat. 7
Queſtio III. Vtrum Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias, ſecundum quod vtens, vel ſecundum quod docens eſt. 14
Q. IV. Vtrum Logica ſit primò addiſcēda. 17
Queſtio V. Vtrum Logica rectè diuidatur in Vtentem, & Docentem: 20
Quaſtio VI. Vtrum Logica Vtens, & Docens diſtinguantur realiter inter ſe. 23
Q. VII. Vtrum Logica docens ſit ſcientia. 31
Quaſtio VIII Vtrum Logica vtens, vt ſic, ſit ſcientia. 42
Queſtio IX Vtrum Logica ſit ars, & ſcientia ſimul. 45
Queſtio X Vtrum Logica, & quauis ſcientia ſit vna ſimplex qualitas, an compoſita ex pluribus qualitatibus. 49
Q. XI Vtrū Logica, & quelibet ſcientia vnitatē habeant, et diſtinctionē ex obiectis. 66
Q. XII. Vtrum ſcientia, que ex natura ſua ordinatur ad opus, ſit practica; que verò ad ſpeculationem ſpeculatiua. 90
Quaſtio XIII. Vtrum Practicum, et ſpeculatiuum ſint differentia eſſentiales diuidentes habitum. 98
Quaſtio XIV. Vtrum morales ſcientie ſint practice an ſpeculatiuæ. 101
Q. XV. Vtrum praxis ſit in intellectu. 108
Quaſtio XVI. Vtrum Logica ſit practica, an ſpeculatiua ſcientia. 112
Queſtio XVII. Vtrum ſecunda intentio ſit Logicæ obiectum. 118
Q. XVIII. Vtrum ſubiectum Logica, et cuiuſuis ſcientia, contineat omnes veritates ſcientia. 145
Q. XIX. An ens rationis ſit cognoſcibile à nobis, & quomodo. 146
Q. XX. Vtrum ſint intentiones logicales tam prima, quàm ſecunda. 161
Q. XXI. Quid ſit intētio prima, et ſecūda. 163
Quaſtio XXII. Quodnam ſit fundamentum primę & ſecundę intentionis. 180
Queſtio XXIII. Vtrum ſecunda intentio ſolùm ſit formaliter, dum actu cognoſcitur ab intellectu 189
Queſtio XXIV. Quę diuiſio ſit iſta intentionis in primam & ſecundam: vbi conſequēter diſputatur, an enti reali, & rationis detur aliquid commune. 198
Q. XXV. Vtrum prima, & ſecunda intentio denominent res ad extra immediatè. 204
Q. XXVI Vtrum ſecunda intentio fundetur ſuper primam, ita vt prędicetur de illa 206
Q. XXVII. Vtrum vna ſecunda intentio fundetur ſuper aliam ſecundam intentionem, ita vt prędicetur de illa. 211
Queſtio XXVIII. Vtrum ſecunda intentio prędicetur de re ad extra, ita vt hęc ſit vera, Homo eſt ſpecies, Homo eſt genus; & an vna ſecunda intentio prędicetur de fundamento alterius oppoſitę. 225
Q. XXIX. Vtrum in ſecundis intentionibus poſſit conſtitui prędicamentum. 227
Q. XXX. An ſint vniuerſalia. 230
Q. XXXI. Quid ſit vniuerſale. 237
Q. XXXII. Vtrum ante intellectus operationem natura ſit vniuerſalis. 239
Q. XXXIII Vtrum vniuerſalia per Dei potentiam poſſint fieri in rerum natura extra intellectum. 259
Q. XXXIV. Vtrum vniuerſalia ſint in intellectu, & per quam ipſius intellectus operationem fiant, & quomodo. 263
Q. XXXV. Quid eſt, quod correſpondet ex parte obiecti ſpeciei repręſentāti naturam vniuerſalem, & vtrum formale vniuerſalis ſit abſolutum, vel relatiuum. 278
Q. XXXVI. Vtrum natura habeat rationem vniuerſalis, quando ſpecies eius ſeruatur in memoria intellectiua, etiam ſine actuali conſideratione Intellectus. 286
Q. XXXVII. Vtrum hęc propoſitio ſit vera, Hęc natura eſt vniuerſalis, Hac natura eſt ſpecies, oſtendendo hominem. 288
Q. XXXVIII. Quodnam ſit obiectum huius partis Logica, prędicabile, an vniuerſale, & quonā modo diſtinguantur inter ſe. 291
Q. XXXIX. Quot ſint prędicabilia, ſeu vniuerſalia. ibid.

Digitized by Google

Quæſtio XL. Vtrum genus in communi dicat vnum materiale adæquatum, cui conueniat ſecunda generis intentio. 297
Q. XLI. Vtrum in definitione generis definiatur ſecunda intentio generis, ſic adeo vt conueniat illi definitio eſſentialiter, et quō. 301
Quæſtio XLII. Vtrum ſit rectè aſſignata definitio generis, & an ſit quidditatiua. 309
Quæſtio XLIII. Vtrum genus generaliſſimū, & ſubalternum ſpecie differant, & quodnam ſit perfectius. 317
Quæſtio XLV. Vtrum genus ſumatur à materia, & differentia à forma. 322
Quæſtio LXVI. Vtrum compoſitio metaphyſica ſit realis, an per opus intellectus. 332
Q. XLVII. Vtrum partes Metaphyſicæ, genus & differētia, prædicentur de ſpecie, ſecundū quod cōponunt ipsā, vel alio modo. 342
Quæſt. XLVIII. Vtrum genus per ſe prædicetur de differentijs, & an differentia ſuperior ſit genus reſpectu inferiorum. 344
Quæſt. XLIX. Vtrum genus cōſeruetur in vna ſpecie, & ſpecies in vno indiuiduo, & an generis poteſtas ſit qd reale, vel rationis. 347
Q. L. Vtrū animal ſit immediatum genus ad hominem, & cæteras ſpecies animalis. 356
Quæſt. LI. Vtrum natura generica in abſtracto prædicetur de natura ſpecifica in abſtracto, ita vt hæc ſit vera humanitas eſt animalitas. 359
Quæſtio LII. Vtrum definitiones ſpeciei ſint rectè aſſignatæ. 364
Quæſtio LIII. Vtrum ſpecies, vt ſpecies eſt, ſit vniuerſalis. 369
Q. LIV. Vtrū dentur indiuidua generica. 377
Quæſtio LV. Vtrū aliquis hō ſit ſpecies. 380
Quæſt. LVI. Vtrū definitio ſpeciei cōueniat naturis Angelicis ſuppoſito quod non poſſent plura indiuidua in eadem ſpecie eſſe. 384
Quæſtio LVII. Vtrum definitiones indiuidui ſint rectè aſſignatæ. 395
Quæſtio LVIII. Vtrum illa diuiſio differentiæ in communem, propriam, & propriiſſimam, ſit accipienda primo intentionaliter, vbi ſimul duæ diuiſiones ponuntur & explicantur cum ſuis definitionibus. 399
Q. LIX. Vtrū differentia, quæ cōis eſt propria, & propriiſſima, & cōmunis, dicat rationem vniuerſalis in ſuo conceptu eſſentiali, & idem eſt de omnibus differentijs. 405
Quæſt. LX. Quæ diuiſio ſit illa differentiæ in communem, propriam, & propriiſſimam. 408
Quæſtio LXI. An propria paſſio ſit differentia propria, & differentia indiuidualis communis. 414
Quæſtio LXII. Vtrū hæc definitio, differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quale eſſentiale, conueniat etiam differentijs vltimis. 417
Q. LXIII. Vtrum differentia ſit vniuerſalis per ordinem ad ſpeciem, quam conſtituit, an per ordinem ad indiuidua. 422
Q. LXIV. Vtrum differentia atoma, & ſubalterna ſpecie differant in ratione prædicabilis, ſeu vniuerſalis. 428
Quæſtio LXV. Vtrum differentia prædicetur per ſe de genere. 430
Q. LXVI. Vtrum differentia ſuperior eſſentialiter includatur in inferiori. 431
Quæſt. LXVII. Vtrum differentiæ ſpecificæ opponantur contrariæ. 434
Quæſtio LXVIII. Vtrū ſemper ſit differētia nobilior, et perfectior genere cōtracto ab ipſa. 434
Q. LXIX. Vtrum detur aliqua differentia vltima conuertibilis cum ſpecie. 437
Q. LXX. Vtrū omnia illa genera proprij à Porphyrio aſſignata pertineāt ad hoc prædicabile. 439
Quæſtio LXXI. Vtrum proprium quarto modo ſit vniuerſale reſpectu ſpeciei, an verò reſpectu indiuiduorum. 440
Q. LXXII. Vtrum definitiones, quas Ariſt. & Porphyrius aſſignant proprio quarto modo, ſint rectè traditæ. 443
Quæſtio LXXIII. Vtrū omne accidens habeat proprium ſubiectum. 448
Q. LXXIV. Vtrum exiſtentia ſit paſſio propria alicuius rei creatæ. 448
Q. LXXV. Vtrum propria paſſio realiter diſtinguatur à ſubiecto, cui cōuenit per ſe. 453
Q. LXXVI. Vtrum propria paſſio poſſit per diuinam potentiam ſeparari à ſubiecto. 451
Q. LXXVII. Vtrum definitio Accidentis quinti prædicabilis ſit rectè tradita. 453
Q. LXXVIII. Vtrum non ſolùm accidens, ſed etiam ſubſtantia, poſſit recipere denominationem huius prædicabilis. 462
Q. LXXIX. Vtrum accidens quintum prædicabile ſit eſſentialiter vniuerſale. 467
Q. LXXX. Vtrum accidens quintum prædicabile immediatius prædicetur de ſpeciebus, quàm de indiuiduis. 472
Q. LXXXI. Vtrum ſit neceſſe, vt illa plura, de quibus accidens prædicatur, ſint realiter diſtincta. 474

INDEX

RERVM NOTABILIVM.

ABSTRACTIO intellectus poſſibilis 2. & quid vtraque ſit.fol.269
Abſtractio nõ eſt ratio ſub qua ſcientia tendit in obiectum, vt eſt aliquid rationis.fol.86
Abſtractio ab omni materia obiecti Metaphyſicę diſtincta eſt ab abſtractione obiecti Logicæ. 86
Abſtractio ſeu immaterialitas totalis non eſt rõ ſub qua,ſed abſtractio formalis.87
Abſtractio ſimplex eſt duplex,præciſiua, & non præciſiua. 270
Actus Logicæ non ſunt formaliter diuerſi in ratione ſcibilis.61
Actus dicit̃ eſſe alicuius habitus.l.quia ab eo accipit eſſe,l.quia ab eo regulat̃.109
Actus practicus intellectiuæ potentiæ eſt ſpeculatiuus.111
Actus Logicæ docẽtis sũt ſpeculatiui.115
Actus intellectus plures poſſunt eſſe ſimul, quando habent aliquem ordinem inter ſe.ibid.
Accidentia in concreto, non ſunt propriè genera, aut ſpecies.222
Actualis vſus ſpeciei intelligibilis non ſequit̃ neceſſario ad rõnẽ vniuerſalis.288
Agens naturale non intendit per ſe primò conſeruationem indiuiduorum.352
Angeli omnes conueniunt in eadem ratione generica.328
Animalitas, & quælibet alia forma in abſtracto,poteſt accipi cum præciſione,& ſine illa.362
Animal eſt forma hominis logicè loquendo;materia tamen, ſi metaphyſicè conſideretur.340
Appetitus duplex,alius elicitus, alius naturalis.4
Ars eſt quædam recta ratio operum faciendorum.46
Artibus liberalibus non ita propriè cõuenit ratio artis,ſicut cæteris artibus. 46
Ars eſt duplex, liberalis, & mechanica, quarum ſpecies multæ ſunt, ibid.

B

BOnitas conſequentiæ non requirit, quod ſi antecedens eſt propoſitio per ſe, conſequens ſit etiam propoſitio per ſe. 347

C

COgnitio alicuius rei poteſt eſſe,l.per propriam. l. per alienam ſpeciem, 150
Cognoſci ſtat dupliciter,primò pro hoc, quod eſt ſpecificare cognitionem; ſecundò pro hoc,quod eſt eſſe cognitum formaliter. 197
Cognoſci ſecundo modo eſt relatio rationis,ibid.
Cognitum eſſe,& abſtractum eſſe,in ratione fundandi ſecundam intentionem nõ differunt ſpecie.276
Conceptus intellectus, etiamſi repræſentet ens rationis,eſt qualitas realis.141
Conditiones requiſitæ ad rationem obiecti adæquati alicuius ſciẽtiæ q̃ ſint. 126
Compoſitum 2. eſt, aliud compoſitum ex his,& aliud compoſitum huic.205
Compoſitio metaphyſica eſt fundamentaliter in rebus.336
Compoſitio eſt duplex, alia Phyſica, & alia Metaphyſica,ibid.
Comparatio habitualis, vel actualis eſt neceſſaria ad hoc,quod ſit formaliter vniuerſale.275
Corruptibile,& incorruptibile quot modis accipiatur.234

D

DEfinitio non eſt reducenda ad ſyllogiſmum, vt ad magis perfectum.134
Demonſtratio ex cauſis debet procedere, vel ex aliquo,quod ſe habet vt cauſa.34
Demonſtratio 2.directa, vel indirecta.92
Demonſtratio directa, & indirecta quid ſint,ibid.
Demonſtratio 2. non generaret ſcientiam ſi prima non eſſet, & quare hoc ſic ſe habeat.64
Denominatio realis,intrinſeca,vel extrinſeca prius venit ſingularibus. 282
Definitionis additatiuæ 5.cõditiones,312
Definitum habet eſſe aliquid in quantum ſpecies.313
Deus non induit rationem ſpeciei, quia eius attributa non cõſiderantur, vt perfectibilia ad inuicem.339

Digitized by Google

Deus quare non ſit ſpecies, fol. 368
Deus non poteſt producere aliquod accidens ſine ordine ad ſubiectum. 263
Differentiæ inter habitum practicum, & ſpeculatiuum quæ ſint, per totum. 94
Differentia inter denominationem illam, eſſe agens, aut eſſe viſum. 141
Differentiæ accidentium in abſtracto non ſunt abſolutæ à ſubiecto, cum ſit earum radix. 330
Differentia quæ ex forma prouenit induit diuerſitatem ſpeciei. 332
Diſcretum eſt quaſi forma continui. 87
Diſpoſitio triplex, & quæ ſit. 12
Dialectica docens, vel vtens, & quomodo differant. 21
Diſtinctio 2. realis, & rationis, realis etiã 2. alia formalis, alia tãquam res à re. 24
Diſtinctio rationis duplex, alia, quæ eſt paſſio entis rationis; alia, quæ eſt inter entia realia non diſtincta realiter. 324
Diuerſitas obiectorum ſecundum genus cauſat diſtinctionem potentiarum. 62
Diuerſa ratio obiecti Phyſicæ, Metaphyſicæ, & Mathematicæ, in quo conſiſtat. 86

E

ENs in corpore quomodo non dependeat ab ipſo corpore, fol. 74
Ens exiſtens in corpore non accipit eſſe ab illo, nec ſecundum definitionem ab illo pendet, ibid.
Ens rationis cognoſcitur per ſpeciem entis realis, licèt probabile ſit, quod habeat ſpeciem impreſſam. 153
Ens rationis eſt poſterius, & prius actione intellectus, ad quem ſequitur in diuerſo genere cauſæ. 193
Ens rationis non ſit ab intellectu ſicut dicit Suarez. 197
Ens rationis quid ſit fol. 204 per totum.
Ens eſt obiectum intellectus vniuerſaliter ſumptum 137
Ens vniuerſaliter quomodo præcedat intellectum, & ſequatur ipſum in diuerſo genere cauſæ ibid.
Eſſe viſum quid ſit formaliter, & fundamentaliter. 172
Error circa ſecundam concluſionem non contrariatur primæ. 25
Exiſtentia entis rationis non eſt cognoſcibilitas, ſed actu cognoſci. 193

F

FIlius eadem relatione refertur ad patrem, & matrem, 373
Finis ſcientiæ 2. intrinſecus, & extrinſecus, 93
Finis intrinſecus 2. proximus, & remotus, ibid.
Forma imperfecta eiuſdem ſpeciei nõ poteſt in eoſdem actus, in quos poteſt perfecta, niſi in formis ſimplicibus, 62
Formalis ratio ſcibilium ſumitur ſecũdũ principia, 82
Forma aliqua, licèt eſſet in pluribus ſubiectis, non eſſet vniuerſalis, 262
Fundamentum proximum cæcitatis eſt abſentia realis viſus, 185.
Fundamentum ſeu ſubiectum alicuius nõ requiritur quod ſit perfectius illo.
Fundamenta ſubiicibilis, & prædicabilis ſunt diuerſa, 203

G

GEnus eſt ſpecies media, quomodo ſit verum, 217
Genus formaliter prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, 305
Generis definitio qũo ſit intelligenda. 308
Generis definitiones multæ, 313
Genus definitur in quantum ſpecies, ibid.
Genus eſt vniuerſale, eſt prædicatio accidentalis, & eſſentialis, ſecundum diuerſas conſiderationes, ibid.
Genus, & eſt pars, & totum diuerſimodè conſideratum, 315
Genus ſubalternũ, & generaliſſimũ quid, (318
Genus Generaliſſimum habet eſſe duobus intentionibus, ibid.
Genus intermedium habet ſimiliter duas intentiones, 321
Genus ſumitur à forma etiam radicaliter, ſecundum quod dat eſſe imperfectum perfectibile per vlteriorem actum eiuſdem formę. 327
Genus eſſe extra eſſentiam differẽtiarum quomodo ſit, 341
Gradus exiſtentes in Petro ſunt idem realiter, & formaliter, ibid.
Genus, differentia, & ſpecies, ſe habent proportionabiliter ad materiam, formam, & totum, 343
Genus, & differentia componunt, ſecundũ quod ſunt quædam tota Logica, 344
Genus, & differentia poſſunt accipi cum præciſione, & ſine ea, 345

Genus

Digitized by Google

Genus proximum adæquatum ad aſinum, eſt iumentum,358.
Gradus intellectualis poteſt habere infinitas ſpecies angelicas, non poteſt tamẽ habere niſi vnam hominis,eod.

H

Habitus diſtinguuntur per actus,3
Habitus potẽtiæ operatiuæ dicit ordinem ad actum primò,& per ſe,43
Habitus fortitudinis,& Temperantiæ ſub eadem ratione obiecti voluntatis diſtinguuntur ſpecie,& quare,61
Habere eandem generationem, & corruptionem quomodo ſit,63
Habitus refertur eadem relatione ad oẽs demõſtrationes per quas acquiritur,64
Habitu deſtructo circa primam demõſtrationem deſtruitur tota,66
Habitus alicuius potentiæ differũt ſpecie ſecũdum differẽtiam eius, quod eſt per ſe ſubiectum,73
Habitus principiorum diſtinguũtur,& differunt ab habitibus ſcientiarum. 86
Habitus practicus ex natura ſua ordinatur ad opus,96
Homo immediatè ſignificat aliquid ratione diſtinctum à ſingularibus,331
Humanitas eſt animalitas,quẽm ſenſum faciat,363
Hoc animal poteſt accipi ſecundò demonſtratiuè,& quaſi vagè,367.

I

Intentio ſcientiæ non fit per aduentum nouæ entitatis,ſed per perfectiorẽ modum eſſendi præexiſtentis,63
Immaterialitas eſt ratio ſub qua intellectus fertur in obiectum,76
Immaterialitas quæ conuenit obiectis ex natura ſua eſt ratio,ſub qua obiecta terminant ſcientias,78
Intellectui accidit quòd ſit practicus, vel ſpeculatiuus,non verò ſcientiæ,100
Intellectus extenſione ad opus fit practicus,103
Intellectio eſt cã virtualis entis rõnis,159
Intẽtio formalis,& obiectiua qd ſint, 166
Intentio prima eſt,quæ habet eſſe, non vt fundatur in eſſe cognito,ad quod ſequitur poſſe terminare, & actu terminare eſt accidens reſpectu illius,178
Intentio in communi eſt prima intentio denominatiuè,& diuiditur eſſentialiter in primam & ſecundam.209
Intentio licèt non habeat ſubiectum inhæſionis,habet tamẽ denominationis, 213
Intentiones repugnantes inter ſe, & quæ adinuicem prædicantur,215
Indiuiduum vt quo,nõ opponitur vniuerſali vt quod,223
Intellectus duplex,agens & paſſibilis,& q̃ ſit cuiuslibet actio,explicatur,269
Intentio ſecunda generis,licèt ſit ſingulariter in eſſendo, eſt tamen eſſentialiter, & vt quo vniuerſalis,284
Intentio generis in concreto eſt formale definitum,de quo prædicatur definitio in 1.vel 2.modo dicendi per ſe,304
Id,quo homo eſt homo,& id, quo animal eſt animal,eſt vera,360
Indiuiduum poteſt poni ſub genere immediate,quomodo intelligatur,an depoſitione formali,an verò materiali,367

L

Logica nõ imprimitur nobis ab aliqua cauſa efficienti,ſed acquiritur per noſtros actus,7
Logica non dimanat à forma hominis tanquam propria paſſio.3
Logica lumine naturæ acquiri poteſt. 11
Logica vtens dupliciter accipitur. 24
Logica vtens actiuus habitus eſt.30
Logica vtens actiuè concurrit ad ſuos actus,44
Lumen intellectus agentis nõ eſt ratio ſub qua ſpecificatiua rationis, quæ in ſcientiis,78
Logica vt vtens docet facere aliquod opus ſpeculatiuum,& ideo eſt ars ſpeculatiua,116
Logica dirigit ſecundum ſe operationes intellectus ſpeculatiui,117
Logica docens,etſi agat de ſyllogiſmo,tamen eſt habitus ſpeculatiuus.eod.
Logica eſt ignobilior alia quauis ſcientia ſpeculatiua, nobilior tamen ſecundum quod practica,eod.
Logica dirigit operationes ĩtellectus per definitionẽ,diuiſionẽ,& argumẽtat.129
Logica dirigit effectiuè operationes rationis,128
Logica agit de definitione per ſe, quatenus eſt eſſentialiter modus ſciendi, 12
Logica vtens non cauſat effectiuè formã demõſtrationis,ſed diſponit & ordinat cõceptus,ex quorũ cognitione reſultat 142.

Meta-

M

Metaphyſicæ conuenit probare omniũ ſcientiarum prima principia,80
Muſica & Aſtrologia ad Mathematicas ſciẽs ſunt reducẽdæ potiùs q̃ ad Phyſicam,83
Materia artis non venit in vſum niſi ſub aliqua forma,128
Materiale alicuius intẽtionis eſt illud,qđ correſpondet cõceptui obiecto requiſito,vt fundetur talis ſecũda intẽtio.225
Modus adinueniendi genus & differentiã in ſubſtantiis immaterialibus,329.

N

Nil reale põt dari cõe ſyllogiſmo mentali,vocali,& ſcripto,rõne cuius pertineat ad eandem ſcientiam,132
Negatio dicit formaliter relationem nominis,183
Natura ad hoc,quod ſit realis,non requiritur,quod in communi conſiderata poſſit exiſtere,ſed ſingularizata,255
Natura licèt ſcđm ſe nõ dicat ſingularitatẽ,nõ tamẽ eſt ſecũdũ ſe vniuerſalis,256
Natura in ſpecie intelligibili dicitur vniuerſalis,non formaliter,ſed ratione fundamenti exiſtentis in virtute actionis intellectus,276
Natura vniuerſalis,quæ de inferiorib.prędicatur,aliquid reale eſt, licèt conditio prædicandi ſit aliquid rationis,285
Natura cognita à Petro & Paulo eſt diuerſa in ratione cogniti,286
Natura dicitur vniuerſalis & prædicabilis à duabus intentionib realiter diſtinctis qua rõne realiter pñt diſtingui,291.292
Nomina infinita,vt non homo, non ſunt p̃dicabilia propria,297.

O

Opera intellectus poſſunt ordinari per habitus,qui per quandam ſimilitudinem dicuntur artes,46
Operatio eſt duplex quædã dicitur factio ſeu actio tranſiens, quædam verò actio immanens; prima per artẽ mechanicã, ſecunda verò per artem liberalem, ibi.
Operationes cõpoſitæ i Metap.nõ ſũt ſub diuerſa abſtractione,quã ſimplices,61
Obiectum opinionis diſtinguitur ab obiecto. ſcientiæ,85.86
Obiectum ſcientiæ moralis eſt homo, pro vt eſt volũtariè agens propter finẽ.167
Operatio intellectus non dr̃ praxis, niſi quatenus ordinaẽ ad aliquod opus,110
Operationes intellectus non ſunt formaliter directæ per directionem 118
Obiectum efficit ſpecies quib. intellectus conſtitutus in actu primo ſe mouet ad cauſandas notitias,144
Obiectum ſcientiæ terminat illam,non tamen eſt neceſſe,quod cauſet ſpecies qua ſcientia producatur,ibid.
Obiectum denominatur intelligibile per potentiam,quam intellectus habet ad cognoſcendum illud,156
Obiectum ſcientiæ eſt aliquod reale,cõditio tamen obiecti eſt rationis,254

P

Practica ſcientia verſatur circa particularia modo compoſitiuo introducendo formam in materiam 92
Praxis eſt operatio directa ab habitu practico,111
Practicum & ſpeculatiuum ſufficienter diuidunt habitum,115
Principia quib.logica probat ſuas concluſiones non ſunt realia ſed rationis , 133
Proprietas ſecundæ intentionis eſt eſſe veri oſtenſiuam aliquo modo,136
Proprietates,quæ conueniunt reb.ſunt in duplici differentia, quædam enim conueniunt à parte rei, quædã verò vt ſunt in intellectu,175
Prima intẽtio eſſentialiter prædicatur de homine,&c.177
Priuatio poteſt multipliciter accipi,184
Priuatio tria requirit ad ſui rationem,ib.
Phantaſia eſt quædam ratio particularis, quæ res particulares cognoſcit & componit,ſicut intellectus vniuerſales , 189
Prima & ſecunda intentio per hæc nomina ſignificata poſſunt in abſtracto, & in concreto conſiderari,206
Prima intentio eſt ſecunda intentio , & è cõtra,in quo ſenſu ſint concedẽdæ, 210
Prima intentio refertur ad intellectum,ſecunda verò etiã ad aliũ terminum,ibid.
Proceſſus in infinitum concedendus eſt in entibus rationis,& quomodo hoc intelligatur,228
Priuatio,etſi reductiuè collocetur in prædicamento formæ,qua priuat, cõſtituit tamen peculiare prædicamentum, 229
Prædicatũ per ſe prius cõuenit vniuerſali q̃ ſingulari,accidẽtale verò è cõtra,235
Petrus & Paulus ſunt idem cum hoc conceptu communi concepto,155

Digitized by Google

Petrus & Paulus ſunt vnum formaliter, quomodo ſit intelligendum, 256
Prædicabile dupliciter accipitur ꝑ hoc q̄ eſt referri, & ꝑ hoc qđ eſt affirmari, 304
Pars realis dicẽs partẽ eſſentiæ totius nõ poteſt p̄dicari de toto, vt materia, 338
Potẽtialitas generis & eſt aliquid rõnis ꝑ formali, & eſt aliquid reale ex parte naturæ, 354
Potentialitas generis, licèt ad materiã cõ paretur, multũ tamen ab ea differt, 355
Propoſitio illa, quæ differunt definitione, differunt ſpecie, intelligitur, ſi vna definitio non includatur in alia, 363
Prædicabilitas præſupponitur ad ſubiicibilitatem, 376
Perſona incõmunicabilis eſt, modus tamẽ incõicabiliter exiſtẽdi põt ẽcõis, 382
Perſona, aliquis homo, &c. nõ ſunt ſpecies 383.

R

Ratio formalis ſub qua, cõſtituit obiectũ in eſſe ſpecifico vel generico, 78
Relatio propoſitionis non eſt cõpoſita, 61
Ratio ſub qua obiecti eſt id, quo potentia ſeu ſcientia ad obiectum terminatur, 77
Res ſũt diuiſæ, & definitæ fundamẽtaliter ꝑrimè ante actũ reflexũ intellectus, 141
Ratio entis reperitur in ente rationis, 203
Relatiua rationis quomodo ſint ſimul natura & cognitione, 276 277
Rationes quibus probatur ſufficientia prædicabilium, 294 295
Rationale eſt animal, in quo ſenſu ſit neceſſaria, 347

S

Sapientia cõſiderat ſubiectũ per cauſas altiſſimas, 65
Scientię reales magis naturales ſunt homini ſimpliciter quàm Logica, 5
Sciẽtiæ duæ ſunt partes, præambula, & habitus ſcientiæ, 12
Sciẽtia practica 4. requirit cõditiones, 91
Sciæ differũt penes principia formalia, 94
Scientiæ morales ſunt propter operationem ſpeculandam, 107.
Scientia cõſiderãs plura per ſe dẽt habere obiectũ, in quo illa plura cõueniant, 55
Syllogiſmus eſt fundamentaliter ante operationem reflexam intellectus, 139
Secunda intentio habet paſſiones de ipſa demonſtrabiles, 140
Spẽs 2. alia ipreſſa, alia expreſſa 150. & 270
Species expreſſa entis realis concurrit ad cognitionem entis rationis determinando impreſſam, 153
Species impreſſa entis rõnis producitur ab intellectu poſſibili informato ſpecie impreſſa, & expreſſa entis realis, ibid.
Species amplius repræſentant quàm obiecta, à quibus cauſantur, 156
Species ſunt ſimiles obiectis, ſiue formaliter, ſiue virtualiter, 157
Secundæ intentiones nequeunt in alio fundari, quam in ente rationis, 222
Secunda intentio fundatur in eſſe cognito, quod eſt relatio rationis, 188
Species eſt ſpecies, eſt propoſitio identica, & in alio ſenſu eſt accidentalis, 221
Scientia põt eſſe de ſingularib. corruptibilibus, quantum ad aliqua neceſſaria, 332
Scientiæ, & Prudentiæ habitus diſtinguũtur, 110
Scientia quomodo obiectũ vniuerſale reſpiciat ad ſi ſpecificationem, 257
Species metaphyſica cõponitur ex partib. realibus, licèt ſola rõne diſtinctis, 340
Species rerũ ſũt in 2. differẽtia, quędã corruptibiles, aliæ verò icorruptibiles, 351
Speciei potentialitas ſaluatur in vno indiuiduo, non autem generis, 352
Speciei definitiones explicantur, 366
Subiici pluribus prædicatis non eſt de ratione vniuerſalis, 371
Species in quantum ſpecies conſtituit 2. prædicabile, 374
Subiicibile eſt vniuerſale non ea ratione, quà eſt ſubiicibile, 375
Species eſt nomen æquiuocum, ibid.

V

Vniuerſale eſt incorruptibile ſecundũ ſe, quomodo ſit intelligendum, 235
Vniuerſali conuenit eſſe corruptibile ad corruptionem ſingularium, repugnat rñ eſſe corruptibile p ſe ſine ſingularib. ib.
Vniuerſale quot modis accipiatur, 258
Vniuerſalis natura dẽt eſſe partita in ſuis inferioribus, ibid.
Vniuerſalis ſingularia 4 poſſunt conſiderari, ib.
Vniuerſale 2. & ſecundũ rem, & rationem, & ſecundum rationem, 2 8. 259
Vniuerſalis propriè dicti conditiones, ibi.
Vniuerſalitas, & particularitas quomodo ſint entis realis paſſiones 255
Verbum, & ſpecies intelligibilis ſpecificãtur ab eſſentia obiecti, non tamẽ ab vniuerſalitate illius, 257 258
Vniuerſale in eſſe obiectiuo quid ſit. 271

Vniuerſale fieri per abſtractionem, quomodo ſit verum,272
Vniuerſale ad ſuam formalitatẽ requirit, vt eius ſecunda intẽtio cognoſcatur, & ab intellectu tribuatur materiali, 273
Vniuerſale qua ratione fiat ab intellectu oſtenditur,274
Vniuerſale eſt prædicabile, eſt propoſitio per ſe,293
Vniuerſale habet fundamentum diſtinctũ à fundamento prædicabilis, ibid.
Vnitas poteſt 2. conſiderari, intenſiuè, & extenſiuè, 231
Vnius formæ ſubſtãtialis vnus eſt effectus formalis primus,337
Vniuerſale magis, comparatur ad minus vniuerſale vt totum,& vt pars, 342.343

INDEX CONTROVERSIARVM.

A
Num illa,de quib. prædicatur Accidens,debeant eſſe realiter diſtincta,fol.74.col.2 b
Num Accidens quintum prædicabile ſit eſſentialiter vniuerſale,fol.467.col.2.b
Suppoſito quod ſub vna ſpecie Angelorũ non dãtur,nec dari poſſunt etiã per omnipotentiam Dei plura indiuidua, concedi ne poterit quemlibet Angelum eſſe veram ſpeciem prædicabilem de pluribus,387.a & 389
Num Accidens quintum prædicabile immediatius referatur ad ſpecies,an ad indiuidua,473.a
In quo conſiſtit adęquatio obiecti ad potentiam,vel ſcientiam,41.a
Num Animal ſit genus immediatũ ad hominem,leonem,& cæteras ſpecies, 356 a & deinceps.
Abſtractio à materia ſitne ratio formalis ſub qua,vel potius conditio ſine qua nõ obiecti ſciẽtifici,70.& 77.a & deinceps
Num implicet contradictionem dari multos Angelos ſub eadem ſpecie,387 b
Num Angelus Gabriel in doctrina S. Thomæ,ſit vera ſpecies logica,387 a
Num ſolum Accidens verum & ſubſtantia induere poſſit intentionem,& denominationem quinti prædicabilis, 462 b
Num quando Animal prædicatur de hoc, de illo,animalibus indiuiduis genericè dicendum ſit ſpecies vel genus,368 a
Num,Anima,&c.entia incompleta, communia multis,ſint propriè ſpecies,368.a
Nũ omne Accidens vocari poſſit propriũ reſpectu alicuius ſubiecti,448.a
Quomodo intelligendum commune aſſertum Philoſophorum,Abſtractionem eſſe rationem diſtinctiuam ſciẽtiarum. 78.b
Num omne Abſtractum à materia ſit ſecũda intentio,170 b
Num per frequentatos Actus Logicæ vetis generetur nouus habitus logicalis, vel prior genitus intendatur,29.b
C
In Compoſitis ex materia & forma genus deſumiturne ſaltem radicaliter à materia prima,325.a
Num Compoſitio metaphyſica ex genere & differentia ſit realis,334.a & 336.b
Quid correſpondet à parte rei Conceptibus ſpeciei vel generis exiſtentibus in intellectu,280.a & 283.a
Nũ ſolæ voces & Cõceptus mẽtis ſint vniuerſalia,vel potius etiã res ipſæ, 248.b
Num poſſit dari vnus Conceptus communis enti reali & rationis,200.a
Num Deus poſſit conſeruare Creaturam ſine relatione creationis.453.a
D
Num vltima Differentia ſit ſimplex,& cõuertibilis cum ſpecie.437.b
Diuiſio differentiæ in communẽ,propriã, & propriiſſimã qualis ſit,vniuoca,æquiuoca,vel analoga,408.a
Demonſtrationes logicæ ex quibus cauſis procedant,38.a
Quomodo & per quam Demonſtrationẽ generetur Logica in intellectu,11.b
Num Differentiæ ſubalterna, & ſpecialiſſima,differant ſpecie in ratione vniuerſalis,428.& 429.a
Quomodo ſit intelligenda celebris Diuiſio ſciẽtiarum ſpeculatiuarum in Metaphyſic.Math.& Phyſ.70 a & 74 a
Quomodo accipienda eſt Diuiſio differentiæ

Digitized by Google

tiæ in communem, propriã, & propriiſſimã, primò vel ſecundò intẽtionaliter, 399.b & 40 .& 404.a
Nũ ſuperior Differentia ſit de ratione, vel ĩcludatur eſsẽtialiter in inferiori, 431.a
num Definitio differentiæ, quæ datur p p̃dicari de plurib differentib. ſpecie, conueniat ẽt differẽtiæ ſpecialiſſimæ, 417.b
num inter extrema realia poſſit cadere Diſtinctio rationis, 314.a
num ratio, & formalitas cuiuslibet Differẽtiæ communis, propriæ, & propriiſſime ſit, eſſe vniuerſale, 406.b
Reſpectu quorum particularium Differentia dicitur vniuerſalis, 426.b
num aliqua poſſint eſſe Diſtincta ſpecie, & formaliter, & tñ eſſe idẽ realiter, 30.b
Differẽtia habeatne rationem vniuerſalis per ordinem ad ſpeciem, quam conſtituit? 422 b & 424.b
Diuiſibilitas in infinitũ q̃uo cõueniat quãto, poſitiuè, vel non repugnanter, 422.a
Differentia habetne ſaltẽ radicaliter rõnẽ vniuerſalis per ordinẽ ad ſpeciẽ? 426.a

E

Num Entia rationis conſtituere debeant proprium prædicamentum, 228.b
num in Entibus rationis poſſit dari proceſſus in infinitum, 218 a
nũ Ens rationis antequã actu cognoſcatur ab intellectu, habeat ſaltem ſuum eſſe eſſentiæ, 196.b
Q̃uo Entia rõnis ponãtur de nouo in natura, habeãtne veram cãm efficiẽtẽ, 194.b
num Ens rõnis ſit genus generaliſſimum in prædicamento entium rationis, 228 b
num Entia rationis conſequantur operationem intellectus diuini, 160.b
num Entia rationis poſſint conſtitui in eſſe actuali ſolùm per operationem volũtatis, 194.a
num Ens commune enti reali & rõnis importet vnum, vel duos conceptus proportionales, 200.b. 201.b
num Ens rationis poſſit exiſtere per realẽ exiſtentiam ſui fundamenti, 194.b
Eſſe cognitum ſuppoſito quod ſit ens rõnis eſt ne ſecunda intentio? 77.b
num Entia rationis cognoſci poſſint per ſpeciem propriam impreſſam, nedum expreſſam, 153.b
num dentur aliqua Entia rationis, 150.b
nũ ens rõnis, quod vocatur negatio & priuatio ſit prima, vel ſecũda intẽtio, 83.b
nũ Ens rationis, antequã actualiter cognoſcatur ab intellectu, hẽat aliquã exiſtentiam actualẽ, ſaltẽ incompletam, 194.a
Quomodo ponitur Ens obiectum intellectus, vt reale tãtùm, vel potiùs, vt includit & reale, & rationis, 40.b
num Eſſe viſum, eſſe volitum, eſſe cognitum ſit ens reale, 186.b
Suppoſito quod ſingula Entia rationis cognoſcãtur per ſpecies entis realis, ſintne ſingula æquè cognoſcibilia, 38.a
num Exiſtentia ſit propria paſſio alicuius creaturæ corruptibilis, 450.a
num formalis Exiſtentia entis rationis cõſiſtat in hoc, quod eſt actualiter cognoſci ab intellectu 192.b
num Exiſtentia ſit propria paſſio alicuius creaturæ incorruptibilis, 44.a 450.a
num detur aliqua ſcientia, quæ per ſe principaliter conſideret Entia rõnis, 145.a

F

Num Forma definitionis, diuiſionis &c. ſit ens rationis vel reale, 129.a
num implicet aliquid eodem inſtanti Fieri & factum eſſe, 64 b
nũ Frigiditas ſit propria paſſio aquę, 447.b
Verumne hẽat vniuerſim, quod docet Ariſtot. nempe in quemcũque actum poteſt vna Forma in eundem poſſe, & quamlibet aliam eiuſdem ſpeciei, 62.b

G

Genus definiri nepoſſit quidditatiue? 313.a
nũ Genus generaliſſimũ & ſubalternũ ſint eiuſdem ſpeciei eſſentialiter, & differãt tantũ accidentaliter & quomodo, 318.b
Id quod ſubſternitur intẽtioni Generis in communi, eſtne quid vnum, vel potiùs omnes naturæ genericæ, 299 b
num Genus ſaluari poſſit in vna tantũ ſpecie, 345.b
Quare Genus neceſſariò exigat plures ſpecies: ſpecies autem non item plura indiuidua, 351.a
num potentialitas Generis ſit aliquid reale, vel rationis, 353.a
Quomodo verificetur aſſertũ D.Th. Aliud Genus ſcibilium eſſe corpus naturale, aliud corpus math. 83.a
Cũ definitur Genus, q͂d eſt id, q͂ definitur, prima intentio vel ſecũda. 302.a & 306
Num hæc propoſitio ſit vera, Genus eſt ſpecies ſubalterna, 216.b

H

Num hæc propoſitio ſit vera, Humanitas

Digitized by Google

eſt animalitas,360.b
Deſtructo Habitu ſcientifico circa vnam conclusionem remanerene poſſit circa reliquas,66 b

I

Num ante Intellectus operationẽ aliquid ſit aptũ natũ ad eſſendũ in multis 249.b
Num ſecunda Intentio fundari queat ſup primam,ita vt de ea prædicetur, 209.a
Num ſola Indiuidua ſpeciei ponantur immediate ſub genere,367.b
Num ſecunda Intẽtio habeat paſſiones demonſtrabiles per principia &c.136.a
Secunda Intentio in concreto, vel vt fundatum in prima;ſit ne ens per ſe vel per accidens,42.b
Num definitio tradita à Porphyrio de Indiuiduo bona ſit,397.b
Num dentur Indiuidua generica, 377. & deinceps,præſertim,380.a
num prima Intentio obiectiuè importet reſpectũ rationis ad intellectum,175.b
num prima,& ſecunda Intẽtio formaliter ſint quædam relationes rationis, 178.a
num definitio,quæ communiter circũfertur de Indiuiduo per ſeptem proprietates indiuiduorũ, verificetur de indiuiduo 1.vel 2 intentionaliter,398.a
Vt aliquid dicatur prima Intentio vel ſecũda,requiratne vt ſit vniuerſale,167.b
num ſecunda Intentio ſit operatio intellectus,171.a
num prima Intentio & ſecunda ſint reſpectus rationis ad intellectum.169.a
num omnis ſecunda Intentio præſupponat primam,210.b
num Intẽtio ſit quoddam genus ad primã, & ſecundam intentionem,202.a & b
Quomodo 1.& 2.Intentio fundentur in rebus intra intellectum,vel extra,204.b
num prima Intentio ſit id,quod intelligitur,ſecunda intẽtio verò ſit actus intelligendi,166.a
num intellectus diuinus faciat vniuerſalitatem, quemadmodum intellectus noſter,261.b & 262.a
num prima Intentio ſit primus actus intelligendi, ſecunda intentio ſit ſecundus actus intelligendi,167.a
Cum Indiuiduum importet duos reſpectus,alterum ſubiicibilis ad ſpeciem,alterum prædicabilis de vno ſolo,quis eorum prior ſit altero 396 b
nũ Plato poſuerit Ideas ſeparatas eo modo quo ei imponitur ab Ariſt.240.a
num definitio,quam aliqui tradunt de Indiuiduo,Indiuiduum eſt quod repræſentatur ſingulari notitia,bona ſit,397.b
nũ definitio Indiuidui per præfatas ſeptẽ conditiones conueniat quibuſcunq; indiuiduis,tam ſubſtantialibus,quam accidentalibus,398.a
num prima Intentio fundari queat ſuper ſecundam,209.b
num vna ſecunda Intẽtio fundetur ſuper alia,& prædicetur de ea,215.a
num aliquis homo, & quoduis aliud Indiuiduum vagum,habeant rationem veræ ſpeciei,& ſignificet aliquid realiter cõmune multis,380.b
Num Indiuiduum denominetur ſubiicibile ſpeciei ab ipſa ſecunda intẽtione ſpeciei admodum,quo contentum denominatur à continente?97.a
Nũ definitio Indiuidui tradita à Porphyrio conueniat ſolis indiuiduis accidentalib. vel potius ẽt ſubſtãtialibus,397.b

L

Logica vtens,qua vtens eſt,ſit ne verè, & propriè ſcientia?43.a
Logica vtẽs habeatne ſe merè paſſiuè erga alias ſcientias,vel potiùs & actiuè producendo aliquem actum realem? 43.b
Suppoſito quod logica docẽs,& vtens ſint idem,nedum materialiter,verum & formaliter, verificabiturne de vna, quidquid affirmatur de altera? 28.b
Quomodo, & ſub qua ratione Logica ſit modus ſciendi,36 b.& 37.a
Num Logica vtens augeatur ex frequentatis demõſtrationib.Logicæ docẽtis. 31.a
Quomodo verificetur dictũ Ariſt. Logicã non habere determinatum ſubiectum, ſed vagari per omnia genera.37.a
Num Logica addiſcenda ſit ante omnes ſcientias reales,17.b
Quid ſit Logica docens,& vtens,20.b
Num Logica docens ſit verè & propriè ſcientia in omni rigore,34.a
Num Logica ſit prǽſtantiſſima ſcientiarũ. 36.b.& 34.b
Nũ Logica vocari poſſit habitus nõ ſpeculatiuus,vel practicus,ſed organicꝰ,114.b
Nũ logica agens de ente rationis poſſit dici nobilior qualibet ſcientia practica agente de ente reali,118.a
Quomodo Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias,vt vtens,vt docẽs,vel vt vtẽs, & docens ſimul.15

Num

Digitized by Google

Num Logica ſit ſimpliciter neceſſaria ad vſum cæterarum ſcientiarum,10.b
Nũ Logica ſit ſimpliciter neceſſaria ad acquiſitionem cæterarum ſciẽtiarum, 8.b
Num logica docens & vtens diſtinguãtur ſaltem formaliter,25.& 26 b
nũ logica ſit ſpeculatiua, vel practica,112.b
Num Logica ſit homini ſimpliciter naturalior cæteris ſcientiis,5.b
Num Logica docens & vtens ſint duo habitus realiter diſtincti,25.a.& 29.b

M

Num Mots,combuſtio , & exiſtentia, ſint vera accidentia,nec ne,459.a
Num ſcientiæ Morales ſint practicæ, vel ſpeculatiuæ,104.a
Num Metaphy.in ſua communitate accepta,ſit vna ſcientia ſpecialiſſima.79.a
Suſtineri ne poſſit ſcientias Morales nõ eſſe vel tantùm ſpeculatiuas, vel tantùm practicas;ſed vtrumque ſimul.103.b
In Mechanicis quænã Ars cenſenda nobilior,quæ habet nobiliorem materiã vel quæ formam nobiliorem?48.b

N

Nomen ſpeciei ſit ne vniuocum,vel æquiuocum ad ſpeciem in ratione vniuerſalis,in ratione ſubiicibilis, & prædicabilis,370.b.& 373.b
Num Negationes,priuationes, & ſimilia, ſint entia realia,ſaltem negatiuè, 144.a

O

Num Obiectum cuiuſque ſcientiæ continere debeat omnes veritates conſideratas in tali ſcientia,145.a
Nũ S. Th. ſenſerit operationes intellectus eſſe Obiectum Logicæ,132.b
Quõ intelligẽdũ,quod cõiter aſſeritur,ſub Obiecto ſcientiæ contineri debere quęcũque conſiderantur in ea ſciẽtia.127.a
Num ſecunda intentio ſit Obiectum Logicæ,119.a
Sit ne de ratione ſcientiæ practicæ,vt habeat Obiectum operabile,97.b
Num Obiectum veræ ſcientiæ debeat eſſe ens ſimpliciter,40.a

P

Num ſingulæ 4.acceptiones Proprii relatæ a Porphyrio, conſtituant eſſentialiter quartum prædicabile. 439
Suppoſito quod Phyſica habeat ſub ſe partes diuerſas ſpecie,erit ne in ſeipſa vna ſpecie atoma.81.a
Hec Propoſitio Homo eſt ſpecies ſit ne propoſitio neceſſaria,vel cõtingẽs,185.a
Num Practicum,& ſpeculatiuum ſint differentię eſſentiales ſcientiarum.99.a
Hæc propoſitio,Hic homo eſt ſpecies, vel vniuerſalis,ſit ne vera in rigore, 288.a
Num quælibet Propria paſſio ſit ſemper cum ſuo ſubiecto coniuncta.39.b
Num Partes Metaphyſicæ genus & differẽtia prędicẽtur de ſpecie,ſecũdũ quod componũt ipſam,vel alio modo. 342.b
Proprium habet ne rationem vniuerſalis per ordinem ad ſpeciem,vel ad indiuidua ſpeciei,441.b
Num Praxis ſit in intellectu. 109.a
Num propria paſſio diſtinguatur realiter à ſuo ſubiecto.451 a
Num definitio tradita à Porphyrio de Proprio, conueniat illi , vt ſit quartum prædicabile vniuerſale , vel potius vt quartum prædicatum.445.a & b
Num per Potentiam Dei propria paſſio ſeparari poſſit à ſuo ſubiecto.451.a
Num Proprietas indiuidualis ſit differentia communis,vel propria.417.a
Numerus quinq; Prædicabilium vnde ſumendus eſt,ex ordine ad primam ſubſtantiam, vel potius ex ordine ad inferiora in quibus ſunt.295.b
Num Propria paſſio ſpecie ſit differentia propria.414.b
Num eſſe coloratum ſit Propria paſſio corporum.447.a
Philoſophia habeat ne ſub ſe partes ſpeciē diuerſas?82.b & 87.b
Num Prædicabilitas de vno ſolo ſit paſſio indiuidui.397 b
Prædicabilia ſuntne tantùm quinque vel plura,385.b & ex profeſſo.294.b

Q

Num eadem ſimplex Qualitas produci queat per actus ſpecie differentes. 61.b
Num eadẽ nu. Qualitas iudicatiua extẽdi qat ad res diuerſas ſpẽ,vel genere,61.a
Num quantitas ſit propria paſſio corporum. 447.b

R

Inter extrema actu non exiſtentia intercedere ne poſſit vera Relatio realis?vbi ſu.
Ratio formalis ſub qua,ponitne aliquid in obiecto ſcientiæ,71.b
Relatio ſcientiæ ad ſuum obiectum eſtne realis,vel rationis,42.a
Num Ratio formalis ſub qua alicuius ſciẽtiæ latius patere poſſit,q̃ ipſa ſcia. 86.b
Quando Res ſunt in intellectu habitualiter,

termediis ſuis ſpeciebus intelligibilibus,poſſūt ne dici propriè vniuerſales, ſpecies,& genera.281.a

S

Suppoſito quod quælibet ſcientia ſit ſimplex qualitas in doctrina D.Th. quomodo verificabitur aſſertum eiuſdem ſcientiam augeri per additionem,58.a

Eſſentia cuiuſque Scientiæ ſit ne ſimplex qualitas, vel collectio ſpecierum ordinatarum,54 b

Num Species habeat rationem vniuerſalis formaliter, prout reſpicit genus ſuperius,369.a. & 370

num implicet contradictionem Speciem ſaluari in vno tantùm indiuiduo, 351.b

Quæ Scientia dicenda ſit practica, & quæ ſpeculatiua,91.a

Verè affirmari ne poſſit nullam Scientiam eſſe practicam,92.a

num Specieitas ſit ſpecies,221.a

In Specie quænam relatio ſit prior,ea per quam reſpicit genus, vel potius ea per quam reſpicit indiuidua,372.b

Ad docendum quæ Scientia plus confert Metaphyſica,vel Logica,2.a

In Schola S.Tho.ſuſtineri ne poteſt eſſentiam Scientiæ eſſe qualitatem compoſitam ex multis habitibus,64

Nū Sapiētia ſit vna ſimplex qualitas, 64.b

Num omnis Scientia ſit ſubalternans, vel ſubalternata,38.b

Concedi ne poteſt in aliquo ſenſu,ſpecies rerum ſcibilium, eſſe ipſam Sciētiam & quomodo,57.b

Num Species eadem numero relatione referatur ad genera ſuperiora,& ad inferiora indiuidua,373.a

Num Species,quæ ſubiicibilis eſt, habeat rōnē vniuerſalis ſaltē radicaliter.375.a

Species impreſſa quō ſimilis eſt rei repræſētatæ formaliter,vel virtualiter.157.a

Quomodo intelligenda eſt diuiſio,quæ cōmuniter circumfertur de Sciētia,in ſpeculatiuam,& practicam,92 b

Nū Sciētiæ infundātur intellectui neceſſariò ab aliqua intelligētia ſuperiori,7.b

Num de ſingularibus poſſit eſſe Scientia per ſe primò,38.b

Num definitiones,quas tradit Porphy.de Specie ſint duę,vel tres,367.a

Num Scientiæ conſequantur intellectum, vt propria paſſio ſuum obiectum,3.a

Diuiſio Scientię in ſpeculatiuā,& practicā,qualis ſit vniuoca,vel analoga, 92. b

Num quęlibet Scientia ſpeculatiua ſit nobilior quacumque practica,117.b

Num Species conſtituat ſuum prædicabile, qua ſubiicibilis eſt, vel potiùs qua vniuerſalis & prædicabilis,374.a

Num de ſingularibus poſſit eſſe Scientia per ſe,232.a

Quō intelligitur aſſertū Ariſt. Qd nō eſt, nō ſcitur,Sciētiæ nō ſunt niſi entiū.40.a

Num Scientiæ ſint de propoſitionibus,vel de rebus,39.a

Scientia,quam habent Angeli de rebus eſt ne ſimplex qualitas realiter diſtincta à ſpeciebus intelligibilibus earum,57.b

Num Species, quæ ſubiicibilis eſt,ſit vniuerſalis,ſaltem ſecundariò,374.b

V

Formalitas Vniuerſalis eſtne quid abſolutū reale,vel potius quid reſpectiuū rōnis,278.a & 281.a & 282

Per cuius intellectus operationē fiat vniuerſale,paſſibilis vel agētis,167.b & 271 a

Num per diuinam potentiam dari poſſit aliquod Vniuerſale in rerum natura exiſtens in ſua vniuerſalitate?261.a

Num Vniuerſalitas, & prædicabilitas ſint idem, vel diſtinguantur,290 b

Vniuerſalia abſolute & ſimpliciter vbi dicēda ſūt eſſe,i reb. vel i intellectu,252.b

Vnde ſumatur Vnitas ſpecifica ſcientiarū, 70 a

Vt aliquid ſit Vniuerſale , requiritur ne quod actu intelligatur, & cōparetur ad ſua inferiora,267 b.& 272.b

Num Vniuerſalia ſint incorruptibilia poſitiuè,vel potiùs negatiuè dūtaxat,235.b

Num Vniuerſalitas ſit genus ad intentiones,quinque prædicabilium,220.a

Cum Vniuerſalia abſtrahuntur a particularibus,quid cognoſcatur prius vniuerſale,vel particulare,154 b

Num ſit poſſibile dari aliquod Vniuerſale ſeparatum exiſtens in natura extra intellectum,248 a

Num dentur Vniuerſalia in rerum natura, 231 a

Quid ſit Vniuerſale,237.& deinceps. a

Num Vniuerſalitas ſit proprietas ſpeciei. 372 b

FINIS.

ACVTISSIMÆ QVAESTIONES

FRATRIS IOANNIS BANCHERE, [redacted] Ordinis Æremitarum, Artium ac Sacrę Theologiæ Profeſſoris, in vniuerſam Ariſtotelis Logicam.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Logica ſit hominibus neceſſaria, ab intrinſeco, quaſi à propria forma hominis, & eius natura dimanans?

1. Argum. VT videtur, quòd nõ. Primò, hæc propoſitio: Homo eſt logicus, nullam includit neceſſitatem: ergo logica non eſt hominibus neceſſaria modo dicto: Probatur antecedens; nam non eſt nec in primo modo dicendi per ſe, nec in ſecundo: in aliis namque modis dicendi per ſe eſſe non poteſt: ergo &c Quòd non ſit in primo probatur; quia non eſt genus, nec differentia hominis, nec eius definitio, nec aliud prædicatum ſuperius. Quòd non ſit in ſecundo patet; quia non eſt propria paſſio hominis. Conſequentia illa prima probatur; quia omne illud, quod eſt homini naturale, & neceſſarium ab intrinſeco, debet eſſe neceſſarium, vt eſſentia, vel vt paſſio eſſentiæ, & ita conſtituet propoſitionem in aliquo modo dicendi per ſe.

2. Argum. Secundò, Quod eſt homini neceſſariũ à principiis intrinſecis dimanans, cõuenit omnibus habentibus talem naturam, vt patet in intellectu, & voluntate, quæ omnib. hominibus conueniunt, quia ab intrinſeco, & ratione naturæ conueniũt; ſed logica non conuenit omnib. hominibus; ergo non eſt neceſſaria ab intrinſeco.

Tertiò, Si Logica eſt homini neceſſaria, hæc propoſitio erit vera &c: Logica eſt homini neceſſaria; ſed eſt falſa; ergo &c. Probatur min. Logica eſt homini neceſſaria; ergo vel hæc Logica, vel hęc, & ſic de ſingulis: ſed nulla Logica in particulari eſt homini neceſſaria, vt de ſe patet; ergo &c. Probatur cõſequentia; nam in bona conſequentia, ſi conſequens eſt falſum, antecedens debet eſſe falſum. 3. Argum.

Quartò, Omnes operationes liberę, & omnes actiones, vt intelligere, comedere, procedunt à principiis intrinſecis, & tamen non dicuntur neceſſarię hominibus, quia hæc propoſitio eſt contingẽs: Homo intelligit; ergo nec Logica dicenda eſt neceſſaria, quamuis conueniret homini ab intrinſeco. 4. Argum.

Quinto, illud, quod eſt homini neceſſarium ab intrinſeco, prius conuenit ſpeciei, & poſtmodum conuenit indiuiduis: eſſe enim riſibile prius conuenit homini, & poſtmodum conuenit Petro: ſed eſſe logicum è diuerſo prius cõuenit 5. Argum.

uenit Petro, & ratione illius conuenit homini: quia enim Petrus eſt logicus, homo eſt logicus; ergo logica non dimanat à principio intrinſeco ſpecifico.

6. argum. Sextò, Nullus habitus, pręter habitum primorum principiorum eſt homini naturalis ab intrinſeco: ſed logica eſt habitus, & non primorum principiorum; ergo, &c. Maior patet ex conſenſu omniũ; minor probatur; quia logica verſatur circa concluſiones demõſtrabiles; ergo nõ eſt habitus principiorum: conſequentia probatur; quia prima principia ſunt indemonſtrabilia.

Preambula ad quæſtionis deciſionem.

Logica bifariam ſumitur. NOmen, logica, bifariam ſumi contingit: vno modo largè, qua ratione ſe extendit ad omnem ſcientiam, quę circa ſermonem verſatur; nã logos Græcè, ſermo dicitur Latinè: & hac ratione conſiderando logicam, ſub ſe comprehẽdit Grammaticam, Rhetoricam, Poeſin, & Dialecticam. Accipitur etiam ſtrictiori modo, ſecundum quòd ſe extendit ad illam partem ſolùm ſcientiæ ſermocinalis, cuius finis eſt verum à falſo diſcernere, præbendo modum, quo huiuſmodi diſcretio fiat: & in hac ſignificatione frequenter logici antiqui, & graues, cuiuſmodi ſunt Boetius, Alexander, & D. Thomas, & moderni omnes vſurpant logicę vocabulũ. *Boetius. Alex. D. Thom.* Dialectica ſimiliter, & latius, atque magis contractè accipi ſolet apud probatiſſimos viros.

Latiùs quidem, dum pro ſcientia, quæ conſiderat de ſermone accipitur; & ita idem eſt cum logica, largè loquendo. Et in hoc ſenſu vocabulum differere accipitur apud Platonem in Priori Alcibiade ſic dicentem: Differere, & ſermone vti nonne idem vocas? Vbi Dialectica idem eſt, quòd ſcientia ſermocinalis, ſeu de ſermonibus tractans. *Plato.* *Ariſt.* Ariſt. 4. Met. c. 4. eodem modo vtitur verbo differendi; vnde Dialogus nihil eſt aliud, quàm ſermonis cum altero collatio.

Cicero. Accipitur Dialectica ſecundo modo magis contractè, prout de rebus probabiliter diſputat; quæ acceptio reperitur apud Cicero. lib. 3. de natura Deorum, dum ait: Opto redargui me, Balbe, & ea, quę diſputaui, differere malui, quam iudicare. Et hæc ſignificatio frequentiſſima eſt apud Ariſt. Platonem, & Ciceronem, cæteroſque Philoſophos. *Ariſt. Plato. Cicero.*

Tertio modo accipitur pro hoc, quod eſt incognitum aliquod ex his, quæ dicta ſunt, oratione patefacere, ſiue id fiat probabiliter, ſiue neceſſariò, ſiue oratione mentali, ſiue vocali, ſiue ſcripta. Qua in ſignificatione vſurpatur apud Cicer. lib. 1. Academi. quæſtionum, cum de quibuſdam imperitis ſic ait: *Cicero.* Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem differendi eſſe putant. Ita accipi conſueuit Dialecticæ, & logicæ nomen, & 1. Poſte. adducemus D. Tho. ita accipientem. *D. Thom.* Nos in præſentia Logicam, & Dialecticam pro eodem accipiẽtes ad illam partem ſcientiæ ſermocinalis accommodamus, in qua verum à falſo diſcernere docemur, & de illa inquirimus, An ſit ab intrinſeco neceſſaria.

2. Notãdũ. Neceſſariũ 4. Secundò notãdum, quonam modo vocabulum neceſſarium accipiatur à nobis; de quo videatur Ariſto. 5. Metaphyſicæ textu 6. Et cum quadruplex ſit cauſæ genus, finalis, formalis, materialis, & efficientis, quadrupliciter etiam accipi contingit neceſſarium. Nam aliquid eſt, neceſſarium ratione cauſæ finalis; quo modo cibum ſumere, naturaliter dicitur neceſſarium ad vitæ conſeruationem, nã hic finis, qui eſt viuere, ſine cibo conſeruari nequit. Et in genere cauſæ materialis aliquid dicitur neceſſarium quo modo dicimus neceſſarium eſſe, compoſitũ ex contrariis eſſe corruptibile ratione materiæ. In genere etiam cauſæ formalis aliquid neceſſarium dicitur, quia ad formam conſequitur; quo modo dicitur neceſſarium eſſe, hominem eſſe riſibilẽ, quia riſibilitas promanat ab hominis forma. Vltimò ratione cauſæ efficientis: & hoc modo neceſſarium dicitur, ſagittam ſurſum proiectam aſcendere ratione cauſæ efficientis illi violentiam imprimentis; in hoc dubio accipimus neceſsarium ratione formæ.

Neceſſariũ ab intrinſeco 2. Tertiò notandum ex D. Thom. in 4. diſtinctione. 26. qu. 1. art. 1. aliquid dici neceſſarium ab intrinſeco dupliciter. Vno modo, quia conſequitur principia intrinſeca

trinſeca rei, vt modo dicebamus ex Ariſtotele. Alio modo dicitur aliquid neceſſarium, quia res ad illud ex ſua natura inclinatur licèt non ſemper illi conueniat: ſicut deſcenſus lapidis cenſetur naturalis, quia lapis ad illum ex ſua natura propendet ratione formæ lapidis, & grauitatis. Et nota ex eodem D. Tho. ibidem, quòd alio modo dicitur aliquid naturale, ſeu neceſſarium, ad quod natura inclinat, ſed mediante libero arbitrio completur, & ponitur in eſſe; ſicut actus virtutum dicuntur naturales homini, nõ propterea quòd homini ſemper conueniãt, vel ab eius forma tãquã propriæ paſſiones dimanent: ſed quia ad illos ex ſua propria forma, ſcilicet, ex anima rationali inclinâtur, ſed quia ponuntur in eſſe mediante libero abitrio & voluntate noſtra, non omnibus cõuenit viuere ſecundum virtutẽ, etiamſi ſit naturale modo iam dicto.

Quæſtionis deciſio.

1. Concluſ. Quõ logica nõ cõſequatur hois naturam.

PRima concluſio. Logica, & quælibet alia ſcientia, non eſt homini neceſſaria ab intrinſeco, ratione propriæ formæ, ſic adeò, vt conſequatur ad hominis naturam ad modum propriæ paſſionis, ſicut intellectus profluit ab hominis eſſentia. Hæc concluſio ponitur contra Platonem, qui, vt aſſerit Ariſt. in primo poſteriorum, exiſtimabat ſcientias nobis eſſe inditas naturaliter; ſed propter coniunctionem animæ ad corpus non poterat exire in actum ſcientificum anima, Quamobrẽ magiſter nihil aliud efficiebat docendo, quam tollere impedimenta, vt ſcientiæ, quæ latebant in anima, prodirent in actus ſuos. Et ſic dicebat Plato ſcire noſtrum nihil aliud eſſe, quàm quoddam reminiſci.

Sed probatur noſtra concluſio, primò argumentis factis in principio quæſtionis. Secũdò, id, quod iſto modo eſt naturale, & neceſſarium, inuenitur in omnibus hominib. ſecundum quemlibet eorum ſtatum, cum naturam ipſam conſequatur inſeparabiliter: ſed Logica, & quælibet alia ſcientia, non ſic reperitur; ergo &c. Probatur minor; nam aliàs nulla eſſet difficultas in addiſcendis ſcientiis, ſi nobis à natura competerẽt, quod pugnat cũ aperta experientia, ergo &c.

Tertiò, ſi ſcientiæ iſto modo eſſent neceſſariæ, ſequeretur, quòd vnus homo non eſſet alio ſapientior; hoc autem eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela; nam paſſiones cõſequuntur naturã ad modum ipſius naturæ: ſed natura in omnibus non ſuſcipit magis, aut minus: ergo nec ſcientiæ ipſæ ſuſciperent magis, aut minus, nec augerentur, aut diminuerentur. Vide D. Tho. 1. p. q. 84. art. 3.

2. Concluſ. contra Auicennam.

Secunda concluſio. Logica non dicitur homini neceſſaria ratione alicuius cauſæ agẽtis, quæ neceſſariò nobis imprimat ſcientias. Hæc concluſio eſt cõtra aliquos Philoſophos, & contra Auicennam qui dicebant, ab intelligentiis, & Angelis nobis ſciẽtias imprimi, quẽ admodum ſigillum ceræ imprimitur.

Probatur hæc concluſio: nam ſcientiæ acquiruntur noſtris actibus: ergo non imprimuntur ab intelligentiis. Antecedẽs probatur, quia eodem actu, quo habitus augetur, producitur: ſed noſtri actus ſcientifici augent ſcientiam; ergo & cauſant illã: & hac ratione ſolet probari habitus principiorum non cauſari à noſtris actibus, quia eiſdem non augetur. Sed illa conſequentia probatur: nã actus noſtri, cum ſint vitales, ſunt à nobis, & non ab intelligentiis: ergo intelligentiæ non imprimunt nobis actus producentes ſcientiam, & conſequenter nec ſcientiam.

3. Concluſ. Rõne inclinationis Logica dicitur homini neceſſaria.

Tertia concluſio. Logica eſt homini neceſſaria ab intrinſeco ratione inclinationis: quia homo naturaliter inclinatur ad illam. Probatur concluſio: nam ſecundum D. Tho. 1. 2. q. 71. art 2. & in locis ſuprà adductis, viuere ſecundũ virtutem dicitur homini naturale: quia homo ad illud inclinatur ex ſua natura, & forma, quæ rationalis eſt; ſed etiam inclinatur homo ad habendam Logicã ex natura ſua: ergo eſt naturalis, & neceſſaria ratione inclinationis. Minor probatur: nam ſicut viuere ſecundum rationẽ dicitur homini naturale, & neceſſariũ ratione inclinationis, eò quòd habet maximam proportionem cum hominis natura: ita Logica maximam proportio-

Digitized by Google

nem habet cum eadem natura hominis, quatenus eius diſcurſum perficit, vt ſit ſine errore; ergo dicitur neceſſaria, & naturalis, ſicut virtutes ipſæ.

Not. 2.

Pręterea, motus lapidis deorſum dicitur illi neceſſarius, & naturalis, quia ad illum ex ſua natura inclinatur: ſed ſimiliter homo inclinatur ad logicam appetitu naturali; ergo eſt illi naturalis, & neceſſaria ratione inclinationis. Minor probatur: quia vnumquodque inclinatur naturaliter in illud, quod eſt proprius actus eius, ſicut materia inclinatur ad formam, quia eſt eius actus; ſed logica eſt actus proprius intellectus perficiens ipſum; ergo.

Secundò probatur eadẽ minor: nam quælibet res inclinatur naturaliter in illud, quod perficit proprios actus eius; ſed logica eſt maxima perfectio actuũ propriorum hominis; ergo naturaliter inclinatur ad illam, atque adeò eſt neceſſaria ratione inclinationis. Probatur iſta minor: quia propterea vocatur ſciẽtia rationalis, quia hominis diſcurſum perficit, & rationem.

4. Conclu. Homo inclinatur ad logicam appetitu naturali, & elicito.

Quarta conclu. Homo inclinatur ad habendam logicam naturaliter appetitu naturali non elicito, & etiam appetitu naturali elicito. Pro intelligentia huius quæſtionis nota ex D. Th. 1. p. q. 80 art. 1. & 2. & q. 6. de malo ar. 1. duplicem eſſe appetitum; alterũ naturalem ſeu innatum, alterum elicitum.

Appetitus naturalis quid ſit.

Appetitus naturalis eſt inclinatio ab authore naturæ indita, qua vnaquęq. res abſque vlla prævia cognitione ſua, in bonũ propenſa eſt: huiuſmodi eſt appetitus terrę ad locũ infimũ, materiæ ad formã, oĩum potentiarum ad propria obiecta: qui quidem appetitus non diſtinguitur realiter à re, cuius eſt appetitus: ſed eſt ipſa res propẽſa in ſuã perfectionẽ, nã aliàs eſſet in infinitum proceſſio, vt facilè poteſt deduci.

Appetitus elicitus qd ſit in communi.

Appetitus elicitus triplex.

Appetitus elicitus eſt actus appetẽdi, quo res cognitionis particeps, prævia aliqua cognitione ſua, fertur in bonũ verũ, vel apparens: qui quidẽ appetitus, aut oĩno liber eſt, aut omnino neceſſarius, aut partim liber, & partim neceſſarius. Omnino liber eſt, qui, quo ad exercitium, & ſpecificationem actus, eſt liber. Dicitur liber quo ad ſpecificationem actus, quando ita rem cognitam appetimus, vt oppoſitum poſſimus velle. Dicitẽ verò liber quo ad exercitium, quãdo ita elicitur actus, vt poſſimus non elicere. Omnino neceſſarius appetitus eſt, qui, quo ad exercitium, & ſpecificationẽ, neceſſarius eſt, vt amor Dei, in patria; partim vero liber ille eſt, qui quoad exercitium liber eſt, quo ad ſpecificationem neceſſarius, cuiuſmodi eſt appetitus boni in communi, & omnium eorũ, quæ conueniunt voluntati ſecũdum ſuã naturam, & illius, quod in ſe nullam rationem mali habet.

Hoc ſuppoſito, probatur prima pars concluſionis. Primò ex rationibus adductis pro præcedenti concluſione.

Pręterea probatur ex D. Tho. 1. Phyſicorum lectione 10. Vbi ſic ait, Verum eſt bonum intellectus, ad quod naturaliter inclinatur, vnde ſicut res cognitione carentes mouentur ad ſuos fines abſq. ratione: ita interdum intellectus hominis quadam naturali inclinatione tendit in veritatem, licèt rationem veritatis non percipiat. Ecce quomodo D. Tho. apertè aſſerit primam noſtræ concluſionis partem.

Præterea probatur: nam homo ſecundum intellectum appetitu naturali, & innato fertur in cognitionem veri; ergo & in cognitionem ſcientificam veri. Antecedens patet; quia illud eſt perfectio hominis, & appetitu naturali quælibet res fertur in propriam perfectionẽ. Cõſequentia probatur; quia cognitio ſciẽtifica perfectiſſima cognitio eſt: ergo potiori modo fertur in illam appetitus ipſe. Probatur conſequentia, quia ſi fertur in propriam perfectionem, magis fertur in maiorem, dũmodo ſit illi proportionata.

Appetitu naturali homo deſiderat ſcire.

Pręterea, homo appetitu naturali, nõ elicito, deſiderat ſcire, vt aſſerit Ariſtoteles in principio Metaph. ergo eodem appetitu deſiderat logicam. Probatur cõſequentia; quia logica eſt neceſſaria ſimpliciter ad ſcientias acquirendas, vt iã iam videbimus; ergo eodem appetitu appetitur, quo ſcientiæ ipſæ; ſicut lapis eodem appetitu appetit centrum, & medium neceſſarium ad centri conſequutionem.

Præte-

Digitized by Google

Intellectus à principio eſt uelut tabula raſa.

Præterea, intellectus à principio naturæ eſt tamquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, & pura potencia in genere intelligibilium: ergo habet appetitum naturalem, ut perficiatur per cognitionem; ergo per actum ſcientificũ, qui eſt perfectiſſima cognitio: ergo & per actum Logicæ. Prima conſequentia probatur: nam hac ratione dicimus materiam primam naturali appetitu inclinari ad omnes formas, tanquam ad actum completiuum ſuæ potentialitatis, quia omnibus perficitur eodem modo: ergo etiam inclinatur intellectus ad omnes ſcientias, ſiquidem omnibus perficitur eodem modo. Præterea appetitus elicitus Logicæ naturalis eſt, ut uidebimus: ergo magis naturalis eſt innatus, cũ ipſum fundet, & illum præcedat. De hac re videatur Cicero ſecundo de Finibus.

Secunda pars concluſionis probatur, nam appetitu naturali elicito appetimus ea, quæ pertinent ad voluntatem, & ad ſingulas potentias, & ad totum hominem: ſed Logica eſt hominis perfectio ſecundum partem intellectiuam: ergo &c. Maior eſt D. Thom. 1. 2. q. 10 art. 1. Cõſequentia eſt per ſe nota, quia Logica ad intellectum pertinet, perficiens ipſum, ne erret in veri inueſtigatione.

1. Obiectio.

Sed contra concluſionem eſt argumentum: nam ſi iſte appetitus elicitus eſt naturalis, & neceſſarius, vel eſt quo ad exercitium, vel quo ad ſpecificationem: neutrum horum: ergo &c. Quod non quo ad exercitium, de ſe patet; quod non quo ad ſpecificationem probatur: quia poteſt homo nolle ſcire Logicam. *Solutio.* Reſpondetur, quod ſi logica, & quælibet alia ſcientia, conſideretur in ratione perfectionis hominis, nulla ratione poſſunt odio haberi, ſicut nec uita ipſa, nec intellectus hominis: quia ut ſic in propria ratione nullum malum dicunt. *Scientia non poteſt odio haberi.* Si uero conſiderentur, ſecundum quòd habent annexam aliquam difficultatem, vel laborem, vel aliquid huiuſmodi, ſic poſſunt odio haberi: quomodo etiam vita ipſa odio habetur aliquando: ſed hoc potius eſt odio habere laborem illum, vel difficultatem annexam, quam ipſam Logicam: primum autem ſufficit, vt dicatur appetitus naturalis.

2. obiect.

Secundo arguitur. Non omnes homines Logicam conſequuntur; ergo appetitus ad Logicam nõ eſt cenſendus naturalis, & neceſſarius modo expoſito. Probatur conſequẽtia: nam aliàs fruſtra eſſet talis appetitus; at Deus, & natura nihil faciunt fruſtra: ergo. *Solutio.* Reſpondetur, quod, vt ille appetitus ſit naturalis & neceſſarius, quodãmodo ſat fuerit, quod in multis, vel aliquibus ſpeciei humanæ indiuiduis ſortiatur effectum, & hoc patet exemplo beatitudinis naturalis, quam omnes naturaliter appetiit, & tamen, non omnes conſequuntur illam.

3. obiectio.

Tertio arguitur; nam multi non cognoſcunt Logicam: ergo illam naturaliter non appetunt, quia appetitus elicitus non fertur, niſi in obiectum cognitum. *Solutio.* Reſpondetur, quod cum quid ſit Logica ſiue in communi, ſiue in particulari cognoſcitur, & quam connexionem habet cum hominis beatitudine naturali, & cum hominis perfectione amabitur appetitu elicito, & neceſſario quo ad ſpecificationem; ſicut ſunt multæ hominis potentiæ, quas communiter homines non cognoſcunt: & ob eam rem appetitu naturali elicito non deſiderant: cum verò cognouerint ad ſuam perfectionem attinere & integritatem, illas amabunt appetitu naturali elicito.

Vltima concluſio.

Vltima concluſio. Magis naturales ſunt homini reliquæ ſcientiæ reales ſpeculatiuæ, quam Logica, ſimpliciter & abſolutè loquendo. Hæc concluſio ſtatuitur contra aliquos, qui cenſent, hominem, ſecundum quod intellectiuus eſt, magis inclinari ad reliquas ſcientias reales, quam ad Logicam: at verò ſecundum quod eſt rationalis, magis ad Logicam; & contra illos etiam, qui dicunt ſimpliciter, & abſolutè hominem magis inclinari ad Logicam, quam ad reliquas ſcientias reales. Quæ concluſio expreſſe aſſeritur à Flandria. 1. Meta. q. 2. art. 1. ad 7. arg.

Logica appetitur ut medium.

Et probatur. Nam Logica appetitur tamquam medium, & tamquam inſtrumentum ad reliquas ſcientias, & reliquæ ſcientiæ ſpeculatiuæ appetuntur propter ſeipſas; ergo magis appetuntur quam Logica. Probatur conſequentia; quia propter quod vnũquodque tale, &

illud magis tale: ſed finis magis appetitur, quam medium ordinatum ad ipſum: Ergo magis naturalis eſt appetitus reliquarum ſcientiarum, quam Logicæ.

Et confirmatur; nam lapis magis inclinatur in centrum, quam in motum, quo centrum conſequitur, & magis naturalis eſt appetitus centri quam motus ad ipſum: ergo &c.

Obiectio.

Dices, quòd Logica etiam in ſeipſa eſt quædam perfectio intellectus, & ſaltem quatenus docens eſt propter ſeipſam appetitur.

Solutio.

Admitto hoc, ſed tunc eſt argumẽtum. Maior perfectio intellectus eſt metaphyſica, & reliquæ ſcientiæ reales, quam Logica; ergo magis inclinatur naturaliter in illas quam in logicam.

Quæ ſcientia ſint perfectiores.

Antecedens patet: nam in ratione ſpecifica ſcientiæ ſunt perfectiores, cum verſentur circa perfectiora obiecta, & in ratione ſpecifica ſcientiæ perficiunt intellectum; ergo &c. Conſequentia probatur: nam intellectus noſter magis inclinatur in ſuam maiorem perfectionem naturaliter, ſi ſit ſibi proportionata: nam natura, quæ tribuit inclinationem in propriam perfectionem maiorem, tribuit in illam, quę eſt perfectior; ſicut materia prima magis inclinatur in formam, quæ perfectiori modo ipſam actuat in genere actus, eius capacitatem magis replendo.

Oĩs ſciẽtia perficit intellectũ vt diſcurſiuꝰ eſt.

Præterea contra illam diſtinctionem, quam fingunt, oppoſitum tenentes eſt argumentum: Omnis ſcientia perficit intellectum ſecundum quod eſt diſcurſiuus, & hominem ſecundum quod eſt rationalis: ergo magis perfecta ſcientia magis perficiet hominem ſecundum quod eſt rationalis. Probatur antecedens ex Diuo Tho. 1. p. q. 79. art. 8. vbi docet hanc veritatem.

Prætereà: Omnes ſcientiæ deducunt concluſiones ex principiis per diſcurſum rationis: ergo omnes ſcientiæ perficiunt hominem, qua ratione diſcurſiuus eſt. Antecedens patet: nam ſcire eſt rem per cauſas congoſcere, & in hominibus idem eſt, quod diſcurrere à cauſa ad effectum, vel è contra; conſequentia verò de ſe patet.

Intellectus vt intellectus eſt, perficitur per habitũ primorũ principiorum.

Præterea, intellectus noſter ſecundum quòd eſt intellectus, perficitur per habitum primorum principiorum; ergo ſic non perficitur per ſcientias, ſed quatenus ratio eſt. Antecedens patet: prima principia intelliguntur ſimplici intelligentia ſine diſcurſu, ergo, &c. Conſequentia probatur: quia diuerſam rationem oppoſitam quodammodo habet intellectus, vt ratio, & vt intellectus, vt patet ex D. Thoma. vbi ſuprà.

In quo differant ſciẽtia Angelica à noſtris.

Prærerea, ſcientiæ angelicæ in hoc differunt à noſtris, quòd ſunt ſine diſcurſu, noſtræ verò cum diſcurſu: & illæ hac ratione perficiunt intellectum angelicum, qui nullo modo eſt diſcurſiuus: noſtræ verò ſcientiæ intellectum angelicum perficere non poſſunt, quia diſcurſu quodam procedunt: ergo nec poſſunt perficere noſtrum, quatenus intellectus eſt: ergo perficiunt illum, quatenus ratio eſt: nulla ergo eſt diſtinctio, quam ſupra dicti Logici exhibent. Videatur D. Thom. 1 par. quæſtio. 58. art. 3. Nec poteſt etiam defendi noſtrum intellectum magis inclinari in logicam, eo quod ſit magis proportionata noſtro intellectui, quia omnes ſcientiæ reales magis proportionatę ſunt illi, cum conſiderent ens reale, quod cognoſcitur per ſe: Logica verò conſiderat ens rationis, quod cognoſcitur per ſpecies entis realis, vt videbimus. Dixi in concluſione, ſimpliciter, & abſolutè: quoniam ſecundum quid non obſtat (vt inquit Flandria) magis inclinari ad logicam, quatenus eſt prima in exequutione.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. & 2.

AD argumenta in contrarium, reſpondetur. Ad primum dicitur euidenter concludere logicam non eſſe neceſſariam abſolutè, & ad modum propriæ paſſionis: quia tunc conſtitueret propoſitionem per ſe; ſed non probat, quod logica non ſit neceſſaria ratione inclinationis, ſicut beatitudo naturalis eſt homini neceſſaria ratione inclinationis: & tamen non conſtituit propoſitionem neceſſariam in aliquo modo dicendi per ſe; nam hæc accidentalis eſt Homo eſt beatus naturaliter; Hæc autem: Homo habet inclinationem ad logicam, eſt in ſecundo modo, ſicut hæc: Homo habet inclinationem ad virtutem; per hoc

patet

patet ad ſecundum.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quòd hæc propoſitio; Logica eſt homini neceſſaria, poteſt accipi ſic, vt iſte terminus, logica, ſtet determinate, vt poſſimus ſub ipſo aſcendere & deſcendere: & tunc, ſicut probat argumentum, propoſitio eſt falſa. Poteſt etiam alio modo accipi, vt ſtet in confuſo, & logica accipiatur in communi: & tunc eſt vera, nec licet ſub ſubiecto aſcendere & deſcendere: æquiualet enim huic, Neceſſaria eſt homini logica, & eſt ſimilis huic: Ad intelligendum neceſſarius eſt intellectus.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quòd aliquæ operationes vitales ſi ſũt homini neceſſariæ: quia homo inclinatur ad illlas, vt intelligere, & amare: ſed nihilominus ſunt accidentales illæ prædicationes: Homo intelligit & cætera, quia ponuntur in eſſe illæ inclinationes mediante principio libero.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quòd illud, quod eſt neceſſarium ad modum propriæ paſſionis, prius conuenit ſpeciei, quam indiuiduo in prædicatione, quæ abſoluitur à tempore: illud vero, quod eſt neceſſariũ ratione inclinationis, quia prædicatur accidentaliter, prius conuenit indiuiduo quam ſpeciei. Hæc enim prædicatio; Homo eſt logicus, ideo vera eſt, quia Petrus, vel Paulus, vel aliquod indiuiduum eſt logicum. Hæc autem prædicatio, quæ abſoluitur à tempore, Petrus habet inclinationem ad logicam, ideo vera eſt, quia homo habet inclinationem ad logicam, quia propria paſſio prius connectitur cũ ſpecie, quàm cum indiuiduis.

Differẽtia inter id, qđ eſt neceſſariũ rõe propria paſſionis, & id, quod eſt neceſſariũ ratione inclinationis.

Solutio. 6. Habitus primorũ principiorũ eſt congenitus.

Ad vltimum reſpondetur, quod habitus primorum principiorum, quo intellectus determinatur ad aſſentiendum primis principiis, eſt congenitus, ad modũ propriæ paſſionis, & conuenit omnibus hominibus, ſicut riſibilitas: & hoc modo non dicimus logicam eſſe neceſſariam, & naturalem, ſed ratione inclinationis. Et in hoc dubio locuti ſumus de logica artificiali: nam naturalis logica nihil eſt aliud, quam ipſamet ratio.

QVÆSTIO. II.

Vtrum Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias acquirendas, ita ut nulla ſcientia ſine ipſa acquiri ualeat.

1. Argum. ETà parte negatiua arguitur. 1. Nam logica non eſt neceſſaria ad alias ſcientias in genere cauſæ efficiẽtis; id enim quod effectiuè cauſat ſcientias, eſt noſter intellectus per actum, qui non eſt actus logicæ; nam quando ſcio ens eſſe vnum hoc non ſcio per actum logicæ, ſed per actum Metaphyſicæ. Non in genere cauſæ formalis, quia qualibet ſcientia habet propriam formam, & eſſentiam ſibi intrinſecam; neque etiam in genere cauſæ materialis, quia ſcientiæ cum ſint ſpirituales, non conſtant materia, neque logica materiam ſubminiſtrat aliis ſcientiis; neque in genere cauſæ finalis, quia reliquæ ſcientiæ non ordinantur ad logicam cum logica eis ignobilior ſit. Si dicas, quòd ſit neceſſaria in genere cauſæ inſtrumentalis.

2. Argum. Contra, & ſit ſecundum argumentum nam ſi logica eſt neceſſaria ad alias ſcientias tanquam inſtrumentum: ergo & ad ſeipſam erit hoc modo neceſſaria. Probatur conſequentia; quia ipſa eſt ſcientia: vnde ſequitur, quod ipſa dialectica non poſſit acquiri ſine ſeipſa, & ita quod præſupponat ſe ad ſui generationem, quod eſt impoſſibile, quia ſi eſt iam, non generatur; & ſi non præſupponit ſe ad ſui generationem, ergo non eſt neceſſaria ad ſeipſam, tamquam inſtrumentum, & ſic nec ad alias ſcientias.

3. Argum. Tertium Argumentum: Homo ex principiis cognitis lumine naturali naturaliter deducit concluſiones: ergo ſufficit lumen naturæ ad alias ſcientias acquirendas. Antecedens patet: quia viſo effectu naturaliter cognoſcimus cauſam, & è conuerſo. Confirmatur: Homo per ſynæreſim, quę eſt habitus primorum principiorum practicorum, vt quòd bonum ſit faciendum, malum fugiendum, poteſt acquirere virtutẽ ſine habitu alio

Digitized by Google

D. Aug.

nexionem ponit inter ſcientiam, & modum ſciendi, ſiquidem vnum ab alio non ſeparat. Et D. Aug. lib. 2. de ordine c. 13. ita dicit, diſciplina diſciplinarum (quam dialecticam vocant) hæc docet docere, hæc docet diſcere, in hac ſeipſam ratio demonſtrat, atque aperit, quæ ſit, quid velit, quid valeat, ſcit ſcire, ſola ſcientes facere poteſt. Vbi vides D Aug. expreſſe docere, ſine Logica alias ſcientias acquiri non poſſe, cum dicat: Hæc docet docere, hæc docet diſcere, & ſola docentes facere poteſt. Qui ergo dicunt ad alias ſcientias non eſse neceſsariam, D. Aug. contradicunt; & Cicero de claris Oratoribus dicit, Dialecticam adeo eſſe neceſſariam ad eloquentiam conſequendam, vt ſine illa haberi non poſſit. Hanc concluſionem multis autoritatibus probat ſapientiſſimus Magiſter Soto quæſtione 1. prooemiali in Logicam.

Soto.

Secundo probatur ratione: Omnes ſcientiæ acquiruntur per definitiones, diuiſiones, & argumentationes, quia in omni demonſtratione, quæ ſyllogiſmus eſt, demonſtratur propria paſſio de ſubiecto per eius definitionem: vnde vt quis conſtruat demonſtrationem, eſt neceſſarium, vt ſciat argumentari, definire, & diuidere, itidem quid ſit propria paſſio, quid ſyllogiſmus, & quid demonſtratio: ſed hæc ſola Logica docet: ergo ad alias ſcientias ſimpliciter eſt neceſſaria. Maior probatur quo ad vltimam partem: nam demonſtratio ſine cognitione ſuarum partium conſtrui nequit.

Ad cõſtructionẽ demõſtrationis quid requiratur.

2. Probat.

Secundo probatur concluſio, & explicatur magis ratio præcedens; vt acquiratur ſcientia, quæ eſt habitus acquiſitus per demõſtrationem, neceſſarium eſt ſcire conſtruere demonſtrationẽ: demonſtratio autem, cũ duobus cõſtet, & materia neceſſaria, & forma certa, & infallibili, cõſtrui nequit ſine eo, quod ſciamus, quãnam forma ſyllogiſmi ſit neceſſaria, quæ itidem materia; hoc autem docet Logica ſolũ; ergo eſt ſimpliciter neceſſaria ad alias ſcientias. Maior de ſe patet: minor probatur. Nam in libris priorum, & poſteriorum hoc Ariſtoteles pertractat, nec alibi diſputatũ reperimus, quã in Logica, cum ad eius formale obiectum hæc tractatio pertineat. Dices, quod hoc ſcire poſſumus per lumẽ rationis, & ita Logica non eſt neceſſaria. Antecedente conceſſo, conſequentia negatur: nam ſolum probat hoc argumẽtum, Logicam inueniri poſse per rationis lumen, quod nos fatebimur infrà: non verò probat, hanc Logicam per rationis lumen inuentam neceſſariã non eſse ad alias ſcientias. Nã ſicut prudentia acquiſita lumine rationis, & habitu principiorũ practicorũ acquiri valet, & eſt nihilominus ad reliquarum virtutum acquiſitionẽ neceſsaria; eodem pacto de Logica reſpectu aliarum ſcientiarum aſserendum eſt, licèt exemplum non teneat in omnibus. Et amplius hoc explicatur; Nam per Logicam ſcire poſſum diſponere maiorem, & minorem demonſtrationis, vt ſequatur concluſio neceſsariò ex illis præmiſſis ita diſpoſitis, & poſsum ſcire concluſionem inferre: eſt nihilominus diſpoſitio præmiſsarum neceſsaria, vt concluſio rectè inferatur; eodem pacto lumine rationis acquiritur Logica, cęterum eſt neceſsaria, ut eodem rationis lumine reliquæ acquirantur ſcientiæ, cum modum doceat, quo acquiratur, & ipſa ſola docẽtes faciat vt inquit Auguſt. vbi ſupra. Et hoc eſt maximè aduertẽdum, quia in hoc neruus difficultatis conſiſtit; & propter hanc ignorationem quotquot oppoſitum ſentiunt, errarunt.

Demõſtratio duobus conſtat.

Obiectio.

Solutio.

Simile de prudentia.

3. Proba. Quid requiratur ad ſcientiam.

Tertio probatur concluſio; Vt aliquis ſcientiam conſequatur, neceſſarium eſt ſcire concluſiones reſoluere vſque ad principia prima, ſaltem proxima, & indemonſtrabilia, vt videlicet hominem eſse riſibilem reſoluat in hoc principium, hominem eſse rationalem: ſed hoc non poteſt facere ſine Logica, ergo. Maior patet, nam ſcientia practica, & ſpeculatiua in hoc differunt maximè, quia practica modo compoſitiuo procedit, ſpeculatiua verò reſolutiuo, concluſiones vſque ad ſua principia reſoluendo, vt certò ſciat & euidenter concluſionem: nam hoc ſcire vocamus rem per cauſas cognoſcere: Sed probatur minor, quia hæc reductio fieri debet, natura principiorum & concluſionum cognita, & ſimiliter demonſtrationis, & argumentationis natura intellecta, quod munus docere propriũ eſt Logicæ, ergo, &c.

In quo differãt ſcientia practica & ſpeculatiua.

Quar-

Digitized by Google

4. Proba. Quartò. Homines ad iſta opificia exteriora neceſſarias habent quaſdam artes, quibus illa efficiant, vt artem domificatiuam ad domorum conſtructionem, & ſic in reliquis: ergo etiam illi eſt neceſſaria ars aliqua ad conceptus ſuos internos componendos in modum demonſtrationis, & definitionis: Sed hæc diſpoſitio cõceptuum ſecundum hanc formam eſt neceſſaria ad alias acquirendas ſcientias: ergo & Logica, quæ iſta docet, erit ſimiliter neceſſaria. Vnde Diuus Auguſtinus vbi ſupra, Quomodo ratio ad alia tranſiret fabricanda, niſi ipſa ſua prius quaſi machinamenta quædam, & inſtrumenta diſtingueret, notaret, dirigeret, proderetq; ipſam diſciplinam, quam Dialecticam vocant; Vbi Diuus Auguſt. dicit non poſſe ad alias ſcientias habendas trãſiri ſine Dialectica, & omnes rationes ſupra factas comprehendit, & complectitur his ſuis verbis.

Optimum ſimile.

D. Aug.

2. Concluſ. Logica etiã eſt neceſſaria ad alias ſcientias que ad vſũ.

Secunda concluſio. Logica eſt neceſſaria ad alias ſcientias, non ſolùm vt acquirantur, ſed etiam ad illarum vſum, poſtquam ſunt acquiſitæ, vt prodeant in actus ſuos Probatur hæc concluſio, nam quælibet ars, vt domificatiua v.g. non poteſt exire in actus ſuos, niſi mediis inſtrumentis: ſed Dialectica eſt omnium ſcientiarum inſtrumentum, vt aſſerunt omnes Philoſophi, & Boetius ſuper prædicab. Porphyrii ſtatim in principio: ergo cæteræ ſcientiæ non poſſunt in ſuos actus prodire, niſi per Dialecticam, tamquam per inſtrumentum.

2. Prob. Secundò probatur concluſio; Nam cęteræ ſcientiæ, quando exeunt in actus ſuos, vel fit demonſtrando, vel definiendo, vel diuidendo &c. Sed hæc omnia docet Dialectica; ergo ad hæc exequenda eſt neceſſaria.

3. Prob. Tertiò; quia Prudentia non ſolùm requiritur ad omnium virtutum acquiſitionem, vtpote quæ præſcribit medium, ſed etiam eſt neceſſaria ad earum vſum; ergo Dialectica ad vſum omnium ſcientiarum, quia quamuis non præſcribat medium, eſt tamen ſciendi modus: & quando Philoſophi dicunt, quod eſt neceſſaria ad omnium ſcientiarum acquiſitionem, non excludunt in hac aſſertione neceſſitatem ad vſum ſcientiarum, quæ iam acquiſitæ ſunt.

3. Concluſ. ſine Dialectica poteſt quis habere ſcientias in eſſe imperfecto. Tertia concluſio. Bene poteſt aliquis habere ſcientias in eſſe imperfecto ſine Dialectica, quæ ſit habitus, non tamen in eſſe perfecto. Explicatur concluſio: Habere ſcientiam in eſſe imperfecto, eſt illam habere prout inclinat ad vnam, vel alteram concluſionem: habere illam in eſſe perfecto, eſt illam habere prout inclinat ad multas concluſiones, quas ſciẽs ſcit reſoluere in ſua principia.

Probatur igitur concluſio; Nam ſi fiat alicui ignaro Logicæ demonſtratio aliqua clariſſima, in qua & principia, & conſequentiæ bonitas ſint lumine naturæ cognita, vt ſi fiat de aliquo ſubiecto prima demonſtratio, quæ de illo haberi poteſt, ſtatim aſſentietur maiori, & minori, & concluſioni, ex neceſſitate ergo generabitur ſcientia: Probatur conſequentia, quia demonſtratio generat ſcientiam; minor probatur, quia præmiſſis, & conſequentia euidenter cognitis, ex neceſſitate determinatur intellectus ad aſſenſum concluſionis.

Demonſtratio generat ſcientiam.

2. Proba. Secundò probatur; Nam quando primo fuit acquiſita Logica, ab aliquo non fuit præſuppoſita aliqua Logica: ergo bene poteſt acquiri ſcientia ſecundum aliquam concluſionem ſine præexiſtente Logica: probatur conſequentia, quia Logica eſt ſcientia, ergo ſicut ipſa fuit acquiſita ſine præexiſtenti Logica, ita aliæ ſcientiæ poterunt acquiri ſine præexiſtẽte Logica, in eſſe dico imperfecto.

3. Proba. Aliqua propria paſſiones lumine naturæ attingi poſſunt. Tertiò; Nam aliquæ propriæ paſſiones ita proximæ ſunt primis principiis, vt per naturale lumen facilè attingi poſſint, & reſolui in eadem principia, & aliqua bonitas conſequentiæ ita patens eſt, vt terminis explicatis, ſtatim cognoſcatur per lumen intellectus: ergo per hanc conſequentiam ita claram, paſſionem illam deducere poterit ex iiſdem principiis, & tunc generabitur habitus ſcientificus.

Quare aliqua concluſiones viſis primis principijs, non ſtatim cognoſcuntur. Secunda pars concluſionis probatur ex dictis in prima concluſione, quæ ſic eſt intelligenda.

Et præterea, quia multæ concluſiones ſcientificæ diſtant multum à primis principiis, vnde deducuntur, & non ſtatim viſis principiis, & definitionibus ſubie-

cti

Digitized by Google

ẽti cognoſcuntur ; ergo ad hoc quod euidenter cognoſcantur, & deducantur ex primis principiis, neceſſaria eſt aliqua ars, quæ hoc doceat: hæc autem eſt Logica, quæ propterea diſciplina diſciplinarum vocatur: ergo, &c.

4. Proba.

Quarto ; ad operandum vnum actum, vel duos virtutis, non eſt neceſſaria prudentia : ſed ad operandum ſemper opera virtutis eſt neceſſaria tamquam præſcribens medium, nam vnum actum vel duos virtutis poteſt ipſa ratio per ſynæreſim operari : cæterum ad operandum opera virtutum ſemper facilè, promptè, & delectabiliter eſt neceſſarius habitus prudentię: ergo hoc ipſum erit dicendum de ſcientiarum acquiſitione reſpectu Logicæ, quòd dicimus de Logica reſpectu aliarum virtutum.

Ad operandum ſemper bene & promptè q̃d requiratur.

Obiectio.

Et ſi fiat argumentum : ergo Logica non eſt neceſſaria ſimpliciter ad alias ſcientias habendas, ſiquidem aliquæ ſcientiæ ſecundum ſubſtantiam haberi poſſunt ſine Logica, vt fatemur in prima parte concluſionis.

Solutio.

Reſpõdetur negando conſequentiam: nam etiã dicimus, prudentiam neceſſariam eſſe ad virtutum acquiſitionem, quamuis vnum aut alium actum virtutis habere poſſimus ſine illa: quia virtutes in eſſe perfecto ſine prudentia haberi non poſſunt; eodem modo eſt dicendum de Logica reſpectu aliarum ſcientiarum, quæ ad illas neceſſaria dicitur, propterea quòd ſine illa in eſſe perfecto acquiri non poſſint : licèt ſecundum quendam ſtatum imperfectum ſine Logica poſſint haberi: & tunc etiam acquiruntur per Logicam naturalem, & per quendam vſum Logicæ etiam non perfectum, qui hominibus naturaliter competit, vt aſſerit Ariſtot. in ſua Rhetorica ſtatim in principio.

4. Concluſ. Logica quõ primo inuẽta ſit.

Quarta concluſio. Logica cum primũ fuit acquiſita, per lumen rationis, & habitum primorum principiorum habita fuit, poteſtq; modò, licèt maximo cum labore, acquiri : non tamen ita perfectè acquiritur hoc modo, ſicut per doctrinam, & lectionem eorum librorum, qui de hac ſcientia tractant. Et probatur: nam Logica non ſe præſuppoſuit ad ſui generationem, nec eſt proceſſus in infinitum : ergo debemus referre Logicæ acquiſitionem, cum primum acquiſita fuit, in rationis lumen, & habitum principiorum:

Obiectio.

Etſi fiat argumentum: nam Logica nullo modo poteſt acquiri: ergo iſta concluſio eſt nulla, & quæſtio ſupponit falſum : Probatur antecedens, nam per primam demonſtrationem, quæ fit in Logica non poteſt acquiri habitus Logicæ ; & idem dicendum eſt de ſecunda, & aliis omnibus demonſtrationibus, ergo, &c: Probatur antecedens : nam ad hoc, quod per primam demonſtrationem generetur Logica, neceſſarium eſt quod cognoſcatur bonitas conſequentiæ euidenter, veritas præmiſſarum concluſionis euidẽter, & ſimul quòd ſint neceſſariæ : ſed hoc vnica & eadem demonſtratione fieri nequit ; ergo per primam demonſtrationem non poteſt acquiri Logicæ habitus: & idem argumentum fit etiam de ſecunda demonſtratione. Probatur minor, quia cum ſint diuerſæ veritates iſtæ, quòd hæc conſequentia eſt bona, & quod hæc concluſio eſt vera, non poſſunt vnica demonſtratione demonſtrari, nam vnica demonſtratione tantum vnica veritas ſcitur.

Solutio.

Ad hoc argumẽtũ aliqui viri docti ita reſpondent ; quòd quando per primam demonſtrationem vnico actu cognoſcitur bonitas conſequentiæ, & veritas concluſionis, per talem primam demonſtrationem generatur ſcientia : vt ſi aliquis per ſyllogiſmum de Darii probaret conſequentiam de Darii eſſe bonam, hoc modo. Omnis conſequentia, in qua prædicatum affirmatur de ſubiecto, & de omni cõtento ſub ſubiecto, eſt bona : conſequentia de Darii eſt huiuſmodi, ergo conſequentia de Darii eſt bona. At vero, quando cognoſcendo concluſionem non cognoſcitur in eadem concluſione bonitas conſequentiæ, vt ſi per ſyllogiſmum factum in Barbara probem duas contradictorias eſſe non poſſe ſimul veras, non generatur ſcientia ſecundum modũ ſcientiæ, licet generetur ſcientia ſecundum rem. Et probatur quod ſit ſcientia ſecundum rem, quia eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem, & conſequentiam bonam ſecundum rem: ergo ſecundum rem habitus ille eſt ſcientia. Quod autem ſecundum modum non ſit ſcientia, probatur: quia vt habitus habeat modum ſcien

tiæ,

tiæ, eſt neceſſarium quòd conuincatur intellectus ſine aliqua prorſus formidine: ſed qui non habet euidentiam bonitatis conſequentiæ, non poteſt eſſe certus ſine formidine, de veritate concluſionis: ergo ille habitus non habet modum ſcientiæ.

Impugnatur præcedens ſolutio.

Sed hæc ſolutio mihi falſa videtur: Primò, quia niſi intellectus ſit certus de bonitate conſequentiæ, nullo modo conuinci poteſt, ſed ſemper manet cum formidine, an fallatur in deducenda concluſione ex præmiſſis: ergo nullo modo generabitur ſcientia per talem demonſtrationem, etiam ſecundum rem; Probatur conſequentia, quia ad ſcientiam ita requiritur bonitatis conſequentiæ certitudo, ſicut requiritur certitudo veritatis præmiſſarum, ſed ſine certitudine veritatis præmiſſarum non generabitur ſcientia, etiam ſecundum rem; ergo nec generabitur ſecundum rem ſcientia ſine euidentia bonitatis conſequentiæ.

2. Impugnatio.

Secundò, quoniam illi quattuor modi primæ figuræ ſunt per ſe noti, quoad bonitatem conſequentiæ: eſt enim per ſe notum bene inferri in illis conſequentiam: ergo non poteſt demonſtrari bonitas conſequentiæ illorum; nam aliàs nunquam per primam demonſtrationem generaretur ſcientia.

Vera ſolutio.

Reſpondetur ergo ad argumentum, quòd ſi fiat demonſtratio in aliquo modorum illorum quattuor primæ figuræ, per aſſenſum concluſionis generabitur ſcientia, & ſecundum modum, & ſecundum rem, licèt imperfecta; nam vt hoc modo generetur ſcientia, nihil aliud requiritur, niſi quod præmiſſæ cognoſcantur eſſe neceſſariæ, & quod conſequentia cognoſcatur eſſe euidens: ſed hoc tantum reperitur in prima demonſtratione; nam conſequentiæ factæ in illis quatuor modis cognitæ ſunt lumine naturali explicatis terminis, cum ſtatim appareat connexio medii cum extremitatibus. Et hoc magis probatur: quia omnes concedunt, quod per Logicam naturalem poſſumus aliquam concluſionem ſcire, etiam Philoſophiæ, vel alterius ſcientiæ; ſed hoc non poſſet eſſe, niſi haberemus euidentiam, quòd illæ conſequentiæ ſint bonæ ſine demonſtratione: ergo, &c. Minor probatur, quia aliàs erat neceſſarium quod prima demonſtratio eſſet circa Logicam, & ſic non poſſemus habere alias ſcientias in eſſe imperfecto ſine habitu Logicæ acquiſito, quod ſupra probatum eſt, eſſe falſum.

5 Concluſ. Logica quo modo ad ſeipſam ſit neceſſaria.

Quinta concluſio. Logica ſecundum quòd tradit ſua principia, & ſecundum ſuum eſſe imperfectum, eſt neceſſaria ad ſeipſam ſecundum eſſe perfectum.

In qualibet ſciẽtia ſunt duæ partes.

Ad intelligendam primam partem concluſionis ſcire oportet, in qualibet ſcientia eſſe duas partes (vt tradunt Philoſophi) alteram, quæ tradit principia ipſius ſcientiæ, quæ dicitur præambula ad ſcientiam: nam huiuſmodi principia non cognoſcuntur in hac ſcientia per demonſtrationem, & ita non cognoſcuntur per habitum illius ſcientiæ: Alteram, in qua concluſiones demonſtrantur, & illæ concluſiones ſciuntur per habitum ſcientificum; hæc pars ſcientiæ non eſt præambula, ſed eſt ipſa ſcientia eſſentialiter. Dicimus ergo in concluſione, quod Dialecticæ prima pars tradens principia eſt neceſſaria ad ſecundam. Et probatur, quia omnis ſcientia cauſatur ex ſuis principiis, ex quibus deducuntur concluſiones demonſtratæ, cum omnis demonſtratio ex cauſis procedat.

Triplex diſpoſitio ad introductionem alicuius.

Sed eſt notandum ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 74. art. 4. ad 3. diſpoſitionem neceſſariam ad introductionem alicuius eſſe in triplici differentia. Quandoque enim eſt idem cum re, ad quam diſponit, licèt ſecundum aliquam conſideratione ab illa diſtinguatur; & hoc modo ſcientia ſecundum eſſe imperfectum eſt neceſſaria ad ſeipſam ſecundum eſſe perfectum, tamquam diſpoſitio: nam imperfecta diſponit, vt perficiatur. Alio modo eſt in eo, in quo diſponit, ſed non eſt idem cum re, ad quam diſponit: ſicut calor eſt diſpoſitio ad formam ignis. Quandoque verò diſpoſitio nec eſt in eodem, nec idem cum re, ad quam diſponit: quomodo res, quæ habent ordinem ad inuicem, vt ex vno perueniatur in aliud, dicuntur diſpoſitiones: ſicut bonitas imaginationis eſt diſpoſitio ad ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam, quæ eſt in intellectu, quia iuuat ad bonitatem intellectionis. Ex hoc probatur concluſio: Scientia ſecundum eſſe imperfectum diſponit ad ſe ipſam ſecundum eſſe perfectum; ergo Dialectica ſecundum eſſe imperfectum eſt neceſſaria ad ſe ipſam ſecundum eſſe perfectum; quia ſecundum eſſe imperfectum diſponit ad ſeipſam, vt perficiatur, & diſpoſitio neceſſaria eſt ad id, ad quod diſponit, ſi autem à Deo infunderetur tota ſimul, perfecta infundi poſſet.

Præterea: nam Dialectica quatenus vtens eſt, prȩſupponit ſe ad ſeipſam, quatenus docens eſt: ergo ipſa ſecundum aliquam conſiderationem ad ſeipſam erit neceſſaria; nam cum ſit ſcientia, & modus ſciendi, qua ratione eſt modus ſciendi prærequiritur ad ſeipſam, quatenus eſt ſcientia.

6. Concluſ. Ars Sophiſtica eſt vtilis.

Sexta concluſio. Ars Sophiſtica, prout illam tradit Dialectica, vtilis eſt ad alias ſcientias habendas Et pro huius concluſionis ampliori intelligentia, videatur D Thom in principio opuſculi Fallaciarum. Probatur ergo concluſio. Nam hæc ars tradit modum percipiendi fallaces argumentationes; ſed hoc multum iuuat ad percipiendas rectas arguendi formas; ergo, &c. Non autem cenſetur neceſſaria abſolutè, quia per ipſos rectè arguendi modos poterit cognoſci argumentatio obliqua, & deficiens, nam rectum eſt iudex ſui obliqui. Debet tamen hæc ars cum ſobrietate addiſci, & exerceri; cum enim ad hunc finem dicatur vtilis, vt, quæ ſit defectuoſa argumentatio, cognoſcamus, quantum ad hoc conſequendum, & exercitii & præceptorum expoſtulauerit ratio, impendendum erit; & non plus. Qua in re huius temporis Dialectici multum excedunt, tempus conſumentes in rebus non adeò neceſſariis, obliti eorum præceptorum Dialecticorum, quæ plurimùm valent ad alias ſcientias conſequendas.

Quare prædicta ars nō ſit neceſſaria ſimpliciter.

Et certè, vt ſua laude non priuetur ſapientiſſimus præceptor meus Frater Dominicus Bannes, noſtræ religionis ornamentum præclariſſimum, mirificè hoc obſeruauit in ſuis inſtitutionibus minoris Dialecticæ, quas diebus proximè elapſis in publicum emiſit, poſt grauiſſima Commentaria in omnem fere Theologiam.

Laus Dominici Bannes.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. arg.

AD primum reſpondetur, quod Dialectica eſt neceſſaria ad alias ſcientias in genere cauſæ inſtrumentalis, & inſtrumentum ad genus cauſæ efficientis reuocatur, vt conſtat ex ſecundo Phyſicor. Eſt autem Dialectica aliarum ſcientiarum inſtrumentum, quatenus habitu exiſtente in intellectu vtimur ad efficienda inſtrumenta, quæ aliis ſcientiis acquirendis deſeruiunt: cuiuſmodi ſunt definitiones, diuiſiones, &c. Demonſtratio verò ad ſcientiam cauſandam concurrit in genere cauſæ efficientis, cui definitio, diuiſio, & alia multa ſubſeruiunt. Non verò dicitur inſtrumentum Dialectica, ita vt ipſe habitus Dialecticæ per ſeipſum concurrat ad aliarum ſcientiarum productionem: ſed quia ipſe habitus concurrit per ſuos effectus.

Inſtrumentum reducitur ad genus cauſa efficientis.

Demōſtratio in quo genere concurrat ad cauſādam ſcientiam.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur ex hac ſolutione primi argumenti. Et cum infertur: ergo præſupponit ſe ad ſui generationem, negatur conſequentia. Nam quando ipſa primò fuit adinuenta, hoc factum eſt per rationem naturalem, & per principia prima; & hoc modo acquiſita prima concluſione, ipſa prima concluſio tum eodem principiorum habitu deſeruiuit, vt acquireretur ſecunda: & ſic fuit acquiſita in eſſe perfecto: modo autem per Dialecticam, quȩ eſt in Magiſtro, cauſatur in diſcipulo Dialectica vt in plurimum; ſicut Medicus cauſat ſanitatem in ægroto; non quòd Magiſter ſit cauſa principalis, ſed miniſterialis; intellectus verò diſcipuli eſt principalis cauſa; ſed tamen adiuuatur actus intellectus, & confortatur a Magiſtro. Itaque ipſa Dialectica ſecundum eſſe imperfectum ſeipſam perficit: nam hoc augmentum eſt quaſi augmentum viuentium ab intrinſeco, & a propria forma Dialecticæ: reliquæ verò ſcientiæ non ſe poſſunt augere ſine Dialectica, quia pendent ab illa tamquam ab inſtrumento, & illarum

Optimum ſimile.

Quare aliæ ſcientiæ ſine Dialectica augeri nequeant.

illarum augmentum veluti aſſimilatur augmento non viuentium. Adhuc magis dico, quòd eademmet Logica, quatenus vtens, quodam genere intelligitur prior ſe ipſa vt docens eſt intellecta; & ita modo iam expoſito ad alias ſcientias, & ad ſe ipſam eſt neceſſaria.

Ad 3. Ar. Ad tertium reſpondetur, quod homo naturaliter deducit cõcluſiones ex principiis, poteſt tamen in hoc errare: quamobrem ne erret, requiritur Dialectica quæ determinet intellectum ad hoc munus. Poteſt ergo homo per naturalem rationem vnam, aut alteram concluſionem ſcire: ſed vt habeat ſcientiam in eſſe perfecto, eſt neceſſaria Dialectica, vt inſtrumentum intellectus, ne erret in diſcurſu.

Ad Conf. Ad confirmationem reſpõdetur, quod ſicut homo non poteſt habere virtutes ſine prudentia, quæ medium præſcribit, ita nec ſcientias in eſſe perfecto ſine dialectica, quæ modum ſciendi præbet: eſtque inſtrumentum ſciẽtiarum omnium.

Ad 4. Ad quartum argumentum conſtat ex 2. concluſione.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur ex 3. concluſione. Ad replicam dicitur: eſt æqua depẽdẽtia (id eſt in eodem genere cauſæ) fateor: nam ſicut prima concluſio Philoſophiæ dependet a Logica in genere cauſæ inſtrumentalis, quia Logica eſſe poteſt inſtrumẽtum ad acquiſitionem eius; & hoc munus ſupplet lumẽ naturale, & habitus principiorum reſpectu vnius, aut alterius concluſionis aliquando; ita depẽdẽt & reliquæ cõcluſiones: eſt ęqua dependentia in acquiſitione, negatur, quia vna aut altera concluſio, quia facile eſt, poteſt acquiri lumine rationis, non tamen multæ, quia hoc eſt difficilius, (vt dictum eſt in 3. concluſione) & hoc patet exemplo adducto de prudentia; nam vnus, vel alter actus virtutis haberi poteſt ſine prudentia, non verò multi: nam ad multos actus virtutis habendos, habitu prudentiæ egemus. Et ſi fieret argumentum; Vnus, vel alter virtutis actus haberi poteſt ſine prudẽtia; ergo & multi, nam æqua eſt vtriuſque dependentia, neganda eſſet conſequentia; & idem dicimus in noſtro argumento.

Duplex depẽdẽtia cõcluſionum phyſicarũ à Logica.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, negando cõſequentiam: ſi loquamur de concluſionibus multis, quæ ſine Logica deduci non poſſunt ex principiis, licèt deducatur vna, aut altera. Et in ipſa Logica, vna, aut altera concluſio deduci poteſt per vim naturalis luminis: cæterum, in prima demonſtratione acquiritur Logica, & ipſa imperfectè acquiſita ſibi deſeruit, vt perficiatur; reliquæ verò ſcientiæ ſeipſas non poſſunt perficere, cum non ſint reſpectu ſuiipſius inſtrumentum, vt ex dictis conſtat.

Multæ concluſiones ſine Logica deduci nequeunt.

Logica imperfectè acquiſita ſibi deſeruit.

Solut. arg. Fonſecæ. Ad argumentum patris Fonſecæ reſpondetur, quòd non poteſt homo illa duo munia exequi perfectè in aliis ſcientiis, & reſpectu multarum concluſionum abſque Dialectica, nec itidem in eadem Dialectica ſine ipſamet: vt oſtenſum eſt.

Solut. arg. Ianduni. Ad argumenta pro opinione Ianduni reſpondetur, illuſtres illos viros antiquos nullam ſcientiam abſque Dialectica fuiſſe cõſecutos; nec Iuriſperitos ſciẽtiam habere iuris, niſi ſciant concluſiones deducere ex principiis; quòd abſque Dialectica fieri nequit, (vt diximus,) nec in aliis ſcientiis vlla reperitur definitio, aut diuiſio, nec argumentatio, quæ non fiat a Logica, licet materiam aliæ ſcientiæ ſubminiſtrent; nam ars materiam non efficit, ſed formam in materiam introducit; Logica verò primo loco diſcẽda eſt; vt iam videbimus, quia ipſa modum ſciendi docet, abſtrahendo ab omni materia, licèt ſua exempla aliquando in materia Phyſicæ, aliquando Metaphyſicæ conſtituat; itaque ad alias ſcientias conquirendas in eſſe perfecto, neceſſarius eſt habitus Logicæ.

QVÆSTIO III.

Vtrum Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias, ſecundum quod vtens, vel ſecundum quod docens eſt.

IN hac quęſtione triplex eſt modus dicendi. Primus, quod Logica ſit neceſſaria ad alias ſcientias, ea ratione, qua vtens eſt, & non vt docens. Et probatur: Logica, vt docens, eſt

Duplex Logica, alia docens & alia vtens.

Digitized by Google

eſt vera ſcientia ſpeculatiua: ergo ſolum ordinatur ad demonſtrandas paſſiones de ſuo ſubiecto: uam iſte eſt finis ſcientiæ ſpeculatiuæ, conſideratio ſcilicet veritatis; ergo finis eius non ſunt reliquæ ſcientiæ, ſi conſideretur in ratione docentis. Secundò eiuſdem ſpeciei eſt Logica in ratione ſcientiæ ſpeculatiuæ, cum cæteris ſcientiis; ſed cæteræ ſcientiæ non ordinantur ad aliquid aliud, niſi ad conſiderandas paſſiones, quæ de ſubiecto demonſtrantur: ergo neque Logica, conſiderando illam in ratione ſcientiæ ſpeculatiuæ, & prout docens eſt, ordinatur ad aliquid aliud. Tertiò, diuerſus eſt finis Logicæ, vt vtens eſt, & vt docens; ſed vt vtens eſt, ordinatur ad ſyllogiſmorum conſtructionem, & ad reliquas ſcientias: ergo non vt docens. Quartò: nam ſi vt docens eſt, ordinatur ad alias ſcientias, vel vt efficiens argumentationes: at hoc non: nam hoc eſt munus Logicæ vtentis; Vel tamquam illud, quod reliquarum ſcientiarum obiecta ſpeculatur; & hoc non poteſt dici, quia quælibet ſcientia ſuum obiectum ſpeculatur: Vel tamquam id, quod ſuum obiectum, ſcilicet ens rationis, ſpeculatur & de illo paſſiones demonſtrat, vt ex hoc ſyl'ogiſmos efficiamus: at hoc modo non; ergo nullo alio. Probatur minor, nam cognitio ſcientiæ ſpeculatiuæ, conſiſtit in conſideratione ſui obiecti, de illo paſſiones demõſtrando: quamuis aliud quod eſt ſyllogiſmorum conſtructio, & alia huiuſmodi conſequantur ad hanc cognitionem, modo infra explicando; nam quamuis in conſideratione ſcientiæ de anima, conſequatur aliquando operatio virtutis, ex qua operatione frequentata generatur habitus virtutis, non tamen ſcientia de anima ordinatur ad habitus virtutis generandos. Probatur: quia quamuis ex medicina ſpeculatiua conſequatur, quòd quis mederi poſſit, ex quo conſequitur ſanitas, finis Medicinæ ſpeculatiuæ non eſt ſanitas, ſed eſt ſpeculatio veritatum, quæ ad Medicinam ſpectant: ita ſimiliter quamuis ex eo, quòd naturam demonſtrationis ſcio, conſequatur, vt facilè illam efficere valeam, & hæc demonſtratio ad alias ſcientias acquirendas neceſſaria ſit, non ſit conſequens, Logicam docentem ad alias ſcientias, ſecundum hanc rationem, ordinari.

Diuerſus eſt finis Logicæ docentis & vtentis.

2. Opinio. Logica vt vtens ordinatur ad alias ſcientias, & ad ſe.

Secundus modus dicendi eſt, quòd Logica ordinatur ad alias ſcientias, & ad ſe ipſam, quatenus vtens eſt, ſecundum ſcilicet, quòd eſt effectiua ſyllogiſmorum, & aliorum inſtrumentorum, quæ exiguntur ad ſcientiam conſequendam. Hoc autem ſequitur ex dictis: nam Logica non habet aliam conſiderationem, niſi docentis, & vtẽtis: ſed nõ ordinatur vt docens: ergo vt vtens, & ſecundum illam rationem, qua efficit diuiſiones, definitiones, & argumentationes, ſecundum quam rationem modus ſciendi dicitur (& hoc eſt maximè proprium Logicæ vtentis) probatur, vt vtens eſt, habet conſiderare definitiones, diuiſiones, & argumentationes, vt efficiat hæc: ſed hæc inſtrumenta ad alias ſcientias ordinantur: ergo & Logica, ſecundum quod vtens eſt. Probatur: ſecundum quod ars eſt, ordinatur ad alias ſcientias; ſed eſt ars, vt vtens, & non vt docens; ergo ordinatur ad alia, vt vtens, & non vt docens. Minor probatur, quia in ratione vtentis diſponit conceptus, & voces, ſecundum rationem definitionis, &c. Sed vt docẽs, ſolùm habet reſoluere concluſiones in ſua principia, & non operari aliquid, vt videbimus.

3. Opinio. Logica ſecũdũ quod docens, & ſecundum quod vtẽs, ordinatur ad alias ſcientias.

Tertius dicendi modus, Logica in hac parte eſſe poteſt, quod ordinetur ad reliquas ſcientias, ſecundum vtramque cõſiderationem, & ſecundum quod vtens, & ſecundum quod docens. Secundum quod vtens, iam explicuimus, quomodo ordinetur; ſecundum verò quod docens, quia illa cognitio, quæ habetur de ſyllogiſmorum natura, & de reliquis logicis inſtrumentis, ad hoc ſanè habetur, vt ſciamus conſtruere illa, quorum ſcientiam habemus. Hoc videntur ſentire illuſtres Logici, maximè. D. Thom. ſuper Boetiũ, de Trinitate, opuſculo ſeptuageſimo, circa illam partem textus, quæ incipit, Age igitur &c. Vbi ſic dicit Scientia ſpeculatiua eſt illa, cuius cognitio quæritur propter ſe: res autem, de quibus eſt Logica, non quæruntur ad cognoſcendum propter ſeipſas, ſed vt adminiculũ

quoddam

quoddam ad alias ſcientias; & ideò Logica non cōtinetur ſub Philoſophia ſpeculatiua, quaſi principalis pars, ſed quaſi quoddam reductum ad eam, prout mini ſtrat ſpeculationi ſua inſtrumenta: ſcilicet ſyllogiſmos, & alia huiuſmodi, quibus in aliis ſcientiis indigemus. Idem etiā videtur aſſerere Boetius ſuper Porphyrium in principio, qui ait, quod Dialectica non tam eſt ſcientia, quam ſcientiæ inſtrumētum: ecce ſecundùm D.Th. cognitio, quæ habetur in Logica, ordinatur ad alias ſcientias: ergo Logica prout docens eſt, ad alias ſcientias ordinatur.

Nota ſolutionem argumentorū primi modi dicendi.

Et quamuis verum ſit, quod ſit ſpeculatiua ſcientia, quia eſt imperfectiſſima: ex hac parte hæc ſpeculatio ad alias ſcientias ordinatur, licèt non prout talis ſpeculatiua eſt, ſed prout talis ſpeculatiua de quodam imperfectiſſimo obiecto. Et per hoc omnia argumenta facta pro primo dicendi modo ſolui videntur. Nihilominus tamen, quia argumenta facta in principio magis vrgent, explicandus eſt D.Thom quod loquatur de Logica ſecūdùm rationem vtentis; itaque non loquitur de ipſa quatenus paſſiones de ſubiecto demonſtrat: ſed prout eſt ars efficiendi ſyllogiſmos. Et hæc cognitio faciendi ſyllogiſmos, & reliqua inſtrumenta ſciendi, imperfecta eſt: & ad alias ſcientias ordinatur. Et ſecundùm hanc rationem ad ſciētias ſpeculatiuas reducitur, vt ipſarum inſtrumentum, & vt medium requiſitum ad illarum conſecutionem: conſiderando illam in ratione docentis, perfectus eſt habitus & ſpeculatiuus, ſimpliciter procedens per ſuam demonſtrationem, & perficiens intellectum, circa cognitionem ſecūdarum intentionū; nec vt ſic ad aliud ordinetur, quamuis ſit verum, præſupponi huiuſmodi conſiderationem entis rationis, vt habeamus cognitionem illam, veluti practicam, qua noſtros conceptus in modum definitionis, diuiſionis, & argumētationis, ordinamus Nec ſine hac ſpeculatiua ſcientia bene poteſt haberi ars faciendi ſyllogiſmos Eſt ergo duplex cognitio entis rationis; altera, qua eius naturam ſpeculamur, & hæc ad Logicam docentem pertinet: altera, qua cognoſcitur quomodo ſit conſtruenda demonſtratio, & hæc

Cognitio duplex entis rationis.

pertinet ad vtentem, nec propter ſe quęritur, ſed propter alias ſcientias, licèt hæc cognitio originem ducat a cognitione ſpeculatiua, & de hac cognitione, qua cognoſcitur demonſtratio facienda, loquitur D.Thom. ſupra dicto loco. Sed dices. Hucuſquè ſolùm actum eſt, ſecundum quam rationem ordinetur ad alias ſcientias, non determinatum eſt, quomodo ſit ad alias ſcientias neceſſaria, neque eſt reſponſum quæſtionis titulo. Et vt hoc clarum fiat; reſpondetur, quod vt vtens eſt, ordinatur ad alias ſcientias, tamquam operans illarum inſtrumentū: & ita ſecundum hanc conſiderationem, neceſſaria eſt ad alias ſcientias acquirēdas: quomodo dicimus, grauitatem lapidi neceſſariam eſſe ad centri conſecutionem, quia eſt medium quoddam, ſeu inſtrumentum, ex natura ſua ordinatū ad centri conſecutionem. Eſt ergo ſecundū hanc rationem neceſſaria, vt medium quoddam ex natura ſua ordinatum ad reliquas ſcientias. Si verò conſideretur vt docens, quia (vt viſum eſt) non ordinatur ex propria ratione ad alias ſciētias, ſed conſiſtit in conſideratione ſui obiecti, non eſt neceſſaria ad alias ſcientias, vt quid ordinatum ad illas: eſt tamen neceſſaria vt radix quædam, ad quam conſequitur Logica, prout vtens eſt: nam ſine ſpeculatiua illa cognitione demonſtrationis, non conſequeretur facultas illa operandi eadem inſtrumenta, quam Logicam vtētem dicimus. Poſſemus adducere exemplum: nam ad rationem relationis ſimilitudinis, neceſſarię sūt duę albedines (verbi gratia) vt aliquis alteri dicatur ſimilis in albedine, ita vt ſine iſtis fieri nequeat huiuſmodi ſimilitudinis relatio: Non tamen duæ albedines ordinantur ex natura ſua ad relationem ſimilitudinis, nec ſunt media neceſſaria ad relationis exiſtētiam: licèt ſint neceſſariæ, vt in vnitate albedinis fundetur relatio ſimilitudinis, & vt extrema illius relationis, ita aſſerendum de neceſſitate Logicæ in ordine ad alias ſcientias. Et hoc quia clarum eſt, nō magis probatur modò, ſed infra fiet notum. Et ita ſunt intelligenda quæ ſupra diximus, dum aſſeruimus Logicā ordinari ad alias ſcientias, & eſſe ad alias neceſſariam.

Logica docēs quomodo neceſſaria, & quomodo non.

Exemplū, ex quo ſoluitur ratio pro præcedenti modo dicendi.

QVÆ-

QVÆSTIO. IIII.

Vtrum logica ſit primò addiſcenda.

HÆc quæſtio reſoluta manet ex præcedentibus: nã ſi nulla ſcientia acquiri valet ſine Logica, ſit conſequens, ante omnes alias eſſe addiſcendam. Cæterum quia variæ opiniones sũt in hac parte, amplius hoc erit diſcutiendum, & ſit

1. Argum. Primum argumentum. Illa ſcientia primò addiſcenda erit, quæ omniũ ſcientiarum principia probat; ſed Metaphyſica eſt huiuſmodi: ergo Metaphyſica primò eſt addiſcenda. Ma. probatur, quia principia præſupponuntur ad omnes ſcientias habendas; ergo debent præſuponi probata, & certa; & ſimiliter explicata, aliàs ex illis concluſio non poterit deduci, nec haberi ſciẽtia. Mi. probatur ex Ariſt. 4. Meta: Et hoc etiam aſſerit D. Thom. 1. p. q. 1. art. 8. Conſequẽtia patet. Confirmatur hoc argumentum: Nam ſi, dum aliquis addiſcit Logicã, illi negetur principium aliquod, nõ poteſt ab ipſo probari, nec defendi, quia non habet Metaphyſicam; ergo prius debet Metaphyſica addiſci, vt in hoc caſu defendat principia, contra negantes illa.

2. Argum. Secundò. In ſciẽtiis à facilioribus eſt incipiendum; ſed Logica eſt omniũ ſciẽtiarum difficillima, & reliquæ ſcientiæ ſunt clariores: ergo ab illis, & non à Logica eſt ſumendum exordium diſcendi. Antecedens probatur: nam quantum obiectum alicuius ſcientiæ magis habet de entitate, magis habet de cognoſcibilitate: ſed obiectum Logicæ eſt minimæ entitatis, vtpote quod habet eſſe obiectiuum in intellectu: ergo & concluſiones demonſtratæ habebunt minimam entitatem; & ſic Logica erit difficillima, quòd etiam atteſtantur præcepta Summularum, vt patet in prioribus concluſionibus.

3. Argum. Tertiò. Veritates logicales nullo pacto habent effectus ſenſibiles: ergo ſunt difficillimæ. Antecedens probatur, cum ſint entia rationis, conſequentia probatur: nam accidentia ſenſibilia maximè conferunt ad cognitionem quod quid eſt, vt ait Ariſt. primo libro de anima.

4. Argum. Quartò, obiectum Logicæ vt cognoſcatur, neceſſariò præſupponit cognitionem entis realis, quia cognoſcitur per ſpecies entis realis, (vt videbimus;) ergo non prius eſt incipiendum à Logica, ſed ab aliis ſcientiis; probatur conſequentia: quia idem ordo videtur ſeruandus in addiſcendis ſcientiis, qui ſeruatur in cognitione obiectorum, cum ſciẽtia nihil aliud ſit, quàm perfecta obiecti cognitio.

Præambula ad quæſtionem.

IN hac quæſtione nolumus modo diſputare, quis ordo ſit ſeruandus in addiſcendis ſcientiis realibus, an prius ſit Phyſica addiſcenda, quàm Metaphyſica, vel è conuerſo; an ſcientiæ mathematicæ ſint primo loco addiſcendæ. Hæc enim diſputatio propriam ſedem habet. 2. Metaphyſic. vbi à Metaphyſicis pertractatur communiter, ſed volumus modo inquirere hoc ipſum de Logica reſpectu aliarum ſcientiarum: nam determinatio huius quæſtionis ſummoperè commendat Logicæ neceſſitatem, de qua egimus in præcedentibus.

Opinio Ianduni. Et quidem Iandunus loco adducto in 2. quæſt. quẽ multi alii ſequuntur, cenſet Logicã non eſſe primò addiſcendã, conuictus aliquibus argumẽtis, quæ in principio propoſuimus. *Aliorum opinio.* Alii cenſent, aliqualem cognitionem reliquarũ ſcientiarũ debere præſupponi: nam præcepta Logicæ ſine huiuſmodi cognitione haberi non poſſunt, cũ quid doceat Logica, niſi exẽplo adhibito in aliqua ſcientia percipi nequeat; quonã pacto aſſequi valebimus, vniuerſale eſſe prædicabile de multis, niſi adducamus exemplum? vt homo prędicatur de multis hominibus, vel paſſionem prædicari de ſubiecto, per propriam definitionem, niſi intellexerimus hoc aliquo particulari exemplo? vt riſibile prædicatur de homine, quia homo eſt riſibilis. Quinimo Ariſt. in tota Logica innumera exẽpla adducit, ex mathematicis ſcientiis, quæ ſunt infallibiles demõſtrationes; ergo iam aliqua demõſtratio debet pręſupponi, vt ſciẽtiã Logicę aſſe-

Digitized by Google

qui p ſſimùs: non ergo Logica ſimpliciter eſt prima omnium ſcientiarum.

Quæſtionis deciſio.

Concluſio. contra Ianduunum.

PRima cóclusio. Logica eſt primò addiſcenda ante alias ſcientias;& habitus logicæ debet præſupponi, vt reliquę ſcientię habeantur in eſſe perfecto. Concluſio hæc ſatis probata manet in ſuperioribus, nam illæ omnes rationes, quæ probant ad alias ſcientias eſſe neceſſariam probant ſimiliter eſſe primò addiſcendam: Nam ſi medium aliquod neceſſarium eſt ad finis conſecutionem, debet eſſe primum in ex-cutione:idem dicendum eſt de Logica. Habetur hæc concluſio apud D. Tho. ſuper Boe ium de Trinitate, opuſcu o 70 & apud Ariſt. 2. metaphyſicorum, textu 15.

Optimum ſimile.

Probatur concluſio: nam etiamſi Dialectica non eſſet ad alias ſcientias ſimpliciter neceſſaria, ab illa eſſet inchoandus ordo doctrinæ; nam nullus artifex breuiter, & ordinatè, & ſine errore abſoluit aliquod opus, niſi habeat parata inſtrumenta, quibus in conficiendo opere vtatur: Ergo neque ratio vnquã breuiter, & ſine errore, & facilè ſcientiam aliquam totam cóparabit, niſi habeat iam examinatas, atque in promptu omnes diſſerendi formas: ſed has docet Dialectica, & illæ concurrunt vt ſcientiarum inſtrumentũ; ergo &c. Præterea: Si aliquis vellet abſq; Dialectica alijs ſciẽtijs operam impendere, duplicem laborem ſuſcipere deberet: vnum, quęrendi earum proxima principia; alterum quęrendi formas arguendi: ſed qui duobus intendit, non facilè vtrumque conſequitur, quia pluribus intẽta minus deficit, & minoratur: ergo &c. Præterea, quę omnib. ſciẽtijs communia ſunt, ante omnia tradi debent; ſed quę docet Dialectica, omnibus ſcientijs cómunia ſunt; ergo &c. Minor probatur ex dictis: quia in omni ſciẽtia reperitur definitio, diuiſio, & argumẽtatio, de quibus tractat Dialectica. Præterea, prius debet diſponi agens ad agendum expeditè, quam actio ab ipſo expeditè procedat: ſed intellectus tantum eſt agens in acquiſitione ſcientiarum, & diſpoſitio eſt Dialectica; ergo &c. Probatur minor: quia ipſa eſt, quæ docet ad ignota ex notis procedere, quæ eſt diſpoſitio ſciendi, cum in omnibus ſcientijs ita procedatur. Vnde antiqui Philoſophi valde errarunt, qui ſine Dialectica alijs ſcientijs operam dabant. Vnde Philoſophiam adeuntibus Dialectica eſt, quę in ipſo ſtatim veſtibulo ſeſe primum offert, & eſt famula, quæ ad reliquas ſcientias affectat viam.

Secunda cóclusio. Cognitio entis realis neceſſariò præſupponitur ad hanc ſcientiam habẽdam; & hæc eſt etiam clariſſima: nam omnium primum cognitum eſt ens reale, & ens rationis cognoſcitur per analogiam ad ens reale, & per illius ſpecies. Item, quia præſupponuntur prima principia vniuerſalia, quæ ſine hac cognitione nequeunt haberi: non tamen eſt neceſſe habere ſciẽtiam aliquam etiã in eſſe imperfecto: nam exempla quę ex alijs ſcientijs deſumuntur, potius ad bene eſſe pertinent, quàm ex neceſſitate adducantur: nam paſſiones, quæ in Logica demonſtrantur, ſunt ens rationis, ſicut eſt obiectum, de quo demonſtrantur.

Secunda Concluſio: Quãdo cognitio entis realis præſupponatur ad Logicã.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. arg. Metaphyſicus quomodo probet principia aliarũ ſciẽtiarum.

AD primum argumentum reſpondetur. Metaphyſicum quidem probare principia aliarum ſcientiarum; quod ſaltem de principiis communibus veriſſimum eſt. Hoc quidem dupliciter facit, ſi aduerſarius aliquod principium concedat, ex illo arguendo ad reliqua, quæ negat: ſi verò nihil concedat, ſoluendo rationes illius principia defendit. Sunt tamen ipſa principia per ſe nota, & ita non demonſtrantur à Metaphyſico: Quapropter vt Logica habeatur, non eſt neceſſaria Metaphyſica, ſiquidem hoc maxime eſſet ratione principiorum communium: nec ad hoc, quia ipſa per ſe nota ſunt: Quin potius ipſa Metaphyſica Logicam prerequirit etiã ad principia defendenda, quia nec arguere ex conceſſis, nec ſoluere aduerſariorum rationes poteſt ſine Logica Metaphyſicus. Probabit ergo Metaphyſicus principia logica, poſtquam Metaphyſicam habuerit, quam ſine Logica habe-

habere non poterit. Quinimo D. Thom. primo Phyſicorum text. 8. aſſerit etiam pertinere ad Logicam, probare omniũ ſcientiarum principia, quia Logica eſt ſcientia communis. Probat autem omnium ſcientiarum principia ex eo, quòd modum præbet probandi illa, & quia virtute eius Metaphyſica infert contradictorias, & inconuenientia logicalia, quibus apparet error negantium principia, quinimò magis ad Metaphyſicam, quæ abſtractior ſcientia eſt, & difficilior reliquis, oportet ad diſcentem inſtructum eſſe Logica. Ad confirmationem reſpondetur concedendo totum, ſed non oportet vt Logica addiſcatur, vt probet ſua principia, quia ipſa ſunt per ſe nota, nec requiritur, vt Logicam conſequamur, eius principiis eſſe probatis.

Secundò reſpondetur, quod ipſamet Logica aliqualiter defendet ſua principia, vt ait D. Thom. loco adducto.

Ad 2. arg. Ratio, ob quam à Logica incipi debeat. Ad ſecundum reſpondetur, Dialecticam quidem aliquibus aliis ſcientiis difficiliorem eſſe, verũ ab ipſa eſſe inchoandum, propterea quòd ſciẽtiæ faciliores ſine ipſa non poſſunt haberi: nam hæc ſcientia modum ſciendi tradit. Illa enim regula, à facilioribus eſſe incipiẽdum, ſic erit explicanda niſi ordo doctrinæ aliud expoſcat; expoſcit ſanè ſcientia quælibet acquirenda addiſcentem inſtructum eſſe debere ſciendi modo: in ipſa verò Dialectica à facilioribus eſſet incipiendum. Et licet ipſa aliqua ratione obſcura & difficilior ſit, illam magis obſcuram & difficilem reddunt tria.

Quæ reddant Logicam difficilem. Primum, quòd Ariſt. exemplis: ex Mathematicis adductis Dialecticæ præcepta explicet: Sunt autem nobis illa exempla difficilia, cùm Mathematicis non demus operam, quibus in rebus Ariſtotelis tempore maximè iuuenes ante Dialecticam exercebantur. Et hac ratione etiã Ariſt. illis vtitur. Hinc erat illud Platonis præ foribus Academiæ inſcriptum. Nullus huc ingrediatur expers Geometriæ. Modò verò alia faciliora poſſunt adduci exempla: nam non pendet Dialectica ab aliquo exemplorum certo genere. Secundũ eſt, quòd multæ quæſtiones, quæ ad Metaphyſicã, & alias ſcientias pertinent, in ipſa diſputentur; quòd vitium maximè proprium eſt noſtris temporibus, & ab illo nos nõ expediemus omnino, propterea quod hoc ſcribimus magis pro prouectioribus Logicis, quàm pro iunioribus: operam tamen dabimus, ne in hoc vitio nimii ſimus, ne tenebras offundamus huic neceſſariæ ſcientiæ. Tertium eſt, quod à pleriſque nimia exercitatio Dialectica in ipſa materia Dialecticæ ponatur; quo morbo Summuliſtæ antiquiores maximè laborarunt. Hinc enim tã multa, tamq; ſpinoſa naſcuntur ſophiſmata, vt ingenia lacerent potiùs, atque deterreant, quàm iuuent. Ab his monſtris territi Dialectici, in ipſo ſtatim ſciẽtiarum principio deficiunt, & qui incipientes blandè tractari deberent, vitio Doctorum terrẽtur; quin potius his ſophiſmatibus intenti pauca Dialecticæ præcepta callent longiſſimo tempore. Huic vitio ſic occurretur, vt Dialectici vſque adeo exerceantur in materia propria Dialecticæ, vt planè intelligant res, de quibus agitur, & præcepta ea, quæ vſui aliis ſcientiis futura ſint, & exercitatio amplior in materia aliarum ſcientiarum expectetur, quod erit vtilius: Et ita noſtra Dialectica nõ ita obſcura, neque explosa iacebit. Et per hoc patet ad tertium, quod non ſit ita difficilis Dialectica, quin in aliquibus partibus ſuis habeat demonſtrationes clariſſimas, & præcepta luciſſima: quia agit de ſecundis intentionibus adiunctis, primis, quas primas experimur ſæpiſſimè. *Ad 3. arg.*

Ad quartum reſpondetur, duplicem cognitionem haberi poſſe entis realis; Alteram, quę fiat per demonſtrationem, qua perfectè cognoſcitur: & hæc fit per ſcientias reales, & hæc cognitio nec eſt neceſſaria ad Logicam habendam, & perfectè ſine illa haberi poteſt. Et ratio eſt, quia Logica non conſiderat entia realia, niſi vt fundamenta ſuarum intentionum; ſicut artifex conſiderat ligna, vt materiam ſuæ artis: non eſt autem artifici neceſſe per demonſtrationem cognoſcere materiam artis, quia ſolùm illam aſſumit, vt ſubiectum. Altera eſt cognitio entis realis, quæ cognoſcitur abſolutè; & iſta præ requiritur ad Logicã, *Ad quartũ. Cognitio entis realis duplex.*

vt aſſerit ſecunda concluſio, quia ſine iſta nec fundare ſuas intentiones, nec ſua præcepta poteſt tradere; quia Logica agit de ſecundis intentionibus adiunctis primis; ſicut, & artifex debet aliquam materiæ cognitionem habere, vt ſuas formas artificiales in materiam introducat: hoc autem non tollit, quin Logica primò ſit addiſcenda, & hoc quidem neceſſario.

Ex his argumentis patet ad illud adductum ante primam concluſionem. Nã exempla illa, quæ adducuntur demonſtrata in aliis ſcientiis non ex neceſſitate, ſed ex ſuperabundantia adducuntur: Poſſunt enim in litteris non ſignificatiuis formari præcepta Dialecticæ, vt ſæpe fit ab Ariſt.

Impugnatur Suarez.

Ex dictis in his quæſtionibus ſequitur, falſum dixiſſe Suarez in ſua Metaphyſica diſputatione prima, ſectione quinta, Metaphyſicam eſſe aptiorem ad docendum Logica, quia docet demonſtrandi media altiora, & efficaciora, & maximè à priori, & quia Dialectica, in quantum per cauſas demonſtrat, pendet à Metaphyſica. Falſum, inquam, dicit, quia Metaphyſica nullo modo eſt ſciendi modus, nec habet pro obiecto ſciendi modum; & ita non eſt aptior ad docendum, etiamſi ſit perfectior ſcientia; maximè quia Logica non ordinatur ad alias ſcientias vt docens, ſed vt vtẽs. Nec obiectum Metaphyſicæ eſt materia, vbi forma modi ſciendi ſolùm introducitur, quia in cuiuſque ſcientiæ materia, forma modi ſciendi introducitur; & Logica cum ſit prior Metaphyſica in acquiſitione, non dependet ab illa, ſed è contra Metaphyſica depẽdet à Logica. Et hæc ſint dicta de neceſſitate Logicæ, quæ vice commenti ad primam quæſtionem proœmialem Sapient. Mag. Soto haberi poſſunt. Idemq; obſeruari poterit in reliquis quæſtionibus huius operis.

QVÆSTIO V.

Vtrum logica rectè diuidatur in vtentem, & docentem.

ANtequam inquiramus, an Logica ſcientia ſit, diſputandum erit prius de hac eius famoſa diuiſione in docentem & vtentem, quæ ſummopere eſt neceſſaria ad inquirendum, ſitne Dialectica ſcientia.

Opinio Fonseca.

Pater Fonſeca libro ſecundo Metaphyſicæ, quæſtione prima, ſectione ſexta, cenſet optimam, & neceſſariam eſſe diuiſionem Logicæ in vtentem & docẽtem. Dicitur autem ſecundum ipsũ Dialectica docẽs, quatenus ex propriis principiis modos diſſerendi tradit: vtens verò, quatenus ex probabilibus de quacũque re propoſita diſputat: quamquam enim tota Dialectica ad vſum refertur, cum præcepta vbique tradat ad diſſerendũ comparata, vſus tamen demonſtratiuæ partis nõ ad eam pertinet, niſi in propria materia: qui tamen vſus ab ipſa doctrina nihil differt. Et præſupponit iſte auctor reliquas ſcientias in propriis materiis, definire, diuidere, & argumentari, & demonſtrare: ſic adeò vt hoc ipsũ Logicæ nõ ſit acceptũ referendũ; nec horũ reſpectu Dialectica dicitur docẽs, vel vtens. Vſum verò probabiliter in aliis ſcientiis diſputandi, non plenè Dialecticæ tribuit: in propria verò materia, ſcilicet ſecundum quòd definit, diuidit, & demonſtrat, ſcientia docens dicitur; ſecundum verò quòd vtitur probabili argumentatione, vtens cenſetur.

Suppoſitũ falſum Fonſeca.

Et probat hanc ſuam ſententiam, primò ex D Thom. 4. Metaphyſicæ, lectione quarta, vbi dicit, demonſtratiuam partem Logicæ ſolam doctrinam continere, Dialecticam verò ſiue topicam, & doctrinam, & vſum: ergo ſecundum D. Thom. diſtinctio Logicæ in vtentem, & docentem ſolùm habet locum in parte topica. Et ratio eſt: nam vſus Dialecticæ, diſtinctus à doctrina in ſola hac parte poteſt reperiri: ergo Dialectica ſolùm ſecundum hanc conſiderationem poteſt diuidi in docentem, & vtentem. Et huc tendunt omnes rationes, quas prolixè refert, ſed non ſatis neruosè. Probatur antecedens: nam vſus partis demonſtratiuæ totus eſt doctrina, nam cùm per demonſtrationem docet demõſtrare, totum hoc eſt docere; & quidem huic dicendi modo maximè fauet D. Th. loco proximè adducto (& libuit locum integrum adducere in cõfirmationẽ huius

ius ſententiæ) vbi ſic ait: Dialectica poteſt conſiderari ſecundum quod eſt docens, & ſecundum quod eſt vtens: Secundum quidem quod eſt docens, habet conſiderationem de iſtis intentionibus, inſtituens modum, quomodo per eas procedi poſſit ad cõcluſiones in ſingulis ſciẽtiis probabiliter oſtẽdẽdas: & hoc demõſtratiuè facit & ſecundum hoc eſt ſcientia; Vtens verò eſt ſecũdum quòd modo adiuncto vtitur ad concludendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientiis: & ſic recedit à modo ſcientiæ. Et ſimiliter dicendum eſt de Sophiſtica. Sed in parte logicæ, quæ dicitur demonſtratiua, ſolum doctrina pertinet ad logicam, vſus verò ad Philoſophiam, & ad alias particulares ſcientias, quæ ſunt de reb. naturæ: & hoc ideò, quia vſus demonſtratiuè conſiſtit in vtẽdo principiis rerum, de quibus fit demonſtratio, quæ ad ſcientias reales pertinet, & non vtendo intentionib. logicis. Et ſic apparet, quòd quædam partes Logicæ habeãt in ipſa ſciẽtia doctrinam, & vſum, ſicut Dialectica tentatiua, & Sophiſtica: quædam autem doctrinam & non vſum, ſicut demonſtratiua. Ecce vbi D. Th. apertè amplectitur hanc ſententiam, & recedit à communi modo explicandi, quid ſit Logica docens & vtẽs.

Explicatio Dominici Soto. Sap. Mag. Soto. q. 2. procœmiali in Logicam aliter explicat diſtinctionem Logicæ in docentem & vtentem, dicens; Logicam docentem eſſe, quæ docet naturam definitionis, & diuiſionis; vtens Logica eſt, qua quis vtitur ad definiendum, diuidẽdum, & probabiliter, & neceſſario in aliis ſcientiis; & hęc opinio contrarium ſentit, ac præcedens, & dicit opinionem

Opinio aliorum. eſſe antiquorum. Aliqui dicunt, Logicam duplicem vſum habere, & in ſe, & in aliis ſcientiis. In ſe quidem conſiderata habet rationem Logicæ vtentis, & docentis; prout verò fiunt demonſtrationes in aliis ſcientiis, non dicitur logica vtens, nec etiam prout probabiliter in aliis ſcientiis fiunt argumentationes, ſed ille vſus proprius eſt cuiuslibet ſcientiæ.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Prima concluſio. Optima eſt diuiſio Logicæ in vtentem & docẽtem. Hæc concluſio modo nõ aliter probatur, quã ex auctoritate virorum grauiſſimorum: nam eam ita partitur. D. Tho. 4. Meta. lectione 4. loco proximè adducto: quinimo eſt acceptio Ariſt. in loco ſupra adducto, vbi dicit abſurdum eſſe ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi; vbi nomine, modi ſciendi, Logicam intelligũt aliqui, quatenus vtimur illa ad alias ſcientias comparandas: Scotus ſimiliter ita illam appellat & diuidit 4 Met. com. 5. & in Porphyrium: & denipue omnes logici, ſiue Græci ſint, ſiue Latini. Quapropter cum nominibus vtendum ſit vt plures, etiam illam vt plures appellant, nominare debemus.

2. Concluſ. definitio Logicæ docentis. Secunda concluſio. Habitus Logicę dicitur docens, ſecundum quod habet conſiderare de intentionibus, inſtituens modum; quomodo per eas poſſit procedi ad concluſiones in ſingulis ſcientiis demõſtrandas, & ad probabiliter oſtendendas, & ad apparenter probandas. Itaque habitus logicæ, quatenus docet naturã demonſtrationis, argumentationis, probabilis, & ſophiſticæ, & quatenus docet naturam definitionis, diuiſionis, & argumẽtationis, Logica docens cenſetur. Hæc concluſio probatur ex ipſa nominis ſignificatione. Nam in his omnibus partibus habitus ille docet naturam diuiſionis, definitionis, & argumentationis, etiã demonſtratiuę, & probabilis, & ſophiſticæ; ergo vocandus, & dicendus eſt Logica docens. Probatur conſequentia à reſolutione illius verbi, docet: nihil enim aliud ſignificat niſi hoc primò eſt docẽs. Et hæc concluſio habetur apud D. Tho. loco proximè allato.

Pręterea: nam omnes aliæ ſcientię docentes ſunt, quatenus docent veritates aliquas per demõſtrationem de ſuis obiectis: ſed Logica eſt huiuſmodi; ergo Logica eſt dicenda docens ſecundum prædictam conſiderationem: & non ſolum Dialectica dicenda eſt docens, quatenus aliquid demonſtrat, ſed quate-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nus de ſuo obiecto aliquid docet, ſiue id fiat demonſtratiuè ſiue non, nam verbū, docere, latius patet, quàm verbum, demonſtro, & doctrina latiùs, quàm demonſtratio, in quo aliqui errant.

3. Concluſ. Definitio Logicæ vtē tis.

Tertia cōcluſio. Logica vtens eſt, qua tenus vtitur modo adiuncto ad concludēdum aliquid, ſiue demonſtratiuè, ſiue probabiliter, ſiue apparenter in ſingulis ſcientiis: & quatenus modo adiuncto vtitur ad definiendum, ad diuidendum in ſingulis ſcientiis. Docet ergo Logica quid ſit definitio, & modum definiendi, diuidendi, argumentandi omni argumentationis genere; & quatenus iſto modo vtitur in ſingulis ſcientiis, vt in exercitio definiat, diuidat, & argumentetur probabiliter, & neceſſario, & apparenter, vtens dicitur. Probatur iſta concluſio ex D Thom. vbi ſupra. Præterea, nam cum Logica adiuncto modo, quem docuit, vtitur ad ſupra dicta munia, non eſt docens ſcientia, quia tunc nihil docet, ſed potius exercet doctrinam; ergo tunc vtens vocanda eſt. Præterea, nam vſus Dialecticæ, vt eius præcepta executioni mandemus, ad ſciētiam aliquam pertinet; ſed non ad aliam quam ad Dialecticam: ergo eſt etiam vtens ipſa Dialectica ſecundum hanc rationem, & ita eſt appellanda. Minor probatur, quia cum demonſtrationis, definitionis, & diuiſionis, & aliorum, quæ in Logica docentur, ratio formalis ſit aliquid rationis, & ſecunda intentio, ad nullum alium habitum, niſi ad habitum Logicæ pertinet, nam obiectum Logicæ formale ſecunda intentio eſt.

4. Concluſ. Logica etiā reſpectu ſui dicitur vtens.

Quarta Concluſio. Etiam dicitur vtens reſpectu ſuiipſius, & ſimiliter docens ſecundum omnes eius partes, & quatenus conſideratur quoad partem demonſtratiuam, topicam, & ſophiſticam. Quòd ſit dicenda docens omnes fatentur, & patet ex rationibus factis in concluſione ſecunda, quæ etiam illud ipſum de Logica in ſeipſa probant. Quod verò ſit dicenda vtens reſpectu omnium ſuarum partium probatur: nam in ipſamet Logica fiunt demonſtrationes, cum ſit ſcientia verè, & propriè, vt videbimus: fiunt etiam argumentationes probabiles, & topicæ; nam habet etiam ſuas opiniones Logica, & vtimur habitu Logicæ ad probabiliter in ipſa diſputandum: ergo &c.

Præterea probatur à definitione Logicæ vtentis in tertia concluſione tradita; nam etiam pars illa Logicæ, quæ demonſtratiua eſt, vſum habet in ſeipſa, & ille vſus pertinet ad Logicā: ergo &c. Quod verò etiam vſus demonſtrationis, quæ exercetur in aliis ſcientiis, ad Logicam pertineat, etiam probatur; nā vſus demonſtrationis factæ in materia logicali, & in materia Philoſophica ſolùm differunt ex parte materiæ, & non ex parte formæ, ergo ſicut vſus demonſtrationis logicalis pertinet ad Logicam ratione materiæ, & formæ, vſus demonſtrationis Philoſophiæ pertinebit ad Logicā ratione formę. *Vſus demō ſtrationis ī materia logicali, & ī phyſica quo modo differant.* Et ſi dicas, hoc eſſe expreſsè contra D. Thom. ſuprà dicta lect. 4. Meta. *Obiectio.* Reſpondetur D. Thom. velle ſentire hoc ipſum. *Solutio.* Nam cum dicit vſum demōſtrationis philoſophicæ pertinere ad Philoſophiam, vult dicere, ratione materiæ nam philoſophia præbet materiam, in qua exercentur demonſtrationis præcepta: & ratione materiæ pertinet ad Philoſophiam illa demonſtratio, quia conſtat ex principiis Philoſophicis. Et noluit negare D. Thom. quin in ipſa Logica fiant demōſtrationes etiā in parte demonſtratiua, vt conſtat, cùm demonſtrentur paſſiones demonſtrationis, & ſit vera ſcientia, vt dixi, reſpectu illius partis. Et ſi fiat rurſus argumētū ex eodē D. Thom. nā ponit differētiā inter partem Logicæ topicæ, & demonſtratiuæ: & dicit vſum huius partis ad reliquas ſcientias pertinere, ad Dialecticam verò pertinere vſum partis topicæ: *Obiectio.* Reſpondetur, & ſenſus eſt, quod argumentatio probabilis, quę fit in aliis ſcientiis ratione materię, etiam pertinet ad Logicam. *Solutio.* Quod videtur falſum, cum etiam aliæ ſcientiæ præbeant materiam, probabilis argumentationis, in quā Logica introducit ſuam formam. *Inſtantia.* Reſpondetur, ſenſum D. Thom. cùm aſſerit partē topicam vſum & doctrinam habere in ſeipſam, demonſtratiuam verò ſolùm doctrinam; hūc eſſe nimirum, quod Dialectica ſecundum illam partem topicam aliquādo procedit in aliis ſcientiis probabiliter. *Solutio.*

Digitized by Google

Pars Topica in aliis ſcientiis q d præbeat. ter, non ſolum præbendo formam, quia ſemper forma probabilis argumentationis, ſicuti & neceſſaria eſt à Logica: ſed etiam præbendo aliquas præmiſſas proprii ſubiecti, ſecundum quas probabiliter argumentetur in aliis ſcientiis. Et illa probabilis argumentatio etiam ratione materiæ eſt propria Logicæ. Et hoc conſtat ex eadem lectione quarta, vbi D. Thom. paulò antè ſuprà dicta dicit ſic: Philoſophus ergo ex principiis ipſius procedit ad probandum ea, quæ ſunt conſideranda circa huiuſmodi communia accidentia entis; Dialecticus autem procedit ad ea conſideranda ex intentionibus rationis, quæ ſunt extrà a naturis rerum. Hæc D. Thom. Sed per illud, quod eſt extraneum à naturis rerum, fit probabile argumentum: & ita Logica vſum etiam probabilis argumentationis ratione materiæ dicitur habere in aliis ſcientiis, & in ſe, quem pars illa demonſtratiua non habet in aliis ſcientiis; & per hoc patet ad primum argumentum primæ opinionis, deſumptum ex auctoritate D. Thomæ.

Ad 2. Reſpond. Ad ſecundum reſpondetur, ſatis perſpicuè diſtingui vſum demonſtrationis à doctrina, qua docetur eius natura: nã doctrina eſt cognitio quædã à modo reſolutiuo procedens: vſus verò eſt conſtructio ipſius demonſtrationis, qua in materiam, ſiue cõceptuum, ſiue vocum, ſiue ſcripturarum forma demonſtrationis introducitur, & hoc ex infra dicendis conſtabit amplius. Opinio ſap. Mag. Soto eſt, quam nos in præſentia defendimus.

Improbatur vltima opinio. Vltima verò opinio falſum aſſumit: nam omnis argumẽtatio, ſiue definitio, ſiue diuiſio, ratione formæ eſt à Logica, & illa eſt, quæ docet definire, diuidere &c. non præbendo materiam, ſed formam, licèt circa ſuum obiectum etiam præbeat materiam, cum ſit etiam ſcientia ſicut ars ſutoria, circa omnem materiam formam introducit. Nam ſicuti in propria materia formam præbet Logica: ita in aliena, cum illæ formę ſint eiuſdem ſpeciei: & conſequenter ab eadem arte vel ſcientia conſiderandę erũt, ſicuti potentia viſiua conſiderat viſibile in quacunque materia reperiat; & ars ſutoria introducit formam calcei in qualibet materia apta ad calceos conficiendos: & ex hoc nõ ſequitur, niſi quod Logica definiat, diuidat, & argumentetur, præbẽdo formam: & quod omnis definitio, diuiſio, & argumentatio, ſit ab illa conſideranda, & omne iudicium ſit ad ipſam deferendum, ratione formæ rationis, quam conſiderat.

QVÆSTIO. VI.

Vtrum Logica vtens, & docens diſtinguantur realiter inter ſe.

ET videtur, quod diſtinguãtur realiter tamquam res à re. Habitus diſtinguũtur per actus; ſed actus Logicæ vtentis, & docentis diſtinguũtur realiter, tamquã res à re; ergo & habitus pari modo diſtinguẽtur. Diſcurſus legitimus. Maior clara eſt in materia diſtinctionis habituum; Minor probatur. Nam actus Logicæ docenti, ſicuti & cuiuſuis ſcientiæ, eſt aſſenſus concluſionis logicalis, quo eius veritati aſſentimur: ſed actus Logicæ vtentis eſt ſyllogiſmi, definitionis, diuiſionis, &c. conſtructio: hæc autem realiter tamquam res à re diſtinguũtur, ergo, &c. Et confirmatur hæc ratio: Illi actus diſtinguuntur realiter tãquam res à re, quorum vnus poteſt eſſe ſine alio omnino: ſed actus primus & adæquatus Logicæ docẽtis poteſt eſſe ſine actu primo, & adęquato Logicę vtẽtis: ergo etc. Probatur Minor: Nam conſtruere ſyllogiſmos, eſt actus huiuſmodi Logicæ vtẽtis, & reperitur ſine actu Logicæ docentis, cum ſit demonſtratio in aliis ſcientiis, verbi gratia, in Philoſophia: nam tunc nullus docentis ibi actus reperitur, cum nulla doctrina logicalis ibi tradatur: ergo, &c. *1. Argum.*

Secundò. per actus Logicæ vtẽtis producitur aliquis habitus; non Logicæ docentis: ergo vtentis: ergo habitus Logicæ vtentis realiter tamquam res à re diſtinguitur ab habitu docentis. Probatur antecedens: nam ſicut habitus Logicæ docentis producitur per actus eiuſdem Logicæ: ita actus Logicæ vtentis produ- *2. Argum.*

cent habitum Logicæ vtentis: nam actus frequentati habitum producent. Et confirmatur: nam ea, quæ ſpecie differunt, differunt etiam numero: ſed habitus Logicæ vtentis, & docentis ſpecie differunt, vt patet ex diſtinctione obiectorum, circa quæ verſantur: ergo etiam numero differunt.

3. Argum. Tertiò; ſi Logica vtens, & docens, ſunt eadem res, & vtens non eſt ſcientia, ſequitur quòd hæc propoſitio ſit vera: Logica docens eſt nō ſcientia, quia eſt vtēs, & vtens eſt non ſcientia: & vlterius ſequitur quod Logica docens non ſit ſciētia, quia eſt non ſcientia: ergo non eſt ſcientia: & ſic eſſet ſcientia & non eſſet ſcientia; & eſſet ſcientia, & non ſcientia: & ita duo contradictoria, & duo termini contradictorii de eadem re exiſtenti verificarentur ſine ampliatione.

4. Argum. Quartum argumentum: Logica vtens poteſt augeri inuariata docēte, & è conuerſo: ergo realiter diſtinguuntur. Conſequētia patet, quia ſi eadem res eſſent, vna aucta altera augeretur: Sed probatur antecedens: nam ſi quis, verbi gratia, in materia Meta. conſtruat multas demonſtrationes, augetur Logica vtens, & non docens: & ſi quis demonſtret multas paſſiones eiuſdem ſubiecti, ſcilicet demonſtrationis, augetur docens, & non vtens, vt ſi per ſyllogiſmum de Darii demonſtrem multas proprietates eiuſdem ſyllogiſmi: ergo, &c.

5. Argum. Quintum, plus differunt Logica vtēs, & docens, quam ſcientia & opinio: ſed ſcientia & opinio differunt realiter, tamquam res à re: ergo Logica vtens & docens ita diſtinguuntur. Probatur Ma. Sciencia, & opinio differunt ſolum ex modo procedendi, ſed vtens, & docens, etiam differunt ex modo procedendi, & ex fine: ergo, &c. Probatur Mi. Nā vna procedit modo veluti compoſitiuo, introducendo formam ſyllogiſmi in propriam materiam, & alia modo reſolutiuo. Item vna habet pro fine ſpeculationem veritatis, alia operationem inſtrumenti ſcientifici: ergo, &c.

6. Argum. Sextum; ſcientia practica, & ſpeculatiua realiter differunt, tamquam res à re, quia diuerſum finem, & obiectum diuerſum formaliter habent: ſed Logica vtēs, & docens habent diuerſum obiectū formaliter & finē etiam: ergo, &c. De fine iam diximus præcedenti argumento; de obiecto probatur; Nam quamuis vtriuſque obiectum ſit ſecunda intentio, aliter tamen, & aliter: nam conſideratur ſecunda intentio à Logica vtente, vt quid operabile, à Logica verò docente, vt quid ſpeculabile: ergo, &c. Qui his argumentis conuictus aſſereret Logicam vtētem alium eſſe habitum realiter diſtinctum, tamquam res à re, nihil abſurdi diceret: qui quidem habitus in eo verſaretur, vt inſtrumenta ſcientiis comparandis apta conſtrueret, qui ex frequēti vſu argumentandi, definiendi & diuidēdi, genitus eſſet. Et ita vidi aliquos defendentes. Verū quoniam hoc mihi non placet, nec noſtræ ſcholæ familiaris eſt modus iſte dicendi, quid probabile ſit ſubiūgā.

Præambula ad quæſtionem.

AD cuius intellectum notandum eſt primò, quod cum diſtinctio ſit paſſio entis, quot modis contingit ens dici, tot dicitur diſtinctio; ens autem eſt duplex, reale, & rationis, & ſic diſtinctio etiam duplex eſt, realis, & rationis. Sed diſtinctio realis in via Thomiſtarum adhuc duplex eſt, (vt ſtatim videbimus latiùs,) vel eſt diſtinctio realis tamquam res à re, quomodo diſtinguuntur Phyſica & Metaphyſica: & in ſubſtantiis, homo & Angelus; vel eſt diſtinctio realis formalis, quo diſtinctionis genere diſtinguuntur, quæ ſunt idem realiter, & ſunt res eadem, cæterum habent diſtinctas definitiones, & formas: & ita diſtinguuntur albedo & ſimilitudo, actio & paſſio, & motus. Modò ergo inquirimus, an Logica vtens & docens ſola ratione diſtinguantur, an verò realiter, & ſi realiter: an tamquam res à re, vel ſolùm realiter formaliter. *Duplex diſtin. realis et rationis.*

Secundò notandum eſt, quod Logica vtens, ſeu modus ſciendi, quod idem eſt, dupliciter accipitur; vno modo pro ipſa definitione, diuiſione, & argumentatione; & ſic definitur, quod ſit oratio alicuius ignoti manifeſtatiua. Loquendo de modo ſciendi ſecundum hanc rationem ſatis conſtat, realiter tamquam *Logica vtens dupliciter accipitur.*

Digitized by Google

quam res à re, diſtingui ab habitu Logicæ docentis. Accipitur alio modo pro ipſo habitu definiendi, diuidendi, & argumentandi. Nam ſic accepit Ariſt. cum dixit, abſurdum eſſe, ſimul quærere ſciẽtiam, & modum ſciendi. Qui quidem habitus cauſat definitiones, diuiſiones, & argumentationes: & de hoc inquirimus in præſenti diſtinctionem eius à docẽte.

Quæſtionis Reſolutio.

1. Concluſ. Habitus logicæ docentis & vtentis quõ diſtincti ſint.

PRima concluſio. Habitus Logicæ vtẽtis & docentis ſunt diuerſi ſpecie & formaliter. Probatur iſta cõcluſio. Actus Logicæ vtentis eſt conſtructio ſyllogiſmi, & docentis eſt aſſenſus concluſionis, propter aliquam cauſam, vel propter rationem formalem: ergo differũt ſpecie, & formaliter iſti actus, vt conſtat ex diuerſitate obiecti formalis vtriuſque; ergo habitus logicæ vtentis, & docentis, etiam ſpecie, & formaliter differũt. Probatur conſequentia: quia habitus per ordinem ad actus ſpecificantur, & diſtinguuntur.

Præterea, ſi non ſufficit diuerſitas ſpecifica, & formalis in actibus, vt ſit etiam eadẽ diuerſitas in habitibus: ergo vnus habitus in vna potentia ſufficit ad eliciendos omnes actus bene, vel malè.

Potẽtiæ differunt ex actibus.

Præterea, potentiæ ſpecie differũt ex actibus: ergo & habitus etiam ſpecie differunt ex actibus. Et huius ratio eſt: nam cum natura potẽtias & habitus, ad actus ordinauerit, ex illorum diuerſitate, tamquam ex finibus diuerſis, illorum diuerſitas, atque diſtinctio ſumenda eſt: Ratio enim eorum, quæ ſunt ad finem, ex fine ſumenda eſt: ergo vbi eſt diuerſitas in actibus formalis, erit etiam diuerſitas eadem in habitibus.

Quando requiratur pluralitas habituum.

Præterea, quando duo actus non poſſunt referri in eandem potentiam, vel habitum neceſſarium, eſt duas potẽtias, vel duos habitus conſtituere, ad eliciendos actus illos; ſed ſupradicti duo actus non ſunt referibiles in eundem habitum formaliter: ergo debemus ponere duos habitus formaliter diuerſos. Probatur Min. Nam conſtituere ſyllogiſmum, & iudicare de concluſione, diuerſam rationem formalem habitus, à quo producantur, expoſcunt: nam profectò plus differunt ſecundum aliquam rationem, quam iudicare de ente mobili, vel de ente abſtracto omnimoda abſtractione: qui duo actus iudicatiui requirunt formalia principia diuerſa, producentia actus illos, ſcilicet phyſicam, & Meta. Confirmatur hæc ratio, & explicatur. Nam iudicare de natura actuum virtutum, & actus virtutum efficere, ad diuerſos habitus pertinet: nam primũ ſcimus per Philoſophiã moralem: ſecundum verò efficimus per virtutum habitus, per Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam, &c. Pertinebit ergo ad diuerſa principia formaliter iudicare de cõcluſionibus, & de ſyllogiſmis, definitionibus, & illa efficere.

Vbi noua difficultas, ibi nouus habitus.

Præterea, vbi eſt noua difficultas circa aliquem actum, noua virtus & habitus ponenda ſunt: ſed noua difficultas eſt in iudicando de bonitate conſequentiæ, & de paſſionibus illius, & in efficiendo bonam conſequentiam, verbi gratia, ſi fiat in modalibus conſequentia: ponendus ergo eſt nouus habitus ad vtrumq. & formaliter diſtinctus.

2. Concluſ. Logica docens & vtens nõ ſũt duo habitus.

Secunda concluſio. Logica vtens, & docens, non ſunt duo habitus realiter diſtincti, tamquam res à re, vt habitus Phyſicæ, & Meta. ſed ſunt eadem res, quæ ſecundum quod reſpicit conſtructionem ſyllogiſmi eſt vtens: ſecũdum verò quòd iudicat de concluſionibus per ſuas cauſas eſt docens, & differt ab vtẽte ſpecie: ad modum, quo calor, vt eſt in vna ſpecie qualitatis, differt à ſeipſo, vt eſt in alia: & ad modum quo albedo differt à ſimilitudine. Probatur hæc concluſio, primò auctoritate D. Thom. 4. Meta. lectio. 4. vbi loquitur de Logica vtente, & docente, ſicut de eadem re, & ſpecificat in re hac diuerſas rationes formales ſic dicens: Logica ea ratione, qua docens eſt, eſt ſcientia; ea vero ratione, qua vtens, non eſt ſcientia.

Idem habitus iudicat & cõſtruit ſyllogiſmũ.

Præterea ratione probatur. Quia entitates non ſunt multiplicandæ ſine cauſa: ſed ſufficit idem habitus realiter, ad iudicandum de concluſione, & ad conſtruendum ſyllogiſmũ: ergo logica vtẽs & docens ſunt idẽ ſecũdum rẽ, licet formaliter differant. Mai. probatur. Nam ſicut natura non deficit in neceſſariis,

ſed

ſed conſtituit habitus vt ſuauiter poten tiæ benè operentur: ita non abundat in ſuperuacaneis, vt multos habitus realiter diſtinctos tribuat ad efficiendum id, quod vnus realiter habitus efficere poterat. Minor probatur. Nam ex eo, quod aliquis nouit naturam ſyllogiſmi, facillimè poterit illum operari: & ſic in reliquis logicis inſtrumentis: Nam ex eo, quod ſcio definitionem ex genere & differētia cōſtare, & quid ſit genus atq. differentiæ natura, ſine magna difficultate definitionem efficiam: & hoc ipſum in reliquis ſciendis inſtrumentis facile conſtat; ergo.

Præterea; ſi habitus docentis, & vtentis, ſunt duo realiter diſtincti tamquam res à re; ergo per Dei potentiam, (quia ſecundum probabilem opinionem, quæ realiter diſtinguuntur, vnum ſine alio eſſe poteſt, quia in hoc nulla eſt repugnantia,) poterit vnum ab alio ſeparari: ſed hoc eſt falſum: ergo &c. Probatur Minor. Quia qui nouit naturam definitionis, & ſic in reliquis poterit efficere definitionem: ergo habet logicam vtētem: ergo non poteſt ſeparari à docente; nā res, quæ eſt docens, à ſe ipſa ſeparari nō poteſt.

Præterea: ſi ſunt duo habitus realiter diſtincti, vel producuntur eodem actu, vel diuerſo: neutrum iſtorum: ergo &c. Probatur Ma. Non eodem actu; quia vnus actus vnum habitum producit vt patet inductiuè in omnibus habitibus, vel diſtinctis actibus: Sed nec hoc: nam eo ipſo, quod habeo habitum docentis, (vt oſtenſum eſt) ſcio conſtruere inſtrumenta logicæ: & ſic habeo habitum vtentis; ergo &c. Præterea: ad omnia, ad quæ ponitur ille habitus diſtinctus Logicæ vtentis, ſufficit Logica docens: ſiquidem per ipſam potero illa inſtrumenta efficere, quorum ſcientiam habeo: ergo ſunt idem habitus realiter, licèt formaliter ſint diuerſi; & illa formalitas habitus, quatenus vtens eſt, producitur ſecundariò ab actu Logicæ docentis, qui primò & per ſe habet producere habitum in ratione docentis et ſecundariò in ratione vtentis; quia ſicut ad ſcire naturam demonſtrationis, facillimo negotio conſequitur eiuſdem demonſtrationis conſtructio: ita ad productionem habitus in eſſe docentis, conſequitur eiuſdem productio in eſſe vtentis. Sit exemplum in productione ſimilitudinis: nam eodem motu, quo producitur albedo primò & per ſe, producitur ſimilitudo ſecundariò, ita in præſenti; hæc ſunt quę communiter in noſtra ſchola docentur.

Formalitas logicæ docētis quomodo producatur.

Sed alius eſt dicendi modus in hac parte, quem nos ſemper docuimus, & poſtmodum vidimus viros doctos tenere: pro explicatione eius ſit

Tertia concluſio. Logica vtens & docens, idem habitus formaliter ſunt, qui duos actus habet ordine quodam ab ipſo procedentes; ſcilicet, & demonſtrare proprias paſſiones de ſecunda intentione, & ſecundum hoc, vocatur habitus ille, Logica docens: & conſtruere inſtrumenta ſcientifica, & hac ratione dicitur Logica vtens. Vtrumque tamen efficit habitus ſecundum vnam & eandem rationem formalem. Explicatur hæc concluſio exemplis adductis ex Diuo Thoma, in prima parte, quæſtione 79. articulo decimo, ad vltimum, vbi dicitur, quod eidem potentiæ intellectiuæ diuerſi actus conueniunt; ſed omnes ab eodem intellectu producuntur: nam intellectus vocatur ratio, & intellectus; ſed ratio, ſecundum quod cognoſcit diſcurrendo; intellectus verò, ſecundum quod res ſine diſcurſu intelligit, vnica tantùm potentia eſt, ſecundum vnam rationem formalem; & reſpectu vnius actus docens dicitur, reſpectu alterius vtens. Aliud exemplum eſt in Diuo Thoma, Secunda ſecundæ, quæſtione 49. articulo quarto, vbi dicit, quod virtus eſt habitus operatiuus: Et ideo ſecundum propriam rationem habet inclinationem ad aliquem actum. Contingit autem ex vno habitu plures actus eiuſdem rationis ordinatos prouenire, quorum vnus ſequitur ex alio, & quia poſteriores actus non ſequuntur ex habitu, niſi per priorem; Inde eſt, quod virtus non denominatur, nec definitur, niſi ab actu priori, quamuis alii actus ab ea conſequantur; & ita eadem

3. Concluſ. Alius dicēdi modus.

D. Thom.

Opt. ſimile.

Digitized by Google

eadem virtus eſt, quæ inclinat ad diligẽdum Deum, & ad deſiderandum bonum dilectum, & ad gaudendum de Deo, ſcilicet, virtus charitatis; ſed tamen denominatur virtus talis ab actu primo, qui eſt dilectio, & non à ſecundo, qui eſt deſiderium, nec à tertio, qui eſt gaudiũ. Ecce ſecundum D. Thomã eadem virtus varios actus habere poteſt, vna ſecundum ſpeciem atomã exiſtens quia adinuicem conſequuntur, & denominatio à primo ſumenda eſt; ergo benè poteſt vnus habitus logicæ ſecundum vnam rationẽ formalem habere iſtos duos actus qui ſunt demonſtrare paſſionem de ſecunda intentione, & conſtruere inſtrumenta ſciendi; quia iſte actus conſequitur ad primum, & debet denominari ſciẽtia rationalis à primo actu, at verò non ſcientia a ſecundo.

Eadem virtus plures actus habere poteſt.

Sit aliud exemplum ex eodem D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio 29. artic. quarto, vbi ſic dicit. Cum omnes huiuſmodi actus ab vna virtute procedunt, nec habent ſinguli ſingulas virtutes, à quibus procedant, vt patet in rebus naturalibus: Quia enim ignis calefaciendo liquefacit & rarefacit, non eſt in igne alia virtus liquefactiua, & alia rarefactiua ſed omnes actus hos operatur ignis per vnam ſuam virtutem calefactiuam. Cum ergo pax cauſetur ex charitate, ſecundum ipſam rationem dilectionis Dei & proximi, non eſt alia virtus, cuius pax ſit actus primus, niſi charitas: ergo eadem ratione cum inſtrumenta ſciendi, & eorum conſtructio conſequatur ad notitiam eorum habitam per demonſtrationem, & per cognitionem, quæ fit in Logica docente; quemadmodum liquefactio, & rarefactio conſequuntur ad calefactionem, non eſt neceſſe alium habitum, etiam formaliter diſtinctum à Logica docente, ad huiuſmodi munia collocare. Nam ſicut pax cauſatur ex charitate, ſecundum ipſam rationem dilectionis Dei, & proximi; ita conſtructio inſtrumenti ſcientifici cauſatur ex ipſa ratione demonſtrationis ſecundæ intentionis ſeu ex ipſa ratione formali ſecundæ intentionis, de qua demonſtrantur propriæ paſſiones: nam natura ſecundæ intentionis per demonſtrationem cognita, facillimè ex eademmet cognitione conſtruitur. Præterea alia exempla adducere poſſem, quæ ſub breuitate tranſcurram, ne exemplorum multitudo faſtidium generet: nam idem intellectus poſſibilis ſpecies conſeruat, & intelligit, qui ſunt duo actus ſatis diſtincti, intellectus agens illuminat phantaſma, & elicit ſpecies: ergo idem Logicæ habitus conſtruit, & demonſtrat paſſiones de ſecunda intentione, diuiſione, definitione, & argumentatione. Et probatur præterea eadem concluſio rationibus. Nam cognita natura demonſtrationis per Logicam docentem, facillimo negotio executioni mandatur: ergo non eſt ponenda noua formalitas habitus ad hoc ſecundum munus efficiendũ. Antecedens probatur, prętérquàm quod experientia conſtet: Nam ſi demonſtretur, demonſtrationem ſcientiã generare, quia conſtat ex præmiſſis talibus ſic diſpoſitis, facilè ſic diſponentur tales præmiſſæ: & ſi demonſtretur, definitionem naturam rei explicare, quia conſtat genere & differentia, explicatis naturis generis & differentiæ, facilè conſtruetur definitio, & ſic in reliquis; ergo &c. Conſequentia probatur: nam noui habitus ſemper collocantur in potentiis, ad nouas difficultates circa operationes euincendas; ſicut enim datur habitus ad ſuperandam difficultatem operationis: ita noui habitus ad nouam difficultatem tollendam conferuntur. Præterea intellectus, etiam ſi conſeruet ſpecies, quia huiuſmodi ſpecierum conſeruatio ordinatur ad intelligendum, vna & eadem potentia, ſecundum eandem vltimam differentiam, vtrumque efficit: ſed ſyllogiſmi conſtructio ordinatur etiam ad demõſtrandum paſſiones de ſecunda intentione, & ad eundem finem, ad quem ordinatur cognitio ſecundæ intentionis: ergo etiam fiet ab eodem habitu.

Eadem virtus ſolis eſt qua liquefacit & rarefacit.

Præterea; nam eadem ratio formalis eſt in conſtructione ſyllogiſmi, & in demõſtratione paſſionis de ſecũda intẽtione: ergo iſti actus ſunt in eundem habitum reducendi. Præterea; nam numquam

Eadem eſt ratio formalis in cõſtructione ſyllogiſmi, & in

demõſtratione paſſionis de 2. in ſtione.

quam in aliis habitibus eſt reperta hæc diſtinctio formalis: ergo non debet aſſignati in Loigca. Antecedens probatur; nam vbicunquè ratio formalis diſtincta obiecti reperitur, ſemper ponitur diſtinctus habitus realiter & formaliter. Conſequentia probatur, nam ſatis ſuſpecta eſt de falſitate hæc doctrina: ſiquidem reperitur ſolum in hac parte: & eadem ratione videtur voluntariè aſſignata. Vltimò probatur: In Angelis, ſecundum probabilem opinionem Theologorum, vt tractatur. 1. p. q. 58. art. 1. & videatur Sapientiſs. M. Bannes dubio 1. non ponitur alius habitus practicus ad vniuerſa opera artificioſa facienda ab illis, præter habitum ſpeculatiuum, quo iudicat de quidditate artificiatorum: quia nulla eſt difficultas reſpectu Angeli ad introducēdum formam in materiam, ſi Angelus velit illam inducere: ergo non eſt ponendus alius habitus ad conſtructionem modi ſciendi, præter habitum Logicæ, quo natura modi ſciendi ſcitur, quia illo cognita, reſpectu cognoſcentis nulla eſt difficultas in inſtrumentis ſciendi efficiendis. *Bannes.*

Obiectio. Sed contra iſtam concluſionem, & eius rationem argumentor primò: Præter ſcientiam de natura domus, quæ eſt purè ſpeculatiua, conſtituitur alius habitus, qui verſetur circa eius cōſtructionem, qui habitus eſt practicus: ergo idem in Logica dicendum erit. *Solutio.* Si dicas, quod adhuc eſt noua difficultas in conſtructione domus. *Obiectio.* Contrà: nam hæc difficultas, licet ſit reſpectu potentiarū executiuarū, quę debent mouere ligna & lapides, & alia huiuſmodi, non tamen eſt reſpectu intellectus iudicantis quomodo ſit talis compoſitio facienda: ſed eadem facultate iudicabit, cognita natura domus, quomodo ſit facienda; & ita non requiretur alius habitus ex parte intellectus ad faciendam domum, licèt requiratur alius ex parte potentiarum executiuarum: hoc autem eſt falſum, quia ponitur ex parte intellectus ars factiua domus: ergo & illud, ex quo ſequitur. *Solutio.* Sed reſpondetur, quòd ſemper manet ex parte intellectus difficultas ad iudicandum, quomodo ſit domus facienda, & ita eſt conſtituendus habitus practicus ad hunc effectum: quia factio domus procedit compoſitiuo modo, & ſcientia de domo procedit reſolutiuo modo: in ipſa factione domus eſt noua difficultas, quæ per nouum iudicium eſt tollenda, & hoc iudicium a nouo habitu practico debet prouenire.

Obiectio. Secundò ſequitur, quòd ſi Logica vtens, & docens ſint idem formaliter, & ſolum iſta denominatio docentis, & vtentis ſit ſumenda ab actu, ſicut vocatur intellectus, vel ratio potentia animæ rationalis, quia diuerſos actus producit: ſequitur (inquam) quod hæc propoſitio ſit concedenda, Logica docens eſt logica vtens, nam habent eandem rationem formalem, quinimo etiam cum ſpecificatione ſit concedenda, in quantum vtens eſt docens, ſeu in quantum vtens eſt ſcientia, quia habent eandem prorſus rationem formalem. Et hac ratione concedimus iſtas propoſitiones: Deus, in quantum bonus, eſt ſapiens: quia eadem ratio formalis eſt ſapientiæ diuinæ, & bonitatis diuinæ.

Solutio. Reſpondetur: quòd ſi conſideremus Logicam ſecundum ſuam eſſentiam completam ex genere & differentia, eſt vtens & docens; & ita conceditur, quòd Logica vtens eſt ſcientia, nam Logica vtens ſupponit pro hoc habitu conſtante ex hoc genere & hac differentia, qui habitus eſt formaliter Logica vtens, & docens, & eſt ſcientia. non enim ſcientia vtens & docens in hac ſententia diſtinguuntur, niſi ratione ratiocinata. Et ſi fiat hæc reduplicatio ſeu ſpecificatio, in quantum vtens eſt, eſt ſcientia, ſi hæc dictio, in quantum, ſpecificet illam eſſentiam, quæ eſt vtens, in quantum vtens eſt, eſt ſcientia, ſicut Deus, in quantum bonus eſt, eſt ſapiens. ſi autem, in quantum ſpecificet illum habitum ſeu eſſentiam ſecundum quòd habet virtutem conſtruendi inſtrumenta ſcientifica, & ſpecificet habitum prout coniungitur actui conficienti hæc eadē inſtrumenta, eſt falſa: Nam habitus ſecūdum quod habet virtutem conſtructiuam, non habet virtutem demonſtratiuam: diuerſæ enim virtutes conſiderantur à nobis noſtro modo intelligendi in habitus, ad eum modum, quo concedimus hanc propoſitionem. Anima

ratio-

rationalis eſt ſenſitiua, & negamus iſtã; Anima rationalis, in quantum eſt rationalis, eſt ſenſitiua, ſi reduplicet virtutem formalem, ſecũdum quam habet facere rationale. Nam vt habet virtutem faciendi formaliter rationale, non eſt ipſamet, vt habet virtutẽ faciendi ſenſibile ut ſic: & ſimiliter cõcedimus has propoſitiones: Potẽtia intellectiua eſt diſcurſiua, ſeu Intellectus eſt ratio, (loquendo de homine) & ſimiliter: Intellectus, in quantum intellectus, eſt ratio: ſi hæc dictio, in quantum, ſpecificet illã eſſentiã, quæ eſt intellectus; Si uero ſpecificet virtutẽ productiuam intellectionis ſine diſcurſu, nõ eſt ratio, id eſt, non habet virtutem producendi diſcurſum, & melius negabitur illa propoſitio, ſi hæc dictio, in quantum, ſpecificet potentiã cũ actu.

Explicatur mens Diui Tho.

Et cum D. Th 4. Met. lectione 4. dicit, Logicam, prout vtens eſt, nõ eſſe ſcientiã: loquitur de habitu, quatenus habet virtutem noſtro modo intelligendi præciſè conſtruendi modum ſciendi, vel prout præciſè conſideratur cum actu conſtructiuo talis modi.

Alia ſolut.

Alia ſolutio eſt, quòd licèt ſint idem habitus formaliter, & realiter, non eſt concedendum Logicam vtentẽ eſſe ſciẽtiam: quia ſit ſenſus, quòd Logica, qua ratione conſtruit ſyllogiſmum & reliqua ſcientiarum inſtrumenta, eſt ſcientia: & hęc ſolutio ferè coincidit cum priori.

Argumenta quæſtionis diſſoluuntur.

AD primum reſpondetur, quòd etiã ſi actus realiter tamquam res à re diſtinguatur, non diſtinguitur hoc modo habitus, quia facillimo negotio habita natura demonſtrationis, ipſa demonſtratio executioni mandatur: quia ergo aliqua difficultas eſt, diſtinctionem formalem in habitu conſtituimus.

Quare ponatur tãtùm formalis diſtinctio.

Quia verò non magna reſtat difficultas in cõſtructione, poſt habitam notitiam, quæ prouenit à Logica docente, ſolum ponimus formalem diſtinctionem

Opinio Bruxelenſis.

Ad ſecundum reſpondetur à Petro Bruxelenſi, quem aliqui moderni ſequuntur; actus Logicæ vtentis producere habitum logicæ vtentis, qui habitus ſolùm eſt Logica vtens, propter rationem huius argumenti, & quia dum aliquis plures actus Logicæ vtentis producit, facilitatur eius intellectus ad conſtruendos ſyllogiſmos: ergo producitur habitus, quia facilitas in operando eſt ſignum geniti habitus. Sed tamen ait, Logicam vtẽtem bifariam vſurpari: vno modo pro habitu Logicæ vtẽtis, qui ſimul eſt docens; & iſta non realiter diſtinguitur à docente, ſiquidem ſimul eſt docens. Alio modo accipitur pro habitu, qui præciſè eſt vtens; & iſta realiter diſtinguitur à docente, & acquiritur per actus frequentatos in conſtruendis inſtrumentis logicis.

Reſpuitur præcedens opinio.

Sed iſte modus dicendi non videtur mihi verus: quia ſi actus Logicæ vtentis producunt habitum, iſte eſſet eiuſdem ſpeciei cum præexiſtẽte, cum habeat idem obiectum, ſcilicet conſtructionem modi ſciendi: & ita duo accidentia ſolo numero differentia erunt in eodem ſubiecto, quod eſt impoſſibile.

Actus ſubſequens auget præexiſtentem.

Præterea: acquiſito habitu, actus ſubſequentes non generant habitum, ſed augent præexiſtẽtem: ſed iam erat acquiſitus habitus Logicæ vtentis per actus docentis: ergo ſequentes non generabũt habitum logicæ vtentis.

Quo poſſit defendi præcedens opinio.

Qui tamen hanc opinionem ſuſtinere voluiſſet dicere poterat, iſtum habitum logicæ vtẽtis, genitum per actus Logicæ vtentis, ſpecie differre ab alio habitu, qui generatur per actus logicæ docentis, propterea quòd iſte habitus non eſt ſcientia, habitus verò, qui generatur per actus logicæ docentis, eſt ſcientia; ſicut ſcientia, quæ eſt præciſè practica, ſpecie differt ab illa, quæ eſt practica, & ſpeculatiua ſimul.

Obiectio.

Sed contra hoc eſt argumentum; logica illa, quæ eſt vtens etiamſi ſit idem realiter cum docente: formaliter tamen ſpecie differt, & accepta cum hac formalitate eiuſdem ſpeciei eſt cum alia logica, quæ præcisè eſt vtens. Quamobrem ſi daretur iſte habitus acquiſitus logicæ vtentis, ſolo numero differret ab alio: & ita duo accidẽtia ſolo numero differẽtia, & abſoluta eſſent in eodem ſubiecto. Et exemplum de practico, & ſpeculatiuo non quadrat:

nam

Digitized by Google

nam ſub eminentiori forma Theologia eſt practica & ſpeculatiua, & ita differt ſpecie à practico præcisè. At vero etiam ſi realiter idem ſit habitus, qui eſt logica vtens & docens; ſecundum tamen diuerſas formalitates, & non ſecundum vnam formalitatem; vnde patet diſcrimen manifeſtum. Fateor tamen, ſi defendamus vnam & eandem rationem formalem eſſe Logicam vtentem & docentem ſecundum doctrinam ſuperius traditam: poſſe defendi opinionem Bruxelis: quia tunc non dâtur duo habitus ſolo numero differentes in eodem ſubiecto; nec producitur habitus iam genitus, quia habitus iſte genitus per actus Logicæ vtentis, ſpecie differt ab alio; quia alius habet formam quandam eminentiorem: ſicut habitus eminenter practicus & ſpeculatiuus ſpecie differt ab habitu, qui præcisè eſt practicus. Sed etiam iſte modus dicendi mihi de falſitate ſuſpectus eſt: quia etiamſi ponamus in Theologia quãdam formam eleuatiſſimam, quę ſit expreſſio diuinæ ſcientiæ, ſecundum quam habet & practici, & ſpeculatiui rationem, cum poſteà ſe extendat hæc forma ad actus, qui ſunt practici, & ad actus, qui ſunt ſpeculatiui, non generatur habitus, qui præcisè eſt practicus, & habitus qui præcisè eſt ſpeculatiuus, propterea quod præexiſtens habitus eminenter formaliter erat vtrumque: ergo ſimiliter etiamſi idem habitus ſit vtens Logica & docens iuxta expoſitum modum, non generabitur per actus logicæ vtentis habitus, qui ſit vtens ſolùm: ſicut nec per actus Logicæ docentis generabitur habitus, qui ſolùm ſit docens: propterea quòd iam erat habitus, qui cum quadam veluti formali eminentia vtrumque continebat. Poteſt etiam reſponderi ad argumentum, habitum logicæ, qui ſimul ſecundum diuerſas formalitates eſt vtens & docens, augeri per actus Logicæ vtentis, non qua ratione eſt docens, ſed qua ratione eſt vtens, & non inconueniit augeri per actus Logicæ vtẽtis, etiamſi non ſit productus per illos, quia productio Logicæ, qua ratione eſt vtens, fuit conſecuta ad Logicam, qua ratione eſt docens. Et aliquale exemplum habemus in fide, ſpe, & charitate, quas habemus per infuſionem, & augentur noſtris actibus meritoriè. Et ſi neutra harum ſolutionum placuerit: dicamus, Logicæ vtentis actus nec producere, nec augere habitum: quia Logica vtens habet rationem cauſæ vniuerſalis: requiritur namque Logica vtens vt inſtrumentum quoddam vniuerſale ad omnes ſcientias acquirendas, ſicut actio Solis ad omnes motus illos inferiores. Vnde ſicut per actionem Solis, & actionem hominis generantis non producitur, niſi homo: ita per actionem logicæ vtentis & Philoſophiæ, non producitur niſi Philoſophia, quia actus logicæ vtentis ibi ſe habet vt cauſa vniuerſalis: ſed ſolùm actus logicæ docentis auget & producit logicam vtentem ſecundariò, & non primò & per ſe. Nam primò & per ſe ille habitus generatur & perficitur in ratione logicæ docentis: nam habet intrinſecam dependentiam logica vtens à docente, qua aucta ſtatim ſequitur in vtente augmentum, & de augmento philoſophãdum eſt ſicut de eius productione. Fateor tamen, quòd ſi aliquis ſe exerceat in modi ſciendi conſtructione, acquiret quãdam facilitatem, quæ erit quædam habitualis diſpoſitio, & reducetur ad logicam, vt aditus ad illam aliquo modo: non tamen erit logica vtens, quia iſta nequit haberi, niſi natura modi ſciendi intellecta. Alij dicunt, quòd per actus logicæ vtentis augetur intenſiuè logica, qua ratione eſt vtens, quia eſt aptior ad conſtruendum modũ ſciẽdi habitus ille.

Quare per conceſſum logica vtẽtis in philoſophia non producatur niſi philoſophia.

Modus dicendi aliquorum.

Ad confirmationem ſecundi argumenti principalis reſpondetur, bene poſſe contingere in accidentibus aliqua differre ſpecie, & formaliter, & eſſe idem realiter: nam albedo & ſimilitudo differunt pluſquam ſpecie, quia differunt genere & tamen ſunt idem realiter; ergo à fortiori poterunt idem eſſe, quæ ſolùm ſpecie differunt. Sic calor ſecſidum diuerſas rationes conſideratus, eſt in diuerſis ſpeciebus qualitatis: Nam ſecundum quòd diſponit ignem ſecundum ſuam naturam, dicitur habitus vel diſpoſitio, ſecundum verò quod eſt principiũ calefaciẽdi, dicitur naturalis potẽtia, ſecundum verò quòd cauſat paſſionem in ſenſibus, dicitur paſſibilis qualitas; & vides

Ad confir. 2. Argum.

Digitized by Google

vides eandem rem eſſe in tribus ſpeciebus ſecundum diuerſas formalitates, & tres ſpecies eſſe eandem rem: ita logica vtens & docens.

Explicatur Ariſt. & D. Thom. Et ad illud Philoſophi & D. Tho. Ea quæ ſpecie differunt, numero etiam differunt, dico, debere intelligi in ſubſtantiis, non in accidẽtibus: Nam ex eo, quòd ſubſtantiæ ſpecie differunt, habent diſtinctas formas, & conſequenter diſtinctas materias: & ita differunt numero. Alii dicunt, quòd albedo, & ſimilitudo ſunt diuerſa numero formaliter, non realiter. Si iuxta alium modum dicendi reſpondeamus, quòd eadem formalitas eſt logica vtens & docens, non habet difficultatem replica.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod cum formaliter differant iuxta primum modum dicendi logica vtens, & docens, verum eſt dicere logicam vtentem non eſſe ſcientiam, formaliter illam accipiendo, & formaliter eſſe non ſcientiam, realiter verò eſt ſcientia: & ſimiliter logica docens formaliter eſt ſcientia; realiter verò eſt aliquid, quod nõ eſt ſcientia. Et non inconuenit, quòd realiter ſit non ſcientia, & formaliter ſit ſcientia: quia iſti termini non verificantur de eadem formalitate: ſicut verũ eſt dicere, quod albedo non eſt ſimilitudo formaliter; & ita formaliter eſt non ſimilitudo: & eſt falſum dicere quod realiter eſt non ſimilitudo: termini enim contradictorii formaliter debent affirmari, vel negari, vt fiat debita contradictio.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod ſecundum probabiliorem modum dicendi, nõ augetur logica vtens, niſi per demonſtrationes docentis; & ita ad modum, quo logica docens fuerit perfecta, erit etiam perfecta logica vtens; nec ſequebatur realis diſtinctio tamquam res à re, in docente & vtente, ex eo quod vna perficeretur, alia non perfecta, & aucta. Nam gratia augetur aliquando, ſecundũ quod importat ordinem ad Deum, licèt non augeatur in ratione qualitatis: & relatio quæ fundatur in ſimilitudine, ſecundum Ariſtotel. quanto magis in vno extremo fundamentum perficitur, tanto magis ſimilitudo diminuitur. Si teneamus alium dicendi modum, iam conſtat quid ſit reſpondendum.

Ad quintum reſpondetur, ſolùm logicam vtẽtem & docentem formaliter diſtingui: quia ex eo, quòd ſcimus naturam modi ſciendi, facillimo negotio illũ opere exequimur: cum hoc ferè nihil habeat difficultatis. Et hoc non habet locum in ſcientia & opinione, quapropter non ſequitur intentum. *Ad 5.*

Ad ſextum reſpondetur, quod non ſequatur cognitio practica ad ſpeculatiuã, ſicut operatio modi ſciendi, ad cognitionem naturæ eiuſdem; & ita oportet practicum & ſpeculatiuum ſecundum proprias differentias præciſe ſumptas realiter diſtingui, non verò logicam vtentem & docentem. *Ad 6.*

QVÆSTIO. VII.

Vtrum Logica docens ſit ſcientia.

ET videtur, quod non. Primò: nam Ariſtoteles in multis ſuæ doctrinæ locis hoc videtur aſſerere: ergo non eſt ſcientia: nam Secũdo Metaph text. decimoquinto, ſic ait, Quapropter inſtructus eſſe quiſque debet, quo pacto ſingula approbanda ſint, quoniam abſurdum eſt ſcientiam ſimul, & modum ſciendi quærere; præſertim cum neutrum aſſequi facile ſit. Hoc autem in loco Ariſtoteles ſecundum expoſitionem Sancti Thomæ, Magni Alberti, Alexandri, & Commentatoris, vocat logicam modum ſciẽdi, & ipſum diſtinguit a ſcientia; ergo ſecũdũ Ariſtotelem logica non eſt ſcientia, ſed ſcientiæ modus: nam modus rei cuiuslibet, res ipſa non eſt: Et libro quarto Metaph. cap ſecundo, & libro primo Poſt. cap. 8 ait, Dialecticam non habere certũ aliquod genus ſubiecti, de quo diſſerat, ſed per omniũ rerum genera vagari: ſed omnis ſcientia habet aliquod ſubiectum certum, de quo tractat, aliàs ſcientiæ eſſẽt cõfuſę: ergo &c. Et libro primo Topicor. primo, & ſecundo, & tertio Metaph cap. 1. aſſerit, Dialecticum ſolùm ex probabilibus diſſerere: ſed omnis ſcientia *1. Argum.*

Digitized by Google

tia procedit ex neceſſariis:non ergo dialectica docens eſt ſcientia. Et ſimiliter perſpicuis verbis libro primo Rhetor. ad Theodectem,c.2.affirmat, Dialecticã non eſſe ſcientiam:ergo oppoſitum iam opinari non licet. Contra Ariſtotelem igitur ſentit,qui logicam ſcientiam eſſe affirmat.

2. Argum. Secundò; ſcientia eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem;ſed logica docens non eſt huiuſmodi: ergo non eſt ſcientia. Maior patet ex Ariſtot.primo Poſterio.in principio; Minor probatur: nam demonſtratio procedit ex prioribus,notioribus, & cauſis concluſionis; ſed demonſtrationes logicæ non procedunt ex prioribus,notioribus, & cauſis concluſionum: ergo non ſunt verè demonſtrationes. Minor probatur: nam quando demonſtratur propria paſſio vniuerſalis de ipſo vniuerſali, verbi gratia, quando demonſtratur prædicabilitas,illa debet demonſtrari per rationem vniuerſalis:ſed ratio vniuerſalis,cum ſit ens rationis, non poteſt eſſe cauſa prædicabilitatis,quæ etiam eſt ens rationis, quia ens rationis non habet cauſam; nã omnis effectus realiter dependet à cauſa: quapropter ens rationis eſſet ens reale. Nec etiam eſt notior: quod ſic probo. Nam omnes ſecundæ intentiones ſunt æqualis entitatis: ergo ſunt æqualis cognoſcibilitatis: quia cognoſcibilitas ſequitur rationem entis. Item etiam quia entia rationis cognoſcuntur per ſuum fundamentum:ergo ęqualiter cognoſcuntur. Quod non ex prioribus procedant logicæ demonſtrationes,etiã probo:quia cum in entibus rationis non ſit ratio cauſæ, & effectus, vt probatum eſt,nec erit ratio prioris, & poſterioris.

3. Argum. Tertiò:nam idem eſt habitus logicæ, qui acquiritur per primam demonſtrationem,& perficitur per reliquas demõſtrationes:ſed qui acquiritur per primã non eſt ſcientia:ergo logica non eſt ſciẽtia. Probatur minor: nam vt habeamus ſcientiam,neceſſum eſt cognoſcere bonitatem conſequentiæ, & veritatem præmiſſarum, quod eo actu fieri nequit:& ita prima demonſtratione ſcientia generari non poteſt.

Quartò: Scientia eſt de neceſſariis & perpetuis: ſed Logica eſt de contingentibus:ergo non eſt ſcientia. Maior eſt Ariſtot.primo poſter.cap.ſeptimo. Minor probatur, quia eſt de ſyllogiſmis, definitionibus, & reliquis huiuſmodi inſtrumentis, quæ ſunt entia factibilia à nobis, & contingentia. Et confirmatur: quia omnis ſcientia eſt ſubalterna, vel ſubalternata: ſed Logica non eſt huiuſmodi:ergo &c.Probatur minor:nam da, quam ſcientiam ſubalternet,vel cui ſubalternata ſit. *4. Argum.*

Quintò. Omnis ſcientia debet verſari circa aliquod obiectum à nobis cognoſcibile:ſed Logica non ita ſe habet: ergo non eſt ſcientia. Maior clariſſima eſt, cũ ſcientia per principia ſubiecti nos faciat cognoſcere ſubiecti paſſionem. Minor probatur: nam obiectum Logicæ (de quo infra) eſt ſecunda intentio,quę eſt ens rationis: ſed ens rationis non poteſt à nobis cognoſci: ergo &c. Minor probatur: nam vel cognoſcitur per ſpeciem propriam,vel per alienam. Nõ per propriam:quia non habet illam:quod & probo, quia obiectum realiter emittit, & cauſat ſpeciem: ſed ens rationis non poteſt realiter emittere, & cauſare ſpeciem,aliàs eſſet ens reale:ergo &c. Non per alienam, ſcilicet, per ſpeciem entis realis:quia aliàs cognitio entis rationis, & entis realis eſſet eiuſdem ſpeciei, ſiquidem fiunt eadem forma & ſpecie. Item quia ſpecies ſolùm repræſẽtat obiectum à quo fuit cauſata: ſed ab ente rationis non fuit cauſata:ergo illud non repræſentat: ſpecies namque equi non repræſentat hominem,quia ab illo non fuit producta:ergo &c. *5. Argum.*

Sextò. Nulla ſcientia eſt de propoſitionibus, ſed de rebus ſignificatis per propoſitiones; ſed Logica eſt de propoſitionibus: ergo non eſt ſcientia. Maior probatur:nam quando ſcio hominem eſſe riſibilem, non habeo ſcientiam huius propoſitionis,Homo eſt riſibilis, ſed rerum ipſarum. Minor probatur: nam maxima pars Logicæ verſatur in explicandis naturis propoſitionum; vt cum tractamus de propoſitione ſimplici, categorica,modali,&c. *6. Argum.*

Septimò: Si logica eſſet ſcientia, ma- *7. Argum.*

xime

ximè quia demonſtrat propriam paſſionem de ſubiecto: ſed hoc non facit: ergo non eſt ſcientia. Minor probatur: Paſſiones in logica demonſtratæ ſunt ſecundæ intentiones: ſed iſtæ non ſunt verè paſſiones: ergo &c. Probatur minor; qa paſſiones ſimul debent eſſe cum ſuo ſubiecto: nec põt ſubiectũ eſſe ſine illis, ſaltem naturaliter loquendo: ſed obiectum logicæ eſt ſine paſſionibus, quæ dicuntur demonſtrari in logica: ergo non eſt ſciẽtia. Probatur minor: quia paſſiones logicales, verbi gratia, prædicabilitas de multis, quæ eſt paſſio vniuerſalis (& ſic de reliquis) eſt diſtincta ab eſſentia vniuerſalis: ergo eſt alia ſecunda intentio diſtincta ab intentione vniuerſalis, & alia relatio etiam ſpecie diſtincta: ergo conſequitur ad diſtinctum actum intellectus, ad quem fuit conſecuta eſſentia & intentio vniuerſalis: ergo poteſt eſſe actus intellectus, quo ſit eſſentia vniuerſalis, & non eſſe actus, quo ſit paſſio: & ſic vnum erit ſine alio, ex quo fiet non eſſe veram paſſionem, & ſic quòd non ſit Logica vera ſcientia: & hoc patebit infra magis.

8. Argum. Octauò: Dialectica non habet demonſtrationes: ergo non eſt ſcientia. Probatur antecedens: nam illæ demonſtrationes nec procedunt per cauſam efficientem; ſed hoc non poteſt eſſe: quia obiectum logicæ, & eius paſſiones, cum ſint entia rationis, non habent cauſam efficiẽtem: nec procedunt per cauſam finalem: quia cùm ens rationis non habeat cauſam efficientem, non habet etiam cauſã finalem: nec procedunt per cauſam materialem: quia ens rationis non componitur ex materia & forma: nec etiam per cauſam formalem: illud namque cauſam materialem habet, quod habet formalẽ, cùm forma ſit alicuius materiæ forma; item quod habet efficiẽtem, quia forma ſit ab aliquo efficiente.

9. Argum. Nonò: Eo modo ſe habet aliquid ad ſcibilitatem, quo modo ſe habet ad entitatem: ſed ens rationis habet ſe ad entitatem, ſicut quod eſt ens ſecundum quid: ergo erit ſcibile ſecundum quid, & non ſimpliciter. Maior probatur: nam ſcientiæ non ſunt niſi entium, quæ verò non ſunt entia, non ſciuntur. Minor probatur: nam ſi eſſet ens ſimpliciter, eſſet ſubſtantia, & ens reale.

Decimò. De illo, quod non poteſt cognoſci, non poteſt eſſe ſcientia: ſed ens rationis non poteſt cognoſci ab intellectu: ergo de illo non poteſt eſſe ſcientia logicalis: ſed de nullo alio tractat Logica: Logica ergo non eſt ſcientia. Probatur minor; Illud quod non continetur ſub obiecto intellectus, nec eſt eius obiectum, nec poteſt cognoſci ab intellectu; ſed ens rationis eſt huiuſmodi; ergo &c. Probatur minor; quia obiectum intellectus eſt ens reale: ſed ens rationis non eſt ens reale, nec continetur ſub illo: ergo &c. Et ſecundò probatur eadem minor; quia obiectum intellectus eſt id, quod eſt obiectum Metaphyſicæ; ſed obiectum Metaphyſicæ eſt ens reale, cùm ſit ſcientiarum nobiliſſima; ergo &c. Et tertiò probatur eadem minor: quia vna potentia eſt illa, quæ verſatur circa vnũ obiectum; & obiectum ſpecificans potentiam debet habere vnicam rationem formalem, & hac ratione eſſe vnum; ſed ſi ens rationis eſſet ſub obiecto potentiæ intellectiuæ, non poſſet habere obiectũ vnam rationem formalem; ergo nec intellectus eſſet vna potentia. Probatur minor, quia enti reali, & rationis non poteſt dari vnica ratio formalis, quia non poſſunt habere vnicum conceptum: non ergo poſſunt ſub eodem obiecto cõtineri, & ita non poterit cognoſci nec ſciri. *10. Argum.*

Vndecimò; Omnis ſcientia realiter refertur ad ſuum obiectum; ſed non ſe habet ita Logica; non ergo eſt ſcientia. Maior probatur, quia relatio menſurati ad menſuram eſt relatio realis, & ſi logica eſt ſcientia, debet à ſuo obiecto menſurari: nam ex hoc habet eſſe verũ. Probatur minor: nam relatio realis debet eſſe inter extrema realia: nam relatione exiſtente, ſimul terminus debet exiſtere; ſed ens rationis non eſt aliquid exiſtens; ergo relatio ad illud non poteſt eſſe realis. Si dicas, quod ſufficiat eſſe aliquod reale fundamentum ipſius obiecti Logicæ. Contra: nam logica non menſuratur a fundamento entis rationis, ſed à prædicatis quidditatiuis; ergo non ſufficit, quod fundamentum ſit aliquid reale, vt relatio ſit realis. *11. Arg.* *Solutio.* *Impugnatio.*

C Duo-

Digitized by Google

12. Argu. Duodecimò. De ente per accidens nõ eſt ſcientia:ſed obiectum logicæ eſt ens per accidens:ergo de ipſo non eſt ſcientia. Maior eſt Ariſtotelis. 7. Metaph. Minor probatur:quia logica non tractat de ſecũda intẽtione in abſtracto,nec de prima, ſed agit de ſecundis adiunctis primis: ſed prima & ſecunda intentio eſt eos per accidens:ergo &c. Probatur minor,quia homo & ſpecieitas, animal & genereitas habẽt diſtinctas definitiones, & eſſentias.

13. Argu. Tertiodecimò. Si logica eſt ſcientia, cùm non ſit ſubalternata, debet eſſe euidens:ſed hoc eſt impoſſibile:ergo nõ eſt ſcientia. Maior probatur, nam de ratione ſciẽtiæ eſt euidẽtia in ſe, vel in ſubalternante: nam definitur, quòd ſit habitus certus & euidens. Sed minor probatur, quia non eſt euidens eſſe obiectum logicæ,quod eſt ens rationis: multi enim negant ſecundas intentiones eſſe aliquid rationis,de quo agemus, cùm de obiecto logicæ diſputationem inſtituemus:ergo &c.

14. Argu. Quartodecimò. Secunda intentio, quæ eſt obiectum ſpecificatiuum Logicę,non habet paſſiones aliquas:ergo Logica non eſt ſcientia. Probatur conſequentia: nam ſcire obiectum aliquod, eſt cognoſcere eius paſſiones per quidditatem ſubiecti. Nec ſufficit dicere, quòd in particulari habet paſſiones, quia ex neceſſitate obiectum ſpecificatiuum debet habere aliquam paſſionem, quia ſcientia ad illud primò terminatur. Sed primum antecedens probatur: nam da,quę ſit eius paſſio. De hoc argumento dicetur infrà.

Præambula ad quæſtionis intelligentiam.

1. Not. VT vero quęſtionem hanc exactè intelligamus,aduertẽdum erit varias in hac parte circumferri ſentẽtias. Nam
1. Opin. Philoſophi aliqui negarunt ſcientiam
Ammon. eſſe Logicam, in quorum numero fuit
Max. Ammonius prologo Prædicam. Max. lib.
Alex. de Interpret. in princip. Alexand. 1. To-
Aegid. pic. Ægid. Roman. 1. Poſt. q. 2 Petrus Ni-
Petrus Niger. ger q. 11 ſui clypei, Villalpand. quæſt. 1.
Villalpãd. procem. quibus multi moderni libenter ſubſcribunt. Diuerſa ſententia eſt aliorum in alio extremo philoſophantium, qui tantum Dialecticæ tribuunt, 2. Opin. vt non ſolum ſcientiam eſſe defendant, verùm omnium ſcientiarum principem appellent. Et ita Plato lib. 7. de Republ. ſcribit, Dialecticam doctrinarum omnium apicem ac finem eſſe;cæteras verò Plato. diſciplinas, etſi propter conſuetudinem ſcientiæ dicantur, ſi tamen cum Dialectica conferantur, non eſſe ſcientiæ nomine appellandas. Et D. Auguſt. D. Aug. 3. lib. cont. Academic. cap. 13. & 2. lib. de ordine, c. 13. appellat diſciplinarum diſciplinam: Et Cicero lib. 1. de claris Cicero. oratorib. Artium maximam, atque omnium lucem dicit. Hinc ortum habuit illud de Dialectica encomium, quo eam iuniores appellant, Artem artium, & ſcientiam ſcientiarum.

Notato præterea Logicam dupliciter conſiderari poſſe, qua ratione eſt docens, & qua ratione eſt vtens: de qua conſideratione in ſuperioribus actũ eſt. Cum ergo modò inquirimus, vtrùm Logica ſit ſcientia, vt ipſe titulus præfert,de docente eſt ſermo, nam poſtmodùm de vtente ſumus tractaturi. Et cùm ſcientiæ nomen varie vſurpandum veniat, hic eam ſic nos accipimus pro habitu acquiſito per demonſtrationem, quo inclinamur,impellimurq;ad eas concluſiones cognoſcendas:quæ fuerunt ex ſuis principiis deductæ.

Eſt præterea animaduertendum ex Demonſtratio quomodo ex cauſis procedat. doctrina Ariſt. 1. Poſter. demonſtrationem ex cauſis, procedere Quod dupliciter poteſt intelligi, vno modo ex cauſis formaliter, alio modo ex cauſis virtualiter. Cauſa in eſſendo formaliter eſt illa, quæ verè cauſat, vt anima vere influit in paſſiones,& cauſat illas. Cauſa virtualiter eſt ipſa ratio eſſendi à priori,quæ ſolet vocari ratio formalis,& eſt talis,quod ſi illud cuius ratio eſt, poſſet habere cauſam, eſſet ipſa ratio cauſa, cauſaretque illud, cuius cauſa virtualis ponitur. Et hoc modo immutabilitas omnimoda dicitur cauſa ſeu ratio formalis æternitatis, non quòd æternitas ab immutabilitate cauſetur: ſed quia ſi æternitas cauſam haberet, vtique eſſet omnimoda immutabilitas. Et hoc modo ratio æternitatis animæ rationalis

eſt

eſt immaterialitas ipſius propriè dicta: & ratio entis eſt cauſa ſeu ratio bonitatis, quia ſi bonitas cauſam haberet, exposceret entitatem pro cauſa: & hoc modo omnes ferè Metaphyſicæ demonſtrationes procedunt. Quadrat autem iſte dicendi modus Ariſtoteli. 2. de Cęlo tex. 13. Nam cum probaret dextrum cœli eſſe oriens, quia inde incipit cœleſtis motus, arguit contra ſeipſum pro ſua opinione; Motus cœli numquam incepit, ſecũdum determinationem 8. Phyſic. quæ habetur text. 5. & 6. falſum ergo eſt dicere, Ab oriente incipit motus: & reſpõdet ſibi, motum cœli incipere ab oriente, non quod inde inceperit: ſed quia ſi incepiſſet, inde debuiſſet incipere, ac ſi diceret, iuxta noſtram mentem inde incepiſſe, non formaliter, ſed virtualiter: quia ſi inciperet, inde exordium ſumeret, atque erumperet. Et ita cum aſſerit, quod demonſtratio quæ generat ſciẽtiam, procedit ex cauſis prioribus & notioribus, intelligendum eſt ex cauſis formaliter, vel virtualiter: hoc eſt ex cauſis vel rationibus formalibus, quæ eſſent cauſæ, ſi cauſæ exigerentur in illa materia. Eſt itaque cauſa virtualis, ratio, propter quam aliquid alicui conuenit.

Quæſtionis deciſio.

1. Concluſ. Impugnatur 1. opin.

PRima concluſio. Logica docens eſt verè & proprie ſcientia, & ita eſt appellanda. Hanc concluſionem tenent viri grauiſſimi D. Thomas 4. Metaphyſ. lect. 4. Scot. in prædic q 1 Albert. cap. 1. in Porph. Auicen. cap. 1. ſuæ Log. Sot. q. 2. procem. in Logica, & innumeri viri docti noſtri temporis, quos longum & ſuperfluum eſſet recenſere. Et probatur ratione: nam ſcientia eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem; ſed Logica eſt huiuſmodi: ergo eſt ſcientia. Maior eſt Ariſtot. & omnium Philoſophorum, 1. Poſter. Minor probatur, nam iſta eſt demonſtratio. Omne vniuerſale eſt prædicabile: genus eſt vniuerſale: ergo genus eſt prædicabile. Item iſta: Omnis ſyllogiſmus procedens ex prioribus, notioribus, & cauſis concluſionis, generat ſcientiam: ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt huiuſmodi: ergo generat ſcientiam. Sed iſta: Omnis ſyllogiſmus procedens ex probabilibus, generat probabilitatem: Syllogiſmus dialecticus eſt huiuſmodi: ergo &c. Et multæ aliæ ſunt demonſtrationes, quæ procedunt ex cauſis virtualiter, & rationibus formalibus, vt ſupra dictum eſt: nam vniuerſalitas eſt cauſa virtualis prædicabilitatis, & ſic de reliquis: ergo iſtæ demonſtrationes generabunt ſcientiam, non aliam niſi Logicam, quia conſideratio harum ſecundarum intentionum ad nullam aliã pertinet, vt infrà videbimus: Logica ergo eſt ſcientia.

Secundò probatur concluſio: nam vniuerſale prout cõſideratur à Logico, habet propriam paſſionem, quæ eſt prædicabilitas de multis: ergo hæc poterit demonſtrari de ſuo ſubiecto; ergo illa demonſtratio habitum generabit, non niſi Logicæ; eſt ergo Logica ſcientia. Primum antecedens probatur: nam prædicabilitas de multis conuenit omni vniuerſali, & ſoli, & ſemper, & hoc per rationem & definitionem vniuerſalis: ergo eſt propria ipſius paſſio. Prima conſequentia probatur: quia omnis paſſio per rationem ſui ſubiecti demonſtrabilis eſt. Vtrum autem prima paſſio ſit à priori demonſtrabilis, dicetur infrà. Et cum dicimus, quod generabit ſcientiam, intelligendum eſt, vel genitã adaugebit, & quantum attinet ad propoſitum, idem eſt.

Præterea Logica inclinat intellectũ ad iudicandum de ſupradictis concluſionibus per cauſas & rationes formales, earum ergo eſt habitus ſcientificus. Probatur conſequentia: nam non poteſt eſſe opinio, quia opinio non iudicat per rationes formales de concluſionibus in bona conſequentia: non etiam poteſt eſſe fides, quæ innititur authoritati dicentis; non etiam intellectus, & habitus principiorum, quia iſte non procedit ex cauſis: nec etiam eſt ars, quia ars eſt de re factibili, non procedendo demonſtratiuè.

Præterea vt aliquid ſit ſcientia, ſufficit, quòd procedat demonſtrando paſſiones de ſubiecto prout materia, circa quam verſatur, illud patitur: vnde Metaphy- *Quid ſufficiat ad ſciẽtiam.*

Digitized by Google

taphyſica dicitur eſſe ſcientia verè, & paſſiones de ſuo ſubiecto demonſtrat, non per cauſam propriè dictam, ſed per rationem formalem; nam quod Deus ſit æternus, vt ſæpe inculcauimus, non eſt cauſa propriè dicta immutabilitatis, & entitas non eſt cauſa propriè dicta vnitatis: ſed Logica hoc modo procedit: ergo eſt ſcientia. Minor probatur, nam etiam eſt ratio formalis ſeu virtualis cauſa, & prout materia patitur Logicalis, Verbi gratia, prædicabilitatis generis, & reliquorum prædicabilium, eorum vniuerſalitas.

Præterea actus voluntatis quatenus, ad benè beatèque viuendum ſpectant, cadunt ſub aliqua propriè & verè ſcientia à Phyſica diſtincta, videlicet ſub morali Philoſophia: ergo ſecundæ intentiones, quatenus de eis demonſtrantur paſſiones, & conducunt ad ſciendum, ſub aliqua ſcientia à Metaphyſica diſtincta cadent, cuiuſmodi eſt Logica. Nam licèt entitates rationis ſecundum ſe conſideret Metaphyſicus, ſub hoc tamen fine quatenus deſeruiunt rectæ intellectioni, & ſciendi modo, ad Logicũ ſpectant.

Et tandem probatur noſtra concluſio: nam in libris, quos de Logica edidit Ariſtot. tam multæ ſunt demonſtrationes ad Logicam concernentes, vt illis perſpectis ceſſet omnis quæſtio, & certiſſimum ſit Logicam eſſe ſcientiam, nã in conuertendis propoſitionibus, in reductione modorum imperfectorum ad perfectos, in medii inuentione, in naturis demonſtrationis, definitionis, diuiſionis, argumentationis, & aliis huiuſmodi, tam multas ſtatuit demonſtrationes, vt hac vna parte reliquas omnes ſcientias demonſtrationum multitudine facilè vincat Logica. Et ne moleſtia lectorem afficiam, eum ad libros Priorum, & Poſteriorum Reſolutionum, quibus locis illa ſunt propria, remitto.

Secunda pars concluſionis, quod ita ſit Logica appellanda, probatur: nam nominibus vtendum eſt, vt plures: at plures illique grauiſſimi viri Logicam ſcientiam appellant: ita igitur eſt appellanda. Minor conſtat ex dictis in hac quæſtione, & in probatione concluſionis, & ex illis quæ retulimus pro illa ſententia eorum, qui ſentiebant Logicã eſſe ſcientiam præſtantiſſimam.

2. Concluſ. contra Platonem.

Secunda concluſio: Logica docens non eſt ſcientiarum præſtantiſſima: nam præſtantia & excellentia ſcientiæ, iuxta doctrinam Ariſtotelis lib. de Anima ſtatim in principio, colligitur ex obiecti excellentia, vel ex certitudine procedendi & demonſtrandi; ſed ex iſtis capitibus non excedit omnes ſcientias: nam ſcientiæ reales ex parte obiecti vincunt Logicam, in certitudine demonſtrandi vincunt Mathematicæ, quinimò omnes reales ſcientiæ. Fateor tamen nobiliorem eſſe Grammatica atque Rhethorica, cùm ordinetur Dialectica ad veri cognitionem, & dirigat intellectum in ſuis operibus ne erret: & ſecundum quid non inconuenit eſſe nobiliorem ſcientiis realibus: propterea quod hominis diſcurſum ex propria ratione perficiat. Et hoc forſan viri doctiſſimi in principio relati ſentire volebant, ſicque ſunt explicandi Et cumprima omnium ſcientiarum dicitur, ſecundum quid & acquiſitione, non ſimpliciter & dignitate eſt explicandum. De qua tamen concluſione latius agitur in principio librorum de Anima: & Soto in prologo Summularum.

Logica ſecũdum qd nobilior.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Arg.

AD argumentum primum in principio quæſtionis conſtitutum, quod ex variis locis Ariſtotelis deſumebatur, reſpondetur. Primum locum aliqui intelligunt, non de logica, ſed de modo procedendi cuilibet ſcientiæ proprio, qui prius tradendus eſt. Sed communis expoſitio eſt, quod fiat ſermo de logica, quam prius addiſcendam eſſe docet, quam reliquas ſcientias: propterea quòd in ipſa doceatur, quonam pacto demonſtratio, diuiſio, & argumentatio ſit conſtruenda: explicanturque natura, & eſſentia, & paſſiones obiecti logici. Et iſte modus ſciendi ſcientia eſt, & vocatur modus ſciendi, quia docet modũ ſciendi: non verò vocatur modus ſciendi, quia ſit ſcientiæ determinatio:

quemad-

Digitized by Google

quemadmodum velocitas vocatur modus curſus, quia eſt eius determinatio. Itaque Logica eſt modus ſciendi, & ante alias ſcientias addiſcenda. Soto ſapientiſſimus, & Pater Toletus explicant de Logica, non ea ratione, qua docens eſt, ſed ea ratione, qua vtens eſt: itaque logica vtens eſt modus ſciendi, & prius addiſcendus eſt quam reliquas ſcietias cõſequamur, vt ſupra viſum fuit. Et iſta Logica eſt prior ſecundum aliquam conſiderationem etiam Logica ipſa docente, quia deſeruit ad eius cõſecutionem, vt ſuperiùs fuit definitum. Alii exponunt Dialecticam vocari ſciendi modũ, quia eius obiectum ſit ſciendi modus, non verò ipſa Dialectica. Sed ſupradictę duæ expoſitiones ſunt potiores: nam Dialectica eſt ſciendi modus, quia docet naturam modi ſciendi, & ipſum conſtruit. Et cùm dicit Ariſtoteles, abſurdũ eſſe ſimul quærere ſcientiam & modum ſciendi, nomine ſcientiæ non intelligit Dialecticam, ſed aliàs ſcientias à Dialectica: & per hoc non negat Logicam eſſe ſcientiam.

Soto. Toletus.

Ad 2. Arg. Ad ſecundum aliqui reſpondent, agere ſermonem in 2. Metaph. & 1. Poſter. de Logica vtente, quæ dicitur non habere proprium ſubiectum, quia & poteſt probabiliter diſputare circa vera & falſa, & tunc potius dicenda eſt potentia quam ſcientia, & ſicut voluntas, quia potentia eſt, poteſt velle bonum & malum, ita Logica, vt vtens, poteſt circa verum & falſum diſputare: ſcientia verò ſemper verſatur circa verum præcisè.

Impugnatio. Sed hæc expoſitio non mihi placet, quia etiam Logica, vt vtens eſt, habet certum obiectum, & verſatur in introducendo formam ſyllogiſmi, definitionis, & argumentationis, & in cæteris actibus rationis: quinimò omnis potentia habet ex neceſſitate certum obiectũ, ad quod ſe extendit, & vltra quod non operatur, & potentiæ, ſicut & ſcientiæ, ſunt impermiſtæ.

Explicatio Arg. Et ita ſenſus Ariſtotelis eſt, quòd Logica non habeat certum ſubiectum, id eſt, certum materiale vbi ſuam formam argumentationis, definitionis, &c. introducat; ſed in materia cuiuslibet ſcientiæ definire, & argumentari. Et hac ratione dicitur Logicus, ſicut & Metaphyſicus per omnia rerum genera vagari: iſte conſiderando entis rationem, quæ omnibus rebus eſt communis; ille formando argumentationes, diuiſiones, definitiones in omni materia cuiuſcunque ſcientiæ, in ente abſtracto, in ente concernente materiam ſenſibilem, &c. In illo verò loco primo Topic. & tertio. Metaphy. loquitur de dialectica ſtrictè & in certo genere, hoc eſt, pro parte topica & probabili; Nam quando iſta pars ad vſum refertur, ſemper tractat per principia probabilia. Non verò negat Ariſtoteles, quin ſint principia neceſſaria in hac ſcientia, ſicut & in reliquis. Videantur quæ diximus 1. quæſt. pro expoſitione huius nominis, Logica. Ad vltimum locum reſpõdentes affirmamus Ariſtotelem ibidem agere de Logica, prout eſt vtens: quæ ſecundum hanc conſiderationem non eſt ſcientia: vt iam conſtabit.

Ad ſecundum argumentum principale reſpondetur, quòd ratio vniuerſalis eſt virtualiter cauſa prædicabilitatis: ſi enim prædicabilitas poſſet habere cauſam, eſſet vniuerſalitas cauſa: itaque eſt ratio formalis, vt ſuprà dictum eſt. Et eo modo, quo eſt cauſa, eſt prior, prior enim eſt cauſa quàm effectus, & cauſa virtualis, effectu virtuali, ſaltem noſtro modo intelligendi; quia poteſt vnum ſine alio concipi à nobis. Et quantum attinet ad demonſtrationes Logicas, patet clarè: quia ratio prædicabilitatis de pluribus, conſequitur ad rationem vniuerſalis; ergo ratio vniuerſalis prior eſt prædicabilitate. *Ad 2. arg.*

Secundò reſpondetur ex Soncinate 4. Metaph. quæſt. 17. vbi ait, quòd cauſa eſt in duplici differentia (& loquitur de cauſa in eſſendo.) Vno modo, quia eſt productiua alicuius, & habet ſupra ipſum realem cauſalitatem: ſicut ignis eſt cauſa caloris in rebus calidis, & hominis eſſentia eſt cauſa paſſionum. Alio modo dicitur aliquid cauſa alterius, quia eſt natura prius eo, & eſt cauſa quare alterum inſit; quia neceſſariò naturaliter conſequitur ad illud prius. Et ponit exemplum in albedine & ſimilitudine, quæ ſunt vna res; ſed hæc res priùs eſt albedo, quã ſimilitudo: & ideò *Solut. Soncinatis.*

C 3 duæ

duæ albedines poſitæ in actu ſunt cauſa ſimilitudinis in vtraque earum. Et ad hunc modum debet intelligi Philoſophus (inquit Sõcinas) quando dicit quod demonſtratio debet conſtare ex cauſis: nam medium in demonſtratione à priori, eſt cauſa paſſionis; quia eſt ratio, propter quam prædicatum inſit ſubiecto, ſicut albedo eſt ratio, propter quam inſit ſimilitudo duobus albis. Itaque ex his verbis Soncinatis colligitur, quod medium in demonſtratione debet eſſe vera cauſa paſſionum, quæ demonſtrantur, vel ſaltem debet eſſe id, ratione cuius, quod demonſtratur, ſubiecto conueniat. Vnde fit, quòd cum enti per eius rationem conueniant multa, (vt eſſe vnum &c) poſſint hæc de illo demonſtrari: & cùm ſecundis intentionibus multa conueniant per earum rationem, vt prædicabilitas vniuerſalitati, de hac per eius rationem illa demonſtrari poſſit: quamobrem in Logica ſunt veræ demonſtrationes. Et hæc ſolutio ferè eadem eſt cum præcedenti. Et quãuis verum ſit, quòd omnia entia rationis cognoſcantur per ſpecies entis realis, ſed quædam entia rationis ſunt aliis cognoſcibiliora; quia ſunt priora, & cauſæ, ad modum expoſitum: vnde ſecundum ſuam naturam notior eſt ratio vniuerſalis, quàm prædicabilis. Et huius rei ſit exemplum: nam quãuis Deus, & angeli, & materia prima, cognoſcantur per ſpecies rerum materialium, & non per propriam ſpeciem, Deus tamẽ magis cognoſcibilis eſt, quam angeli, & iſti quam materia prima ſecundum ſuã naturam Ita in propoſito de ſubiecto logicæ & ſuis paſſionibus dicendum eſt: illud enim ſua natura notius eſt iſtis, quoad nos verò paſſiones notiores ſunt ſuis cauſis. Et ita manet ſoluta illa ratio; cognoſcuntur per ſpecies entis realis: ergo æqualiter cognoſcuntur. Et etiam illa. Sunt æqualis entitatis: ergo æqualis cognoſcibilitatis: nam paſſio & eſſentia nõ ſunt æqualis entitatis in ſuo genere. Idem enim dicendum eſt de illis, ac de paſſionibus & eſſentiis realibus, ſuo modo tamen.

Not.

Ad 3. Arg. Tertium argumentum ſoluimus ſupra quæſt. 2.

Ad 4. Reſp. Ad quartum reſpondetur negando minorem: Logica namque, ſicut & quælibet ſcientia, de perpetuis & æternis tractat. Nam ſi reſpicimus ad veritates demonſtratas, conſtat illas eſſe æternas, vt quòd generet demonſtratio ſcientiam, quòd vniuerſale ſit prædicabile: ſubiectum etiam, de quo iſtæ veritates primò & per ſe demonſtrantur, quia eſt vniuerſale, non per ſe corrumpitur, (Et loquimur de corruptione, quæ poteſt competere entibus rationis: nam ſicut habent ſuum eſſe, ita habent & ſuum nõ eſſe) ſed per accidens ad corruptionem ſingularium: & hac ratione ſcientia dicitur agere de perpetuis, quia de veritatibus perpetuis tractat, & de ſubiecto perpetuo per ſe. Quando verò fit aliqua demõſtratio de hoc vniuerſali, tunc hoc vniuerſale per ſe eſt corruptibile: ſed ſcientia tunc non verſatur primo & per ſe circa hoc ſubiectum ſingulare, ſed ſecundario. Primò & per ſe verſatur ſcientia omnis circa vniuerſale. Et cum dicimus quòd verſatur ſecundariò circa hoc vniuerſale Logica, loquimur de hoc vniuerſali formaliter; nam hac ratione pertinet ad obiectum Logicæ: ſic enim importat ſecundam intentionem ſingularem: & quod aſſerimus de Logicæ obiecto, dicendum eſt etiam de obiecto cuiuſuis alterius ſcientiæ. Si verò ſingulare aliquod incorruptibile eſſet, optimè poſſet de illo eſſe ſcientia, quia ſingularitas non repugnat ſcientiæ, ratione ſingularitatis, ſed ratione corruptibilitatis ipſius ſingularis. Et hoc manifeſtè patet in Deo, qui ſingulariſſimus cum ſit, ſcitur à beatis ſcientia clara & aperta, à nobis verò ſcitur ſub quadam vniuerſali ratione.

Ad conf. Ad confirmationem dicimus non oportere ſcientiam omnem ſubalternam, vel ſubalternatam eſſe, vt patet in Metaphyſica: eſt enim ſubalternatio propriè dicta, accidens ſcientiæ alicuius, & non omnium: Et cùm D. Thomas opuſcu. de nat. generis, & alii doctiſſimi viri videntur dicere, Metaphyſicam, ſibimet omnẽ ſcientiam ſubalternare, loquuntur de impropria ſubalternatione. Sed de hoc latiùs in Metaphyſica, & quæſt. 1. prime.

p.D.Thomæ,& in prologo Sent. Theologi diſputant.

Ad 5. Arg. Pro ſolutione quinti argumenti, poſt huius quæſtionis expoſitionem diſputabimus de modo, quo à nobis ens rationis cognoſcatur, quod faciemus, vt clariorem ordinem ſeruemus.

Ad 6. Arg. *Scientia eſt de propoſitionibus ut de medijs.* Ad ſextum reſpondeo, ſcientiam eſſe de propoſitionibus tamquam de mediis quibus venimus in rei cognitionem, ſed tamen principaliter ſciuntur res. Scimus itaque res per propoſitiones tamquam per inſtrumenta: Logica verò in hoc differt ab aliis ſcientiis, quod conſiderat propoſitiones vt inſtrumenta & media quædam ſciendi, quia per illas ſcit ſuum obiectum (formando namque propoſitiones ſcit ſecundam intentionem) & etiam vt res ſcitas, quia cum formale propoſitionis ſit ſecunda intentio, debet ex neceſſitate à Logico conſiderari, ſiquidem ſub eius obiecto continetur, vt pars ſubiectiua ipſius. Itaque reliquæ ſcientiæ propoſitiones conſiderant, vt quo ſciuntur res: Logica verò illas conſiderat, vt quo ſcit, & vt quod ſcit: & videatur Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 1. articulo primo, ad 2. & Caietan. atque Bannes ibidem: nam hoc conducit ad intellectum illius articuli.

Ad 7. Arg. Ad ſeptimum reſpondetur primò, quòd relatio prædicabilitatis, etſi ſit relatio diſtincta à relatione vniuerſalitatis, conſequitur tamen ad eũdem actum, ad quem conſequitur relatio vniuerſalitatis: nam eodem actu, quo fundatur vniuerſalitas, ſiue ſit abſtractio ſiue cognitio, ſiue comparatio, fundatur etiam prædicabilitas, eo enim, quo natura eſt vna in multis, eſt prædicabilis de multis. Et bene poteſt eſſe, quod idem actus fundet diuerſas relationes ſpecie, diuerſiſſimè comparatus ad illas. Et ita ille actus, quo fundatur vniuerſalitas primò & per ſe, fundat ſecundario prædicabilitatem. Sit exemplum, licèt non teneat in omnibus: Nam calefactio, & eiuſdem liquefactio, ſpecie differunt, & fiunt ab eadem forma, calore ſcilicet, ſed calefactio immediatè, liquefactio mediatè; ita in propoſito idem actus fundat vtramque relationem, ſed vniuerſalitatem primò, prædicabilitatem ſecundò; & ita differre ſpecie poſſunt, ſicut æquum eſt differre eſſentiam, & paſſionem non tranſcendentalem, & ſecundum probabilem opinionem, eadem actione, qua generatur eſſentia, generantur paſſiones, quæ tamen ſpecie differunt.

Etſi dicas; Contrà, nam prædicabilitas non habet eſſe formaliter, niſi dum actu cognoſcitur, quia cùm ſit ens rationis, illius eſſe eſt eſſe obiectiuè in intellectu, & actu terminare cognitionem illius; ſed non poteſt terminare actum intellectus, quem terminat vniuerſalitas, nam illi duo actus non ſimul, ſed ſucceſſiuè eſſe debent.

Aliqui reſpondent, ens rationis non habere eſſe formaliter per hoc quod actu cognoſcatur ab intellectu, ſed per hoc, quod proximè poſſit cognoſci ab intellectu, poſito iam eius fundamento proximo. Sed quoniam hæc ſolutio mihi non placet, vt infra diſputabimus (exiſtimo enim ens rationis debere actu cognoſci, vt formaliter ſit) reſpondeo, quòd in huiuſmodi paſſionibus rationis non eſt quærenda ſimultas eadem cum eſſentia, quam aſſignamus in entibus realibus, quia paſſiones reales cùm habeant eſſe ſecluſa intellectus operatione, poſita eſſentia ſtatim ponuntur. *In paſſionibus entis rationis nõ eſt quærenda ſimultas cum eſſentia, ſic vt in realibus.*

At verò cùm paſſiones rationis non habeant eſſe niſi per actum intellectus, qui quidem libere poteſt poni in executione, fieri poteſt vt ponatur eſſentia vniuerſalis formaliter, & non ponatur eius paſſio formaliter: quia non ponitur fundamentum proximum paſſionis, & ponitur fundamentum proximum eſſentiæ, ſiue (vt formalius loquamur) quia conſideratur eſſentia vniuerſalis, non conſiderata eius paſſione: Vnde vt dicatur prædicabilitas paſſio vniuerſalis, ſat fuerit; quod ſi eſſent aliquid reale adinuicem conſequerentur, quemadmodum riſibile ad hominem conſequitur, & ſatis eſt, vt prædicabilitas ſit paſſio vniuerſalis, quòd ex eo, quia natura eſt vniuerſalis, ſit proximum fundamentũ, vt illi poſſimus attribuere intentio-

nem prædicabilitatis. Quinimò tunc poſſumus dicere, quod eſt prædicabile in radice, ſicut dicimus quod eſt riſibilitas in radice, in hominis eſſentia conſequitur prædicabilitas, poſita tamen notitia intellectus, quia ipſa prędicabilitas formaliter fit. Et de hoc iterum redibit ſermo.

Ad 8. Arg. Ad octauum reſpondetur, quòd ad minus Dialectica demonſtrat per cauſam formalem, quia demonſtrat per definitionem entis rationis, quod eſt ſecunda intentio, & definitio dicitur cauſa ſeu ratio formalis: & etiam per cauſam finalem, nam ex eo quòd demõſtratio ordinatur ad generandam ſcientiam, dicimus talibus partibus cõſtare debere, & idem eſt de aliis logicis inſtrumentis; & ens rationis, quia habet aliquo modo eſſe, habet aliquo modo formam & finẽ, diminutiſſimè tamen: nam generitas natura ſua ordinatur ad conſtituendam generis naturam, & definitionem formaliter, quæ ex genere & differentia conſtat.

Ad 9. Arg. Ad nonum reſpondetur negando maiorem, nam ſcientiæ Mathematicæ ſunt perfectiſſimę ſcientiæ, & tamen tractãt de ente ſecundum quid, ſcilicet de accidentibus: quinimò Metaphyſica non eſſet perfectiſſima omnium ſcientiarum quia eius obiectum nec eſt ſubſtantia, nec accidens, ſed aliquid abſtractum; & ſic perfectior eſſet Phyſica, quia tractat de ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe, quod quidem abſurdiſſimum eſt. Et cùm dicitur, quòd ſcientiæ non ſunt niſi entium, volumus dicere, quod non ſint niſi de rebus, quæ poſſunt habere aliquam exiſtentiam, quam etiam ens rationis poteſt ſuo modo habere. Idem etiam vult illa propoſitio, quod ſcientiæ non ſunt niſi entium, id eſt, rerum habentium eſſentiam & paſſiones, ſeu aliquid ad modum illarum. Et hoc voluit ſimiliter, cùm dixit Ariſtoteles, quod non eſt, non ſcitur, id eſt, quod non habet eſſentiam in ordine ad aliquam exiſtentiam: & paſſiones demonſtrabiles, non poteſt ſciri, & ita non poteſt ſciri duas cõtradictorias eſſe veras, quia hoc non eſt eſſentia aliqua habens paſſiones nec enim oportet, quòd modus exiſtendi ſubiecti denominet habitum, & tranſeat in habitum ipſum, licet enim ſit ſcientia de homine, non vocatur ipſa ſcientia, nec eſt homo: eodem modo licèt Logica ſit de ente ſecundum quid, non debet ipſa Logica vocari ſcientia ſecundum quid, nec eſt ſcientia ſecundum quid, ſed ſimpliciter eſt ſcientia; & ſicut cognitio entis rationis ſimpliciter eſt cognitio, ita habitus cauſatus per cognitionem demonſtratiuam, etiamſi ſit circa ens rationis, ſimpliciter eſt ſcientia.

Intelligentia propoſitionis.

Ad 10. argum. Ad decimum argumentum, quod eſt difficile, reſpondet Soncinas 10. Metaphyſicæ, quæſtione 16. ens, quod eſt obiectum terminatiuum intellectus, eſſe ens commune ad ens reale & rationis, licet motiuum obiectum ſit ſolùm ens reale. *Solutio Soncinatis.* Sed hæc ſolutio appparet inſufficiens: nam ſequitur, intellectum non ſolùm non eſſe omnium nobiliſſimam potentiam, verùm etiam eſſe ignobiliſſimam, ſiquidem habet pro obiecto ens omnium ignobiliſſimum entiũ, cuiuſmodi eſt ens abſtractum, nam ignobilius eſt ente reali & rationis. Præterea quia non poteſt dari tale ens abſtractum, aliàs de illa ratione poſſet eſſe aliqua ſcientia, & illa quidem Metaphyſica ſuperior; nam obiectum Metaphyſicæ non eſt niſi ens reale. Nam profectò ſi illa ratio daretur, ſuas haberet paſſiones: eſſet enim illud ens vnum, verum, bonum, &c.

2. Solutio. Secunda ſolutio, ſufficiens illa quidem eſt huiuſmodi, quod obiectum intellectus eſt ens reale & rationis, ſecundum quòd habent inter ſe vnitatem analogiæ, quamuis huiuſmodi analogia duplicem importet conceptum: quia ex hoc quòd analoga ſunt, habent vnitatem ſufficientiſſimam, vt terminare poſſint potentiam vnam: nam obiectum ſcientiæ ſiue potentiæ non oportet quòd ſit vniuocum, ſed ſufficit eſſe analogum. Et patet hoc in obiecto Metaphyſicæ, & intellectus, & voluntatis: Et nihil refert huiuſmodi vnitatem analogicam vno vel duobus conceptibus importari: nam ſiue hoc, ſiue illo

illo modo importetur, ſemper dicit vnitatem, etſi ſit illa analogica vnitas. Et hoc eſt quod aſſerit Commentator 4. *Comment.* Metaphyſicæ, Commento 2. quòd vna ſcientia non tantū ſit de ſubiecto, quod eſt vnum ſpecie aut genere, ſed etiam de iis, quorū eſſe attribuitur vni fini, aut agenti, aut vni ſubiecto: vbi dicit, quòd non ſolum vniuoca, verùm etiam analoga, etſi ſint duorum conceptuum, vt ſanum, poſſunt eſſe obiectum ſcientiæ. Et alibi dicit ipſe, quòd vna ſcientia eſt de omnibus ſalubribus, ſanum verò de omni habente ſanitatem, vtrumque analogicè dicitur. Et dicitur ſecundum hanc ſolutionem obiectum intellectus eſſe aliquid reale, quia principalis pars eſt aliquid reale. *Obiectio.* Sed hæc ſolutio non eſt omnium optima, quia ſecundum illam cogimur etiam idem ponere obiectum pro Metaphyſica: nam idem eſt obiectū intellectus, & Metaphyſicæ, ſecundum veriorem opinionem: Falſum eſt autem aſſerere obiectum Metaphyſicæ eſſe ens, quatenus dicit reale ens, & rationis.

Tertia ſolutio. Et ideò ſit tertia ſolutio, quam vt omnium optimam, & quæ rei difficultatem exhaurit, oportet ſuſcipere. Quæ ſic ſtatuit, quòd obiectum, à quo ſpecificatur intellectus, & à quo ſumit ſuam vnitatē, & nobilitatem, eſt ens reale; & illud eſt, quòd primò terminat actionem intellectus, conſiderando intellectum ex natura ſua, ſicut etiam ens reale eſt Metaphyſicæ obiectum, adæquatum, tribuens illi & vnitatem & nobilitatem; cum quo tamen ſtat quòd conſecutiuè Metaphyſica etiam conſideret ens rationis: ita intellectus conſecutiuè conſiderat ens rationis. *Ens reale ſpecificat intellectū.* Nec hoc repugnat adæquationi obiecti intellectus: dicitur enim adæquatum obiectum, non ex hoc, quòd potentia vel habitus nullo modo poſſit in aliud, ſed quòd non poſſit in aliud per ſe, ſed tantùm conſecutiuè, & ratione alterius. Quod patet; nam adæquatum obiectum viſus eſt lucidū; & tamen authore Ariſtotele, & teſtante aperta experientia, per viſum percipimus tenebras, per accidens tamen, & in ordine ad lucidum. Et adæquatum obiectū Phyſicæ eſt ens mobile, & tamen 8. Phyſic. de Deo conſiderat, ſed in ordine ad ens mobile. Item obiectum Theologiæ adæquatū eſt Deus, & tamen Theologia tractat de peccatis, in ordine tamen ad Deum. Et vt hanc doctrinam corroboremus irrefragabili teſtimonio, adducamus D. Thomam 1. part. quæſt. 14. artic. 5. ad 5. *D. Thom.* Conſtituerat Diu. Thom hoc argumentum. Ipſum intelligere ſpeciem habet ab intelligibili, ſicut omnis alius actus ab obiecto ſuo, vnde & ipſum intelligere tanto eſt nobilius, quanto etiam nobilius eſt ipſum quod intelligit: ſed Deus eſt ipſum ſuum intelligere, vt ex dictis patet; ſi ergo Deus intelligit aliud à ſe, ipſe Deus ſpecificatur per aliquid aliud à ſe, quod eſt impoſſibile; non igitur intelligit aliud à ſe. Ecce argumētū. Sequitur ſolutio. Ad tertium dicendum, quòd ipſum intelligere nō ſpecificatur per id, quod in alio intelligit, ſed per principale intellectū, in quo alia intelliguntur. In tantum enim ipsū intelligere ſpecificatur per obiectū ſuum, in quātū forma intelligibilis eſt principiū intellectualis operationis; nam omnis operatio ſpecificatur per formā, quæ eſt principium operationis, ſicut calefactio per calorē: vnde per illam formā intelligibilem ſpecificatur intellectualis operatio, quæ facit intellectum in actu. Et hæc eſt ſpecies principalis intellecti, quæ in Deo nihil eſt aliud, quam eſſentia ſua, in qua omnes ſpecies rerum comprehenduntur. Vnde non oportet, quòd intelligere diuinum ſpecificetur, per aliud, quàm per eſſentiam ſuam. Ad propoſitum ergo, ſicut intellectus diuinus, etiamſi cognoſcat creaturas, non ſpecificatur ab illis, quia non eſt principale intellectum, ſed in alio intelliguntur, ſcilicet in eſſentia diuina, eodem modo noſter, intellectus etiāſi cognoſcat ens rationis, non ſpecificatur ab illo, nec ab illo ſumit ſuam vnitatem, quia non eſt principale intellectum, ſed eſt intellectum per ſpecies entis realis ex natura ſua. Et ſi dicas; Etiam Deus, & ſubſtantiæ ſeparatæ intelliguntur per ſpecies rerum ſenſibilium, & tamen continentur ſub obiecto intellectus. Reſpondetur, quòd verum ſit pro hoc ſtatu, abſolutè tamen non importent ordinē ad intellectum mediantibus rebus ſenſibili-

bus

bus & earum ſpeciebus. Eſt ergo ens reale obiectũ intellectus, ſpecificans ipſum: ens verò rationis non eſt huiuſmodi, ſed intelligitur ſecundariò, & in ordine ad ens reale, & per aliud: ſicut creaturæ cognoſcuntur à Deo, & ſe habent in ordine ad eius intellectum. Vide aliam ſolutionem in Soncin. 4. Metaphyſ. quæſt. 5. ad vlt.

Ad 11. arg. *Opin. Sonc.* Ad vndecimum reſpondet Soncin. 5. Metaph. q. 25. relationem ſcientiæ ad ſcibile in ratione menſuræ eſſe aliquid rationis, & non relationem realem; quia illa relatio terminatur ad rationem vniuerſalem, & ad prædicata, quæ illi neceſſariò conueniunt, non conſiderando exiſtentiam rei; & ſic per accidens ſe habet rei exiſtentia, ſiquidē etiā re deſtructa, manet illa ſcientia. Et ſi hãc ſolutionem ſequamur, conſtat argumentum ... non enim relatio ſcientiæ ad ſcibile in ratione menſuræ, realis eſt.

Alia ſolut. Eſt aliud modus dicendi, nimirum relationem iam dictam eſſe realem obiecto exiſtente in rerum natura, rationis verò, eodem non exiſtente; Et quamuis ſcientia non menſuretur ab exiſtentia rei, eſt tamē neceſſaria, vt ſit relatio realis, quia eſt neceſſaria ad exiſtentiam termini, terminus autem exiſtens eſt neceſſarius ad hoc, vt relatio ſit realis. Et ſecundum hanc doctrinam, relatio ſcientiæ ad ſcibile eſt realis, ipſo ſcibili exiſtente: quia verò obiectum Logicæ non exiſtit, non eſt ad ipſum realis relatio, ſed relatio rationis ſicut etiam imago refertur ad ſuum imaginatum relatione menſurati, & tamen hæc relatio menſuræ non eſt realis, niſi imaginato exiſtente.

Medina. Sapientiſſimus Magiſter meus Medina ita ſoluebat hoc argumentum, ſemper relationem menſurati ad menſuram in ſcientijs eſſe relationem realem, etiam obiecto non exiſtente. Et ad argumentum quod ſit; Relatio realis debet eſſe inter extrema realia, dicebat ipſe, vel ita ſe habentia ac ſi eſſent exiſtentia, & obiectũ cuiuſuis ſciētiæ, etiamſi non exiſtat, ita ſe habet, ac ſi exiſteret, quia ita menſurat ſcientiam: nam non menſuratur ſcientia ab exiſtentia, ſed à prædicatis per ſe. Quapropter Logica realiter in ratione menſurati refertur ad ens rationis, quia ita menſurat Logicam ac ſi exiſteret.

Obiectio. Et ſi adhuc inſtes; Contrà; nam ens rationis non eſt: ergo non eſt terminus,

Solutio. negatur conſequentia; nam vt ſit terminus, etiam ſecluſa operatione intellectus, ſufficit eſſe cōnexionem prædicatorũ eſſentialium, & propriorum, quæ cum ſit æterna, ſemper eſt: vt v. g. quòd vniuerſale ſit prædicabile, quòd demonſtratio generet ſcientiã, & ab his menſuratur ſcientia, & refertur ad ens rationis, ratione prædicatorum quidditatiuorum & per ſe, & ratione horum, etiamſi ens rationis non ſit quoad exiſtētiam, dicitur eſſe terminus. Hic tamen eſt notandum, numquam logicam referri ad ſuum fundamentum in ratione menſurati, quia logica nō eſt vera, quia conformis fundamento entis rationis, ſed quia conformis prædicatis per ſe ipſius entis rationis, vt de ſe patet. Sed de his latius ſumus acturi in Relationis prædicamento.

Ad 12. arg. Ad duodecimum reſpondetur, quòd logica habeat pro obiecto ens per ſe & definibile, licet ſit aliquid rationis. Et hoc eſt ſecunda intentio in concreto, quod eſt ens per ſe in ſuo genere, ſicut albedo in cōcreto eſt accidens. Et illud voluit docere Auicēna cùm dixit, quòd eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis, id eſt, de ſecundis intentionibus in concreto, & vt ſundantur in rebus, & illas denominant nō verò voluit dicere eſſe de ſecundis & primis ſimul: & ſi ſuſcipit tractationem de primis Logicus, eſt vt de fundamento ſui obiecti. Vide quæ ſumus dicturi infrà quæſt. 27. ſecundarum intentionum.

Ad vl. arg. Ad vltimum reſpondetur, eſſe per ſe notum & euidentiſſimum, eſſe ſecundas intētiones, & de illis fieri demonſtrationes euidentes; & ita Logica eſt ſcientia euidens. Sed de hoc cum diſputabimus de Ente rationis redibit diſputatio; & ſint ſatis iſta de hac quæſtione.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum logica vtens, vt ſic, ſit ſcientia.

1. Argum. ET videtur quod ſic. Primò: Logica vtens, qua ratione eſt vtens, habet aliquē actum: ſed ille nō eſt actus opinionis, nec fidei, nec artis, cùm non ſit circa

res factibiles : ergo erit actus ſcientiæ, quia non videtur quis alius ſit. Totus diſcurſus patet.

2. Argum. Secundò, Logica vtens eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem; ergo eſt ſcientia. Conſequẽtia eſt euidens, nã ita ſcientia definitur: ſed probatur antecedẽs, quia Logica vtẽs requiritur in eodẽ inſtãti, ĩ quo acquiritur docẽs, ſed docẽs acq̃ritur p̄ demõſtrationẽ : ergo & vtẽs. Et confirmatur, & explicatur, nam illamet demonſtratio, quæ generat docẽtẽ, eſt inſtrumentum, quo in eodẽ inſtãti generetur vtens; eſt ergo habitus per demonſtrationẽ acquiſitus: ergo ſcientia. Et confirmatur ſecundò: Sunt idem habitus Logica vtens & docens: ſed docẽs acquiritur p̄ demõſtrationẽ: ergo & vtẽs.

3. Argum. Tertium argumentum ſit pro explicando ſapiẽtiſſimo Magiſtro Soto, & eſt huiuſmodi. Si Logica vtens non eſſet ſcientia, hoc eſſet propter rationem Magiſtri Soto quæſt. 1. proœmiali in Logicam: ſed illa ratio eſt nulla: ergo &c. Probatur minor; nam ratio ſic habet; Vſus Logicæ vtentis nõ ſemper generat ſciẽtiã: ergo Logica vtens non eſt ſcientia. Sed hæc ratio eſt nulla; nam ſequeretur eadẽ ratione, quòd Logica vtens ſit ſciẽtia: nã eius vſus aliquando generat ſciẽtiã: ergo eſt ſciẽtia. Antecedens patet; nã demonſtratio generat ſciẽtiã, & ĩn ipſa, quantum ad eius conſtructionẽ, eſt à Logica vtente: ergo aliquãdo vſus Logicæ vtentis eſt ſcientia: ergo ſi hæc ratio aliquid probat, quia aliquando nõ generat ſcientiam, non eſt ſcientia, hæc etiam aliquid probabit, quia aliquando generat ſcientiam, eſt ſcientia; at cum hæc ſit nulla, & ratio etiam Soti nulla erit.

4. Argum. Quartò. Probabilis opinio eſt, ꝙ idẽmet habitus Logicæ docentis ſecũdum eandẽ formalitatẽ duos actus habeat, & demonſtrare paſſiones de ſubiecto, & ſic eſt docens; & conſtruere ſyllogiſmum & inſtrumẽta ſciendi; & ſic eſt vtẽs, itaque dicitur vtens à ſecũdo actu, docẽs à primo; ergo tunc Logica vtens erit ſciẽtia; quia eſt eadẽ formalitas, quæ eſt docens, at hæc eſt ſcientia; ergo & illa. Sed hoc eſt falſum : nã nullus vnquam vocauit vtentem Logicam ſciẽtiam; quid ergo tunc in hac opinione erit dicẽdum?

Præambula ad quæſtionem.

ANtequã ad quæſtionem reſpondeamus, vnũ eſt præmittendũ, de quo aliqui immeritò dubitant, decepti forſan doctrina Magiſtri Soto 2. q. procem. vbi dicit, quod Logica vtens illa ſit, qua tractatores aliarum ſcientiarũ vtuntur. Ex quo inferunt Logicã vtentẽ non producere actum aliquem, ſed paſſiuè ſe habere, quod falſum videtur: nam vt colligitur ex doctrina Diui Thomæ, prima ſecundæ, quæſt. 49. artic. 3. omnis habitus importat ordinem ad actum, ſic adeò vt finis habitus ſit actus: quia habitus eſt diſpoſitio ipſius naturæ; omnis autẽ natura ordinatur ad aliquã operationẽ, vel ad aliquid per actionẽ operatum tãquam ad finem, & ſic omnis habitus ex natura ſua ordinatur ad aliquam operationem: & etiam ſanitas ipſa, quæ habitus quidam eſt, ordinatur ad operationẽ: nam vt inquit Ariſt. 10. lib de animalium hiſtoria, homo dicitur ſanus, & ſimiliter membrum aliquod ſanum dicitur, quando poteſt facere operationem ſani. Et quamuis hoc cõueniat omni habitui ex natura ſua, ſunt tamen aliqui habitus, qui ex ſubiecto, in quo ſũt, importat ordinẽ ad actũ, quia habitus importat ordinẽ ad naturã rei. Si ergo natura rei, in qua eſt habitus, importat ordinẽ ad operari, ſequitur, quòd ipſe habitus primò & principaliter importat ordinẽ ad operari & ad actũ; & ſic omnis habitus, qui eſt alicuius potẽtię operatiuę, vt ſubiecti, principaliter importat ordinẽ ad actũ. Ex quo planè infertur, quòd cũ Logica docens ſit habitus, debet habere operationem aliquam; & cum ſit habitus potentię operatiuæ, ſcilicet, intellectus, debet habere primò & principaliter actum pro fine, quem effectiuè producat facilè, promptè, & delectabiliter. Iſte autem actus modò inquiritur quis ſit, an ſcilicet ſit ſcientificus & actus ſciẽtiæ, id eſt, cognitio alicuius concluſionis propter ſua principia: nam ſi hoc habet, erit ſciẽtia; an verò ſit aliquid aliud, ex quo ſequetur Logicam vtentem non eſſe ſcientiam.

Deciſio

Digitized by Google

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Logica vtens non eſt ſcientia.

HOc poſito ſit cõcluſio. Logica, qua ratione eſt vtens, non eſt ſcientia, nec eius actus eſt ſcientiæ actus, nec cognitio alicuius cõcluſionis propter ſua principia. Hæc concluſio probatur authoritate D. Th. 4. Metaph. lect. 4 ita dicentis: Vtens verò eſt, ſecundum quòd modo adiuncto vtitur ad cõcludendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientiis; & ſic recedit à modo ſcientiæ. Ecce concluſionẽ probatã, vbi inquit, quòd vtens, vt ſic, recedit à modo ſcientiæ: ſi recedit à modo ſciẽtiæ: ergo nõ eſt ſciẽtia, & illud ipſum, quod præmittebamus aſſeritur ſimiliter à D. Thom. Nã dicit, quòd vtens Logica dicitur, quatenus modo adiuncto vtitur ad cõcludendum aliquid probabiliter in omnibus ſcientiis: ergo iam Logica vtens habet actum, quem producit, qui eſt probabiliter diſputare in aliis ſcientiis. Et hic notabis, *Nota.* quòd D. Thomas non vocet Logicam vtentem, niſi vſum probabilis diſputationis, vt patet ibi, ad concludendum probabiliter in omnibus ſcientiis. Sed iam ſupra hunc locum explicuimus. q. 5. Et modo poſſumus aliam etiam explicationem adducere, quòd ſcilicet exemplum ponatur Logicæ vtentis in parte probabili, non quòd ſolus illius vſus in hac parte ſit Logica vtens: cum etiam vſus Logicæ in parte demonſtratiua ſit Logica vtens in actu ſecundo, & Logica ſecundũ quòd producit illum actum ſit Logica vtens in actu primo: ſed quia in hac parte probabili magis clarè patet vſus Logicæ, cùm in aliis ſcientiis, dum probabiliter diſputamus, non ſit aliqua demonſtratio, nec actus ſcientificus: cũ verò ſit demõſtratio, non ita clarè patet actus Logicæ vtentis, cũ ibi ſit etiã actus ſcientificus, à quo diſtinguere vſũ, præcipuè in propria materia Logicæ, nõ ita *Soto.* facilè eſt. Soto ſimiliter 2. quæſt. proœm. hanc eandem ſententiam tenet, & eſt communis Thomiſtarum, & omnium quos viderim ego. Et probatur ratione. Omnis ſcientia demõſtrat aliquam paſſionem de ſubiecto ſuo; ſed Logica vtẽs non eſt huiuſmodi: ergo non eſt ſciẽtia. Diſcurſus eſt legitimus, maior clara, & probatur minor. Nam actus Logicæ vtẽtis eſt cõſtruere inſtrumenta apta diſputationibus & ſcientiarum acquiſitioni; ſed in hac cõſtructione modi ſciendi nulla paſſio demõſtrata reperitur, vt patet: nã quãdo cõſtruo definitionẽ, diuiſionẽ, & argumentationẽ, ſolũ attenditur partium cõpoſitio ſub aliqua forma, ſecludendo cõſiderationẽ paſſionis; ergo &c.

Præterea: In omni demõſtratione cõuincitur intellectus, vt aſſentiatur concluſionibus propter præmiſſas: itaque actus ſciẽtificus eſt aſſenſus cõcluſionis propter præmiſſas: ſed in actu Logicæ vtentis non eſt aliquid ſimile, ſed ſolùm conſtructio modi ſciendi, ſicut actus artis eſt cõſtruere artificiatum: ergo, &c.

Præterea: Omnis ſcientia ſemper procedit ex neceſſariis & perpetuis: ſed Logica vtens non eſt huiuſmodi: ergo non eſt ſcientia. Maior probatur; nam ſemper demonſtrat aliquid, quod non poteſt aliter ſe habere. Minor probatur, nõ ſolùm ex parte materiæ, quia ſæpe Logica vtens conficit argumenta, quæ licèt neceſſaria ſint ex parte formæ, ſunt contingentia ex parte materiæ, ſed etiã ſæpiſſimè operatur conſequentias topicas & probabiles, cuiuſmodi eſt inductio, & conſequentia, quæ ſumitur ab exemplis. Et hæc quoniam ex Summulis ſatis patent, non amplius explico.

Ex hac probatione ſequitur explicatio Soti. Nam ſemper ſcientia demonſtrat, & quãtum eſt ex parte illius actus demonſtratiui, generatur ſcientia; Logica verò vtens non item: ſed ſæpiſſimè, & ex parte materiæ & formæ procedit probabiliter. vnde ſequitur hac ratione quia non ſemper demonſtrat, non eſſe ſcientiam.

Præterea: Artes, vt ſic, licèt artificiata quædam ſub certa forma conficiant, nõ ſunt, nec vocantur ſcientiæ: ergo & Logica vtens etiamſi aliquid efficiat ſub certa forma, non eſt vocanda ſcientia.

Vltimò; Scientia omnis procedit reſoluendo concluſiones in ſua principia, vt, Verbi gratia, quòd homo eſt riſibilis, quia eſt rationalis; Deus eſt æternus, quia immutabilis; ſed Logica vtens procedit modo quodam compoſitiuo, intro

ducendo

Digitized by Google

ducendo formam ſyllogiſmi, definitionis, & demonſtrationis in operibus animæ, & in ſermone, atque ſcriptura: ergo non eſt ſcientia. Et ſi fiat hoc argumentum: Logica vtens eſt ſcientia practica: ergo eſt ſcientia, ſicut valet: eſt homo albus: ergo homo; ad hoc argumentum dicemus, cū pertractabimus illā quæſtionē, ſitne ſpeculatiua vel practica Logica.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primū. AD argumenta facta in principio quæſtionis reſpondetur. Ad primum, quod actus proprius Logicæ vtentis, ſiue diſtinguatur formaliter, ſiue realiter, ſiue eminenter à docente, eſt cōſtructio modi ſciēdi, qui eſt actus artis liberalis, vt videbimus quæſtione ſequēti.

Ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur, quod Logica vtēs, ſuppoſito quòd formaliter diſtinguatur à docente, fuit acquiſita per demonſtrationem ſecundariò: nam primò fuit acquiſitus ille habitus in ratione docentis. Itaque cum in illo habitu reperiantur duæ rationes formales, & Logicæ docentis, & vtentis, demonſtratio primò fuit terminata ad docentem, ad vtentem verò ſecundariò: vt verò eſſet ſcientia, deberet eſſe habitus primò acquiſitus per demonſtrationem. Eſto exēplum. Alteratio eſt motus ad qualitatē; & ſi quis vellet probare ſimilitudinem eſſe qualitatem, quia acquiritur per alterationem, optimè reſponderemus negando illatum, propterea quòd ſimilitudo non acquiritur per ſe per alterationem, ſed ex conſequenti & ſecundariò. Si verò teneremus Logicam docentem non diſtingui formaliter ab vtente, ſupra q. 6. viſum fuit, quid eſſet huic argumento reſpondendum. Et per hoc etiam patet ad confirmationem.

Ad tertiū. Ad tertium reſpondetur, rationem ſapientiſſi. Magiſtri optimam eſſe, & euidēter probare, Logicam ea ratione, qua vtens eſt, ſcientiam non eſſe: nam actus vtentis Logicæ aliquando eſt cōſtructio probabilis argumentationis, & alicuius non neceſſarij: ſed de ratione ſcientiæ eſt, actū à ſe productū ſemper verſari circa neceſſaria, quia ſemper concluſionem demonſtrat de ſubiecto per rationem formalem, vel cauſam eius. Vnde verò colligatur, non ſemper vtentem Logicā procedere ex neceſſariis, optimè demōſtrat Soto, quia nō ſemper generat ſcientiam, nec ſemper auget: & ita non procedit ex neceſſariis: ſi namque ſcientiā generaret, ex neceſſariis procederet. Eſt itaque individuus comes ſcientifici actus ſemper generare ſcientiā, vel illam augere, ad quod neceſſarius eſt ſemper proceſſus ex neceſſariis: & ſi hoc deficit, nec generat, nec auget: & ſic non eſt actus ſcientiæ. Habitus verò qui aliquando elicit actum, cum non procedat ex neceſſariis, nec generet, nec augeat ſcientiam, quantum eſt ex parte actus, ſcientia non eſt: ſicut non eſt virtus ille habitus, qui producit effectiuè aliquando actum non rectum, nec rationi conformem; ſed vitioſum, quia de intrinſeca ratione virtutis eſt ſemper producere actum bonum. Et ſicut eſt bona conſequentia: Non ſemper producit actum rectum: ergo non eſt virtus, ita eſt bona illa: Non ſemper generat ſcientiā ex parte ſua: ergo non eſt ſcientia.

Ad vltimum ſupra q. 6. patuit quid dicendum ſit. *Ad vltimum.*

QVÆSTIO IX.

Vtrum Logica ſit ars, & ſcientia ſimul.

ET videtur quòd non. Primò: quia ars & ſcientia ſunt habitus ſpecie diuerſi, & in omnibus, vt patet inductiuè, realiter diſtinguuntur: ergo non poteſt eadem Logica eſſe ars & ſcientia. Secunda pars antecedentis probatur: nam ars domificandi à ſcientia diſtinguitur, ars fabrilis ſimiliter. Prima verò pars eiuſdem antecedentis patet ex Ariſtot. lib. 6. Ethic. cap. 3. vbi ponit quinque habitus, quibus anima ſæpe verum dicit, ſcilicet intellectum, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam, & artem: non ergo idem habitus eſt ars & ſcientia. *1. Argum.*

2. Argum. Secundò: Ars verſatur circa res factibiles, & q̄ tranſeūt in exteriorē materiā; ſed Logica nō ſic: ergo nō eſt ſciētia, & ars ſimul. Maior patet in domificatiua,

frene-

ſtrenifactiua, &c. Minor probatur; nam Logica verſatur præcipuè, etiam qua ratione eſt vtens, in introducenda forma modi ſciendi in actibus intellectus: nam qua ratione eſt ſcientia, vt dictum eſt, ſpeculatur ſolùm ſuũ obiectũ; ergo &c.

3. Argum. Tertiò: Diuerſum eſt obiectum artis & ſcientiæ; ſed Logica & ſecundũ quòd vtens, & ſecundum quòd docens, non habet niſi vnum obiectum, & illud eſt quidem ſecunda intentio; ergo &c. Maior patet, cum ſpecie differant; minor etiam patet; nam exhibe tu nobis hæc obiecta diſtincta Logicæ, vt habet ratio nem artis & ſcientiæ.

4. Argum. Quartò: Non eſt mechanica, nec liberalis: ergo non eſt ars. Conſequentia patet, quia non eſt aliud genus artis. Quod non ſit mechanica patet. Quod nec liberalis, probatur; quia ars liberalis eſt propter excolendum animum: ſed Logica potius eſt propter excolendum ſermonem; ergo, &c.

5. Argum. Quintò: Ariſtoteles 1. Metaphyſ. c. 1. docet artem per experientiam gigni, ſimiliter & ſcientiã; ſed Logica nõ poteſt gigni per experientiam: non ergo erit ars, quinimo nec ſcientia. Minor probatur: nam cum eius obiectum ſit ens rationis, quod ſolo intellectu percipitur, non poteſt experiri: experientia enim ad ſenſum pertinet.

In oppoſitum eſt: nam ita vocatur communiter à Logicis: ars artium, & ſcientia ſcientiarum.

Præambula ad quæſtionem.

1. Nota. PRo huius quæſtionis explicatione prǽmittendum erit ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 57. artic. 3. & 4. quod ars nihil eſt aliud, quam quædam recta ratio aliquorum operum faciendorum, id eſt, habitus, quidam, quo inclinamur ad facienda quædam opera bona; quorum operum bonitas, & rectitudo conſiſtit in conformitate ad artem: non enim reſpicit artificiati bonitas & perfectio, qua voluntate vel ſine fiat, an bono vel malo.

2. Nota. Præterea ex eodem D. Thom. ibidem erit aduertendum, quod etiam in ipſis ſpeculabilibus eſt aliquid per modum cuiuſdam operationis, puta conſtructio ſyllogiſmi, aut cõgruæ orationis, & etiã opus ipſum numerandi vel menſurandi, & ideo quandocũque ad huiuſmodi opera rationis habitus ſpeculatiui ordinantur, per quandam ſimilitudinem artes dicuntur liberales ad differentiã illarũ artium, quæ ordinantur ad opera per corpus exercita, quæ ſunt quodammodo ſeruiles, in quantum corpus ſubditur animæ ſeruiliter, & homo ſecundum animã eſt liber. Illæ verò ſcientiæ, quæ ad nullum huiuſmodi opus ordinantur, ſimpliciter ſciẽtiæ dicũtur, non verò artes. Nec oportet, ſi ad hoc quòd liberales artes ſint nobiliores, quod eis magis conueniat ratio artis. Quibus in verbis tria aſſerit D. Thomas. Primum opera intellectus poſſe ordinari per habitus, qui per quandam ſimilitudinem dicuntur artes. Secundum, quod ſcientiæ, quæ non ordinantur ad dirigenda opera animæ per modum operantis, non dicuntur aliquo modo artes. Tertium, quod artes liberales, etſi ſint nobiliores, non tamen eis magis conuenit ratio artis. *Differẽtia artium.*

3. Nota. Tertiò notandum eſt, quòd operatio, quantum ad propoſitum attinet, duplex eſt; Altera eſt operatio, quæ tranſit in externam materiam, & propriè vocatur factio, vt ſecare, vrere, &c. Alio modo accipitur, vt operatio ſit idem, quod actio, prout conuenit actionibus immanentibus, vt intelligere, &c. Primo modo accipiendo operationem dirigitur per artem propriè dictam, ſeu per artẽ mechanicã. Secũdo modo accipiẽdo operationem dirigitur per artes liberales.

4. Nota. Ars dupliciter accipitur. Quartò notandum, quod artes, vt cõmuniter appellant illas, ſunt in duplici genere; nam quædam ſunt mechanicæ, quædam liberales. Mechanicæ ſunt artes ſeruiles, & quæ deſeruiunt corpori: nam corpus comparatione ad animam ſeruus dicitur; & in genere ſunt ſeptem. *Artes mechanicæ.* Lanificium, Armatura, Nauigatio, quæ pertinent ad corpus extrinſecus; Agricultura, Venatio, Medicina, Theatrica, quæ pertinẽt ad corpus intrinſecus. Ex his Lanificium continet ſub ſe omnes artes texendi, vel cõſuendi, quibuſcunque inſtrumẽtis, in quacũq; materia. Armatura ſub ſe habet duas ſpecies, ſcilicet Architectonicã, & Fabrilẽ: Architectonica

nica diuiditur in Cęmētariā & Carpētariā; ſub quibus continentur omnes artes operandi in materia lapidum, vel lignorum. Sed Fabrilis diuiditur in Malleatoriam, quæ faciendo maſſam in formam extendit: & Fuſoriam, quæ de confuſione materiæ nouit formam vaſis exprimere. Nauigatio tertia ſpecies continet ſub ſe omnem in emendis, vendendis, mutuandis, domeſticis ſiue peregrinis mercibus negotiationem, ſicut ars mercatorum, nautarum; &c. Agricultura quæ iuſtiſſima & nobiliſſima eſt (de qua videatur Magiſter Leon in lib. quem edidit Hiſpano ſermone, cui titulus: De la Perfecta caſada; & videatur ſimiliter Prologus agriculturę libri etiam Hiſpano ſermone conſcripti) ſub ſe continet omnes artes de modo colendi agros. Venatio quinta ſpecies ſub ſe continet ferinam, aucupationem, & piſcaturam, & omnem artem conficiendi cibos, & potus miſcendi, & præparandi: ſicut eſt ars coquinaria, &c. Medicina practica eſt ſexta ſpecies, ſub qua comprehenduntur Chirurgia, & cæteræ artes, quæ ſunt de modo ſanandi infirmos. Septima eſt Theatrica, ſub qua continentur omnes artes ludos efficiendi ad recreationem ordinatos.

Artes liberales. Artes verò liberales ſunt ſeptem: & dicuntur liberales, quia ordinantur ad opus rationis & animæ, quæ eſt libera, & domina corporis, videlicet Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia; de quibus videatur Marcianus breuiter & eleganter pertractans. Poeſis verò à nonnullis reducitur ad Grammaticam ſicut & hiſtoria. Alii verò, ſicut Quintilianus lib. ſecundo, cap. 19. referunt ad Rhetoricam. Et ratio eſt, quia Poeſis & Hiſtoria quendam ornatum habent, ſicut & Rhetorica, & ad mouēdos ſuo modo affectus comparatæ ſunt. Vnde Cicero li. 7. de legibus dicit Hiſtoriam eſſe opus maximè oratorium. Et idem ait 2. de Oratore, & 1. de Orator. ait: Eſt finitimus Oratori Poeta, numeris aſtrictior paulò, verborum autem licentia liberior. Aliter alii huiuſmodi artes enumerant, ſed hoc pro nunc videtur ſufficere.

Deciſio quæſtionis.

1. Conc. Logica eſt ars & ſcientia. His poſitis ad quæſtionem reſpondetur his concluſionibus; quarum prima ſit. Logica eſt ars & ſciētia ſimul, ſcientia ſecundum quòd docens eſt, ars verò qua ratione eſt vtēs. Quòd ſit ſciētia, ſuprà latè probatum eſt. Quòd verò ſit ars, probatur primò authoritate Diui Thomæ ſupra adducta. & primo Poſteriorum, quam modo nō referimus, quia illam inferiùs ſumus adducturi. Et hæc eſt omnium communis ſententia. *D. Thom.* Et probatur ratione: nā Logica, ea ratione, qua vtens eſt, introducit formam definitionis, diuiſionis, & argumentationis, in operibus intellectus primò, & poſtmodum hoc facit in verbis, atque ſcriptis: ergo eſt ars aliquo modo. Antecedens probatur: nam ſicut reliquæ artes habēt introducere formam aliquam in materia, vt domificatiua forma domus in lignis, lapidibus: ſtatuaria formā ſtatuę in ære, argēto: ita Logica introducit formā ſyllogiſmi, definitionis, & argumētationis in operationibus intellectus, ſub illa forma illas adunando & cōponendo. Et ſicut ſupradictæ artes dicūtur artes, quia illud faciunt ſecūdum quaſdam regulas certas, ita eodē modo hoc facit Logica. Et conſequentia probatur: nam habet ſimilitudinem ad illas: ergo ſicut illæ artes ſunt, & Logica ars eſt ſuo modo.

Præterea probatur, nā Logica, quatenus vtens eſt, eſt habitus: nō intellectus, nec ſcientia, vt iam vidimus, nec ſapientia, nec prudentia: ergo eſt ars; nam non eſt alius habitus, qui poſſit eſſe. Præterea: Logica vtens procedit modo compoſitiuo, introducendo formā modi ſciendi in aliqua materia ſecundum regulas certas: ergo eſt ars. Patet conſequentia: nam vt ſit aliquo modo ars, nihil aliud requiritur. Antecedens patebit intuenti tot regulas, quas habet in prioribus reſolutionibus Ariſtoteles, vt ſyllogiſmos doceat conficere, conuertere, & reducere.

2. Conc. Logica non eſt ars ſimpliciter. Secunda concluſio. Logica non eſt ars ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quandam ſimilitudinem. Hæc concluſio patet: nam ars propriè dicta, docet introducere formam in externam materiam:

Digitized by Google

ſed Logica non eſt huiuſmodi, ergo, &c. Minor cũ conſequentia patent; ſed probatur maior, nam operationes quas producit propriè ars, debent eſſe operationes, quæ ſint ſimpliciter practicæ operationes; ſed huiuſmodi non ſunt operationes intellectus, ſed operationes quæ ſunt factiones, vt ſecare, vrere, pingere, &c ergo, &c. eſt enim ars habitus practicus, quapropter eius operationes ſimpliciter debent eſſe operationes practicæ & factiones. Nolo dicere, quòd non poſſit eſſe habitus practicus, niſi circa operationes, quæ tranſeunt in externam materiã: nã prudentia & reliquæ virtutes morales ſunt practici habitus, & nõ tranſeunt in materiam externã; ſed hoc intendo, quòd ſi eſt propriè ars, debet dirigere factionem, quod ex eius definitione patet: nam ars eſt recta ratio rerum factibilium; vt patet ex primo notabili; ſed factio ſecundùm Philoſophos, propriè dicitur illa, quæ tranſit in externam materiam; ergo, &c.

Obiectio. Quòd ſi dicas, etiam Logicam efficere ſyllogiſmos in vocibus & ſcripturis; ergo eſt propriè ſciẽtia practica:

Solutio. Reſpõdetur, quòd hoc habet ſecundariò, primariò quidem habet hoc ipſũ efficere in operibus animæ, & ideò eſt ars artiũ. Quòd verò ſit per quãdam ſimilitudinem ars, probatur ex D. Thom. vbi ſupra.

D. Thom. Et huiuſmodi ſimilitudo verſatur in hoc, quòd ſicut reliquæ artes docent introducere formam in aliqua materia per certas & determinatas vias, vt in plurimum, eodem modo Logica. Sed diſcrimen eſt; nam Logica docet introducere in operibus animæ formã ſuam, quæ eſt forma modi ſciendi, reliquæ verò in materiam externam.

3. Concluſ. Ars analogicè dicitur. Tertia concluſio. Ars analogicè dicitur de arte mechanica & liberali. Et probatur hæc concluſio; nam ſecundum Diuum Thomam, vbi ſupra, artes liberales dicuntur artes per quandam ſimilitudinem ad mechanicas; ergo non participant rationem artis independenter: Ea enim quæ vniuocè rationem ſuperioris participant, non participant vnum per ſimilitudinem ad aliud; nam equus non eſt animal per ſimilitudinem ad hominem, vel leonem.

Præterea artes liberales, licèt formaliter ſint artes, hoc tamen habẽt cũ quadam dependentia à mechanicis, & quadam cum ſimilitudine proportionali: Nam ſicut ſe habent mechanicæ in ſuis actibus, ita & liberales, quod ſufficit ad analogiam, vt patebit infrà. Verum eſt tamen, quod ſint nobiliores in ratione aliqua, & ratione materiæ, quam conſiderant, vt patet inductione in omnibus liberalibus, & in Logica clariſſimè: quia eius materia eſt nobiliſſima, ſcilicet actus animæ: in ratione verò formæ mechanicæ excedunt Logicam, & Grammaticam, & Rhetoricam, quia iſtæ formam rationis introducunt, reliquæ verò formam realem. Nolo hic plura de analogiæ materia adducere, nam infra de hoc eſt latiſſimè agendum.

Dubium. Vtrum verò ars ſit nobilior in mechanicis, quæ habet materiam nobiliorem, vel formam?

Diuerſitas opinionũ. Aliqui dicunt illam eſſe nobiliorem, quæ habet nobiliorem formam; alii verò dicunt præſtantiorem eſſe illam, quæ habet materiam magis præſtãtem; quod eſſe verum crediderim & magis conſonum Diuo Thomæ. Cenſentur enim artes illæ ſordidæ magis, quæ viliorem cõſiderant materiam; ſicut nobilior eſt Argentarius, quam Faber Ferrarius; & non quidem ratione formæ, quia omnes ferè eandem formam conſiderant, quæ ad ſpeciem qualitatis quartam pertinet, ſed ratione materiæ ſolùm eſt differentia. Quinimo aurifices præſtant argentariis, & hoc ſolum ratione materiæ.

Obiectio. Et ſi dicas: ergo Logica eſt præſtantiſſima ars, quia eius materia eſt operatio animæ: Reſpondetur, quod non eſt ars propriè: & ita non habet locum, quòd præſtet inter propriè artes; præſtat tamen ſecundum quid, quia licèt conſideret materiam, quæ illam extrahit ab artis propriè dictæ ratione, nobilitatem quandam habet ratione illius ſupra cæteras.

Solutio. Hæc tamen nobilitas non facit illam artem propriè, ſicut domus in mente perfectius eſſe habet, quàm domus ad extra: non tamen eſt ſimpliciter domus, & ita in ratione domus ſimpliciter non præſtat, quia hanc rationem non habet.

Obiectio. Et ſi dicas, quod habitus à ſuo formali obiecto ſpecificari debeat: ſed ars, quæ habet nobiliorem

liorem formam, habet nobilius obiectum formaliter; ergo eſt nobilior ratione formæ; & non ratione materiæ;

Solutio. Reſpondetur, quod ipſa materiæ nobilitas refunditur in rationem formalem artis prædictæ, & tribuit ſuæ formæ nobilitatem quandam, qua excedat ſimpliciter, & habeat obiectum nobilius.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primũ. AD primum adductum in cõtrarium reſpondetur, quod artes mechanicæ, & ſcientiæ realiter, tamquam res à re diſtinguantur; Logica verò, quia non eſt ars mechanica, & ita propriè ars, ſed eſt ars liberalis, ſufficit quòd diſtinguatur à ſcientia realiter, formaliter, vel ſecundum quod ſupra quæſtione ſexta diſſeruimus. Ariſtoteles verò, cum numerat artem & habitum diſtinctum à ſcientia, loquitur de arte mechanica; vel ſi loquatur de artibus liberalibus, ſufficit diſtingui formaliter.

Ad ſecundum. Ad ſecundum patet ex dictis, conuincit enim de artibus mechanicis, non de liberalibus, quæ ſunt artes per quandam ſimilitudinem.

Ad tertiũ. Ad tertium reſpondetur, quòd Logica ſecundum quod eſt ars & ſcientia, habet formaliter diſtinctum obiectum; nam Logica, vt ſcientia, conſiderat ſecundam intentionem reſolutorio modo; vt verò eſt ars, modo compoſitiuo, introducendo illam in materiam: ſicut diuerſum habet obiectum ars domificandi, & ſcientia de domo, ratione eadem, & modus ille tranſit in rationem obiecti formalis.

Ad quartum. Ad quartũ patet ex dictis; Ex eo enim quod conſiderat de ſermone in ordine ad veri cognitionem, refertur ad artes liberales, quæ ſunt propter animam, nam veri cognitio propter animam eſt.

Ad vltimum. Ad vltimum videatur locus ibi adductus.

QVÆSTIO X.

Vtrum logica, & quæuis ſcientia ſit vna ſimplex qualitas, an compoſita ex pluribus qualitatibus.

IN hac quæſtione ſunt variæ Doctorum ſententiæ. Nam Scotus in primo ſententiarum, quæſtione prima ad ſecundum, & diſtinctione vigeſima tertia, quæſtione ſecunda, concluſione quinta, quem ſequuntur omnes Nominales, aſſerit, tot eſſe ſcientias ſpecie diuerſas, quot ſunt concluſiones: eum ſequitur Gregorius quæſtione tertia prologi: Saxonia primo Phyſicorum quæſt. prima. Aliacenſis quæſtione decima ſexta prædicamentarum. Marſilius libro primo quæſtione ſecunda, articulo quarto. Gabriel quæſtione octaua Prologi. Suarez diſputatione quadrageſima quarta, ſectione nona: & illos habitus vnam componere qualitatem, quæ non ſit ſimplex, & multi moderni hanc affirmant ſententiam: & probant, quod ſit compoſita qualitas multis, & varijs mediis. *Scotus. Gregorius. Saxonia. Aliacenſis. Marſilius. Gabriel. Suarez.*

1. Argum. Primò, quia definitio, diuiſio, & argumentatio ſunt modi ſciendi ſpecie diſtincti: ergo de his debent eſſe tres ſpecies Logicæ, & ita tres qualitates: quãobrem non erit ſimplex, ſed compoſita qualitas. Probatur conſequentia: quia obiectum vnum ſpecie requirit habitũ vnum ſpecie; habitus ſiquidem ſpecificantur ex obiectis. Et confirmatur hoc argumento, ſaltem loquendo de Logica, qua ratione eſt vtens. Et probo, quod ſit compoſita qualitas: Nam vbi eſt noua difficultas vt fiat aliquid, nouus habitus conſtituitur; ſed noua difficultas eſt in diſponendis, & conſtituendis ſyllogiſmis, quæ non eſt in componendis propoſitionibus, & illis efficiendis: ergo eſt nouus habitus; & ſic Logica vtens erit compoſita qualitas, & quia vtens, & docens ſunt idem habitus, vt prædictum eſt, Logica etiam docens

D erit

Digitized by Google

erit compoſita qualitas. Si reſpondeas, eſſe maiorem difficultatem intra eãdem rationem formalem obiecti, & ita non requiri nouum habitum, ſicut maior difficultas eſt in faciendo excellentiſſimo opere Iuſtitiæ, quam in efficiendo opere non ita excelſo; non tamen ad illud excellentiſſimum opus prærequiritur nouus habitus: ita in propoſito. Contrà; opus Iuſtitiæ præſtantiſſimum, & non ita præſtans non differunt ſpecie: cęterum definitio, & diuiſio, & argumentatio intra rationem formalem entis rationis ſpecie differunt: & ita requirunt nouum habitum. Quod ſi rurſus aſſignaueris differentiam, nam conueniunt in formali vna ratione entis rationis communi, & ita ab vno habitu cõſiderantur: contrà, etiam obiecta Mathematicarum ſpecie differunt inter ſe, & conueniunt in vna ratione quantitatis: & tamen ponimus diuerſos habitus in mathematicis ſcientiis; ergo ſimiliter ponemus diuerſos habitus logicales ſpecie diſtinctos, vnum qui verſetur circa definitionem, & alium circa diuiſionem, & alium circa argumentationem, præcipuè cum hæc habeant inter ſe diſtinctas definitiones, & principia, per quæ ſuæ paſſiones demonſtrentur.

2. Argum. Secundò: In Logica ſunt diſtinctæ abſtractiones à materia; ergo diſtincti logicales habitus. Conſequentia patet: nam ſcientiæ mathematicæ hac ratione non ſunt vnus habitus; ſed plures: quia Arithmetica abſtrahit à continuatione, in qua continetur quantitas diſcreta virtualiter. Antecedẽs probatur: quia maior abſtractio eſt in illa parte, quæ agit de ſimplicibus intentionibus, quàm in illa, quæ agit de compoſitis. Et ſi dicas intentiones eſſe quid ſimplex; & ita licèt in ſubſtratis reperiatur maior vel minor compoſitio, non tamen in intentionibus, quæ ſunt formale ſignificatum: ſed contrà, quia intentio propoſitionis ex triplici intentione conſurgit, ex intentione ſubiecti, & prædicati, & copulæ. Si reſpondeas, hoc eſſe materialiter, formaliter verò habere vnam ſimplicem intentionem: contrà, quia propoſitio vt ſic formaliter importat ſubiectum, copulam, & prædicatum: ergo formaliter importat triplicem intentionem; non ergo Logica eſt vna ſimplex qualitas, ſed compoſita & multiplex, quæ quidem qualitates ſpecie differunt.

3. Argum. Tertiò: Phyſica & Metaphyſica ſpecie differunt, quia vna agit de ente communi, alia autem de ente particulari mobili: ergo etiamſi Logica agat de modo ſciendi in communi, erit illa alia Logica ſpecie diſtincta, quæ agit de definitione, diuiſione, &c. Conſequentia probatur à paritate rationis, & confirmatur: Quia ad dirigenda varia opera manuum ponuntur variæ artes mechanicæ, vt conſtat ex ſupra dictis: ergo ad dirigenda opera rationis debent poni multæ artes liberales, & multæ Logicæ: ſic etiam ponuntur diuerſi habitus ad dirigenda ſecundum virrutem opera voluntatis hominis.

4. Argum. Quartò: In Logica ſunt actus ſpecie diuerſi, & idem eſt in qualibet alia ſcientia: ergo non poſſunt procedere ab eodem ſimplici habitu: ergo Logica & quæuis alia ſcientia debet eſſe compoſita qualitas. Prima conſequentia probatur, quia habitus ſimplex non elicit actum, niſi ſub vnica ratione ſui obiecti, quæ ſit eiuſdem ſpeciei in illis, ſicut habitus eſt vnius ſpeciei; ſed actus ſpecie diuerſi debent procedere ſecundum diuerſam rationem ſpecificam ſui obiecti: nam ab illo ſumunt ſpeciem; ergo non poſſunt ab eodem habitu procedere. Sed illud primum antecedens probo: nam diuerſus actus ſpecie eſt iſte, quo cognoſco prædicabilia eſſe quinque, ab iſto, quo cognoſco demonſtrationem generare ſcientiam. *Solutio.* Si dixeris ad hoc argumentum, actus huiuſmodi logicales differre quidem ſpecie materialiter, formaliter verò eſſe eiuſdem ſpeciei, propterea quod etſi obiecta ſint diuerſa in eſſe rei, & ſecundum ſuas rationes inferiores conſiderentur; tamen ſub vnica abſtractione, & in ordine ad ſecundam intentionem talem, quæ eſt illis communis. *Impugnat.* Sed contrà: quia diuerſi actus ſpecie, qui pertinent ad eandem potentiam, vt actus Fortitudinis & actus Temperantiæ, quamuis reſpiciant obiecta partialia ipſius potentiæ, quæ infe-

Digitized by Google

inferiota ſunt ad obiectum eius, ſunt nihilominus diſtincti formaliter ſufficienter, vt conſtituant duos habitus, & non ſolùm diſtinguuntur materialiter: ergo ſimiliter, ſi in Logica aut Phyſica ſunt plures actus diſtincti in ſpecie circa obiecta, partialia illius ſcientiæ, erunt formaliter diſtincti, & poterunt producere plures habitus, ſaltem partialiter diſtinctos, licèt aliàs conueniant in hoc, quod ſint ſub eodem ſubiecto communi eiuſdem ſcientiæ. Conſequentia probatur: quia nulla videtur ratio, quare magis duo actus diuerſi in ſpecie circa obiecta partialia, & materialia potentiæ ſint formaliter diſtincti, & producant habitus diuerſæ ſpeciei, quàm quod duo actus Logicæ, & cuiuſuis alterius ſcientiæ, qui ſpecie differunt partialiter, & materialiter producant duos habitus logicales partialiter diuerſos. Et ſi dicas, quod conueniunt actus duo Logicæ in eadem ratione formali obiecti, etiam conueniunt duo illi actus Fortitudinis, & Temperantiæ in ratione formali obiecti voluntatis, & nihilominus producũt duos habitus: ergo idem de actibus Logicæ erit dicendum.

5. Argum. Quintò; Actus diuerſi in ſpecie neceſſe eſt, vt producant habitus diuerſos in ſpecie: ergo habitus inclinans in actus diuerſos in ſpecie, compoſitus eſt ex particularibus habitibus. Conſequentia patet, & minor probatur: quia effectus adæquatus actus talis ſpeciei eſt entitas producta ab illo: ergo ſi ipſe eſt diuerſus in ſpecie ab alio actu, etiam ipſe habitus ab illo productus. Probatur conſequentia, quia nulla cauſa diuerſa in ſpecie poteſt habere effectum adæquatum eiuſdem ſpeciei cum effectu adæquato alterius cauſæ diuerſæ ſpeciei. Vnde Diuus Thomas 1.2. quæſt. 54. articulo 2. docuit, formas, & habitus ſpeciei diſtingui, quia procedunt à cauſis actiuis diuerſarum ſpecierum. Et licèt vniuerſaliter non ſit verum, quod idem effectus ſpecie non poſſit produci à cauſis diuerſæ ſpeciei, cum idem calor procedat à Sole & igne; id tãtùm eſt verum de effectibus inadæquatis, quia de adæquatis eſt certum apud Philoſophos probatos, nullam cauſam diuerſam ſpecie habere effectum adæquatum eiuſdẽ ſpeciei cum effectu adæquato alterius cauſæ diuerſæ in ſpecie, propter proportionem quam debet habere cauſa cum ſuo effectu, in quo ipſa totaliter explicat ſuam vim actiuam. Dices, hoc verum eſſe, quando totales cauſæ operãtur ſecundum diuerſitatẽ quam habent, & non ſecundum quod conueniunt in aliqua vna ratione adæquata formali & ſuperiori ipſius habitus, & ſunt quaſi inſtrumenta ipſius potentiæ, quæ reſpicit vniuerſalius obiectum. *Solutio.*

Impugnatio. Sed contrà; quia actus non producit habitum, niſi per ſuam propriam & ſpecificam entitatẽ, quæ ſolùm deſumitur in ordine ad obiectum, quæ in diuerſis actibus ſpecie eſt ipſa ſpecie diuerſa: ergo producit habitum diuerſum ab alio, qui producitur per alium actum. Probo antecedens, quia diuerſum mediũ in ſpecie aſſumit ad probandum, prædicabilia sũt quinque ab illo, qui probat demõſtrationem generare ſciẽtiam, ſed medium eſt ratio aſſentiendi formalis, & immediata: ergo actus ſumit ab ea ſuã ſpeciẽ, quia id, quod ſpecificat immediatius eſt omnibus alijs, & non ſumit ſuam ſpeciem ab aliquo communi reperto in vtroque actu, & ita non producit habitum ſecundum aliquid commune cum altero actu, ſed ſecundum ſibi proprium: quamobrem alterum habitum producit.

6. Argum. Sextò; habitus productus, & genitus ab actibus talis ſpeciei, retinet præcisè eſſentiam communicatam à talibus actibus: ergo qui eſt productus ab actibus alterius ſpeciei retinebit aliam eſſentiã ſpecie diuerſam. Probatur conſequẽtia: quia ille actus inclinabit ad actus diuerſos: ergo erit habitualis inclinatio diuerſa in ſpecie, & ſic erunt duo habitus, ſicut ſunt duo actus. Dices, hoc nihil valere, quia conueniunt illi actus in vna ratione communi, & ita poſſunt elici ab eodem habitu, & illum producere: ſed cõtrà ſequitur, quod omnes actus realiũ ſcientiarum eſſent ab vno habitu Metaphyſicæ; quia omnes rationes illarũ conueniũt in vna ratione ſuperiori, quæ eſt propriũ obiectũ Metaphyſicæ: ergo, &c.

7. Argum. Septimò; Vnius generis nõ poteſt eſſe vna ſimplex ſciẽtia, puta, animalis, coloris,

ris,ſed neceſſariò debet eſſe multiplex, ſaltem partialiter ſecundum multiplicationem ſpecierum: ergo omnis ſcientia eſt compoſita ex partialibus habitibus. Probatur antecedens: quia tota ſcientia continetur virtualiter in principiis; ſed principia ſpecierum,& paſſionum earũ, non continentur virtualiter in principiis generum: ergo diuerſa eſt ſcientia generis,& ſpecierum. Maior eſt Ariſtotelis primo Poſterior. & Diui Thomæ, prima parte, quęſtione prima, articulo ſeptimo. Et probatur ratione: quia ſcientia eſt facultas ad cognoſcendum ſcientificè concluſiones per principia, atque adeo tota cognitio ſcientifica concluſionum eſt in vi notitiæ principiorum. Minor probatur: nam quantumuis nouerit aliquis quidditatem animalis vt ſic,ex vi talis notitię non poterit cognoſcere,quæ ſunt propria hominis. Et confirmatur,& probatur: quia vna ſcientia eſt,quæ eſt vnius ſubiecti, cuius proprię paſſiones demonſtrantur, ſed propriæ paſſiones ſpecierum non poſſunt demonſtrari de genere: ergo non eſt vna ſcientia,quę conſiderat genus, & ſpecies,& illarum paſſiones.

8. Argum. Octauò: Sic ſequitur, quod habens habitum ſcientificum primæ concluſionis, poſſet exire in actum ſciendi circa centeſimam concluſionem,quam nunquam conſiderauit; conſequens eſt falſum: ergo &c. Probatur ſequela: quia habitus ſcientiæ vnius concluſionis, & habitus omniũ, ſunt eiuſdem ſpeciei atomæ, licet differant ſecundum perfectum,& imperfectum, ſed tñ quemcumque actum poteſt qualibet forma, põt ẽt illa, quę eſt eiuſdẽ ſpeciei: ergo &c. Si verò dicas illa maximè habere locum in formis eiuſdem ſpeciei æquè perfectis. Cõtrà: quia differentia penes perfectũ & imperfectũ non tollit, aut cõfert ſubſtantiã actioni, ſed ſolũ variat penes perfectũ & imperfectũ: minor enim calor põt calefacere & exiccare, ſicut maximus, licèt non ita perfectè: ergo licet detur vnus habitus alio minus perfectus, bene poterit in eaſdem operationes, quam alius magis perfectus, licèt non ita perfectè. Hoc eſt enim, quod Auerroes ait, primo cæli cõmento, vbi eſt eadem forma, eſt eadem actio magis aut minus perfecta.

9. Argum. Nonò: poteſt habitus Logicæ intendi circa primam concluſionem,& non circa decimam, ut ſi repetatur multoties prima concluſio, & non decima: ergo alius habitus eſt primæ,& alius decimæ, aliàs ſi eſſent idem habitus, ſimul intenderetur, maximè cum ſit indiuiſibilis. Item poteſt obliuiſci aliquis decimæ concluſionis, & non primæ, & ſic corrumperetur habitus decimæ, & non primæ: ergo ſunt diuerſi, aliàs ſi eſſent idem habitus, corrumperetur habitus primæ concluſionis, & ſicut poteſt corrumpi habitus circa vnam concluſionem, & non circa aliam, ita poterant generari; vnde ſequitur eſſe habitus diuerſos, ſiquidem habent diuerſas intenſiones, generationes, corruptiones, & oppoſitiones. Nam ſcientia primæ concluſionis habitualis, & actualis non opponitur ignorantiæ primæ concluſionis, quia ſtant ſimul: ergo non ſunt idem habitus primæ, & decimæ concluſionis, aliàs quod opponeretur primæ concluſioni, opponeretur & decimæ.

10. Arg. Decimum argumentum: Extenſio Logicæ, & cuiuſuis alterius habitus intellectualis, fit per additionem nouæ entitatis: ergo non eſt ſimplex, ſed compoſita qualitas. Probatur antecedens: quia actus, quo effectiuè extenditur habitus ad diuerſum obiectum efficit aliquid reale intrinſecum in potentia, cum modò habitus ſit extenſus ad nouum obiectum, ad quod antea non erat extenſus: ergo recipit aliquid reale ab actu, quod quidem antea non erat in habitu. Si reſpondeas, quòd actus ille, licet de ſe ſit productiuus nouæ entitatis, de facto tamen non producit eam, quia inuenit iam productam, ſed ſolum habet extendere præexiſtentem. Contrà: hæc extenſio, vel fit per productionẽ alicuius relatiui, vel abſoluti: neutrum iſtorũ: ergo ſolum extendit producendo nouã entitatem. Probatur minor, nam maior clara eſt, nõ p productionem alicuius relatiui: tum, quia habitus per hanc extenſionẽ, quam accipit, fit potẽs ad attingendum illud obiectũ, & operandũ circa illud, relatio verò nõ eſt operatiua: ergo,

Solutio.

Impugnatio.

ergo &c. Tũ etiã, quia relatio nõ primò producitur, ſed comproducitur ad productionem alicuius abſoluti: ergo prius fuit in habitu productum aliquid abſolutum: Tum tertiò, quia habitus debet extendi per perfectionem eiuſdem rationis cum ipſo: ergo non extenditur per relationẽ: ergo &c. Quod verò ille habitus nõ extendatur ad aliud obiectũ per aliquid abſolutum, quod ſit idem cũ illo probatur; Nam quando extenditur Logica, de nouo aduenit intellectui aliquid, quod antea non erat in intellectu, aliàs ſi antea erat, ille habitus erat extẽſus, & illud nouum, quod aduenit, debet eſſe aliquid reale, & non aliud quam habitus: ergo de nouo aduenit habitus: ergo eſt compoſita qualitas. Si dicas, quod eſt quidam modus ipſius habitus. Contra: nam modus habitus vel eſt habitus, vel non: Si eſt habitus, & aduenit de nouo: ergo nouus habitus aduenit: Si non eſt habitus, non poteſt perficere intellectũm ad aſſenſum illius concluſionis illum inclinando: ergo nec extendere poteſt habitum, maximè, quia huiuſmodi extenſio cum ſit rei indiuiſibilis, non poteſt intelligi niſi per additionem nouæ qualitatis in eodem intellectu. Et confirmatur hoc argumentum; nam cum aliquis eandem demonſtrationem bis repetit, illę duæ demonſtrationes diſtinguũtur ex terminis: (& loquor de actu concluſionis) ſed illi duo actus diſtinguuntur realiter: ergo & termini diſtinguuntur realiter: ergo illud quod efficiunt in habitu, diſtinctum eſt realiter. Habitus ergo eſt compoſita qualitas. Et cõfirmatur ſecũdò: prima demonſtratio generat realitatem quãdã habitualẽ: ergo ſecunda idem generabit, ſiquidem ſunt agentia eiuſdem ſpeciei naturalia.

Solutio.
Impugnatio.

11. Argu. Vndecimò; Cùm aduenit tertia demõſtratio, illa verè producit: ergo inter ipſam & habitum eſt relatio producentis, & producti: ergo habitui aduenit noua relatio realis, quæ ante non erat: ergo nouũ funda nentũ: ſed illud fundamentũ eſt habitus: ergo producit nouũ habitum. Primũ antecedens probatur, quia demonſtratio eſt cauſa effectiua. Prima conſequentia patet, nã relatio producẽtis ad productũ in creaturis ſemper eſt relatio realis, ſi exiſtat producẽs. (quod dico propter generans, quod aliquando non eſt.) Secunda conſequentia probatur: quia antiqua entitas non poterat fundare relationem producentis: ergo aduenit alia de nouo, & illa eſt habitus: ergo &c. Probatur antecedens: nã habitus vt duo, iam erat productus: ergo per tertiam demonſtrationẽ nõ poteſt produci: ergo non poteſt fundare relationem producentis & producti: (Et idem argumentum fit de reliquis demonſtrationibus:) eſt ergo ſcientia compoſita qualitas.

12. Arg. Duodecimum argumentum; Quando ſecunda demõſtratio habetur, ſi nõ producit nouum habitum, ſequitur quod perficiat præexiſtentem: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo producit nouum habitũ. Probatur minor, nam huiuſmodi perfectio extẽſiua dẽt eſſe in inſtanti, ſicut & intellectio per quã perficitur, ſit in inſtãti: & tunc ſequitur, quòd iſte habitus ſit extenſus, & non ſit extenſus in eodẽ inſtanti. Non eſt extenſus, quia in eodẽ inſtanti, quo habetur ſecunda demõſtratio, eſt vt vnum ſolũ: nã actus extendẽs ipſum inuenit vt vnũ ſolum: ergo eſt vt vnũ ſolũ, & nõ eſt vt vnũ, q̃a in illo inſtãti eſt vt duo: ergo non eſt vt vnum ſolũ: ergo eſt extenſus, & non eſt extenſus.

13. Arg. Decimumtertium argumentum: Sciẽtia eſt collectio ſpecierum ordinatarum complexarum; ordinatarum, inquam, per modum cauſæ & effectus, vt explicat Soncinas Metaphyſicæ ſexto, quæſtione nona: ergo eſt compoſita qualitas, quia illæ ſpecies ſunt multæ & diſtinctæ. Antecedens probatur ex Diuo Thoma de potentia, q. 2. art. 1. vbi dicit: Quicquid eſt in intellectu, aut eſt potentia ipſa intellectiua, aut ſpecies intelligibilis, aut actualis intellectio, aut verbum. Vbi non meminit habitualis qualitatis inclinantis potentiam, quam nos conſtituimus habitum. Videantur plura loca apud Capreolum, primo ſententiarum in prologo, quæſtione tertiã; & Caietanum prima ſecundæ, quæſtione quinquageſima quarta, articulo quarto.

Et confirmatur hoc argumentũ; Nã ſapiẽtia includit habitum principiorum, &

& concluſionem; ergo ſaltem iſta erit compoſita qualitas. Antecedens probatur, quia Sapientia iudicat de concluſionibus per cauſas, & principia altiſſima, & ita includit in ſua ratione habitum principiorum, qui eſt habitus cauſarum altiſſimarum. Nolo hic adducere exempla de virtutibus moralibus, quarum plurimæ duobus habitibus conſtant, ne opus logicale ad materiam morum deuoluatur.

14. Argu. Decimum quartum argumentum: Habitus ratione eius, per quod formaliter extenditur, habet realem oppoſitionem contrarietatis ad entitatem abſolutam alicuius habitus ſibi contrarii; ergo etiã id, quod addit, dicit per ſe habitualem entitatem, ſicut eam dicit contrarius habitus: quia contraria ſub eodem genere continentur: ergo ſi vnum contrariorũ eſt habitus, & aliud ſimiliter. Probatur antecedens: nã quando extenditur ſcientia, vt decem, poterit eſſe in intellectu error habitualis circa decimam concluſionem, Verbi gratia, quod prædicamẽta non eſſent decem; ergo habita decima concluſione expelletur iſte habitus: ergo decima cõcluſio generabit habitum diſtinctum à præexiſtente, ſiquidem expulit contrarium, quod non expulerat præexiſtens habitus: ergo, &c.

15. Argu. Decimũ quintum: Quando aliqua ita ſe habent, vt vnum poſſit manere ſine alio, &ècontra, differunt realiter: ſed habitus circa hoc obiectum materiale poteſt corrũpi, & manere circa aliud, & è contrà: ergo habet plures partes diſtinctas realiter. *Solutio.* Si dicas corrumpi modum ipſius habitus, & manere ipſum habitum: *Impugnatio.* contrà, quia ſtat, quempiam obliuiſci primę concluſionis, per cuius aſſenſum habitus fuit genitus, & habere errorem, per quem expellatur habitus circa primam concluſionem: & tunc manebit intellectus cum habitu inclinante ad alia obiecta, circa quæ non habuit errorem, vt conſtat, cũ faciliter habeat actus circa illas, & facilitas ſignum eſt geniti habitus: ergo illud, quod ſuperadditur primæ concluſioni & manet, habitus eſt. *Solutio.* Et ſi dicas, quod cum aliquis obliuiſcitur primæ concluſionis, corrumpitur totus habitus, quia vt aliquis ſciat, neceſſe eſt ſcire reſoluere concluſiones vſque ad prima principia, quia demonſtratio, per quam acquiritur ſcientia, cõſtat ex primis, & indemõſtrabilibus: vnde ſi intellectus obliuiſcatur primæ concluſionis, non poterit demõſtrare alias: nam vt docet Ariſtoteles primo poſteriorum, textu quinto. Non ſcit, qui præmiſſarum ſcientiam non habet. Contra, *Impugnatio.* quia quando intellectus obliuiſcitur primæ concluſionis, ſolùm obliuiſcitur medii neceſſarii ad probandum illam concluſionem, & non aliorum mediorum: ergo cum iſta perſeuerent, conſeruabitur habitus, quoad illas, maximè qa illud medium primæ concluſionis ſolũ eſt neceſſariũ quoad exercitium reliquarum concluſionũ, nõ verò quoad conſeruationẽ habitus illarũ, vt planè conſtat: ergo, &c. In oppoſitum eſt receptiſſima Diui Thomæ ſententia, diſcipulorumq; illius, & ſapientiſſimi Magiſtri Soto, quęſtione tertia procœmialium in Logicam.

Præambula ad quæſtionem.

IN hac quæſtione variè opinantur Metaphyſici quidam, qui cenſent, ſcientiam eſſe collectionem ſpecierum complexarum, vt colligitur ex Soncinate, & Capreolo locis iam citatis, cum viderẽt cuiuſlibet propriam ſpeciem dari, ſiue impreſſam, ſiue expreſſam, aſſeruerunt, Logicam eſſe qualitatem compoſitam ex multis ſpeciebus complexis: nam ſpecies iſtæ qualitatis quædam ſunt habituales in prædicamento Qualitatis conſtitutæ. Alii verò, quibus hæc ſententia nõ placebat, cenſebant quidem ſcientiã eſſe habitũ quẽdã, qui ſe tenebat ex parte potẽtiæ diſtinctum à ſpeciebus: nihilominus tamẽ eſſe compoſitã qualitatẽ ex multis qualitatibus. Et hi quidẽ ſunt diuiſi: nam quidã ita cenſent eſſe cõpoſitã qualitatẽ, vt cuiuſlibet obiecti ſpecifici ſit vnus habitus ſpecie diuerſus ab aliis. Itaque huius concluſionis, prædicabilia ſunt quinque, eſt vna ſimplex qualitas. Et huius, prędicamẽta ſunt decẽ, eſt alia ſimplex qualitas ſpecie differens ab alia: & iſtę duæ, & ſequẽtes ſũt vna Logica, qa ordinantur ad ſciẽdas veritates logicales. Sed iſti ſic opinãtes ponũt quidẽ plures

Digitized by Google

plures ſpecies Logicæ, quarum quælibet ſit ſimplex qualitas: nam ex multis ſpeciebus logicalibus nequit fieri vna Logica ſpecie. Et ita licèt differant à nobis, quod Logicam non cenſent eſſe vnam ſpecie atoma: conueniunt tamen in hoc, quod quælibet atoma ſpecies ſimplex eſt vna qualitas Alii opinantur in hunc modū: Cuiuſlibet concluſionis & obiecti ſpecie diuerſi materialiter eſſe quidē vnum habitum diſtinctum, cæterum omnes iſti habitus faciunt vnam Logicā ſpecie, & numero, ſi ſint in eodem ſubiecto, & vnitas eſt vnitas ordinis, quia omnes iſtæ qualitates ordinantur ad eundem finem: ſicut exercitus eſt vnus ordine, & numerus conſtitutus ex multis vnitatibus eſt vnus ordine, & domus conſtans ex multis figuris & partibus eſt vna numero: & exiſtimant, hanc opinionem eſſe de cœlis delapſam, cum fuerit ferè Nominalium antiquorum.

Deciditur quæſtio.

PRo dilucidanda igitur Diui Thomæ opinione & veritate, ſit prima concluſio: Ad cognitionem ſcientificam requiruntur ſpecies ordinatæ. Probatur concluſio, nam ſcire eſt iudicare de aliqua paſſione per ſuas cauſas, & ſcientia cauſatur ab actu intellectus: ſed actus intellectus & iudicium nequit fieri ſine ſpeciebus, quibus intellectus actuetur, & intelligat, cū à principio ſit pura potentia in genere intelligibiliū: ergo, &c.

1. Concluſ. Ad cognitionē ſcientificam requiruntur ſpecies.

Præterea, nam hoc inter alia eſt diſcrimē inter Deum, & creaturas; nam Deus ſe ipſum per ſuam eſſentiam intelligit, quæ habet rationem ſpeciei intelligibilis; at verò Angelus omnia alia à ſe; homo verò ſe & omnia alia per ſpecies creatas intelligit, requiruntur ergo huiuſmodi ſpecies ad ſcientiam. Quod verò requirantur cum hac conditione, vt ſint ordine quodam diſpoſitæ in modum demonſtrationis & cauſæ, & effectus, probatur ex Caietano. Ea quæ ſunt plura non poſſunt conuenire in actū vnius ſpeciei, niſi ſint inter ſe ordinata; ſicut partes domus non poſſunt ad vnam domum componendā concurrere, niſi inter ſe ſint conuenienti ordine conſtitutæ, vt præcedat fundamentū, ſequantur parietes, & vltimo loco tectū adueniat; & corpus hominis, & eius anima, nō poſſunt ipſum hominem cōponere, niſi ita ſint ordinata, vt corpus actuetur & informetur ab anima: & hoc in omni multitudine patet vnū aliquid efficiente: ſed plures ſpecies in ſcientia reperiūtur in actu vnius ſpeciei: ergo oportet inter ſe eſſe ordine quodam diſpoſitas. Minor probatur, nam ad aſſēſum huius: Omnis homo eſt riſibilis, concurrunt ſpecies hominis animalis, & rationalis, & riſibilis, vt patet, ſi conſtruatur demonſtratio; non ergo debent tumultuariè & confusè concurrere, ſed ordine quodam ad actum ſcientiæ efficiendum. Iſte autem ordo conſiſtit in hoc, quod prius præcedant ſpecies cauſæ prædicati, & paſſionis demonſtratæ, poſtmodum ſpecies paſſionis primæ demonſtratæ, & poſtmodum ſpecies paſſionis ſecundæ demonſtratæ per primam, & ſic in reliquis; requiruntur ergo huiuſmodi ſpecies ad ſcientiam.

Differētia inter Deū, Angelos & homines.

Secunda concluſio: Ad actum ſcientificum habendū facilè, promptè, & delectabiliter requiritur præter ſpecies ordinatas habitus quidam & habilitas potentiæ inhærens. Probatur concluſio: intellectus ex ſe & ex ſua natura nō eſt habilis ad vtendum facilè, promptè, & delectabiliter ſpeciebus ordinatis, & ad iudicandū de rebus, quæ repræſentātur per ſpecies; ergo eget aliqua qualitate ſuperaddita potētiæ, & ipſi inhærente ad hoc munus præſtandū. Antecedens probatur, nam eſt ex natura ſua tanquā tabula raſa, & nullum habitū habet, præter habitum primorū principiorum. Conſequentia eſt euidens, nam ſi non eſt determinatus, eget qualitate ipſum determinante & inclinante ad ſuprà dicta munera. Secundò, in vſu ſpecierum ſcientifico eſt maxima difficultas, ergo cōſtituēdus eſt habitus ad vincēdā huiuſmodi difficultatem: habitus .n. ponūtur circa obiecta, vbi eſt difficultas, qua ratione cōſtituimus virtutē iuſtitiæ, vt cuique quod ſuū eſt tribuamus, quia in hoc particulari bono difficultas quædā reperitur: ergo, &c. Et ſicut i volūtate reſpectu actuū propriorū habitus conſtituimus, eo modo

2. Concluſ.

Quare requiratur habitus in intellectu.

do ſunt in intellectu ad ſcientificè cognoſcendum facilè, & promptè collocandi; & ita omnes Philoſophi collocarunt virtutes intellectuales, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ. Præterea, nam vt habetur primo poſteriorum, demonſtratio generat ſcientiam; ſed demonſtratio non generat ſeipſam: ergo aliquid aliud diſtinctum ab ipſa demonſtratione eſt ſcientia genita per demōſtrationem; hoc autem nihil aliud eſt, quàm qualitas quædam, & habilitas potentiæ: ſed ſcientia requiritur ad ſciendum: ergo illa qualitas diſtincta à ſpeciebus requiritur ad habendum actum ſcientiæ facilè, &c.

3. Concluſ. Scientia dicit ord. ad actum ſciēdi. Tertia concluſio: Scientia importat ordinem eſſentialem ad actum ſciendi, & conſequenter ad ſpecies, quibus fit ille actus; itaque ſpecies, & actus ſciendi, ad quem concurrunt ſpecies, reputātur pro vnico termino per quem obiectū cognoſcitur. *Soto.* Hanc tenet ſapientiſſimus Soto q.3. procem. Et probatur, nam cū ſciētia ordinem habeat ad actum ſciendi, & hic actus fiat mediis ſpeciebus, quæ obiectum repræſentant impreſſæ, circa quod habetur actus ſcientificus, etiam ordinē importat ad illas: Si namque ſcientia, qua ſcio hominem eſſe riſibilem, ordinem importat ad hoc obiectum, ad hanc veritatem, Homo eſt riſibilis, ſimiliter importabit ordinem ad hanc propoſitionem, Homo eſt riſibilis, & eius partes, quæ dicuntur ſpecies ordinatæ, & ſimiliter ad actum, quo talis veritas ſcitur; habitus enim importat ad actum ordinem intrinſecum; & ſic actus intelligendi fertur in verbum, & in res, quæ in verbo relucent, tamquam in vnū terminum & obiectum: ita ſcientia in ſpecies, & actum intelligendi fertur, vt in vnum terminum totalem.

4. Concluſ. Scientia nō ſunt ſpecies ipſa. Quarta concluſio: Scientia propriè & eſſentialiter non ſunt ipſæ ſpecies ordinatæ, ſed qualitas illa, qua intellectus propenditur ad iudicandum de concluſione aliqua per ſuas cauſas, ſeu rationes formales. Hæc concluſio probatur ex definitione ſcientiæ modo adducta: nā ſcientia eſt habitus acquiſitus per demōſtrationē; ergo aliquid aliud eſt ſciētia diſtinctū à demōſtratione, ſiquidem fit ab illa: ſed demonſtratio ſunt ſpecies ordinatæ: ergo ſcientia eſt aliquid aliud diſtinctum a demonſtratione (& loquor etiam de demonſtratione mentali) non ergo ſcientia eſſentialiter ſunt illæ ſpecies, quæ dicuntur habitus, ſed qualitas illa cauſata.

Dices huic rationi, ſcientiam eſſe ſpecies ordinatas concluſionis, Verbi gratia, in hac demōſtratione: Omne animal rationale eſt riſibile; homo eſt animal rationale: ergo homo eſt riſibilis, ſcientiā eſſe ſpecies ordinatas, ſcilicet, homo eſt riſibilis. Et hæ ſpecies cauſantur ex demonſtratione, quæ quidem demonſtratio ſolum eſt maior & minor bene diſpoſitæ: nam ita definitur ſyllogiſmus, Quod ſit oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceſſis, neceſſe ſit aliud accidere præter ea, quæ poſita ſunt. Vbi expoſitores explicant hoc. Aliud, eſſe intelligendam concluſionem, quæ aliud eſt à ſyllogiſmo; Sed demonſtratio nihil aliud eſt quā ſyllogiſmus faciens ſcire: ergo cum ſyllogiſmus nō ſit niſi maior & minor rectè diſpoſitæ, demōſtratio erit maior & minor in materia debita ad ſcientiā diſpoſitæ, & ita concluſio erit ſciētia cauſata à demonſtratione, & non qualitas alia habitualis? *Obiectio.* Reſpondetur, quod vt aduertit Magiſter Soto lib.5. Summularū, c.1. lect. 2. ſyllogiſmus aliquando accipitur pro maiori & minori, & concluſione, & hæc eſt propria acceptio ipſius. Quādo verò accipitur pro maiori & minori ſolum, non eſt propriè & formaliter ſyllogiſmus, ſed cauſaliter, quia ex illis infertur concluſio, quæ complet & determinat eſſentiam ſyllogiſmi: eſt ergo de ratione ſyllogiſmi, & demonſtrationis cōcluſio: nam de ratione ſyllogiſmi eſt, quod ſit conſequentia, de ratione verò conſequentiæ eſt, quod ſit conſequens. *Syllogiſmus dupliciter accipi poteſt.* Et quando Ariſt. præfixit figuras ſyllogiſmorum, etiam in illis eſſentialiter incluſit cōcluſionem. Et quando definitur ſupra dicta definitione ſyllogiſmus, hoc. Aliud denotat concluſionem, quæ nō dicitur eſſe aliud, quia non ſit de eſſentia ſyllogiſmi, ſed quia eſt aliud à præmiſſis, à quibus infertur, & ad denotandum hoc, ponitur illa particula, Aliud.

Præterea probatur concluſio: Scientia eſt quedā qualitas, & habitus quidā,

quo

quo inclinamur ad iudicandũ de concluſione per ſuam rationem;ſed per ſpecies non inclinamur ad iudicandum de obiecto,ſed ſolùm ad apprehendẽdũ illud, licèt hæc apprehenſio ſit neceſſaria ad iudicandũ:ergo ſpecies ordinatæ non ſunt ſcientia,ſed qualitas illa iudicatiua. Minor probatur,nam ſpecies ſolũ ſunt ſemina obiectorum,& virtutes illorum:& ad hoc ſunt tributæ à natura,vt obiecta apprehendamus per cognitionem, & intelligens ſit res intellecta in actu primo per ſpecies impreſſas,i actu ſecũdo p expreſſas;& in hoc conſiſtit earũ officiũ;ſed nõ includitur in hoc inclinatio ad facilè iudicãdũ de veritatibus: ergo ſpecies ordinatæ nõ habẽt rationẽ habitus ſciẽtifici.

Per ſpecies non indicamus de obiecto,ſed apprehendimus.

Præterea: Fides non eſt collectio ſpecierum, ſed lumen habituale ad credendum res ſupernaturales;& prudentia nõ eſt ſpecierum collectio, ſed qualitas & facilitas ad rectè iudicandum: & ſimiliter ars nõ eſt ſpecierũ collectio,ſed habitus ad rectè externa opera exercẽda:cur ergo ſcientia debet eſſe ſpecierũ collectio?Et ſi loquamur de ſimplici apprehẽſione tam ſapientes quàm inſipiẽtes res ſimpliciter apprehendunt, & tamen eſt inter illos diſcrimen, quòd ſapientes rectè iudicant;ſcientia ergo eſt qualitas rectè iudicãdi de rebus per ſuas rationes.

Præterea; quia noſter intellectus non eſt de ſe inclinatus ad rerum apprehẽſionẽ,ſeu non habet de ſe rerum apprehenſionẽ,dantur illi ſpecies rerum,vt res apprehendat;ſed etiam de ſe eſt indifferẽs, ſeu non determinatus ad facilè de rebus iudiciũ ſumendum, & hoc nõ fit per ſpecies:ergo dabitur illi qualitas vt prõptè iudicet,& ſpeciebus ordinatis vtatur:ipſæ namque ſpecies non præſtant facilem vſum ipſarum,nec hoc habet ex ſe intellectus;& ita hoc eſt in ſcientiã ſeu qualitatem habitualem referendum, quæ facilitat intellectum ad ſpecierum vſum rectum. Et hæc concluſio magis probabitur infra concluſ.ſequente.

Corollar.

Ex hac cõcluſione ẽt infertur,angelicã ſcientiã,quam de reb. habent,aliquid aliud diſtinctũ eſſe à ſpecieb.quib.res apprehenditur, ſiue ſit diſtinctum ab intellectu,ſiue ſit ipſum lumẽ intellectus: nã ſpecies ẽt in angelis numquã hanc facilitatẽ rectè de reb. iudicandi præſtant. Et hanc opinionẽ ſequitur Ferrar. 2.contra gent.c.57.eſtq; ſapientiſs Magiſt. Med. 1. 2.q.54.art.4. Bannes ſap. 1.p.q.58.art. 1. dub.1 concl.2.& eiſdẽ rõnib.quibus probatur,in nobis ſcientiã eſſe ſimplicẽ qualitatẽ, probatur in angelis nõ poſſe eſſe ſecũdũ plures ſpecies ſciẽtiã angelicã, qa aliàs eſſet cõpoſita qualitas Caiet.dicto loco 1.2.oppoſitũ tenet Verũ autem habitus angelorũ diſtinguãtur à lumine intellectus,& an vnico habitu res naturales cognoſcãtur,non diſputo in pſentia.

Secundò infertur ex hac concluſione D.Thom.& Metaphyſicos, cum ſpecies ordinatas dicunt eſſe ſcientiam,non eſſe intelligendum,quod loquãtur de ſciẽtia eſſentialiter, ſed dicunt: Eſt habitus ſcientificus inchoatiuè, & fundamentaliter,id eſt,eſt fundamentum & inchoatio ſcientiæ,quia ex ſpeciebus ordinatis reſultat ſciẽtia & per illas cauſatur per modum demonſtrationis diſpoſitas,& illæ ſunt neceſſariæ ad ſcientiam habendam.Et clarum eſt nomen ſciẽtiæ tribui poſſe fundamento, & cauſæ, & inchoationi ſcientiæ:ſicut dicitur accenſio ſanguinis circa cor,ira,quia ex illa accenſione cauſatur,& beatitudo aggregatio perfecta bonorum.

Explicatio D.Thom.

Exemplũ optimum.

Quinta concluſio: Illa qualitas rectè iudicandi,quæ eſſentialiter eſt ſcientia, non eſt compoſita ex pluribus habitibus & qualitatibus,ſed eſt qualitas quædam ſimpliciſſima:& hæc eſt certa ſententia D.Thomæ. Habet hæc concluſio duas partes probandas. Et antequam probemus eſſe ſimplicem qualitatem, probare volo, hanc eſſe D.Thom.ſententiam, propter quoſdam falſos Thomiſtas, qui vno loco, aut altero malè intellecto conãtur oſtendere, D.Thom.aſſeruiſſe, ſcientiam compoſitam eſſe qualitatem ex multis habitibus: Quid enim clariùs dici potuit à D.Tho. quàm vnum habitum ex multis habitibus conſlari non poſſe? Et tamen dicunt hanc ſententiam non eſſe D.Tho.ſed oppoſitam docuiſſe.

5.Concluſ.

Probatur ergo vltima pars conclu.ex D.Th.1 2.q.54.ar.4 in corpore, vbi dicit, Inde eſt, qđ habitus eſt qualitas ſimplex non conſtituta ex pluribus habitibus, etiãſi ad multa ſe extendat.Et ad hãc au

thori-

thoritatem ita claram & patentem reſpondent, D. Thomam velle, ſcientiã nõ eſſe compoſitam ex pluribus habitibus, quorũ vnus habeat rationem materiæ, & alius habeat rationem formæ, ſicut angelus dicitur ſimplex, quia non componitur ex materia, & forma. Secundò explicant D. Th. quòd dicat eſſe ſimplicẽ qualitatem, quia nõ ſunt plures habitus habẽtes rationem ſuperioris, & inferioris. Sed cui hæc explicatio non moueat riſum? In iſtos quadrat illud Ariſt. quolibet proferente cõtraria nõ oportet ſollicitum eſſe. Si conſtat habitus pluribus habitibus facientibus vnum, neceſſariũ eſt quod ſit ex illis compoſitus, ſi eſt cõpoſitus, falſum aſſeruiſſet D. Th. dũ dixit non eſſe cõpoſitum, ſed ſimplicem eſſe. Et in ſolutione ſecundi dicit, partem habitus non generari poſt partem: ergo habitus non habet partes componentes ipſum. Et in ſolutione tertii dicit, quod per demonſtrationem ſecundã nõ aggeneretur alius habitus, ſed habitus præexiſtens ſit perfectior: ergo ſentit D. Th. nullo modo habitum conſtare pluribus habitibus. Et q. 53. ar. 2. ad 1. dicit, quod habitus ſecundum ſe cõſideratus ſit forma ſimplex. Et quoniam ex his ſatis cõſtat, hanc eſſe opinionem D. Th. nolo plures coacervare authoritates. Si verò in contrariũ adduxeris illud D. Th. loco modo adductò ad vltimum, ꝙ ſcientia augetur per additionẽ: ergo cõſtat ex habitibus. Reſp. Soto vbi ſup. ꝙ augeatur per additionẽ nouarum ſpecierũ, nõ verò per additionẽ noui habitus ſuperuenientis primo habitui. Cæterũ hęc explicatio, vt aliquid valeat, eſt intelligenda, ꝙ augeatur per additionẽ ſpecierũ, hoc eſt, quod additio ſpecierum ordinatarũ oſtendat habitũ eſſe auctum: nã ſi eſt noua ordinatio ſpecierum, habitus eſt magis perfectus, & ſe extendit ad obiectũ, ad quod non ſe extendebat; nam ſpecies ipſæ nõ augent habitum intrinſecè, cum habitus ſcientiæ non ſint ſpecies ordinatæ.

Explicatio D. Th. opt.

Alia explicatio.

Caiet. vbi ſup. explicat hũc locũ quod ſcientia augeatur per additionem, hoc eſt, per extenſionem ad cognoſcendũ nouum obiectum materiale, quod antea nõ cognoſcebatur, & hoc vocat augmentũ per additionẽ: nã ipſe D. Th. 1. 2. q. 66. ar. 1. dicit, quod augmentum ſcientiæ ſecundum ſe ipſam attendatur, ſecũdum ea, ad quæ ſe extẽdit: ergo ſcientia creſcit per extenſionem ſecundum D. Th. Et hoc voluit dicere, dũ docuit creſcere per additionem. Latius hoc tractari ſolet lib. 1. de generat. & ſi adducat illud D. Tho. 1. 2. q. 53. ar. 2. vbi dicit, quod habitus ſcientiæ principaliter ſit in intellectu poſſibili, ſecundariò in viribus apprehenſiuis ſenſitiuis; ergo eſt cõpoſita qualitas ex duobus habitibus, quorum vnus eſt in intellectu, alius in viribus ſenſitiuis: nam idẽ accidens non poteſt eſſe in ſubiecto ſpirituali, quale eſt intellectus, & in ſubiecto materiali, quale eſt vis ſenſitiua. Reſpon. quod dicatur eſſe ſcientia noſtra in viribus ſenſitiuis, nõ ſubiectiuè, ſed quia dependet à viribus ſenſitiuis; nam noſtra omnis cognitio ortum habet à ſenſu, & pro quanto ordinatur ad phantaſmata debito quodam modo.

Alia D. Tho. explicatio.

Probatur noſtra concluſ. principalis. Primò ratione D. Th. ſupradicta q. 54. ar. 4. Intellectus noſter eſt vna ſimpliciſſima qualitas, non compoſita ex multis qualitatibus; & tamen fertur in plura obiecta ſpecie diuerſa materialiter: ergo Logica & quælibet alia ſcientia erit vna ſimpliciſſima qualitas nullo modo ex pluribus qualitatibus compoſita, etiamſi feratur in plures concluſiones, quæ ſpecie differunt materiali ex parte obiecti: antecedens eſt certiſſimũ: nã etſi omnia quæ intellectus conſiderat ſub vna entis realis ratione attingat, quæ eſt vna ipſius obiectiua ratio, cognoſci tamen ſub hac generaliſſima ratione hominẽ, & equum, & angelũ, quæ ſpecie differũt; & actus, quo huiuſmodi obiecta cognoſcũtur, etſi relati ad entis rationẽ, vnius ſint rationis, relati verò ad hominẽ, & equũ, & angelũ, ſpecie ſunt diſtincti, & tamen intellectus ipſe ab authore naturæ nõ fuit multiplicatus in ordine ad hæc obiecta materialia, ſolum vnus fuit tributus, quia in illa obiecta ferebatur ſub ratione entis vna. Conſequentia verò illa probatur: nam quia ratione ſtat ſimplicitas in intellectu ad cognoſcendum huiuſmodi varia obiecta, & materiali ſpecie diuerſa, ſtabit etiã ſimplicitas i ſciẽtia, & cognoſcet varias cõcluſiones, quę ſpecie differãt ex parte

mate-

Digitized by Google

materialis obiecti,propterea quod conſi
deratur ſub vna ratione formali, & aſſu-
mit diuerſas definitiones obiectorum di
uerſorũ ad concludendas aliquas paſſio
nes,quia omnes illæ ſpecie differunt tã-
tummodo materialiter,& conueniunt in
vna ratione formali ſcibilis & obiecti
formalis.Scientia namque,quę eſt perfe
ctio intellectiuæ operationis in ordine
ad verum, in hoc proportionem debet
habere cum ipſo intellectu, cum omnis
perfectio proportionetur cum ſuo perfe
ctibili,& ſeruet cõditiões aliquas ipſius.

Obiectum ſciẽtia qua le ſit.

Præterea,obiectum logicę & cuiuſuis
ſcientiæ habet vnicam rationem forma
lem ſimpliciſſimam,& non partibilem in
plures rationes ipſius formalitate conſi
derata:ergo erit etiã habitus ſimpliciſſi
mus,quo huiuſmodi attingatur rõ. Pro-
batur conſequentia:nam ſecundũ Ariſt.
2.de anima,tex. 33. potentiæ & habitus
per obiecta diſtinguuntur, quæ cõcluſio
eſt intelligenda per obiecta formalia:er
go ſi non eſt diuerſa ratio formalis obie
cti,nõ erit diuerſus habitus.Sed illud an
tecedẽs primum probatur; nam obiectũ
Metaphyſicæ eſt ens ſub abſtractione ab
omni materia, quæ ſimpliciſſima ratio
eſt, & non partibilis in multas rationes;
quod magis probabile ſentio; & ita eſt
vna ſciẽtia ſpecie Metaphyſica omnino
indiuiſibilis.

Et idem diſcurſus fieri poteſt in omni
bus obiectis ſpecificis in ratione ſcibi-
lis:vbicunque enim eſt vna ratio ſpecifi-
ca in ratione ſcibilis, erit vna qualitas
ſimpliciſſima,& impartibilis,ſicut eſt ip
ſa ratio ſimpliciſſima & impartibilis.

Præterea,albedo & qualibet qualitas
materialis eſt ſimplex:ergo & multo ma
gis erit ſimplex qualitas ſpiritualis. Pro
batur conſequentia, quia cum qualitas
ſpiritualis ſit perfectior, debet eſſe ſim-
plicior,nam accidentia quãto perfectio-
ra ſunt,tanto ſunt ſimpliciora.Reſp.Son
cin ſufficere quãlibet partem illius ſcien
tiæ compoſitæ eſſe ſimpliciorẽ omni ac-
cidenti corporali, non vero eſt neceſſe
vt totus habitus ſit ſimplicior.Sed cõtrà:
ille habitus ex pluribus habitibus com-
poſitus,eſt perfectior albedine; ergo ma
gis accedit ad Dei perfectionem, & ſic
erit ſimplicior.

Præterea:per vnam fidẽ credimus om
nibus reuelatis à Deo;ergo per vnã ſciẽ
tiã ſimpliciſſimã poterimus ſcire multas
concluſiones. Antecedens eſt certiſſimũ,
& probatur conſequentia:nam etſi fides
habeat vnã rationẽ formalem, ſecũdũ q̃
omnibus aſſentitur,credit tamen multa,
quæ ſpecie differũt materialiter;ergo &
ſciẽtia ſcire poterit multa vna ſimpliciſ
ſima exiſtens, etiamſi illa multa ſpecie
differãt materialiter.Fateor tamẽ quod
ſit diſcrimen inter ſcientiam & fidẽ,ſed
non nocet propoſito, vt videbitur infra.

Præterea: nam qui ſentiũt logicam &
ſcientiã oẽm compoſitã eſſe qualitatem,
non poſſunt aſſignare vnitatẽ, nec nume
ricã,nec ſpecificã in illa: ergo non eſt di
cẽdum eſſe cõpoſitã qualitatẽ. Probatur
antecedens:nã vnitas ſpecifica illius ha-
bitus compoſiti non põt deſumi ab vno
obiecto ſpecie,quia habitus primæ con-
cluſionis ſolùm reſpicit obiectũ primæ
concluſionis:v.g.quod prædicabilia ſint
quinq; & habitus ſecundæ concluſionis
ſolũ reſpicit obiectũ ſecundæ concluſio-
nis, v.g. quod prædicamẽta ſunt decẽ. Et
vt clariori modo procedamus,fingamus
non poſſe eſſe plures concluſiones in Lo
gica,ſed illa obiecta ſpecie differunt in-
ter ſe,vt ſupradicti opinantes cenſent,&
nullum datur obiectum cõe, quod reſpi-
ciatur ab illis habitibus, nã nullus reſpi-
cit niſi vnicã concluſionem præciſe: er-
go nullum datur obiectum ſpecificũ dãs
illis vnitatem ſpecificam.Quod nec etiã
detur vnitas numerica; probatur: Duæ
qualitates diſtinctę tamquam res à re nõ
poſſunt vnã qualitatẽ indiuiſam facere,
& indiſtinctam eo genere:ergo ſunt di-
uiſæ:ſed ſunt numero diſtinctæ illæ qua-
litates:ergo non poſſunt facere vnã qua
litatem numero: ergo &c.

Præterea:aſſumo habitum primæ con
cluſionis,antequam generetur habitus ſe
cundæ concluſionis. Ille habitus primæ
concluſionis eſt ſcientia vna ſpecie & nu
mero.Et probatur, quòd ſit vna ſcientia
numero, quia eſt in vno ſubiecto nume-
ro; accidentia nãq; ſicut eſſe habẽt à ſub
iecto,& ſimiliter habent vnitatẽ numeri
cã. Quod ſit vna ſcientia ſpecie proba-
tur,quia eſt logica: ergo eſt vna ſcientia
ſpecie,logica.n. vnitatem ſpecificam ha-
bet.

Digitized by Google

bet. Dices non eſſe ſcientiam: contrà, quia eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem: ergo eſt ſcientia.

Et præterea probatur quod ſit vna ſciẽtia ſpecie, quia illa ſcientia eſt indiuiſibilis per principia ſpecifica: ergo eſt vna ſcientia ſpecie: illud enim eſt vnum ſpecie, quod eſt indiuiſibile per principia formalia ſpecifica; & idẽ eſt dicendũ de habitu ſecundæ concluſionis: ergo ſunt duo habitus ſpecie diſtincti, & numero: quõ ergo poſſunt facere vnum habitum ſpecie, & numero, & vnã ſciẽtiã ſpecie, & numero. Dices eſſe vnũ habitum ſpecie, quia cõſiderat propria obiecta in ordine ad ſecundã intentionem, vel in ordine ad aliud obiectum cõe vtriq;. Contrà, quia nullum tale obiectum cõſideratur in logica: nã quilibet actus cõſiderat ſuã concluſionẽ per diſtinctũ mediũ ab alio habitu: nã ſi conſideraret obiectum cõe vtriq. eſſet habitus ſuperior vtroq;, & conſideraret obiecta partialia, & ita ſuperfluerent illi habitus partiales, ex quo datur vnus, qui conſiderat, quod ambo conſiderabant ſub eadem ratione formali. Et hæc ratio habet maiorem vim: quia opinantes eſſe compoſitam qualitatem, cenſent non dari talem habitũ, qui conſideret aliquam vnam rationem communem omnibus partialibus habitibus.

Præterea: tales habitus non poſſunt facere vnã ſcientiam, niſi quia habent ordinẽ adinuicẽ: ergo illorũ vnitas eſſet vnitas ordinis: ergo formaliter ſciẽtia eſſet relatio, & materialiter qualitas, quod eſt abſurdum, ſicut exercitus, quia eius vnitas eſt vnitas ordinis, materialiter eſt ſubſtãtia, formaliter relatio.

Præterea: duæ qualitates reales non poſſunt facere vnã qualitatẽ realẽ, niſi illarum altera ſe habeat vt materia, & altera vt forma: ſed in illis qualitatib. neutra poteſt habere rationem materiæ, nec rõnem formæ: nam da, quæ ſit iſta, quæ habeat rõnẽ materiæ: ergo non poſſunt vnã qualitatẽ efficere; & idẽ de habitu dicendũ eſt, & idẽ de ſcientia: nequit ergo vnus habitib & vna ſcientia fieri ex duobus habitus, & ex duabus ſcientiis.

Præterea; ſi eſſet logica vna ſcientia numero: ergo eſt vnus habitus numero: ergo vna qualitas numero; ſed ſunt plures habitus & qualitates numero: ergo non ſunt vna ſcientia. Prima conſequentia & ſecunda probatur; quia ratio generica efficitur numerica, quãdo ratio ſpecifica determinatur ſecundũ numerũ: ſi ego ſum vnus numero homo, vnum animal numero ſimiliter ſum, & ſi hæc albedo vna eſt numero, eſt vna qualitas numero. Minor illa probatur, quod ſint plures habitus; quia ſunt duæ qualitates difficilè mobiles: ergo ſunt duo habitus. Et quod ſint duæ qualitates, patet etiã, quia ſunt duæ qualificationes ſubiecti: ergo non ſunt vna ſcientia.

Dices ad hoc arg. quod ſit vna ſciẽtia numero, & vnus habitus numero totalis, & vna qualitas totalis, multi verò habitus partiales, & qualitates partiales. Sed cõtrà: ibi ſunt duo habitus acquiſiti per demonſtrationẽ: ergo ſunt duæ ſcientiæ, ſciẽtia.n. eſt habitus acquiſitus per demonſtrationẽ: conſequẽtia eſt clara: nã hæc eſt bona cõſequẽtia: Sunt duo colores diſgregatiui viſus: ergo duæ albedines: ergo ſimiliter illa. Antecedens patet: nã habitus primæ cõcluſionis acquiritur per demonſtrationem, ſimiliter etiam habitus ſecundæ concluſionis. Si dicant eſſe compoſitam qualitatem, fateri debent, non poſſe eſſe vnam ſcientiam numero illos duos habitus.

Præterea probatur, quod ſint duæ ſciẽtiæ: nam habitus primæ cõcl. eſt directè in prædicamento Qualitatis ſub genere Qualitatis & ſub genere Habitus; ergo ſub aliqua ſpecie atoma Probatur conſequ. quia nihil eſt ſub genere directè participans, & eſſentialiter, & cõpletè rationem, quod non ſit ſub ſpecie atoma: quia ratio generis nõ poteſt reperiri ſine differentia atoma ipſum determinante & actuante. Anteced. illud probo: qualitas eſt qua quales eſſe dicimur, & habitus eſt qualitas difficilè mobilis: ſed illo habitu dicitur qualis homo, nimirum ſciens; & ex natura ſua eſt difficilè mobilis: ergo &c. Et hoc ipſum argumentum fit de habitu ſecundę concluſionis: ergo ſunt duę ſcientiæ Vnde Nominales, qui cenſebãt tot eſſe logicas ſpecie diſtinctas, quot erant ſcibiles cõcluſiones, minus errabãt. Manet ergo cõcluſio, D.Th. certa, logicã .ſ. & quãlibet ſciẽtiã eſſe ſimplicẽ qualitatem

tatem

Digitized by Google

tatem nullo modo ex multis compoſitã.

Ad 1. Arg. Argumentatio, definitio, & alia quomodo differant.

Ad primum argu. in oppoſitum reſpõdetur, quòd etſi ſcientia conſideret definitionem, & diuiſionem, & arg. quia iſta non differunt ſpecie in ratione formali conſiderandi, ſed differunt ſolum ſpecie materialiter; hinc fit, quòd ab eo ſimpliciſſimo habitu conſiderãtur. Oĩa. n. quæ logica cõſiderat, sũt in ordine ad ſecundam intentionem, quã primò & formaliter cõſiderat, & ſub eadem abſtractione, & ita non multiplicantur habitus & qualitates. Nam vt aſſerit Angelicus Doctor loco ſupra adducto, licèt habitus ſecundum ea, ad quæ ſe extendit, habeat multiplicitatem, quia conſiderantur multiplicia, & varia in eſſe rei, vel materialiter ſpecie diuerſa; quia tamen omnia iſta ſunt ordinata ad aliquid vnum, ad quod principaliter reſpicit habitus, ſcilicet, ad ſecundam intentionem, hinc eſt quod ſit qualitas ſimpliciſſima Et hoc patet ẽt in intellectu, & in omnibus potentiis.

Ad confir. reſp. ſolutionẽ ibi datã optimam eſſe; & ad replicam reſpondetur, quòd etſi differant ſpecie, illud eſt materialiter, & in genere rei, in ordine tamẽ ad ſecundam intentionem in materiam introducendam omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, non habent nouam difficultatem al-

Opt ſimile.

tertus ſpeciei formaliter, ſicut ars, quæ multa, & diuerſa artificiata operatur, etiamſi illa ſpecie differãt materialiter, omnia ſunt ab vna ſimplici forma artis, propterea quod conſiderantur, & fiunt in ordine ad vnam formam introducendam in materiam. Et ſi loquamur de logica, prout docens eſt, iam diximus oĩa illa conſiderare in ordine ad ſecundam intentionem, & ita non eſſe nouam difficultatem in ordine ad aliam rõnem formalẽ obiectis differunt nãq; ſolũ ſpecie in genere rei, & non in ordine ad rationem formalem ſcibilis. Et ad repli. arg. reſpondetur, quod mathematicæ ſcien-

Mathematica habẽt diuerſa obiecta in ratione ſcibilis.

tiæ habent diuerſa obiecta formalia in ratione ſcibilis: quia obiectum vnius magis abſtrahit, quã obiectũ alterius, & sũt diuerſa in rõne ſcibilis; vt videbimus q̃ſtione ſequenti, quod non habet verum in partib. obiecti logicalis: quia omnes illæ partes habent eandem abſtractionẽ, & rationem formalem in rõne ſcibilis.

Ad 2.

Ad 2. reſpondetur negando anteced. & ad probationem dicitur, quòd etſi intentio propoſitionis eſſet compoſita, nõ ſequeretur, quòd in illa eſſet minor abſtractio logicalis, propterea quòd eodẽ modo abſtrahit à materia intentio cõpoſita, & ſimplex, quia conſiderantur in ordine ad rationẽ formalẽ intentionis ſecundæ ſub abſtractione ſibi conuenienti, quod eſt formale obiectũ logicæ, ſicut in partibus metaphyſicalibus æqua eſt abſtractio, ẽtſi altera pars, q̃ tractat de ſubſtãtiis cõpoſitis, dicat maiorẽ cõpoſitionẽ in re cõſiderata, quã altera pars, quæ tractat de Deo: quia oĩa illa conſiderat Metaphyſica in ordine ad ens, quod primo conſiderat, & quod abſtrahit ab omni materia. Dicitur præterea, quòd non ſit cõpoſita intentio propoſitionis, quia eſt relatio rationis: relatio autem nõ poteſt eſſe cõpoſita: & præterea, quòd relatio prædicati & ſubiecti ſunt ſpecie differentes inter ſe, & à relatione propoſitionis; ergo non poſſunt illã componere: quia ſicut paternitas non põt cõponere filiationẽ, ita nec illæ relationes relationem propoſitionis. Fateor tamen materialia, quæ denominantur ab intentionẽ propoſitionis, eſſe magis compoſita, id eſt, materiale propoſitionis habet plures partes, quam termini materiale habeat.

Ad 3. arg.

Ad 3. reſp. Phyſicam & Metaphyſicã differre ſpecie quia eſt alia abſtractio, & rõ ſub qua, in ente, quam in ente mobili, vt iam videbimus; quod non habet verũ in mõ ſciendi in cõi & particulari, quandoquidẽ eãdem abſtractionẽ habent, & modi ſciẽdi particulares ſunt partes eiuſdẽ formalis obiecti; ens verò mobile nõ eſt pars eiuſdem ſubiecti formalis, quinimò ens condiuiditur in rõne ſcibilis contra ens mobile, quod nõ habet verum in modo ſciendi communi, & particulari.

Ad confirmat. reſpon. ex dictis ſupra, vbi enumerauimus, quot ſint liberales artes, & mechanicæ vide q. 9.

Ad 4. arg. Actus logica q̃uo diuerſi, et q̃uo non.

Ad 4. reſpond. quod ego magis miror aduerſarios conuinci his argumentis, cũ nullius ſint roboris, ſunt enim actus, qui conſiderantur in Logica diuerſi materialiter, & in genere rei, non verò in ratione ſcibilis, & in ordine ad obiectũ logi-

cæ.

eſt diſpoſitio habẽtis partes. Nam in intellectu, vbi oritur Geometria, eſt potentia ad ſcire primã cõcluſionẽ, & potẽtia ad ſcire ſecũdã, & habitus Geometrię incipiens perficit intellectũ ſecũdũ primã potentiã, deinde perficit ſecundam potẽtiã, & extenditur, vt illam perficiat. Nec multũ intereſt, an oẽs iſtæ potentiæ ſint multæ partiales, an ſint vna: quoniã ſi ponatur vna ſola, eſt multiplex æqualẽter, & illa paulatim ſubiicitur ac ſi eſſent multæ potentiæ, quibus æquiualet. Si verò ponantur multæ potentiæ in intellectu perfectè per actus & per habitum, tũc habitus ſcientiæ habebit pro partib. ſubiecti non ſolũ actus multos ſciendi, ſed potentias ad illos; & ex hoc manifeſtatur augmentũ extenſiuũ ſcientiæ, ex eo. n. quòd intellectus, vt eſt in potentia ad 2. cõcl. nõ remanet interminatus, ſed ſubiicitur illi qualitati ſimplici reſpicienti obiectũ primũ, ſeu primã concluſionem, extenditur habitus ad occupandã non partẽ loci, ſed partem potentiæ, quã prius non actuabat, & actuat potentiam intellectus ad ſecundã concluſionẽ quæ eſt extenſio. Ex bis patet ſolutio aſſignata: nã quamuis habitus vt duo & vt quinque ſint eiuſdẽ ſpeciei, non ſequitur quod, quicquid poteſt habitus vt quinq;, poſſit habitus vt duo, quia ille eſt magis extenſus, & actuat potentiam, quã alius non actuar, & poteſt in quinque concluſiones, in quas alius non poteſt.

Ad 9. arg. Habere diuerſas generationes, & corruptiones fiat dupliciter.

Ad 9. arg. reſpon. quod hẽre diuerſas generationes, & corruptiones, poteſt dupliciter contingere. Primo modo, quòd per vnam generationẽ, & corruptionem nullo modo mutetur alterũ; & ſic quãdo ita generatur vnus habitus vel corrũpitur, quòd nullo modo alius mutatur; eſt euidẽs diſtinctio realis. Alio modo, quod quando eſt noua generatio concluſionis alicuius, vel corruptio, habitus mutetur: & ſic non eſt diſtinctio realis Et hoc patet in augmẽtatione quãtitatis: nã ſic generatur quantitas, vt præexiſtens augeatur, & in diminutione ſic deperditur quãtitas, vt præexiſtens minuatur. Quando ergo generatur ſcientia ſecundæ concluſionis, ſic generatur, vt habitus præexiſtens perficiatur; nã fit vt duo, & quãdo corrũpitur, ſic corrũpitur, vt præexiſtẽs minuatur, quia habitus qui erat vt duo, non fit, niſi vt vnũ. Et ſi inquiras, quare ſi eſt idẽ, intẽditur circa vnã concl. & non circa aliã? Reſp. ideo eſſe, quia ille habitus hẽt diuerſas partes perficiẽtes potẽtia diuerſas intellectiones, & eæ partes non ſunt diuerſæ in habitu, tanquã res à re; at ſunt diuerſæ virtualiter in eadẽ ſimplici entitate, & ita illa ſimpliciſſima entitas, qua rõne perficit vnã potentialitatẽ ſubiecti, intenditur, & non qua rõne perficit aliã: Et ſicut albedo poteſt perfici in pede & non in manu, quia eſt diuerſa pars materialis albedinis, quæ eſt in pede, ab illa, quæ eſt in manu, ita eſt diuerſa virtus eiuſdẽ qualitatis ſimplicis, qua perficit intellectũ in ordine ad primã concl. ab illa, quæ perficit intellectũ in ordine ad 2. ſicut ſunt ipſæ potẽtialitates intellectus diuerſæ; nã diuerſa potẽtialitas eſt intellectus ad ſciendã primã concl. ab illa potẽtialitate ad ſciendũ ſecũdã, diuerſa, inquã, virtualiter ſaltẽ, ſiquidẽ põt eſſe cõpleta prima potentialitas, & non ſecũda. Et ſicut in intellectu in eadẽ ſimpliciſſima entitate reperiuntur iſtæ potentialitates virtualiter paſſiuæ, & vna põt compleri & non alia: ita in habitu reperiuntur illæ potentialitates actiuæ, & ita poteſt habitus hẽre vnã in actu, & nõ aliã, propterea quod nõdũ acquiſiuit illã perfectionẽ, vt actuaret 2. potentialitatem paſſiuam intellectus.

Quæſitum. *Reſp.*

Ad 10. argum.

Ad 10 reſp. quòd ſolutio ibi aſſignata eſt ſufficiens. Ad repli reſp. quòd illa maior extẽſio habitus fiat per hoc, ꝙ per 2. demõſtrationẽ acquirit maiorẽ pfectionẽ abſolutè, quã pfectionẽ antè non habebat: hęc aũt maior pfectio intelligit in ipſo p hoc, qđ modo actuat potẽtialitatẽ intellectus in ordine ad illã 2. conclu. ſciẽdã, quã antea non actuabat: non verò per hoc, quod acquirat nouam entitatẽ, ſed illa p̃exiſtens perficitur Ita D Tho. vbi ſup. ſolutione ad 3. Et hæc perfectio optimè põt intelligi ſine aduentu nouæ entitatis per perfectiorẽ ſtatũ p̃exiſtentis. Conſtat. n. optimè poſſe intelligi augmẽtũ intenſiuũ qualitatis ſciẽtiæ, ſine aduentu nouæ entitatis, p hoc, quod p̃exiſtens magis radicatur in ſubiecto: ergo extẽſiuũ augmentũ ſciẽtiæ põt optimè intelligi p hoc, quòd idẽ habitus actuat

modo

Locus D. Th. vrgẽs.

2. explicatio ex Caietano.

lum locũ ex 3.p.D.Th.q.12.art.2.vbi D. Th.ait, ſcientiã augeri per ſucceſſiuã generationem ſpecierũ intelligibiliũ,Cai. reſp.dupliciter. Primò,ꝙ loquitur de notitia habituali,& vult dicere, quod notitia habitualis augetur. Secundò reſp. qđ dicitur ſcientia augeri per generationẽ ſpecierum, quia hæc generatio oſtendit augmentum ſcientiæ, vt dictum eſt.

Ad confir.

Controuerſia inter doctores.

1. Opinio.

Ad confir.reſp varias eſſe de Sapientia ſententias. Aliqui dicunt,noſtram Sapientiam eſſe habitum quendam ſupremũ,qui aliquid vnum ſimpliciſſimum exiſtens,& iudicat de concluſionibus, & aſſentitur primis,& vniuerſaliſſimis principiis:nã Sapientia eſt quædam participatio diuinæ Sapientiæ,quæ vna exiſtẽs ſe extendit ad iudicãdũ de cõcluſionib. & de principiis Quinimò in Angelis eſt huiuſmodi Sapiẽtia:quia nõ diſtinguitur in ipſis Sapientia ab habitu primorum principiorum, & ſcientia infuſa animæ Chriſti Sapientia eſt altiſſima, quæ vna ſimpliciſſima exiſtens ſe extendit ad iudicandum de concluſionib. & de principiis altiſſimis.Et iſti hanc opinionem ſequẽtes innituntur D.Th.qui 1.2.q.66.ar. 5 ad vlt.dicit hæc verba:Et ideo Sapientia non ſolum vtitur principiis indemõſtrabilibus, quorũ eſt intellectus concludendo ex eis, ſicut aliæ ſcientiæ: ſed etiã iudicando de eis,& diſputando cõtra negantes; vnde ſequitur, quòd Sapiẽtia ſit maior virtus,quam intellectus. Hæc D. Thom.

Validum teſtimoniũ D.Tho.

Impugnatur præcedens Opin.

Verùm hunc modũ dicendi, quantum attinet ad Sapientiã noſtrã (nã modo nõ loquimur de Deo,nec de Angelis,nec de Chriſto Dño) optimè impugnatur à ſapientiſſimo Mag.Bannes.1. p. q.1.art. 6. Nam certè Sapientia in nobis nõ poteſt acquiri niſi per demõſtrationẽ: ſed habitus acquiſitus per demonſtrationẽ ſolũ inclinat ad iudicandum de concluſionibus per ſuas cauſas,ad iudiciũ autẽ ſumẽdum de ſua cauſa nõ inclinat,ſed illã cauſam cognoſcit principiorũ habitus, qui dicitur intellectus:ergo &c.Et præterea in nobis ſcientia, & Sapientia cauſatur ex lumine intellectus & habitu primorũ principiorum:ſi ergo Sapientia inclinat ad iudicandum de cõcluſionibus,& principiis,erit habitus perfectior principiorum habitu:ergo non poterit ab illo produci.Explicatur hæc ratio,nam ſcientia tota in habitu principiorum continetur: ergo Sapientia ſimiliter,ſed ſi eſt habitu principiorũ perfectior, quo poteſt contineri in illo virtualiter? perfectiſſimum namq. non põt contineri in imperfecto; quapropter nõ põt dari habitus vnus, qui ſit Sapientia inclinans ſimul ad aſſentiẽdum principiis primis & cõcluſionibus? Verum etſi daretur, nihil obeſſet noſtræ quæſtioni:nam eſſet ſimplex qualitas.

2. Opin. Refellit[ur]

Alii dicunt,Sapiẽtiã eſſe habitũ principiorũ, & concluſionũ ſimul.Sed iſte dicendi modus facilè impugnatur: nã illi duo habitus ſpecie differũt,imò genere: ergo non poſſunt vnum habitum ſpecie conſtituere, qualis eſt Sapientia. Conſequentia ex dictis ſupra ſatis patet. Imò verò quomodo eſt intelligibile,habitum principiorũ, qui ſine diſcurſu procedit, & habitum ſcientiæ,qui diſcurrendo aſſentitur ſuis concluſionibus,efficere vnã actus ſpeciem? Tam impoſſibile hoc cenſeo,ac ſi ex intellectu angelico,& noſtro vnam ſpeciem efficeremus.

3. Opi[nio] vera Do[mi]nici Ba[n]nes.

Veram ergo de Sapientia ſententiam illam cenſeo, quam ſequitur ſapientiſſimus Magiſt. meus F. Dominicus Bannes vbi ſup.quod ſcientia differt à Sapientia non in eo,quòd Sapiẽtia iudicet de principijs & cõcluſionibus,ſic adeo, vt vnus habitus præſtet,quòd præſtabat intellectus,& ſciẽtia:ſed differt ab ea in eo, qđ Sapientia iudicat de concluſionibus per cauſas altiſſimas, & acquiritur per demonſtrationem,quæ procedit ex cauſis, ſeu rationibus formalibus ſupremis, & ſuo ſubiecto proportionatis; ſcientia vero ſit illa, quæ procedit ad iudicium concluſionum ſumendum, ex cauſis inferioribus & proportionatis ſuo ſubiecto,verbi gratia,Metaphyſica,quæ Sapiẽtia eſt, procedit ad ſuas concluſiones ex principiis entis, quæ vniuerſaliſſima & ſuprema ſunt, ſicut ipſum ens: phyſica verò procedit ad ſuas concluſiones ex principiis entis mobilis, quæ non ſunt ſuprema, ſed inferiora & limitata. Et hinc eſt, quòd Metaphyſica habet defendere omnium ſcientiarum principia, & ſua itidem, & habet illa explicare, propterea quòd ſuum obiectum, quod

eſt ens, materialiter intrat omnium ſcientiarũ obiecta: & Sapiẽtia eſſentialiter eſt ſciẽtia, ſed differt ab illa per hoc ſolum, quòd ſubiectũ altiſſimũ per cauſas altiſſimas conſiderat, quod nõ efficit ſciẽtia. Sed quia in hoc excedimus logicæ limites, videatur ſapientiſſimus Magiſt Ban. vbi ſup. qui ſoluit argumẽta contra hãc veritatem facta. Et videtur hæc ſententia D. Thom. ſuper Boetium de Trinitat. opuſc. 70 vbi in quæſtione de diuiſione ſcientiarum, ſolutione ad primum in illis verbis, Siue demõſtratio procedat ex cauſis inferioribus, ſicut ſcientia, ſiue ex cauſis altiſſimis, ſicut Sapientia: vbi dicit vtrũq. habitũ demonſtratiuẽ procedere circa concluſiones, ſed diuerſimodè, & cõdiſtinguit ibi Sapiẽtiã cõtra ĩtellectũ.

Ad 14. argum. Ad 14. reſp. qđ quia habitus ſciẽtificus comparatur ad potentias intellectus, vt ſciat multas concluſiones, vt ad partes ſubiecti, cõſequens eſt, quòd habitui perficienti intellectum, reſpectu potẽtiæ ad ſcire primam concluſionem, non contrarietur habitus erroris, reſpectu potentię ad ſcire ſecundam concluſionem. Nam ille error eſt ad diuerſas potentias ipſius intellectus: ſicut albedo exiſtens in pede non contrariatur nigredini exiſtenti in capite, quia eſt in diuerſa parte ſubiecti materialis. Ita concluſio prima non contrariatur errori ſecundæ, quia ſecunda perficit diuerſam potentiã vitualẽ intellectus, & hoc ſufficit, vt nõ ſit oppoſitio reſpectu eiuſdẽ potẽtialitatis. Et nõ obſtat, qđ ſint eiuſdẽ ſpeciei oẽs concluſiones, quia obiecta, circa quæ verſantur, ſpecie differunt materialiter. Et ex vtroque capite prouenit, quod non quidquid opponitur vni opponatur alteri: habitus erroris ergo ſolũ excludit habitũ, q verſatur circa idẽ obiectũ materiale, & circa eandem potentialitatem intellectus.

Ad vltimũ argument. Ad vltimum reſp. ſolutionem ibi datã eſſe ſufficientem. Et ad replicam vlt. reſpon. quod ex eo, quod deperditur medium primæ concluſionis, tota ſcientia ruit, quia illud erat fundamentum totius ſcientiæ. Deriuantur namque omnes demonſtrationes ex illa prima, & ita illa corrupta omnes corrumpũtur, quod nõ eſt verum de reliquis; ſicut deſtructo fundamento domus tota domus funditus ſubuertitur, & quod contrariatur fundamento deſtrueret domum conſequenter ita in propoſito dicendum eſt. Aliqui dicunt, quod deſtructo habitu circa primã concluſionem, remaneat circa reliquas habitus: ſed hoc videtur impoſſibile propter rationem factam in argumento, qa neſcit, qui non ſcit reſoluere vſque ad indemonſtrabilia, ſi autem ignorat primã demõſtrationem, neſcit reſoluere vſque ad indemõſtrabilia: quia omnes reliquæ demõſtrationes in illã primã ſunt reſoluendæ, & per illam in indemonſtrabilia principia; ergo non habet ſcientiã, maximè quia per primã ſubſtantia & eſſentia habitus fuit producta: ergo quando obliuiſci ur mediũ, ſeu corrũpitur, corrũpitur cõſequenter quod per illã fuit genitũ, & ita corrũpitur eſſentia & ſubſtantia habitus. *Quorundã opinio refellitur.* Et hæc ſint ſatis pro hac queſtione, quam ſi paulò latius extendimus, hoc egimus propter quoſdam, qui etiam cẽſent ſe in hac parte cum D. Th. cenſere, & aſſerere ſcientiam eſſe cõpoſitam qualitatem, cum nihil magis abhorreat à D. Tho. doctrina. Ex qua queſtione intelliges Suarez ĩ loco adducto in principio, falſum dixiſſe ibidem. *Error Frã ciſci Suarez.*

QVÆSTIO XI.

Vtrum logica & quælibet ſcientia vnitatem habeant & diſtinctionem ex obiectis.

ET videtur quod non. Et ſit primum argumẽtum: Opinio logicalis & ſcientia logica ſunt diſtincti habitus: & idẽ eſt dicendũ de habitu opinatiuo phyſico & ſcientia phyſica, & ſic in reliquis: & tamen verſantur circa idem obiectũ: ergo non diſtinguuntur ſcientiæ ex obiectis. *1. Argum.* Maior eſt nota, & probatur minor: nam obiectum habitus opinatiui in logica eſt ſecunda intentio; opinamur namq; An termini extra propoſitionem ſupponãt, An vniuerſalia ſint per cõparationẽ, an per abſtractionem facta, q opiniones manifeſtè verſantur circa ſecundam intentionem, quæ eſt obiectum logicæ: & idẽ cõtingit in opinionib. philoſophicis: ergo &c. Et confirmatur: nã habitus princi- *Confir.*

piorum & concluſionis ſunt habitus diſtincti pluſquam ſpecie,& habent nihilo minus idem obiectũ:ergo &c.Maior clariſſimè patet,& probatur minor.Nã definitio vniuerſalis cognoſcitur per habitum primorũ principiorũ, & eius paſſiones cognoſcuntur ab habitu ſcientifico ; ſed tã definitio & eſſentia vniuerſalis q̃ illi⁹ paſſio sũt ſecũdę ĩtẽtiones:ergo&c.

2. *Argum.* Secundò,Metaphyſica tractat de cœlis & de ſubſtantiis mobilib ſed de eiſdẽ tractat phyſica:ergo ſcientiæ non diſtinguuntur ex obiectis. Conſequentia probatur:quia ſunt illæ diuerſæ ſcientiæ & habent idem obiectum,quinimo D Th. ſæpiſſimè aſſerit circa hanc cõcluſionẽ, Terra eſt rotunda, verſari & Aſtrologiã & phyſicam:non ergo ſcientiæ ex obiectis diſtinguuntur. Quod ſi dixeris ſcientias diſtingui ex obiectis formalib. prout ſubſtant diuerſis abſtractionib.contra hãc ſolutionẽ ſunt multa argumẽta.Et ſit

3. *Argum.* Tertium argum.nam vel abſtractio eſt ratio formalis obiecti diſtinguens illud formaliter,vel non. Si ergo intẽtum noſtrum ſequitur,debere ex obiectis diſtinctionem ſumere,quam falſum ſit hoc,ſupra monſtratum eſt.Si verò dicamus diſtingui obiectum formaliter per abſtractionem:contrà:ratio formalis cuiuſcunque rei eſt aliquid intrinſecum ipſi rei : ſed abſtractio non eſt huiuſmodi reſpectu obiecti ſcientifici: ergo non eſt eorũ formalis ratio.Maior patet; quia dat illi ſpeciem:ergo debet illi eſſe intrinſeca , ſicut ſua eſſentia intrinſeca eſt.Minor ꝓbatur:nam abſtractio eſt in intellectu, & eſt actus quidam cognoſcitiuus, qui in obiecto nihil reale ponit,ſed ſolũ quoddam eſſe abſtractũ, quod formaliter eſt ſecunda intentio,vel ens rationis ad minus.

Confir. Et confirmatur : nam obiectum eſſe ſub tali abſtractione ſpecificat ipſum, ſi ſequamur hunc dicendi modum:ſed eſſe ſub tali abſtractione nihil reale ponit in obiecto,nam eſt denominatio rationis extrinſeca:ergo nõ eſt ratio formalis obiecti realis;quia id,quod dat ſpeciem obiecto reali,nõ debet eſſe aliquid rationis , ſicut nec ſpecificatiuum entis rationis poteſt eſſe aliquid reale.

4. *Argum.* Quartò,ratio formalis obiecti ſcientifici eſt id,per quod cognoſcimus paſſiones de ſubiecto:ſed per abſtractionẽ nõ cognoſcimus paſſionẽ de ſubiecto : ergo non eſt ratio formalis : nam definitio eſt ratio formalis obiecti ſcientifici , & per illã cognoſcimus paſſionẽ ſubiecti,cũ ſit cauſa,vel ratio paſſionis. Sed minor probatur : nã non cognoſco ens eſſe vnũ & verum, quia abſtrahit ab oĩ materia;nec triangulũ habere tres angulos , quia abſtrahit à materia ſenſibili; nec hominem eſſe corruptibilẽ,quia abſtrahit à ſingularibus ſenſibilibus,quinimo ex hoc habet quandam incorruptibilitatẽ per ſe .

Quintò: Id quod eſt ratio formalis diſtinguens vnã ſcientiã ab alia ,nõ poteſt alicui alteri cõuenire:ſed abſtractio ſciẽtiæ alicuius aliquib.aliis conuenit : ergo &c.Maior patet,nã vltima hominis differentia non cõuenit leoni,ſicut nec hominis eſſentia leoni cõuenire põt.Probatur minor:nã abſtractio propria phyſicè eſt à materia ſingulari, & hæc cõuenit oĩb. ſcientiis,quæ neceſſariò abſtrahunt à ſingularib. nam à nobis nihil ſcitur , niſi in vniuerſali , (& loquor de ſcientia directa,) reflexè nãq. de ſingularib. proprietates demonſtramus,vt Petrũ eſſe riſibilem:Item Logica habet eandem abſtractionẽ,quã habet Metaphyſica:nã abſtrahit ab omni materia:& Medicina, quam habet phyſica,.ſ.à materia ſingulari. Et itẽ Rhetorica & Grammatica & Poeſis habẽt eandẽ oĩno abſtractionẽ:ergo &c. 5. *Argum.*

Sextum argumentum;& probatur, qđ abſtractio non ſit ratio formalis diſtinguens ſcientias:Nã ſi ita res ſe hẽt,ſequitur planè Geometriam , & Arithmeticã eſſe eiuſdem ſpeciei : hoc aũt eſt falſum: ergo abſtractio nõ eſt formalis ratio ſciẽtiarum diſtinctiua.Maior probatur: nam habent eandem abſtractionem, .ſ.à materia ſenſibili.Minor probatur:nam oẽs cõſtanter affirmant ſpecie differre.Quod ſi reſpõdeas ſciẽtias differre ſpecie penes maiorem,vel minorem abſtractionẽ; genere vero differre penes omnino diſtinctã & diuerſam abſtractionem;cõtra eſt argumentũ;nã ſequitur Phyſicã non eſſe vnã ſcientiã ſpecie:hoc aũt vr̃ falſum:ergo & illud,ex quo ſequitur. Probatur ſequela:nã maior abſtractio ẽ in octo libris phyſicorũ,q̃ in libris de cęlo.Et probatur:nã in libris phyſicorũ agitur de ente 6. *Argum.*

mobili in cōi, in libris autem de cęlo de ente mobili ad formam localem; ergo maior abſtractio eſt in illis, quam in libris de cęlo, ſiquidem magis contractum eſt obiectum, librorum de cęlo, quā obiectum librorum octo phyſicorum: ſicut magis abſtractum eſt animal, quàm homo, quia magis uniuerſale eſt; illud enim quod eſt magis uniuerſale non concernit actu ea, quæ minus vniuerſalia concernunt: & ita abſtrahit ab illis. Et con-

Confir. firmatur hoc argumentum: nam ſequitur ſaltem quod librorum de Cœlo ſcientia ſpecie differat à ſcientia librorum de Generatione. Et probatur: nam libri de cœlo magis abſtrahunt à materia & motu, quam libri de Generatione: ergo differunt ſpecie. Conſequentia patet, nam maior, uel minor abſtractio ſub eodem genere cauſat ſpecificam differentiam in ſcientiis. Probatur antecedens: nam libri de cęlo ſolum habent conſiderationem de vna motus ſpecie, ſcilicet de motu locali; at verò libri de Generatione agunt de multis ſpeciebus motus, & de ſubiecto in ordine ad illas; nam tractant de ente mobili ad formam ſubſtantialem: & ad hanc mutationē præ requiritur alteratio, & multi alii motus, quos etiam conſiderat phyſicus in illa parte; ergo eius ſubiectū magis ſubſtat motui: ergo alii libri minus de motu conſiderant; ergo intra idē genus eſt differentia penes magis & minus; quapropter erit ſpecifica differentia; nam ſcientia illa, quæ minus de materia & motu conſiderat, ſpecie differt ab illa, quæ magis de materia & motu tractat. Et cōfirmatur ſe-

Confir. 2. cundò hoc argumentū: nā ſequitur, quod Mathematicæ nō differant ſpecie, quia una ſcientia, verbi gratia, Arithmetica, nō magis abſtrahit à materia ſenſibili, quā Geometria: nulla enim illarū in ſua ratione cōcernit materiam ſenſibilem, ſi-

Fuga. quidē ambæ abſtrahunt ab illa. Si dicas differentiā eſſe, quia quamuis nulla earū materiā ſenſibilem cōcernat: Arithmetica tamē nō conſiderat continuitatē, quæ eſt quædam materia intelligibilis, quam conſiderat Geometria, & ita abſtrahit à quadam materia intelligibili, quamobrē

Impugnatio. ſpecie differunt. Contra, hoc nō ſufficit, vt dicatur magis abſtrahere à materia intelligibili: ergo non differunt ſpecie. Probatur antecedens: nam Geometria non conſiderat quantitatem diſcretam, q̄ eſt quædā materia intelligibilis; & tñ non propterea dicitur abſtrahere à materia quadam intelligibili; ergo nec Arithmetica dicenda eſt abſtrahere à quadam materia intelligibili, quia non conſi-

Alia fuga. derat quantitatem cōtinuam. Si dicas differentiam eſſe; nā cōtinuum habet ſe ut materia reſpectu diſcreti, ſiquidē fit numerus ex diuiſione continui, & numerus ſe habet ut forma, & ita abſtrahit nume-

Impugnatio. rus à continuo, & non è conuerſo; cōtrà; numerus per ſe non fit ex diuiſione continui: duo enim homines per ſe non fiunt ex aliquo continuo diuiſo; ergo non ſe habet vt materia per ſe continuū, reſpectu diſcretæ quantitatis; ergo &c.

Septimum: Tota ratio diſtinctionis

7. Argum. formalis in ſcientiis ſumitur ex abſtractione à materia: ſed hęc abſtractio à materia eſt quid fictitium: nō ergo ſciētiæ diſtinguuntur per abſtractionem à materia: quinimo ſequitur ſcientias nō eſſe diſtinctas. Probatur minor: nam vel nomine materię intelligimus materiam primam, ſed hoc non, quia ſcientię nō abſtrahunt à materia prima, ſed illam conſiderant & phyſicus & primus Philoſophus, licet aliter & aliter. Vel intelligitur materia ſubiecta motui: ſed nec hoc, nam illam conſiderat Phyſicus, & ęqualiter Metaphyſicus, & Mathematicus, abſtrahunt ab illa, quapropter eſſent eiuſdem ſpeciei artifices. Vel intelligitur materia ſingularis, ſed nec hoc, nam omnes ſcientiæ tractant de vniuerſalibus: non ergo videtur quid intelligatur nomine materiæ, cum dicimus, ſciētias per abſtractio-

Confir. nem à materia diuerſificari. Et confirmatur: nam cum dicimus abſtractionem ſpecificare ſcientias, uel nomine abſtractionis intelligimus illā, quę eſt agēris intellectus: at hoc non, ut cōſtat, uel illā, quæ eſt poſſibilis intellectus; at nec hoc quidem: nā ipſa in ſe, ut ſupra dictū eſt, cum ſit intellectus actio, qūo pōt ſpeciē tribuere obiecto, à quo ſpecie differt? Nec in ſuo effectu: nam eſſe abſtractū eſt ens rationis, ens uero rationis nullo modo poteſt eſſe ratio formalis obiecti realis habentis eſſentiam realem; cum ens rea-

le &

Digitized by Google

le & rationis pluſquam genere differant, ſicut nec poteſt albedo eſſe ratio formalis ſubſtantiæ alicuius: ergo &c.

8. Argum. Octauum: Scientiæ à priori & à poſteriori habent idem obiectum, & eandem abſtractionem: & tamen differũt ſpecie: ergo ſcientiæ non habent vnitatem & diſtinctionem ab obiecto & abſtractione. Maior patet: nam ſiue demonſtrẽ à priori, ſiue à poſteriori, hominem eſſe riſibilem ſeu rationalem, ſemper eſt eadem abſtractio phyſica: nam per eadem principia eodem modo definientia fit demonſtratio: ergo &c.

9. Argum. Nonum: Sicut habitus refertur ad obiectum, ita & potentiæ; ſed duæ potentiæ poſſunt ferri ſuper idem obiectum, & ſub eadem ratione formali; ergo etiã duo habitus poſſunt reſpicere eandem rationem formalem in obiecto: non ergò abſtractio diuerſificat ſcientias. Probatur minor: nam albedo ſub ratione coloris cognoſcitur à viſu, & à ſenſu cõmuni, & ab intellectu: ergo idem obiectum ſub ratione abſtractionis ab omni materia cognoſcitur à Metaphyſica, Arithmetica, & Geometria, & Phyſica. Et

1. Confir. confirmatur: quia id, à quo res habet diſtinctionem ſpecificam, eſt intrinſecum ipſi rei: ſed obiectum non eſt intrinſecũ habitui: ergo non dat illi diſtinctionem nec vnitatem: ergo &c. Et confirmatur

2. Confir. hoc argumentum ſecundo: nam ſi ſcientia habet vnitatem ex vnitate ſubiecti, hæc vnitas aut erit numerica, aut ſpecifica, aut generica, aut generis ſubalterni, aut generaliſſimi, aut entis: quia obiectũ non poteſt alias vnitates habere. Nõ primum, quia diſtinctio numerica ſcientiæ ex ſubiecto ſumitur. Non ſecũdum, quia aliàs tot eſſent ſcientiæ, quot ſunt rerum ſpecies; ſiquidem ab illis ſumũt vnitatẽ. Nec tertium ea ratione, nec quartũ, quia aliàs ſolũ eſſent decem ſcientiæ; nec vltimum, nam ſequeretur, quod ſolùm eſſet

3. Confir. vna ſcientia realis. Et confirmatur vltimò: quia ſcientia ſolùm habet vnitatem realem, obiectum vnitatem rationis; ergo non poteſt obiectum dare talem vnitatem realem.

10. Argu. Decimum: Scientiæ differunt penes principia, ex quibus procedunt, vt patet ex Ariſtotele primo Poſteriorum textu 25. de quo videatur D. Thomas, lectione 41. ergo non differunt ex abſtractionib. nam principia quid diſtinctum eſt ab abſtractione, ſiquidem abſtractio sũt quid extrinſecum rei, & principia ſunt illi intrinſeca, & idem cum re ipſa.

11. Argu. Vndecimum: Theologia ſpecie differt à Metaphyſica, quinimo genere, & tamẽ habent eandem abſtractionem, ſcilicet ab omni materia; ergo abſtractio non eſt ratio formalis ſcientiarum. Probatur minor, nam non poteſt eſſe maior abſtractio, quàm omnino abſtrahere ab omni materia; ſed Metaphyſica abſtrahit ab omni materia; ergo Theologia non poteſt habere maiorem abſtractionem, nec minorem: ergo æqualem. Et probatur ſecundò: nam ſi ens non haberet omnium puriſſimam abſtractionem; ergo cum Deus ſit illi inferior, etiam ſecundum quod à Theologia conſideratur, non haberet Deus ſecundum illam rationem omnium puriſſimam abſtractionem, ſed haberet illam, quam habet ens ſibi ſuperius, ſed hoc non eſt concedendum: ergo ens, vt ſic, omnem poſſibilem abſtractionem habet. Et confirmatur: quia Muſica *Confir.* & Aſtrologia, & Perſpectiua, habent eandem abſtractionem, quam habent ſcientiæ, quibus ſubalternantur, ſcilicet Phyſica, & Arithmetica, & Geometria, & tamen differunt ab illis: ergo ſcientiæ non differunt ex ipſa ratione abſtractionis.

12. Argu. Duodecimum: Scientia ex natura ſua ordinatur ad ſui obiecti cognitionem; ergo debet ſpecificari ex obiecto cognito, & ex ratione formali cognita; ſed abſtractio non eſt ratio formalis cognita; ergo ab illa non ſpecificatur, nec diſtinguitur. Prima conſequentia probatur: nam illa, quæ ordinantur ad aliquid extrinſecum ex ordine ad illud ſpeciem ſumunt, vt patet in intellectu, qui ex ente cognito ſpecificatur. Minor probatur, nam abſtractio eſt extrinſeca obiecto, & ita non cognoſcitur per actum ſcientificum. Vide aliud argumentum de logica ſpecialiter quæſtione præcedenti, & eſt ſecundum in ordine.

Præambula ad quæſtionis deciſionem.

QVæſtio hæc difficilis eſt ſanè, in cuius explicatione doctiſſimi viri ſatis operæ impenderunt. An verò pro rei difficultate neruos difficultatum patefecerint, lectorũ ſit iudicium. *Controuer.* Multa enim in hac cõcertatione vt certa præmittũt ex Ariſtotele lib. 6. Metaphyſicæ, quibus ſi aliquid lucis attuliſſent, eſſent adeo bene meriti de metaphyſicis ingeniis.

1. Opinio. Scoti. Subtilis Doctor Scotus lib. 6. Metaphyſicæ, quæſt. 1. explicans diuiſionem ſcientiarum ſpeculatiuarum, quas noſter intellectus habere poteſt via ſenſus, de quibus loquebatur philoſophus ibidem, dicit partiri in tria genera. Quorum primum eſt ſcientia Metaphyſica, quæ verſatur circa ens: ſecundum eſt ſcientia Mathematica, quæ verſatur circa ſubſtantiam corpoream, cui primò ineſt quantitas continua, & poſtea diſcreta: tertium eſt Philoſophia naturalis, quæ verſatur circa ſubſtantiam corpoream, in quantum habet formam, quæ eſt principium operationis & motus & quietis. *Refellitur.* Sed hæc diuiſionis ſcientiarum explicatio non eſt ſubtilis, quia omittit explicationem rationis formalis obiecti ſcibilis conſtitutiuæ, quam ibi Ariſtoteles vocauit ſeparationem à materia. Tum etiam non rectè aſſignat obiectum Mathematicarum; nam illarum obiectum eſt quantitas; ſiquidem agunt de figuris, triangulis, & quadrangulis; numeris, quæ non ſunt ſubſtantiæ: ſed collocantur in prædicamento Quantitatis; & ita omnes Mathematici dicunt quantitatem eſſe earum obiectum. Et præterea, quia ad nullam ſubſtantiam quantitatis diſcretæ conſequitur, ſed reperitur quidem in multis. Omitto modo diſputare, quod obiectum Philoſophiæ non ſit ſubſtantia corporea, ſed ens mobile, vt videbimus in primo Phyſicorum libro, & aſſerit Ariſtoteles 6. Metaphyſicæ, tex. 1. ſic dicens, Phyſica theorica quædam eſt, ſed theorica circa tale ens verſatur, quod eſt poſſibile moueri; ergo ens mobile ponitur ab Ariſtotele obiectum Philoſophiæ.

2. Opinio. Et idem vitium habet ſecunda opinio, quam ibi Scotus refert. Vt verò ad noſtros deueniamus, qui huiuſmodi difficultates preſſiùs ſolent explicare, non refero quam ſequitur Magnus Albertus in principio Phyſicorum, & lib. 6 Metaphyſic. quia multum conformiter D. Th. decidit, quid in hac parte ſit tenendum, quem cum D. Thom. ſumus ſecuturi. *Dominicus Bannes.* Sapientiſſimus Magiſter Bannes in commentariis ad primam partem quæſt. 1. articul 8. dum inquirit vnitatem habitus Theologiæ, hæc docet. Primò ſuppoſita illa famoſa diſtinctione de ratione obiectiua, quæ, & ſub qua (de quibus ſtatim ſumus diſputaturi) aſſerit vnitatem ſpecificam obiecti ex vtraque ratione eſſe iudicandam: nam ens, quod eſt obiectum Metaphyſicæ, non habet vnitatem formalem ſpecificam, niſi illi adiungatur ratio ſub qua, quæ eſt abſtractio ab omni materia: & quia iſta eſt indiuiſibilis ſpecificè, ens, prout ſtat ſub illa in ratione ſcibilis, habet vnitatem ſpecificam. Et quia in hac doctrina ſapientiſſimus Magiſter vocauerat abſtractionem rationem formalem ſub qua, quæ obiecto conferebat in ratione ſcibilis vnitatem ſpecificam, ſeipſum explanat dicens, hanc abſtractionem à materia non ita eſſe intelligendam, eſſe rationem formalem ſub qua, quaſi ſit lumen manifeſtans obiectum: ſed eſt neceſſaria conditio, vt obiectum tale per lumen tale cognoſcatur: & ideo ipſa abſtractio dicitur ratio ſub qua. Et probat, quod abſtractio non ſit ratio formalis ſub qua, niſi tantùm vt conditio: nam abſtractio aliquando eſt ſecunda intentio; vt quando abſtraho ens mobile à ſingularibus, & quantitatem à materia ſenſibili: ſed ſecunda intentio non poteſt conſtituere, & diſtinguere obiectum reale: ergo &c. Et quando abſtractio eſt realis, vt, verbi gratia, Angelum realiter eſſe abſtractum à materia, probat, quod non poſſit eſſe ratio formalis ſub qua ſcientiæ, nam iſta debet eſſe intrinſeca ſcientiæ, & idem realiter cum lumine ſcientifico; ſiquidem ſcientiam diſtinguit ab aliis, & formaliter conſtituit in eſſe ſcientiæ: ſed dicta abſtractio non eſt huiuſmodi: ergo &c. Et ita eſt neceſſum aſſerere rationem formalem, ſub qua cognoſcitur omne ſcibile, eſſe ali-

quod lumen intrinſecum habitui ſcientifico vel naturale, vel ſupernaturale, vel acquiſitum. Et probat hoc ipſum præterea: nam vbicunque eſt maior, vel minor abſtractio à materia, non diuerſificantur habitus, ſi non ſit luminis diuerſitas: & ita omnia prima principia eodem habitu cognoſcuntur, quia eodem lumine naturali oſtenduntur: ergo &c. Et ſi inquiras: Quid eſt, quod tam Logici, quam Metaphyſici vnanimi conſenſu docent, ſcientias diſtingui per abſtractionem a materia: Reſpondet, ea ratione ita docere, quia abſtractio eſt neceſsaria conditio, vt tale obiectum per tale lumen ſcientificum manifeſtetur, ſicut etiam dicunt ſcientias eſse de uniuerſalibus, quia vniuerſalitas eſt conditio, ſine qua non ſcitur obiectum materiale à nobis, non quod ſit ratio formalis obiecti. Hæc eſt ſententia ſapientiſſimi Magiſtri, & forſan, quia eſt ſuo authore digna, à me minus intelligitur. Verùm quæ in illa mihi difficultatem ingerunt hæc ſunt. Primò; quoniam ſecundum hanc opinionem non aſſignamus obiecto ſpecificanti ſcientiam, rationem formalem ſub qua, conſtitutiuam obiecti, in ratione ſcibilis: prius enim debeo intelligere obiectum conſtitutum in ſua ratione ſpecifica, quam intelligam ſcientiam ſpecificari: & tamen hanc conſtituentem rationem non ponit hæc opinio. Nam da, quæ ſit illa ratio, quæ ens conſtituit in ratione ſpecifica obiecti Metaphyſicæ; nam cum tribuat tāquam obiectū ſpeciem Metaphyſicæ, neceſſum eſt obiectum eſſe unum ſpecie: hoc autem non habet in illo priori, quo intelligimus ſpecificare habitum ſcientificum. Nam non per abſtractionem, quia nō eſt ratio formalis obiecti conſtitutiua, ſed conditio. Non etiam habet illam per ſuam entitatem, quia ſua entitas non eſt de ſe ſpecifica. Nec etiam habet illam unitatem ſpecificam ab habitu ſcientiæ, quia in genere cauſę finalis & formalis extrinſecæ præcedit obiectum ſcientiam. Præterea: non poteſt bene intelligi, quantum uidetur, quod ultima differentia ſcientię, quæ illā cōſtituit, ſit ratio formalis ſub qua, & cōſtitutiua obiecti in ratione obiecti, quia ſcientia & obiectum diuerſas naturas, & formalitates habent: quapropter debent habere diuerſa conſtitutiua. Quinimo videtur hæc ſententia non ad mentem D.Tho. qui 1. Poſt. lect. 41. aſſerit, principia eſſe rationem formalē ſub qua, cognoſcendi obiectum: quæ tamen non ſunt idem cū ſcientia; non ergo eſt neceſſe, quod ratio formalis ſub qua, obiecti ſcientifici, vel cuiuslibet alterius identificetur cum ſcientia, quæ tendit in obiectum. Et hoc patet in lumine, reſpectu potentiæ viſiuæ: & latiùs oſtendemus poſtea. Quinimo modò videtur aſſerere hæc ſentētia abſtractionem à materia eſſe rationem formalem obiecti, modo eſſe conditionem, vt patet in notabilibus, & ſolutionibus argumentorum.

Reijcitur Bannes.

Locus urgēs D Th. contra Bāneſium.

Dominus Caietanus prima parte, quæſtione prima, articulo tertio, ſubtiliſſimè hanc quæſtionem diſcutit. Verum enim vero in ſuis deciſionibus illud non placet, propriam rationem ſcibilis vt ſic (loquimur de ſcibili reali) nihil ponere in ipſo ſcibili: vbi videtur aſſerere conſtitutiuum proprium obiecti ſcientiæ realis eſſe aliquid rationis, quod quidem falſum eſt; nam obiectum Metaphyſicæ aliquid reale eſt, ſimiliter & obiectum philoſophiæ, itidem & Mathematicarum obiectum: ergo ratio cōſtitutiua obiecti debet eſſe aliquid reale, implicat enim aliquid rationis conſtituere obiectum reale in eſſe obiecti realis. Nec poteſt dici obiectum ſupra dictarum ſcientiarum conſtare ex aliquo reali, & rationis; nam hæc duo entia, quæ pluſquam genere differunt, non poſſunt concurrere ad unum aliquid efficiendum, & conſtituendum ſecundum aliquam unam rationem.

3. Opinio. Caietani.

Impugnatur quoddā dictum Caiet.

Quid acutiſſimus Soncinas ſenſerit videatur 6. Metaph. q. 7. Quid uerò ego in hac parte ſentiam, quidve probabile mihi appareat, ita explico: & volo ſecludere ea quæ certa ſunt: non enim in præſentia agimus de diſtinctione materiali, & numerica ſcientiarum, ſed ſermonem inſtituimus de diſtinctione formali earum, ſiue ſit ſecundum genus, ſiue ſit ſecundum ſpeciem; & inquirimus,

4. Opin. Soncinatis.

Explicatur ſenſus quæſiti.

mus, vnde ſumatur, & quæ ſit ratio formalis obiecti conſtitutiua. Conſtat enim ex Diui Thom. doctrina, perpetuò numericam diſtinctionem accidentium ex ſubiectis deſumi.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ.

PRima Concluſio: Omnes ſcientiæ diſtinguuntur ex obiectis, ad quæ referuntur. Hæc concluſio certiſſima eſt, cum apud Ariſt. 1. Poſt. text. 41. apud D. Thom. vbi ſcientiam vnam vocat Ariſt. quæ eſt vnius generis ſubiecti; vnde ex ſubiecto, ſeu obiecto vnitatem tribuit ſcientiæ: tum apud D. Thom. 1. 2. quæſt. 54. art. 2. vbi docet omnem habitum ex obiecto ſpeciem ſumere: ſed omnis ſciẽtia eſt habitus: ergo omnis ſcientia ſumit ſpeciem ex obiecto. Præterea proceſſus ſcientiæ cuiuslibet, quo procedit à principiis ad concluſiones oſtendendas, eſt quaſi quidam rationis motus, quo ab vno tendit in aliud, ſcilicet, à principiis ſubiecti ad concluſiones eiuſdem; & hoc hac ratione, vt totum ſubiectum perfectè cognoſcatur, quod eſt finis vltimus intentus in ſcientia: ſed cuiuslibet motus vnitas ex termino principaliter conſideratur, vt patet quinto Phyſicorum, textu 35. & 40. ergo ſcientiæ vnitas conſideratur ex fine ſeu termino ſcientiæ, quod eſt eius obiectum, ſeu genus ſubiecti vltimò intentum in ſcientia; quia in ſcientiis ſpeculatiuis nihil aliud quæritur tamquam finis, quã cognitio generis ſubiecti; ſicut in practicis conſtructio ipſius ſubiecti tamquam finis intenditur. Et hoc expende ſatis, propterea, quæ infrà ſunt pertractanda, quando diſputationem ſumus inſtituturi de obiecto Logicæ. Præterea probatur concluſio ex D. Thoma. 5. Ethicorum lectione 1. in fine, vbi eſt ſpecialis virtus, & habitus, & ita alius habitus eſt, qui verſatur circà hoc, quod eſt ſuum vnicuique tribuere, qui dicitur Iuſtitia, & alius circa temperatè comedere, qui eſt Temperantia, & ſic in aliis: ergo vbi fuerit ratio obiecti diuerſa, erit diuerſa virtus; obiectum ergo habitum & virtutem diuerſificat: ergo etiam ſcientias, quia etiam ſunt habitus & virtutes intellectuales, quæ verſantur circa bonum intellectus, quod eſt verum: non enim aliud ſcimus, quam verum. Præterea; In his quæ reſpiciunt extrinſecum, ex ordine ad illud extrinſecum ſpecies ſumi debet; ſed ſcientiæ reſpiciunt actum, & obiectum, vt quid extrinſecum; ergo ab illis ſuum eſſe ſpecificum ſumant neceſſe eſt. Maior probatur inductiuè in omnibus relatiuis, tam ſecundum eſſe, quam ſecundum dici, quæ omnia ab obiecto ſumũt ſpeciem, & à termino, & ab extrinſeco, quod reſpiciunt: quod intelligendum eſt ſpecificare tanquam id, à quo ſpecies ſumitur, intrinſecè vero vltima differentia ſpeciem tribuit.

Proceſſus principiorũ ad concluſiones ẽ quaſi quidam motus.

Notandũ.

Sed circa hanc concluſionem eſt aduertendum, quod iſta ſpecificatio, quæ conuenit ſcientiis ex obiecto, non debet ſumi in ratione rei, ita vt, ſi ſit diuerſitas in ratione rei in obiecto, ſit etiam diuerſus habitus; nam multæ rerum ſpecies in qualibet ſcientia conſiderantur; ſicut & potentia viſiua plures colorum ſpecies percipit; ſed eſt ſumenda ex obiecto diuerſo in ratione obiecti. Et ita aſſerit Diuus Thom. ſupra dicta lectione quadrageſima prima, quod materialis diuerſitas obiecti non diuerſificet habitum, ſed formalis ſolum, & cum ſcibile ſit ſcientiarum obiectum, non diuerſificabuntur ſcientiæ ſecundum diuerſitatem materialem ſcibilium, ſed ſecundum diuerſitatem eorum formalem explicare verò hanc obiectorum formalem diuerſitatem, & eorum rationem conſtitutiuam, hoc opus, hic labor eſt. Et pro hac explicanda ſit.

2. Concluſ.

Secunda concluſio; Scibile nihil eſt aliud, quàm ens cognoſcibile ab intellectu: ſic adeo, vt habeat principia, ſecũdum quæ cognoſcatur vſque ad paſſiones illi conuenientes. Hæc concluſio eſt D. Tho 1. Poſt. lect. 41. & 6. Metaphyſicæ lect. 1. Vbi ſic dicit, quod progreſſus ſcientiæ conſiſtit in quodam motu rationis diſcurrentis ab vno in aliud: omnis autem motus à principio quodam procedit, & ad aliquid terminatur. Vn-

de

Digitized by Google

de patet, quod in progreſſu ſcientiæ ratio procedit ex aliquibus principiis primis. Si qua ergo res eſt, quæ non habeat principia priora, ex quibus ratio procedere poſſit, horum non poteſt eſſe ſcientia, ſecundum quod ſcientia eſt demonſtrationis effectus. Hæc D.Tho.ergo ſecundum illum concluſio eſt vera. Quinimo hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Ariſt.1.Phyſicorum tex.1. vbi dicit. Quoniam quidem ſcire contingit circa omnes res, quarum ſunt principia & cauſæ &c.ergo. Ariſt. expreſsè docet obiectum ſcibile præditum eſſe oportere principiis, & cauſis. Iam ſupra diximus, nomine cauſæ debere intelligi ſaltem rationem formalem. Et præterea probatur ratione: nam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere: ergo ſcibile debet eſſe cognoſcibile, ſic vt habeat cauſas paſſionum, quæ cognoſcuntur per demonſtrationem; ergo concluſio patet veriſſima.

3.Concluſ. Tertia concluſio: Vbi fuerit eadem ratio cognoſcibilitatis, erit eadem ſcibilis ratio: vbi verò hæc cognoſcibilitatis ratio diuerſa fuerit, & ſcibilis ratio diuerſa erit: & ſecundum diuerſitatem in cognoſcibilitate erit & diuerſitas in ſcibilitate (vt ita dixerim.) Hæc concluſio eſt expreſſa D.Tho.ſupra dicta lect.41.vbi ſic ait: Diſtinguuntur ergo genera ſcibilium ſecundum diuerſum modum cognoſcendi, ſicut alio modo cognoſcuntur ea, quę definiuntur cum materia, & alio ea, quæ ſine materia: vnde aliud genus ſcibilis eſt corpus naturale, & mathematicum; concluſio ergo eſt D.Thom. Et probatur ratione: nam ſi ratio cognoſcibilitatis talis, vt ſupra diximus, eſt ratio ſcibilis, variata hac cognoſcibilitatis ratione, variabitur & ſcibilis ratio, cùm ſit ratio ſcibilis cõſtitutiua: variata enim vltima differentia, & res per illam conſtituta ſimiliter variabitur: ſicut ſi ratio boni eſt ratio conſtitutiua obiecti virtutis, variata ratione boni, erit etiam variatio obiecti virtutis: ſenſibile ſimiliter rationem obiecti ſenſus conſtituit: variata ergo ratione ſenſibilitatis, variabitur & ratio ſenſus obiecti.

4.Concluſ. Quarta concluſio: Hæc ratio diuerſa cognoſcibilitatis conſideratur per diuerſum modum ſeparationis à materia. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia D.Tho.in principio libri de ſenſu & ſenſato: vbi ſic dicit. Vnumquodque in tantum eſt cognoſcibile, in quantum eſt ſeparatum à materia: quæ natura ſua ſunt ſeparata, ſunt cognoſcibilia actu; q̃ ſunt abſtracta per actionem intellectus, ſunt à nobis cognoſcibilia per lumen noſtri intellectus: & quia habitus alicuius potentiæ diſtinguuntur ſpecie ſecundum differentiam eius, quod eſt per ſe obiectum potentiæ, neceſſe eſt, quod habitus ſcientiarum, quibus intellectus perficitur, diſtinguantur ſecundum differentiam ſeparationis à materia. Et ita diſtinxit philoſophus 6.Met.text.2. eſt etiam ipſius D.Tho. ſuper Boetium, loco infra adducendo, & in primo Phyſicorum, & 6.Metaphyſicæ Præterea probatur concluſio, & explicatur ratio D. Thom. nam impoſſibile eſt quod noſter intellectus pro hoc ſtatu aliquid directè cognoſcat, niſi illud habeat aliquam immaterialitatem; ergo immaterialitas eſt de intrinſeca ratione obiecti intellectus directè cogniti ab illo. Et ita fuit homo præditus lumine intellectus agentis, vt illuſtraret, & immateriale redderet obiectum cognoſcendum ab intellectu poſſibili, & proportionaret obiectum potentiæ intellectiuæ: & ſicut ipſa ſpiritualis eſt, ita obiectum ſpiriauale & immateriale qnodammodo redderet. Vnde inquit Diuus Thomas 3.Sententiarum diſtinctione tertia, quæſtione quarta, articulo quinto, quod omne, quod intelligitur non intelligatur, niſi illuſtratum lumine intellectus agentis recepto in intellectu poſſibili: Vnde ſicut in omni colore videtur lumen corporale, ita in omni intelligibili videtur lumen intellectus agentis, non in ratione obiecti, ſed in ratione medii cognoſcendi; ergo ſcientiæ ſpecie diſtinguuntur ſecundum diuerſam obiecti immaterialitatem. Probo conſequentiam: nam quia bonum eſt uoluntatis obiectum, ſecundum diuerſam rationem boni virtutes ſpeciem ſortiuntur: ergo ſi obiectum intellectus eſt ens immateriale ſecundum diuerſam entis immaterialitatem

Separatio à materia radix cognoſcibilitatis.

Separatio à materia eſt de intrinſeca ratione obiecti directè cognoſcibilis ab intellectu noſtro.

tem

tem, erit diuerſa ratio formalis in habitibus ſcientificis: ſicut ſi obiectum ſenſus eſt ipſius immutatiuum, per diuerſam immutationem ſenſus ſenſibilia diſtinguentur, & conſequenter ſenſus; huiuſmodi autem immaterialitas nihil eſt aliud, quàm ſeparabilitas à materia, eo enim modo, quo eſt immateriale, eſt à materia ſeparatum, quod docet Soto quæſt.3.procem.in Logicam.

5. Concluſ. Diuiſio ſcibilium, & ſcientiarũ.

Quinta concluſio: Scibile celebri diuiſione diuiditur in ſcibile mathematicum, phyſicum, & metaphyſicum, & eo etiã modo diuiditur ſcientia in mathematicam, phyſicam & metaphyſicã, quã Ariſt.6.Metaph.Theologiam vocat. Diuiſio hæc eſt Ariſt.ibidẽ tex.2.& D.Tho. ibidem lect. 1. & in procemio Phyſicorum, & locis ſupra adductis in præcedẽtibus concluſionibus, & ſuper Boetiũ de Trinitate opuſculo 70.& eſt omniũ communis diuiſio. Probatur concluſio; nam ſcibile conſtituitur in eſſe ſcibilis per ſeparationem à materia iuxta ſupra dicta: ſed diuerſum genus, & modum ſeparationis à materia habet ſcibile mathematicum, phyſicum, & metaphyſicum: ergo ſunt tria ſcibilium genera, ſeu ſubiecta diuerſa in ratione ſcibilis. Ex quo ſequitur, eſſe tria genera ſcientiarum, phyſicam, mathematicam, & metaphyſicam; quia ſcientiæ penes obiecta diſtinguuntur. Sed probatur illa minor: nam metaphyſica ſcientia agit de illis rebus, quæ ſunt ſeparatæ ab omni materia, & motu, tàm ſecundum eſſe, quàm ſecundum definitionem: agit enim de Deo, qui & ſecundum rem, & ſecundum definitionem eſt ſeparatus ab omni materia; nam in eſſe Dei, & eius definitione nulla includitur materia: ſimiliter in eſſe ſubſtantiarum ſeparatarum, atque in earum definitionibus excluditur omnino materia. Et licèt ad conſiderationem Metaphyſicæ pertineant prædicta, non ſolum eò pertinent, ſed etiam de ſenſibilibus, in quantum ſunt entia, Philoſophus perſcrutatur: agit enim de ente vt ſic, & de principiis eius, & paſſionibus, quæ etiam ſenſibilibus conueniunt, nam de omnibus quidditatibus realibus, qua ratione ſunt entia, conſiderat; verum licet de his pertractet verum eſt

Triplex genus abſtractionis.

Abſtractio metaphyſicalis quæ.

dicere, quòd eius obiectum, ſcilicet ens, reperitur ſecũdum eſſe, & definitionem ſeparatũ ab omni materia, quia in Deo, Angelis &c. reperitur ſecundum eſſe ſine materia: & per conſequens ratio entis in ſua definitione non includit materiam, nec motum, aliàs omnis entis ratio hoc includeret, quod in Deo, & ſubſtantiis ſeparatis conſtat eſſe falſum. Quinimo ad conſiderandam ſeparationem obiecti metaphyſici aduertit ſapientiſſimus Albertus Magnus in principio phyſicorum, quod ens & ſubſtantia reperiuntur extra corpus, & ſic non dependent ab illo: quapropter illorum eſſe in corpore nullo modo fundatur, etiam quando ſunt in corpore. Itaque ratio entis & ratio ſubſtantiæ, quæ in corpore reperiũtur ſenſibili, nõ fundantur in illo, ſic adeò vt eſſe ab illo trahant, ſed potius corpus ſenſibile eſſe, & principia, quibus in eſſe conſtituitur, trahit ab illis: Nam qua ratione ens vt ſic, nõ pendet à corpore, nec ens repertum in ſubſtantia materiali depẽdet ab illa, qua ratione eſt ens; eiuſdem enim rationis ſunt ratio entis in communi, & hæc ratio entis, qua ratione eſt ens. Et ita dixit acutiſſimus Caietan. quod abſtractio entis, prout eſt Metaphyſicæ obiectum, eſt abſtractio formalis: quia ens eſt forma omnium: quia ipſum potius conſtituit ſubſtantias ſenſibiles ſecundum ſuam formam, quam ſubſtantiæ ſenſibiles ipſum conſtituant. Habet ergo obiectum Metaphyſicæ hanc ſeparationem eleuatiſſimam; quia conſiderat ens, quod reperitur ſecundum aliquas ſui partes extra omnem materiam, & motum, vt patet in Deo, & Angelis. Et quia ſecundum ſuam rationem, & definitionem, non ſolũm in Deo, Angeliſque, verum etiam in ſenſibilibus, & materialibus corporibus non dependet ab illis, neque ab illis eſſe trahit; ſed potius è contrà, cum importet eſſe, quod eſt omnium forma, vt infra videbimus; cuius ſignum eſt, quod non eſt contrahibile, ſeparatur etiam ſecundum ſuam definitionem ab omni quantitate eadem ratione. Hanc eãdem eleuatiſſimam metaphyſicam conſiderationem colligunt ſublimes Metaphyſici, etiam à poſteriori: nam

Speculatio Alberti Magni.

Speculatio Caietani.

Digitized by Google

ri:nam obiectum Metaphyſicæ ſiue in communi, ſiue in particulari ſolùm eſt intelligibile: hoc eſt, quia hoc ens nullo modo pertinet ad aliquod obiectum ſenſus; quod de aliis ſcientiarum obiectis contrarium contingit, vt videbimus. Si ergo eius obiectum ſolùm eſt intelligibile, habet ſeparationem alterius rationis ab obiectis aliarum ſcientiarũ.

Abſtractio mathematicalis q?

Quod verò obiectum mathematicum habeat diuerſum genus abſtractionis, probatur: nam ſcibile mathematicum, quod eſt quantitas, ſecundum eſſe quidem eſt in materia ſenſibili: non enim ſeparata reperitur quantitas extra corpus, nec ſecundum ſuam totam latitudinem, nec ſecundum aliquam ſui partem, licèt in ſua ratione non includat materialem ſenſibilem.

Error cauẽdus.

Vnde obiter aduertant viri docti; quam ridiculi ſint Logici illi, qui dicunt, quantitatem diſcretam prædicamentalem reperiri in Angelis; nam tunc profectò mathematicæ ſcientiæ haberent æqualem cum Metaphyſica ſeparationem. Sed de hoc infra. Non, inquam, includit in ſua definitione ſenſibilem materiam: nam ſi quis definiat circulum, ita aſſignabit definitionem, eſt figura plana, vna linea contenta, in cuius medio eſt punctum, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales; vbi omnes partes definitionis non includunt ſenſibilem materiam in ſua quidditate. Ex eo verò, quod in ſua latitudine tota extra materiam ſenſibilem reperiri nequeant ſecundum eſſe & exiſtentiam, colligitur planè habere maiorem materialitatem, quam metaphyſicalia, quæ abſtrahunt ſecundum aliquam ſui partem à re corporea. Et præterea colligitur hæc diuerſa ſeparabilitas, quia mathematicalia ſunt intelligibilia, & præterea in particulari imaginabilia, quod atteſtatur eorum materialitas: imprimunt enim imaginationi tamquam obiectum imaginatiuæ quantitates rerum in particulari, quod non eſt verum de Metaphyſicalibus.

Abſtractio phyſicalis qua.

Quod autem Phyſicæ obiectum habeat diuerſam ſeparabilitatem patet: nã ſolùm ſeparantur à materia ſenſibili & motu ſingularibus, materiam verò & motum in communi conſiderant: quia in definitione obiecti Phyſici cadit ſenſibilis in materia, nec vnquã ſine illa eſſe poſſunt. Nam ſi definimus cœlum, vel elementum, vel aliquid ex elementis cõflatum, vt os, carnẽ, &c. numquam poterunt definiri ſine materia, quæ ſubiicitur motui; eſt enim cęlum corpus rotundum, quod circulariter mouetur. Similiter elementum vt ſic, eſt ſubiectum motui, & mutationi, & ita omnia naturalia habent definitionem per materiam ſubiectam motui & mutationibus, quia eſſentialia, quæ in eorum definitionibus ponuntur, talia ſunt, quæ motui, & ſenſibilibus qualitatibus ſubiiciuntur. Vnde ens mobile, quod eſt Phyſicæ conſiderationis obiectum, definitur, quod ſit habens in ſe principium motus & quietis, & ita conſideratur, quatenus ſubiicitur qualitatibus ſenſibilibus actiuis & paſſiuis, quæ ſunt actionis principia proxima & paſſionis: quia etiam conſideratur obiectum Phyſicæ, quatenus eſt actiuum, & paſſiuum. Et quod hæc ſit omnium infima abſtractio, & diuerſa probatur: nam ſi obiectum Phyſicæ conſideretur in particulari, pertinet ad obiectum ſenſuum externorum, vt ſubiectum materiæ ſenſibilis, quia eſt actiuum, & paſſiuum in particulari: quod non conuenit illi, niſi ſecundum aliquã qualitatem, quæ eſt obiectum ſenſus externi. Et quia huiuſmodi ſenſus ſunt magis materiales, obiectum Philoſophiæ eſt magis materiale: ſolùm enim habet illam immaterialitatem, quæ eſt neceſſaria, & ex parte intellectus, & ex parte ſcientiæ. Ex parte intellectus quidem; quia in vniuerſali, & ſine conditionibus ſingularibus ſenſibilibus obiicitur conſiderandum ab intellectu; ex parte verò ſcientiæ, quia neceſſitatem, & immutabilitatẽ habet p ſe, quatenus eſt vniuerſale, & nõ alia. Vide D. Th. opuſ. 70. de Trin. q. illa de diuiſione ſcientiæ.

Itaque metaphyſicalia abſtracta ſunt à materia, & motu, & à quantitate aliqua ſecundum eſſe, & omnia ſecundum conſiderationem, & definitionem: & ita requirunt ſcientiam, & qualitatem altiſſimam ſibi proportionatam, qua illud eleuatiſſimum obiectum cognoſcatur: Mathe-

Mathematicalia verò non reperiuntur ſecundum eſſe ſeparata ab aliqua materia ſenſibili; & licèt in ſua definitione non illam includant, tamen non poſſunt à quantitate ſeparari, quæ eſt quædam materia, & accidens materialium rerum; vnde requirunt aliam ſcientiam, non ita eleuatam & ſublimem, ſiquidem obiectum non eſt ita eleuatum: Phyſicalia verò quia ſunt accidentibus ſenſibilibus etiam in definitione ſubiecta, & ſolùm habent immaterialitatem, quod in ſuis definitionibus non includunt motum, & materiam ſingularem; egent lumine alio, ſeu ſcientia alia, quæ ſit magis imperfecta, vt conſideret obiectum non ita perfectum: & quia non eſt poſſibile aſſignare quartum genus ſcibilis, quod quidem includat in ſua definitione materiam, & non in re ipſa; quia ſi includit in definitione à fortiori includet in re; ideo non ponitur quartum genus ſcientiæ realis; ex æquo diuidens ſcibile.

Dubium ex Ariſt.

Si autem dicas Ariſtotelem 6. Ethicorum aſſerere, ſcientificum animæ, quod eſt pars eius ſpeculatiua, perfici his tribus habitibus, Sapientia, Scientia, & Intellectu; ergo non tribus habitibus à nobis dictis.

Solutio ex D. Thoma.

Reſpondetur ex D. Thom. quod Ariſt. numerauit ibi illa tria tamquam virtutes intellectuales, ex diuerſo modo perficiendi intellectum, & reddendi actù eius bonum, quod eſt proprium virtutis; & cum diuerſimodè perficiant, tres habitus numerantur, Sapientia, Scientia, & Intellectus: Hic verò quia agitur de diſtinctione ſcientiarum ex obiecto debuit ſimul huiuſmodi fieri diſtinctio: & ita iuxta diſtinctionem obiectorum ſcientiæ diſtingui debuerunt.

6. Concluſ.

2. Ratio formalis in obiecto cuiuſque ſciẽtia qua, & ſub qua.

Sexta concluſio; Hæc ſcientiarum obiecta, quæ ſcientias ipſas diſtinguunt, habent ſuas rationes obiectiuas, quæ attinguntur ab illis, & de quibus paſſiones demonſtrantur: & habent ſimiliter ſuas rationes, ſub quibus attinguntur à ſcientiis, quibus ſpeciem tribuunt. Prima pars concluſionis ſatis conſtat ex ſupra dictis, & à nemine vmquam fuit in dubium reuocata: ſcimus namque per Metaphyſicam ens, per Philoſophiam ens mobile, & per Mathematicas quantitatem. Modò probanda eſt ratio formalis ſub qua, in obiecto: & inprimis hoc aſſerit. D. Thom. opuſcul. illo de Trinitate 70. in quæſtione de diſtinctione ſcientiarum: Vbi ſic dicit in capite ſecundo, quod ſpeculabili, vt ſic, aliquid conuenit ex parte potentiæ intellectiuæ, & hoc aſſerit eſſe immaterialitatem ipſius. Hoc aſſerit Soto quæſtione tertia procemiali; doctiſſimus Caietan. quæſtione prima, in commentariis ad primam partem art. 3. & communiter aſſeritur à Metaphyſicis omnibus, & Logicis. Et probatur: nam, ſicuti intellectus in communi fertur in ens vt ſic, cognitione directa pro hoc ſtatu, quatenus habet immaterialitatem, ſic adeo, vt immaterialitas ſit ratio ſub qua ſe tenens in obiecto ex parte potentiæ, vt potentia feratur in ipſum: eodem modo obiectum ſcientificum debet habere aliquam immaterialitatem, quæ ſit ratio formalis, ſecundum quam feratur ſcientia in ipſum: ergo &c. Probatur antecedens; nam ſicut obiectum intellectus debet eſſe proportionatum, quod fit per immaterialitatem, & illa immaterialitas eſt ratio ſub qua, ex parte obiecti fertur intellectus in ipſum; eodem modo obiectum ſcientiæ debet habere proportionem cum ſcientia, vt feratur in illud, & vt immutet intellectum ad obiecti cognitionem: Hæc autem eſt immaterialitas: nam ſicut intellectus directè ferri non poſſet, & cognoſcere aliquid, quod non eſt ens immateriale aliquo modo; ita non poſſet aliquid ſcientificè cognoſcere, niſi eſſet ſub aliqua immaterialitate conſideratum, ſecundum quam ſit proportionatum ſcientificè cognitioni.

Quomodo quinque ſenſus exteriores diſtinguantur.

Et præterea probatur concluſio; nam ſicut quinque ſenſus exteriores diſtinguuntur ſecundum quod reſpiciunt obiecta, quæ diuerſimodè immutant ipſos; & modus immutandi non eſt id, quod eſt obiectum ſpecificans, ſed ratio ſub qua ſpecificat, vt patet ex D. Thom. de veritate quæſt. 25. artic. 1. & 1. part. quæſt. 2. ita intellectus habet ſuam rationem formalem ſub qua, ſpecificatiuam ipſius, & obiecta ſcientiarum ſimiliter: Nam diuerſimodè immutant intellectum

Digitized by Google

omnino ſeparata à materia, vel à materia ſenſibili, vel à ſingulari materia, diuerſitate, inquam, non ſufficienti ad conſtituendum diuerſum intellectum, ſufficienti tamen ad conſtituendas diuerſas ſcientias: nam habitus per rationes inferiores diuerſas ad rationem obiecti illius potentiæ diſtinguuntur. Vltimò probatur hæc concluſio ſexta; nam obiectum, verbi gratia, Metaphyſicæ non poteſt eſſe vnum ſpecie in genere ſcibilis, niſi habeat rationem vnam ſpecificam: Hinc autem non habet ens vt ſic, cum ſit generaliſſimum omnium, quod eſt ratio, quæ conſideratur; ergo habet hoc à ratione ſub qua conſideratur, quæ eſt impartibilis, & indiuiſibilis, & ratio, quæ vt ſtat ſub hac ratione ſub qua, participat, & habet eandem indiuiſibilitatem: ſicut viſibile habet vnicam rationem obiectiuam ſenſus ſpecificam; non ſecundum rationem, quæ attingitur, quæ eſt color, & eſt ratio generica, ſed ſecundum rationem ſub qua, quæ eſt modus ſpecificus immutandi potentiam viſiuam. Quæ autem ſit hæc ratio ſub qua, ſequens concluſio indicat.

7. Concluſ.

Ratio formalis ſub qua non eſt abſtractio, vt communiter docetur.

Abſtractio duplex.

Septima concluſio; Abſtractio ſicut communiter intelligitur, & explicatur, non eſt ratio formalis ſub qua ſpecificatiua ſcientiarum. Pro cuius intelligentia aduertendum erit abſtractionem duplicem eſſe, ſcilicet, intellectus agentis alteram, alteram verò intellectus poſſibilis. Abſtractio intellectus agentis eſt illuminatio naturæ vniuerſalis, non illuminatis conditionibus indiuiduantibus, quæ ſunt in phantaſmate, & intellectu poſſibili, cauſat ſpecies naturæ, & non conditionum indiuiduantium: in re verò illuminata nihil reale ponit, ſed ſolùm eſſe abſtractum quoddam, quod formaliter eſt ens rationis, vt infra videbimus: facit enim rem intelligibilem in actu primo, quæ erat intelligibilis in potentia. Abſtractio verò intellectus poſſibilis eſt conſideratio naturæ ſine conditionibus indiuiduantibus. Et hæc abſtractio in intellectu producit verum tamquam intrinſecum terminum ipſius, & in re abſtracta ſeu cognita producit quoddam eſſe cognitum; quod formaliter eſt ens rationis, & non eſt ſecunda intentio, vt inquit ſapientiſſimus Magiſter Bannes, vbi ſupra, de quo infra redibit ſermo. His præmiſſis probo concluſionem; nam nec abſtractio intellectus agentis, nec poſſibilis, vt ſe tenent ex parte obiecti, & dicunt eſſe abſtractum, quod formaliter eſt ens rationis, poſſunt eſſe rationes cognoſcendi obiecta ſcientifica: ergo non poſſunt eſſe rationes formales ſub quibus obiecti ſcientifici. Probo conſequentiam: nam rationes ſub quibus ſcientifica obiecta in eſſe conſtituuntur, debent eſſe id, quo potentia intellectiua, & ſcientia terminantur ad obiectum, vt patet in lumine, quòd eſt ſecundum probabiliſſimam opinionem ratio formalis ſub qua obiecti viſus; & patet in lumine intellectus, quod D. Thom. loco ſupra adducto primo Sentent. dicit eſſe medium & rationem formalem ſub qua, intellectus poſſibilis. Et iſtæ rationes ſub quibus debent eſſe id, quo mediante mouet obiectum potentiam cognoſcitiuam; & loquor reſpectu potentiarum, quæ mouentur à ſuis obiectis; & ita obiecta ſenſuum exteriorum diſtinguuntur penes diuerſam rationem motiui, vt dictum eſt. Sed antecedens primum probatur; nam hoc ens rationis, quod eſt eſſe abſtractum, conſequitur ad aliam diſtinctam operationem (in eſſe formali loquor) ab illa, qua cognoſcitur, ſeu abſtrahitur obiectum: quia eius eſſe formale conſiſtit in cognoſci; & cum per primas illas operationes non cognoſcatur illud ens rationis, non habet eſſe formale per illas: ergo ſi conſequitur ad alias operationes, non eſt operatio, qua obiectum cognoſcitur, ratio formalis cognoſcendi ipſum, quia non eſt: quod verò non eſt, non poteſt eſſe ratio formalis cognoſcendi. & per conſequens nec mouendi intellectum: ergo non poteſt eſſe ratio formalis. Præterea: nam ratio formalis ſub qua obiecti, conſtituit ipſum in eſſe ſpecifico, ſi obiectum ſit vnum ſpecie; vel in eſſe generico, ſi obiectum ſit vnum genere; ſed illud eſſe abſtractum, quod eſt ens rationis,

Eſſe cognitum eſt ens rationis, nō tamen ſecūda intētio.

Lumen intellectus agētis eſt ratio ſub qua intellectus poſſibilis.

nis: non poteſt conſtituere obiectum in eſſe ſpecifico; ergo non eſt ratio formalis ſub qua. Maior patet in obiecto Metaphyſicæ, quod conſtituitur in vnitate ſpecifica, non per rationem quæ, quia ens eſt tranſcendens prædicatum; ergo per rationem formalem ſub qua: & ita Metaphyſica eſt vna ſcientia ſpecie. Et patet in obiecto Mathematicarum, quod per rationem ſub qua in vnitate generica conſtituitur. Minor probatur: nã obiectum Metaphyſicæ, & Phyſicæ, & Mathematicarum, eſt ens reale; ergo ratio conſtitutiua ipſius in eſſe ſpecifico debet eſſe realis. Et non loquor ſolùm de ratione quæ, ſed de ratione ſub qua: nam obiectum ſpecificans Metaphyſicam cõpletum in eſſe ſpecificantis eſt ſecluſa operatione intellectus; quod non eſſet; ſi illa ratio ſub qua eſſet rationis: nam metaphyſicum obiectum vnum eſt ſpecie ante operationem intellectus, aliàs eius vnitas eſſet rationis. Et præterea probatur eadem minor: nam cognitio intellectus, qua cognoſcitur obiectum, ad quam ſequitur eſſe cognitum, vt ad fundamentum, iam terminatur ad obiectum ſcientiæ: verbi gratia, cognitio, qua cognoſco ens, & qua cognoſco bonum: ergo iam erat obiectum in ſua ratione formali ſub qua terminandi: ſiquidem iam terminabat cognitionem intellectus ſecundum ſuam eſſentiam, & ſecundum ſuas paſſiones. Bene verum eſt, quod vniuerſalitas eſt conditio obiecti ſcibilis. nam nulla res à nobis pro hac vita directè cognoſcitur ſcientificè, niſi habeat hanc conditionem vniuerſalitatis, de quo infra latius. Sed non eſt hoc intelligendum de vniuerſalitate formaliter, ſed de vniuerſalitate fundamentaliter proximè, prout eſt ab intellectu agente. Quod verò abſtractio, ſecundum quod dicit cognitionem, vel illuminationem non ſit ratio formalis ſub qua, probatur: quia hæc illuminatio, ſeu eſſe illuminatum idem eſt in omnibus obiectis ſcibilibus, ſicut eſſe lucidum ſeu lumen idem eſt in omni re viſibili materiali. Volo dicere, quod lumen intellectus agentis non poſſit eſſe ratio ſub qua ſpecificans, cùm ſit vnum & idem ſpecie; & ita non poteſt cauſare formaliter in obiectis diuerſas rationes ſpecificas in ratione ſcibilis: ſicut lumen hoc corporale non cauſat diuerſam rationem viſibilis in coloribus. Conſtat autem, obiecta ſcientifica diuerſa eſſe, ſaltem ſecundum ſpeciem, vt videbimus, ergo &c. De verbo autem & ſpeciebus intelligibilibus ſatis patet, non eſſe rationes formales ſub quibus. Et probatur hæc conſequentia ratione, qua probatur cognitionem non eſſe rationem formalem ſub qua; quia præſupponunt cognitio, & verbum iam obiectum conſtitutum in ratione obiecti, ad quod terminantur: non ergo illud conſtituunt in ſua ratione; & ſi ſit cognitio concluſionis, magis probatur, quia illa eſt actus ſcientiæ; ergo non poteſt eſſe ratio formalis ſub qua; nam actus ſcientiæ præſupponit obiectum ſcientiæ. De ſpeciebus impreſſis ſatis hoc conſtat eadem ratione: & ita ego non poſſum capere, quomodo abſtractio, quæ his modis accepta intelligebatur, ſit ratio formalis ſub qua, ſpecificatiua obiecti ſcientiæ. Et ita cum viri doctiſſimi videntur dicere abſtractionem eſſe rationem formalem diſtinctiuam ſcientiæ, ſunt explicandi, quod loquantur de abſtractione, pro immaterialitate rerum, quæ ſunt ſcientiarum obiecta. Vt, verbi gratia, in Metaphyſica eſt obiectum, quod terminat ſcientificam cognitionem, & vocatur obiectum, quod eſt ens; & eſt immaterialitas, ratione cuius terminat.

Vniuerſalitas conditio obiecti ſcibilis, quomodo.

Cũ dicitur abſtractionẽ eſſe rationem formalem diſtinctiuam ſciẽtiarum quomodo intelligendum.

Hæc immaterialitas non eſt ens rationis, quod eſt eſſe abſtractum; nec cognitio intellectus; nec verbum, ſed eſt iſta illa immaterialitas, quam ens habet ex ſua natura; quam immaterialitatem explicamus per hoc, quod in ſua definitione, & ratione nullam materiam includit: & ſicut habet eſſentiam & definitionem ex natura ſua, ita & immaterialitatem. Et idem eſt dicendum de obiecto ſcientiarum mathematicarum nam immaterialitas talis ipſius, eſt eius obiecti ratio formalis ſub qua. Quæ eſt huiuſmodi immaterialitas? Nihil eſt aliud, quam quod quantitas in ſua ratione non includat materiam ſenſibilem;

Quanã immaterialitas ſit ratio formalis ſub qua ſcientiarũ.

ſibilem;

ſibilem; & hoc quamuis explicemus per negationem, eſt aliqua immaterialitas, & ſeparabilitas realis ſic explicata. Hoc autem non habet per opus intellectus, qui nec poteſt illi conferre, nec ab illo adimere hanc independentiam, ſeu eleuationem. Et in obiecto Phyſicæ hoc nihil eſt aliud, quàm quod ens mobile ſua natura talem ſeparationem habeat, quod non includat in illa materiam ſenſibilem ſingularem. Et licèt quod hæc obiecta ſint vniuerſalia habeant ab intellectu, & ita eſt conditio ſine qua non, vniuerſalitas ad obiectum ſcientiæ; verum enimuero quod in ſuis definitionibus habeant illam immaterialitatem, ex natura ſua habent, ſicuti & eſſentiam: Quis enim dubitabit magis immateriale eſſe ens, quàm corpus mobile? & hoc quidem nulla alia ratione, niſi quia ens non habet vllam materiam in ſua definitione: quòd intelligimus ex eo, quod eſt in Deo, & Angelis ſine omni materia; ens vero mobile habet ex ſua natura includere illam, licèt ex ſua natura non habeat includere ſingularem ſenſibilem materiam. Et D. Thom vbique ferè ita de ſeparabilitate, & immaterialitate & abſtractione ſcientiarum loquitur; & hanc immaterialitatem abſtractionem vocat.

Inſtantia. Quod ſi dicas; Ens mobile ex ſua natura non habet includere conditiones materiales ſenſibiles: ergo ex natura ſua eſt vniuerſale; *Solutio.* Nihil valet conſequentia: nam vt eſſet vniuerſale ex natura ſua, erat neceſſe, quòd poſitiuè competeret illi reſpicere plura, à quibus abſtraheretur; ſed de hoc infra. Hæc autem concluſio ex præcedentibus benè probata manet: & ideo ad particularia deſcendamus.

8. Conclu. Octaua concluſio: Metaphyſica, quæ ens in quantum ens conſiderat, eſt vna ſcientia ſpecie atoma. Hæc concluſio videtur expreſſa ſententia Ariſt. & D. Thomæ: nam Ariſtot. 4. Metaphyſicæ in principio dicit: Eſt autem ſcientia quædam, quæ per ſe ſpeculatur ens in quantum ens, & quæ huic inſunt ſecũdum ſe; & loquitur de Metaphyſica. Qui modus loquendi ſatis oſtendit vnam ſcientiam ſpecie eſſe Metaphyſicam: nam cum ſtatim ſermonem faceret de mathematicis ſcientiis, quæ ſpecie differunt, & plures ſunt, ſubdit: Aliarum verò nulla intendit vniuerſaliter de ente in quantum eſt ens, verùm partem eius abſcindentes aliquam, eſſe quidem hanc ſpeculantur ipſum accidens, veluti ſcientiæ mathematicæ, vbi quia plures ſunt ſpecie diuerſæ, hoc loquendi modo à præcedenti diuerſo vſus eſt. Text. 3. aperte aſſerit, omnia entia, & omnes ſubſtantias, & omnes entis modos, ad vnam ſcientiam pertinere, quæ eſt prima, & vocatur Metaphyſica: ergo ex modo loquendi videtur aſſerere eſſe vnam ſcientiam ſpecie. D. Thom. ibidem hoc etiam aſſerit. & 6 Metaphyſicæ expreſsè docet in text. 2 quod eadem eſt ſcientia primi entis, & entis in communi. Et profectò ſi aliqua Metaphyſica deberet eſſe vna ſcientia ſpecie, diſtincta ſpecie ab omnibus aliis partibus Metaphyſicæ, debet eſſe illa, quæ agit de Deo, quia eſt omnium abſtractiſſima, quia in eſſe nullo modo eſt in materia; & tamen dicit eſſe eandem ſcientiam, & illammet, quæ conſiderat ens, in quantum ens: ergo &c. Hoc ipſum tenet expreſſe Angelicus Doctor ſuper Boetium de Trinitate q. de diuiſione ſcientiarum, ad ſeptimum argumentum.

Et probatur ratione: Illa eſt vna ſcientia ſpecie, quæ habet vnam rationem obiecti ſpecificã: ſed huiuſmodi eſt Metaphyſica: ergo &c. Probatur minor: illud eſt vnum obiectum, ſpecie in ratione ſcibilis, quod non poteſt diſtingui per diuerſas rationes ſcibilis vt ſic: ſed obiectum Metaphyſicæ eſt huiuſmodi: ergo &c. Probatur minor: nam vnumquodque in tantum eſt ſcibile, in quantum eſt aliquo modo ſeparatum à materia, vt ſupra dictum fuit: ſed obiectum Metaphyſicæ, quod eſt ens ſeparatum à materia omni, non poteſt partiri in plura obiecta, quæ abſtrahant ab omni materia, & ſint ſpecie diuerſa in ratione obiecti: ergo &c. Probatur minor, quia ſeparatio ab omni materia conſiſtit in indiuiſibili; non enim poteſt in ente, vt eſt Metaphyſicæ obiectum reperiri maior ſeparabilitas, & ſpiritualitas, quàm illa, quæ omnem excludit materiam:

& ita

Digitized by Google

& ita quamuis Metaphyſicus conſideret quantitatem, ſubſtantiam materialem, & alia huiuſmodi: quinimo, & materiam primam; quia hæc conſiderat in quantum ens, & vt ſunt partes entis; & ens vt ſic excludat, ſeu non includat materiam aliquam, dum illa conſiderantur à Metaphyſica, conſiderantur, vt abſtracta & ſeparata ab omni materia, & habent eandem rationem ſub qua cõſiderandi, quam habet ens; vnde ad eandem ſcientiam ſpecie atoma pertinent, quæ eſt Metaphyſica. Hæc eſt doctrina Diui Thom. ſupra dicta ſolutione ad ſeptimum.

Inſtantia. Et ſi dicas contrà; ratio entis, quæ eſt in ſubſtantia materiali, & in quantitate, habet exiſtentiam in re materiali; ergo hoc ſufficit, vt illa pars, quæ de iſtis tractat, habeat ſufficientem materialitatem ad diſtinguendam ſpecie illam partem Metaphyſicæ ab alia, quæ conſiderat ea, quæ non ſunt in materia. Nam ſupra dictum fuit, quod eſſe in re ſenſibili quantitatem, atteſtabatur eius immaterialitatem: & ita obiectum mathematicarũ non erat ita ſpirituale ſicut obiectum Metaphyſicæ. *Solutio Alberti Magni.* Reſpondetur, quod etiamſi ſit ratio entis in re materiali, nihilominus non dependet ab illa re materiali vt ens eſt, vt ſupra ex Alberto dictum eſt. *Obiectio.* Et ſi rurſus arguas; Illa pars Metaphyſicæ, quæ conſiderat quantitatem, vt patet, in 5. Metaphyſicæ, vbi agitur de prædicamento Quantitatis, conſiderat materiam intelligibilem, quæ eſt quantitas, conſiderat, inquam, ſaltem aliquo modo: ergo in illa parte habet minorem eleuationem; illa ergo ſpecie differt ab aliis partibus Metaphyſicæ: *Solutio ex D. Thom.* Reſpondetur, quod in mathematicis, vt aſſerit Diuus Thom. 3. Metaphyſicæ, lectione, 4. non conſideret Metaphyſicus, niſi eſſe, & quod quid eſt: quod eſt conſiderare quantitatem, vt eſt pars entis; non autem conſiderat illam, vt conſideratur à Mathematico in ratione figuræ, & numeri &c. & ſic non conſiderat materiam intelligibilem. Vide Diuum Thom. 4. & 6. Metaphyſicæ, lectione prima. *Alia obiectio.* Et ſi rurſus arguas: Deus, cum ſit actus purus, maiorem inſeparabilitatem habet, quàm ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt compoſitæ ex potentia, & actu, & iſtæ maiorem abſtractionem, quam ſubſtantia materialis, quæ ex materia, & forma componitur: ergo & ratio entis in illis ad diuerſas ſcientias metaphyſicas ſpecie diuerſas ſpectabit: & illa, quæ agit de ente in communi, cum illud ens ſit indifferens, ad ſubſtantias materiales & ſpirituales habebit minorem immaterialitatem, quam Deus, & maiorem, quàm ſubſtantiæ materiales: & ita erit obiectum alterius Metaphyſicæ ſpecie diſtinctæ: *Solutio.* Reſpondetur, quod omnia iſta conſiderantur in Metaphyſica, vt partes entis; & ita conſiderantur ſub eadem ratione formali, qua ens conſideratur, & ita ſub eadem immaterialitate: quapropter pertinebunt ad eandem ſcientiam, aliàs ſequeretur, quod tot eſſent ponendæ Metaphyſicæ ſpecie diſtinctæ, quot ſunt rerum immaterialium ſpecies: quia cum ſint perfectiores in eſſe vnæ ſpecies aliis, habent in re maiorem immaterialitatem, quod eſt abſurdum. Sed de hoc latius in Metaphyſica pertractari ſolet.

Præterea probatur concluſio: Nam ſi Metaphyſica non eſſet vna ſcientia ſpecie, ſequeretur, quod non eſſet vna prima Philoſophia, quod eſt contra Ariſtot. qui ponit Metaphyſicam vt vnam ſcientiam architectonicam, & principem aliarum. Præterea: ad Metaphyſicam pertinet probare principia omnium ſcientiarum, & hoc eſt illi proprium conueniens omni, ſoli, & ſemper: nam ex eo, quod ſecundum ſuam eſſentiam conſiderat ens, naſcitur in illa hæc proprietas, quod ſit probatiua omnium principiorum omnium ſcientiarum naturalium per lumen eiuſdem rationis in eſſe naturali cum reliquis ſcientiis. *Proprium Metaphyſicæ probare principia omniũ ſciẽtiarum.* Tunc ſic: ſi ſunt plures Metaphyſicæ ſpecies diuerſæ: ergo vel omnes probant omnium ſcientiarum principia, vel non. Si non: ergo non omnes ſunt Metaphyſicæ: quia proprium eſt Metaphyſicæ, probare omnium ſciẽtiarum principia. Si omnes probant: ergo omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, ſiquidem habent eandem proprietatem in quarto modo.

Et

Et præterea probatur concluſio: nam ex principiis entis ſub ſeparatione ab omni materia demonſtrationes omnes ſunt in Metaphyſica; ergo Metaphyſica eſt vna ſcientia ſpecie. Probo antecedens experientia clara, vt videbit verſatus in Metaphyſica, & Ariſt. principia, & cauſas entis in quantum ens, & quæ illi vt ſic accidunt inquirit, vt patet 4. Metaphyſicæ ſtatim in principio, & 6. etiam. Conſequentia probatur: nam ad diuerſitatem ſcientiæ requiritur principiorum diuerſitas, vt dicit Ariſt. lectione 41. apud D. Thom. quod diuerſitas principiorum debet eſſe in ſcientiis diuerſis. Ex hoc ſequitur, quod ſcientia metaphyſica non differt genere ab aliis ſciẽtiis, quaſi ſub ſe habeat diuerſas ſpecies metaphyſicales; ſed poteſt dici differre, ſicut dicimus, quod alterius generis eſt potentia viſiua, & alterius auditiua; id eſt, ſub alia ratione tendunt in obiecta: & obiecta alio modo immutant potentias iſtas. ita Metaphyſica ſub alia abſtractione tendit in ſuum obiectum, & ſub alia Phyſica; & ſub alia ratione immutant, & non conueniunt aliquo modo in materia aliqua, & ſic dicitur differre genere ab aliis ſcientiis: nam genus ſumitur à materia.

Quomodo metaphyſica vna ſpecie in ſeipſa dicatur diſtincta genere ab alijs ſciẽtijs.

Obiectio:

Et ſi fiat argumentum: obiectum Metaphyſicæ ſe extendit ad obiectum aliarum ſcientiarum, & de illis prædicatur; ergo cum ſit commune, non poteſt dare eſſe ſpecificum. Reſpondetur negando conſequentiam. Et inſtatur: nam licèt ens in communi non habeat vnitatem ſpecificam in ratione rei, hæc tamen cognitio, quæ cognoſcitur in communi, eſt vna ſpecie, quia ens habet rationem vnius obiecti ſpecie, ſecundum quod formaliter conſideratur: eodem modo ſi conſideretur in eſſe rei, non eſt vnum ſpecie. Cæterum ſi conſideretur, quatenus ſtat ſub ſua immaterialitate, eſt vnum ſpecie: & ſicut cognitio, qua ſic cognoſcitur, eſt vna ſpecie, eodem modo ſcientia, qua ſic ſcitur, eſt vna ſpecie. Vnde D. Thom. in illa quæſtione de diuiſione ſcientiarũ opuſculo 70. ſic dicit ad 6. quòd quamuis ſubiecta aliarum ſcientiarum ſint partes entis, non tamen ſubiecta aliarũ ſciẽtiarum ſunt partes ſubiecti Metaphyſicæ; quia alio modo conſiderant ſua obiecta. Vide ibi, & argumentum ſequens.

Solutio.

Nona concluſio: Phyſica eſt vna ſcientia ſpecie atoma, licèt ſit probabile, quod habeat ſub ſe plures partes ſpecie differentes. Probatur prima pars concluſionis, quæ inter iuniores Thomiſtas communior eſt, & tenet illam Auerroes 2. Phyſicorum text. 79. Soto 1. Poſteriorum, ca. 25. & 1. Phyſicorum, quæſtion. 2. Magiſter Bannes in libris de generatione lib. 1. quæſtione proœmiali, ſolutione ad quartum. Probatur: nam Phyſicæ obiectum eſt indiuiſibile ſecundum ſuam rationem formalem: ergo eſt vnum ſpecie, Phyſica igitur vna ſcientia eſt ſpecie atoma. Probatur antecedens; nam obiectum Phyſicæ eſt ens ſeparatum à materia ſingulari ſenſibili, ſeu ens, quod non includit in ſua definitione materiam ſingularem ſenſibilẽ; ſed in ſeparatione à ſingularibus non datur magis & minus, nec illa ſeparatio poteſt diuidi in plures ſeparationes ſpecie; ergo non eſt diuiſibilis ratio in ſpeciales ſpecies. Probatur minor, nam illa ſeparabilitas à materia ſingulari ſenſibili conſiſtit in indiuiſibili: nam ſcientia non poteſt partim conſiderare ſingularia, & partim non conſiderare; omnes enim ſcientiæ non conſiderant ſingularia: ergo in illa non datur magis & minus; ergo Philoſophia eſt vna ſcientia ſpecie atoma. Nam ſi deberent eſſe plures Philoſophiæ ſpecie differentes, deberent eſſe per maiorem, aut minorem abſtractionem, & ſeparationem à ſingularibus ſenſibilibus, quæ eſt ratio formalis illius obiecti: maior enim, vel minor ſeparabilitas à materia diuerſificat ſpecies ſcientiæ, vt patet in Mathematicis. Et confirmatur: nam eſſe obiectum ſeparatum à ſingularibus eſt non includere illa in ſua definitione, ſed omnes partes Philoſophiæ æquè non includunt ſingularia ſenſibilia in ſua definitione: ergo non magis & minus: ergo non differunt ſpecie penès magis & minus ſeparatas eſſe ab illis partes Philoſophiæ.

9. Concluſ. Deciditur controuerſia quædã inter Thomiſtas.

Digitized by Google

Prætereà probatur concluſio: Nam ſequeretur, quod pars illa Geometriæ, quæ tractat de linea, differret ſpecie ab illa, quæ tractat de corpore Mathematico; conſequens autem eſt falſum; ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela; nam illa pars, quæ tractat de linea, non conſiderat materiam ſenſibilem, & abſtrahit ab aliqua intelligibili; & conſequenter minus conſiderat de materia: nam non conſiderat profunditatem & latitudinem, quam conſiderat pars, quæ agit de corpore: imò etiam differret ſpecie à parte illa, quæ tractat de ſuperficie, quia non conſiderat latitudinem, quæ eſt materia quædam intelligibilis. Et ſic ſecundum Caietanum ſpecie deberent differre, ſiquidem differunt penes magis & minus in conſideratione materiæ ſenſibilis, ſicut partes Philoſophiæ ſecundum ipſum differunt penes magis, & minus conſiderat e motum, & mutationem ſub eadem abſtractione à materia ſingulari; conſequens autem eſt falſum; nam nullus ponit in purè mathematicis ſcientiis, niſi duas, ſcilicet Arithmeticam, & Geometriam, quæ ſpecie differant. Imò ſequitur ex opinione & ratione Caietani, quod ſint tot ſcientiæ phyſicæ, & mathematicæ etiam, quot ſint genera, quæ de pluribus ſpeciebus prædicantur in phyſicis, & mathematicis. Nam genera minus concernunt de materia, quam ſpecies, ſiquidem non includunt in ſua ratione actuali materiam illam, ſiue phyſicam, ſiue mathematicam, quam dicunt ſpecies. Imò quot ſunt rerum ſpecies; nam nulla ſpecies includit materiã, quam alia ſpecies dicit; vt terra non dicit materiam, quã dicit cœlum, & lapis, quam dicit ferrum; & linea, quam dicit ſuperficies, & quaternarius, quam dicit quinarius; omnia autem hæc ſunt ridicula; ergo & illud, ex quo ſequitur, non eſt verum. Ex eadem ſolutione, qua ſoluitur hoc argumentum, ſoluitur & illud Caietani de partibus Philoſophiæ.

Inconuenientia ex opinione Caiet.

Vltimò probatur: nam omnes partes Philoſophiæ, vt de Cœlo & Generatione, & cæt. demonſtrant eiſdem communibus principiis, quæ tractantur libris octo Phyſicorum; ergo non differunt ſpecie: nam quæ ſpecie differunt, differunt etiam in principiis. Sed de hoc vide ſapientiſſimum Magiſtrum Bannes libro primo de Generatione, quæſtione prima procemiali ad quartum, & de hac ratione vide Ariſt. primo Poſteriorum, lectione 41. apud D. Thomam, vbi ſic dicit. Ad huius euidentiam ſciendum eſt, quod materialis diuerſitas obiecti non diuerſificat habitum, ſed ſolum formalis; cum ergo ſcibile ſit proprium obiectum ſcientiæ, non diuerſificabuntur ſcientiæ ſecundum diuerſitatem materialem ſcibilium, ſed ſecundum diuerſitatem eorum formalem. Sicut autem diuerſa ratio viſibilis ſumitur ex lumine, per quod color videtur, ita formalis ratio ſcibilis accipitur ſecundum principia, ex quibus aliquid ſcitur; & ideò quantumcunque ſint aliqua diuerſa ſcibilia per ſuam naturam, dummodo per eadem principia ſciantur, pertinent ad vnam ſcientiam, quia non erunt iam diuerſa vt ſunt ſcibilia, ſunt enim per ſua principia ſcibilia, ſic angelicus Magiſter.

Not. ex D. Thom.

Secunda pars concluſionis communior eſt inter antiquos Thomiſtas; nam illam tenet Caietanus primo Poſteriorum, cap. vigeſimo ſecundo, & Secunda ſecundæ, quæſtione 181. in introductione quæſtionis. Soncinas ſexto Metaphyſicæ, quæſtione octaua circa finem, & in epitome. Capreolus quæſtione tertia prologi, cõcluſione quarta. Quinimo videtur eſſe Diui Thomæ, quæſtione prima Poſteriorum, lectione 41. Vbi ſic dicit. Diſtinguuntur autem genera ſcibilium ſecundum diuerſum modum cognoſcendi, ſicut alio modo cognoſcuntur ea, quæ definiuntur cum materia, & alio ea, quæ ſine materia, vnde aliud genus ſcibilium eſt corpus naturale, & corpus mathematicum; vnde ſunt diuerſa principia prima vtriuſque generis; & per conſequẽs diuerſæ ſcientię. Et vtrũque horum generum diſtinguitur in diuerſas ſpecies ſcibilium; ergo ſcibile phyſicum habet ſub ſe diuerſas ſpecies ſcibi-

Controuerſia inter Thomiſtas.

Locus vrgẽs D. Th.

Gloſſatur D.Thom. à Magiſtro Bannes. ſcibilium. Huic authoritati reſpondet ſapientiſſimus Magiſter Bannes vbi ſupra, quòd cum dicit Diuus Thomas, corpus naturale diſtingui in diuerſas ſpecies ſcibilium, non accipit hic corpus naturale pro eo tantùm, quod conſideratur à phyſica, ſed etiam pro eo quod conſideratur à ſcientiis mediis, ſcilicet, à Muſica, & Aſtrologia, quæ magis reducuntur ad phyſicam, quàm ad Mathematicam: quia earum conſideratio terminatur ad materiam ſenſibilem. *Refellitur gloſſa Banneſii.* Verùm hæc explicatio, cui ſtatim non appareat falſa; Nam Diuus Thomas loquitur de corpore naturali, vt diſtinguitur contra corpus mathematicum; & hoc eſt ens mobile, quod includit in ſua definitione materiam ſenſibilem, & ita cognoſcitur cum illa, quod non habet corpus mathematicum. Et aſſerit ſcibile mathematicum diuidi in diuerſas ſcibilis ſpecies, & ſimiliter ens mobile; & debet intelligi iuxta fundamentum iactum: ſcilicet, propter diuerſum modum definiendi, & includendi materiam ſenſibilem. Et ita naturale vt ſic, vt naturale corpus eſt, habet diuerſas ſpecies: ſicut mathematicum vt ſic illas habet. Et prætereà ſi iſtæ ſcientiæ magis dicendæ ſunt mathematicæ, quam phyſicæ; ergo non debent poni magis ſpecies corporis naturalis, quàm mathematici. Antecedens eſt D.Thom. opuſculo 70. ſuper Boetium; quæſtione illa de diuiſione ſcientiarum, articulo quinto ad ſeptimum, vbi ſic dicit. Quædam ſunt ſcientiæ mediæ, quæ principia mathematica ad res naturales applicant, vt Muſica, & Aſtrologia; quæ tamen magis ſunt affines mathematicis, quia in earum conſideratione, id quod eſt phyſici, eſt quaſi materiale; quod autem Mathematici, quaſi formale: ſicut Muſica conſiderat ſonos, non in quantum ſunt ſoni, ſed in quantum ſunt ſecundum numeros proportionabiles; & ideo demonſtrat concluſiones ſuas circa res naturales, ſed per media Mathematica; ergo illa explicatio eſt cõtra D.Tho. Manet ergo firma iſta authoritas.

Et probatur concluſio quo ad ſecundam partem: nam Geometria, & Arithmetica diſtinguuntur ſpecie, quia vna minus concernit materiam intelligibilem, quam alia: ſicut minus concernit hanc materiam Arithmetica, quàm Geometria, quia Arithmetica abſtrahit à continuitate, à qua non abſtrahit Geometria; ſed magis abſtrahit à materia & motu pars illa, quæ agit de cœlo, quàm illa, quæ agit de generatione; ergo ſpecie differunt iſtæ partes. Probatur antecedens; nam pars, quæ agit de cælo, non conſiderat, niſi motum ad vbi, pars verò, quæ agit de ente generabili, & corruptibili, conſiderat generationem, & corruptionem, alterationem, motum localem, & omnes alios motus prærequiſitos ad generationem, & corruptionem; ergo &c. Conſequentia patet à paritate rationis Arithmeticæ, & Geometriæ: Et confirmatur, quia illa pars, quę agit de ente mobili in communi, minus conſiderat de materia & motu, quam illa pars, quæ agit de tali ſpecie motus, ſiquidem abſtrahit ab illa, & non concernit illam, nec illam in ſua definitione includit; ergo ſpecie differt ab illa eadem ratione. Argumenta ſuprà facta, quæ & fient infrà, reddunt hanc opinionem probabilem, & maximè D.ui Thomę authoritas, quæ rectè explicari nequit. Et de hac parte concluſionis, quoniam in principio phyſicorum latius tractari ſolet, vide Diuum Thomam ſupra dicto opuſculo 70. ſecundo articulo, quæſtione de ſcientiarum diuiſione, vbi multa profundiſſima de obiecto ſcientiæ phyſicæ diſputat Angelicus Doctor. Et nota ibidem, quomodo abſtrahat ens mobile tam quam forma vniuerſalis indiuiduorum, quia eſt ratio cognoſcendi indiuidua, & ſic ens abſtrahit ut forma eodem modo ab inferioribus. *Nota.*

10. Concl. Decima concluſio: Geometria, & Arithmetica ſunt duæ ſcientiæ ſpecie differentes, penes maiorem, vel minorem ſeparationem à materia ſub eodem genere ſcibilis, vel penes maiorem, vel minorem immaterialitatem ſub eodem genere ſcibilis. Hæc concluſio eſt communis quo ad differentiam ſpecificam iuxta omnes. Illam tenet Ariſt. expreſſè 6 Metaph. tex. 1. Et a.

 Poſte.

Poſteriorum ca. 22 & multis aliis in locis. D. Thom. idem tenet, lectione 41. poſteriorum lib. 1. & locis ſupra adductis. Et probatur: ratio ſpecifica & diſtinctio in ſcientiis ſumenda eſt ex ſubiecto, quod habet vnam rationem ſcibilis ſpecie; ſed quantitas continua habet vnam rationem ſcibilis ſpecie, & diſcreta quantitas habet aliam rationem ſcibilis ſpecie; ergo ab illis ſumendæ ſunt duæ ſpecies ſcientiarum mathematicarum. Conſequentia patet ex dictis; probatur minor: quia quantitas diſcreta habet maiorem abſtractionem, ſeu immaterialitatem, quàm quantitas continua; ergo habet aliam rationem ſcibilis ſpecie diſtinctam à quantitate continua. Probatur antecedens; quia quantitas diſcreta fit ex diuiſione continui: & ita comparatur ad continuum, vt ad magis materiale: Tum etiam, quia non includit ipſum continuum in ſua ratione, quod eſt quædam materia imaginabilis, ſeu, vt alii volunt, intelligibilis: & ſic iam abſtrahit, ſeu non includit aliquam materiam, quam includit Geometria; & ita habet obiectum magis immateriale; quamobrem alio ſcientifico lumine, & ſpecie diſtincto eſt cognoſcendum.

Instantia. Et ſi dicas, contrà; etiam continuum non includit in ſua ratione quantitatem diſcretam, quæ eſt quædam materia; ergo etiam abſtrahit ab illa; & ita impoſſibile eſt, quod quantitas diſcreta abſtrahat à continua; quia non poſſunt *Solutio.* adinuicem abſtrahere: Reſpondetur, quod continuum habet ſe vt materia reſpectu diſcreti, & non è conuerſo; & ita dicitur abſtrahere Arithmetica ab illa materia continui, & non è conuerſo. Vtor verò nomine abſtractionis pro immaterialitate *Obiectio.* obiectorum. Et ſi dicas, contrà, numerus non fit per ſe ex diuiſione continui: duo enim homines ſunt binarius, pertinens ad prædicamentum Quantitatis, & non fiunt ex eadem con-*Solutio.* tinui diuiſione; ergo &c. Reſpondetur, quod ſatis fuerit, vt noſtra concluſio verum habeat, quòd ex omni continuo numerus fieri poſſit; vt ex natura ſua continuum ſit magis materiale; & potentiale, quod non habet numerus: & ita eſt magis abſtractum obiectum.

Præterea, Ariſtoteles vocat ſemper iſtas ſcientias Mathematicas in numero plurali: ergo ſignum eſt, quod ſint duæ ſcientiæ ſpecie. Præterea: nam illæ ſcientiæ ſpecie differunt, quæ habent diſtincta principia ſpecie; ſed Geometria, & Arithmetica ſunt huiuſmodi: ergo, & cæt. Maior patet ex Ariſtotele primo Poſteriorum, capit. vigeſimo ſecundo, & ex Diuo Thomà ibidem, qui latiſſimè hoc probant. Sed minor patet; nam alia eſt figurarum definitio, & alia numerorum, & ex diuerſis principiis procedunt; ergo, &c.

Cum omnes ſciẽtia contineantur ſub eadem ſpecie Qualitatis quare quædam dicuntur differre genere, quædam ſpecie duntaxat.

Et hic nota, quod quamuis omnes ſcientiæ contineantur in eodem prædicamento Qualitatis in prima ſpecie, tamen quædam ſcientiæ dicuntur differre genere, & ſunt illæ quæ habent diuerſam omnino ſeparationem, & immaterialitatem. Illæ verò ſcientiæ dicuntur ſpecie differre, quæ penes diuerſam immaterialitatem ſecundum magis, & minus diſtinguuntur. Vnde Arithmetica, & Geometria ſpecie differunt, Phyſica verò, & Metaphyſica genere. Si verò ſcientiarum diuiſionem faciamus Metaphyſicam, ſic ſunt diuidendæ; habitus alius eſt ſcientificus, alius non ſcientificus; habitus ſcientificus alius eſt Metaphyſicus, alius Phyſicus alius Mathematicus. Metaphyſicus, non diuiditur in plures ſcientias ſpecie; Phyſicus ſecundum opinionem vnam diuiditur in plures phyſicas ſpecie diuerſas; & Mathematicus ſimiliter. Vnde Metaphyſica ſpecie differt atoma à Mathematica, & Phyſica; ſed à Geometria & Arithmetica tamquam à ſpeciebus, quæ non continentur ſub eodem genere proximo. Et idem eſt de partibus Philoſophiæ, ſi dicamus differre ſpecie: à Phyſica verò, & Mathematica tamquam à ſpeciebus ſubalternis; ſicut ſi teneamus canem eſſe genus ſubalternum ad multas ſpecies canum, homo differt à cane tamquam à ſpecie ſubalterna contenta ſub eodem genere, à cane Gallico differt tamquam à ſpecie atoma non contenta ſub eodem genere.

Vnde

11.Cõcluſ. Vndecima Concluſio: Logica ſpecialiter accepta, non in tota ſua latitudine, vt ſe poteſt extendere ad Grammaticam, & vt diximus prima quæſtione, eſt ſcientia ſpecie atoma; Hæc concluſio, quæ de Logica docente procedit; probatur primò authoritate Ariſtotelis, & Diui Thomæ, quarto Metaphyſicæ, lectione quarta apud Diuum Thomam, vbi eodem modo loquitur de vnitate, atque obiecto Logicæ, ſicut de vnitate, & obiecto Metaphyſicæ; ſed Metaphyſica eſt vna ſcientia ſpecie, vt iam vidimus: ergo & Logica. Secundò: Obiectum Logicæ eſt vnum ſpecie in genere ſcibilis; ergo Logica eſt vna ſcientia ſpecie. Conſequentia patet, & probatur antecedens: nam obiectum Logicæ eſt talis ſecunda intentio, vt infra videbimus, vt ſtat ſub quadam immaterialitate omnimoda, quæ nullam includit materiam, quæ quidem immaterialitas eſt enti tali rationis, ſeu ſecundæ intentioni tali propria; ſed ſecunda intentio, vt ſtat ſub iſta immaterialitate, ſeu ſeparabilitate, non eſt diuiſibilis in plures rationes ſcibilis ſpecie differentes: ergo &c. Et probatur minor: quia immaterialitas illa rationis, cum nullam omnino materiam includat, non poteſt partiri aliquo modo, vt ſecundum maiorem vel minorem incluſionem materiæ ſpecie differant in ratione ſcibilis ſecundæ intentiones: ſicut obiectum Mathematicarum penes magis & minus ſpecie differunt. Præterea: nam ſi Logica non eſt vna ſpecie, ſequitur quòd ſint conſtituendæ tot Logicæ ſpecie diuerſæ, quot ſunt ſpecies ſecundarum intentionum; hoc autem eſt falſum: ergo &c. Probatur ſequela: nam cum ratio formalis ſub qua, partiri non poſſit, ſi Logicæ ſemel ſpecie diſtinctæ ponuntur, ſequitur quod earum diſtinctio debeat ſumi ex ſubiectis in eſſe rei conſideratis; quod eſſe falſum ſupra fuit demonſtratum.

Fuga. Si dicas, quòd ſint tres ſpecies Logicæ, alia, quæ agit de ſimplicibus intentionibus; alia, quæ de intentionibus attinentibus ad ſecundam operationem intellectus; alia, quæ de his, quæ pertinent ad tertiam operationem tractat:

Impugnatio. Contrà: quia omnia iſta conſiderantur in ordine ad eundem finem, & ſub eadem ratione formali, ſcilicet, ſub immaterialitate omnimoda rationis: ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. Probo conſequentiam: nam etiamſi Metaphyſicus ſubſtantias compoſitas, & ſimplices conſideret, quia omnia ſub omnimoda immaterialitate & impartibili conſiderat, ſunt omnes illæ conſiderationes eiuſdem ſcientiæ, quæ eſt vna ſpecie: ergo & idem dicendum eſt de Logica. Quinimo eadem ratione etiam eſſent Logicæ vtentes ſpecie multiplicandæ: quæ omnia ſunt falſa, & Diuus Auguſtinus, Cicero, & alii relati, cum de Logica loquuntur, ita verba faciunt, ac de vna ſecundum ſpeciem.

Obiectio ex D.Thoma. Sed contra vndecimam concluſionem eſt argumentum Diui Thomæ, qui Secunda ſecundæ, quæſtione quinquageſima prima, articulo ſecundo, ad tertium dicit hæc verba. Ad tertium dicendum, quod etiam in ſpeculatiuis alia ſcientia rationalis eſt Dialectica, quæ ordinatur ad inquiſitionem inuentiuam, & alia ſcientia demonſtratiua, quæ eſt veritatis determinatiua. Solutio. Reſpondetur, quòd ibi ſcientia demonſtratiua accipiatur pro aliis ſcientiis à Logica, & eſt ſenſus, quòd ſicuti Eubulia differt à Prudentia, quia inquirit media: ita Logica ab aliis ſcientiis, quia inquirit media, & aliæ ſcientiæ per hæc media ſciunt in aliis materiis. De ſcientiis vero mediis, Aſtrologia ſcilicet, & Arithmetica, de Medicina itidem, & Agricultura videatur Diuus Thomas, opuſculo ſeptuageſimo ſæpius citato, de quibus, ne longa nimis quæſtio ſit, nolo tractare. Quam etiam immaterialitatem ſacra Theologia habeat, quomodoq; à Metaphyſica differat, altiſſimè ibidem pertractat angelicus Doctor: ſupereſt ſatisfacere argumentis in principio factis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primũ argumentum reſpõdetur, obiectũ ſcĩetiæ & opinionis differ

ſum eſſe: nam ſcientiæ obiectum eſt tale ens cognoſcibile taliter, ſcilicet per demonſtrationem: obiectum verò opinionis eſt tale ens taliter cognoſcibile, ſcilicet per rationem probabilem: & modus iſte diuerſus tendendi in rationem obiecti formalem refunditur. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpondetur, quod habitus principiorum verſetur circa ens ſine diſcurſu apprehendendo veritates, & propoſitiones, quæ cognitis terminis cognoſcuntur; ſed habitus ſcientiæ verſatur circa ens cognoſcibile à nobis per diſcurſum, & ita habent diuerſum modum tendendi in obiectum: ex quo ſequitur habere diuerſum obiectum formaliter. Nolo in præſentia diſputare, An obiectum habitus principiorum ſit ens reale, vel rationis complexum, vel incomplexum, & quid ſit habitus principiorum, pro vt ſe extendit ad habitum principiorum in nobis & Angelis: de hoc enim infrà capite vltimo, ſecundo Poſteriorum.

Ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, ſcientias diſtingui ex obiectis formaliter acceptis; accipiuntur verò formaliter, ſecundum quod ſubſtant diuerſæ immaterialitati; & ita vna ſcientia non conſiderat ea, quæ ſunt alterius ſcientiæ; nec aliarum ſcientiarum obiecta ſunt partes obiecti Metaphyſicæ; quia ſecũdum aliam immaterialitatem, & rationem conſiderantur ab aliis ſcientiis, quàm conſiderantur à Metaphyſica. Videatur Diuus Thomas ſuper Boetium de Trinitate, locis ſupra adductis.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum cum ſua confirmatione reſpondetur ex concluſionibus, maximè ex ſeptima, quam probat.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd immaterialitas, ſeu abſtractio pro immaterialitate ſumpta, non prout eſt aliquid rationis, in obiecto eſt id, quo cognoſcimus obiectum, tamquam per rationem ſub qua, ſe tenentem ex parte obiecti. Nam noſter intellectus nihil cognoſcit, niſi ſit immateriale; & hac ratione dicitur ratio ſub qua; connectit enim obiectum potentiæ, & mouet & terminat ratione illius immaterialitatis. Per definitionem verò rerum ſcio paſſiones de ſubiecto, tamquam propter quid, & tamquam propter illud, quod eſt paſſionis cauſa: ſicut video colorem ratione coloris, tamquam id, quod videtur, ratione verò immutandi taliter, quia taliter immutat viſum tamquam ratione ſub qua color videtur, niſi enim taliter immutaret potentiam, non videretur ab illa, cuius ſignum eſt, quod ſonus non videtur à potentia viſiua, quia aliter immutat.

Ad 5. arg. 1. Solutio. Ad quintum argumentum reſpondent aliqui, non eſſe inconueniens, quod ratio formalis ſub qua latius pateat, & ad plura ſe extendat, quàm ſcientia ipſa, & quàm eius obiectum, vt probat argumentum: & idem dicunt de ratione formali fidei ſub qua. Dicunt tamen, quod ratio, quæ, & ſub qua, non ſe extendat ad plura, quàm ipſa ſcientia, quia ipſa eſt quæ ſpecificat. Et ita communiter ſoluitur hoc argumentum. *2. Solutio propria.* Sed ego dico, quod ratio formalis ſub qua, quam ego immaterialitatem appello, non poſſit competere alteri ſcientiæ, & huius ratio eſt, quia eſt formale conſtitutiuum obiecti ſcientifici; formale verò completiuum, & conſtitutiuum ſpeciei nulli alteri competere poteſt, quã habenti talem eſſentiam, vt patet in omnibus rebus conſtitutis ſuis formalitatibus; vltima enim ratio obiecti viſus, conſtitutiua illius, vt ratio ſub qua, non conuenit alteri obiecto ſenſus, quam obiecto potentiæ viſiuæ. Et idem eſt dicendum de rationibus ſub quibus, conſtitutiuis aliorum obiectorum ſenſuum exteriorum. Vnde ad argumentum reſpondetur, quod immaterialitas omnimoda, quæ eſt ratio formalis ſub qua obiecti Metaphyſicæ, non conuenit obiecto Logicæ, quia illa immaterialitas eſt alterius rationis, cùm ſit entis realis. Immaterialitas verò ſecundarum intentionum eſt immaterialitas entis rationis; quinimo illa immaterialitas entis realis eſt realis, & habet illam ens propter ſuã perfectionem. Hęc verò immaterialitas Logicæ obiecti eſt aliquid rationis, ſicut & obiectum ipſum, & illa conſequitur ad ens, propter ſuam imperfectionẽ: *Quæ ſit immaterialitas obiecti Logicæ.* nam

Digitized by Google

nam ens propter ſuam formam, quam importat, extra materiam reperiri non valet: immaterialitas verò ſecundæ intentionis conſequitur ad illam propter ſuam imperfectionem. Quia enim ſecunda intentio in materia eſſe non poteſt, neque illam includere habet illam immaterialitatem; vnde ſunt rationes ſub quibus plus differentes, quam rationes ſub quibus phyſicæ & Mathematicæ. Ad illud verò quod dicitur de ratione ſub qua phyſicæ, reſpondetur, quod non includere in ſuo obiecto ſingularia commune eſt omnibus ſcientiis pro hoc ſtatu; & ſic obiectum ſcientiæ debet eſſe vniuerſale, & uniuerſalitas eſt obiecti ſcientifici conditio, & iſto modo à nullo ponitur abſtractio à ſingularibus ratio ſub qua obiecti phyſicæ. Ego verò qui non cenſeo, abſtractionem eſſe rationem formalem ſub qua, dico quod immaterialitas, quæ conſequitur ad rationem entis mobilis, quæ eſt non includere in ſua definitione ſingularia ſenſibilia, hanc eſſe rationem formalem ſub qua obiecti phyſici. Seu, vt clarius loquamur, immaterialitas non docens ſingularia ſenſibilia conſequuta ad rationem entis mobilis, illa eſt ratio ſub qua obiecti phyſicæ: Nam vt uenemur rationem ſub qua, attendenda eſt ratio, quæ cum hoc conſequatur ad illa, ſicut dictum fuit de abſtractione ſub qua phyſicæ, & Metaphyſicæ, & Mathematicæ, & Theologicæ, quæ etiam ſunt diuerſæ, vt optimè Diuus Thomas, & Bannes vbi ſupra docent.

Ad inſtantiam.

Solutio.

2. Solutio.

Ad ſextum argumentum reſpondetur, maiorem immaterialitatem habere Arithmeticam, quam Geometriam; & ideò alia eſt ſcientia. Hoc patet ex ſupra dictis decima concluſione. Et modò addimus ſignum vnum: nam numerus ſenſibile eſt commune ratione quantitatis continuæ, quam habet de materiali; & ita eſt numerus per ſe magis ſpiritualis & immaterialis: Et licèt iſtæ ſcientiæ non conſiderent ſenſibilem materiam, intelligibilem tamen, & ſenſibilem communem vna magis quam alia conſiderat, & ita ſpecie differunt illæ penes magis, & minus ſub eadem immaterialitate. Ad replicam ſequendo opinionem Soti, & aliorum, reſpondetur, partes philoſophiæ non differre ſpecie, ſed ſolum materialiter. Et cùm dcitur, quod maior abſtractio, ſeu immaterialitas eſt in octo libris phyſicorum, quam in libris de Cœlo, diſtinguo, id eſt, ipſum ens mobile in communi pauciores differentias motuum concernit, quam ens mobile in particulari, quę dicitur abſtractio, ſeu immaterialitas totalis, concedo, non verò eſt maior abſtractio, ſeu immaterialitas formalis, nam hæc eſt ratio ſub qua obiecti, & hæc in philoſophia eſt immaterialitas, quæ non includit materiam ſenſibilem ſingularem. Et hæc eadem eſt in omnibus partibus philoſophiæ: omnes enim æqualiter non includunt hanc materiam ſenſibilem ſingularem in ſua ratione. In Mathematicis verò maior immaterialitas eſt in ratione ſub qua, quia numerus eſt magis ſpiritualis, & minus in ſua ratione ſub qua includit de ſenſibilitate communi: quia ratione quantitatis continuæ ſentitur, & eſt velut forma quantitatis continuæ, quod non reperimus in Philoſophiæ partibus; nam omnes philoſophiæ partes includunt materiam æquè ſenſibilem, quatenus attinet ad rationem ſub qua conſideratur, & nulla pars eſt alterius forma,

Ad 6. Arg. Maior immaterialitas Arithmetica, quã Geometria.

Ad replicã.

Vbi ſit maior abſtractio in libris Phyſicorũ, vel de Cœlo.

Doctrina Ariſt.

Et ad replicam, quæ fit: nam aliàs libri de Cœlo, & de Generatione differrent ſpecie, quia plures motus, & magis de corruptibilitate includitur in libris de Generatione, quàm de Cœlo, negatur: quia quamuis in ratione, quæ conſideratur, reperiatur magis, & minus de motu & corruptibilitate, tamen in ratione, ſub qua conſideratur, non eſt magis & minus, cum ſit immaterialitas non concernens materiam; ſicut dicimus Metaphyſicam vnam ſcientiam ſpecie eſſe, quia licèt conſideret ſubſtantias corruptibiles, conſiderat illas ſub eadem ratione, ſub qua conſiderat Deum, & Angelos. Et ſi quæras, quare omnes partes philoſophiæ æqualiter

Ad confir.

Dubium.

Digitized by Google

liter procedunt ſub eadem immaterialitate, & ratione formali ſub qua? ſiquidem in ratione quæ reperitur magis de motu, & plures motus in rei veritate conſiderati, & plures mutationes?

Solutio. Reſpondetur hac ratione eſſe, quia quidquid Philoſophus conſiderat de illis rebus, quæ magis dicunt de motu, & de mutatione, facit in ordine ad ens mobile in communi, quod habet vnam indiuiſibilem rationem formalem ſub qua, & ita omnes pertinent ad ſcientiam ſpecificatam ab illo obiecto cum illa ratione, ſiquidem in ordine ad illam tractantur, ſicut hoc reperitur clarè in Metaphyſica, quæ tractat de Deo, Angelis, & ſubſtantiis materialibus, corruptibilibus, & incorruptibilibus, & de ipſa quantitate, & de ipſis accidentibus ſenſibilibus, quæ conſtat à parte rei, non eſſe omnia æqualis ſpiritualitatis, & immaterialitatis. Verùm quia hæc conſiderantur in ordine ad ens, quod habet eleuatiſſimam ſeparationem vniuſcuiuſque rationis, hinc fit, quod omnes iſtę partes pertineant ad Metaphyſicam. Ita in propoſito agitur à Phyſico de ente mobili ad vbi in libris de Cœlo, in libris de Generatione agitur de ente mobili ad formam generabilem, &c. Omnia tamen iſta tractat in ordine ad ens mobile in communi, quod eſt obiectum vltimò conſideratum, ſeu ad quod exactè intelligendum omnia iſta referuntur: & quia illud in ratione ſub qua conſideratur, indiuiſibile eſt, fit omnia iſta ad vnam ſcientiam ſpecie pertinere: quia in ordine ad ens mobile, & ratione ſub qua, non eſt magis, & minus. Non poſſunt autem partes Philoſophiæ diſtingui ſpecie circa ens mobile in communi, quia per eius principia demonſtrant: & principia entis mobilis ſunt ea, ad quæ ſunt reſoluendæ demonſtrationes philoſophicæ: vna autem ſpecie ſcientia non reſoluit ſuas concluſiones in aliam ſpecie diſtinctam non ſubalternantem. Et hinc patet, quare mathematicæ ſint ſpecie diuerſæ: quia illa maior, vel minor immaterialitas, quæ reperitur in illis, eſt in ratione formali ſub qua obiecti, quod non refertur in aliud obiectum commune, in ordine ad quod conſiderentur, & per cuius principia ſuas concluſiones demonſtrent: & cum conſiderent propria obiecta ſecundum ſe, illa ipſa ratio ſub qua, ſufficit per illud magis, vel minus, quod habet conſtituere diuerſas ſpecies.

Quid cauſa, quod mathematicæ differant ſpecie.

Ad confir. Ad confirmationem ſecundò reſpondetur, quod Arithmetica differat ſpecie à Geometria, quia quamuis nulla illarum conſideret materiam ſenſibilem, ſed conſiderant materiam intelligibilem, & imaginabilem; cuiuſmodi eſt quantitas continua, & diſcreta; verùm diſcreta eſt imaginabilis, vt ſupra diximus, ratione continuæ, & continua eſt velut materiale, & ita magis eleuatum, & ſpirituale obiectum habet Arithmetica, quàm Geometria. Ad reliqua, quæ tractantur in replica, bene ibi reſpondetur, vt ſupra fuit reſponſum concluſione decima.

Ad 7. arg. Ad ſeptimum argumentum reſpondetur, difficile eſſe aſſignare vnam rationem communem ad materiam ſenſibilem, intelligibilem, & ſingularem: Sed reſpondetur, intelligi nomine materiæ aliquid, prout diſtinguitur à ſpiritualitate, in ordine tamen ad ſpiritualitatem intellectioni neceſſariam. Dicimus namque obiectum intellectus debere eſſe ſpirituale (oppoſito modo ſumitur hic materia). Ad confirmationem reſpondetur, probare noſtram ſeptimam concluſionem, in qua explicuimus, quomodo accipiamus abſtractionem in hac quæſtione, ſumitur enim pro rerum abſtractione, id eſt, immaterialitate.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur, quod, vt ait Soto libro primo Poſteriorum, quæſtione quinta, licèt demonſtratio à priori & poſteriori ſpecie differant, generant aſſenſus eiuſdem ſpeciei, vnde eiuſdem ſpeciei eſt iſte aſſenſus, Homo eſt riſibilis, ſiue habeatur à priori, ſiue à poſteriori; ſicut ignis productus à Sole, & igne, eiuſdem eſt ſpeciei, & homo productus per creationem & generationem: eodem modo habitus ſcientiæ & aſſenſus, qui producitur per demonſtrationem, à priori & poſteriori ſunt

ſunt eiuſdem ſpeciei. Et forſan, quamuis diceremus demonſtrationes eſſe eiuſdem ſpeciei, nihil abſurdi diceremus. Sed de hoc in poſterioribus.

Ad 9. arg. Ad nonum argumentum reſpondetur, quod impoſſibile eſt duas potentias primò, & per ſe, reſpicere idem obiectũ formale. Viſus enim primò & per ſe reſpicit colorem, in quantum viſibilem: & taliter potentiæ immutatiuum intellectus, in quantum eſt ſub quadam immaterialitate pro hoc ſtatu ſenſus communis ſub ratione communi ſenſibilis in communi, nõ determinando hanc, vel illam rationem immutatiui.

Ad 1. confir. Ad primam cõfirmationem rñdetur, quod obiectũ ſpecificat formaliter, ſed extrinſecè tamquam id, à quo ſumitur vltima differentia, formaliter verò ſpecificat vltima differentia, quæ eſt ordo ipſius habitus tranſcendentalis ad tale obiectum; & iſte ordo eſt intrinſecus habitui, & idem cum illo, ſicut rationale cum homine. Ex quo ſequitur, impoſſibile eſſe, ens rationis eſſe rationem formalem obiecti ſcientiæ realis: Nam ſicut ipſa eſt realis, obiectum eius debet eſſe ens reale, & habere vnam rationem realem obiecti: quod impoſſibile eſt. Si de eius ratione eſſet aliquid rationis, imò eſſet ens per accidens. Sed de hoc ſuprà dictum eſt. Ad rationem confirmationis reſpondetur, ſi obiectum eſt vnum genere in ratione ſcibilis, ſcientia erit vna genere: & ſi eſt vnum ſpecie, ſcientia erit vna ſpecie, nam vnitas numerica in via Diui Thomæ ſumitur ex ſubiecto: ſed obiectum debet conſiderari in ratione ſcibilis, & non in ratione rei: Vnde licet ens in ratione rei non habeat vnitatem ſpecificam, neque genericam, in ratione ſcibilis habet vnitatem ſpecificam, quia ratio, ſub qua conſideratur, indiuiſibilis eſt, in tali ratione ſpecifica: & res quæ genere differunt ſub hac ratione adunantur, vt ab eadem ſcientia ſpecie cognoſcantur: ſicut colores ſpecie differentes adunantur ſub eadem ratione ſpecifica potentiæ. Quinimo hoc eſt argumentum fortiſſimum contra Soncinatem, & eos, qui dicunt ſcientias diſtingui penes obiecta primaria, Metaphyſicam verò penes entitatem ſine alia ratione, & phyſicam penes ens mobile, & Mathematicas penes quantitatem. Nam ſi illa obiecta, vt ſic in ratione rerum conſiderata diſtinguunt ſcientias variata ſeu diuiſa in ratione rerum per formales modos ſeu differentias, etiam variabunt & diſtinguent ſcientias: nam ratione obiecti formaliter variata, variantur & ſcientiæ: Vnde quia ſubſtantia diuidit formaliter ens, alia ſcientia erit de ſubſtantia: & ſic de reliquis prædicamentis. Quinimo erunt tot ſcientiæ, quot ſpecies rerum, ſi ſupra rerum entitatem nihil addamus obiecti conſtituentium. Et ideò dicimus nos, quod ens, quatenus ſtat ſub tali immaterialitate, ſpecificat, & ſic de aliis dicendum eſt. Et quia illa immaterialitas vna eſt ſpecie, obiectum Metaphyſicæ eſt vnum ſpecie.

Arg. forte contra Soncinatem, & alios.

Ad vltim. confir. Ad vltimam confirmationem reſpondetur, vt ſuperius diximus, obiectum habere vnitatem realem, & non rationis (& loquimur de ſcientiis realibus, propter rationes ſupra factas.) Nam eſſentia obiecti Metaphyſicalis, vel eſt realis, vel rationis. Rationis eſſe non poteſt (vt conſtat) quia eſt ipſa ſcientia perfectiſſima. Si autem eſt realis, non poteſt conſtare ex ente reali & rationis: quia iſta, cùm genere differant, non poſſunt vnam ſpeciem conſtituere, magis quam homo & albedo: & ita ratio, quæ & ſub qua, quę eſt de eſſentia obiecti Metaphyſicæ, Phyſicę, & Mathematicarum, & ſcientiarum realium, quas vocamus, debent eſſe aliquid reale. Et hac ratione ens rationis nõ poteſt eſſe ratio ſub qua in entibus realibus.

Ad 9. arg. Ad nonum reſpondetur, quod idem eſt differre ſcientias penes principia, ac differre penes obiecta formalia; quia diuerſorum obiectorum formalium non communicantium diuerſa ſunt principia, quia illa principia ſunt obiecti definitiones, quæ neceſſariò debent eſſe eiuſdem rationis cum illo. Videatur Diuus Thomas, lectione quadrageſima prima, primo Poſt.

Ad 10. argum. Ad decimum reſpondetur ex Diuo Thoma, opuſculo ſeptuageſimo, de Trinitate, articulo quarto, in cap. Maximè; & Ma-

Digitized by Google

& Magiſt. Bannes, primæ parte, qu. 1. Et quia rem logicam pertracto, nolo in meſſem alienam falcem mittere; Solùm dico, quia ſub altiore lumine eſt Deus cognoſcibilis, nimirum per lumen Diuinũ, conſiderari ſub altiori immaterialitate, nimirum proportionata obiecto. Nam immaterialitas Metaphyſicæ proportionatur enti cognoſcibili à nobis via ſenſus.

Ad vltimam confirmationem reſpondetur, quòd illæ ſunt ſcientiæ mediæ, & ita habent admixtam abſtractionem. De quibus vide Diuum Thomam vbi ſupra, art. 3. Sunt tamen magis mathematicæ dicendæ, vt ſupra viſum fuit ex Diuo Thoma in eodem opuſculo.

Ad 11. argum. Ad vndecimum reſpondetur, quòd ratio, quæ debet à ſcientia cognoſci, & propterea vocatur ratio quæ, ratio verò ſub qua non eſt neceſſe, & tamen ſpecificat: quia eſt ratio, ſub qua cognoſcitur ratio quæ, & ita poteſt concedi, quod ſpecificetur ſcientia ex ratione cogniti, vt ſtat ſub ratione ſub qua: ſicut in notitia intuitiua ſenſus ſpecificatur à re præſente, non ſic adeò, vt præſentialitas cognoſcatur à viſu, ſed quia eſt ratio ſub qua. Et hæc ſint ſatis de hac quæſtione, de qua, ſi longus fuit ſermo, eo conſilio feci, ne rem ſatis admodum in ſcholis logicis controuerſam, ieiunè tranſirem.

QVÆSTIO. XII.

Vtrum ſcientia, quæ ex natura ſua ordinatur ad opus, ſit practica, quæ verò ad ſpeculationem, ſpeculatiua?

1. Argum. VIDETVR quod non. Primò contra id quod inquiritur in titulo, & tamquam certũ ſupponitur eſſe ſciẽtiam practicam, nulla eſt ſcientia practica: ergo &c. Probatur antecedens ex definitione ſcientiæ, quę eſt habitus acquiſitus per demõſtrationem, id eſt, qui inclinat ad iudicandum, & cognoſcẽdum paſſionem per ſuam cauſam: ſed ſcientia practica, quam vocant, hoc non habet; ergo non ſunt vllo modo ſciẽtiæ practicæ. Probatur minor, quia ſcientia practica; vt domificatiua, non demonſtrat paſſionem de ſubiecto, ſed ſolùm habet conſtruere domum. *Fuga impugnatio.* Si dicas habere ſuas demonſtrationes practicas, contrà: nam demonſtratio omnis requirit Logicam, & ad habendam ſcientiam per demonſtrationem requiritur Logica: ſequeretur ergo, quod non poſſent mechanici artifices ſuas artes ſcire ſine Logica: quod quam falſum ſit, ſatis compertum eſt. Sutores, & id genus omne, non addiſcunt ſuas artes Logica præſuppoſita, & illas optimè & perfectè callent: non ergo eſt demonſtratio in iſtis artibus, & ſic non ſunt ſcientiæ.

2. Argum. Secundò, ſic argumentor: Vel ſcientia eſt habitus practicus ex obiecto, vel ex fine; neutro modo; ergo non datur habitus practicus: ergo ſupponit falsũ. Quod non ex obiecto probo: quia poſſumus habere de domo ſcientiam ſpeculatiuam, ſi conſideremus eius proprietates reſoluẽdo illas in ſua principia. Quod non ex fine probatur: nam operatio habitus practici, & productum per ipſam, ſunt poſterius habitu, ſiquidem efficiũtur ab habitu, & ſunt illius effectus: ergo non ſpecificant habitum. Probatur cõſequentia: nam ſpecificans non debet eſſe poſterius re, cui ſpeciem tribuit: nam ſi eſt poſterius, iam prius res illa habebit ſuam eſſentiam; ergo non ab illo, ſiquidem poſterius eſt. Et confirmatur: quia habitus ex ſua natura, & ſpecie habet, quod ſit practicus: ergo non ex obiecto, & fine. Conſequentia probatur, quia finis & obiectum non ſunt de eſſentia habitus.

3. Argum. Tertiò. Scientia, quæ habetur de domo, cum conſideratur per reſolutionem paſſionum eius in ſua principia, eſt ſpeculatiua, & tamen obiectum eius eſt operabile; ergo non omnis ſciẽtia, cuius obiectum eſt operabile, ipſa eſt practica. Minor probatur; quia à domo ſpecificatur ſcientia illa. Et confirmatur: quia angeli habent ſciẽtiam de noſtris actibus, quos practicè efficimus, imò de artificiatis omnibus, & tamen ſciẽntia eſt ſpeculatiua ex obiecto; ergo non habet ſcientia, quod ſit practica, etiamſi ſit operabile à nobis.

Quar-

Digitized by Google

4. Argum. Quartò. Notitia dirigens voluntatem in amorem vltimi finis, eſt practica: ſed vltimus finis non eſt à nobis operabilis: ergo ſcientia practica non debet eſſe de re operabili à nobis: quamobrem non debet eſſe finis eius operatio. Minor patet: & maiorem probo. Nam illa directio eſt practica: ergo notitia ipſas dirigens eſt practica. Antecedens probatur: nam illa directio eſt in noſtra poteſtate, & poteſt elici conformiter rationi dictanti de illo actu. Quod ſi dicas, non eſſe opus directione in vltimum finem, contrà: poteſt aliquis errare circa vltimum finem in particulari: multi enim exiſtimarunt eſſe diuitias, &c. ergo opus eſt dirigere amorem circa vltimum finem, illum oſtendendo, & maximè, quia in exercitio actus opus eſt directione, quomodo fiat, & cæt. Et confirmatur primò hoc argumentum. Directio eorum, quæ ſunt ad finē eſt praxis: ergo directio eſt finis. Patet antecedens: nam eligere media conuenientia ad finem, fit per prudentiam, quæ eſt ſcientia practica. Conſequentia probatur; quia ſi concluſio eſt practica, principia etiam ſunt practica, concluſio enim practica non reſoluitur in principia ſpeculatiua: ſed electio eorum, quæ ſunt ad finem, continetur in directione finis, ſicut concluſio in principiis, vt dicitur ſecundo phyſicorum, text. 89. nam ſicut ſe habet ens in ſpeculabilibus, ita bonum in practicis. Confirmatur ſecundò, quia Theologia eſt practica, & fides ſimiliter, & tamen eius finis non eſt operatio, ſed cognitio Dei, qui non eſt à nobis operabilis; ergo &c Maior patet ex Diuo Thoma, 1. p. q. 1. art. 4.

Fuga. Impugnatio.

Confir.

5. Argum. Quintò. Omnis ſcientia habet effectiuè producere actionem aliquam; ergo omnis ſcientia eſt practica, ſiquidem finis eius eſt operari, & producere effectiuè.

6. Argum. Sextò. Omnis ſcientia practica habet pro fine proximo, & immediato cognitionem: ergo omnis ſcientia, quam communiter practicam vocant, eſt ſpeculatiua. Conſequentia probatur: nam finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt cognitio. Antecedens probatur: nam actus omnis, quem proximè elicit habitus exiſtens in intellectu, & non poteſt eſſe, niſi cognitio eiuſdem potentiæ; quia omnis actus intellectus poſſibilis cognitio eſt.

Preambula ad quæſtionem.

Variè opinantur Metaphyſici, & Logici in explicanda hac quæſtione. Nam quidam ita cenſent, quod etſi ſcientia aliqua non operetur, proceda tque per demonſtrationem, ſi tamen de re operabili ſit, ſcientiam eſſe practicam propterea, quod verſetur circa operabile, etiamſi omnia alia ſint ſpeculationes. Alii Theologi in illa ſunt ſententia, vt afferant ſcientiam practicam quatuor expoſcere conditiones. Prima, quod habitus practicus ſit notitia & ratiocinatio de cauſis rei operabilis, ita tamen vt ipſa ratio ſit præciſe propter ipſum agere, & non ſciendi cauſa. Secunda, quod ſit dictatio intellectus actualis de re agenda, ſiue fugienda. Tertia, quod voluntas eligat, quod ab intellectu dictatum eſt. Vltima, quod voluntas imperet ſequi vel fugere dictatum Et harum conditionum duas primas ad eſſentiam habitus pertinere dicunt. Duas poſteriores eiuſdem habitus eſſentiam complere affirmant. Antonius Andreas 6. Metaphyſicæ q. 1. cum prima opinione relata videtur conſentire, licet alia de cauſa. Dicit enim ſcientiam eſſe practicam ex obiecto, & non ex fine; nam ait: non poteſt eſſe practica ex fine actuali, aliàs quando actualiter non operatur, erit ſcientia ſpeculatiua. Neque ex fine aptitudinali; nam illa aptitudo conuenit habitui ex aliquo ſibi intrinſeco, & potius illa habitudo conſequitur ſcientiam practicam, quàm illam conſtituat; ex eo enim, quod eſt ſcientia practica, aptitudinem habet ad operandum. Habet ergo ſcientiæ practicæ rationem, quia reſpicit obiectum operabile, ad quod ſequitur tamquam paſſio poſſet per illud operari. Iauellus 6. Metaphyſicæ, qu. 5 dicit, ſcientiam habere ex obiecto ſolo, quod ſit practica habitu; & probat ſuum intentum: quia ex obiecto diſtinguitur à ſpeculatiua: ergo ab illo, à quo habet diſtinctionem, habet eſſe. Dicit ſecundò, quod vt

Controuerſia. 1. Opinio.

2. Opinio.

3. Opinio Iauelli.

vt ſit ſimpliciter habitus practicus, præter obiectum practicum requiritur intẽtio operandi. Et magis miror in re tam expreſsè ab Ariſtotele deciſa tot verſari opiniones, quas ſi referre velim omnes, lectori faſtidium generarem. Ad has ergo reducere oportet, quę de hac re circũferuntur opiniones, & quid de his ego sẽtiã ſubſequentibus cõcluſionib. ſtatuõ.

Authoris calculus.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. In bono ſenſu non datur aliqua ſcientia practica.

PRima concluſio: Si ſciẽtia accipiatur in rigore, & vt à Philoſopho 1. Poſteriorum definita eſt, quod ſit habitus acquiſitus per demonſtrationem, qua de cõcluſionibus per ſuas cauſas iudicium ſumimus, nulla ſcientia eſt practica. Hoc probatur primò argumento ſupra à nobis in initio quæſtionis cõſtituto. Et pręterea; nam ſequitur omnem ſcientiam eſſe ſpeculatiuam, & nullam practicam: cõſequens eſt contra omnes philoſophos: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia ſcientia definita ab Ariſtotele 1. Poſter. & ſtrictè accepta, eſt illa, quę per demonſtrationem procedit; ſed demõſtratio ex ſua natura (& loquimur de demonſtratione directa, & non reflexa; illam reflexam voco, quæ terminatur ad aliquid ſingulare, quod ab intellectu reflexè cognoſcitur) circa vniuerſalia verſatur, reſoluendo concluſiones vſque ad ſua principia immediata: ſed iſte modus procedendi eſt contrarius modo procedendi ſcientiæ practicæ; ergo &c. Probatur minor, quia ſcientia practica habet procedere ad particularia: quia actiones omnes ſunt circa particularia, & modo compoſitiuo introducendo formã in materiam. Præterea, nam oẽs virtutes propriiſſimè ſunt habitus practici, licèt ſint actiui, & tamen non procedunt per demonſtrationem; ergo idem erit dicendũ de omni habitu practico, cum habeant eſſentiam virtutes habitus practici. Si dicas, quod loquaris de habitu practico exiſtente in intellectu, & non in voluntate.

Fuga.

Solutio.

Contrà, nam prudẽtia eſt habitus practicus exiſtens in intellectu, & tamẽ nõ procedit per demonſtrationem, cũ verſetur circa ſingularia contingentia; ergo &c. Non. n. ſingularia contingentia, vt ſic, ſciri poſſunt demõſtratiuè. Præterea, ſequitur oẽs ſcientias practicas, & virtutes, ſiquidem ſunt practicæ, & conientæ ſub illo diuiſo ſcientiæ, cùm dicimus, ſcientia alia eſt practica, alia ſpeculatiua, acquiri vnico actu; hoc autem eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia cùm demonſtratio conuincat intellectum, determinat ipſum ad veri cognitionem, & ſic producit habitum. Benè verum eſt, quòd ſi ſcientia practica præſupponat aliqua principia neceſſaria, vt quod domus debet conſtare fundamento, parietibus, & tecto, & Medicina practica ſimiliter: quod hæc principia præſuppoſita in his ſcientiis practicis, probantur in alia ſcientia ſpeculatiua, quæ dicit propter quid horũ principiorum, ex quib. practicus procedit ad ſuas operationes efficiendas ſecundum artem. Videatur D. Tho. cuius eſt hæc doctrina ſupra Boetium opuſculo 70. art. 1. ad 4, & 5. Cum ergo diuiditur ſcientia in practicam, & ſpeculatiuam, ibi ſcientia accipitur pro habitu, & eſt sẽſus, habitus alius eſt practicus, alius ſpeculatiuus. Alii dicunt, diuidi cognitionem: Accipitur. n. ibi ſcientia pro cognitione, & eſt ſenſus, cognitio alia eſt practica, alia ſpeculatiua. Sed rectius dicitur primum. Et ſi velis diuiſionem eſſe cognitionem, accipiẽdum erit pro cognitione habituali, vt ſit ſenſus, cognitio habitualis alia eſt practica, alia ſpeculatiua. Aliqui dicunt, ſcientiam analogicè dici de practica & ſpeculatiua, & habitum practicum dici ſcientiam analogicè, quia habet ſimilitudinẽ cum ſciẽtia ſpeculatiua, & ita eſt diuiſio ſcientiæ. Sed ratio ſcientiæ conuenit ſpeculatiuæ ſimpliciter, practicæ verò ſecũdum quid: & ita non eſt ſimpliciter ſcientia, ſed ſecundum quid ſciẽtia; neque importat illi aliquid commune vnico conceptu. Sicut ſi diuideremus ſanum in pomum, animal, & vrinam. Sed quid habeat veri hæc diuiſio non ſatis video; nam nõ ſolum non eſt proportio inter ſcientiam practicam & ſpeculatiuam, ſed potius videntur eſſe rationes oppoſitæ in modo procedendi, cùm vna compoſitiuo, alia reſolutiuo procedat modo.

Controuerſia, quõ intelligenda ſit diuiſio ſcientia in ſpeculatiuã & practicam, duplex opinio. Alia cõtrouerſia: Nũ ſcientia dicatur vniuocè vel analogicè, de ſpeculatiua & practica duplex opin.

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Habitus non dicitur practicus, quia producat actum conformem habitui. Probatur, nã omnis ſpe

culatiua

culatiua ſciētia hoc habet: ergo habitus non dicitur practicus ſolùm ob hanc cauſam. Conſequentia patet: nam vltima differentia non debet alteri competere. Sed antecedens probatur: nam habitus logicè & phyſicè &c. producunt actum ſibi conformem, ſiquidem regulatur ab ipſis habitibus: ergo &c. Et præterea, actus Philoſophiæ eſt conformis habitui Philoſophiæ, & non Logicæ, ſiquidem regulatur per principia Philoſophiæ, & non Logicæ: ergo omnis habitus actum ſibi conformem elicit: Sed diuerſimodè quidem, nam ſpeculatiuus ſibi actum conformem producit intra ſpeculationis regulas: practicus verò intra regulas operis, ordinando illum ad hoc, & nunc introducendam formam in materiam. Et ſicut actus producti à potentiis habent cum illis conformitatem, quia omnis cauſa proportionem habet cum ſuo effectu; ita ſimiliter actus omnis cum ſuo habitu. Nam ſicut potentiæ ad ſimpliciter operandum, ita habitus ad bene operandum ſunt à natura tributi.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Habitus practicus differt à ſpeculatiuo fine: ſic adeò, vt finis theoricæ ſcientiæ ſit veritas, & practicæ opus. Hæc concluſio eſt Ariſtotelis multis in locis; habetur expreſsè 2. Metaphyſicæ, textu 3. & 6. Metaphyſicæ, textu 1 & 2. licèt non ita clarè, & 3. de anima textu 49. Eſt etiam hæc concluſio D. Thomæ ibidem & multis alijs in locis, quos claritatis gratia omitto.

Duplex finis ſcientiæ & ſcientis. Sed antequam probemus concluſionem notandum erit, finem ſcientiæ eſſe in duplici differentia. Alter eſt quem ſcientiæ ipſæ ex natura ſua ſibi vendicant, ad quem conſequendum ſunt à natura ordinatæ. Alter finis non quem habet ſcientia ex natura ſua, ſed quem accipit ab ipſo operante, ſeu addiſcente ſcientiam. Exemplum primi. Sicut finis ſcientiæ naturalis, ad quem conſequendum eſt ordinata, eſt conſideratio entis mobilis, & eius perfecta cognitio; & finis Metaphyſicæ eſt entis, in quantum ens, per ſuas rationes contemplatio, & per ſuas partes cognitio. Et hic dicitur finis intrinſecus ſcientiæ, quia ipſa ſcientia ex ſua ratione ordinatur in cognitionem obiecti ſui. Finis ſecundarius, & quem accipit ab operante ille eſt, in quem ſciens ordinat talem ſcientiam, vt ſi Metaphyſicam ordinaret in gloriæ vanæ conſequutionem, vel ad hoc vt fieret diues. Et iſte finis dicitur extrinſecus, quia non cōpetit illi ex natura ſua, ſed ab extrinſeca directione operantis & ſcientis. Concluſio ergo hic non loquitur de hoc ſecundo fine: nam ſic omnis ſcientia eſſet practica, & ſpeculatiua, non ex ſua natura, ſed ex voluntate habentis illam; qui modo illam in hunc finem, qui eſt opus, modo in hunc, qui eſt ſpeculatio referret. Conſtat autem omnem ſcientiam ex natura ſua, vel ad opus, vel ad ſpeculationem ordinari; ergo illud non habet ex voluntate ordinante in hunc vel illum finem: Imò ſequeretur, quòd modo hæc ſcientia eſſet ſpeculatiua, quia ordinaretur ad ſpeculationem, modò practica, quia ordinaretur ad opus. Loquimur ergo de primo fine, de quo adhuc eſt notandum, finem intrinſecū duplicem eſſe, vel proximum, vel remotum; ſeu minus principalem, & magis principalem. Verbi gratia, ſcientia domificatoria, quæ eſt in intellectu, habet duas operationes à ſe productas, alteram quæ eſt cognitio domus practica, quomodo ſit facienda domus, quibus ex partibus conſtare debet. Altera operatio eſt conſtructio ipſius domus. Aſſerit ergo concluſio noſtra, quod in hoc differt practica ſcientia à ſpeculatiua, quia obiectum practicæ, quod eſt finis principalis, eſt opus, & per hoc differt à ſpeculatiua. Nam etſi cognoſcatur obiectum, & quomodo ſit ſecundum regulas artis faciendum, ſed hanc cognitionem ordinat ad cōſtructionē domus, quæ eſt opus quoddam, & ita finis eius principalis eſt opus. Et ita qui tenent medicinam omnem eſſe practicam, & ſimiliter ſciētias morales, dicunt finem principalem earum eſſe opus, quia omnem cognitionem ordinant ſcientię ſupra dictę ad operationem, vel virtutis, quomodo ordinat moralis, vel ſanitatis, quomodo Medicina. Si autem conſideremus ſcientias ſpeculatiuas, ibi non poſſumus aſſignare finem proximum & minus principalē, quia ſolum reſpiciūt ſpeculationē. Fateor quidē, quod loquendo de ſciētiis

Senſus legitimus cōcluſionis.

Finis ſcientia adhuc duplex, vltimus & ſubultimus.

pra-

practicis, illam cognitionem poſſemus non vocare finem, ſed medium ad finem, qui eſt operatio: Producit enim ſcientia illa ſuum finem, & media ad conſequutionem ſui finis ordinata, qualia ſunt illæ cognitiones. Vel ſi vellemus illas cognitiones neceſſarias, vt practica ſcientia ſuum obiectum producat, finem appellare, etiam in illa veritatis cognitione eſt differentia inter practicam & ſpeculatiuam ſcientiam: quia practica taliter reſpicit illam cognitionem, quod illa cognitio eſt factiua, alia verò non reſpicit cognitionem, quæ ſit factiua, vel actiua; & ita etiam ex diuerſa cognitionis natura, quam reſpiciunt, ſequitur diuerſa natura in habitibus. His ergo poſitis, probatur concluſio. Nam metaphyſica ſcientia citra omnem controuerſiam eſt ſcientia ſpeculatiua: ſed finis eius eſt ſpeculatio: ergo ſcientia ſpeculatiua habet pro fine ſpeculationem: Maior patet, minor probatur. Quia illud eſt finis, ad quod ſcientia ex natura ſua ordinatur: ſed ordinatur ex natura ſua ad ſpeculationem: ergo &c. Probatur minor: quia obiectum Metaphyſicæ eſt ens, vt ſic, ſed non poteſt ordinari ad factionem eius; ergo ordinatur ad ſpeculationem: Nihil enim medium fingi poteſt, ad quod habeat ordinem. Minor probatur, quia principia entis, vt ſic, nõ ſũt in Metaphyſica, neque ens, vt ſic, eſt operabile ſecundum quod eſt Metaphyſicæ obiectum, aliàs Deus ipſe, & ſcientia metaphyſica operarentur per ſcientiam eãdem, quæ ſunt manifeſtiſſimę implicationes.

Inſtantia. Et ſi dicas, contrà, nam finis Metaphyſicæ eſt ſuum obiectum; ſed ſuum obiectũ eſt ens & non ſpeculatio; ergo &c.

Solutio. Reſpondetur, quod ens eſt pro tanto obiectum Metaphyſicæ, pro quanto ab ipſa ſpeculatur, cognoſcendo eius paſſiones, ſeu proprietates per ſua principia: & ita finis eius eſt obiectum ſpeculatiuum, vnde ipſa ſpeculatio eſt finis: Nam idem eſt obiectum ſpeculatiuum, ſeu ſpeculatio obiecti, ſeu eſt finis quod obiectum; ſpeculatio verò finis quo; ſicut de Deo, & beatifica viſione dicimus. Quod verò finis ſcientiæ practicæ ſit opus, ſatis conſtat (& aſſumo ſcientiam Medicinæ, prout eſt curatiua, ſeu ſanatiua: nam obiectũ eius eſt corpus ſanabile) quatenus in ipſum poteſt ſanitas introduci: ergo ordinatur ex ſua natura ad corpus ſanabile, vt in ipſum introducat ſanitatẽ: ſed non poteſt ſanitas a Medicina introduci, niſi per operationem coadiuuando naturam. Quod autem per hæc differant, ſeu quod hi fines, qui ſunt ſpeculatio, & operatio, ſeu opus, diuerſificent has ſcientias, probatur: Quia finis principalis intrinſecus habituum idem eſt quod obiectum eorũ: ſed habitus diuerſificantur per obiecta: ergo differunt ex ordine ad hos fines principales intrinſecos. Non verò volumus dicere, eſſe fines intrinſecos, quia ſint partes eſſentiæ habituum; ſed quia habitus ex natura ſua ordinantur ad illos, ſicut dicimus finem intrinſecum charitatis eſſe diligere Deum, & viſionis beatæ videre ipſum clarè; non quod Deus ſit pars illorum, ſed quia definiuntur, & habent eſſentiam in ordine ad ipſum.

Varia differentia inter practicũ & ſpeculatiuum habitum.

Hæc concluſio magis probatur adducendo differentias, quas Metaphyſici cõſtituũt inter practicum & ſpeculatiuum habitũ.

1. Differentia. Et prima eſt, quam modo tetigimus in probatione concluſionis, quod habitus practicus habet pro fine opus, ſpeculatiuus contemplationem veritatis. Et nomine operis non eſt intelligendum ſemper aliquid operatum per habitum practicum, ſed ſufficit intelligere operationem ipſam, quæ non ſit veritatis cõtemplatio, vt cytharizatio, temperata comeſtio: & hoc, vocatur opus. Videatur Ariſtot. vbi ſupra, & ibidem D. Tho. Hæc autem differentia bene probat noſtram cõcluſionem: imò eſt concluſio noſtra.

Secunda. Secũda differentia eſt, nam habitus practicus procedit modo compoſitiuo, id eſt, docet, quomodo forma ſit introducenda in materiam, vel quomodo aliqua operatio ſit facięda, vt patet in virtutibus moralibus, & in artibus etiam mechanicis: Habitus verò ſpeculatiuus procedit modo reſolutiuo, reſoluendo concluſiones in ſua principia, hoc eſt, docet, quomodo habeamus certam cognitionem huius veritatis, verbi gratia, homo eſt riſibilis, per eiuſdem reſolutionem vſque ad prima principia indemonſtrabilia, ſcilicet docendo, hominem eſſe riſibilem, quia eſt admiratiuus; & admiratiuus, quia eſt

ratio-

Digitized by Google

rationalis. Hanc autem differentiam cõſtituit D. Tho. 1. Ethicor. lect. 3. & colligitur ex Ariſt. loco adducto. Et ex hac benè etiam colligitur concluſio noſtra: Nã ſi modo compoſitiuo procedit: ergo habet pro fine opus: & ſi reſolutiuo modo, ergo veritatis cognitionem. Tertia differentia eſt: nam habitus practicus eſt de re operabili modo operabili: ſed habitus ſpeculatiuus, etſi ſimiliter ſit de re, quæ eſt operabilis, non tamen agit de illa modo operabili, ſed reſolutorio, eius paſſiones in principia deducẽdo: itaque eſt intrinſecum obiecto habitus practici operabile eſſe per artis principia, & hoc eſt conſtitutiuum illius, in quantum obiectum artis, & habitus practici. Ceterum hoc, quod eſt eſſe operabile accidit obiecto ſcientiæ ſpeculatiuæ: nam in ipſa re operabili non conſiderat operabilitatem, ſed quod ſpeculabile eſt, ſicut accidit obiecto potentiæ viſiuæ hominem eſſe, quia licet coloratum ſit homo, non terminatur ad hominem viſum, vt ad obiectum, ſed ad coloratum, quod eſt homo. Et hinc intelligitur illud aſſertum D. Tho. ſuper Boetium de Trin. quæſt. 5. art. 1. vbi ait: Intellectus practicus in hoc propriè à ſpeculatiuo differt, quòd ſpeculatiuus habeat pro fine veritatem, quã conſiderat: practicus veritatem conſideratam ordinet ad opus. Cum ergo materiam oporteat eſſe fini proportionatam, oportet practicarum ſcientiarum materiam eſſe illam, quæ à noſtro opere fieri poteſt, vt illarũ cognitio in operationẽ, tamquam in finem, poſſit ordinari, ſpeculatiuarum materiã eſſe oportet res, quæ à noſtro opere non fiunt. Vnde illarum conſideratio in operationem ordinari non poteſt tamquam in finem, &c intelligitur, inquam, hæc doctrina. Poteſt aliquis dicere, ſequitur ex hac doctrina, quod non poſſimus habere ſcientiam de domo, quia illa eſt operabilis à nobis. Quinimo neque mathematicæ ſcientiæ eſſent ſpeculatiuæ, quia illarum materia, nimirum figuræ, &c. à nobis eſt operabilis. Reſpondetur quod ſecundũ quod conſideratur à ſcientia ſpeculatiua, non eſt à nobis operabilis illa materia, & illud obiectum: nam operabilitas per accidens contingit obiecto ſcientiæ ſpeculatiuæ, & non conſiderat operabilitatem, ſed ſpeculabilitatem: illud obiectum, inquam, non vt operabile eſt, ſed vt ſpeculabile eſt. Aliàs ſi obiectum ſpeculabile formaliter eſſet operabile, omne obiectum eſſet operabile, quod manifeſtè habet falſitatem. Quamobrem obiectum ſpeculabile, vt eius eſt obiectum, non eſt operabile: quinimo hoc implicat. Ex hac etiam differentia ſatis probatur noſtra concluſio. Vltimam aſſignant differentiam inter practicum, & ſpeculatiuum, quod ſit proxima regula ſpeculationis, & illud ſit proxima regula operis, id eſt, quod habitus ſpeculatiuus ex natura ſua ordinatur ad rectè ſpeculandum, tamquam ad finem principalem, practicus habitus ex natura ſua ordinatur ad rectè operandum, tamquam ad finem principalem, modò illud opus ſit operatio, ſicut cytharizatio, modò ſit aliquid factum per operationem, ſicut domus; ergo ex his differentiis manet hæc concluſio probata. Et ſi dicas, ſequitur ſaltem quòd proximè habitus practicus ordinatur ad ſpeculationem, quia ordinatur ad cognitionem obiecti faciendi, & ad cognitionem principiorum eius: nam ſine hac nequit fieri. Reſpondetur negando ſequelam: nam hæc cognitio non eſt ſpeculatio, ſed praxis, & opus practicum: intellectus enim diuiditur in practicum, & ſpeculatiuum: quod non fieret, ſi aliqua operatio intellectus non eſſet praxis, & condiſtincta contra ſpeculationem.

3. differ. — *4. differ.* — *Explicatur locus d. Th.* — *Inſtantia.* — *Solutio.* — *Inſtantia.* — *Solutio.*

4. Concluſ. Quarta concluſio: Habitus practicus, & ſpeculatiuus neceſſariò debent habere diuerſa obiecta formaliter, & ex illis ſumere ſuam eſſentiam, & diſtinctionem ex illis, dico extrinſecè ex ordine ad illa intrinſecè. Hæc concluſio ſequitur ex dictis; nam ſunt diſtincti habitus: ſed habitus diſtinguuntur intrinſecè ex ordine ad obiecta, extrinſecè ex obiectis ergo, &c. Et præterea probatur ex Diuo Thoma, primo Poſteriorum, lectione 41. vbi dicit, quod ſcientiæ ſecundum Ariſtotelem diſtinguantur ex obiectis, & in ſcientiis ſpeculatiuis obiecti cognitio eſt finis earum, & in practicis finis earum eſt obiecti operatio: ergo ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Diuum Thomam, & Ariſtotelem ſcientia practica, & ſpeculatiua etiam diſtinguuntur ex obiectis, quæ obiecta ſunt earum fines. Et cum dicimus, diſtingui ex finibus, idem eſt, quod diſtingui ex obiectis: nam illarum obiecta fines ſunt principales dictarum ſcientiarum. Et ſi contingat aliquando, quod circa eandem rem verſentur, vt circa domum, domus quidem ſecundum quod ſpeculabilis eſt, obiectum eſt ſcientiæ ſpeculatiuæ: ſecundum verò quod factibilis eſt, obiectum eſt ſcientiæ practicæ, & ibi eſt diſtinguere duplex formalem obiectum, licèt vnum tantùm ſit materialiter. Videatur circa hanc conclusionem Diuus Thomas 1. libro Ethicorum, lectione ſecunda, vbi aſſerit, Politicam, & Metaphyſicam verſari circa idem, ſcilicet, circa vltimum finem, ſed diuerſimodè. Et ſi inquiras in ſcientiis practicis, quæ ſit potior altera: Reſpondetur, quod quia obiectum eius eſt finis eius principalis, illa erit potior ſcientia & principalior alia, quæ habet potiorē finem, vt militaris erit potior equeſtri; & equeſtris frenefactiua, & omnibus potior erit ſcibilis, ſed de hoc aliàs.

Dubium. *Reſponſio.*

Nota. Ex dictis concluſionibus ſequitur, habitum non eſſe practicum ex quacunque relatione ad opus, & praxim, ſed oportet, vt ex natura ſua ordinetur ad opus vt dictum eſt. Hoc corollarium eſt Diui Thomæ de veritate, quæſt. 14 articulo 4. vbi ſic dicit: Intellectus practicus idem eſt quod intellectus operatiuus, Vnde ſola extenſio ad opus facit aliquem intellectum eſſe practicum Relatio verò ad affectionem, vel antecedentem, vel ſubſequentem non trahit ipſum intellectum extra genus ſpeculatiui intellectus. Niſi enim aliquis ad ipſam ſpeculationem afficeretur, numquā in actu ſpeculatiui intellectus eſſet delectatio, & tamen eſt ſpeculatio: ergo affectio, vel volitio, quæ antecedit ſpeculationem non facit habitum & intellectum practicum. Similiter, neque propter ea, quod habitus ſit alicui cauſa operandi, practicus erit habitus: nam ſpeculatio animæ poterit alicui operandi cauſa remota eſſe: Et hac ratione ſcientia de anima non eſt practica, etiamſi ſit cauſa rectæ operationis: quia illud eſt remotè, ex natura autem ſua non ordinatur niſi ad ſpeculationem. Similiter, ſi aliquis addiſcat artem domificatoriam intentione non operandi, illa eſt practica, quia illam relationem ad non operandum non habet ex natura ſua, ſed ex voluntate operantis etſi ex natura ſua inclinatur ad opus.

Infertur ſecundò, quòd cum Diuus Thomas dicit, ſcientiam, quæ de re factibili eſt (licèt nō ſit factibilis res illa per ipſam ſcientiam) eſſe practicā, debet intelligi ſecundum quid ex parte obiecti materialis. Et cum etiam dicitur, quod ſcientia, quæ addiſcitur animo nō operandi, ſi etiam ſit operatiua obiecti, eſt ſpeculatiua, debet intelligi ſecundum quid ex parte addiſcentis. Et cum dicit, quod propter applicationem ad opus ſit ſimpliciter practica, eſt intelligēdus, quod illa ſcientia, quæ ex natura ſua erat practica, & addiſcebatur non intentione operandi, iam erat ſecundum quid ſpeculatiua, vt dictū eſt. Cū verò ad opus applicatur, & ex natura ſua, & ex intentione operantis, & ex obiecto, iā eſt practica: & ex nullo capite habetur, quòd ſit ſpeculatiua, etiam ſecundum quid. *Nota.*

Tertiò infertur, habitum non debere dici practicum, quia effectiuè aliquam actionem producat, quia hoc omnis habitus habet, ſed quia effectiuè producit aliquod opus, quod non ſit ſpeculatio, vt à ſe producitur. *Nota.*

Infertur vltimò, quòd practicum, & ſpeculatiuum ſecundum quod practicū dicit illud, cuius finis eſt opus tantùm, & ſpeculatiuum illud, cuius finis eſt ſpeculatio, & veritatis cognitio tantùm, ſpecie differunt ex obiecti diuerſa ratione: Nam ſicut in obiecto hæc eſt ratio formalis diuerſa, ita in habitibus, qui ex obiecto ſpecificantur, ſunt formales rationes diuerſæ: practicum verò, & ſpeculatiuum eminēter, & formaliter benè poſſunt eidem habitui competere, ſi habitus ille ſit ordinis diuini, ſicut cōuenit ſacræ Theologiæ, & lumini gloriæ. Practicum verò hoc modo importat eſſe perfectæ operationis regulam, ſiue ſecum habeat annexam ſpeculationem, ſiue nōn, ſiue ſit proximè regula operationis *Nota.*

tionis ſiue non. Et ſpeculatiuum hoc modo importat eſſe regulam perfectæ ſpeculationis, ſiue ſit proxima regula, ſiue remota, ſiue ſecum habeat annexam operationem, ſiue non. Et ita ſe poſſunt compati in eodem, quia nō ſe excludunt, quia cōſiderantur demptis imperfectionibus inferiorum, quarum ratione oppoſitionem habeant. Sed de his ſatis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. & 2. argum. AD primum reſpondetur, quod probat noſtram primam concluſionem. Ad ſecundum reſpondetur, quod habitus dicitur practicus ex obiecto operabili ab ipſo habitu, quod eſt finis ipſius, vt dictum eſt tertia concluſione. Nam, vt inquit Ariſtoteles primo libro Ethicorum, in principio, omnis ars, & omnis ſcientia eſt circa aliquod bonum, tamquam circa finem: ſed finis, vt inquit Ariſtoteles, in aliquibus habitibus eſt ipſa operatio, vt cytharizatio, equitatio, aliquando præter hæc ſunt opera quædam, vt obiectum domificatiuæ artis eſt conſtructio domus, vel domus conſtruenda. Nam quando aliquis habitus ſolùm verſatur circa vſum alicuius materiæ, eius obiectum & finis eſt operatio, vt in exemplis modo adductis: Aſſumunt enim cytharam, & equum artes prædictæ ad earum vſum. Aliquando verò aſſumunt materiam exteriorem, vt matent ipſam in aliquam formam, & tūc obiectum, & finis artis illius, eſt aliquid operatum, vt poteſt videri in arte domificatoria. Dicimus ergo, ꝙ habitus ſunt practici ex obiectis ab ipſis productis, *Ad replicā* quæ etiam ſunt illorum finis. Et ad replicam, quod domus eſt poſterior ſcientia, ſiquidem producitur per illam, diſtinguo. Eſt poſterior in eſſendo, fateor, in ſpecificando, nego: Nam domus producibilis per habitum ipſum ſpecificat, & illa prior eſt ſecundum illam rationem in ratione producibilis, ſicut potentiæ diſtinguūtur penes actus: Et tamen ſunt poſteriores in eſſendo potentiis ipſis, nō tamen in ſpecificādo; hoc nihil aliud eſt quā dicere, quod in genere cauſę finalis prior eſt finis, & obiectum ipſa potentia, quæ ad illum tāquam ad finem ordinatur; in genere verò cauſę efficientis prior eſt ipſe habitus, qui effectiuè producit obiectum & finem. Extrinſecè, tamen finis & obiectum ſpecificat: intrinſecè verò ordo ad illud: & ſic ordo ſimul exiſtit cū habitu, & ita illud quòd ſpecificat extrinſecè, non eſt neceſſe quod ſimul exiſtat, licet illud quod intrinſecè ſpecificat hoc debet habere. Et per hoc patet ad replicam. Nam licèt ex ſua natura habeat habitus, quod ſit practicus, & ſpeculatiuus, ſed ex ſua natura eſt, quod reſpiciat finem, & obiectum. Et ita ex ſua natura habet ſpecificari ex ordine ad obiectum & finem intrinſecè, extrinſecè ex obiecto, formaliter tamen.

Ad 3. Ad tertium reſpond. quod illa ſcientia eſt de re operabili materialiter, non formaliter; nam formaliter eſt de re ſpeculabili, vt ſuprà dictum eſt, vt enim eſſet ſcientia practica, deberet agere de re operabili ab ipſa ſcientia. Et per hoc patet ad cōfirmationem. De rebus verò facilibus per Angelorum ſcientiam, habebunt Angeli etiam ſuam practicam ſcientiam. An verò ſit formaliter, vel eminenter practica, nō eſt huius loci tractare.

Ad 4. arg. Ad quartum Sonc. 6. Metaphyſ. q. 9. ar. 2. ponit hanc concluſionem, quod omnis notitia practica eſt de re operabili. Quā *1. Solutio Soncinatis.* concluſionem explicat non ad iſtum ſenſum, quòd omne obiectum practicum ſit ſemper & neceſſariò producibile per ipſam notitiam practicam, licèt aliquando hoc contingat: Nam notitia de honorando Deo, de colendis parentibus, de ſeruanda patria, eſt practica, & tamen neque Deus, neque parentes, neque patria à nobis poſſunt produci: ſed intelligitur, quod ſit producibile, id eſt attingibile per actum practicum, quia cadit ſub electione & conſilio. Hoc ſuppoſito reſpondet ipſe ad argumentum, negando minorem: Nam vltimus finis eſt à nobis operabilis, id eſt, attingibilis per actum practicum voluntatis. Et notitia, qua cognoſcitur, quomodo ſit amādus vltimus finis in particulari, illa eſt praxis. Si autē loquamur de actu voluntatis reſpectu vltimi finis in cōmuni, illa eſt ſpeculatiua, quia nō eſt in noſtra poteſtate, nō amare finē vltimū: neq. cadit ſub electionę. Hæc doctrina eſt Soncinatis vbi ſupra.

Digitized by Google

ſuprà. Et in hac doctrina diſplicet mihi primò loquendi modus, quod Deus à nobis eſt producibilis, id eſt, attingibilis per actum practicum; Nam quamuis expoſitio vera ſit, aſſertio tamen eſt falſa. Præterea, neceſſariò debet habere habitus practicus obiectum à ſe producibile: nam in hoc conſiſtit eius ratio, & eſſentia, vt ſupra dictũ fuit. Quamobrem reſpondetur ex Ariſtotele, vbi ſuprà, quod fines aliquando ſunt quædam operata per habitum practicum, vt domus, &c. aliquando actiones quædam, vt obiectum artis cytharizãdi eſt cytharizatio, quæ verſatur circa cytharam; & equitatio, quæ verſatur circa equum, ita habitus de colendo Deo habet pro obiecto cultum Dei, qui Deum ipſum reſpicit, tamquam circa quod verſatur, & cultus Dei producibilis eſt à nobis, & illud eſt eius obiectum, quod producitur, & ſufficit, vt ſit habitus practicus, licèt Deus, circa quod verſatur cultus, non ſit producibilis ab habitu practico. Et ſicut amor Dei eſt liber quoad exercitium, ita poteſt dirigi habitu practico, quo ad exercitium, vt rectè fiat. Et per hoc patet ad confirmationem: Nam plus in ea immorari alienum eſt ab hoc loco. Ad vltimam confirmationem videatur Diuus Thom. 1. parte, quæſtione 1. articulo 4. & idem Magiſter Bannes.

Reijcitur modus loquendi Sōcinatis.

Alia ſolutio Auctoris ex Ariſt.

Ad 5. & 6. argum. Ad quintum argumẽtũ, & ſextũ patet ex dictis in vltima concluſione, & tertia.

QVÆSTIO. XIII.

Vtrum practicum, & ſpeculatiuum ſint differentiæ eſſentiales diuidentes habitum.

1. Argum. ET argumentor, quòd non. Nam datur aliquis habitus, qui non ſit practicus, neque ſpeculatiuus: ergo non ſunt, & cætera. Probatur antecedens, nam ſanitas eſt habitus, & tamen neque practicus, neque ſpeculatiuus: ergo &c. Probatur maior: quia non eſt operatiuus habitus: ergo neque practicus, neque ſpeculatiuus. Et idem poteſt probari de gratia; eſt enim habitus neque practicus, neque ſpeculatiuus; quia nõ eſt operatiuꝰ.

2. Argum. Secũdo; Theologia noſtra eſt habitus, & tamen neque practicus, neque ſpeculatiuus: ergo, &c. Probatur minor, quod non ſit practicus: quia eius obiectum eſt Deus ſpeculabili modo cõſideratus, quatenus conſiderat eius attributa per ſuas rationes formales oſtenſas lumine diuino ſupernaturali. Sed quod non ſit ſpeculatiuus probatur, quia eſt regula perfecta operis: ergo non eſt ſpeculatiuus. Probatur antecedens, nam conſequentia clara eſt; quia cùm Deus ſit vltimus finis, ſcientia, quæ verſatur circa illum, dirigitur ad operationem, ſicut ipſe finis vltimus dirigitur, & etiam quia eſt quædam participatio ſcientiæ Dei, quæ ſimul eſt practica, & ſpeculatiua. Si dicas, quod eſt vtrique: ergo iam practicum, & ſpeculatiuum non ſunt differentiæ eſſentiales habitus; ſiquidẽ habitus Theologiæ eſt in prædicamento Qualitatis, & conueniunt illi differentiæ iſtæ practici, & ſpeculatiui; nulli enim rei duæ differentiæ eſſentiales oppoſitæ conuenire poſſunt. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: nam Diuus Thomas prima parte, quæſtione prima, articulo quarto, dicit, Theologiam noſtram non eſſe practicam, neque ſpeculatiuam.

3. Argum. Tertio; Practicum, & ſpeculatiuũ ſunt differentiæ accidentales reſpectu potẽtiæ, quæ lumine naturali cognoſcit, & eſt in prædicamento Qualitatis: ergo ẽt erunt reſpectu habitus naturalis differẽtiæ accidentales. Conſequentia probatur à paritate rationis: Sicut enim potẽtia ex obiecto ſpeciem ſumit, ita habitus, & ſicut potẽtia lumine finito cognoſcit, ita & habitus naturalis. Sed antecedens patet: nam reſpectu intellectus noſtri, practicum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ accidentales, idem enim intellectus eſt practicus & ſpeculatiuus: neque ſpecie differunt intellectus practicus, & ſpeculatiuus; ergo idem habitus poterit eſſe practicus & ſpeculatiuus, & non different ſpecie habitus practicus, & ſpeculatiuus. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: nam practicum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ accidẽtales reſpectu obiecti intellectus; ergo etiam

erunt

Digitized by Google

erunt differentiæ accidentales reſpectu obiecti habitus, ſaltem intellectiui. Probatur conſequentia. quia obiectum habitus eſt tale ens, ſicut obiectum intellectus eſt ens; ergo etiam illi accidet practici, & ſpeculatiui ratio. Et vt hoc magis explicetur, confirmatur ſecundò: nam ſequitur ſaltem, quod Metaphyſica poſſit eſſe practica, & ſpeculatiua ſimul, nam habet idem obiectum quod intellectus, ſed intellectus obiecto accidit practicum, & ſpeculatiuum, & eadem potẽtia eſt practica & ſpeculatiua: ergo idem dicendum erit de obiecto Metaphyſicæ, & ita eadem ſciẽtia erit practica, & ſpeculatiua. Et confirmatur vltimò, nam Theologia dicitur practica & ſpeculatiua, quia agit de vltimo fine: ſed etiam Metaphyſica agit de vltimo fine, quia agit de bono in communi, quod eſt vltimus finis: ergo &c. Probatur minor, quia agit de ente, & de omnibus eius paſſionibus, quarum vna eſt bonum.

Confir.

Confir.

Præambula ad quæſtionem.

Nota.

PRo hac quæſtione decidenda aduertendum erit, practicum in præſentia accipi ſecundum quod importat regulam ex natura ſua ordinatam ad opus præciſè, & ſpeculatiuum ſimiliter accipi pro regula ex natura ſua directiua ſpeculationis, ſolummodo inquirimus, vtrum habituum, qui ex lumine naturali procedunt, practicum & ſpeculatiuũ ſint differentiæ eſſentiales. In qua quæſtione nolumus ex profeſſo tractare de practico & ſpeculatiuo altioris ordinis, quomodo accipitur in Theologia ſacra, quę eſt ſcientia ex diuino lumine procedẽs, quæ eſt eminenter formaliter practica, & ſpeculatiua, ſecundum quod practicũ & ſpeculatiuum ſint altioris ordinis, vt ſolet tractari in prima parte, quæſt. 1. ar. 4. ad quem locum remittimus lectorem.

Explicatur ſenſus quæſiti.

Secundò eſt notandum, Paulum Soncinatẽ lib 6. Metaphyſicæ, quæſtione 5. dicentem, practicum, à quo ſcientia denominatur practica, tantùm ex fine, non eſſe differentiam eſſentialem habitus, & quidem, ſi loquatur de fine ſcientiæ, ad quem habitus non ordinatur ex natura ſua, ſed ab extrinſeco, rectè dicitur; Et hunc ſenſum prætendere videtur ſua ratio. Si autem fiat ſermo de fine, ad quem habitus practicus ordinatur ex ſua ratione, falſum eſt.

Opinio Soncinatis.

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: Practicum, & ſpeculatiuum diuidunt eſſentialiter habitum ex natura ſua ordinatum ad opus, & illum adæquatè ſeparant. Dico in hac concluſione. Ex natura ſua ordinatũ ad opus, ad excludendum ſanitatem, & gratiam, quæ non ſunt habitus operatiui: & ita neque practici, neque ſpeculatiui. Sed omnis habitus tam intellectus, quã voluntatis ordinatus ad operationem aliquam, ex neceſſitate debet eſſe practicus, aut ſpeculatiuus.

1. Concluſ.

Explicatur concluſio.

Et primò probatur hæc concluſio per inductionem, quia omnis habitus in particulari, vel eſt practicus, vel ſpeculatiuus, neque idem habitus modò inclinatur ad opus, modò ad ſpeculationem; ſignum ergo eſt eſſe aliquid intrinſecum habitui. Et præterea; habitus exiſtentes in voluntate, & appetitu ſenſitiuo omnes ſunt practici, quia ex natura ſua ordinãtur ad opus: ergo illis eſſentialis eſt hæc ratio practici habitus: ergo etiã exiſtentes in intellectu ſunt aut practici, aut ſpeculatiui eſſentialiter: Probatur antecedens: nam habitus primorũ principiorum practicorũ practicus eſt, ex natura ſua, vt ſynderesis, habitus primorum principiorum ſpeculatiuorum ex natura ſua eſt ſpeculatiuus: Sapientia ſimiliter habitus eſt ex natura ſua ſpeculatiuus: nã Ariſt. lib 6. Metaph. hac ratione probat, Metaphyſicã ſpeculatiuã eſſe, quia eſt Sapientia, Sapientia enim verſatur circa obiectum altiſſimum per cauſas altiſſimas, eius proprietates conſiderando, quæ omnia ſunt ſpeculationes. Quod verò ſcientia omnis ſit practica, aut ſpeculatiua, patet ex lib. 6. Meta. ſtatim in principio, vbi ſcientiã in practicã, & ſpeculatiuã partitur, & nullã aliã Ariſt. ſcientiæ partitionẽ ponit. De arte verò & prudentia, quod ſint practicæ, ſatis conſtat, quia finis earũ intrinſecus actio, vel factio eſt. Quid autẽ de Logica ſit dicendũ, ſupra vidimus. Præterea,

Digitized by Google

quia omnis intellectus eſt practicus aut ſpeculatiuus, vt ait Philoſophus, tertio libro de anima, textu 46. ergo omnis habitus intellectus debet eſſe practicus, aut ſpeculatiuus, ſiquidem habitus ſunt perfectiones intellectus; ex his indiciũ ſumimus eſſe differentias eſſentiales habitus naturalis practicũ & ſpeculatiuũ, ſiquidẽ in omni habitu ſolum vnã rationem illorum inſeparabilem reperimus, & ibi ex natura ſua conuenientem, & nõ videtur eſſe paſſio: ergo eſſentia. Sed adhuc magis probatur, eſſe differentias eſſentiales: Nam, vt ſupra viſum fuit, in habitibus operatiuis practicum & ſpeculatiuum ſumitur ex obiecto, à quo ſpeciem ſumunt, & ex fine principali, ad quem ex natura ſua ordinatur: ergo eſt eſſentiale habitui eſſe practicũ & ſpeculatiuũ. Probatur cõſequentia, quia quidquid habitui ex ordine ad obiectum ſpecificatiuum conuenit, eſſentiale eſt illi.

Secundò probatur concluſio, & explicatur magis ratio hæc. Nam practicũ & ſpeculatiuũ non adueniunt habitui iam conſtituto in ſpecie: ergo non ſunt differentiæ accidentales, vel paſſiones. Probatur conſequentia: quia accidẽtia adueniunt ſpecie iã conſtituta. Sed probatur antecedens: nam Philoſophia, v.g. antequam intelligatur ſpeculatiua, non intelligitur in genere ſcientiæ: ergo &c. Probatur antecedẽs, nã in eſſe ſcientiæ cõſtituitur per hoc, quòd concluſiones in ſua principia reſoluit: ſed hoc eſt eſſe ſpeculatiuũ habitũ: & ſimiliter ſcientia ſpeculatiua terminatur ad eſſe philoſophiæ, quia reſoluit paſſiones entis mobilis ſub hac immaterialitate in principia entis mobilis; hoc autẽ eſt eſſe talẽ ſpeculatiuã ſciẽtiã: ergo &c. Implicat enim intelligere habitum determinatum ad eſſe ſcientiæ, quin intelligamus ipſũ nõ eſſe ſpeculatiuũ. Et idem argumentũ eſt faciendũ de habitu practico: Cũ enim habitus determinatur, v.g ad eſſe practici, vt ad eſſe artis, impoſſibile eſt intelligere conſtitutũ habitum in eſſe artis, quin intelligamus ipſum in ratione practici, vt patet ex definitione artis: ergo &c. Præterea, non poteſt intelligi Philoſophia in eſſe Philoſophiæ, ſine eo, quod intelligatur in eſſe ſpeculatiuæ: ergo eſſe ſpeculatiuam eſt eſſentiale illi. Probatur antecedens, quia in eo, quòd reſoluit circa ens mobile cõcluſiones in ſua principia intelligit eſſentiam Philoſophiæ, quod eſt eſſe ſcientiam ſpeculatiuam. Præterea, practicum, & ſpeculatiuum continentur in potentia habitus naturalis operatiui, tamquam differentiæ: ergo contrahunt & diuidunt eſſentialiter habitum. Conſequentia patet, & probatur antecedens: nam practicum, & ſpeculatiuum ſunt eiuſdem rationis cum habitu, & dicunt particulares gradus habitus, ſicut rationale dicit particularẽ gradum vitæ, & eſt eiuſdem rationis cũ animali, id eſt, eius generis, & hoc voco eſſe eiuſdem rationis: ergo &c. Probatur antecedens: nam eſſe practicum v.g. nihil aliud eſt, quàm quædam habitualis perfectio imperfecta, quæ determinat intellectum, vt ſe habeat taliter in ordine ad ſuam perfectionem & actum, ſicut habitus determinatur ad perfectionem in cõmuni. Et ex hoc eſt eiuſdem rationis, & determinat habitum ad talem naturam. Et idem eſt dicendum de ſpeculatiuo. Sicut enim habitus eſt perfectio potentiæ in ordine ad ſuum actum circa tale obiectũ, ita practici ratio eſt quędã perfectio intellectus imperfecta circa hoc obiectum, & ita determinat habitũ eſſentialiter, ſicut determinatur genus per ſuam differẽtiã, vt animal per rationale; & idẽ de ſpeculatiuo dic. Itaque ſicut viuens diuiditur in ſenſibile & inſenſibile eſſentialiter, quia ſenſibilitas eſt quædam particularis vitæ perfectio, & ſenſibile in rationale, erit rationale eadẽ ratione; ita habitus diuiditur eſſentialiter in practicũ & ſpeculatiuum, quia practici & ſpeculatiui ratio eſt quædam particularis ratio habitus eiuſdem rationis & generis cum ipſo, & ex eius potentialitate deducta. Poſtea verò habitus practicus diuiditur in prudentiam & artem, &c. ſpeculatiuus in ſcientiam phyſicam, & metaphyſicam, & mathematicas, &c. Theologia verò eſt alterius rationis. Et ſi velis diuidere habitum in communi, ſic diuiditur; Habitus alius operatiuus, alius non operatiuus. Operatiuus alius lumine naturali, alius lumine ſupernaturali procedit. Naturali lumine procedens

cedens alius practicus ſupernaturali lumine procedens, alius practicus tãtùm, cuiuſmodi eſt Prudentia infuſa, & virtutes ſupernaturales, Charitas, Spes, &c. alius eminenter practicus, & ſpeculatiuus, cuiuſmodi eſt Theologia, lumen
Dubium. gloriæ, viſio beata, &c. An verò reperiatur habitus ſupernaturalis, qui ſolùm ſit ſpeculatiuus, tu vide. Diuidunt ergo practicum & ſpeculatiuum eſſentialiter & ſufficienter habitum naturalem.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 3. arg. AD 1. & 2. arg. principale patet ex dictis. Ad 3. arg. reſpond. negando conſequentiam: Et diſparitas eſt, nam obiectum intellectus eſt ens cognoſcibile ab intellectu, cognoſcibili verò enti accidit, quod ordinetur ad operationem, vel non ordinetur, quia intellectus ſolùm reſpicit ens vt cognoſcibile eſt, ſicut accidit obiecto potentiæ viſiuæ, quod ſit intenſum, vel non intenſum. Quapropter ſicut nõ diuerſificatur potentia viſiua ex hoc, quod videt albedinem intenſam, ita non diuerſificatur intellectus ex eo, quod cognoſcit aliquid ordinabile ad opus, vel non ordinabile. Et ita idem eſt intellectus practicus, & ſpeculatiuus: non enim ſunt duæ potentiæ, ſicut neque ratio & intellectus. At verò obiecto ſcientiæ metaphyſicæ non accidit cognoſcibile non ordinabile ex natura ſua ad opus, ſed conſiderat ens ſecundum hanc determinatam rationẽ, vt ſcilicet non eſt ordinabile ad opus; & ita non accidit illi eſſe ſpeculatiuam ſcientiam, ſed eſt illi eſſentiale. Et idem eſt de ſcientiis practicis, quia conſiderant ſua obiecta ſub illa ratione determinata, vt ſunt operabilia. Videatur D. Thomas 1 par. q. 78. art. vltimo, ſolutio-
Dubium. ne ad vltimum. Et ſi dicas, quare accidit obiecto intellectus eſſe practicum, vel ſpeculatiuum, & non obiecto ſcientiæ?
Reſponſio. Reſpõdetur, quod, vt aſſerit D. Thomas 1. 2. quæſtio. 49. artic. 4. imo habitus ſunt quædam determinationes potentiarum ad actus illarum, & cùm ſint determinationes, non debent reſpicere obiecta ſub ea ampliſſima ratione, ſub qua reſpiciebant potentia, aliàs non eſſent determinationes earum; & ita debent habere magis particularia obiecta. Vnde non ſe extendunt ſcientiæ ad omnia, ad quæ ſe extendit intellectus; & ita videmus eſſe plures habitus in intellectu, quod non eſſet verum, niſi haberent determinatiora obiecta. Et ita plures habitus ſimul perficiunt intellectum vnum in ordine ad ſuum obiectum. Hinc fit, quòd cum ſit magis determinatum obiectum habitus, quàm potentiæ, illud quod eſt per ſe, & ſpecificat habitum eſſe per accidens, & non ſpecificare potentiam. Et ita practicum, & ſpeculatiuum, quæ ſunt per ſe differentiæ, habitus ſunt per accidens reſpectu intellectus, & ita ipſum neque ſpecificant, neque diuerſificant, ſicut quod eſt per ſe reſpectu ſubſtantiæ, quia eſt magis determinatum aliquid, quod ens in communi eſt accidens enti, & nõ conſtituit ipſum in entis ratione. Idem eſt dicendum de obiecto ſcientiæ. Et quamuis Metaphyſica cõſideret ens, nõ tamen taliter quod ſub ipſo comprehendãtur omnium ſcientiarum obiecta: nam eſt ſcientia condiuiſa aliis ſcientiis: Solùm enim conſiderat ens ſub ratione entis ſub tali immaterialitate, & non conſiderat numerum ſub ratione numeri, neque factibilia vt ſic: & ita ſolùm eſt quædam ſcientia ſpeculatiua. Et per hoc patet ad alias confirmationes. Ad vltimam vide Magiſtrum Bannes prima p. q. 1 art. 4. & D. Th. 3 Sententiarum d. 23. q. 2. ar. 3. quæſtiuncula 2. Solùm enim Metaphyſica, quia ſub naturali lumine finito procedit, conſiderat ens in ratione ſpeculabilis, & non ſub ratione vltimi finis: hoc enim pertinet ad aliud lumẽ.

QVÆSTIO XIV.

Vtrùm morales ſcientiæ ſint practicæ, aut ſpeculatiuæ.

ET videtur, quod ſint practicæ. Primò. Quia ſcientiæ ſpeculatiuæ ſolùm ſunt tria genera, ſub quibus reliquæ ſcientiæ ſpeculatiuæ continentur: ſed ſcientiæ morales ſub nullo illorum generum continentur: ergo non ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ. Maior patet *1. Argum.*

Digitized by Google

ex Ariſt. 6. Metaph. textu 1. Minor probatur. Nam non pertinent ad Mathematicas, quæ agunt de quantitate, neque ad Metaphyſicam, quæ agit de ente in communi, neque ad Phyſicam, quę agit de ente mobili: ergo &c. Et confirmatur hoc argumentũ: quia omnes ſcientiæ habent aliquam abſtractionem: ſed iſtæ ſcientiæ morales nullam habent abſtractionem illarum trium, quas modo retulimus: ergo &c. Maior patet, quia de natura ſcibilis eſt, quòd ſit immateriale & abſtractum. Minor probatur: Nam quia non agunt de ente in communi, non abſtrahunt ab omni materia: & quia non agunt de ente mobili, non abſtrahunt ſolum à ſingulari materia ſenſibili: quia verò non agunt de quantitate, non abſtrahunt à materia ſenſibili, & nullã aliã abſtractionem poſſunt habere: ergo &c.

2. Argum. Secundum argumentum. Principia huius ſcientiæ moralis ſunt practica, ſcilicet: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris & alia huiuſmodi, quæ dictat ſynderesis: ergo, &c. Concluſiones etiam ſunt practicæ, nam concluſiones ſapiunt naturam principiorum: ſcientiæ namque ſpeculatiuæ principia habent ſpeculatiua, ergo quæ habent principia practica, practicæ ſunt.

3. Argum. Tertium argum. Scientia diuiditur ſecundum Ariſt. 6. Metaphyſicæ in practicã & ſpeculatiuam: ſed nõ eſt alia ſcientia, quæ poſſit dici practica, niſi moralis: ergo illa eſt practica. Probatur minor. Nã ars domificatoria non eſt ſcientia practica: nam non eſt ſcientia, ſiquidem non procedit per demonſtrationem: domificator ſiquidem, vt ſic, caret demonſtrationibus, ſiquidem caret Logica, & idẽ eſt dicendum de cæteris habitibus practicis: ergo hæc ſola eſt practica.

4. Argum. Quartò. Illa eſt ſcientia practica, quæ docet operari: ſed Philoſophia moralis docet operari: ergo eſt practica. Maior patet: Nam finis ſcientiæ practicæ, vt modo oſtenſum fuit, opus eſt. Minor probatur: nam hæc eſt demonſtratio moralis: Bonum eſt faciendum; colere parentes eſt bonum: ergo eſt faciendum. Sed hæc demonſtratio docet operari, quia docet parẽtes colere: ergo &c. Et confirmatur: Quia in tota ſcientia morali nulla paſſio demõſtratur de ſubiecto, vel aſſignetur hæc paſſio: ergo eſt operatiua, & non ſpeculatiua: Si enim eſſet ſpeculatiua, multas de ſuo ſubiecto deduceret paſſiones.

5. Argum. Quintum argumentum: D. Thom. 1. p. q. 1 art. 4 argumento ſecundo, concedit, Philoſophiam moralem eſſe practicam: Nam proponit argumentum ad probandum Theologiam eſſe practicam, quia tractat de lege veteri, & noua: Lex autem pertinet ad ſcientiam moralem, quæ eſt practica: & concedit totum, quod probat argumentum. Vbi concedit, Theologiam eſſe practicam, & ſpeculatiuam. Vnde videtur relinquere pro certo, Philoſophiam moralem eſſe practicam.

6. Argum. Sextũ argumentũ eſt ex varijs authoritatibus Ariſtotelis, & D. Thom. deſumpiũ. Nam Ariſt. 1. Ethicorũ, D. Th. lectione tertia, poſtquam præmiſerat iuuenẽ non eſſe aptum auditorem moralis ſciẽtiæ, quia caret experientia, ſubiungit: neque paſſionum ſectator: quia inaniter audiet, & inutiliter, quia finis huius ſciẽtiæ eſt non cognitio, ſed actus: ergo ſcientia moralis eſt practica ex aſſerta ſententia Ariſtot. quandoquidem habet pro fine non cognitionem, ſed actionẽ: Finis verò ſpeculatiuæ ſciẽtiæ eſt cognitio veritatis. Et in eodem 1. lib. aſſerit Ariſtot. quod finis huius ſcientiæ opera ſunt; quapropter non eſt tractandum in hac ſcientia de quæſtionibus, quæ non pertineant ad opus: ergo eſt ſcientia practica, quandoquidem habet pro fine opus: & hoc ſępiſſimè repetit in Ethicis. *Varia loca S. Thomæ.* D. Th. etiam ſæpiſſimè hoc videtur dicere, quod ſit ſcientia practica: Nam lectione 4 in lib. 1. Ethicorum ex Ariſt. dicit, quod qui à poſteriori nouit, ſcilicet, per experientiam, quod concupiſcentiæ per abſtinentiã ſuperantur, non erit neceſſe cognoſcere hoc à priori ad operãdũ. Vnde videtur dicere D. Thom. quod finis demonſtrationis à priori, quæ habetur in hac ſcientia, ordinatur ad operandum: & iſta cognitio ſuppletur per cognitionem à poſteriori; quia ita æque bene dirigit ad operationem, ſicut prima. Et in eodem libro primo, lectione, 17. inquit D. Thom. etiam ex eodem

Ariſt.

Ariſt. quòd in hac ſcientia morali, quæ eſt operatiua, abſtinendum eſt à quæſtionibus, quæ ſunt extra opera. Eſt igitur ſcientia moralis practica, ſiquidem ſibi vendicat pro fine operationem. Et in eodem libro lectione 3. aſſerit, hanc ſcientiam procedere modo compoſitiuo applicando vniuerſalia principia ad particularia, vbi eſt actus ergo eſt practica ſcientia: Nam quid aliud requiritur, vt ſit practica, niſi modo compoſitiuo procedere? Et in eodem libro lectione ſecunda aſſerunt Ariſtot. & D Thom. quod Politica ſit nobiliſſima omnium ſcientiarum: (Quod explicat D. Thom. omnium ſcientiarum practicarum: Nã ſpeculatiuarum Metaphyſica eſt nobiliſſima.) Sed Politica eſt pars ſcientiæ moralis, & eſt practica: ergo omnes morales ſcientiæ erunt practicæ: quia eadem eſt de omnibus ratio. Et hoc aſſerit Diuus Thom ſæpiſſimè, de quo aliquid diximus, quæſtione 12 Et præterea Diuus Thom. & Ariſtoteles 6. Metaphyſicæ textu primo, dicunt expreſsè, ſcientias morales eſſe actiuas ſcientias, & earum principia eſſe in agente, non in ipſis moribus, cuiuſmodi principium eſt electio: ergo non eſt ſcientia ſpeculatiua moralis, ſed practica: Nam apud Ariſtot. ſcientia actiua diſtinguitur contra ſpeculatiuam, vt patet libro primo Metaphyſicæ lectione 3. apud Diuum Thom. vbi Ariſt. & D. Thom probant Metaphyſicam eſſe ſpeculatiuam: quia nõ eſt actiua. Et probant non eſſe actiuam: quia in Metaphyſica quæritur ſcire propter ſeipſum, non verò propter opus, quomodo quæritur in ſcientia actiua; ergo res indubitata apud Ariſt. & Diuum Thom. cenſetur, ſciẽtias morales eſſe practicas actiuas. Propter has Ariſt. & D. Thom. authoritates, vellem quidem ſcientias morales, Ethicam, Politicam, & Oeconomicam ſic conſtituere in ordine ſcientiarum ſpeculatiuarum, vt practici rationem ab eis non ſepararem: ſicut ſolent nonnulli de Theologia cenſere, quòd ſit formaliter ſpeculatiua, eminenter verò practica: Ita vellem dicere, ſcientias morales formaliter eſſe ſpeculatiuas, eminenter verò practicas. Itaque eſſe ſpeculatiuum ſit differentia ſcientiæ finitæ,

Nota mentem Authoris.

quæ ſpeculatiua ratio non quomodocũque excludit practici rationem, ſed ſolũ non compatitur ſecum practicum, quod eſt proxima regula operis. Itaque practicũ, qđ ſit proxima regula operis, & ſpeculatiuum, quod ſit proxima regula ſpeculationis, quia ſunt differentiæ oppoſitæ, non ſe compatiuntur in eodem habitu finito. Practicum verò & ſpeculatiuũ, modo iam dicto, bene ſe compatiuntur in eodem habitu. Quod ſit proxima regula ſpeculationis moralis ſcientia, patet, quia tota verſatur in definienda natura vltimi finis, virtutum omnium, quibus finis conſequitur, & hoc reſolutiuo modo, vt iam videbimus. Quod verò ſit practica eminenter probatur: quia dirigit ad opus & non proximè & formaliter, quia ſic deberet eſſe regula proxima operis, quod non habet. Non enim inclinat, quomodo ſit hic & nunc operandũ. Quod verò dirigat ad opus, probatur: Nam agit de vltimo hominis fine, & de mediis ad eius conſequutionem; ſed ex ratione finis mediorum ratio ſumitur, & ex mediis ad finem conſequendum deuenitur: ergo ex proprio obiecto habet voluntatem ad finis conſecutionem dirigere aliquo modo, quod vocamus practicum eminenter. Et ad hoc non requiritur infinitum lumen, neque lumen ſuperioris ordinis, quia non eſt formaliter practica, & proxima regula operis, licèt per ſe ſit regula operis, quia illud habet ex proprio obiecto. Et quod quæſtione præcedenti reputabamus impoſſibile, ſcilicet aliquam ſcientiam finitam & naturali lumine procedentem, eſſe ſimul practicam, & ſpeculatiuam, intelligitur, dummodo ſit formaliter practica, & formaliter ſpeculatiua, & proxima regula operis & ſpeculationis, quia ad hoc non ſufficit lumen finitum & naturalis ordinis. Pro quo vide ſapientiſſimum Magiſtrum Bannes 1. part. quæſtion. 7. articul. 4. concluſione vltima. Et non videtur diſcordare à D. Thom. in hoc loco: Nam propoſito argumento, de ſcientiis moralibus, quod eſſent practicæ, & conſequẽter Theologia deberet eſſe practica, reſoluendo Theologiam eſſe ſpeculatiuam, & practicam, ſed magis ſpeculatiuam, inſolutum relinquit argumẽtum

Modificatio dictorũ in precedẽti quæſtione.

Locus D. Th. urgens.

tum innuens in hoc, quòd eodem modo proportionaliter ſe habent ſcientiæ morales. Et ita etiam videtur cenſere Soto quæſt. 4. qui dicit has ſcientias eſſe practicas, licèt non ita ſicut artes: Vellem, inquam, hoc ſuſtinere, niſi nouum hoc eſſet: Nam etiam in minimis ſummopere nouitatem fugio, quæ ad falſitatem maximè aditum præbet. Si tamen alicui videbitur hanc ſequatur viam. Nam nullum aliud inconueniens habet, niſi nouitatem. In hac quæſtione etiam Doctorum ſententiæ diſcrepant. Petrus Oxonię, in principio Ethicorum, & Iauellus, & ferè omnes ſupra aſſerũt, has ſciẽtias eſſe practicas omnino: & nullam aliã rõnem adducunt, niſi, quia ad actus ordinantur. Alij cenſent hanc ſcientiam practicam quidem eſſe, ſed non ſic adeo, vt ars & prudentia. Quam opinionem ſequitur ſapientiſſimus Magiſter Soto quæſtion. 4. Procœmiali, & Bannes loco ſupra citato ſolutione ad ſecundum, vbi dicit huius rationem eſſe, quia reducit ſuas concluſiones ad principia vniuerſalia practica, quæ ipſa ſynderesis naturaliter dictat, in communi inclinat ad operandum ſecundum illa principia: ſicut etiã dicitur habitus practicus ſynderesis, licèt nõ exequatur opera, niſi mediis virtutibus: ita etiam dicitur, licèt hæc ſciẽtia ſeipſa non operetur, ſed mediis virtutibus: quia in cõmuni inclinat ad operandum, eſt practica Et hac ratione etiã Theologia eſt practica. Sapientiſſimus Magiſter Medina, & alii 1. par. quæſt. 1. art. 4. cenſent eſſe ſcientias morales ſpeculatiuas.

Modeſtia Auctoris. *Controuer. 1. Opinio. Iauelli.* *2. Opinio Soto, & Bannes.* *3. Opinio Medina.*

Et pro huius ſententiæ intelligentia notandum eſt, quod obiectum ſcientiæ moralis (& dicitur moralis, quia tractat de virtutibus, quæ ex more & conſuetudine acquiruntur, vt inquit Ariſt. 1. Ethicorum) ſecũdum D. Tho. proœmio Ethicor. eſt operatio humana ordinata in finem, vel homo prout eſt voluntariè agẽs propter finem. Vocatur autem operatio humana, quæ à volũtate libera procedit, ſecundũ quod dictat ratio & intellectus. Vnde operationes hominis, quę non ſubduntur voluntati, & ordini rationis, non dicuntur humanæ, ſed naturales, vt operationes partis vegetatiuæ. Nam hæc pars nullo modo eſt rationalis, nec eſſentialiter, nec participatiuè; quia non obedit pars vegetatiua rationi. Et ita illud, quod Cõmentator 8. Phy. in principio vocat operationes voluntarias, quas dicit eſſe obiectum huius libri: D Thomas vocat operationes humanas: & ſunt obiectum huius libri moralium, quia de virtutibus, & reliquis, de quibus conſiderat moralis ſcientia, ſuſcipitur diſputatio in ordine ad hominem operantem liberè propter vltimum finem.

Not. pro Medina. *Quæ operatio humana.*

Præterea notandum, quòd hæc moralis ſcientia habet tres partes. Vna vocatur Ethica ſeu Monaſtica, in qua agitur de homine voluntariè operante in ordine ad ſeipſum. Alia vocatur Oeconomica, in qua tractatur de homine voluntariè operante in ordine ad domeſticam multitudinem. Tertia pars eſt Politica, vbi tractatur de homine operante liberè & moraliter in ordine ad ciuitatem, & preſcribitur modus, quomodo ſe gerere debeat erga illam. Tota ergo controuerſia eſt in hoc; Nam aliqui dicunt. notitiam, quæ de his habetur, ordinari ex natura ſua ad opus, etiamſi ſit demonſtratiua notitia. Alii verò dicunt ſolũm ex natura ſua ordinari ad obiecti cognitionem: Quod verò ſequatur operatio, eſt per accidens, & remotè, ſicuti ſequitur operatio ad cognitionem naturæ animæ rationalis: ſit ergo

Nota. *Tres partes ſcientiæ moralis.* *In quo conſiſtat controuerſia.*

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: Philoſophia moralis eſt ſpeculatiua, & non practica. Hæc concluſio primò probatur authoritatibus Ariſtot. & D. Thomæ. Ariſtot. enim lectione 3. apud Diuum Thomam aſſerit, modum procedendi in hac ſcientia non eſſe tam certum, ſicut in aliis ſcientiis, quia materia hoc non patitur; & eſſe indiſciplinati ingenii, quærere æqualem certitudinem in omnibus, diſciplinati verò quærere illam, quam patitur materia, certitudinem; ſicuti ſi quis quæreret Mathematicum perſuadentem, & Rhetoricum demonſtrantem;

1. Concluſ. *Varia loca D. Thom. & Ariſt.*

Digitized by Google

tè: ergo hæc ſcientia procedit demonſtratiuè: ſed finis demonſtrationis eſt reſoluere concluſiones in ſua prima principia, quod eſt procedere modo ſpeculatiuo, & reſolutiuo: ſi enim eſſet practica, modo cōpoſitiuo procederet, quod repugnat modo procedendi per demonſtrationem: ergo eſt ſpeculatiua ſcientia, & non practica. Et in hac authoritate comparat Ariſt. hanc ſcientiam ſpeculatiuis: ergo eſt ſpeculatiua: comparatio enim debet eſſe inter ea, quæ ſunt eiuſdem rationis. Nec ualet dicere, quod illa demonſtratio ordinatur ad opus; quia modus procedendi practicus, qui tendit ad ſingularia, eſt oppoſitus modo procedendi demonſtratiuè, qui reſoluit concluſionem in principia vniuerſalia; & ſecundum hāc rationem non eſt ordinabilis iſte modus ad opus. Et lectione 4. aſſerit D. Thomas ex Ariſ. ibidem, quod in hac ſcientia modò proceditur à principiis, & cauſis ad effectus, modò ab effectibus ad cauſas. Primo modo proceditur in demōſtratione à priori, ſecundo modo à poſteriori: ergo moralis ſcientia eſt ſpeculatiua; ſiquidē eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem, & procedit reſolutiuo modo, quod nō poteſt competere habitui practico, vt ſupra dictum fuit.

Fuga.

Impugnatio.

At D. Thomas ſuper Boetium de Trinitate opuſ. 70. art. 1. dicit in hæc verba: Quod quamuis ſcientia moralis ſit propter operationem, tamen illa operatio non eſt actus ſcientiæ, ſed virtutis, vt patet 5. Ethicorum. Ex quo ſic argumentor: Si eſſet ſcientia practica, ex neceſſitate deberet virtutis actus fieri ab illa: quia ſcientia practica eſt operatiua actus, ad quem ordinatur, & ſi non eſt, quid vult dicere Diuus Thomas, cùm aſſerit, quod ſcientia moralis eſt propter operationem? Respondetur dupliciter, vno modo, quod eſt propter operationem ſpeculandam, nam reſpicit operationem, & non facit illam: ergo ſpeculatur illam. Secundò dico, quod eſt ab extrinſeco propter illam, vt dicemus cōcluſione ſecunda.

Obiectio.

1. Solutio.

2. Solutio.

Vltimò argumentor auctoritate D. Hieronymi qui homilia 1. ſuper Cantica diuidit Philoſophiā in philoſophiam Naturalem, Ethicam, & Rationalem, & eſt antiquiſſima diuiſio hæc. Ex quo ſic argumentor: Philoſophia, quæ ſic diuiditur, eſt habitus & finitus: ergo practicus, vel ſpeculatiuus. Si ſpeculatiuus; ergo Philoſophia moralis eſt ſcientia ſpeculatiua, nam de illa prædicatur Philoſophia, quæ ſic diuiditur. Si eſt practicus; ergo philoſophia naturalis, & Logica ſunt habitus practici, quod eſt falſum. Conſequentia probatur, quia de illis prædicatur diuiſum. Si dicas, quod abſtrahit à practico & ſpeculatiuo; contra, diuiſio habituum ſic eſt facienda: habitus alius eſt operatiuus, alius non operatiuus: rurſus habitus operatiuus alius practicus, alius ſpeculatiuus, in quiro, an illa philoſophia diuiſa contineatur ſub habitu operatiuo: & apertū eſt contineri: ergo vel eſt practicus, vel ſpeculatiuus; nec poteſt abſtrahere, nam prior eſt diuiſio habitus in practicum, & ſpeculatiuum, quàm ſit diuiſio philoſophiæ in Naturalem, Ethicam, & Rationalem: & ſic philoſophia ex neceſſitate continetur ſub ſpeculatiuo habitu.

Fuga.

Impugnatio.

Præterea probatur concluſio rationibus. Primò, de natura virtutum, & de vltimo fine, & de actione voluntaria, de quibus tractat hæc ſcientia, poteſt eſſe aliqua ſcientia ſpeculatiua, quæ illarum naturā demonſtret, cuius finis ſit illa ſpeculari: at non alia, niſi philoſophia moralis: ergo philoſophia moralis eſt ſcientia ſpeculatiua, quæ de his tractat. Maior patet: quia ſupra dicta habēt eſſentiam, & paſſiones ſcibiles de ipſis. Minor probatur: Nam da tu in lumine naturali ſiſtendo, quænam alia ſcientia de his tractare poſſit.

Præterea, hæc ſcientia habet multas demonſtrationes, nam quòd bonum omnia appetant demonſtrat, ſimiliter quod omne agens morale agit propter finem, & alias innumeras, quas recenſere longum eſſet: ſed huiuſmodi demonſtrationes ſunt eiuſdem rationis cum aliis; ergo habent eundem finem in quantum ſunt demonſtrationes: ſed finis demonſtrationis eſt ſpeculari veritatem de ſubiecto ſcientiæ, quod non habet

habet ſcientia practica: ergo hæc ſcientia moralis eſt ſpeculatiua.

Præterea, huius ſcientiæ finis non eſt operari, ſed ſpeculari veritatem: ergo eſt ſcientia ſpeculatiua. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens: Nam operatio virtutis non fit ab ipſa ſcientia morali, ſed à virtutibus, à Temperantia, verbi gratia, & cæteris. Propter quod Philoſophus, qui optimè nouit naturam virtutum vltimi finis, poteſt eſſe malus homo, vitiis deditiſſimus, quia non habet virtutes, quibus rectè fiunt opera ſtudioſa.

Præterea, quod de virtutibus pertractat D. Thomas 1.2. & 2.2. & de vltimo hominis fine, pertractat Ariſtot. libris Ethicorum, & eodem modo; ſed D. Thomas ibidem tractat ſpeculatiuo modo earum naturam demonſtrando: ergo & Ariſt tractat etiam ſpeculatiuo modo; eſt ergo Philoſophia moralis ſcientia ſpeculatiua. Si dicas, quod Theologia eſt practica & ſpeculatiua; contrà. nam Philoſophia, cum ſit luminis finiti, non poteſt vtramque rationem habere propriè: ergo quando pertràctat naturam virtutum, ſolum eſt ſpeculatiua: quia practicæ rationem habere nõ poteſt, ſicuti Theologia.

Fuga. Impugnatio.

Præterea: finis uirtutum eſt operatio bona, & ſtudioſa: ergo non eſt finis Philoſophiæ moralis eadem operatio bona. Probatur conſequentia: quia idem obiectum formaliter non poteſt reſpici à duobus habitibus ſpecie diſtinctis, cuiuſmodi ſunt virtutes, & ſcientiæ morales. Et confirmatur; quia vel obiectum huius ſcientiæ eſt operatio ſtudioſa in communi, vel in particulari: Hoc ſecundum non, quia virtutes reſpiciunt opera bona in particulari. Vel in communi, et hoc non; quia ſic omnes virtutes eſſent inferiores quidditatiuè ad ſcientiam moralem, ſaltem ex parte obiecti; ſiquidem obiectum earum eſt quidditatiuè inferius. Et confirmatur: Nam actus huius ſcientiæ eſt cognitio operationis voluntariæ, & virtutum; ſed iſte actus non eſt operari, ſed ſpeculari: ergo hæc ſcientia eſt ſpeculatiua. Probatur minor ex ſupra dictis, quia aliàs per iſtam ſcientiam ſine virtutibus poſſet bonum operari, quod eſt falſiſſimum. Dices, quod concurrit hæc ſcientia ad bona opera, etiamſi virtutes cõcurrant tamquam cauſa ſuperior. Sed contrà: non habet ordinem ad virtutes cauſæ ſuperioris: ergo, &c. Probatur antecedens, quia homo p ſynderesim, quæ eſt velut cauſa vniuerſalis, & habitibus virtutum, ſufficientiſſimè poteſt opera virtutum exercere. Et confirmatur hæc ratio: Nam ſi ſunt ſcientiæ practicæ, vel factiuæ, vel actiuæ. Sed non factiuæ, quia eſſent artes: Non actiuæ, quia ſi ſunt actiuæ, vel producunt opera ipſa virtutum: & hoc non, aliàs eſſent virtutes ipſæ; vel aliæ diſtinctæ, & nec hoc, quia iſta non ſunt dabilia: non ergo ſunt ſcientiæ practicæ, ſed ſpeculatiuæ. Et ſi fiat argumentum de Theologia, quę demonſtrat de virtutibus multa, & tamen eſt practica; reſpondetur, quod Theologia eſt quædam participatio diuinæ ſcientiæ, & ita habet munus practicæ, & ſpeculatiuæ ſcientiæ, & eſt utrumque formaliter eminenter; quod in Philoſophia locum non habet: Synderesis uerò ad omnia virtutum opera concurrit, vt principiorum habitus, & velut cauſa vniuerſalis neceſſariò; ſicuti ad ſcientias ſpeculatiuas eſt neceſſarius ſpeculatiuorum principiorum habitus.

Solutio. Impugnatio. Obiectio. Solutio.

Secunda concluſio: Ad cognitionem ſpeculatiuã, quæ eſt finis huius ſcientię, conſequitur aliquando operatio ſtudioſa, & potiori ratione, quam ad cognitionem animæ rationalis, & ita habet maiorem connexionem recta operatio cum hac ſpeculatiua ſcientia, quàm cum reliquis ſcientiis ſpeculatiuis.

Probatur concluſio: Nam (ut ait Cicero in Officiis) tam pulchra virtus eſt, vt ſi eam oculis corporeis videremus, admirabiles ſui amores in nobis excitaret. Et ita cùm hæc ſciẽtia de pulchritudine virtutis pertractet, & de homine operante propter beatitudinẽ, & vltimum finem, peculiari quadam ratione habet ad virtutem allicere, & dirigere. Verùm hoc conſequitur ad ſpeculatiuam cognitionem: Operatio enim virtutis in hac ſcientia connectitur non tam-

Virtutis pulchritudo.

tamquam finis, ad quem hæc ſcientia ex natura ſua ordinatur, ſed tamquam effectus per accidens, qui aliquando ſapit aliquid proprii propter maiorem connexionem, quam habet virtutis operatio ſtudioſa cum cognitione naturæ eiuſdem, quam cum cognitione immortalitatis animæ; Idem enim obiectum eſt materialiter huius ſcientiæ, & virtutis in communi, & operationis ſtudioſæ, ad modum, quo eſt idem obiectum materiale artis domificandi, & ſcientiæ, qua eiuſdem domus natura cognoſcitur, per reſolutionem in ſua principia. Et ita propter hanc materialem cognationem & affinitatem magis hæc ſcientia allicit ad virtutem, quàm reliquæ ſpeculatiuæ.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum argumentum reſpondetur, quòd obiectum huius ſcientiæ eſt homo liberè operans propter finem, ſeu operatio recta hominis propter finē. Et ita reducitur hæc ſcientia ad ſcientiam phyſicam, & abſtrahit à materia ſenſibili ſingulari, circa hoc ſubiectum. Non enim hæc ſcientia habet immaterialitatem, quia includit in ſui ratione ſenſibilem materiam; nam conſiderat hominem liberè operantem, prout mouetur motu iræ, & triſtitiæ, & prout in paſſionibus his medium conſtituit per virtutes: Huiuſmodi enim paſſiones non ſunt ſine qualitatibus ſenſibilibus. Cæterum, quia obiectum quod, eſt diuerſæ rationis, ita etiam iſta materialitas eſt alterius rationis, & non ita materiale hoc obiectum, ſicuti obiectum Phyſicæ. Hæc tamen ſcientia ad illud genus ſcientiæ reducitur, ſicut multæ aliæ ſcientiæ mediæ ad illud reducuntur. Et per hoc patet ad confirmationem.

Obiectum ſciētiarum moralium quid?

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quòd principia huius ſcientiæ ſunt ſpeculatiua, ſicuti & concluſiones; ſicuti ſunt principia omnium aliarum ſcientiarum: Nā hæc, ſicuti illæ, ſpeculatiua eſt: illa enim ſunt principia moralium virtutum, quæ recta opera exequuntur.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod ibi habitus diuiditur in practicū, & ſpeculatiuum, vt duodecima quæſtione, ſolutione ad primum, & prima concluſione dictum fuit.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, Philoſophiam moralem totam verſari in conſiderando naturam vltimi finis, & virtutum, de quibus multa demonſtrat: Vt, quod beatitudo hominis non poſſit in di uitiis conſiſtere, quòd virtus in medio conſiſtat, & quòd virtuti honor, & præmium debeatur, & alia huiuſmodi: Si au tem ad hanc ſcientiam cōſequitur recta operatio, hoc eſt modo iam à nobis dicto in ſecunda concluſione. Et per hoc patet ad confirmationem.

Ad 5 arg. Ad quintum reſpondetur, quòd, licèt lex ſit aliquid practicum, tamen naturā legis conſiderare, & eius paſſiones, hoc ſit ab hac ſcientia ſpeculatiuo modo, D. verò Thomas nec aſſeruit, nec negauit ſcientias morales eſſe practicas in 1. par. q 1 art 4. quia illud non multum ad ſuum propoſitum attinebat.

Ad 6. arg. Gloſſantur varia loca D Thom. Ad ſextum, & ad primam auctoritatē reſpondetur, quòd finis per accidens cō ſecutus, vt dictum eſt ſecunda concluſio ne, eſt operatio, & qui ſectantur paſſiones non conſequuntur hunc finem, qui eſt operari rectè, licèt conſequantur intrinſecum finem, qui eſt naturam virtutum & operationis humanæ cognoſcere: Poteſt enim bonus Philoſophus eſſe malus homo, nec eſt aptus auditor, paſſionum ſectator, ad hunc finem ſecun darium conſequendum. Ad ſecundam au ctoritatem reſpōdetur, quòd opera ſunt finis per accidens huius ſcientiæ. Et non ſunt in hac ſcientia diſputandæ quæſtio nes, quæ nōn pertineant ad opus, quia obiectum huius ſcientiæ eſt actio huma na: & non ſunt aliæ tractandæ quæſtiones, niſi quæ ad cognoſcendam perfectè actionis humanæ naturam conducant, ſpeculatiuè tamen eſt hoc agendum. Ad tertiam auctoritatem D. Thomæ reſpon detur, quòd ibi agit de fine ſecundario, & per accidens huius ſcientiæ: Ad illum enim conſequendum non eſt neceſſaria cognitio à priori, ſed ſufficit cognoſcere illud quomodocumque: nā per fectè

Digitized by Google

fectè poteſt aliquis virtutibus ſine hac ſcientia eſſe præditus. Ad quartam Diui Thomæ auctoritatem reſpondetur, quòd vocatur operatiua hæc ſcientia ratione dicta in ſecunda concluſione. Et ſi fiat argumentum, ſequitur, quod ſciētia de anima ſit dicenda operatiua, quia ſequitur aliquando ex illa operatio; Reſpondetur, quòd non tam frequenter (vt dictū eſt ſecunda concluſione) nec eodem modo. Ad quintam auctoritatem Diui Thomæ reſpondetur dupliciter. Primò quòd loquitur reſpectu finis ſecundarii. Secundò reſpondetur (& hæc ſolutio poteſt his omnibus authoritatib⁹ accōmodari) quod loquitur D. Thomas de Prudentia; & hanc vocat ſcientiam moralem, ſeu cognitionem moralem, quæ ordinatur ad opus, & procedit modo compoſitiuo. Et vehementer ſuſpicor hunc fuiſſe D. Thomæ ſenſum, & magis patebit reſpondendo ad ſextam auctoritatem, in qua apertè loquitur de prudentia politica, quæ eſt omni Prudentia excellentior: quia habet finem excellentiorem: Nam vt patet 2. 2. quæſt. 47. art. 11. & quæſt. 50. per totam quæſtionem, triplex eſt Prudentia, monaſtica, œconomica, & politica. Et hæc vltima eſt excellentior, vt ibi videre licet. Et Petrus Borgomenſis tabula aurea, verbo Scientia, has Prudentias ſcientias morales vocat: & dicit politicam, ſeu ciuilem eſſe nobiliorem ex nobiliori fine: Et ad hoc probandum citat D. Thomam ſupra dicto loco, qui ibidem de Prudentia ſermonem facit. Ad vltimum locum reſpondetur, quod ibidem Ariſtot. non loquitur, niſi de ſcientiis actiuis; hæc autem ſunt diuerſæ Prudentiæ ſpecie. Vel ſi ſcientias, quas morales vocamus, actiuas vocat, eſt ratione finis ſecundarii, & per accidens. Et de hac quæſtione nolo amplius ſermonem facere, quia multum limites logicales excedit, quamuis in Dominicanis Gymnaſiis in logicalibus concluſionibus diſputari ſoleat; qua etiam de cauſa ſequentem etiam diſputabimus quæſtionem.

Inſtantia.

Solutio.

1. Solutio.

2. Solutio.

QVÆSTIO. XV.

Vtrum praxis ſit in intellectu.

IN hac quæſtione difficili diuerſiſſimæ ſunt Metaphyſicorum ſententiæ. Herueus quodlib. 1. quæſtio. 3. ad 2. refert opinionem quorundam negantium actus intellectus eſſe praxim; ſed praxis, inquiunt, eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus, quia actus, qui dicitur praxis, à qua intellectus dicitur practicus, debet eſſe actus alterius potentiæ ab intellectu, & ſic poſterior actu intellectus, & ſic natus elici conformiter notitiæ intellectus: ſed omnis talis actus eſt voluntatis elicitus vel imperatus: ergo &c. Prima pars maioris probatur: Nam intellectus extenſione fit practicus. Secunda pars probatur, quia actus practicus regulatur ab intellectiua notitia: ergo eſt poſterior: quia omne regulatum eſt poſterius ſua regula. Vltima pars Mai. probatur, quia debet regulari per notitiam intellectus: ergo debet eſſe conformis illi: nam regulatum conforme debet eſſe ſuæ regulæ. Probatur minor illa: quia omnis actus, qui eſt praxis, debet eſſe in poteſtate noſtra eum facere ſed talis eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus. Herueus ipſe ponit ſuam opinionem, quę ſic habet. Dicit ergo, quòd praxis, à qua dicitur habitus practicus, eſt operatio imperata, ad quam comparatur notitia practica, vt directiuum, effectiuè incluſa in per ſe obiecto habitus practici, vel intellectus practici. Dicitur imperata, quia actio intellectus elicita, vt ſic, non eſt praxis alias omnis operatio intellectus, vt elicita eſſet praxis, quia omnis notitia intellectus eſt elicita ab ipſo. Ergo ſi vt elicita eſt praxis, omnis actio intellectus eſt praxis, & nulla erit ſpeculatio, quod falſiſſimum eſt. Dicitur autem, ad quam cōparatur effectiuè; quia imperium intellectus reſpectu operationis imperatæ nihil aliud eſt, quàm regulare & dirigere effectiuè operationem illam. Dicitur autem incluſa in per ſe obiecto illius:

Controuerſia.

1. Opinio.

2. Opinio. Heruei.

quia

quia praxis, vel obiectum practicabile, eſt obiectum ſcientiæ practicæ. Dicit tamen iſte author, quod praxis poteſt eſſe actio neceſſaria; ita vt libertas non ſit de intrinſeca ratione actus practici, ſeu praxis.

3. Opinio. P. Mancij. Ordinis prædicatorum.

Sapientiſſimus Magiſter meus Frater Mancio de Corpore Chriſti, vir & ingenio & eruditione inſignis, atque vitæ ſanctitate clariſſimus 1. par. q. 1. art. 4. tenet, definitionem Scoti, quam praxi aſſignat, rectam eſſe. Et quidem hæc praxis definitio communiter à Metaphyſicis defenditur.

Inſtantia.

Et ſi fiat argumentum; nam operatio intellectus eſt praxis, malè ergo dicit Scotus, quòd debet eſſe operatio alterius potentiæ ab intellectu:

Solutio.

Reſpondetur, quòd ille eſt actus intellectus imperatus à voluntate, & liber. Et quãdo Scotus dicit, quod debet eſſe operatio alterius potentiæ ab intellectu, intelligitur, quod eſt actus elicitus vel imperatus. Et cum Scotus dicit debere eſſe operationem poſteriorem intellectione, rectè dicit, quoniam operatio voluntatis poſterior eſt intellectione. Quam etiam opinionem vide in Iauello 6. Meta. quæſtio. 4. vbi & praxis definitio explanatur.

4. Opinio. Soncinatis.

Soncinas 6. Meta. aſſerit operationem intellectus poſſe eſſe praxim.

Deciſio quaſtionis.

1. Concluſ. Contra Scotum.

PRo veritatis ergo explicatione ſit prima concluſio: Definitio, quam Scotus praxi aſſignat (vt refert Soto q. 4 procem.) non eſt bene aſſignata. Et probatur: nam definitio ſic habet: Eſt actus alterius potentiæ, quàm intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit rectus. Hæc definitio longiſſima eſt, debet autem omnis definitio breuiſſima eſſe, ex genere & differentia conſtans, vel aliquo huiuſmodi vicem gerente: nec omnes ſolutiones argumentorum in definitionibus ſunt inculcandæ. (qui definiẽdi mos ſatis familiaris eſt Nominalibus.) Et præterea, non conuertitur cum definito: ergo non eſt bona. Côſequentia eſt euidẽs, & probatur antecedens: Nam actus vitii eſt praxis, vt odium Dei, & proximi, & tamen non eſt conformis rationi rectæ; nulla enim ratio recta dictat Deum, & proximum odio proſequendos. Item etiam, quia, vt iam videbimus, actus intellectus eſt praxis; non ergo eſt neceſſe, quod ſit actus alterius potentiæ ab intellectu.

Reiiciũtur Soncinas, et Iauellus.

Et ex hoc ſequitur definitionem Soncinatis, & Iauelli, & reliquorum Metaphyſicorum, qui ponunt, praxim oportere eſſe actionem rectam, conformem rationi rectæ, nihil valere, niſi intelligatur de praxi, quæ eſt virtutis actus, quod non dicit definitio, quam ipſi exhibent, nec intendunt definire, niſi praxim in genere, & non in particulari praxim bonam, ſeu actum practicum bonum. Nec poteſt dici, quod facilè poſſit adaptari actui vitioſo, quia conſtat ex contrariis particulis, niſi dixeris definitionem virtutis facilè poſſe applicari vitio, quo quid abſurdius?

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Praxis eſt actus, qui regulatur per habitum practicum, & per ipſum dirigitur, vt fiat.

Explicatio concluſionis.

Et pro explicatione huius concluſionis notandum eſt, quod aliquis actus poteſt dici actus habitus alicuius dupliciter. Vno modo, quod ſubſtantia illius actus & regula ſit ab illo habitu. Alio modo, quod ſubſtantia actus non ſit à virtute, ſed regula dumtaxat, & quia regulatur à tali habitu, dicitur ille actus talis habitus actus.

Exemplũ.

Exemplum primi in Iuſtitia, & Temperantia, in quibus actus Iuſtitiæ, & Temperantiæ ſunt ab habitibus ſecundum ſubſtãtiam, quia producuntur ab ipſis habitibus, & etiam regulantur ab illis, quia ipſis confirmantur.

Exemplũ.

Exemplum ſecundi in religione: Nam oratio eſt actus virtutis religionis; oratio verò ſecundum ſubſtantiam eſt actus intellectus: & ita non poteſt ſecundum ſubſtantiam produci à religione, quæ eſt habitus exiſtens in voluntate; Nihilominus, quia religio ordinat illum actum intellectus in cultum Dei, & regulat ipſum, dicitur actus religionis. Et hoc magis patet in primo actu virtutis acquiſitæ, vt abſtinentiæ, verbi gratia, qui dicitur actus abſtinentiæ: non quia producatur ab habitu abſtinentiæ, qui tunc non

eſt:

Digitized by Google

fectè poteſt aliquis virtutibus ſine hac ſcientia eſſe prædi tus. Ad quartam Diui Thomæ auctoritatem reſpondetur, quòd vocatur operatiua hæc ſcientia ratione dicta in ſecunda concluſione. Et ſi fiat argumentum, ſequitur, quod ſciẽtia de anima ſit dicenda operatiua, quia ſequitur aliquando ex illa operatio; Reſpondetur, quòd non tam frequenter (vt dictũ eſt ſecunda concluſione) nec eodem modo. Ad quintam auctoritatem Diui Thomæ reſpondetur dupliciter. Primò quòd loquitur reſpectu finis ſecundarii. Secundò reſpondetur (& hæc ſolutio poteſt his omnibus authoritatib⁹ accõmodari) quod loquitur D. Thomas de Prudentia; & hanc vocat ſcientiam moralem, ſeu cognitionem moralem, quæ ordinatur ad opus, & procedit modo compoſitiuo. Et vehementer ſuſpicor hunc fuiſſe D. Thomæ ſenſum, & magis patebit reſpondendo ad ſextam auctoritatem, in qua apertè loquitur de prudentia politica, quæ eſt omni Prudentia excellentior: quia habet finem excellentiorem: Nam vt patet 2. 2. quæſt. 47. art. 11. & queſt. 50. per totam quæſtionem, triplex eſt Prudentia, monaſtica, œconomica, & politica. Et hæc vltima eſt excellentior, vt ibi videre licet. Et Petrus Borgomenſis tabula aurea, verbo Scientia, has Prudentias ſcientias morales vocat: & dicit politicam, ſeu ciuilem eſſe nobiliorem ex nobiliori fine: Et ad hoc probandum citat D. Thomam ſupra dicto loco, qui ibidem de Prudentia ſermonem facit. Ad vltimum locum reſpondetur, quod ibidem Ariſtot. non loquitur, niſi de ſcientiis actiuis; hæc autem ſunt diuerſæ Prudentiæ ſpecie. Vel ſi ſcientias, quas morales vocamus, actiuas vocat, eſt ratione finis ſecundarii, & per accidens. Et de hac quæſtione nolo amplius ſermonem facere, quia multum limites logicales excedit, quamuis in Dominicanis Gymnaſiis in logicalibus concluſionibus diſputari ſoleat; qua etiam de cauſa ſequentem etiam diſputabimus quæſtionem.

Inſtantia. *Solutio.* *1. Solutio.* *2. Solutio.*

QVÆSTIO. XV.

Vtrum praxis ſit in intellectu.

IN hac quæſtione difficili diuerſiſſimæ ſunt Metaphyſicorum ſententiæ. Herueus quodlib. 1. quæſtio. 3. ad 2. refert opinionem quorundam negantium actus intellectus eſſe praxim; ſed praxis, inquiunt, eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus, quia actus, qui dicitur praxis, à quo intellectus dicitur practicus, debet eſſe actus alterius potentiæ ab intellectu, & ſic poſterior actu intellectus, & ſic natus elici conformiter notitiæ intellectus: ſed omnis talis actus eſt voluntatis elicitus vel imperatus: ergo &c. Prima pars maioris probatur: Nam intellectus extenſione fit practicus. Secunda pars probatur, quia actus practicus regulatur ab intellectiua notitia: ergo eſt poſterior: quia omne regulatum eſt poſterius ſua regula. Vltima pars Mai. probatur, quia debet regulari per notitiam intellectus: ergo debet eſſe conformis illi: nam regulatum conforme debet eſſe ſuæ regulæ. Probatur minor illa: quia omnis actus, qui eſt praxis, debet eſſe in poteſtate noſtra eum facere ſed talis eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus. Herueus ipſe ponit ſuam opinionem, quæ ſic habet. Dicit ergo, quòd praxis, à qua dicitur habitus practicus, eſt operatio imperata, ad quam comparatur notitia practica, vt directiuum, effectiuè incluſa in per ſe obiecto habitus practici, vel intellectus practici. Dicitur imperata, quia actio intellectus elicita, vt ſic, non eſt praxis aliàs omnis operatio intellectus, vt elicita eſſet praxis, quia omnis notitia intellectus eſt elicita ab ipſo; Ergo ſi vt elicita eſt praxis, omnis actio intellectus eſt praxis, & nulla erit ſpeculatio, quod falſiſſimum eſt. Dicitur autem, ad quam cõparatur effectiuè; quia imperium intellectus reſpectu operationis imperatæ nihil aliud eſt, quàm regulare & dirigere effectiuè operationem illam. Dicitur autem incluſa in per ſe obiecto illius; quia

Controuerſia. *1. Opinio.* *2. Opinio. Heruei.*

Digitized by Google

quia praxis,vel obiectum practicabile, eſt obiectum ſcientiæ practicæ. Dicit tamen iſte author, quod praxis poteſt eſſe actio neceſſaria;ita vt libertas non ſit de intrinſeca ratione actus practici,ſeu praxis. Sapientiſſimus Magiſter meus Frater Mancio de Corpore Chriſti, vir & ingenio & eruditione inſignis, atque vitæ ſanctitate clariſſimus 1.par.q.1.art.4.tenet,definitionem Scoti, quam praxi aſſignat,rectam eſſe. Et quidem hæc praxis definitio communiter à Metaphyſicis defenditur. Et ſi fiat argumentum;nam operatio intellectus eſt praxis,malè ergo dicit Scotus, quòd debet eſſe operatio alterius potentiæ ab intellectu: Reſpondetur,quòd ille eſt actus intellectus imperatus à voluntate,& liber. Et quādo Scotus dicit,quod debet eſſe operatio alterius potentiæ ab intellectu, intelligitur, quod eſt actus elicitus vel imperatus. Et cum Scotus dicit debere eſſe operationem poſteriorem intellectione,rectè dicit,quoniam operatio voluntatis poſterior eſt intellectione. Quam etiam opinionem vide in Iauello 6.Meta.quæſtio. 4.vbi & praxis definitio explanatur. Soncinas 6.Meta. aſſerit operationem intellectus poſſe eſſe praxim.

3.Opinio. P. Mancij. Ordinis prædicatorum.

Inſtantia.

Solutio.

4.Opinio. Soncinatis.

Deciſio quæſtionis.

1.Concluſ. Contra Scotum.

PRo veritatis ergo explicatione ſit prima concluſio: Definitio, quam Scotus praxi aſſignat (vt refert Soto q. 4 procem.)non eſt bene aſſignata.Et probatur:nam definitio ſic habet: Eſt actus alterius potentiæ,quàm intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit rectus. Hæc definitio longiſſima eſt, debet autem omnis definitio breuiſſima eſſe,ex genere & differentia conſtans,vel aliquo huiuſmodi vicem gerente:nec omnes ſolutiones argumentorum in definitionibus ſunt inculcandæ.(qui definiēdi mos ſatis familiaris eſt Nominalibus.)Et præterea, non conuertitur cum definito:ergo non eſt bona.Cōſequentia eſt euidēs, & probatur antecedens:Nam actus vitij eſt praxis, vt odium Dei, & proximi,& tamen non eſt conformis rationi rectæ; nulla enim ratio recta dictat Deum, & proximum odio proſequendos. Item etiam,quia,vt iam videbimus, actus intellectus eſt praxis; non ergo eſt neceſſe, quod ſit actus alterius potentiæ ab intellectu. Et ex hoc ſequitur definitionem Soncinatis, & Iauelli, & reliquorum Metaphyſicorum, qui ponunt,praxim oportere eſſe actionem rectam,conformem rationi rectæ, nihil valere, niſi intelligatur de praxi, quæ eſt virtutis actus, quod non dicit definitio, quam ipſi exhibent, nec intendunt definire, niſi praxim in genere, & non in particulari praxim bonam, ſeu actum practicum bonum. Nec poteſt dici,quod facilè poſſit adaptari actui vitioſo, quia conſtat ex contrariis particulis, niſi dixeris definitionem virtutis facilè poſſe applicari vitio, quo quid abſurdius?

Reiiciūtur Soncinas,et Iauellus.

2.Concluſ.

Secunda concluſio: Praxis eſt actus, qui regulatur per habitum practicum,& per ipſum dirigitur,vt fiat.

Explicatio concluſionis.

Et pro explicatione huius concluſionis notandum eſt, quod aliquis actus poteſt dici actus habitus alicuius dupliciter. Vno modo, quod ſubſtantia illius actus & regula ſit ab illo habitu. Alio modo, quod ſubſtantia actus non ſit à virtute, ſed regula dumtaxat, & quia regulatur à tali habitu, dicitur ille actus talis habitus actus. Exemplum primi in Iuſtitia,& Temperantia,in quibus actus Iuſtitiæ, & Temperantiæ ſunt ab habitibus ſecundum ſubſtātiam, quia producuntur ab ipſis habitibus, & etiam regulantur ab illis, quia ipſis conformantur. Exemplum ſecundi in religione: Nam oratio eſt actus virtutis religionis; oratio verò ſecundum ſubſtantiam eſt actus intellectus: & ita non poteſt ſecundum ſubſtantiam produci à religione, quæ eſt habitus exiſtens in voluntate; Nihilominus, quia religio ordinat illum actum intellectus in cultum Dei, & regulat ipſum, dicitur actus religionis. Et hoc magis patet in primo actu virtutis acquiſitæ, vt abſtinentiæ, verbi gratia, qui dicitur actus abſtinentiæ: non quia producatur ab habitu abſtinentiæ, qui tunc non eſt:

Exemplū.

Exemplū.

Digitized by Google

eſt:ſed quia regulatur per regulas abſtinentiæ,quas ratio dictat ſeruandas circa abſtinentiam,& ab illa laudem habet. Simile iudicium eſt de actu exteriori virtutis,qui non debet dici imperatus à virtute,ſed elicitus, vt comeſtio temperata dentibus exercita , licèt non eliciatur immediatè ab appetitu ſenſitiuo, ſed à dentibus: tamen quia regulatur à temperãtia, quę eſt in appetitu,dicitur actus Temperantiæ. Quicumque ergo fuerit actus habitus practici,ſiue ſecũdum ſubſtantiam,& regulam,ſiue ſecũdum regulam (vt dictum eſt) erit praxis. Et hæc concluſio,quia eſt definitio, non eſt amplius probanda,ſed explicanda:Nam nomen,Praxis,idem eſt,quod actus pertinens ad habitum practicum,vt regulatũ vel effectum ab ipſo,ſiue habitus practicus ſit liber,ſiue neceſſarius,ſiue ſit in intellectu,ſiue in voluntate,ſiue bonus,ſiue malus.

3.Concluſ. Tertia concluſio: Actus intellectus elicitus ab ipſo intellectu poteſt eſſe praxis.

Probatur primò. Prudentia eſt habitus practicus,vt ſupra ex Ariſto.dictum fuit,& tamen dirigit imperium rationis, quod eſt quid practicum & opus intellectus:ergo opus intellectus põt eſſe praxis.Maior patet,& minor ꝓbatur, quod imperium ſit praxis, quia eſt de re faciẽda;non enim imperamus niſi agenda,vel facienda. Quòd autem ſit opus intellectus,patet ex D.Thoma,1.2.quęſtion.17. articulo 1. quia appetitus & voluntas obediunt rationi: ergo ratio eis imperat:ergo imperium eſt actus rationis Et præterea, quia imperans ordinat eum, cui imperat,ad aliquid agendum, ei aliquid intimando; ordinare verò eſt actus rationis:ergo imperare eſt actus intellectus in virtute,tamen ibi manet actus voluntatis,quæ eſt primum,quo ad exercitium mouens. Explicatur autem imperium hoc modo:Fac hoc,vel, hoc tibi eſt faciendum.

Intellectus quando ſit practicus. Secundo probatur concluſio.Nam ſecundum D Thomam 1. p. quæſt.79. art. 11.intellectus practicus eſt,qui,quod apprehendit,ordinat ad opus: ergo in intellectu practico,qui eſt idem cum ſpeculatiuo,eſt operatio intellectus practici;ſed illa eſt praxis,quia actio intellectus operatiui operatio eſt:ergo in intellectu eſt operatio, quæ eſt praxis. Et hic nota, *Obſerua.* quod operatio intellectus non dicitur praxis,niſi quatenus illa ordinatur ad aliquod opus:Si enim intellectio aliqua eſſet gratia ſpeculationis tantùm, & non operis,illa non eſſet dirigibilis per habitum practicum,ſed eſſet ſpeculatio;Nam quando aliquis (vt ſupra diximus) conſiderat partes domus per habitum practicum,illud eſt,vt domum efficiat.Videatur Caie. 1.2.q.57 ar.1

Præterea probatur concluſio.Nam (vt aſſerit D.Tho.1.2 q.57.art. 5) Prudentia eſt virtus exiſtens in ratione,& eſt habitus practicus:ergo habet aliquem actũ in ratione; ſed ille erit intellectio: ergo actus intellectus eſt praxis.Et confirmatur:Nam Prudentia dirigit omnes operationes hominis,vt bene fiant, & ſtudioſè: ergo etiam dirigit actiones intellectus,vt fiant debito modo:ergo operatio intellectus eſt actio pertinens ad habitũ practicum,ergo eſt praxis. De actione intellectiua artis etiam fieri poteſt argumentum.

Vltimò probatur concluſio. Hoc iudicium hic, & nunc eſt ſpeculandum, eſt practicũ,& eſt in intellectu: ergo & hoc eſt euidentiſſimum, de quo nec antiqui rectè dubitauerunt.

Quarta concluſio:Si non loquamur de *4.Concluſ.* praxi pro hoc ſtatu,ſed abſolutè, non eſt neceſſe,quòd praxis ſit actio libera.

Probatur:Nam actus diligendi Deum in patria, eſt practicus, cum producatur ab habitu practico,cuiuſmodi eſt charitas:& tñ eſt neceſſarius oĩo: ergo &c.

Et præterea: Quia ille actus eſt actus alicuius habitus, & non ſpeculatio,quia non eſt cognitio; ergo eſt praxis: & eſt neceſſarius:ergo &c.

Item; Viſio beatifica eſt practica ſaltẽ *Viſio beata aliquo mõ practica.* eminenter,ſeu eminenter formaliter, ſiquidem regulat opus. & ita viſio beatifica perficit intellectum practicum, & ſpeculatiuum,& tamen eſt neceſſaria:ergo &c.& in patria etiam eadem viſio eſt ſpeculatio,& neceſſaria.

Quinta cõcluſio;Si loquamur pro iſto *5. Concluſ. Contra Herueum.* ſtatu ſecluſa viſione beatifica, & ſtatu beatifico,õis praxis eſt liber actus, & qui eſt

eſt in poteſtate, vt fiat, vel non fiat.

Probatur concluſio, primò auctoritate omnium Metaphyſicorum hoc ſentientium. Et probatur concluſio ratione; Nã praxis eſt operatio directa ab habitu practico: ſed omnis habitus practicus operatur per electionẽ, & volũtatis libertatẽ: ergo omnis actio practica eſt libera.

Secundo: Nam praxis eſt, quã regulat habitus practicus; ſed habitus pro hoc ſtatu nõ dãtur ad actus neceſſarios, ſed liberos: ergo praxis debet eſſe actio libera. Mai. patet ex definitione praxis. Min. probatur: Nã habitus dantur ad bene, vel malè operandum: ergo dãtur de actibus, quos vel malè, vel benè poſſumus efficere; ergo eſt libertas in talibus actibus, aliàs nõ eſſent boni, nec mali moraliter.

Præterea: Habitus dantur ad actus, ad quos nõ eſt determinata potẽtia: ſed ad actus neceſſarios eſt determinata: ergo, &c. Et ſi fiat argumentum: Actus potentiæ viſiuæ eſt praxis, & idem eſt de actus cuiuſuis alterius potentię, quia poteſt dirigi per habitum practicum; & tamẽ eſt actus neceſſarius. ergo, &c. Et probatur minor; quia poſtquã eſt applicata potentia viſiua ad obiectum cũ omnibus requiſitis, non poteſt impediri actus. Reſpondetur, quod applicatio potentiæ viſiuæ ad obiectum eſt libera, & poteſt eſſe meritoria, & demeritoria. Et ita quantũ ad vſum, ſeu exercitium, quia libera eſt, poteſt cadere ſub regimine habitus practici. Cæterũm, quod producatur viſio potentia iam applicata, iam hoc eſt neceſſarium: quamobrem iſte actus quantum ad hoc, non pertinet ad habitum practicum. Et ſi rurſus inſtes: Actus practicus neceſſariò ſpecificatur ab obiecto; operatio enim domus, ſicuti habet eſſentiam certam neceſſario, ita habet ſpecificationem, & quod ſit huius ſpeciei: ergo actus, qui eſt praxis, eſt neceſſarius quo ad ſpecificationem. Reſpondetur, tranſeat, ſed vt ſit praxis ſufficit, quod ſit liber, quo ad exercitium.

Inſtantia

Solutio.

Alia inſtãtia.

Solutio.

6. Concluſ. Sexta cõcluſio: Praxis neceſſariò ſupponit formaliter, vel virtualiter actum voluntatis. Probatur, quia imperium, vt inquit D.Th. vbi ſupra, uirtualiter ſupponit actum voluntatis; at omnes reliquæ operationes, quæ ſunt praxis, ſunt operationes liberæ: ergo ſupponunt actum voluntatis. Et fortaſſis in hoc ſenſu ſunt explicandi Metaphyſici dicẽtes, quòd operatio, quæ eſt praxis, debet eſſe operatio volũtatis, ideſt, debet ſupponere voluntatem, quia debet eſſe libera.

7. Concluſ. Septima concluſio: Actus intellectus qui ſpecificatur ab aliquo actu intellectus, eſt praxis.

Probatur: Nam quando aliquis habet hoc iudicium, hic & nunc eſt ſpeculandũ, iſte actus ſpecificatur à ſpeculatione, qui eſt actus intellectus: ergo, &c.

Prætereà: Quia omnes notitiæ practicæ, quibus intellectus diſponit de re facienda, ſunt praxes, & tamen eſſentialiter ſunt ſpeculationes: ergo non ſolum quo ad exercitium, ſed quo ad ſpecificationem poteſt actus intellectus eſſe praxis: illud, quod eſſentialiter eſt etiam intellectio, poteſt eſſe praxis. Et nota, quòd ſpecificatio actus dicitur, quod actus ſit huius, uel illius ſpeciei; exercitium verò, quod modò fiat, vel non fiat. Et bene poteſt idem actus eſſe ſub duabus ſpeciebus; Vt actus credẽdi ſecũdum veritatem, quam habet, ſunt actus fidei, ſecundum verò, quòd huiuſmodi actus cõtinentes ueritatem ſupernaturalem ordinantur in cultum Dei, ſunt actus religionis, eodem modo omnis actus, ex eo quod producitur per habitum ſpeculatiuum, eſt ſpeculatio: ex eo verò, quod dirigitur per habitũ practicum, eſt praxis: Vt conſideratio philoſophica, ſecundum quod producitur ab habitu Phyſicæ, ſpeculatio, ſecundum uerò quod regulatur ab habitu practico, praxis eſt, ut fiat debitis circumſtantiis. Qui plura de hac re videre deſiderat, legat metaphyſicos lib 6. Metaph. Et ſi fiat argumentum, quòd nõ ſit praxis; Intellectus eſt ſpeculatio: ſed ſpeculatio diſtinguitur contra praxim: ergo nullus actus intellectus eſt praxis. Probatur Mai. quia eſt cognitio alicuius entis, & hæc ſpeculatio eſt. Et cõfir. hoc argumentum ex D.Thoma 1.2.q.57.art. 1.ad 1. vbi dicit, quod in hoc diſtinguuntur habitus practicus, & ſpeculatiuus, quia ſpeculatiuus regulat actionem intellectus, practicus regulat aliquid diſtin-

Obſerua.

Inſtantia.

ſtinctum ab opere intellectus: ergo in intellectu non poteſt eſſe praxis ex ſententia D.Thomæ;Et idem aſſerit 2 2.qu. 179.art 2. *Solutio.* Ad hoc argumentum reſpondetur,quòd quamuis omnis actus intellectus ſit intellectio, non omnis eſt ſpeculatio, quia aliqua intellectio eſt practica,illa nimirum,quæ dirigitur per habitum practicum;ſicuti intellectio, qua conſiderantur partes domus, vt ſunt per artem faciendæ, quia ex natura ſua illa ordinatur ad opus. Ad confirmationem *Explicatur locus D. Tho.* reſpondetur,D.Thomam non eſſe intelligendum, quaſi ſola operatio exterior ſit praxis:Nam ipſe dicit,Prudentiam eſſe habitum practicum, & per ſe regulat bonum vſum rationis, & actiones interiores;Sed ſenſus illius eſt,quòd habitus ſpeculatiuus per ſe regulat ſpeculationem,& non regulat opera externa à nobis factibilia Habitus verò practicus poteſt regulare opera externa à nobis factibilia,vt contingit in arte,quæ etiam regulat ſuas intellectiones,vt ad opus externum ordinantur.Itaque D.Thom. ibi loquebatur de practico factiuo, non actiuo. Et hæc explicatio colligitur ex D. *Alia inſtantia.* Thom.1.Ethicorum per multa capitula. Et ſi rurſus argumenteris, ad probandũ non reperiri praxim in intellectu; nam intellectus extenſione fit practicus: ſed non extenditur, niſi ad actus cæterarum potentiarum:ergo quod aliquis actus ſit praxis,habet ex eo, quod eſt actus alterius potentiæ: ergo in intellectu non eſt *Solutio.* praxis:Reſpondetur,quòd illa Maxima, Intellectus extenſione fit practicus,quãuis Magiſter Soto dicat illam non eſſe Ariſt.D.verò Thomas 1.par.q.79.art.11. in argumen.Sed contrà,adducit illam ex Ariſt.3.de anima.Et cum ibidem Ariſt. dixit intellectum practicum fine differre à ſpeculatiuo, hanc Maximam virtualiter docuit.Et ſignificat vtraque propoſitio, quòd intellectus practicus ordinat ſuam intellectionem ad opus,ſpeculatiuus verò nõ item,ſed ad veritatis cognitionem.Et illam ordinationem vocat D. Thom extenſionem,& etiam Ariſto.vocat differre fine,quod idem eſt, ſiue opus ſit immanens,ſiue tranſiens.

Diſſoluuntur argumenta.

AD rationes opinionum,quas in principio quæſtionis loco argumentorum retulimus,reſpondetur.Et ad rationem primæ opinionis reſpõdetur, quod *Ad 1.Arg. primæ opinionis.* pro hoc ſtatu omnis actus habitus practici debet eſſe liber,& ſic debet procedere à voluntate elicitiuè,vel imperatiuè,ſed nihilominus actus intellectus verè eſt praxis,quia dirigitur ab habitu practico.

Ad rationem Heruei reſpondetur, *Ad 2.Heruei.* quod non eſt praxis, vt elicita operatio intellectus eſt, ſed vt eſt operatio habitus practici,& vt dirigitur per ipſum,vt diximus ſupra.

Ad rationem ſapientiſſimi Magiſtri *Ad 3.Magiſtri Mãcij.* Mancii,reſpondetur,nõ diſcrepare à noſtris concluſionibus: Nam,quia pro hoc ſtatu operatio,quæ eſt praxis,debet eſſe libera,actum voluntatis prærequirit,qui eſt poſterior intellectione.Cæterum nõ defendit Scoti opinionem, quantum ad reliqua.Et ſi inquiras, quot ſint habitus *Quot ſint habitus practici in genere.* practici in genere? reſpondetur quod duo,Ars,& Prudentia. Et hæc ſint ſatis pro hac quæſtione:ad logicales quæſtiones procedamus.

QVÆSTIO. XVI.

Vtrum logica ſit practica,an ſpeculatiua ſcientia.

SVnt de hac re multum diuerſæ Logicorum ſententiæ. *Controuerſ. 1.Opinio.* Aliqui dicunt,Logicam nõ eſſe practicam,nec ſpeculatiuam,ſed organicã,& adminiculum præbens practicis,& ſpeculatiuis ſcientiis. Et dicunt ibi hanc eſſe D.Thomæ, aliorumque grauium authorum ſententiam.

Et probatur primò authoritate Ariſt. *1.Arg. præfatæ Opinionis.* qui 1.Topicorum c.9.docet,problemata omnia practica eſſe,aut contemplatiua, aut quæ ad hæc conducunt; quod tertiũ genus c.12.eiuſdem libri,vocat problemata logicalia:ergo ſecũdum Ariſt. nec eſt practica,nec ſpeculatiua; ſiquidẽ ea, de quibus tractat,nec ad genus ſcientiæ practicæ,nec ſpeculatiuæ pertinent: eſt ergo in alio genere.

Secun-

Digitized by Google

2. *Argum.* Secundò probatur hæc ſententia: Nã Dialectica nec numeratur ab Ariſt. inter practicas ſcientias, nec inter ſpeculatiuas, quarum meminit 6. Metaph. in principio: ergo nec eſt practica, nec ſpeculatiua. Probatur conſequentia, quia Ariſt. ibi egit de omni habitu practico, & ſpeculatiuo. Antecedens patet ex ipſo contextu.

3. *Argum.* Tertiò; quia logica non eſt ſcientia: ergo non eſt ſcientia practica, nec ſpeculatiua Conſequentia eſt euidens à ſuperiori ad ſuum inferius negatiuè, vt non eſt animal, ergo non eſt homo. Sed antecedens ſupponitur tamquam notum, quia tota verſatur in conficiendis inſtrumentis ſcientiarum.

4. *Argum.* Quartò: nam logica dirigit operationes intellectus ſecundum ſe conſiderati, abſtrahendo à ratione practici intellectus, vel ſpeculatiui; ſed illę operationes nec ſunt practicæ, nec ſpeculatiuæ: ergo nec logica eſt practica nec ſpeculatiua. Mai. patet: quia intellectus vt ſic, non eſt practicus, nec ſpeculatiuus: iſtę enim sũt differentiæ per accidens illius. Cõſequẽtia patet, & minor probatur: quia logica eſt directiua operum rationis, vbi nõ ponuntur rationes practicæ, nec ſpeculatiuæ: ergo non eſt practica, nec ſpeculatiua, ſed aliquid tertium.

2. *Opinio. Fonſeca.* Fonſeca 2. Metaphy. c. 3 q. 2. ſectio. 4. exiſtimat Dialecticam eſſe ſciẽtiam practicam. Et probat ſic, & fit

5. *Arg. pro præfata opinione.* Quintum argumentum. Quia finis principalis, ad quem natura ſua ordinatur, eſt bene differere: ſed bene differere quatenus ſubeſt voluntati, & præceptis differendi rectè, eſt praxis: verè ergo Dialectica eſt ſcientia practica. Mai. patet; quia tota verſatur in tradendis præceptis bene differendi. Et confirm.

1. *Confir.* hoc argumentum: Quia proprius eius finis eſt docere, quo pacto ſit differẽdũ: ſed docere, quomodo aliquid ſit agendum, iudicium practicum eſt, ergo Dialectica eſt ſcientia practica. Confir. ſecũ-

2. *Confir.* dò: Nam opera rationis cadunt ſub conſideratione dialectica: & non cadunt, niſi ſecundum quod diriguntur ab ea ad intelligendum incognita ex cognitis: ergo cadunt ſecũdum conſiderationem practicam: eſt ergo practica Dialectica. Minor illa probatur, quia ſecundum ſuam naturam pertinent ad phyſicam conſiderationem. Conſequentia prima probatur: quia illa directio practica eſt, quia non eſt opera rationis ſimpliciter cognoſcere, ſed in ordine ad opus. Et hac ratione dicimus autem fabrilem eſſe practicam. Hæc argumenta huius authoris nihil aliud ſunt, quàm vetus illud argumentum, Dialectica docet facere ſyllogiſmos & demonſtrationes, & cætera: ergo eſt ſcientia practica. Probatur conſequentia; quia finis eius eſt operari, finis autem ſcientiæ practicæ eſt operatio. Et ſi inquiras ab iſto auctore, iam quod eſt ſcientia practica, eſtne collocanda inter ſcientias practicas actiuas, vel factiuas? & re- *Dubium.*

Reſpon. ſpondet, quod eſt collocanda inter ſcientias actiuas; quia ſcientiæ actiuæ dicuntur, quæ dirigunt actiones immanentes, quas Logica dirigit, opera ſcilicet intellectus. Grammaticam verò, & Rhetoricam cenſet numerandas inter ſcientias practicas factiuas: quia præcipuè verſantur in externo opere, ſcilicet ſermone. Si verò dicantur etiam ſcientiæ actiuæ, quæ quamuis in externo verſentur opere, nullum opus confectum relinquunt, ſicuti cytharizare, dici poſſunt Grammatica, & Rhetorica ſcientiæ actiuæ. Et hoc modo vtitur etiam Ariſtot nomine ſcientiæ actiuæ 1. libr. magnorum Moral. cap. 33.

6. *Argum.* Et adhuc magis probatur, Logicam nõ eſſe ſcientiam ſpeculatiuam. Et ſit Sextum argumentum. Omnis ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior qualibet practica: ſed Logica non eſt huiuſmodi: ergo &c. Maior patet ex Ariſtot 6. Metaphy. tex. 2. vbi ſic dicit, Theoricæ aliis ſcientiis deſiderabiliores ſunt: ſed omne magis deſiderabile eſt magis bonum, & magis perfectum: ergo theoricæ ſcientiæ ſunt perfectiores, & nobiliores. Sed minor probatur: quia nobilitas ſcientiæ attenditur ex nobilitate obiecti; ſed Logica habet infimum obiectum, ſcilicet ens rationis: ergo eſt omnibus magis infima, & ſic non erit ſpeculatiua, ſed practica.

7. *Argum.* Septimò. Logica aliquando conficit argumentationẽ ad probandam concluſionem,

Digitized by Google

ſionem, quæ pertinet ad habitum practicum: ſed tunc illa argumentatio, quæ eſt à Logica, eſt praxis: ergo Logica eſt ſcientia practica. Probatur minor (nam maior per ſe nota relinquitur.) Illa argumentatio eſt per ſe proxima regula praxis: quod enim primò, & per ſe regulatur, & cognoſcitur per illam, eſt practica concluſio: ergo &c. Et confir. hoc argumentum: Nam argumẽtatio, cuius cõcluſio ſcitur, pertinet ad ſcientiam: ergo cuius concluſio eſt praxis, dicetur practica, & pertinere ad ſcientiam practicam: quia argumentatio ſemper ſumit denominationem à concluſione, quę eſt terminus ad quẽ. Et confirmatur ſecundò: Nã propterea Logica dicitur ars artium, & ſcientia ſcientiarum, quia non ſolù viſus illius refertur ad ſcientias, ſed ad artes: ergo iam, ſaltem ſecundum quod refertur ad artes, erit practica: & ita dicenda erit ſaltem ſcientia practica.

1. Confir.

2. Confir.

Argum. 8. Octauò: Logica, quæ diuiditur in vtẽtem, & docentem, eſt inferior ad habitũ: ergo eſt practicus habitus, vel ſpeculatiuus. Probatur conſequentia: quia membra inferiora diuiſo debent cõtineri ſub vno membrorum diuidentium, vt ſi Petrus eſt inferior ad animal, & animal diuiditur in rationale, & irrationale, ergo Petrus debet eſſe rationalis, vel irrationalis. Sed antecedens probatur: Nam habitus diuiditur in practicum, & ſpeculatiuum; & Logica communis vtenti, & docẽti, eſt habitus inferior: ergo practicus, vel ſpeculatiuus. Tũc vltrà: eſt practicus: ergo Logica docens, & vtens, erunt habitus practici. Si dicas quod eſt ſpeculatiuus; contrà: ergo Logica vtens eſt habitus ſpeculatiuus. Conſequens eſt falſum: ergo &c. Probatur minor, quia non verſatur circa ſpeculationem, nec habet pro fine cognitionem veritatis, ſed ſyllogiſmum conſtituere: ergo eſt ſcientia practica Logica. Et confir. hoc argumentũ: Nam cognitio, quæ habetur in Logica, quando paſſiones demonſtrantur de ſuo ſubiecto, ordinatur ex ſua natura ad ſyllogiſmi cõſtructionem: ergo non eſt ſpeculatiua. Probatur conſequẽtia, quia cognitio ſpeculatiua conſiſtit ſolùm in cognitione paſſionis de proprio ſubiecto. Sed probatur antecedens: nam cognitio, quæ eſt in Logica ex natura ſua, non eſt gratia ſui; non enim propter ſeipſam quærit hoc, quod eſt, ſyllogiſmum conſtare debere maiore, & minore, & concluſione; ſed vt operemur hoc ipſum: Itaque Logica docens totum, quod docet, ordinat ad opus; ergo non eſt ſpeculatiua, nulla enim ſpeculatiua ſcientia ordinat ſuam cognitionem ex natura ſua ad opus.

Fuga.

Impugnatio.

Confir.

Vltimum Arg. Vltimò. D. Thomas 2.2.q.47.art. 2. ad 3. dicit quòd ratio ſpeculatiua quædam facit, puta ſyllogiſmum, & cætera; ergo Logica eſt ſcientia factiua, & ſic non erit ſpeculatiua.

Pro veritatis dilucidatione. In explicatione huius quæſtionis notandum erit, Logicam bifariam poſſe cõſiderari, & vt vtens, & vt docens, vt ſupra viſum fuit. Quę diſtinctio vel eſt eiuſdem rei, quæ materialiter eſt vtrumque, licèt membra differant formaliter, itaq; Logica alia ſit vtens, alia docens: hæc tamen membra non diſtinguũtur realiter, tamquam res à re, ſed ſolùm formaliter. Vel eſt vnus, & idem habitus, non habẽs in ſe aliquam diſtinctionem, ſed dicitur vtens, quatenus producit inſtrumenta ſciendi, & docens, quatenus demonſtrat paſſiones de ſubiecto. Itaque iſta diſtinctio eſt quædam denominatio ex actu, ſicuti intellectus & ratio eadem potentia ſunt, ſed vocatur intellectus, quatenus producit ſimplicem intellectionem, quatenus verò diſcurrit, ratio appellatur, de quo ſupra actum fuit latiſſimè.

1. Fundamentum.

2. Funda. Præterea etiam in memoriam reuocã da erunt, quæ ſupra definiuimus, nimirum, Logicam vtentem ſcientiam non eſſe, docentem verò maximè; nam hæc nõ ſunt hic iterum inculcanda.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra 1. opinio. Prima concluſio contra primam opinionem, quam ſupra retulimus: Ridiculum eſt aſſerere, Logicam non eſſe habitum practicum, nec ſpeculatiuum, ſed eſſe habitum organicum. Et certè iã hic vides, quomodo in his, quæ ad Logicam attinent, iſti auctores ſomniare incipiant.

Proba-

Probatur concluſio 1. Nam hucuſque non eſt audita apud probatos, & graues auctores diuiſio ſcientiæ, vt alia ſit practica, alia ſpeculatiua, alia organica: noua ergo horum Doctorum eſt hæc diuiſio ſcientiæ, & commentitia certè.

Præterea, habituum procedentem ex naturali lumine ſufficiẽter diuidũt, in practicum, & ſpeculatiuum: ergo Logica cum ſit habitus, erit practicus, aut ſpeculatiuus, de his vide, quæ ſupra diximus qu. 12. & 13. Impoſſibile eſt habitum alteram harum rationum effugere, ſi ex naturali lumine procedat, quia, vel ordinatur ad opus, & non ad ſpeculandum, & erit practicus, vel ad ſpeculationem, & erit ſpeculatiuus, ex eo enim, quod non ordinatur ad opus, ſpeculatiuus debet eſſe. Valeat ergo hæc opinio cum ſuo commento organico.

2. Concluſ. Contra Fõſecam.

Secunda concluſio: Logica quatenus docens ſcientia ſpeculatiua eſt. Hæc eſt grauiſſimorum Doctorum opinio, illam tenet Aug. lib. 8. de ciuitate Dei cap. 4. & Angelicus Doctor, ſuper Boetium de Trinitate, quæſt. 5. art. 1. reuocat ad Philoſophiam ſpeculatiuam: & non reuocat ad illam, eo quod non ſit vera ſcientia, & verè ſpeculatiua: ſed hac de cauſa reducitur ad Philoſophiam, quia agit de ente rationis, quod non eſt ſimpliciter ens, & quia huiuſmodi entia rationis ordinantur vt inſtrumenta ad alias ſcientias acquirendas. Et ſolutione 4. dicit, Dialecticam eſſe theoricam. Idem tenet Scotus Doctor ſubtilis in prologo Sententiarum, quæſtione quarta: Vnde non bene faciunt quidam eius diſcipuli, qui aliis minùs philoſophantibus inhærent relicto ſuo duce. Itidem Ægidius Romanus in initio Logicæ. Antonius Andreas lib. 6. Metaph. quæſt. 3. Iauellus ibidem, quæſt. 7. Soncinas, q. 6. & ſapientiſſimus Magiſter Soto, qu. 4. proœmiali, & plerique alii.

Et probatur cõcluſio primò omnibus illis rationibus, quibus ſuprà quæſtio. 7. probauimus eſſe ſcientiam: Nam cùm omnis ſcientia propriè ſit ſpeculatiua, & nulla propriè ſit ſcientia practica, vt iam ſupra viſum fuit, quæſtione ſupra citata: relinquitur Dialecticam eſſe ſcientiam ſpeculatiuam.

Secundò probatur concluſio. Nam illa eſt ſcientia ſpeculatiua, cuius finis eſt ſpeculatio, & veritatis cognitio, & non opus; ſed Logica docens eſt huiuſmodi: ergo &c. Minor probatur. Nam finis Logicæ docentis eſt tractare de ſecũda intentione, eius paſſiones demonſtrãdo, & reſoluendo illas in ſua principia, ſicuti & faciunt ſcientiæ aliæ: ergo eſt ſpeculatiua, ſicuti ſunt aliæ ſcientiæ, quæ hoc munus exercent. Nam ex hoc, quod cognitionem paſſionis in ſua principia reſoluit, reſolutorio modo procedit, qui eſt oppoſitus modo procedendi ſcientiæ practicæ, quæ compoſitiuo procedit modo.

Præterea; actus Logicæ docentis ſunt ſpeculationes: ergo ipſa eſt ſcientia ſpeculatiua. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens: Nam ſcire, quòd prædicabilia ſunt quinq;, quod genus ſit prædicabile de ſpeciebus, & alia huiuſmodi, quæ in Logica ſciuntur, ita ſunt ſpeculationes, ſicuti ſcire compoſitum ex materia & forma eſſe mobile, & ſicuti ſcire animal rationale eſſe riſibile. *Obiectio.* Si dicas, non eſſe parem rationem de logicis concluſionibus, atque de phyſicis, ſeu metaphyſicis; quia illæ demonſtrationes logicales ordinantur ad conſtructionem ſyllogiſmi, & aliorum inſtrumentorum logicalium, quod non contingit in aliis: *Solutio.* Reſpondetur iuxta ea, quæ dicta ſunt quæſt. 3. Primò, quod non ordinatur cognitio ſpeculatiua ad alias ſcientias, ſed ſolùm eſt propter ſui obiecti ſpeculationem: ſed ordinatur ad reliquas ſcientias, vt vtens eſt. Secundò reſpondetur, quod etſi ordinetur ad reliquas ſcientias huiuſmodi cognitio, quia conſtruere ſyllogiſmum, & cætera, eſt quoddam opus ſpeculatiuum: hinc fit, quod Logica ſit ſcientia ſpeculatiua. De his vide latiùs loco allegato, & dicemus adhuc plura.

3. Concluſ. Cõtra Fonſecam.

Tertia concluſio: Logica, vt vtens, eſt habitus ſpeculatiuus, & non practicus, & eſt ars liberalis. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ loco proximè adducto ex Boetio ad 4. & 2. 2. q. 47. art. 2. ad 3. vbi ait hæc verba: Omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile, pertinet ad artem; ſed ad Pru-

Digitized by Google

dentiam non pertinet, niſi applicatio rationis rectæ ad ea, de quibus eſt conſilium, & huiuſmodi ſunt ea, quibus non ſunt viæ determinatæ perueniendi ad finem, vt dicitur 3. Ethicorum. Quia ergo ratio ſpeculatiua quædam facit, puta ſyllogiſmum, propoſitionem, & alia huiuſmodi, in quibus procedit ſecundũ certas, & determinatas regulas, hinc eſt, quòd reſpectu horum poteſt ſaluari ratio artis, non ratio Prudentiæ, & ita inuenitur aliqua ſpeculatiua ars, non verò Prudentia ſpeculatiua. Et ex hoc patet apertè, quomodo Logica ſit ars ſpeculatiua, & non practica: & cõſequenter ars liberalis; & à fortiori, Logica docens debet eſſe ſpeculatiua, quod benè notã. Quod verò ſit ars ſpeculatiua probatur, nam docet facere aliquid circa ſpeculationem, & circa cognitionem, vt ſpeculatio eſt: ergo eſt ars ſpeculatiua; ex eo. n. quod docet facere, ars eſt, vt inquit D. Thomas; ex eo verò quod docet facere circa ſpeculationem, eſt ars ſpeculatiua. Sed quod verſetur circa ſpeculationem, probatur, quia tota ipſa eſt modus ſciendi; ſed modus ſciendi verſatur circa ſcire; ſcire autem ſpeculatio eſt, ſiquidem eſt rem per ſuas cauſas cognoſcere: ergo &c. Scientiæ namq; mechanicæ, & practicæ, non faciunt ſcire, ſed faciunt operari: Nec eſt Dialectica modus operandi, ſed modus ſciendi. De his plura vide ſupra q. 9. Et ex hac concluſione ſequitur, Logicã vtentem non eſſe ſcientiã ſpeculatiuam, quia non eſt ſcientia.

Præterea probatur concluſio. Nam omnis ſcientia practica vel dirigit bonum vſum, quod facit Prudentia, vel facit aliquod opus externum, quod non eſt ſpeculatio; ſed Logica vtens nec dirigit bonum vſum, nec facit aliquid, quod non ſit ſpeculatio: ergo non eſt ars practica. Et ſi dicas, quod facit externum ſyllogiſmum; reſpondetur, quòd illud dicitur ſpeculatio, quia eſt inſtrumentum interni ſyllogiſmi, qui eſt ſpeculationis opus. Si autem dicamus, logicam vtẽtẽ, & docentem eſſe idem formaliter, dicitur ſcientia reſpectu primi actus, & ars reſpectu ſecundi, vt iam diximus ſuprà quæſt. 9 Si verò inquiras, quare Logica dicitur ars ſpeculatiua, & ſimiliter Grãmatica, & Rhetoricã, & Geometria, & cætera, & hoc non reperitur in Metaphyſica & Phyſica, quòd dicantur artes. Reſpondet D. Tho. ſuper Boetium, quæſt. 5. art. 1. hoc ideo eſſe, quia iſtæ ſcientiæ faciunt aliquod opus, licèt ſpeculatiuum, vt ſyllogiſmum & argumentationem, quod non reperitur in aliis ſcientiis.

Obiectio. *Solutio.* *Dubium.* *Reſponſ. D. Thom.*

Vltim. concluſ. Vltima concluſio. Logica non eſt neceſſaria ad habitus practicos acquirendos: nullus enim auctor grauis aſſeruit neceſſariam eſſe, niſi ad ſcientias, quæ in reſoluendis concluſionibus in ſua principia verſantur, quod eſt proprium ſcientiæ ſpeculatiuæ. Et ita Ariſt. egit de prioriſtica & poſterioriſtica reſolutione; nõ verò tractauit Logica vnquam de modo operandi in exteram materiam, & de modo, quo forma realis in materiã erat introducenda, quod eſt proprium artis mechanicæ.

Et præterea probatur concluſio, quia artes mechanicę etiã perfectiſſimè addiſcuntur ab ignorantibus Dialecticam.

Et præterea; quia virtutes, quæ ſunt habitus practici, optimè acquiruntur ſine demõſtratione: ergo idem erit de omnibus aliis artibus practicis. Et de hoc iã ſupra actum eſt.

Diluuntur argumenta.

Ad 1. arg. primæ opi. AD primum argumentum primæ opinionis reſpondetur primò, quod Ariſto. nihil tale dicit, ſed in cap. 5. libri 1. dicit, tria eſſe problematum genera, aliud naturale, aliud morale, aliud rationalẽ. Et capit. 4. expreſsè dicit, problema dialecticum eſſe ſpeculatiuũ. Nam ita dicit: Problema autem dialecticum eſt ſpeculatio contendens, vel ad electionem & fugam, vel ad veritatẽ, vel ſcientiam, aut vt ipſum, aut vt adminiculum ad aliquid aliud talium. vbi eandem partitionem ponit, & vocat dialecticum problema ſpeculatiuum: ergo potius Ariſt. oppoſitum docet expreſsè. Videatur 1. Topi. vbi nihil minus intendit, quàm docere, Logicam nec eſſe practicam, nec ſpeculatiuam.

Ad 2. arg. Ad ſecundũ reſpondetur, quod Ariſt. ibi

ibidem ſolùm egit de ſcientiis practicis, aut ſpeculatiuis, quæ ſibi obiectum reale vendicant,& non de ſcientiis ſpeculatiuis rationalibus, vnde non ſequitur, ipſas non eſſe ſpeculatiuas.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quòd cum diuiditur ſcientia in practicam,& ſpeculatiuam, ſcientia accipitur pro habitu (vt ſæpiſſimè diximus) ſeu pro cognitione: exiſtimo enim nullam ſcientiam eſſe practicam, ſtrictè accipiendo nomẽ ſcientiæ.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quòd Logica dirigit ex natura ſua operationes intellectus ſpeculatiui, & ad hoc eſt ordinata per conſiderationem ſecundæ intentionis: Nam quamuis intellectus ſecundum ſe non ſit practicus, aut ſpeculatiuus, habitus tamen non ita vniuerſalem rationem obiecti reſpiciunt, ſicuti potentiæ: ſed quandam particularem, & determinatam rationem, (vt ſuprà viſum fuit) quia ſunt determinationes potentiarum; & ita in vna potentia reperiuntur multi habitus. Non enim quid quid diuerſificat habitum, diuerſificat potentiam, quia potentia reſpicit vniuerſalius obiectum, & magis commune, quàm habitus.

Ad 5. arg. Opinionis Fonſeca. Ad quintum argumentum, quod erat primum ſecundæ opinionis, reſpondetur, quòd Logica docens tota verſatur in ſpeculandis naturis ſecundarum intentionum,& non eſt factiua ſyllogiſmorum,& cæterorum: vnde hæc eſt ſpeculatiua ſciẽtia,ſicuti Metaphyſica. *Inſtantia.* Quod ſi teneas, hanc cognitionem ordinari ad opus ſyllogiſmi, nam D.Tho. dicit, quod res, de quibus eſt Logica, non quæruntur propter ſe, quod etiam poſſet explicari de Logica vtente; *Solutio.* Reſpondetur tamen, quod Logica docens,& vtens ſunt habitus ſpeculatiui: Nam etſi tractent de ſyllogiſmis, & modum præbeant, quomodo ſint conſtruendi, hoc eſt mera ſpeculatio, quia eſt cognitio rei alicuius ordinata ad ſpeculationem; Hic enim ſyllogiſmus, Omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis, ſpeculatio quædam eſt. Et idem dicendum de omni inſtrumento logico, quod ex natura ſua ordinatur ad ſpeculandum, vt eſt actus intellectus ſpeculatiui. Nam (vt inquit D.Thom.) ratio ſpeculatiua quædam facit; facere enim ſyllogiſmos nihil aliud eſt, quàm ſuas ſpeculationes, vt intra rationem ſpeculationis ſine errore procedant; ordinare, quod totum ſpeculatio eſt. Etſi ordinentur ad artes mechanicas aliquando ſyllogiſmi, hoc eſt per accidens ex fine ordinantis, non ex fine ſyllogiſmorum, qui ſolùm ordinantur ad ſpeculandum rectè. *Ad 1. cõfir.* Et per hoc patet ad primam confirmationem: nam quamuis doceat, quomodo ſit differendum; differere & modus differendi eſt ſpeculatio. *Ad 2. cõfir.* Ad 2. confirmationem reſpondetur, quod opera animæ non ſunt obiectum Logicæ, ſed ens rationis, quod eſt ſecunda intentio, vt iamiã videbimus. Et licet hoc eſſet verum, conſideraret illa ſpeculatiuo modo, quia dirigeret ad rectè ſpeculationem conficiẽdam, Si enim opera ipſa ſpeculationis ſunt docere, quomodo rectè per illam ſpeculemur, nõ egreditur fines ſpeculationis. Si verò doceret, quomodo hic, & nunc eſſet ſpeculandum, ſecundum quod Prudentia dictat, habitus eſſet practicus; ſed Logica non præbet rectum vſum, ſed rectam ſpeculationem, & modum rectum perueniendi à notis ad ignota, ſiue fiat bene, vel malè moraliter, ſiue non: de hoc enim nihil tractat, & in hoc iſti auctores, vt exiſtimo, falluntur. Ex hoc patet, hanc ſcientiam non eſſe numerandam inter actiuas, nec inter factiuas. Et idem dicendum eſt de Grammatica, Rhetorica, Poeſi, & de 7. artib. quas liberales vocant. Vide D.Tho. vbi ſuprà ſuper Boetium.

Ad 6. arg. Qualibet ſcientia ſpeculatiua eſt ne nobilior qualibet practi. Ad ſextum argumentum, erat diſputanda illa quæſtio; an omnis ſcientia ſpeculatiua ſit nobilior qualibet practica. De qua re diſputat Sonc 6 Met. qu. 6. Et reſpondetur, quòd omnis ſcientia ſpeculatiua, quæ habet obiectum reale, nobilior eſt ſimpliciter ſcientia practica: verùm ſcientia ſpeculatiua, quæ habet obiectum rationis, eſt nobilior qualibet practica, ſaltem ſecundum quid. Prima pars probatur, quia ſcientia ſpeculatiua quæritur propter ſe, practica quæritur propter aliud: ſed illud, quod propter ſe quæritur, nobilius eſt eo, ꝙ quæritur pro

Logica agēs de ente rationis eſtne nobilior qualibet ſcientia practica agente de ente reali?

pter alliud: ergo &c. Et hæc eſt ſententia Ariſt. 6. Meta. tex. 2. vbi dicit, quod theoricæ nobiliores ſunt aliis: & loquitur de ſcientiis realibus ex obiecto. Quod verò Logica ſecūdum quid ſit nobilior omni practica, patet, quia procedit ſpeculatiuo modo, qui eſt nobilior modus procedendi. Pro prima parte cōcluſionis vide D. Tho. 1. 2. q. 66. art. 3. vbi dicit, quod virtutes intellectuales ſunt nobiliores moralibus ſimpliciter. Et ſi inquiras, quare Logica non ſit nobilior ſimpliciter omni ſcientia practica; reſpondetur, quod obiectum dat nobilitatem habitui: & obiectum reale maiorem nobilitatē dat habitui, quàm modus procedendi ſpeculatiuus. Vnde ad argumentum reſpond. quod omnis ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior qualibet practica in ratione ſpeculatiuæ, non verò ſimpliciter, & abſolutè, niſi obiectum in vtraque ſit reale.

Dubium. *Reſponſ.*

Ad 7. arg. Ad ſeptimum reſpondetur, Logicam non eſſe neceſſariam ad habitus practicos. Quòd ſi aliquando artifex, qui ſcit Logicam, conficiat argumentationē in materia artis mechanicæ, illa argumētatio per ſe eſt ſpeculatiua, quia ex natura ſua ordinatur ad ſpeculationem. Quod verò ordinetur ad opus, eſt ex fine operātis, & ex parte materiæ, non verò ex parte formæ, qua habet, quod eſt conſideratum formaliter à Logica. Et per hoc patet ad 1. confir. nam argumentatio formaliter & ex propria forma ſemper eſt ſpeculatiua. *Ad 1. confi.* *Ad 2. cōfir.* Ad ſecundā reſpondetur, quòd dicitur ars artium iuxta modum, quem quæſtione iam citata diximus. *Alia ſolut.* Et ſecūdò reſpondetur, quod dicitur ars artiū, quia præbet modum acquirendi artes liberales, quæ ſunt ſcientiæ, non verò quòd ſit inſtrumentum ad acquirēdum artem ferrariam, vel alias huiuſmodi.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpōdetur, quod Logica, quę diuiditur in vtentem, & docentē, eſt habitus ſpeculatiuus, & ita etiā membra diuidentia ſunt habitus ſpeculatiui, vt diximus, & ſic argumentum nō habet difficultatem. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpōdetur, quòd etiamſi ordinetur ad aliud, illud aliud eſt ſpeculatio, & ita non incōuenit eſſe habitum ſpeculatiuum, & ordinari ad aliud, quod ſit ſpeculatio: nam in Metaphyſica, vel Phyſica, cognitio primæ paſſionis ordinatur ad cognitionem ſecundæ paſſionis, & tamen eſt cognitio ſpeculatiua. Ita licèt ordinetur cognitio logicalis ad argumentationem efficiendam, quia argumentatio eſt ſpeculatio, ipſa eſt ſpeculatiua.

Ad vl. arg. Vltimum argumentum potius eſt pro nobis: Nam ſi ſyllogiſmus eſt opus ſpeculatiuæ rationis: ergo eſt ſpeculatio, ſi .n. eſſet aliquid practicū, opus eſſet practicæ rationis, & nō ſpeculatiuæ: nā opera practica in practicū intellectum ſunt reducenda, ſicut & in habitus practicos.

QVÆSTIO. XVII.

Vtrum ſecunda intentio ſit Logicæ obiectum.

Controuer. QVantum referat, obiectum Logicæ cognoſcere, non eſt difficile intelligere, cū ab eo ſuam ſumat ſpeciē de illoque paſſiones demōſtret, quod qui ignorauerit, neceſſum eſt verā ignoret Logicam; Et quia hiſce diebus noua quædam figmenta in lucem auſa ſunt prodire, quæ de obiecto Logicæ incredibilia quædā affirmant, vt verā antiquāq; de hac re doctrinā, & Patrib. noſtris cognitā, ſectemur, nouaſq; opiniones reiiciamus, quæſtionē hanc lōgius ſolito diſputaturi ſumus. In qua quęſtione, mirum eſt quanta ſit Doctorū varietas.

1. Opinio. Prima opinio (quam ideò primam colloco, quia in recedendo à vero primas partes conſecuta eſt) aſſerit, obiectum logicæ in ſe conſideratæ, eſſe aliquid reale, & hoc eſſe modū diſſerendi, ſiue modū ſciendi latè ſumptū. Vocat autem modū ſciēdi orationē, qua ex notis incognitū declaratur. Et cū ſint multę orationū ſpecies: nā alia eſt vocalis, alia ſcripta, alia mētalis, alia verò eſt oratio cōmunis, q̄ dicitur de oībus his generibus; dicit hæc opinio, ſubiectū Logicæ eſſe orationē in cōmuni, pręcipuè tn̄ mentalē, nā ad emēdanda rationis vitia, pręcipuè Dialectica eſt inſtituta. Ita eius ſubiectū præcipuū, circa quod verſatur, eſt ens reale verū: nam neq; demonſtratio, neq; vlla forma aſſerendi præcipuè à Logico conſiderata, eſt ens rationis, ſed diſcurſus verus ac realis mentis, vt apertum eſt: etſi

tractet

Digitized by Google

tractet dialectica de entibus rationis ali quibus hoc eſt in ordine ad modũ diſſerendi, qui eſt aliquid reale, & præcipuũ conſideratum in ipſa. Hanc ſententiam tenet Fonſeca lib. 2. Meta. c. 3. qu. 1. Alii auctores explicant hanc opinionem, & dicunt, obiectum materiale Dialecticæ eſſe tria intellectus opera, ſcilicet, ſimplicium apprehenſionem, diuiſionẽ, definitionem, & argumentationẽ; formale verò eſſe directionem horũ triũ operũ rationis. Itaq; tres illæ operationes, vt dirigibiles per artẽ Logicæ ſunt eius obiectum.

Explicatio aliorũ præfata opinionis.

Obiectio. Et ſi dicas contrà: eſſe operationes directas ſecundum Dialecticam, eſt quædam extrinſeca denominatio: ergo formaliter obiectum Dialecticæ eſt ens rationis, ſiquidẽ ſunt operationes directæ per opus intellectus: eſſe autẽ directum aliquid rationis eſt;

Solutio. Reſpõdent, Dialecticam cõſiderare directionẽ actiuam, quæ eſt perfectio potẽtiæ, non verò illud ens rõnis: ſicut ars domificandi nõ intendit principaliter, niſi potentiã actiuam, quã per ſe & proprios actus intendit perficere: & finis ſcientiæ eſt ſcire, & non res eſſe ſcitas. Eodẽ modo finis Dialecticæ & obiectũ, eſt dirigere actiuè tres illas operationes, tres verò operationes directæ ſunt materiale obiectum.

Obiectio. Et ſi dicas, contra: ſcientia, quæ conſiderat vnum relatiuum, conſiderat aliud: ſed dirigere operationem intellectus, & operationem intellectus eſſe directam, ſunt correlatiua: ergo ſcientia, quæ conſiderat vnum, conſiderat aliud: & idem eſt ſcire, quomodo res intelligamus, & quomodo res intelligantur à nobis: ergo ſcientia, quæ vnum docet, docet aliud:

Solutio. Rñdent, bene poſſe vnius relatiui paſſionẽ demõſtrari, & nõ alterius, ſicut vnũ ſine alio cognoſci nõ valeat: neque idem eſſe dicũt rem ſcire, & illam eſſe ſcitã: quia vnum eſt aliquid reale, & aliud aliquid rõnis; & quantum ex hac ſnĩa colligere licet, actio, qua opera illa diriguntur, eſt obiectum Logicæ.

1. Argu. pro præfata op. Hanc ſententia... , imò confirmare volunt authoritatibus. Et in hanc opinionem adducunt Greg. Bruxel. q. 1. proœmialium, vbi dicit, logicam agere de re, quæ verè exiſtit, & non præcipuè de entibus rationis. Gabr. 1. Sent. d. 2 q 8. & ad 3. arg. vbi dicit ſyllogiſmum, & propoſitionem, de quibus agit Logicus, eſſe formaliter entia realia. Idem tenet Bar. Cõſtrenſ. q. 2. proęmialium, latiùs q. 2. ſuper prædicamenta 2. dubio, dicens, quod Logica conſiderat tãquam obiectum conceptus, & eorũ proprietates. Et citat pro ſe Ocham, qui in proęmio prædicabilium idẽ aſſerit; Et Scotũ egregiũ auctorẽ ſecũ tenere dicunt q. 2. 1. Priorum, cũ oppoſitũ omnino docuerit, vt ſuo loco videbimus. Quinimo D. Tho. idem expreſſè tenẽt 1. Poſteriorũ ſtatim in principio, & lect. 2. aiũt, vbi dicit: quòd logica agat de omnibus rebus, quia agit de noſtra cognitione, quæ ſe extendit ad oẽs res. Et in opuſc. 70. q. 3. art. 2. ad 3 in quib. locis dicit, Logicam dirigere actum rõnis: ergo eius obiectũ ſecundũ D. Th. eſt directio actuũ rõnis: Et cũ 4 Meta. dicit, agere de ſecundis intẽtionibus, intelligit in ordine ad directionem rõnis: & ita directio actiua rõnis ſecundũ D. Th. eſt obiectum Logicæ. Quinimo Ariſto. 2 Metap. tex. 15. qui dicit, eã eſſe modum ſciendi, quia verſatur circa modũ ſciendi, & 1. Topic. c. 1. dicit, Dialecticã eſſe artẽ rõcinãdi de quacũq. re propoſita, & 1. Rhet. c. 1. dicit agere de omnibus ſyllogiſmis.

2. Arg. Secundum arg. ſumptum à rõne illorum eſt; Propriũ & adæquatũ cuiuſcunq; diſciplinæ obiectũ illud eſt, ad quod cognoſcendum, ſiue agendũ, ſiue efficiẽdũ, ...a artis cura dirigitur: ſed proprius finis Dialecticæ, in quem tota incũbit, eſt tradere ſciendi modũ, ſeu diſſerẽdi; ergo hoc eſt eius obiectũ.

Confir. Confirm. hoc argumentũ, & explicatur: Nam idẽ formaliter eſt obiectũ ſcientiæ, & finis extrinſecus illius. ſed finis extrinſecus Dialecticę eſt opus rõnis, quatenus in veritatis cognitionem dirigit: ergo hoc eſt formale obiectum eius. Cõſequentia patet, & maior probatur: quia finis rei eſt id, ad quod formaliter res ordinatur ex natura ſua: ſed ſcientia principaliter ordinatur in ſuum obiectum; ergo illud eſt finis eius. Et eadem maior etiam probatur exemplis: Nam finis artis pingendi non eſt, niſi pictura, q̃ eſt eius obiectũ. Et idẽ probatur in Philoſophia morali, cuius obiectum & finis eſt opus morale, vt taliter attingibile ab ipſa, & ſcientia ſpeculatiua tm dat ſpeculationem ſui obiecti: &

ſic obiectũ & finis intrinſecus ſciæ ſunt res ipſæ cognitæ: cognitio autẽ ipſarũ eſt cõſecutio obiecti extrinſeci, & finis intrinſecus. Hi autẽ fines non ſunt duo, ſed potius vnũ perficiunt: nã primus intrinſecè ordinatur, vt via ad aliud, et cõpletur p illud. Sed probatur illa minor, in qua eſt difficultas: Nã finis intrinſecus Logicæ eſt ordinare, & ad artẽ reducere operationes intellectus, quatenus ad veritatis cognitionẽ ordinãtur: ergo finis intrinſecus nihil eſt aliud, quã conſequutio finis extrinſeci: vt viſio, & amor Dei, eſt intrinſecus finis hoĩs, Deus autẽ in ſe eſt finis extrinſecus illius: & in Philoſophia finis intrinſecus eſt cognitio entis mobilis, extrinſecus ens mobile. Cũ ergo finis intrinſecus Logicę eſt dirigere operationes per euidentem conſequentiã, ſequitur finẽ intrinſecum eſſe opus rationis, vt dirigibile per artem.

Confir. Confirmatur, quia homo nõ tãtũm poteſt dirigere, & ordinare opera aliarũ potentiarũ, ſed etiam opera propria ipſius intellectus: ſed ad ordinandũ aliarum potentiarũ actus aſſignantur artes aliæ: ergo ad ordinẽ conſtituendũ in actibus intellectus, debet aliqua ars aſſignari. Hęc autem nulla alia eſt, niſi Logica, vt aſſerit D. Th. lib. 1. Peri her. lectione 2. & primo poſteriorum lectione prima. Probatur 1. conſequentia, quia ſicut intellectus iudicat, & diſcurrit circa opera aliarum potẽtiarum, ita etiam ſupra ſua opera reflectitur, illa ordinãdo, vt p illa ordinata alia ordinet.

3. Argum. Tertiò; directio actuum rationis, vt iã explicata eſt à nobis, eſt ſcibilis, & non niſi à logica: ergo hęc directio actuum rationis eſt Logicę obiectum. Maior patet: quia eſt quid reale habens ſufficientẽ naturã, vt ſciri poſſit. Minor pbatur: quia ad nullã aliam artẽ pertinere põt; Hac enim ratione dicitur logica ars artium,

Confir. Et confir. quia logica eſt naturalis, quę reducitur ad artẽ: ſed illa verſatur circa directionem realem actuum rationis: ergo Logicæ obiectũ quid reale eſt.

4. Argum. Quartò; cognitio entis rõnis non eſt neceſſaria ad dirigenda rõnis opera: ergo Logica non agit de ente rõnis: agit ergo de ente reali. Probatur antecedẽs, quia antequã naturã entis rõnis pfectè cõſideremus, iam noſter intellectus inſtructus eſſe debet, ne erret in ſuis operibus, cũ cognoſcãtur entia rõnis notitia reflexa: quinimo cõſequuntur entia rõnis, poſtquã ſunt cõceptus intellectus ordinati in modũ definitionis, ſyllogiſmi, &c. ergo nõ ſunt neceſſariæ ad opera rõnis dirigẽda, ſed conſequuntur ad ipſa directa: ſed Logica cauſat directionẽ in cõceptibus: ergo obiectũ eius nõ eſt ens rõnis, ſed opera, vt dirigibilia ab ipſa Logica.

Confir. 2 Et confir. hoc argum. Logica rõne ſui obiecti eſt neceſſaria ad alias ſciẽtias: ſed nõ eſt neceſſaria ad alias ſcientias rõne entis rõnis, ſed rõne operũ intellectus directorũ: ergo opera directa ſunt eius obiectũ, & non ens rõnis. Maior patet. Nã propterea eſt neceſſaria Logica ad alias ſcientias, quia res, de quib. agit, ſunt neceſſariæ; nõ. n. ipſe habitus ſine actu ſuo ſufficit ad alias ſciẽtias acquirẽdas, ſed quia tractat de tali re. Sed Min. prob. Quia cũ cõceptus ſunt directi in modũ definitionis, diuiſionis, & argumẽtationis, &c. ẽtſi nõ cõſiderẽtur entia rõnis (& ſuppono, quod eſt probabiliſſimũ; non habere entia rõnis formale eſſe, niſi dũ conſiderantur) aliæ ſciẽtię acquiritur: ergo iſti conceptus ſic diſpoſiti, ſunt principale obiectũ Logicæ. Quorſum enim debemus ponere illud ſecundo cognitũ obiectũ Logicæ? Hoc argum. nos facimus in fauorẽ huius ſnię.

2. Confir. Et confirm. Quia Logica eſt ſciẽtiarum inſtrumentũ: ſed nõ eſt rõ formalis conſtituens inſtrumentũ ſciẽdi in rõne inſtrumẽti ens rõnis, ſed realis natura cõceptuũ: ergo illa eſt, dũmodo ſit ordinata, Logicæ obiectũ. Probat. Min. Quia ſine entibus rõnis formaliter põt eſſe demõſtratio, definitio, & diuiſio, quantum ſufficiũt, vt acquirãtur ſciẽtiæ, quia etiã ſine reflexa cõſideratione entiũ rõnum, ſeu ſecundariũ intentionũ, põt eſſe acquiſitio alterius ſciẽtiæ. Et hoc magis patebit, ſi fiat demõſtratio in modo per ſe noto ignorati rõne entis rõnis, vt diximus q. 2

Fuga. Si dicas, hoc arg. probare, quod obiectũ logicæ, q̃ eſt vtens, eſt directio cõceptuũ, ſeu cõceptus directi actiuè, nõ vero Logicæ docẽtis;

Impugnatio. cõtra, qa probabiliſſimũ eſt, non diſtingui nec realiter, nec formaliter Logicã vtentẽ & docẽtẽ.

Digitized by Google

Alia impugnatio. Et ſecundo, quia idē obiectū eſt vtriuſq. licèt diuerſimodè cōſideratū, vt in ſuperiorib. iam viſum fuit. Et Logica docens cōſiderat proprietates modi ſciendi, ſeu cōceptuū ſic ordinatorū, non quidē ſm̄ ſuā naturā, quia vt ſic ad phyſicum ſpectant; ſed ſm̄ ꝙ ſunt ſciendi inſtrumenta, ſecundū quā rōnē à nullo artifice, niſi à Logico conſideratur. *3. Confir.* Confir. vltimò hoc arg. Nam Ariſt. in tota Logica verbū nō fecit de ente rōnis, nec de ſecūda intētione: ergo obiectū Logicæ non eſt ſecunda intentio, nec ens rōnis. Mirum n. eſt contra ſuū morē Ariſt. in ſola Logica verbū non facere de Logicæ obiecto, quod tā exquiſitè in Phyſica & Metaphyſica diſputat, inquirendo earum obiecta.

5. Argum. Quintò arg. actus voluntatis, & appetitus, ētſi ſecundū ſuā naturā conſiderati pertinent ad phyſicum, ſed conſiderati ſecundū ſuā libertatē, & in ordine ad vltimū finē conſequendū, pertinēt ad Philoſophū moralē: ergo actus rōnis conſiderati ſecundū ſuā directionē in ordine ad ſcire, pertinebit ad Logicū: nā nō videtur ad quā ſcientiā pertineāt ētſi ſecūdum ſuā naturā pertineāt ad Phyſicū. Et præterea probatur hæc ſnīa probādo, ꝙ nullum ens rōnis pōt eſſe obiectū Logicæ. Ex quo ſequitur, debere eſſe ens reale, & ſi ens reale eſt obiectū, nullū aliud poſſumus aſſignare, niſi directionē actuū rationis, ſeu opera rōnis directa. Et ſit

6. Argum. Fonſeca cōtra D. Th. Sextū arg. quod affert Fōſeca vbi ſup. quo facilè credit refutari poſſe opinionē D. Th. Nam ſi ens rōnis ſit obiectum Dialecticæ, non habebit vtiq; proprietates, quæ vllo modo ſint entia; hoc autem inconueniens eſt: ergo &c. Probatur maior: Quia illæ proprietates nō erūt reales, quia ens reale eſt prius, natura ſaltē, ente rōnis, paſſiones aūt poſteriores ſūt ſuo ſubiecto, vel ſaltem nō ſint priores: ſi verò ſint entia rōnis, iam continebuntur eſſentialiter ſub ente rōnis, quo fiet, vt eius proprietates eſſe nequeāt: inferiora. n. non ſunt proprietates ſuperiorū: ergo &c. *Confir. 1.* Et cōfir. hoc arg. Nā ſi obiectū Logicæ eſt ens rōnis, ſequitur qđ Logica ſit ſcientia ſecundū quid: hoc autem eſt falſū: ergo &c. Probatur ſequela: Quia Logica, ſicut q̄libet ſcientia, accipit ſuā eſſētiā ab obiecto; ſed obiectū logicę eſt ens ſecundū quid, quia ens rationis ens eſt ſecundnm quid. Imò ſequeretur nullā habere perfectionem, quia ſciētia ſumit ſuā perfectionē ab obiecto: ſed eos rōnis nullius eſt perfectionis; ergo nec Logica erit alicuius perfectionis ſcientia. *Confir. 2.* Et cōfir. arg. 2. Nā ſi Logica agit de ſecūdis intentionibus, vel de ente rationis, ſequitur idem eſſe obiectum Logicæ, & Grāmaticæ, & Rhetoricæ: hoc autem eſt falſum, quia differunt ſpecie: ergo illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela: quia etiā obiectum harum artium eſt ens rationis, & ſecunda intentio. *Reſpon.* Si dicas, quòd Logica agit de intentionibus, quæ fundantur in rebus, Grammatica & Rhetorica de intentionibus, quæ fundantur in beneplacito hominum. *Impugnatio.* Contrà: quia ēt Logica agit de Nomine, Verbo, &c. vt patet per Ariſt. 1. Peri her quorū intentiones fundantur in hominum beneplacito: Nā quod voces ſint Nomina & Verba, non habent ex fundamento conueniente eis ex natura ſua. *Confir. 3.* Et confir. hoc arg. 3. quia inter ſcientiam & ſuum obiectum debet eſſe relatio realis tertii generis: ſed ad non ens non poteſt referri realiter Logica: ergo ens rationis, quod eſt non ens, non poteſt eſſe eius obiectum. Maior eſt Ariſt. in prædicamento Relationis, & 5. Metaph. Min. probatur: quia ad non ens non poteſt habere ſcientia relationem realem, quia relatio realis debet eſſe ad extrema realia. Sed de hac confirmatione ſup. quæſt. 7. dictum eſt.

7. Argum. Septimū arg. Agere de ente rōnis, & de eius quidditate, pertinet ad Metaphyſicū: ergo non eſt obiectū Logicæ. Conſequētia eſt euidens, & antecedēs probatur: Quia ens rōnis, cū habet eſſe per aſſimilationē & cōnotationē ad ens reale, nō pōt cognoſci, niſi per ens reale: ergo ad Metaphyſicā, quæ agit de ente reali, pertinet agere de ente rationis. Patet conſequentia: quia implicat, cognoſcere quomodo diſtinguatur in ſua quidditate ens rationis ab ente reali, niſi cognita natura entis realis. *Confir. 1.* Et cōfirmatur hæc ratio: nam ſcientia, quæ agit de analogo, agit de omnibus analogatis: ſed ens ſecundum D. Th. infra adducendū, dicitur analogicè de ente reali, & rationis: ergo Metaphyſica, quæ agit de ente, agit de ente

reali

Digitized by Google

Confir. reali, & rationis. Et confirmatur ſecūdò, quia ens rationis nō poteſt ſciētificè cognoſci ab habitu ſciētifico ad id per ſe ordinato: ergo nō poteſt eſſe obiectū directè intentū à Logica. Probatur antecedens, quia cognoſcibilitas, cū ſit paſſio entis, eo modo, quo aliquid eſt ens, eo modo eſt cognoſcibile: ſed eſt ens in ordine, & per imitationē ad ens reale: ergo nō eſt cognoſcibile vt ſic, niſi per ordinē ad ens reale: ergo nō poteſt cognoſci habitu per ſe ordinato ad illud cognoſcendū, ſed debet cognoſci ab habitu per ſe ordinato ad cognitionē entis realis, qui eſt Metaphyſica. *Fuga.* Si verò dicas, Metaphyſicam agere de ente rationis, non verò agere de ſecūdis intētionibus: *Impugnatio.* Contrà; quia eadē ſciētia, quæ cōſiderat aliquid cōmune, cōſiderat inferiora illius cōmunis, vt ſi Phyſica agit de ente mobili, eadē Phyſica cōſiderat de hoc ente mobili ad vbi, & ad formā: ergo ſi Metaphyſica agit de ente rationis, vt patet 4. Metaphyſicæ, aget cōſequenter de ſecūda intentione, quæ eſt quid inferius ad ens rationis. Quinimo ſicut non datur potētia per ſe ordinata ad cognitionē præciſam entis rationis, ita nec ſcientia debet dari; ſed Metaphyſica hoc cognoſcit, quia idem eſt obiectum Metaphyſicæ, & intellectus: ergo ens rationis non eſt obiectum Logicæ, & ita debet eſſe ens reale.

8. Argum. Octauum arg. Omnia illa, quæ tractat Logica, non conſiderantur ab illa ſub ratione entis rationis, ſed ſub ratione operis intellectus, & in ordine ad illam, & eius directionē: ergo ens reale eſt eius obiectū, & nō ens rationis. Probatur antecedēs: quia illud, ſub cuius ratione cōſiderātur reliqua in ſciētia, præſupponitur certum quoad, An ſit, cū hæc ſit conditio neceſſaria cuiuſlibet obiecti ſcientifici, vt dicitur 1. Poſt. textu 5. ſed non eſt certum eſſe ens rationis, nec Quid ſit: ergo non eſt obiectū Logicæ ens rationis. Probatur Min. quia ſi aliqua entia rationis eſſēt per ſe nota, eſſent maximè logicalia, vt eſſe vnam rem affirmatam de alia, eſſe definitam, diuiſam, abſtractam, comparatam, &c. ſed iſtæ denominationes ſunt entia realia: ergo &c. Probatur minor; Quia antequā intellectus reflectatur ſupra ſuos actus, iam res ſunt diuiſæ, definitæ, iam conceptus ſunt ordinati in modū definitionis, &c. ergo illud eſt aliquid reale. Et probatur eadem minor ſecūdò: quia eſſe volitū, eſſe viſum ſūt denominationes reales: ergo eſſe diuiſum, eſſe cognitū natura cōparatiua, &c. quia omnes ſunt extrinſecę denominationes, & non magis vnū ponit in rē, quā aliud. *Fuga.* Quod ſi dixeris, omnes denominationes extrinſecas, à quacumque forma proueniāt, eſſe ens rationis: *Impugnatio.* cōtrà; nā eſſe agēs, eſſe veſtitū, eſſe armatū, ſunt denominationes extrinſecæ, & tamē ſūt reales, cū pertineāt ad realia prædicamēta. Et cōfirmatur hoc: quia extrinſeca denominatio idē eſt realiter cū forma, à qua prouenit; vt eſſe viſū, eſt idē realiter cū viſione, & ſolū diſtinguitur per hoc, quòd vt *Confir.* viſio reddit ſubiectū formaliter vidēs, ipſū reſpicit, vt verò reſpicit obiectū, reddit illud extrinſecè viſū; nō ergo ſunt dicēdæ entia rōnis hæ extrinſecæ denominationes, ſiquidē forma eſt aliquid reale, cū qua idētificatur: obiectū ergo Logicę quid reale eſt, ſi quidē nō ſūt entia rōnis.

9. Argum. Nonū argumētū: Huiuſmodi entia rōnis, & denominationes, non ſunt aliquid per ſe intētū ab intellectu, ſed quid cōſequutū ad operationē eius: ergo nō ſpecificant primariò ſcientiam, ſed cognoſcūtur ſecundariò à ſcientia, agente de primaria forma, & per ſe intenta, quæ erit primariū obiectū eius. Antecedēs patet, quia oīs denominatio extrinſeca eſt ſecūdariò intenta, cū ſequatur ad aliā intrinſecā, & ꝑ ſe primò intētā. Probatur conſequentia argumēti, quia ſicut eſſe ſe habet ſecundario, ita & cognoſci: quia in eſſe, & cognitione, hmōi denominationes extrinſecæ depēdent ab intrinſecis.

10. Argu. Decimū: Si aliquid, de quo tractat Logica, eſſet ens rōnis, maximè eſſet demōſtratio: ſed demōſtratio eſt aliquid reale: ergo obiectū Logicæ eſt aliqd reale. Cōſequētia patet, & ꝓbatur maior: quia eſt principale obiectū in Logica, cum ad ipſam conſtituendam referātur definitio, diuiſio, & ferè omnia, quæ Ariſt. tractat in ſua Logica, ſpecies, genus, proprium, & differentia, &c. Minor probatur: quia demonſtratio effectiuè cauſat ſcientiam, vt demōſtratio eſt: ergo vt demōſtratio, debet eſſe aliquid reale: Ens. n. rationis im-

implicat, in genere cauſæ efficientis aliquid producere poſſe, cum in aliud non poſſit influere. Et ſimiliter ſi dicas, quod concurrit, vt conditio ſine qua non, hoc eſt falſum, quia etiam vt conditio cócurrens realiter, debet realiter influere in

Confir. 1. effectũ. Et cófirmatur hoc arg. quia quando conſideratur illa ratio, ſeu relatio demonſtrationis, quam fingis, quæ eſt aliquid reale, iã erat ſcientia producta per demóſtratioñe, cum illa relatio per actũ reflexũ cognoſcatur, ergo iã erat demóſtratio, vt ſic: quia demonſtratio vt demõ

Confir. 2. ſtratio, cauſat ſcientiam. Et confirmatur hoc argumentum: (& loquor de Logica vt vtens eſt) Logica vtens nó habet facere formã demóſtrationis, ſed præciſè aliquid reale; ergo obiectum eius eſt aliquid reale: & idem eſt materiale obiectũ Logicæ vtẽtis, & docentis, licèt alio modo conſideratum: ergo Logica docẽs habet pro obiecto ens reale. Probatur primũ antecedens, quia Logica vtens datur ad actũ, quo fiat aliquid, ſcilicet demonſtratio, definitio, diuiſio. Et ita diximus ex D. Thom. quod ratio ſpeculatiua aliquid facit, &c. ſed forma demonſtrationis, & cuiuſlibet alterius inſtrumẽti ſcië tifici, eſt relatio rationis: ergo non per ſe ordinatur ad faciendum illam, quia ad relationem non eſt per ſe motus: ergo per ſe ordinatur ad faciendum aliquid reale abſolutum: ergo obiectum Logicę vtentis eſt aliquid reale abſolutum, & idem conſideratum ſecundum ſuas paſſiones, & proprietates erit obiectum docentis Logicæ. Quinimo cum Logica vtens ſit habitus operatiuus, impoſſibile eſt, quod ordinetur ad aliquid rationis formaliter faciendum, cùm illud non poſſit fieri, vt per ſe notum eſt, quia non poteſt recipere realem influxum

11. Argum. Quod ſingula conſiderata in Logica ſint entia realia. Vndecimum argumentum; & probo, quod omnia, de quibus Logica agit, ſint formaliter ens reale, & ita eius obiectũ erit ens reale. Probo antecedens primò; eſſe ſubiectum, & prædicatũ formaliter eſt aliquid reale; quòd probo, quia repręſentare aliquid tamquam id, cui aliquid tribuitur, quod eſt eſſe ſubiectum, & repræſentare aliquid tamquam id, quod alteri tribuitur, quod eſt propriam prædicati, eſt aliquid reale. Probatur antecedens, quia ab illo modo oritur denominatio realis, & intrinſeca, per quam homo dicitur intelligens; ergo non ſolũ intellectio, vt ſic, ſed etiã modus illius eſt realis, cũ ab illo intellectus denominetur realiter intelligens, realiter prædicans, & ſubiiciens. Tũ etiã probatur idẽ antecedens, quia in eodem conceptu repræſentatio eſt aliquid reale, atque adeò modus taliter repræſẽtãdi erit aliquid reale, & conceptus ſubiecti repræſentat illum modum, quia ille eſt de intrinſeca ratione ſubiecti. Et probatur præterea idem antecedens: Nam antequam intellectus reflectatur ſupra ſuos conceptus, iam eſt ſubiectum, & prædicatum, quia ante talẽ reflexionem datur propoſitio mẽtalis eſsẽtialiter: ergo datur ſubiectũ & prędicatũ, quæ ſũt de eſsẽtia propoſitionis categoricę. Preterea probo, quod in cóceptibus ſit aliquid reale, eſſe genericos & ſpecificos: Nã repręſentare ea, quæ differunt ſpecie inter ſe, aut ſolo in diuiduo, quid realiſſimũ eſt, & de eſsẽtia cóceptus, ſiquidẽ per illud diſtinguuntur: ergo &c. Quidquid n. cóceptus dicit tam ſecundũ ſignificationem, quã ſecundũ modũ ſignificandi, naturaliter conuenit cóceptibus, ſecluſa operatione intellectus; & ita eſt aliquid reale in ipſis, & ſi repręſẽtatur per ipſos, vt verè repræſentatur, eſt de eius eſſentia. Prçtereà de propoſitione probo: Nã iudicium, quòd eſt de eſſentia propoſitionis, eſt aliquid reale, & prædicatũ eſſe vnitum cum ſubiecto, eſt aliquid reale, quia eſt formalis effectus alicuius formæ vniẽtis illa intrã ſe: ſed ta'is forma eſt cóceptus realis, qui habet rationem copulæ, & verbi in propoſitione mentali, & ita debet effectus, ideſt, vnio, eſſe aliquid reale, quia implicat formã eſſe realẽ, & effectũ intrinſecũ non eſſe realem. Et idẽ etiã probo in diſcurſu: Nã quod propoſitio aliqua habeat ratioñẽ cóclufionis in aliquo diſcurſu, nó eſt ens rationis: nã vt conſequens eſt, formaliter dicit aſſenſũ propter ea, quæ poſita ſunt, qui modus aſsẽtiendi eſt diſcurſus formaliter, & cõſtat eſſe aliquid reale, eſſe autẽ maiorem vel minorẽ, etiam eſt aliquid reale: nam eſſe maiorem, eſt dare initium ſignificationi & ſenſui antecedentis; eſſe verò minorẽ

eſt

eſt artificioſè proſequi eundem ſenſum: ſed hoc habet verè à parte rei: ergo &c. Et confirmatur hoc: quia ſi propoſitio, quæ eſt maior, fiat minor, non præſtat à parte rei, quod antea præſtabat: ergo verè amittit aliquā realem formalitatem, cum id exercere conueniat ei, ſecluſa operatione intellectus: ſicut ſoni taliter ordinati delectant, & ſi non ſint illi ordinati minimè: & hoc eſt aliquid reale in ſonis: ergo etiā erit in propoſitionibus, eſſe ſic ordinatas ſecundum rationem maioris, & minoris aliquid reale. De modo ſciendi etiā probatur; Nā definitio, diuiſio, & argumentatio eſt id, quo ſcimus: ſed non poſſumus ſcire formaliter per ens rationis: ergo &c. Et magis hoc ipsū probo: Quia definitio quidditatiua eſt clara cognitio rei: ergo &c. Et de argumentatione probo, quia eſt ignoti manifeſtatiua; ſed eſſe manifeſtatiuum ignoti eſt aliquid reale, & nō ens rationis quia ens rationis non eſt ignoti manifeſtatiuum.

Confir. 1. Et confirmatur argumentū: Quia ſi Logica ageret de fundamētis intētionis præcisè, adhuc eſſet ſciendi modus; ergo modò non conſiderat eaſdem intentiones, ſed aliquid reale, quia per idem eſt modò ſciendi modus, per quod tunc eſſet; ergo tales operationes reales, vt ab intellectu dirigibiles, ſunt conſtituendæ obiectum Logicæ, & non ens rationis.

Confir. 2. Et confirmatur hoc, & explicatur: Quia tales operationes ordinatæ fundamentaliter ſunt aliquid reale, & vt ſic ſufficiētiſſimè diſpoſitæ ad ſciēdum: ergo vt ſic ab aliquo habitu poſſunt conſiderari, præſcindēdo omne aliud; hic habitus eſt Logica: ergo Logica aliquid reale cōſiderat.

Confir. 3. Et confirmatur hoc argumentū. De priuationibus, Chymæris, & cætera, non datur aliqua ſpecialis ſcientia, ſed conſiderantur ab eadem ſcientia, quæ formaliter cōſiderat fundamentum: ergo ſimiliter illæ relationes conſequutæ, etiāſi eſſent aliquid rationis, non conſiderantur vt obiectum formale Logicæ, ſed vt conſequutæ ad ſuū obiectum formale, quod eſt ordo in operationibus animæ, ſeu dirigibilitas. Hoc argumentum ita lōgum conſtitui, vt videas, quomodo vno incōuenienti dato multa ſequantur, & quomodo, quod inauditum eſt, probare velint, genus, definitionem, diuiſionem, omnia denique Logica inſtrumenta, eſſe aliquid reale, vbi ſuam prorſus erga Logicam ignorantiam effundunt.

12. Argu. Duodecimum arg. Conuenit obiecto ſcientiæ, vt ſit cauſa ſcientiæ; ſed ens rationis nō poteſt eſſe cauſa; ergo &c. Maiorē probo, quia obiectum ideò mēſurat ſcientiā, quia cauſat illā: Sed minor probatur, quia ens rationis nullā cauſalitatē hēt realē.

Confir. Cōfirmatur hoc arg. Nā de ſubiecto oportet præſupponere, An ſit, & Quid ſit: ſed ens rationis neque eſt, neq; habet quidditatē, quæ ſine ordine ad exiſtentiā eſſe nō poteſt: ergo &c. Et confirmatur: Nā obiectū debet ſciētias realiter diſtinguere: ſed quod non eſt realiter, nō poteſt diſtinguere realiter: ergo non eſt obiectū Logicæ. Alia argumenta in cōfirmationē huius ſententiæ poteramus adducere, ſed quæſtiones peculiares formabimus, An ens rationis ſit cognoſcibile, &c. Et vide etiā alia ſupra quæſtione 7.

2 Sentētia Nominaliū, qui tamē inter ſe diuiſi sūt. Secunda ſententia, de obiecto Logicę olim circūferebatur, & aſſerebat hęc Nominaliū opinio, obiectū Logicæ eſſe voces ipſas, de quarū cōpoſitione, diuiſione, & argumentatione agit, qui tñ ſunt diuiſi. Nam aliqui dicunt, obiectum eſſe hūc terminū, Propoſitio, alii hunc, Argumētatio, alii hūc, Syllogiſmus. Et hi ſunt Marſil. ſuper Porphyr. c. 3. Villalpan. q. 3. præābula ad Logicā, & refert pro ſe Vives de corrupt. diſcipl. lib. 3. idem docet Ammonius initio prædicabiliū, & Porphyr. videtur idē ſētire, qui ſuū librū inſcripſit de quinque vocibus, & Plato in Phædro, garrulā vocat Dialecticam, hac ratione, quia agit de vocibus. Quintil. lib. 12. c. 2. totā in verbis verſari docet. Et hāc fuiſſe opinionē Stoicorū teſtatur Laertius 3. lib. de vita Leonidis. Quinimo Ariſt. in Anteprædicā. & prædicamētis de vocibus agit, & in Peri herme. & ratio pro hac ſentētia poteſt eſſe: nā habitus eſt quædā facultas & determinatio intellectus in ſuū obiectū; ſed Logica nō eſt neceſſaria, niſi vt determinet intellectū circa voces, illiq; præbeat facultatē circa illas: ergo hæ sūt obiectū Logicæ. Probo minorē, nā cognitis ſignificationib. terminorū, vt quid ſit, v.g. ſyllogiſmus in Darii, & quid cōcludere directè,

ſtatim

ſtatim cognoſcit ſyllogiſmũ in Darii cõcludere directè, imò cõcludet, & faciet ſyllogiſmũ. Cũ ergo tota difficultas oritur ex vocũ ſignificatione, ad hãc tollendã ordinatur Logica. Et circa hãc opinionẽ nota modò, ꝙ parũ differt à præcedẽti: Nã ſicut præcedẽs aiebat, totã incũbere Logicã in nominibus mẽtalibus ordinãdis, hæc aſſerit, totã verſari in nominibus vocalibus, & ſcriptis cõponẽdis: Et ſicut illi modũ ſciendi mẽtalẽ pcipuum obiectum Logicæ conſtituebant, ita iſti Nominales hunc terminũ Syllogiſmus, ſeu propoſitio, &c. Vocemus ergo illos mẽtales, ſicut iſtos nominales vocamus.

Obſeruatio Aucthoris circa præfatam opin.

3. Sñtẽtia. Ammonij & aliorũ.

Tertia ſententia in hac parte eorum eſt, qui dicunt, demõſtrationem eſſe Logicæ obiectum. Ita docent Ammonius, & Simplicius, & Philop. in initio prædicamentorum, & primo Priorum, quos & Toletus videtur ſequi in prolegomenis priorũ, & aliqui cẽſent in eandẽ ſententiã inclinari Scotũ 1. Poſter. q. 2. quæ & fuit cõmunis Græcorũ ſententia. Ratio pro hac ſententia illa eſt: quia illud eſt obiectũ ſcientiæ alicuius, in quod oĩa, quæ in illa ſciẽtia tractãtur, qua ratione tractantur, referuntur: ſed huiuſmodi eſt demonſtratio: ergo &c. Probo maiorẽ: nã illud eſt ſubiectũ, cuius cauſas inquirimus, et naturã inueſtigamus, qua cognita oĩa attributa, & proprietates cognoſcuntur, vt planè conſtat inductiuè in omnibus ſcientiarum ſubiectis. Minor verò probatur: nam ſi Logicus agit de ſyllogiſmo ſophiſtico, eſt in ordine ad ſyllogiſmum probabilem, quia ſophiſtici cognitio, ſecundum Philoſophum primo Elenchorũ, capite octauo, & vndecimo, & ſecundo Elẽchorum, capite penultimo, à cognitione probabilis ſyllogiſmi dependet, cum ſophiſticus ſyllogiſmus dicatur, qui apparet probabilis, ſed non eſt, nec vt ſic cognoſci poteſt, niſi per id, quod eſt verè tale: ergo ſyllogiſmus etiã probabilis eſt, qui nec manifeſtè veritatem, vel falſitatẽ continet, quod cognoſci nequit, niſi cognoſcatur, quid ſit veritas manifeſta: quod ſolùm demonſtrationi conuenire poteſt, quia manifeſtam continet veritatem. De diuiſione etiam patet, nam ipſa eſt methodus inueniendi definitionem, ſecundum Ariſt. 2. Poſter. c. 14. Definitio denique aut eſt ſubiecti, aut ꝓprietatis illius, vt docet Ariſt. 2. Topicorum, c. 20. Definitio autem proprietatis non habetur abſque demõſtratione, vt ibidem idem Philoſophus docet; ſi tamen ſit definitio ſubiecti, illa eſt medium demonſtrationis: ergo demonſtratio erit ſubiectum huius ſcientiæ, & omnia alia, quæ in illa conſiderantur, reducuntur ad demonſtrationem. Et ſi dicas, hoc argumentum probare, Deum eſſe ſubiectum Metaphyſicæ, quia omnia entia reducuntur in Deum, vt in cauſam efficientem, & formalem. Reſpondetur, quòd nõ reducũtur omnia entia in Deũ, vt in cauſã, per quam neceſſariò cognoſcantur formales ipſorum rationes: ſed demonſtratio eſt ratio, ſecundum quam omnia alia cognoſcuntur, vt oſtẽſum eſt.

Probatio pfatæ opin.

Inſtantia.

Solutio.

4. Sñtẽtia. Scoti & aliorum.

Quarta ſententia docet, ſyllogiſmum eſſe adæquatum ſubiectum huius ſcientiæ. Hanc ſequitur ſubtilis Doctor Scotus in ſua Logica, q. 3. & 5. prędicabiliũ. Mauritius Seuerinus, & Ioannes Anglicus, & alii quàm plures Scotiſtæ ſuper Logicã Scoti: imò & copulata Louanienſis, & Colonienſis, & Ægid. Roman. hic. Et probatur hæc ſententia: Nam Logica non agit de diuiſione, definitione, &c. niſi vt ſunt partes ſyllogiſmi, & ad illũ ordinantur: ergo &c. Probo antecedens: Nã definitio, & diuiſio tantùm pertinẽt ad Logicã, ſecũdũ qđ ſunt vtiles ad alias ſciẽtias: ſed definitio, & diuiſio non conducunt ad alias ſcientias, niſi in quãtum ſunt partes ſyllogiſmi: ergo ſub hac tantũ rõne agitur à Logica de illis. Minor probatur ab Ariſt. 4 Phyſic. 4. dicente, definitionẽ tradi, vt ea, q̃ dubitãtur, ſoluantur, qđ ꝑ ſyllogiſmũ fieri dẽt. Quinimo Platonici docebãt, maximè eſſe immorandũ circa quod qđ eſt, quia ex ipſo bene perſpecto omnes dubitationes ſoluuntur. Secundò: nã alia argumentationũ genera, vt enthymema, inductio, exẽplum, licẽt nõ ſint partes actuales Phyſicæ, vel Metaphyſicæ ſyllogiſmi, ſunt tñ partes illius, in quãtũ participãt imperfectè, & diminutè naturã ſyllogiſmi, & ita ad eũ reducũtur tãquã partes partiales illius, ſicut cõtingit in partib. potẽtialib. iuſtitiæ, q̃ ad illã reducũtur: ergo Logica agit de illis argumẽtorũ ſpeciebus

1. Probatio præfatæ ſententiæ.

2. Probatio

ſecundum

Digitized by Google

ſecundum quod reducuntur ad ſyllogiſmum. Probatur conſequentia: quia Logica agit de illis, vt ſunt inſtrumenta manifeſtandæ veritatis, hoc autem non habent niſi per participationē à ſyllogiſmo, & ita agit de illis in quantū ad ſyllogiſmū reducūtur, & Ariſt. dicit 1. Prior. c. 27. enthymema eſſe ſyllogiſmū imperfectū, & in tantum concludere, in quātū reducitur ad ſyllogiſmum; & idē eſt de aliis argumentationibus, omne enim imperfectū reducitur ad perfectū ſui generis: eſt ergo principaliter conſideratū ſyllogiſmus, & rō conſiderandi reliqua, & ita erit obiectum logicę. Tertiò,

3. Probatio nā ſi de definitione & diuiſione agit, profectò hac ratione facit, vt ſyllogizet: eſt ergo finis intentus vltimò ſyllogiſmus, ita erit obiectum Logicæ.

5. Sententia Quinta ſententia tenet, argumentationem eſſe Logicæ obiectum: Hanc tenet *Alber. Magni.* Albertus Magnus relatus à Soto in præſentia, q. 5. Iauellus, & Alfraganus, & alii multi, quos referre nō libet. Hāc āt ſententiā licèt late probent eius defenſores, breuiter ea probatur: quia oēs cōditiones obiecti ſcientifici illi cōueniūt, vt patet diſcurrenti per ſingulas; & ita Logica dicitur rationalis ab obiecto ſpecificante ipſam, ſcilicet, ratiocinatione ſeu argumentatione. Nam ſi non ſibi vēdicaret pro obiecto ratiocinationē, non diceretur rationalis ſcientia à Boetio, vt videre poteris opuſc. 70. apud D. Th. Præterea, quia propterea dicitur ſciētia hæc peculiari quadā ratione naturalis homini, quia perficit eius diſcurſum: ſed nō poteſt perficere niſi per argumentationē: ergo hæc eſt eius obiectū: nā ex ſcientiæ obiecto eius neceſſitas penſanda eſt vltimò: quia ſi agitur in Logica de definitione, & diuiſione, eſt in ordine ad argumentationē: de argumentatione vero nō agitur in ordine ad aliquod aliud obiectū logicale: ergo argumentatio eſt eius obiectum: nā finis eſt obiectum omnium eorū, quæ tractantur in Logica.

6. Sententia Magiſtri Soto. Sexta ſententia, quam ſapientiſſimus Magiſter Soto defendit q. 5. proœ. in Logicā, in ſolutione ad 3. arg. ꝙ Logica agit (accipiēdo illā prout diſtinguitur cōtra Grāmaticā, Rhetoricam, & Poeſim) de ente rationis, quod hēt fundamētū in re. Dicitur autē habere fundamētum in re, quādo ex natura ſua rebus conuenit id, vnde intellectus abſtrahit tales intentiones, vt eſſe hominis conuenit rebus, vnde abſtrahitur ratio ſpeciei; & eſſe animalis, vnde abſtrahitur ratio generis: & de iſtis intentionibus agit Logica tamquam de ſubiecto adæquato. Aliud verò ens rationis, quod conuenit vocibus non ex natura rei, ſed ex impoſitione, vt Nomē, &c. eſt obiectū Grāmaticę. Si verò agit de conceptibus formalibus, puta de propoſitione ſyllogiſmi, eſt ſecundū quod ſunt rerum ſigna, in quibus ſunt fundamentaliter propoſitiones ſyllogiſmi: Nam in rebus ipſis eſt animal rationale eſſe riſibile, & hominem eſſe animal rationale, & inde ſubſequitur, hominē eſſe riſibilē, & ſic quodammodo ꝓpoſitiones, & ſyllogiſmi ſunt in rebus, ſcilicet obiectiuè. Hęc āt ſētētia probatur: Quia ſi non fiat aliqua ſpecificatio in ente rationis, & ſecunda intentione, ratione cuius tractetur à Logica, cū etiā Grāmatica tractet de ente rationis, & ſecundis intentionibus, coincident Logicæ, & Grāmaticæ, & cætera obiecta, quod eſt inconueniens. Et ita obiectū Logicæ eſt ſecunda intentio, habens fundamentū in re; & obiectū Grammaticæ ens rationis, non habens fundamentum in re.

Præambula ad deciſionem quæſtionis.

IN hac difficultate explicāda, primò cōſiderādū eſt; nos hic non inqrere rōnē formalē ſub qua obiecti Logicæ iā .n. de hac ſermonē ſupra fecimus. Sed quæſtio eſt de rōne formali, quæ attingitur, & cognoſcitur ꝑ ſcientiā, & de qua paſſiones in Logica demōſtrātur. Et deniq; inquirimus, quodnā ſit obiectū qđ, vt ſtat ſub rōne qua, de qua ſup. deciſū fuit, ſpecificū logicalē habitū: iā ēt præmiſſū fuit in ſuperiorib. Logicā ēe verè ſciētiā ſpeculatiuā, quę de ſuo obiecto paſſiones demōſtrat, & ſimul artē ſpeculatiuā, quę facit ſyllogiſmos, definitiones, & argumētationes: Verū autē formaliter, vt ars, & ſciētia diſtinguantur, vel nō, iā diximus. Et hoc ad rem præſentem nihil facit. *1. Funda.*

Secūdo nota ex D. Th. 1. Sēt. ar. 4. in prolo. tres præcipuas conditiones cuiuslibet ſcientiæ obiectū hēre debere. Prima, *2. Funda.*

vt

vt quidquid tractatur in illa ſcientia cõtineatur ſub eius ſubiecto. Quę conditio *1. Explicatio ex Soto.* dupliciter explicatur: Primo modo, vt omnia comprehendat, tamquam prædicatum vniuerſale, ita vt debeat de omnibus in illa ſcientia contentis prædicari, ſiue in recto, ſiue in obliquo. Ita explicat Magiſt. Soto in hac q. & Caiet. 1. p. q. 1. art. 7. id ipsũ inſinuat. Et ita quidquid tractatur in Phyſica, vel eſt ens mobile, vel pars entis mobilis, vel effectus entis mobilis, vel ordinatur ad ens mobile. A- *2. Explicatio ſubtilior ex Caietano.* lio modo ſubtilius eã explicat Caiet. loco adducto, quod rõ formalis, quæ ſcientiæ debet eſſe id, ratione cuius omnia referuntur ad ſciẽtiam, & debet eſſe ratio cognoſcendi omnia in ſuo genere, etiãſi ſit ſingulariſſima, & non communis per prædicationem, ſicut ratio formalis potentiæ eſt id, quo mediante omnia referuntur ad potentiã, & ipſa potentia fertur in ſuum obiectum. Et hoc modo Deitas, etiamſi ſingulariſſima ſit, eſt obiectũ ſcientiæ diuinæ, etiam beatorum, quia ratione illius omnia referuntur ad ſcientiam, & ipſa eſt ratio, quæ terminat ſciẽtiam. Secunda conditio eſt, quod cognitio obiecti principaliter intendatur in ſcientiã, ſic adeò, vt cætera, quæ in ſcientia cognoſcuntur, ordinentur, vt habeatur perfecta cognitio ſubiecti: Siue enim de principiis ſubiecti, ſiue de paſſionibus tractetur, illud totũ debet ordinari, vt perfectè cognoſcamus ſubiectum, & eius partes ſubiectiuas, vt patet in quãtitate, & numero, & ente mobili, & ente; & hic eſt finis ſcientiæ, exactam de ſubiecto cognitionem habere. Tertia cõditio eſt, vt per ſubiectum formaliter ſumptũ ſcientiæ adinuicẽ diſtinguãtur: Vt enim ſuprà diximus, habitus per obiecta diſtiguuntur. Dixi formaliter ſumptũ: nã noſtra Theologia & beatorum circa idem obiectũ materiale verſantur, ſcilicet, circa Deũ, & tamen non diſtinguuntur ex hoc obiecto materiali præcisè, ſed ex eo taliter vel taliter cognoſcibili, id eſt, vt ſtat ſub tali vel tali lumine: nã hoc explicat eius diuerſam cognoſcibilitatem.

3. Fundã. Præterea eſt aduertendũ, obiectũ duplex in ſcientiis à Metaphyſicis conſtitui. Alterũ attributionis, & vocatur ſic, quia ratione illius omnia referuntur ad ſcientiam, & ei attribuuntur, huiuſmodi eſt ens in Metaphyſica, Deus in Theologia, ens mobile in Phyſica. Alterum eſt ſubiectum principalitatis, propterea q̃d inter partes ſubiectiuas, quæ ad ſciẽtiã pertinent, illa eſt principalior, & potiſſima, quomodo in Metaphyſica Deus eſt ſubiectũ attributionis, & anima in Phyſica. Quod modo in hac quæſt. inquirimus, illud eſt, quodnã ſit obiectum attributionis Logicæ, qua ratione eſt ſciẽtia, & etiam qua ratione eſt ars, an ſit aliquid reale, vel rationis; & ſi eſt rationis, an ſit ſecunda intentio, an argumentatio, an demonſtratio, an ſyllogiſmus?

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. PRima concluſ. Logica eſt directiua actuũ rationis, actuũ, inquam, rõnis, quibus apprehendit res ſimplices, & cõponit, & diuidit, & argumẽtatur. Et hoc facit, in quantum docet naturã definitionis, diuiſionis, & argumentationis, & ſecundũ quod docet res in propriis prædicamentis collocare, quod iuuat ad definitiones, diuiſiones, & conſequenter ad argumentationes, & ſecundũ ẽt quod conſtituit hæc logica alia; & de hac ſecunda parte, quo fiat huiuſmodi directio, nõ eſt hic agẽdũ, quia in ſuperioribus actũ eſt: Sed eſt tractandũ de prima, & illa, ſi aliquid conuincunt, probant argumenta facta in principio pro prima opinione, nõ verò aliquid amplius. Et probat noſtræ concluſ. prima pars, ex D. Th. in princip. libri 1. Poſter vbi expreſsè dicit, ꝙ quẽadmodum ratio artem fabrilẽ inuenit vt actus, qui per manũ exercentur, ſecundũ rõnem dirigantur; eodẽ pacto ratio ipſa *Quomodo Logica dirigat operationes intellectus.* inuenit artẽ Logicæ, quæ directiua eſſet ipſius rationis actuũ, per quam homo in actibus rationis ordinatè & faciliter, & ſine errore procederet. Et ita ars Logicę in illa parte, quæ agit de prædicamẽtis, intẽdit ordinare primã operationẽ intellectus. Et quomodo hoc fiat, vide Caiet. in Anteprædicã. ſtatim in prin. In parte verò Logicę, quæ vocatur de Interpretatione, agit de ordinanda ſecunda intellectus operatione. In Priori & Poſteriori reſolutione tractat de ordine cõſtituẽdo in tertio opere intellectus. Ergò ex D.

Tho.

Digitized by Google

Th. ſententia, Logica eſt ordinatiua actuũ rõnis: & hac de cauſa vocatur ars artiũ, & ſcientia ſcientiarum, & ſciẽdi modus, & hac ratione ad alias ſcientias neceſſaria dicitur, quia ordinat actus rationis, qui ordo eſt neceſſarius ad ſcientias acquirẽdas. Vnde D. Aug. lib. 2. de ordine, c. 13. ita dicit: Quomodo ratio ad alia fabricãda trãſiret, niſi ipſa prius quaſi machinamenta quędã & inſtrumenta diſtingueret, notaret, dirigeret, proderetq; ipſam diſciplinã diſciplinarũ, q̃ Dialecticã vocãt? Vbi apertè ſanctus Doctor docet, ad Logicã pertinere actuũ rationis directionem. Et hoc ita apertũ eſt, vt à nullo vmquam de hoc dubitatum fuerit; & eſt communiter ab omnibus receptũ. Et ſi rurſum inquiras, quomodo hæc ſcientia actus rationis dirigat? Etiam omnes vniformiter reſpõdent, hoc fieri conſtruendo definitiones, demõſtrationes, diuiſiones, & argumentationes. Ex eo enim ratio diſpoſita eſt & ordinata, & in ordine ad hãc ſcientiã acquirendã, & in ordine ad acquiſitionẽ aliarũ, quia ſuos conceptus in modũ definitionis, diuiſionis, & argumẽtationis diſpoſitos habet: nã iſta ſunt ſciendi modus. In hoc ergo eſt punctus difficultatis, quòd iſti Logici noui dicunt, cõceptus iſtos, & rationis actus quatenus ordinantur per Logicam, eſſe obiectũ Logicæ: nos verò aſſerimus, non ita ſe rẽ habere, ſed obiectũ Logicæ eſſe aliquid aliud ſuperueniẽs iſtis, qđ eſt eorum forma, in quãtũ ſunt in ratione definitionis, diuiſionis ordinati, quod eſt aliquid rõnis, & 2. intentio. Quæ quidẽ forma, quatenus in materiam introducitur, eſt obiectum Logicæ vtentis, quatenus de ipſa propriæ demõſtrãtur paſſiones, eſt obiectũ Logicæ docẽtis. Et ideò vt magis hoc pateat, additur hæc cõcl.

Quare logica vocetur ars artiũ, modus ſciẽdi, & neceſſaria ad alias ſcientias.

In quo cõſiſtat nodus controuerſia.

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Etiamſi ad Logicã pertineat ordinare mentis conceptus, ipſi mentis conceptus non cadunt ſub eius conſiderationẽ, niſi vt aliquid materiale, & in ordine ad aliquid aliud, quod habeat rationem formæ.

Hæc concluſio probatur euidenter: Nam artis materia nõ venit in vſum, & cõſiderationem artis, niſi ſub aliqua forma, quam ars introducit: ſed Logica eſt quædam ars ſpeculatiua: ergo ſuã materiã in ordine ad aliq̃ formã pertractat introducendam. Maior patet inductiuè in omnibus artib. Ars enim ædificatiua non aſſumit lapides, & ligna, nec illa ordinat, niſi in ordine ad formam domus, quã in illis debet introducere; & idẽ de arte frenefactiua & fabrili, non enim ferrum conſiderant, niſi vt certas formas in illo inducant. Et hoc eſt perpetuũ in omni arte: Nam cũ ars debeat eſſe factiua, & materia iam ſit facta in omnibus artibus, aliquid aliud debet prætendi, quod ſit forma introducenda per artẽ. Minor probata fuit ſuprà ex Diuo Thoma. Cõſequentia eſt euidens, & præterea probatur. Nam conceptus mentis, & voces ſimiliter, & ſcripturas, de quibus agit Logicus, non conſiderat ſecundum naturam conceptuum, cum hæc conſideratio ad phyſicũ ſpectet. ergo conſiderat illa ſecundũ aliam rationẽ, & in ordine ad aliquid aliud, & illud profectò dẽt habere rõnẽ formę: nã conceptus ipſi, & res, loco materiæ ſe habẽt. Dicunt iſti quod conſiderantur in ordine ad directionem. Tunc ſic argumentor: Vel hæc directio conceptus ſe habet vt materia, & hoc non: ergo ſe habet vt forma: ergo iã conſiderantur cõceptus in ordine ad aliquã formam, & hanc formã debet ab arte vt formale reſpici. Primũ antecedens probo: Quia quod eſt materia ſũt cõceptus, & ſi directio ſe habet vt materia, exhibe aliquid, quod conſideretur ab arte in ratione formæ; Impoſſibile enim eſt, nõ dari formã aliquã, quã ars inducat, quæ ſit finis artis: ſed directio nõ poteſt eſſe forma, ſed aliquid aliud; ergo &c. Minorem probo: nã Logica habet dirigere cõceptus effectiuè; ergo aliquid eſt, ratione cuius (formaliter loquẽdo) ſint cõceptus directi: & hoc non poteſt eſſe ipſa directio: ergo &c. Probo conſequentiã, nam in domo videmus lapides, & ligna eſſe ſecundũ formã artis directa, non autem ſunt directa formaliter per directionem ipſã, quæ eſt actio, ſed per aliquid aliud, hoc autem eſt forma domus, ex eo enim, quòd ſub illa forma adunantur, directa ſunt, & ordinata: ergo conceptus directi ſunt per aliquid aliud, quã per actionẽ, quã pducit Logica, loquor formaliter.

Solutio Aduerſariorum.

Impugnatio.

3. Concluſ.

Tertia cõcluſio: Illud ipſũ, per qđ conceptus

ceptus formaliter ſunt directi, eſt forma definitionis, diuiſionis, & argumentationis (& ad hæc reduco omnia inſtrumenta logicalia) Itaque ſicut domus partes dicuntur eſſe ordinatæ, & directæ per formam domus, & quatenus ita ſunt coaptatæ, vt in ſe recipiant formam domus, & forma eſt, quæ dat formaliter eſſe domus partibus adunatis, & per cuius receptionem ordinantur, ut poſſint à pluuia, & tempeſtatibus, & frigore defendere: ita conceptus dicuntur ordinati ad ſcientiam acquirendam, quatenus habent formam definitionis, & diuiſionis, & per illam recipiunt formaliter ordinem, vt ſint apta inſtrumenta ſciendi, quod ex ſe non habebant. Et probatur hæc concluſio: Nam iſti conceptus, Animal rationale, ſi non ſunt diſpoſiti in formam definitionis, non dicuntur ordinati ad definiendum hominem; ſi enim ſic ordinantur, rationale, vel animal nõ eſt definitio: ergo ſecundum quod ſubſtãt formæ definitionis, habent quod ſint inſtrumentum definiendi. Præterea idē patet, in diuiſione enim & in argumentatione eſt clariſſimum. Nam ſi cõceptus hi accipiãtur ſine ordine, eſt homo, riſibile, animal, rationale, non ſunt aptũ inſtrumentum ad ſciẽdũ: ſi ergo debeut eſſe aptũ inſtrumentum ſciendi, propterea debet eſſe, quòd ſunt ordinati in formam argumentationis rectè, hoc modo: Omne animal rationale eſt riſibile: omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis. *Munus logicæ quid.* Et ita eſt munus Logicæ conſtituere illos ſub forma debita argumentationis, vt per formã demonſtrationis ordinentur aptiſſimè ad ſciendum, & Logica in cõi præbet modum, quomodo fieri debeat huiuſmodi ordinatio, docendo regulas rectæ argumentationis in Prioribus, & materiã aptã ad ſciẽtiã in Poſteriori reſolutione, & hoc in cõi, nullã materiam in particulari determinando, vt poſtea iuxta ſubiectã materiam regulæ communes applicari poſſint; & habere illas regulas communes, eſt habere modum ſciendi: nam materiam quamlibet ſcientiæ ſubminiſtrant. Et hæc concluſio ſatis patet ſcienti, quid Ariſt. in prædicamẽtis, Poſteriori reſolutione, & Priori, & aliis partibus logicalibus docuerit; Nam tota illa doctrina contendit, vt ſciamus inſtrumentorum logicalium formam inducere, & paratas habeamus formas, quibus ad ſcientias cõquirendas trãſeamus. Et quod ordinentur conceptus, vt ſtãt ſub forma argumentationis, diuiſionis, &c. patet clariſſimè: Nã quorſum Ariſt. tres ſyllogiſmorũ figuras cõſtituit, niſi vt doceat debitè præmiſſas diſponere ſub certa forma? Directio ergo, quã logica exequitur in eo cõſiſtit, vt cõceptus ſub certa forma collocentur, & ex eo, ꝙ logica cõceptus dirigit, dirigit cõſequẽter & voces, quæ ſunt ſigna conceptus, & res ipſas quodammodo, ſecundum quod ſunt obiecta conceptuum, & vocibus ſignificantur.

4. Concluſ. Quarta concluſio: Iſtæ formæ, quibus conceptus, & voces, & res modo expoſito diriguntur formaliter, ſunt aliquid rationis, & non ſunt aliquid reale: Itaque forma argumentationis, diuiſionis, & definitionis, qua formaliter ſupra dicta ſunt talia, aliquid rationis eſt. Hęc concluſio eſt communis animi conceptio ſapientum omnium; nec pro illa aliquem in particulari adducere volo; ſed omnes eam ſunt ſequuti, qui huc uſque Logicam ſcripſerunt: & iſti mentales, ſeu nominales, qui iudicant obiectũ Logicæ eſſe quid reale, fatentur entia rationis conſiderari à Logico in ordine ad ens reale, & non è conuerſo. *Error quorundam.* Sed contra iſtam concluſionem aliqui tenuere nouiter. Quando aliqui authores antiqui infimæ notæ dixerunt ſyllogiſmum, definitionem, diuiſionem eſſe aliquid reale, loquuntur pro materiali; quemadmodum dicere poſſumus, quod album pro materiali eſt ſubſtantia. Et hanc concluſionem, cum agemus de vniuerſalibus, de intentionibus, & prædicabilibus in particulari, demonſtrabimus latiſſimè; Modò verò breuiter probo: Nam ſi eſſe definitionem, & diuiſionem, & argumentationem eſt aliquid reale formaliter, vel eſt ſubſtantia, vel quantitas, vel qualitas, vel relatio, uel aliquid horum prædicamentorum; ſed eſt ridiculum hoc dicere: ergo &c. Sequela patet. Omne enim ens cõpletum, & perfectum creatum debet eſſe in aliquo prædicamento,

Digitized by Google

mento. Sed minor probatur: Nam nõ eſt ſubſtantia, vt de ſe patet, quia nec prima, nec ſecunda; non quantitas, quia nec continua, vt liquet, nec diſcreta, quia eſſe demõſtrationem, verbi gratia, nõ eſt eſſe numerum ternarium, nec qua ternarium, & ſic de ſingulis: Nec eſt qualitas, quia non reperitur in conceptibus ordinatis in modum demonſtrationis aliqua alia qualitas, præter qualitates conceptuum: ſed forma demonſtrationis aliquid aliud eſt præter conceptus, ſiquidem eſt illorum forma. Et ſi dicas, quod eſt aliqua qualitas præter conceptus, certè non eſt habitus, vel diſpoſitio, nec aliã alia ſpecies: ergo & tũc, ſi eſt aliqua ſpecies qualitatis, ſequitur, quod Logica ſit ſcientia realis, ſiquidem habet pro obiecto ens reale. Si dicas, quod eſt relatio illa formalis, ſequeretur profectò, quod eius conſideratio ad Metaphyſicũ pertineret. Item, quia non eſt dabile, ad quod genus relationis pertineat, vt patet diſcurrendo per fundamentum relationum & nõ poteſt pertinere ad aliud genus: ergo &c. Præterea: eſſe demonſtrationem, & ſyllogiſmum, definitionem, & diuiſionem habent conceptus, ſine eo, quod aliquid intrinſecè acquirant: ergo illud in ipſis non eſt aliquid reale. Probatur conſequentia, aliàs acquirerent aliquid intrinſecum. Nec valet inſtantia de actione: nam cũ aliquid realiter denominatur agens ab actione exiſtẽte in paſſo, verè actio illa realiter & intrinſecè dimanauit ab agente; eſſe verò definitionem non dimanat à cõceptibus, nec forma, qua dicuntur talia, ab illis realiter profluxit. Sed probo primum antecedẽs: Nam per hoc, quod iſte conceptus Animal, & Rationale accipiũtur ab intellectu cum iſto ordine, & conſiderantur taliter, ſecundum quod explicant hominis eſſentiam, & vnus ſignificat rem, quæ determinat ſignificatum alterius, eſſentialiter habent quod ſit definitio: ſed hoc nihil eſt in illis intrinſecum: ergo &c. Probatur minor: Nã conſiderari ſic vel aliter, totum eſt extra ipſos conceptus, qui conſiderantur, Deus enim per hoc, quòd à me cognoſcitur nihil reale acquirit: nec cõſiderari à me eſt aliquid reale in ipſo, aliàs Deo aliquid reale in tempore adueniret, quòd eſt pluſquam falſum. Nec valet dicere eſſe extrinſecum, quia nihil reale Deo aduenire poteſt, aliàs mutaretur. Parum autem refert, quod ſit extrinſecum, ſi illi realiter aduenit ex tempore, ſed de hoc infra latiùs. Et confirmatur hæc ratio: Nam in vocibus nihil reale eſt eſſe demonſtrationem, definitionem, & argumentationem, quod enim voces ordinẽtur in modum demonſtrationis, definitionis, nihil reale eſt in ipſis. Et profectò non poteſt aſſignari, quæ realitas ſit illa: ergo nec in conceptibus. Nam ſolùm voces, & conceptus differunt, quantum ad hoc, in eo quod conceptus habent ſignificationem naturalem: voces verò habẽt ſignificationem ex hominum beneplacito. Præterea: eſſe genus, & ſpecies, &c. formaliter eſt ſecunda intentio, & aliquid rationis: ergo eſſe definitionem. Probatur conſequentia: quia omnes ſunt proprietates logicales. Sed hæc concluſio magis infrà probabitur: à quibus probationibus modo abſtinere volo, vt ſeruetur ordo doctrinæ.

Tollitur inſtantia.

Impugnatur quorũdam reſpõſio.

5. Concluſ.

Quinta concluſio: Obiectum logicæ tam vtentis, quàm docentis, eſt aliquid rationis, & non eſt aliquid reale. Hæc cõcluſio, quæ infertur planè ex his, quæ probata ſunt, eſt Ariſt. 4. Meta. tex. 5. vbi dicit, quod Logicus, & Metaphyſicus de omnibus diſputant, quia tractant de ente omnibus communi. Tunc ſic: Vel ens accipitur hîc pro ente reali; & hoc non, quia non eſt obiectũ Logicæ, nec Dialecticæ ens reale: ergo loquitur de ente rationis, quod omnibus conuenire poteſt; eſt ergo ſecũdum Ariſt. ens rationis, quod omnibus conuenire poteſt, Logicę obiectum. Hæc eſt ſentẽtia D. Th. in multis locis. Primò adduco ea, quæ dicit ſuper hunc textum lectione 4. vbi ſic dicit: Dialecticus autem circa omnia prędicta procedit ex probabilibus, vnde non facit ſcientiam, ſed quandam opinionem. Et hoc ideò eſt, quia ens eſt duplex, ens ſcilicet rationis, & naturæ. Ens autem rationis dicitur propriè de illis intẽtionibus quas ratio adinuenit in rebus conſideratis; ſicut intentio generis, & ſpeciei, & ſimilium, quæ quidem non inueniuntur in rerum natura, ſed conſidera-

Varia teſtimonia D. Thom. pro concluſ.

Quodnam ens rationis ſit obiectum Logicæ.

ſiderationem rationis ſequuntur: & huiuſmodi ſcilicet ens rationis eſt propriè ſubiectum Logicæ. Huiuſmodi autẽ intentiones intelligibilibus entibus naturæ æquiparantur, eo quod omnia entia naturæ ſub conſideratione rationis cadunt; & ideò ſubiectum Logicæ ad omnia ſe extẽdit, de quibus ens naturæ prædicatur: vbi vides multa aſſerta à noſtro ſancto Doctore infrà. Primum, quod intendimus, obiectum Logicæ eſſe aliquid rationis, prout diſtinguitur ab ente reali (nã expreſsè loquitur Diuus Thomas de ente, nõ prout efficitur à ratione, cuiuſmodi ſunt conceptus, ſed de ente, prout diſtinguitur ab ente reali, quod eſt obiectum Metaphyſicæ.) Et ſecundò aſſerit, intentiones logicales non eſſe reales, ſed rationis. Et primo Poſteriorũ, lectione 20. ſic ait: Et quia circa omnia, quæ ſunt, habet negociari ratio, Logica autẽ eſt de operationibus rationis, Logica etiam erit de iis, quæ communia ſunt omnibus, id eſt, de intentionibus rationis, quæ ad omnes res ſe habent; non autem ita, vt ipſa Logica ſit de ipſis rebus communibus, ſicut de ſubiectis: conſiderat enim Logica, ſicut ſubiectum, ſyllogiſmum, & enunciationẽ, & prædicatũ, & alia huiuſmodi. Vbi vides D. Thomam aſſerere, Logicam verſari circa intentiones rationis, quæ conueniunt rebus non de ipſis rebus, & verſari circa ſyllogiſmos, &c. Vt intelligat ſecundum ſententiam Diui Thomæ, non eſſe ſubiectum Logicæ ens rationis in ſua cõmunitate, ſed ſecundum quod in ratione intentionis ſecundæ communis ad ſyllogiſmũ conſideratur. Et quarto libro contra gentes, c. 11. dicit: aliæ ſunt ſcientiæ de rebus, aliæ de intentionibus intellectis, vnde ſcientia, quæ agit de intentionibus, diſtinguitur ab illa, quæ agit de rebus: ergo obiectũ Logicæ, quæ eſt ſecunda intentio, ſecundum Diuum Thomam, vt modo vidimus, eſt aliquid rationis. Idem aſſerit opuſculo 70. ſuper Boetium, & opuſculo de natura generis 42. capite quarto: ergo ſecundum Diuũ Thomam ens rationis, quod conſequitur ad operationem intellectus, eſt aliquid rationis, vt diſtinguitur contra ens reale exiſtens: ergo non eſt cur iſti nobis perſuadere velint, & dicãt D. Thom. ſuam tenuiſſe opinionem, ſeu imaginationem. Et cum Diuus Thomas aſſerit, Logicã verſari circa opera intellectus, intelligit tamquam circa propriã materiã, vt patet primo Poſteriorũ, lect. 20.

Quo operationes intellectus, et alia entia realia cadant ſub cõſideratione Logicæ apud D. Thom.

Præterea hæc concluſio probatur primò authoritate aliorum. Habet illã Auerrhoes lib. 4. Metaphyſ. tract. 2 Auicenna lib 1. ſuæ Metaphyſicę. Duran. primo d. 19. q. 5. Iauel. 6. Metaphyſ. q. 7. Flandria 4. Metaphyſicæ, q. 5. art. 2. & 1. Poſteriorum, q. 1. art 2. & 3. Petrus Niger, quæſtione 12. in ſuo clypeo. Veracruce q. 1. procem. Zimara annotatione vltima ſuper quæſt. libri ſecundi Metaphyſicæ, Balduinus quæſito 2. Angelus, tractatu de præcognitionibus Logicæ, Albertus primo Metaphyſicæ, cap. 1. & in ſua Logica in principio, Aegidius in initio Elenchorum, Soncinas in initio prædicabilium, Heruæus tractatu de ſecundis intentionibus, parte vlt. art. 3. Gandauo 2. Metaphyſicæ, cap 12. & 4. Metaphyſicæ. q. 6. Caietanus c. de genere, Soto q. 5. procemiali in Logicam, & innumeri alii ex Diui Thomæ diſcipulis, & modernis, & antiquis, quos longum eſſet recenſere. Acutiſſimus Scotus ſupra adductus cum ſuis ſequacibus, dum aſſerit, ſyllogiſmum eſſe obiectũ Logicæ, conſequenter defendit eius obiectum nõ eſſe quid reale. Et tamen pro hac parte tantis viris & doctiſſimis, & antiquiſſimis exiſtẽtibus, modò conantur inuehere in ſcholas hanc opinionem, ſeu imaginationẽ.

Probatur præterea ratione: nam Logica condiſtinguitur contra ſcientias reales, non quia ipſa non ſit ſcientia realis, ſed quia eius obiectum non eſt reale: ergo eſt aliquid rationis: nam non datur ens cõdiſtinctum contra ens reale, quod non ſit ens rationis: quia ens diuiditur immediatè in ens reale, & rationis.

Cur Logica non numeretur inter ſciẽtias reales.

Præterea ſecunda intentio, vt viſum fuit, eſt aliquid rationis, & habet proprietates demonſtrabiles ab aliqua ſciẽtia, & non alia niſi Logica: ergo Logicæ obiectum eſt ens rationis. Maior probatur: nam in hac quæſtione oſtenſum eſt, eſſe aliquid rationis formaliter: & ſupra quæſtione 7. demonſtratum eſt, ſecundam intentionem habere paſſiones.

Digitized by Google

Et probatur modò, nam generis propria paſſio eſt prædicabilitas de multis ſpeciebus, & ſyllogiſmi probabilis proprium eſt generare probabilitatem. Sed minor probatur: nam huiuſmodi proprietatem ſatis conſtat non demonſtrari à Metaphyſico, tùm quia agit de ente reali, tùm, quia in nulla ſui parte illud facit, & à Porphyrio in prædicabilibus, & ab Ariſtotele primo libro Topicorum agitur de prædicabilibus, & ponitur proprium generis prædicabilitas de multis ſpeciebus.

Præterea: ſi obiectum Logicæ erit ens reale, inquiro, vtrum abſtrahat ab omni materia, vel non? Si primum, ergo eſt pars obiecti Metaphyſicæ: ergo ad ipsã pertinebit conſideratio eius. Probatur prima conſequentia; quia omne ens reale ſub omnimoda immaterialitate, pars eſt ſubiecti Metaphyſicæ, quandoquidem participat rationem entis & abſtractionem: Deus etenim pars eſt ſubiecti Metaphyſicæ hac ratione, ſimiliter & accidens, & quantitas, ſi non abſtrahit ab omni materia, debet includere aliquam non ſenſibilem, quia actus intellectus, vt dirigibiles, nullam qualitatem ſenſibilem includunt, nec conſiderantur in ordine ad illam; Nec etiam includunt materiam intelligibilem, quia non concernunt quantitatem; nec conſiderantur ſecundum rationẽ libertatis, vt ad ſcientias morales reducantur. Vltima conſequentia probatur, quia omnis pars ſubiectiua Metaphyſici obiecti conſideratur ab habitu metaphyſico.

Præterea: actus intellectus ſufficientiſſimè conſideratur à Phyſico, & Metaphyſico, ſecundum omnem ſuam rationem. Si conſiderentur ſecundum ſuam naturalitatem, & non ſecundum libertatem: ergo non eſt dicendum pertinere eorum tractatum ad Logicum. Conſequentia patet, & probatur antecedens: Nam cognitio, verbi gratia, hominis, ſi conſideretur, vt eſt actus effectus ab anima rationali, quæ eſt corporis organici phyſici forma, ad eandem ſcientiam pertinet, ad quam pertinet anima, hoc eſt, ad Phyſicam. Si vero conſideretur ſecundum ſuam ſpeciem & immaterialitatem, ad Metaphyſicam pertinet eius conſideratio. Secundum enim quòd deſeruit ſciendi modo, niſi addas ſecũdam intentionem, nihil habet præter ſupra dicta. Cùm verò conſideratur in ratione actus liberi iam tranſit ad aliud genus moris, & ita pertinet ad ſcientiam moralem.

Præterea; Logica conſiderat tamquã ſuum obiectum diuiſionem, definitionẽ, & argumentationem, vocalem etiam & ſcriptam, vt apertè conſtat, quæ etiam ſunt inſtrumenta ſciendi; & Ariſtoteles in Peri herm. de Oratione vocali & Verbo & Nomine vocalibus, de Propoſitionibus, &c. tractauit, & ſimiliter in Antepredicamentis, vt optimè aduertit D. Thom. in primo Peri her. lect. 1. ſed propoſitioni mentali, vocali, & ſcriptæ, nil poteſt reale aſſignari conſideratum à Logica, niſi ſecunda intentio, quæ eſt ens rationis; ergo non eſt obiectum Logicæ aliquid reale. Probatur minor: Nam non poteſt aſſignari actus intellectus cõmunis illis, quia modus ſciendi vocalis non eſt actio intellectus, cùm ſit vox: & idem de modo ſciendi ſcripto. Et præaerea, quia inquirimus reale commune actui intellectus, orationi externæ, vocali & ſcriptæ, Et hoc non poteſt eſſe ipſe actus intellectus, nec poteſt eſſe ſubſtantia; quia actio intellectus eſt accidens. Nec poteſt eſſe accidens, quia oratio vocalis, ſeu voces ipſæ, ſunt ſubſtantiæ; quia ſunt aer verberatus. Et non poteſt dici, quod commune ſit ens, quia ens non eſt modus ſciendi, tùm etiam quia eſt obiectum Metaphyſicæ, & ſic idem eſſet obiectum Metaphyſicæ & Logicæ. Et ex hoc infertur, quòd neque actus intellectus ordinati, ſunt obiectum attributionis Logicæ; quia etiam agit de orationibus vocalibus, quæ non ſunt actus intellectus; eſt ergo aliquid rationis.

Et præterea; quia ſcientia rationalis vocatur nõ ſolùm, quia dirigit actiones & actus rationis, ſed etiam quia habet pro obiecto ens rationis; ſecũdum enim D. Thomam 3. Sententiarum, diſtinct. 33. ar. 2. ad 3. ipſa ſecunda intentio ratio dicitur. Dicit enim hæc verba: Ratio dicitur dupliciter, vno modo id, quod eſt in ratiocinante, ſcilicet potẽtia vel actus. Secũdo modo, vt eſt nomen intentionis,

Digitized by Google

tionis; & ab hac ſcientia rationalis nominatur.

Præterea ſequeretur, quod hæc ſcientia eſſet nobilior ſcientia mathematica ſaltem ex parte obiecti; quia nobilius obiectum eſt actus intellectus ordinati, quos iſti aſſerunt eſſe quid reale, & obiectum Logicæ, quàm quantitas. Item eſſet nobilior Philoſophia morali; quia actus intellectus ſimpliciores ſunt, quã actus voluntatis, qui includuntur neceſſariò in obiecto Philoſophiæ moralis. Et ea ratione eſſet nobilior viſuali ſeu perſpectiua ſcientia, & Muſica ſimiliter. Quinimo eſſet nobilior Phyſica: quia in ratione obiecti nobilius quid ſunt actus intellectus ordinati, nullam includentes materiam, quàm ens mobile materiam ſenſibilem includens.

Præterea probatur cõcluſio; Nã principia ferè omnia logicalia, quæ dantur per prædicationem & affirmationem, vt quãdo quidpiã de quopiã, & idẽ de eodẽ affirmari & negari eſt impoſſibile, & alia ſimilia, formaliter ſunt aliquid rationis, vt conſtat, & magis infrà oſtendetur: ergo eius obiectum eſt aliquid rationis.

Præterea; Nam 6. Metaphyſicæ Ariſtoteles diuiſit ſcientias ſpeculatiuas & reales, & in illis non numerauit Logicam, quæ ſpeculatiua eſt ſecundum probabiliſſimam opinionem; ergo Logica non eſt realis ex parte obiecti. Et confirmatur: Nam ſi eſt ſcientia realis, exhibe principia illius realia, ex quibus procedit ad ſuas concluſiones oſtendendas: ergo cùm non habeat principia realia, obiectum eius erit aliquid rationis.

Præterea: In ſcientia de domo, quam habet aliquis ſpeculatiuè, non demonſtrantur paſſiones ligni, nec paſſiones lapidis, ſed paſſiones formæ domus: quia illæ paſſiones materiæ domus in Phyſica conſiderantur; ſed in Logica non demonſtrantur paſſiones actuum rationis, nec alicuius alterius realis; nam da, quæ paſſiones ſunt illæ? Sed ſolùm demonſtrat paſſiones entis rationis, quod eſt ſecunda intentio: ergo illud eſt obiectum huius ſcientiæ formale, & non aliquid reale. Demõſtrantur enim proprietates generis, ſpeciei, differentiæ, accidentis, proprii, & communis, vt patet in cap. vltimo prædicabilium. Et non fit ibi mentio de aliqua paſſione reali. Vnde ille Complutenſis Doctor, qui dixit Logicã agere de operationibus animæ ſub ratione dirigibilitatis, & de ente rationis in ordine ad illas, qui & aſſeruit definitionem, &c. formaliter eſſe aliquid rationis minus errauit, quàm qui aſſeruerunt huiuſmodi omnia & materialiter & formaliter eſſe aliquid reale. In hac concluſione ſolùm voluimus oſtendere, obiectum Logicæ non eſſe reale formaliter, ſed aliquid rationis. Et quia multa ſunt rationis entia, quodnam horum ſit conſtituendum, tamquam formale obiectum, modò eſt explicandum. Et ideò ſit *Error Complutenſis.*

6. Concluſ. Quale ens rationis ſit obiectũ Logicæ auth. D. Thom. Sexta cõcluſio. Ens rationis, vt ſic, acceptum in ſua communitate, non eſt obiectum Logicæ, nec reſtrictum ad demõſtrationem, nec reſtrictum ad ſyllogiſmum, nec reſtrictum ad argumentationẽ. Hæc concluſio habet multas partes probandas. Et prima pars, quòd nõ ſit obiectum ens rationis in ſua communitate, probatur primò authoritate D. Thom. in locis ſupra adductis, vbi dicit, ſecundam intẽtionem eſſe obiectum Logicæ. Et eſt expreſſus locus primo Poſteriorũ lect. 20. Præterea probatur ratione: Nam ſi ageret de ente rationis in communi, ageret de omni ente rationis: & ita ageret de negatione, & de omni relatione, & de Chymera: hoc autem eſt falſum: ergo illud, ex quo ſequitur. Probatur Min. Tũ quia illa conſideratio, vt ſic, pertinet ad Metaphyſicum, qui agit de ente: & ita debet agere de ente rationis, quod eſt ens per analogiam ad ens reale. Item etiam quia agere de illo ente rationis nil conducit ad ſcientiam: ſed Logica ſolũ agit de ente rationis, quod eſt forma inſtrumentorum logicalium, & quæ conducunt ad alias ſcientias: ergo illud nõ eſt Logicæ obiectũ. Maior patet, minor probatur, quia in hac latitudine ſumptum, non eſt forma definitionis, diuiſionis, & argumẽtationis, & ita nõ pertinet ad logicã conſideratiõnẽ. Et cõfirmatur: quia in hac latitudine non habet paſſiones logicales, ſed ſolùm quaſdam proportionales paſſionibus entis realis; quia eſt vnum ſuo modo, &c. Quod ſi dicas, Logicam agere de indiuiduo, &

de indiuiſione, quod eſt aliquid rationis; Reſpondetur, quod de illa indiuiſione agit Logicus in ordine ad ſuum obiectum, quod eſt ſecunda intentio; non verò agit, vt de parte ſubiectiua. Et per hunc modum agit de oppoſitis priuatiuè, &c. & de multis negationibus, quæ non ſunt ſecundæ intentiones.

Præterea probatur, quia Ariſtot. non tractauit de ente rationis, vt ſic, in aliqua parte ſuæ Logicæ; ergo nõ eſt eius obiectum. Item ſequitur, quòd non demonſtret paſſiones ſecundæ intentionis vt ſic, quia Metaphyſica non demonſtrat paſſiones entium particularium. Item ſequitur, quòd Grammatica & Rhetorica non ſunt diſtinctæ ſcientiæ, quia non habent diſtinctas abſtractiones obiecti, & vnum ſub alio continetur; ergo &c. Probatur conſequentia: nam ſcientia de hoc ente, de ſpiritu ſcilicet, non eſt diſtincta ſcientia à Metaphyſica. *Solutio.* Et dicere quòd differunt penes finem, contrà: quia *Impugnatio.* ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, quæ non differunt penes finem, ſed penes obiecta; ergo &c.

Quod verò non ſit demonſtratio obiectum Logicæ, probatur: Nam non ſufficit omnia, quæ tractantur in ſcientia logicali, referri aliquo modo in demonſtrationem, vt demonſtratio ſit obiectũ Logicæ, aliàs Deus eſſet Metaphyſicæ obiectum: quia omnia, quæ tractantur in Metaphyſica, reducuntur aliquo modo in Deum, tamquam in cauſam efficientem & finalem, & tamquam in regulam omnium.

Regula digna. Et præterea: quando ſcientia aliqua plura per ſe conſiderat, ſubiectum ſcientiæ talis non poteſt eſſe vnum illorum, ſed aliquid, quod omnia comprehendat, cùm quodlibet illorum non ſit pars alterius, ſed quodlibet ſit ens completum & totale in illo genere; ſed Dialectica agit de definitione, diuiſione, & argumentatione, & demonſtratione, vt de inſtrumẽtis per ſe conſideratis ab illa, & neutrum eſt alterius pars; ergo debent conſiderari ſub aliquo communi, quod omnia cõprehendat. Maior probatur inductiuè in ſcientiis, & potentiis: Nam potentia viſiua, quia conſiderat per ſe albedinem, & nigredinem, ac cæteros colores, non eſt illius obiectum album, vel nigrum, ſed coloratum, quod omnia comprehendit, ſeu viſibile; & Metaphyſica conſiderat ens finitum, & infinitum, & partes illorum, vnde neutrum illorum eſt eius obiectum, ſed aliquid, quod omnia comprehendit, ſcilicet ens. Minor probatur, quia deſeruiunt ſuo fini per ſe; ergo per ſe agit de illis. Conſequentia eſt nota. Et hæc ratio etiam probat, quod non ſit argumentatio, nec ſyllogiſmus, ſed aliquid commune illis, quod eſt ſecunda intentio. Fateor tamen, quod inter ipſas partes id intenditur principalius, & magis ac perfectiori modo, & eſt ſubiectũ principalitatis, quod eſt perfectius & nobilius.

Et præterea: licèt in Arithmetica ſit aliquis numerus perfectiſſimus, videlicet, ternarius, non eſt obiectum eius, ſed eſt numerus in communi: ergo idem in propoſito. *Proportio inter Arithmeticã & Logicam.* Quod ſyllogiſmus non ſit obiectum Logicæ, probatur rationibus dictis. Et præterea: quia Logica non ſolum agit de definitione, & diuiſione, quatenus deſeruiunt ſyllogiſmo, ſed quatenus ſunt per ſe & eſſentialiter modus ſciendi, & pertinent ad finem Logicæ conſequendum; ergo directè continentur ſub obiecto Logicæ, & non reductiuè: ergo aliquid aliud eſt aſſignandum, ſub quo contineantur per ſe. Probatur antecedens: quia de definitione agit ſecundum ſuam propriam formam, quæ eſt ſciendi modus, & idem de diuiſione: ergo &c.

Præterea. Quia forma definitionis, &c. non eſt pars formæ ſyllogiſmi; ergo non conſideratur formaliter, vt eſt aliquid illius, ſed vt per ſe habet rationẽ obiectiuã logicalẽ, q̃ eſt ratio cõſiderandi: ſicut & cõſideratur in Metaphyſica accidens & ſubſtãtia. Et cõfirmatur: Quia prius natura definitio habet propriã formam, quàm intelligamus illam, vt partem ſyllogiſmi materialem: ergo per ſe etiam pertinet ad logicam conſiderationẽ, quatenus inſtruit intellectũ, ne erret in cõponendis cõceptib. definitionis. Et idẽ de diuiſione dicendum eſt.

Definitio non eſt reducẽda ad ſyllogiſmũ. Præterea probatur concluſio: Quia definitio non eſt reducenda ad ſyllogiſmũ, vt minus perfectũ ad magis perfectũ: ergo ſyllogiſmus nõ eſt obiectũ Logicæ

gitæ. Probatur antecedens: Nã perfectio inſtrumenti ſciendi ſumi poteſt, vel ex parte rei manifeſtatæ, vel ex parte modi manifeſtandi veritatem: ſed definitio ex parte rei manifeſtatæ præſtat ſyllogiſmo & demonſtrationi, & etiam ex parte modi manifeſtandi: ergo &c. Nã definitio ſẽper manifeſtat eſſentiam rei, demonſtratio paſſionem, ſi ſit à priori, ſyllogiſmus non ſemper eſſentiã rei manifeſtat: ergo definitio ex parte rei manifeſtatę eſt perfectior. Ex parte modi probatur, quia manifeſtat rem ſimplici quodam intuitu, qui eſt modus perfectior modo manifeſtandi per diſcurſum: & ita cognitio definitionis pertinet ad habitum principiorum, qui eſt perfectior habitu ſciẽtifico. Et videtur hoc aſſerere Ariſtot. 7. Metaphyſ. c. 4. vbi ait, nobilius eſſe ſcire, quid ſit homo, quàm qualis ſit. Et primo Poſteriorum, c. 1. ait, principia perfectius clariuſq; cognoſci, quàm concluſionem: ſed definitio pertinet ad principia. ergo &c. Intelligitur verò hoc ſecundũ quòd aliquid manifeſtatur in ratione modi ſciendi, non verò in ratione alia per perfectũ vel imperfectum iudicium: Nam ſi in ordine ad iudicium loquamur, ſi non dicat definitio iudicium perfectum & demonſtratio ſic, conſtat demonſtrationem eſſe perfectiorem. Hæc probatio, quæ ab aliquibus magni fit, non ratione prædicta multum ſatisfacit. Quod etiam non ſit argumentatio, eiſdem rationibus probatur; Nam argumentatio eſt ſpecies quædam obiecti partialis Logicæ: ergo aliquod eſt conſtituendum obiectum, quod comprehendat etiam argumentationem in ſe, & diuiſionem. Et omnibus rationibus ſupra factis de demonſtratione & ſyllogiſmo probatis, argumentationem non eſſe obiectum Logicæ.

Definitio præſtantior ſyllogiſmo & demonſtratione.

7 Concluſ. contra Nominales.

Septima cõcluſio. Nec conceptus ipſi vt habent modi ſciendi rationem, etiam ſi ipſa ratio modi ſciendi ſit ſecunda intentio, (vt reuera eſt) eſt obiectum logicæ, nec voces, vt Nominales exiſtimant. De iſta voce propoſitio vel Argumentatio, &c conſtat, non eſſe obiectum Logicæ, quia eſt ſingularis, contingens, ſed de ſingularibus, & contingentibus non eſt ſcientia: ergo &c. Vide alias rationes in Magiſtro Soto quæſt. 1. procemiali. Probatur præterea, quod modus ſciendi nõ ſit obiectum huius ſcientiæ: Nam Logicus multa alia conſiderat per ſe, quæ nõ ſunt ſciendi modus, vt genus, ſpeciem, differentiam, &c. prædicamentum, poſt prædicamentum, nomen, verbum, & alia huiuſmodi: ergo debemus aſſignare aliquid aliud commune omnibus, quod ſit obiectum ſcientiæ. Conſequentia ſupra viſa fuit & probata. Antecedens etiã patet: nam illa important ſecundam intentionem, vt videbimus in ſuis locis, & per ſe conſiderantur à Porphyrio in prędicabilibus, & Ariſtot. in prædicamentis, & poſtprædicamentis. Prætereà: tota cognitio modi ſciendi vlterius ordinatur tamquam ad finẽ proprium, & intrinſecum ſcientiæ, ſcilicet, vt perfecta cognitio habeatur ſecundæ intentionis: ergo non eſt obiectũ. Probatur conſequentia, quia obiectum finis eſt ſcientiæ. Sed antecedens probatur: quia aliquid magis vniuerſale, & per ſe conſideratum à ſcientia reſtat cognoſcendum, & ita in illud debet ordinari.

Alia rationes pro concluſione apud Soto.

Octaua concluſio. Secunda intentio in concreto eſt obiectum Logicæ, quæ poterit explicari per iſtum terminum relatiuum rationis, quod dicit de formali ſecundam intentionem. Et ita ait Auicẽna, quod Logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis. Hæc concluſio eſt ẽt D Th. locis adductis ſuprà ad probandũ obiectũ Logicæ nõ eſſe ens reale, ſed aliquid rationis; & ẽt ſapientiſſimi Magiſtri Soto in hac quæſt. & aliorum multorum Thomiſtarum. Et probatur: Nam excluſis à ſubiecto Logicæ præcedentibus, ſcilicet, ente reali, demonſtratione, ſyllogiſmo, vocibus, modo ſciendi, nil aliud videtur reſtare, quod eſſe poſſit ſubiectum, niſi ſecunda intentio: ergo &c. Prætereà: Conditiones obiecti, quas ſupra conſtituimus, conueniunt ſecundæ intẽtioni ſic acceptę: ergo &c. Probatur antecedẽs; Nã ſecũda intentio ſub omni moda immaterialitate diſtinguit Logicã ab omnibus aliis ſcientiis, & prædicatur de omnibus, quæ per ſe conſiderantur in illa, & illa eſt, quæ principaliter intenditur in hac ſcientia, non enim quieſcimus, vſque dum ſecundæ intentionis in ſe & in ſuis partibus ſubiectiuis perfectã cogni-

8 Concluſ. contra ſupra citatas opiniones.

D. Thom.

Soto.

Omnes conditiones requiſita ad obiectũ Logica ſaluantur in ſecũda intentione in concreto.

cognitionem habeamus; ergo eius eſt obiectum. Præterea: quia Logica per ſe tractat de genere, &c. de propoſitione: Nam quorſum tã exquiſita conſideratio de nomine, de verbo, de propoſitione, & eius ſpeciebus, deq; argumentatione, & eius ſpeciebus, ſi non tractat per ſe de illis; ergo obiectum eſt aſſignandum aliquid commune, quod omnia iſta cõprehendat, ſiquidem tale poteſt exhiberi. Hæc conſequentia ſatis ſuprà eſt probata. Item; quare in Arithmetica aſſignatur numerus, & in Geometria quantitas cõtinua, & in Metaphyſica ens, & in Phyſica ens mobile, quæ ſunt communia ad omnia conſiderata in illis ſcientiis: & in Logica non aſſignabitur aliquod obiectum, quod ſit commune ad omnia, quæ conſiderantur in ipſa ſcientia? Huiuſmodi autem eſt ſupra dicta ſecũda intẽtio.

Obiectio. Nã ſecũda intentio habeat paſſiones demonſtrabiles. Sed contrà: Relatiuum rationis tale, non habet aliquas proprietates de ipſa demonſtrabiles pertinentes ad Logicam conſiderationem; ergo non eſt obiectum Logicæ. Conſequentia eſt euidens: nam omne ſubiectum debet habere eſſentiam, ad quam conſequantur aliquæ proprietates per cauſam, vel rationem formalem demonſtrabiles. Sed antecedens probatur: nam detur, quæ ſit propria paſſio talis ſecundæ intentionis. *1. Solutio.* Reſpondetur ad hoc argumentum primò, quod habet proprietates ſicut habet eſſentiam, quæ conſequuntur ad illam, nobis tamen ſunt ignotæ. *Refellitur.* Hæc ſolutio non placet: nam ſequitur, non habere nos ſcientiam logicalem, quia non ſcit, qui non ſcit reſoluere concluſiones ad principia indemonſtrabilia, quæ reſolutio fit per paſſiones vſque ad primam, & inde in eſſentiam; nam eo modo, quo proueniunt ab obiecto paſſiones, eo modo debent in illud reſolui. *2. Solutio Auctoris.* Reſpondetur, quod etiã ſine hoc poteſt eſſe ſcientia, quia multæ paſſiones ſpecierum ſciuntur, quas non ſcimus reſoluere vſque ad genus ſcientiæ. Vt ſcimus de vniuerſali, quòd ſit prędicabile: & hoc referimus vſque ad eſſentiam vniuerſalis, & tamen vlterius non progredimur, quia hoc ſufficit, vt paſſiones ſpecierũ reducamus in ſpeciẽ, & paſſiones generis in genus, & obiecti adæquati vt ſic, in obiectum adæquatum vt ſic. Et ita ſunt explicanda quæ ſuprà. *3. Solutio.* Præterea reſpondetur, quòd proprietas ſecundæ intẽtionis in communi eſt, eſſe veri oſtenſiuam aliquo modo. Et hoc omni ſecundæ intentioni conuenit (oſtenſiuam dico) vt aliquid ex natura ſua ordinatum ad hanc oſtenſionem inſtrumẽtaliter faciendam. Ex hoc ſuo modo omni ſecundæ intentioni conuenit, & generis & ſpeciei, &c. & demonſtrationis, & ſciẽdi modi, quia omnia iſta ſunt veri oſtenſiua inſtrumentaliter ſuo modo.

9. Concluſ. Qualis intẽtio ſecunda ſit obiectum Logicæ. Nona concluſio. Non ſolùm ſecunda intentio, quæ conuenit rebus, vt intentio generis, ſpeciei, eſt obiectũ Logicæ, ſed etiam ſecunda intentio, quæ conuenit nominibus & vocibus, vt intentio nominis, verbi, propoſitionis, &c. Hanc concluſionem mihi perſuadeo hoc argumento ſolo, quia non eſſet tam exquiſita cõſideratio de vocibus in Logica, niſi intentiones in illis fundatæ ad Logicam per ſe pertinerent: Nam Ariſtoteles per ſe agit de propoſitione, de nomine, & verbo, vt patet in Peri hermen. de ſyllogiſmo, & argumentatione, vt patet in libris de demonſtratione, vt patet in Poſterioribus, de probabili ſyllogiſmo, vt in Topicis, de fallaci, vt patet in Elenchis. Quinimo de intentionibus, quæ in rebus fundantur, per tranſennam & obiter diſputauit, vt patet in Topicis. Non eſt autẽ credibile tot libros multiplicaſſe, vt tractaret de obiecto per accidens Logicæ, ſeu de his, quæ per accidens Logica cõſiderat. Nec ſufficit dicere, quòd agat per ſe de cõceptibus, quibus illę intentiones conueniunt: Nam nec conceptus habent ex ſua natura fundamentũ, vt ſint ſyllogiſmi & propoſitiones. Nam ratio ſubiecti, & prędicati, & termini, & propoſitionis, &c. in illis etiam ſumitur ex hoc, quod ſic accipiuntur ab intellectu, præcipuè, quod Logicus per ſe etiã conſiderat de propoſitionibus vocalibus, &c. licèt non tam principaliter.

Præterea probatur: Nã D. Thom. dicit ſyllogiſmum demonſtratiuum eſſe obiectũ Logicæ in locis ſupra adductis pro ſecunda concluſione: ſed iſtæ intẽtiones non habent fundamentũ in re: ergo &c. Patet minor, nam iſtæ voces, Animal rationale eſt riſibile, &c. ex natura ſua non

habent

habet, quod ſint ſyllogiſmus, nec eſt fundamentum in re ad hoc, quod ſint ſyllogiſmus, vt explicat Magiſter Soto. Præterea: Excipere intentiones ſecundas à conſideratione logica non habet fundamentum in re, nec in Ariſtot. nec in D. Tho. ſed ſolùm in quadam ratione, quia ſcilicet etiam de illis agit Grammaticus & Rhetor. &c. Nam ratio nominis etiam in Grammatica ſecunda intentio eſt, & ratio epilogi, exordii, confutationis, cõfirmationis, diuiſionis, &c. in Rhetorica, & cum D. Thom. loco ſupra adducto in prima concluſione ex 4. Metaphyſicæ, lect. 4. dicit Logicum non cõſiderare per ſe intentiones, quæ non fundantur in re bus, intelligitur principaliter.

Explicatur locus Diui Thomæ.

10. Concl. Quid inter ſit inter logicã, Grammaticam, Rhetoricã & Poeticã.

Decima concluſio. Iſta ſcientia differt à Grammatica, & Rhetorica, quod illæ etſi tractent de ſecundis intentionibus, id faciunt ſub alia ratione, ſcilicet Grammatica ſub ratione congrui, & incongrui, hoc eſt, tractat de rebus ſecundarũ intentionum in ordine ad congruam loquutionem, & principalius de vocibus, ſecundariò de conceptibus: Rhetorica verò ſub ratione ornati perſuaſiui, id eſt ad hoc, vt adornet loquutionem, taliter quòd doceat, delectet, & ſuadeat, alium enim in finem per hoc explicamus diſtinctum à Grammatica. Poeſis verò tractat de ſuo obiecto in ordine ad delectationem cauſandam in animo auditoris, & ad delectabiliter proponẽdũ virtutes, vt illas ſequamur, vitia verò, vt ab illis fugiamus. Et de iſtis obiectis ẽt ſuas demonſtrant paſſiones. Vide Soto in prologo Summularũ. Patet concluſio; Nam nõ eſt nouũ aliquid materialiter conſideratum ad duas ſciẽtias pertinere. Deus. n. ad fidẽ & Theologiam pertinet ſub alia & alia ratione; ergo iſtæ ſcientiæ bene poſſunt agere de intentionibus ſecundis alio & alio modo. Poſſemus ẽt dicere, qđ intentiones grãmaticales ſpecie differũt à logicalibus; vt intentio verbi, ſecundũ quòd à Grammatico conſideratur, & ſecundũ quòd à logico; & idem de intẽtionibus poeticis & rhetoricis, quia habẽt diuerſas definitiones. Aliter enim definit Logicus Nomen, Verbum, &c. & aliter Grammaticus: nam de rhetoricis intẽtionibus nõ eſt dubitandũ. Sed de his ſatis.

Soto in prologo Summularum.

Vlt. Concl.

Vltima concluſio: Suppoſito, quòd logica vtens & docens (vt probabile eſt) formaliter diſtinguantur, dico quod habent formaliter diſtinctum obiectum, & vtriuſque obiectum eſt ſecunda intentio aliter tamen & aliter. Nam obiectum logicæ docentis eſt ſecunda intentio in cõcreto; vt de ipſa paſſiones demonſtrantur, vt modo reſolutiuo eſt conſiderabilis. Obiectum Logicæ vtentis eſt ſecunda intentio, quatenus in materiam logicam introducitur, & compoſitiuo modo conſiderabilis eſt. Itaque ſicut ſcientia practica & ſpeculatiua de domo habent idem obiectum materialiter, formaliter verò diuerſum, vna ſcilicet, prout ſpeculabilis eſt, alia prout eſt factibilis; ita iſti habitus formaliter diſtincti habent obiecta formaliter diſtincta: Nã obiectum docentis eſt ſecunda intentio ſpeculabilis per demonſtrationem ſuarum paſſionum, obiectum vtentis eſt eadem, vt introducibilis in materiam. De Logica docente clarum eſt, & ſupra fuit qu. 7. probatum. Et probatur de vtente: Nam Logica vtens habet efficere inſtrumenta aliarum ſcientiarum: ergo habet pro obiecto introducere ſecundam intẽtionem in operibus animæ primario, ſecundario in voce, & ſcriptura; Nam inſtrumenta ſcientiarum vt ſic, dicunt ſecundam intentionem formaliter pro forma conſtitutiua illorum in tali eſſe.

Quò logica docens & vtens habeant eandẽ ſecundã intẽtionem pro obiecto, diuerſimodè tamen.

Præterea, quia ideò dicitur habitus & ars ſpeculatiua, quia aliquid facit, puta, ſyllogiſmum & argumẽtationem, &c. ergo formam illorum introducit in materiam, quia ideò ars domifactoria dicitur domum facere, quia formam domus in materiam introducit; ſed hæc forma ſyllogiſmi, &c. eſt ſecunda intentio: ergo. Et aduerte, quòd cum dicimus introducere formam ſyllogiſmi in materia, non eſt efficere realiter illam formam, ita vt factio realis terminetur ad illam, quia ens rationis hoc non patitur; ſicut facit domifactor in domus forma: ſed taliter diſponere materiam ſyllogiſmi, & vltimam diſpoſitionem ibi ſuo modo requiſitam introducere, vt poſſit denominari & eſſe ſyllogiſmus à ſecũda intentione, quæ obiectiuè eſt in intellectu. Et non eſt neceſſe, quod producatur

Obſeruatio Authoris pulchra.

Digitized by Google

ab arte effectiuè forma, vt dicatur fieri tale artificiatum: ſicut non eſt neceſſe (quod magis eſt) vt Petrus producat materiam & formam Pauli, vt generet Paulum, ſed ſufficit attingere introductionē eius in materiam per poſitionem diſpoſitionum vltimarum: Eodem modo ars poteſt efficere ſyllogiſmum, quia diſponit materiam ad formæ introductionem eo modo, quo poſſibile eſt introducere ſecundam intentionem, ſcilicet, facere materiam aptam denominationi. Et ita ſecunda intentio eſt ratio formalis talis diſpoſitionis, quia in ordine ad illam fit hæc diſpoſitio: nec eſſe poteſt ſyllogiſmus formaliter ſine illa. Itaque, ſicut ars domificatoria diſponit materiam, vt formam introducat, eo modo ars logica lis: Et ſolùm eſt differentia (loquor ex parte formæ) quia illa conſeqnitur realiter, forma verò, quam introducit Logica, cōſequitur per cognitionem intellectus, quia ſolùm habet formale eſſe dū cognoſcitur.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Arg. primæ opinionis. AD primum argumentū primæ opinionis ſumptum ab authoritate, reſpondetur, Scotum oppoſitum ſenſiſſe, vt videmus: qui dixit ſyllogiſmum eſſe obiectum Logicæ, & idem D. Tho. Nam aliud eſt dirigere operationem intellectus, aliud obiectū eius eſſe aliquid reale; Dirigit enim Logica operationes intellectus, & obiectum eius eſt quid rationis. Aliud enim eſt, artem fabrilem ordinare materiam, quæ eſt ſubſtantia, aliud habere pro obiecto ſubſtantiam: Dirigit enim ſubſtantiam, & habet pro obiecto accidens, licèt pro materia habeat ſubſtantiam. Ita Logica dirigit opera rationis, & voces etiam: ſed non ſunt eius obiectum, ſed materia, in quib. ſuā introducit formam: nec de materia demonſtrat paſſiones, ſed de forma.

Ad 2. Arg. Ad ſecundum reſpondetur, conceſſa maiori, negatur minor. Non enim tota eius cura verſatur in cognitione modi ſciendi, ſed in cognitione ſecundæ intentionis. Et cum diximus ſuprà, eſſe modum ſciendi, quia verſatur circa modum ſciendi, non excludimus reliqua, ſed per hoc explicuimus, quomodo conſiderat ſecundam intentionem in ordine, ſcilicet ad ſcire, quod nō facit Grāmaticus: & quatenus vtens eſt, etiam aſſumit genera & ſpecies, ſed vt quid, ex quo conſtruere debet definitiones, &c. ſicut artifex conſiderat lignum ad formam domus efficiendam. *Ad 1. Confir.* Ad primam confirm. reſpondetur, quòd obiectū Logicæ & finis, quatenus docens, eſt cognoſcere ſecundam intentionem, ſeu ſecunda intentio cognoſcibilis per ipſam. *Finis logicæ docentis quis ſit.* Ad hanc tota artis cura dirigitur, & eſt finis principaliter intentus, & intrinſecus. Ita enim accipio finem intrinſecum & obiectum: & finis vtentis eſt ſecunda intentio introducibilis in materiam, modo expoſito. *Logicæ vtentis finis.* Materialia verò huius intentionis non ſunt finis, ſed materia; & ſcientiæ acquiſitio eſt finis extrinſecus; ſicut domus habitatio eſt finis extrinſecus artis domifactoriæ, ſeu defenſio à tempeſtatibus. *Operationes intellectus, & dirigibilitas earum quō ſe habeant ad Logicā.* Dirigibilitas enim in actionibus intellectus, ſcilicet, quod poſſint ſecundum artem dirigi, eſt conditio, quæ ſe tenet ex parte materiæ neceſſariò: nulla enim materia reperiri poteſt, quæ non ſit per artē dirigibilis. Directio verò actiua ſeu actio, qua ordinatur & dirigitur materia, eſt ab arte effectiuè producta, & terminatur ad materiam in ordine ad formam, quæ eſt præcipuè conſiderata: & ratio, ſecundū quam reliqua materialiter conſiderantur. Hæc autem in logica eſt ſecunda intentio, vt dictum eſt: & hæc forma eſt finis intrinſecus. *Ad 2. Confir.* Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quòd Dialectica eſt modus ſciendi, cuius finis eſt ſecunda intentio, ſi conſideretur vt docens, demōſtrando, de ipſa proprias paſſiones. Si conſideretur vt vtens, illam introducendo modo iam dicto, in conceptibus animæ & in ſermonibus & ſcripturis, & quia præſcribit modum, quo hæc fiant, ſciendi modus vocatur. *Ad 3. Confir.* Ad tertiam confirm. patet iam ex dictis in prima concluſione.

Ad 3. Arg. *Quid ſit cōcept. intellectus eſſe directos à logica.* Ad tertiū arg. principale reſpōdet̄ ꝙ cōceptus eſſe directos nil aliud eſt, quàm ordinari ſub forma ſyllogiſmi, definitionis, &c. Et ſic eſſe ordinatos ſub illa, eſt aliquid rōnis. Quamobrē ſcibile eſt

illud

illud à Logica, quę conſiderat ſecundam intentionem. Reale verò totum quod eſt in conceptibus ſcitur à Metaphyſica, & Phyſica: & ſi in ratione liberi conſiderentur ſcitur à ſcientia morali, Logica
2. Solutio. enim ſolùm conſiderat formaliter ſecundam intentionem, eſſe verò dirigibiles fundamentaliter, conſideratur à Metaphyſica; quia eſt proprietas alicuius entis, vel à Phyſica, quæ conſiderat materiam conceptuum, ſicut voces materialiter conſiderat Phyſicus, vt verò ſignificatiuæ
Ad confir. ſunt conceptuum Logicus. Ad confirmationem reſpondetur, quod Logica naturalis eſt ipſa ratio, prout facit imperfectè inſtrumenta ſcientifica. Et ita ſecũdum quòd imperfectè hoc facit, habet pro formali obiecto ſecundam intentionem. Et hæc ratio perficitur per Logicam, quantum ad hoc munus faciendi inſtrumenta logicalia, quę formaliter ſunt aliquid rationis.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum, quod ha-
1. Solutio. bet aliquid difficultatis reſpondetur primò; quòd ſi aliquid probaret, probaret vtique non eſſe neceſſariam ſignificationem in vocibus ad hoc, quòd repræſentent & ſignificent res, quo quid abſurdius? Clarum eſt enim, antequam intellectus actu reflexo conſideret ſecundam intentionem, ſeu ſignificationem vocum, res ipſas repræſentari per voces ratione ſignificationis per hoc, quod ſolemniter ſunt impoſitæ à republ. ad res ſignificandas, & nihilominus forma ſignificationis ipſarum aliquid rationis eſt: Eodem modo ex eo, quòd eſt fundamentum formę ſyllogiſmi & diuiſionis, &c. quod eſt eſſe ſic acceptos conceptus ab intellectu ſecundum regulas artis, dicitur eſſe forma ſyllogiſmi & definitionis ratione fundamenti, & eſſe diſpoſitos conceptus & voces in modum ſyllogiſmi, &c. Et ita ſunt inſtrumenta ſciendi ratione formæ præexiſtentis in ſuo fundamento, & non ſine ente rationis formaliter, vel fundamentaliter, vt dicemus infrà de vniuerſalibus. Sicut Sacramenta nouæ legis ratione ſignificationis, modò ſignificatio ſit conditio, modò ratio, modò ſit modus Sacramentorum, dicuntur cauſare gratiam, antequam conſideretur illa ſignificatio, quæ eſt aliquid rationis, quia eſt in ſuo fundamento: eodem modo conceptus ſunt inſtrumenta modi ſciendi ratione entis rationis, & ſine illo formaliter aut fundamentaliter non eſſent apta inſtrumenta modi ſciendi. Itaque eſt inſtructus intellectus per conceptus diſpoſitos in modum definitionis, &c. Et hoc habent formaliter ab ente rationis exiſtente formaliter, vel virtualiter, ſeu fundamentaliter: & eſt neceſſarium ens rationis, vt ſint inſtrumenta, quia eſt neceſſarium vt ſyllogiſmus ſit, ſeu definitio, ſeu diuiſio.
Secundò reſpondetur, quod entia rationis ſunt formaliter per hoc, quòd *2. Solutio.*
conceptus accipiuntur in ratione ſyllogiſmi, &cæt. Et illud eſt habere eſſe obiectiuum in intellectu; ſicut dicunt aliqui, quod eſt ſpecieitas per hoc, quod cognoſcitur natura in communi, & ſine indiuiduis, natura tunc eſt ſpecies; ergo ab aliqua forma. Hanc ſolutionem non dico vt propriam, ſed eſt aliorum, & probabilis. Ita ſunt conceptus habentes formam ſyllogiſmi & definitionis, quod eſt ens rationis per hoc, quod ordinantur ſic ab intellectu: nam ad illam acceptionem conſequitur ens rationis. Eſt ergo neceſſaria forma ſyllogiſmi, &cæt. ad directionem conceptuum, & ante actum reflexum eſt illa vel formaliter, vel virtualiter. Et *Ad 1. cõfir.*
per hoc patet ad confirmationem; nam eſt neceſſaria ad alias ſcientias ratione entis rationis, vt ratione formæ, quod eſt eius obiectum. Et cum dicitur, quòd eſt ſyllogiſmus ante operationem reflexam, diſtinguo: Eſt ſyllogiſmus, ita vt ſua forma nullo modo ſit, nego: Eſt ratione formæ exiſtentis fundamentaliter, concedo. Et ita ipſa forma eſt ratio, quare ſit ſyllogiſmus, ſicut ſignificatio Sacramentorum eſt neceſſaria, vt ſint Sacramenta, & ſine ipſa non eſſent inſtrumenta paſſionis Chriſti. Ad ſecundam confirmationem re- *Ad 2. cõfir.*
ſpondetur ex dictis, quod impoſſibile eſt eſſe inſtrumentum in ſuo eſſe formali conſtitutum ſine forma propria, quæ eſt ens rationis. Ad vltimam con- *Ad 3. cõfir.*
firmationem reſpondetur, quòd Ariſtoteles reliquit deciſum ex quarto Metaphy-

taphy-

Digitized by Google

taphyſicæ loco ſupra adducto, quòd eſſet obiectum Logicæ, & ita hoc non inquirit. Et virtualiter in multis locis, vbi agit de demonſtratione, de ſyllogiſmo hoc aſſeruit: quia eſt per ſe notum apud ſapientes, formam ſyllogiſmi, definitionis, generis, &cæt. eſſe aliquid rationis, & ſecundam intentionem.

Ad 5. arg. Ad quintum principale iam dictum eſt, conceptus eſſe directos ſub forma ſyllogiſmi, definitionis, &c. eſſe aliquid rationis, et ſecundam intentionē; & ita ratio conſiderandi eſt ſecunda intentio: & ſic ſecunda intentio eſt obiectum Logicæ. Libertas autem in actibus rationis quid reale eſt: & ita non eſt eadem ratio.

Ad 6. arg. Secūda intētio habet paſſiones de ſe demonſtrabiles à ſe realiter vel ſpecificè diſtinctas. Ad ſextum reſpondetur, obiectum logicæ eſſe ſecundam intentionem in concreto, & habere ſuo modo paſſiones de ipſo demonſtrabiles, vt oſtendimus quæſtione ſeptima, quæ etiam ſunt ſecundæ intentiones, & aliquid rationis, & ſpecie differunt à ſuis ſubiectis: alia eſt enim eſſentia prædicabilitatis, & alia vniuerſalitatis; & demonſtratur prædicabilitas per vniuerſalitatem. Et ita eſt dicendum de aliis ſpecialibus paſſionibus, & earum ſubiectis. Et in his clarum eſt, quòd paſſio non eſt inferior ad ſubiectum, ſed diſtincta à ſubiecto eo modo, quo eſſentia hominis & riſibilitas diſtinguuntur. *Difficultas inſignis de primis paſſionibus ſecundæ intētionis denturne: quæ, & quales ſint.* Sed difficultas eſt de primis paſſionibus ſecundæ intentionis: Nam dictum fuit ſuprà, quod ſecunda intentio in concreto, quæ eſt ſubiectum Logicæ, habet paſſiones: quia omne ſubiectum paſſiones debet habere, ſicut habet & rationem formalem. Et de his procedit argumentum; Nam paſſiones iſtæ ſunt ſecundæ intentiones. Tunc ſic: vel ſunt æquales ſubiecto, cuius ſunt paſſiones, vel inferiores, vel ſuperiores: Neutrum horum: ergo non poſſunt dari tales paſſiones. Quod non ſint ſuperiores, patet: quia cum paſſio conſequatur eſſentiam non debet illi eſſe ſuperior, prædicaretur enim non conuertibiliter. Quod nec inferior poſſit eſſe, probatur eadem ratione: quia aliàs non prædicaretur de omnibus, de quibus prædicatur eſſentia. Si verò ſit æqualis, non poteſt dici, quod ſit eadem ſubiecti eſſentia cum alio modo, ſicut dicemus de paſſionibus entis, quia hoc eſt proprium tranſcendentium: & ſecunda intentio non eſt tranſcendens, ſed ſolùm in hoc genere eſt ens rationis: ergo debet eſſe alia formalitas, quæ ſit ſecunda intentio. Tunc ſic: ergo ſubiectum & paſſio conueniunt in ratione ſecundę intentionis, quæ non ſit ſubiectum Logicæ, quod eſt inconueniens: Nam illa ſecunda intentio, cùm habeat eſſentiam debet ab aliqua ſcientia conſiderari, non à Logica, quia eſt ſuperior ſuo obiecto; neque à Metaphyſica, quia Metaphyſica non conſiderat ſecundam intentionem, & ſi illam conſiderat Metaphyſica conſiderabit omnem ſecundam intentionem, & ita illius conſideratio non pertinebit ad Logicam. *Solutio.* Reſpondetur ad hoc argumentum, quòd ſecunda intentio alia eſt Logica, alia Grammatica, *Quadruplex ſecunda intētio.* alia Rhetorica, alia Poetica. Et hæc ſecunda intentio, quæ ſic diuiditur, prædicatur de ſubiecto, & de paſſione logicali. Et hæc non conſideratur à Logica, ſed ſi ab aliqua ſcientia conſideratur, vtique à Metaphyſica, tamquam modus entis rationis, quòd conſideratur in ordine ad ens reale. Et non ſequitur, quòd conſideret omnem intentionem ſub modis particularibus: ſed ſolùm ſequitur, quòd conſideret in ratione ſecundæ intentionis. Sicut quantitas, quæ diuiditur in Mathematicam & Arithmeticam, non conſideratur ab Arithmetica, neque à Geometria, ſed à Metaphyſica, vt modus eſt entis conſiderati à Metaphyſica. Nec ſequitur, Metaphyſicam conſiderare omnem modum quantitatis, ſiue particulares rationes, ſed ſolùm ſecundum quod ſunt entia. De quo multa agit D. Thom. opuſculo ſeptuageſimo *D. Thom.* ſuper Boetium, quæſtione illa de diuiſione ſcientiarum. Et non aſſerit D. Thom. ens rationis in ſua communitate eſſe obiectum Logicæ, ſed ſecundam intentionem. *Ad 1. Confir.* Ad confirmationem reſpondetur, quòd ſicut conceptus Chymeræ, vel generitatis, etiamſi ſint entia ſecundum quid, non eſt ens ſecundum quid, id eſt, rationis, ſed ens verum

rum

Digitized by Google

rum reale, & conceptus ſimpliciter: ita habitus Logicæ, etiamſi obiectum Logicæ ſit ens ſecundum quid, id eſt, rationis, eſt aliquid reale, & verum. Et habitus ſimpliciter, & Logica non accipit ſuam perfectionem ab ente rationis, ſed ab ordine ad illud conſiderandum. Et quia intellectus conſiderans eſt aliquid reale, etiam hoc debet eſſe habitus, & conceptus, quia ſunt perfectiones intellectus. Et quia entia rationis conſiderantur ab intellectu, ex neceſſitate autem conſideratio debet fieri per aliquid reale: hinc eſt, quod habitus, & conceptus ſunt reale quid. Ad aliam confirmationem reſpondetur ex decima concluſione.

Ad 2. Confirm.

Ad 3. confirma. Ad tertiam confirmationem, iam vide quæſtione ſeptima.

Ad 7. arg. *Quo Metaphyſicus agat de ente rationis.* Ad ſeptimum argumentum reſpondetur, quod de ente rationis agit Metaphyſicus, vt patet in ſexto, vbi agit de ente vero. Non tamen ſequitur, quod agat de omni ente rationis ſecundum omnem modum, aliàs non eſſet ponenda, niſi vna ſcientia metaphyſica (quæ agit de omni ente in communi) ad omnia entia. Et non ſequitur, quod conſideret omne ens, ſecundum omnem modum: nam non agit de omni ente ſecundum quòd mobile, nec de quantitate, qua ratione conſideratur à Geometria, &cæt. ſed ſolùm vt eſt modus entis; & ita non agit de ſecunda intentione, quatenus conducit ad veri cognitionem, ſed ſolùm vt eſt entis modus. Et per hoc patet ad primam confirmationem; Agit enim de analogatis ſecundum rationem communem ad analogum, non verò ſecundum omnem rationem: Nam etiamſi Metaphyſica agat de ſubſtantia, vt eſt modus entis, & conſequenter de accidenti, quod eſt ens in ordine ad ſubſtantiam, ſed non agit de omni accidente ſecundum omnem modum, quia non ſecundum modum, quo conſideratur numerus ab Arithmetico, agit Metaphyſicus de numero.

Ad 1. Confirm.

Ad 1. Confirma. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quòd ſicut ens rationis cognoſcitur per conceptum, & ſimilationem expreſſam per ſe ordinatam ad hoc, etiamſi ens rationis ſit ens conſequutum ad aliud, & per imitationem entis realis, & etiam poteſt cognoſci, & de facto cognoſcitur per habitum per ſe ordinatum ad cognitionem entis rationis: quia vt ſecunda intentio deſeruit ad veri cognitionem, requirit nouum habitum cuiuſmodi eſt Logica. Et ad replicam, reſpondetur ex dictis: Nam Metaphyſica, quæ conſiderat eos, non agit de ſpecialibus rationibus entis, niſi ſecundum rationem communem entis, vt patet quarto, & ſexto Metaphyſicæ. *Ad replicã.*

Ad 8. reſp. Ad octauum, negatur antecedens. Et ad probationem negatur minor. Et ad probationem minoris dicitur, quòd antequam intellectus reflectatur ſuper ſuos actus, res ſunt diuiſæ, & definitæ fundamentaliter proximè. Sicut dicitur natura vniuerſalis, cum cognoſcitur in communi; non verò taliter, quòd ſit forma definitionis, & diuiſionis formaliter, quia non habet eſſe formaliter, niſi dum actu cognoſcitur ab intellectu, & forma ſyllogiſmi definitionis, & diuiſionis, non ſunt, niſi dum actu cognoſcuntur. Ceterùm dicuntur conceptus ordinati, & voces diuiſiones, & definitiones per hoc, quòd eſt fundamentum proximum illorum; ſicut & voces dicuntur ſigna per hoc, quòd impoſitæ ſunt, etiamſi ſignificatio ſit aliquid rationis. Et ad probationem ſecundam dicitur, quod eſſe viſum, eſſe cognitum, omnes ſunt denominationes rationis, vt videbimus infrà, nil enim ponunt reale in re denominata; eſſe verò agens, denominatio realis eſt, quia actio realiter profluit ab agente, viſio verò non realiter profluxit à pariete, nec eſt principium effectiuum paries, à quo tamquam à cauſa profluat viſio: Nam etſi producat ſpecies effectrix, poſtmodum omnis efficientia tribuitur potentiæ factæ in actum. Ad confirmationem reſpondetur, quod extrinſeca denominatio, ſeu forma, à qua ſumitur denominatum, idē eſt cum viſione: ſed effectus, id eſt, eſſe viſum, non eſt idem, ſed eſt rationis ens ſumptum à viſione extrinſeca. Ita eadem forma cauſat (vt ita dicā) duos effectus, alter eſt intrinſecus, & eſt denominare rem videntem, alter eſt extrinſecus, & *Ad 1. probat.* *Ad 2. prob.* *Ad confir.*

Digitized by Google

& eſt denominare rem viſam. Et hoc nihil ponit in re uiſa, vt latius videbimus infra.

Ad 9. arg. Ad nonum argumentum reſpondetur, vt diximus ad confirmationem ſexti argumenti.

Ad 10. argum. *Q̃uo demõſtratio ſit quid reale, & quid rationis.* Ad decimum argumentum reſpondetur, quòd demonſtratio pro formali eſt aliquid rationis: pro materiali eſt aliquid reale; & pro materiali cauſat ſcientiam, licèt ſit modus neceſſarius, vt cauſet materiale ſcientiam, quæ ſit ſub illa forma entis rationis. Sicut ſacramenta nouæ legis effectiuè cauſant gratiam, ad quod eſt neceſſaria, vt conditio ſeu modus, ſignificatio, quæ eſt aliquid rationis, nec conditio eſt neceſſe, quod realiter influat in effectum, vt patet in ſacramentis, & in multis aliis; Nam per voces ſignificantes ad placitum ſe mouet intellectus in cognitionem ſignificati: quæ motio eſt aliquid reale, & eſt conditio ſignificatio rationis.

Ad 1. Confirm. Ad cõfirmationem reſpondetur, quod demonſtratio, vt demonſtratio, cauſat ſcientiam ſic vt dicat formam tamquam per modum & conditionem ſine qua non, ſi dicat id, quod producit inſtrumentaliter, non cauſat ſic ſignificatio, ſed materiale, vt diximus: & illa ſignificatio eſt fundamentaliter proximè ante actum reflexũ.

Ad 2. Confirm. Ad 2. cõfirmationem reſpondetur, quod Logica vtens diſponit realiter conceptus, hoc eſt, per actum realem conſtituit & ordinat illos taliter, vt ſint capaces formæ demonſtrationis, non uerò cauſat effectiuè illam formam, nec primariò, nec ſecundariò: quia non poteſt realiter cauſari, ſed ſufficit ꝙ diſponat & ordinet materiã, in qua ſit introducenda illa forma, quæ poſtea conſequitur per actum, quo cognoſcitur: ſicut domus forma fit ab arte per hoc, quod ordinatur materia realiter, quod conſequatur forma domus; de quo ſolet diſputari 3. & 5. Phyſicorum.

Ad 11. argum. Ad vndecimũ reſpondetur, quod hoc argumentum eſt plenum ſtultitia Logicali, & eſt indignum, quod à viris doctis ſoluatur: Sed propter eos, qui ignorant, vt reſipiſcant, reſpondetur, quòd aliud eſt loqui de illo, quod eſt ſubiectum, & cui accidit intentio ſubiecti: & aliud eſt loqui de ratione ſubiecti, quæ illi aduenit; & aliud loqui de conceptu, quo conſignificatur ſubiectum, vt ſubiectum eſt; ſicut aliud eſt loqui de eo, cui accidit albedo, & aliud loqui de albedine, & aliud de conceptu, quo ſignificatur album vt ſic. Dico ergo quòd illud, cui accidit ratio ſubiecti aliquid reale eſt, nimirum conceptus Homo & iſta vox Homo, & realiter afficit ſubiectum. Ratio vero ſubiecti formaliter, quæ eſt ſecunda quædam intentio, quid rationis eſt, quæ illi aduenit per hoc, quod accipitur ab intellectu, tamquam id, de quo aliud dicitur. Conceptus verò ipſe homo de ſe nec habet ſignificare hominem, vt de quo aliud dicitur, nec vt quod dicitur de alio: Nam ſi ſignificet, vt de quo aliud dicitur, nequaquam poſſet eſſe prædicatum, quia deberet ſecundum iſtos ſignificare, vt quod dicitur de alio: & ſic mutaretur eius ſignificatio intrinſeca, quamobrem non eſſet idem conceptus. Vtrumque autem ſimul non poteſt ſignificare, quia ſunt rationes incompaſſibiles in eodem: & numquam, ſi ſignificaret, vt de quo aliud dicitur, poſſet eſſe prædicatum. Cõſtat autem, quod hæc vox, homo, modò eſt ſubiectum, modò eſt prædicatum, & idem de conceptibus: ergo eſt quid extrinſecum adueniens illi. Conceptus enim hominis tantùm habet ſignificare hominem: ſicut hæc vox, homo, tantùm ſignificat hominẽ. Quis enim dixit hãc vocem, homo, quando eſt ſubiectum, ſignificare hominem, vt de quo aliud dicitur; & quando non eſt ſubiectum, ſolùm ſignificare hominem: Solùm ergo habet conceptus & voces ſignificare hominẽ. Quod verò accipiantur, vt ſubiectum & prædicatum, eſt accidens ſuperueniẽs ſignificationi. Iſte uerò conceptus ſubiectum ſignificat rem, vt de illa aliquid dicitur, ſicut conceptus album ſignificat corpus, vt habens albedinem, & ille conceptus aliquid reale eſt. Verum cum dicimus in propoſitione, homo eſt albus, non accipitur conceptus ille ſubiectum, ſed ille conceptus homo. Et idem eſt dicendum de prædicato. Et iſti ignorantes Logicam expectent noſtras intentiones, vt euanẽt

ſuam

ſuam ignorantiam. Nec eſt mirum talia opinari, qui ita de intentionibus logicalibus ſentiunt. Sunt autem conceptus ſubiectum & prædicatum ante reflexam cognitionem intellectus: quia iam eſt fundamentum proximum, ſcilicet, eſſe acceptos ab intellectu ſic, vt ſit ſubiectum, homo acceptus, vt de quo aliud dicitur, &cæt. Similiter dicendum eſt de conceptibus genericis aut ſpecificis, nam iſte conceptus Homo, & Animal, & eorum ſignificatio realis eſt: ratio verò generis, quæ accidit rebus, & repræſentatur per iſtum conceptum genus, aliquid rationis eſt, & conceptus genus, quo ſignificatur animal vt genus, eſt aliquid reale. Similiter propoſitio formaliter eſt aliquid rationis, licet voces & conceptus componentes illam ſint aliquid reale: Nam accidit huiuſmodi vocibus & conceptibus ſic ordinatis, Homo eſt animal, quod ſint propoſitio, ſicut accidit homini, quod ſit album; Accidit, inquam, in quantum ſic accipiuntur ab intellectu. Et de hoc infra magis patebit. Licèt enim iudicium ſit aliquid reale, propoſitio formaliter eſt aliquid rationis, nec prædicatum eſſe vnitum cum ſubiecto, eſt aliquid reale: Nam vnio accidit illi ex acceptione intellectus, & formaliter eſt relatio rationis. Diſcurſus ſimiliter, hoc eſt, ratio conſequentiæ quid rationis eſt formaliter, licèt materialiter ſit reale; Nam quod vna propoſitio ſit id, ex quo alia infertur, & è conuerſo, accidit per intellectum illis materialibus, ex eo, quod ſic accipiuntur: Nam neque ex natura ſua habent, quod ſint antecedens, vel conſequens. Fateor tamen aſſenſum maioris & minoris cauſare effectiuè aſſenſum concluſionis, & materialia propoſitionis generare ſcientiam (vt iam diximus) & eſſe aliquid reale. Similiter eſſe maiorem formaliter eſt aliquid rationis, & eſſe etiam minorem: quia eſſe propoſitionē eſt aliquid rationis formaliter: ergo eſſe maiorem propoſitionem. Fateor quidem, quod ſignificatio conceptuum eſt aliquid reale: Cæterum, quòd illi conceptus ſortiantur rationem propoſitionis, eſt ſecunda intentio: ſicut quòd animal, quod eſt quid reale, ſortiatur rationem generis formaliter. Ad confirmationem reſpondetur, quòd eſſe maiorem, vel minorem formaliter, eſt aliquid rationis. Et ita ſi propoſitio, quæ eſt maior, fiat minor, nil reale amittit, ſed denominationem rationis, quis tam ſtultus ſit, qui dicat per hoc, quod accipiatur primo vel ſecundo loco, hanc propoſitionem, Omnis homo eſt animal, deperdere aliquid in ſua ſignificatione? Quod magis clarè patet in propoſitionibus vocalibus, & ſcriptis: Solùm enim deperdit reſpectum rationis, manente eadem ſignificatione, & eodem modo ſignificandi, in ſonis verò totum eſt aliquid reale, vt eſſe graue, vel acutum, &c. Et ita non eſt eadem ratio. Habent ſe ſoni quodammodo, ſicut vnitates, quæ realiter numerum efficiunt: & ita numerus ſonorus etiam eſt aliquid reale. Definitio verò quidditatiua pro materiali eſt aliquid reale, formaliter verò eſt aliquid rationis: Nam quod illi conceptus ſic accipiatur ab intellectu, ſine ſui mutatione fit: clara verò vel obſcura ſignificatio eſt in materialibus conceptibus, non in ſecunda intētione. Sicut enim accidit huic voci, Animal, & huic voci Rationale, ſic componi, Animal rationale; & hoc in illis eſt aliquid rationis: eodem modo dicēdum eſt in conceptibus, quòd eſſe ordinatos in modum definitionis eſt ſecunda intentio in ipſis. Et hæc clarius tractabuntur in tractatu intentionum. Ad aliam confirmationem reſpondetur; quòd, ſi non eſſet ens rationis formaliter, nec fundamentaliter proximè, impoſſibile eſſet, quod eſſet logica ſciendi modus: quia non poſſunt eſſe conceptus ordinati in modum talem, & ens rationis, quod eſt fundamentaliter ratio conſiderandi conceptus ipſos à Logica: ſicut impoſſibile eſt, quòd animal eſſet genus formaliter, ſi non eſſet ſecunda intentio generis formaliter, vel fundamentaliter proximè. Ad aliam confirmationem reſpondetur, quòd operationes ordinatæ fundamentaliter remotè, ſunt aliquid reale: ordinatæ verò proximè fundamentaliter, ſunt aliquid rationis. Hoc eſt fundamentum proximæ formæ, ſecundum quam formaliter ſunt ordinatæ, vt

Ad Confir. eſſe maiorem, vel minorem in ſyllogiſmo eſt aliquid rationis.

Similitudo

Ad confir.

Ad confir.

Digitized by Google

vt definitiones, & cæt eſt aliquid rationis, quia eſt eſſe acceptas ab intellectu fit. Oſtendam enim poſtmodum, omne fundamentum proximum ſecundarum intentionum eſſe aliquid rationis. Ad aliam cōfirmationem reſpondetur, quòd Chymæra eſt ens imperfectiſſimum: & ita non datur de illa ſcientia, ſed à Metaphyſica forſan fit conſideratio. priuationes verò, quæ ſunt aliquid ſubiecti, ſcilicet remotiones formarum, ab ea ſciētia conſiderantur, à qua ſubiectum, & forma, licèt in ratione entis rationis conſiderentur à Metaphyſica. Aliqui dicunt ex hac claſſe Doctorum, priuationes eſſe ens reale priuatiuum, quod eſt falſum, nihil enim ponit in re: Nam omnis realitas formam aliquam ſeu eſſentiam realem dicit. Quis enim dicat aerem lumine carentem formam realem dicere? Sed de hoc infrà redibit ſermo. Secunda verò intentio habet eſſentiam, & paſſiones alterius rationis, & non communicantes aliquo modo cum fundamentis remotis illarum: & ita pertinent ad aliam ſcientiam.

Ad confir.

Falſa quorundam opinio.

Ad 12. argum.

Ad duodecimum reſpondetur, non eſſe de ratione ſcientiæ, quòd cauſetur à ſubiecto: Nam ſecundum Caietanum, quod & nos in materia deſignificare tractauimus, efficientia obiecti conſiſtit in cauſatione ſpecierum: poſtmodum ipſe intellectus ſe mouet per ſpecies ad cauſandas in ſe notitias, & habitus. Nā in illis operationibus vitalibus ſeipſum mouet, licèt reſpectu ſuſceptionis ſpecierum paſſiuè ſe habeat, factus tamen in actu non eget motore obiecto. Secundò reſpondetur, quòd ſcientia, quæ eſt realis ex parte obiecti, cauſatur effectiuè ab obiecto, quando tale obiectum per ſuam ſpeciem cognoſcitur. Quando verò obiectum eſt ens rationis, vel non habet propriam ſpeciem, non cauſat effectiuè ſcientiam. Et ſicut conceptus entis rationis non fit effectiuè ab obiecto, ſed per ſpeciem ſui fundamenti: ita dicendum eſt de ſcientia: nam habetur per ſpeciem ſui fundamenti, & ab illa cauſatur. Et ſi fiat argumentum. Nam obiectum ratione ſui terminat: ergo etiam ratione ſui cauſat; negatur conſequentia, eſt enim de ratione obiecti, quòd terminet ratione ſui, quia de ipſo habetur ſcientia. Quòd verò cauſet, hoc non requiritur, quia eſt extra rationem obiecti, quòd in ſua ratione non importat, niſi terminare. Vide D. Thom. prima ſecunda, quæſtione 54. articulo 2. & 3. parte, quæſtione 57. articulo tertio. Ad confirmationem reſpondetur, quòd Logica ſupponit ſuum obiectum eſſe, ſcilicet, ſupponit eſſe ens rationis, licèt eius eſſe actuale ſolùm ſit in intellectu: & etiam ſupponit, quid ſit ens rationis, quo ſuppoſito aggreditur diſputationem de ſecundis intentionibus in concreto. Metaphyſicus verò habet inquirere quidditatem ſecundarum intentionum, & inquirere quod ſit ens rationis, quod eſt ſecunda intentio: nam probat omnium ſcientiarum ſubiecta eſſe. Ad aliam confirmationem reſpondetur, quòd ſciētiæ diſtinguūtur numero penes ſubiecta ſpecie, penes ordinē ad obiecta intrinſecè: extrinſecè penes obiecta ipſa, quæ bene poſſunt realiter diſtinguere ſeu ſpecificare: quia ad hunc modum diſtinctionis non requiritur exiſtentia, vt patet: Nam conceptus Chymæræ diſtinguitur à conceptu hircocerui; & tamen obiecta ſunt rationis.

Ad argumenta ſecundæ opinionis Nominalium reſpondetur, quòd Logica agit de vocibus, quatenus ſunt ſignificatiuæ rerum & conceptuum: ſed totum hoc in ordine ad ſecundam intentionem in concreto perfectè ſciendam: & in hoc tota Logicæ cura incumbit, quapropter illa eſt ſecunda intentio. Viri illi graues dicunt, aliquam partem conſiderationis logicalis verſari circa voces ſignificantes, quod nos libenter concedimus. Nec eſt tota difficultas in ſignificatione terminorum, ſed in penetranda natura ſecundæ intentionis in omnibus ſuis partibus, & in cognitione paſſionum eiuſdem: Quia etiamſi ſignificatio vocum ſciatur, (ignorari enim poteſt) quid nomen ſignificet præſupponendum eſt, vt paſſio demonſtretur.

Ad arg. ſecunda opi.

Sub quaratione logica conſideret voces.

Ad argumenta tertiæ ſententiæ reſpōdetur, quòd quamuis ita ſit, quòd omnia ibidem numerata referantur ad demonſtrationem, tamen ipſa demonſtratio vl-

Ad arg. tertia ſent.

Quomodo demōſtra-

terius

Digitized by Google

tio & quæcunq; alia cõſiderata in logica ordinētur ad ſecundam intentionē. terius fertur in cognitionem argumentationis, vel ſaltem in cognitionem ſecundæ intentionis. Nam ideo naturam eius cognoſcimus, vt perfectè noſcamus ſecundam intentionem, & ſecunda intẽtio eſt finis, & ita eſt obiectum. Fateor tamen, quòd demonſtratio eſt obiectum principale, ſeu argumentatio, vt alii volunt, ſicut Deus in Metaphyſica eſt obiectum principalitatis.

Ad argu. quartæ ſententiæ. Ad argumentum quartæ ſententiæ reſpondetur eodem modo, quòd cognitio ſyllogiſmi vlterius refertur in cognitionem ſecundæ intentionis, & ita eſt finis eius: quamobrē non poteſt ſyllogiſmus eſſe ſubiectum.

Ad argum. quintæ ſēt. Ad argum. quintæ ſententiæ reſpondetur, ad primum, quòd dicitur rationalis, vt diximus ex D.Th. quia agit de ente rationis, quod eſt ſecunda intentio.

Ad 2. arg. Ad 2. reſpondetur, quòd perficit per argumentationem rectam diſcurſum. Sed ad hoc efficiendum eſt neceſſe multas alias ſecundas intentiones conſiderare: & ita ſecunda intentio eſt eius obiectū.

Ad 3. arg. Ad tertium ſatis patet ex dictis. Aliqui dicunt eſſe obiectum principale argumentationem.

Ad arg. 6. ſentent. Ad arg. 6. ſententiæ reſponſum eſt ſupra concluſione vlt. Vide ibidem. Ex dictis in hac quæſtione colligitur apertè, quàm falsè, & contra omnium antiquorum opinionem aſſerat Pater Suarez in ſua Metaphyſica, diſp. 45. ſtatim in initio, nullam ſciētiam dari, quæ per ſe primò propter entia rationis cognoſcēda ſit inſtituta: & aſſerit eſſe errorem dialecticū hoc aſſerere. Verùm debuiſſet modeſtiùs loqui, & opinionem D.Th. ne dicam Ariſtotelis, & omnium antiquorū, errorem non appellare. Errat ipſe, nam Grammatica ſciētia eſt, & Poeſis, & Dialectica. De Grammatica patet ex Ariſt. in Antepræd icamentis c. 2. de Rhetorica ipſe aſſerit in libro de hac edito. Et patet hoc: nam ſicut per ſe datur conceptus ordinatus ad entis rationis cognitionem: ita habitus datur per ſe ordinatus ad contemplandas ſecundas intentiones modo iam dicto.

Opinio Suarez reijcitur.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrùm ſubiectum Logicæ, & cuiuſuis ſcientiæ, contineat omnes veritates ſcientiæ. *Controuer.*

SCotus 1. q. 3. prolo- gi tenet, ſubiectū ſcientię debere cõtinere omnes veritates ſcientiæ primò, & tanquā cauſa ſufficiens: ita vt ſine alio adminiculo illas veritates contineat. Et probatur quia ſubiectum continet propoſitiones immediatas, quæ ſunt principia virtualiter continentia omnem ſcientiam; ergo ſubiectum continet omnes veritates ſcientiæ. Maior patet, nam iſta eſt immediata propoſitio in ſcientia de homine, homo eſt animal rationale, & continet omnes veritates, quia ex ratione formali ſubiecti dimanant omnes veritates: & iſta propoſitio continetur in ſubiecto, ſeu eſt idem quod ſubiectum: ergo &c. Secundò, quia ſubiectum ſciētiæ eſt adæquata cauſa habitus: ſed habitus cõtinet habitualiter omnes ſcientiæ veritates: ergo & obiectum continet virtualiter illas. *1. Opinio Scoti.* *1. Argum.* *2. Argum.*

Oppoſita ſentētia eſt Ochami, & aliorum, qui dicunt non continere ſubiectū omnes ſcientiæ veritates, quia inter continens & contentum debet eſſe diſtinctio realis: ſed veritates non diſtinguuntur ab obiecto ſcientiæ: ergo non continet illas. *2. Opinio Ochami.*

Sed reſpondetur, quod obiectum ſciē tiæ in ſe ſumptum, continet omnes veritates ſcientiæ, vt cauſa prima, non vt cā adęquata abſolutè: & accipimus hic cauſam largè pro ratione formali, & vocatur cauſa ſimpliciter, & abſolutè, & adęquata, quæ ſine iuuamine alterius cauſæ eſt alicuius cauſa, ſicut ſubiectum cauſa eſt paſſionum, ſiue cauſet illas mediante alia paſſione, ſiue non. Vocatur verò cauſa ſufficiens in ſuo ordine, quæ licèt de ſe non ſufficiat producere illum effectum, in ſuo tamen ordine ſufficit ſi- *Opinio Authoris. Concluſ.* *Explicatur Concluſio.*

Digitized by Google

cur ſol eſt cauſa Petri hoc modo: Nam licèt non ſufficiat producere Petrum ſine cauſa particulari, in ſuo tamen ordine in genere cauſæ vniuerſalis, eſt completa & perfecta, quia producit effectũ faciendo totum, quod cauſa vniuerſalis debet facere. Et hoc modo principia prima alicuius ſcientiæ continent omnes veritates, vt ſcilicet primæ propoſitiones in ſuo ordine. Et probatur concluſio: quia ex definitione ſola ſubiecti cuiuſlibet ſcientiæ non poſſunt ſciri omnia, quæ tractantur in illa ſcientiâ, ergo ſubiectum & primę propoſitiones non continent, vt cauſa adæquata, omnes ſcientiæ veritates, aliàs ex illis ſolùm ſciri poſſent: Nam profectò ex definitione animalis non poteſt ſciri paſſio formicæ, nec omnes paſſiones, quæ animalibus particularibus poſſunt competere, ſed ex obiecti ratione adiuncta aliis partibus ſubiectiuis omnes veritates ſciuntur, & in illis omnes veritates illius ſcientiæ continentur: ſicut virtus adæquata productiua Socratis continetur in ſole & homine. Et phyſicæ ſcientiæ obiectum verè continet in genere cauſæ efficientis paſſiones, quia illas verè producit per realem reſultantiam eius. Metaphyſica verò, & Logica, & Theologia ſacra continent veritates ſcientiæ in genere rationis formalis: quia ſi illæ proprietates poſſent habere cauſam, eſſet ratio formalis obiecti. *Probatur.*

Ad 1. arg. Scoti. Ad primum reſpondetur, quod ſubiectum ſcientiæ continet veritates, vt cauſa ſufficiens in ſuo ordine, adiunctũ verò partibus ſubiectiuis, vt cauſa completa, & perfecta: ſicut ſol continet omnes effectus in ſuo ordine, adiunctus verò cauſis particularibus ex illis, & ſole fit vnum totale principium & adęquatum.

Ad 2. eiuſdem. Ad ſecundum reſpõdetur eodem modo, quòd ſubiectum in ſe & in partibus ſubiectiuis, participantibus ipſum, continet omnes veritates, vt cauſa ſufficiẽs: & ſic eſt cauſa habitus continentis omnes veritates. Et in obiecto, vt in cauſa vniuerſali bene poſſunt cõtineri paſſiones & veritates diſparatæ, ſicut continẽtur in ſole effectus iter ſe diſparati.

Aduert iũ. Ocham. Ad Ocham dicitur, quod aliquando diſtinguuntur veritates realiter ab obiecto, aliquando diſtinguntur ratione ratiocinata, vt veritates metaphyſicales & theologicæ. Et ſufficit hæc diſtinctio, vt dicantur continere veritates in obiecto, vt in ratione formali. Et ita hæc cõtinẽtia reducitur ad genus rationis formalis, & aliquando ad genus cauſæ efficientis, vide ſap. M. Ban. 1. par. q. 1. art. 8. ad ſolutionem 8. argumenti.

QVÆSTIO. XIX.

An ens rationis ſit cognoſcibile à nobis, & quomodo.

1. Argum. ET videtur non poſſe cognoſci. Probatur, quia ens rationis vel cognoſcitur per ſpeciem propriam, vel alienam: Non per propriam, nam non habet illam: ergo &c. Probatur antecedens: Nam obiectum realiter emittit, & cauſat ſpeciem: ſed ens rationis non poteſt realiter emittere & cauſare ſpecies ergo &c. Maior probatur: quia ſpecies ſunt effectus obiectorum, ſicut ſemẽ eſt arboris effectus. Minor probatur: aliàs eſſet ens reale: quod enim cauſat realiter effectiuè, quomodo ſpecies procedit ab obiecto, dẽt eſſe ens reale. Quod non cognoſcatur per ſpeciem alienam, probatur: aliàs cognitio entis rei & rationis eſſent eiuſdem ſpeciei, quod conſtat eſſe falſum. Probatur ſequela: quia fiũt eadem forma: ſed actiones, quę fiũt eadem forma, ſunt eiuſdem ſpeciei, vt conſtat ex doctrina D. Thom. ergo &c.

Confir. Et confirmatur hoc argument. Nam ſpecies ſolùm repræſentat obiectum, à quo fuit cauſata: ſed ſpecies illa non fuit cauſata ab ente rationis: ergo nõ repræſentat illud. Conſequentia cum minori patent, ſed probatur maior: Quia cum ſpecies ſint virtutes obiectorum, & eorum ſemina ſolùm præhabent in ſe ſua obiecta: & ita ſolùm poſſunt concurrere ad hoc, vt homo fiat res, cuius eſt ſemen in eſſe intelligibili.

Secun-

2. Argum. Secundum argumentum. Omne intelligibile prius natura eſt intelligibile quàm intelligatur; ſed entia rationis non ſunt prius natura intelligibilia, quàm intelligantur: ergo non ſunt intelligibilia, nec per propriam, nec per alienam ſpeciem. Maior patet: quia intelligibile dicit potentiam, intelligi dicit actum: actus autem poſterior eſt potentia, prius enim homo poteſt ridere quàm rideat. Et minor probatur; quia ens rationis, antequam ſit, non habet potentiam, ſed habet eſſe per operationem intellectus: quia intelligitur ens rationis, quia ſuum eſſe eſt cognoſci: ergo &c. Probatur minor: Quia ſic eſt verum dicere, ens rationis habet potentiam vt intelligatur: hæc potentia actu debet illi competere: ſed quidquid actu enti rationis competit, eſt ens rationis: ergo erit verum dicere, ante intellectionem quod eſt ens rationis: quia eſt illa potentia, quæ eſt ens rationis, quod eſt falſum. Confirmat. hoc argumentum & explicatur: Nam ſi ante operationem intellectus eſt verum dicere, ens rationis eſt intelligibile: ergo à parte rei correſpondet aliquod obiectum huic propoſitioni, quia eſt vera: ergo &c. at illud obiectum non eſt ens reale: ergo rationis: ergo ante operationem intellectus eſt ens rationis.

Confir.

3. Argum. Tertium argument. Homo non poteſt cognoſcere Angelum per ſpeciem hominis, quæ eſt in potentia viſiua, etiamſi à Deo ponatur illi illa ſpecies in intellectu ſecundum modum, quem ibi habet per poſſibile, vel impoſſibile: quia non habet ſpecies illa ſimilitudinem cum Angelo, qui debet cognoſci: ergo nec intellectus noſter poterit cognoſcere ens rationis per ſimilitudinem entis realis. Probatur conſequentia, quia habet maiorem ſimilitudinem homo cum illa ſpecie, quàm ens rationis cum ente reali: quia illa ſunt entia realia, & in eodem prædicamento, quod non poteſt dici de ente reali & rationis. Et confirmat. hoc argument. Nam homo & Angelus maiorem ſimilitudinem habent in ratione obiecti, quia ſunt ſub obiecto ſpecificatiuo intellectus directè, quod non eſt verum de ente reali & rationis, vt ſupra viſum fuit quæſt. 7.

Confir. 2.

Et confirmat. ſecundò. Per ſpeciem equi nō poſſumus cognoſcere hominem, nec mediatè, nec immediatè: ergo nec per ſpeciem entis realis poſſumus cognoſcere ens rationis. Antecedens de ſe patet; aliàs eadem ratione per illam poſſem cognoſcere omnes ſpecies. Et conſequentia probatur: Nam maiorem ſimilitudinem habet equus cum homine, & cum ſpecie illius impreſſa, quàm ens rationis cum ente reali, & cùm ſimilitudine eius impreſſa. Nam ex eo, quòd magis aſſimilatur obiecto, aſſimilatur etiā magis ſpeciei repræſentandi obiectum, præcipue quòd magis aſſimilatur obiecto, vt repræſentatur per ſpeciem impreſſam, quia ſunt entia realia & ſub eodem genere, quod non eſt verum de ente rei & rationis.

4. Argum. Quartò, Intelligens in actu debet eſſe res intellecta in actu per ſimilitudinem, quam apud ſe habet: ſed nulla ſpecies ſimilis eſſe poteſt enti rationis: ergo nullum intelligens in actu poteſt eſſe ens rationis in eſſe intelligibili: ergo ens rationis non poteſt cognoſci. Probatur minor: quia quæ ſimilitudo poteſt eſſe entis ad non ens? Et quomodo intelligens poteſt eſſe non ens, & nihil per ſpeciem, quæ ex natura ſua habet repræſentare aliquid reale & potens exiſtere? Profecto maior repugnantia videtur, quòd ens reale & verum aſſimiletur non enti, quàm quod ens reale, & ſpecies creata aſſimiletur enti reali infinito: ſed hoc non eſt dabile: ergo nec illud. Maior patet, quia Deus continetur intra rationem obiecti intellectus ſpecificatiui, & eſt aliquid reale, & cauſa entitatis totius creaturæ: ſed ens rationis non continetur ſub obiecto ſpecificatiuo intellectus, & eſt nihil: magis enim implicat, quod aliquid ſit non ens etiam per participationem, quàm quòd ſit ens infinitum per participationem: ergo magis implicat quòd ſit non ens in eſſe intelligili, quàm quòd ſit Deus clarè viſus per ſpeciem in eſſe intelligibili, nam eſſe tale in eſſe intelligibili

Digitized by Google

aliquod eſſe eſt; & hoc magis repugnat cum non eſſe, quàm cum eſſe infinito.

5. Argum. Quintò. Vel cognoſcitur ens rationis per ſpeciem impreſſam, vel expreſſam entis realis: Nullo modo; ergo non cognoſcitur. Conſequentia patet: quia non eſt alia ſpecies in intellectu. Sed probo antecedens, quod non cognoſcatur per ſpeciem expreſſam, aliàs ille conceptus erit æquiuocus, quia repræſentabit hominem, verbi gratia, & ſpecieitatem, quæ ſunt plura, & in nullo conueniunt, quod eſt impoſſibile, vt patet in Summulis cap. de vniuocis & æquiuocis. Non per impreſſam: nam ſpecies impreſſa mouet ad cognoſcendum ſolùm naturam, cuius phantaſma eſt in phantaſia, quia oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari: ſed hoc phantaſma ſolùm eſt entis realis: ergo ſolùm cognoſcimus per illud ens reale, & non ens rationis.

6. Argum. Sextò. Accipio cognitionem, qua cognoſco ſecundam intentionem (ſiquidem dicis ens rationis cognoſci à nobis.) Tunc ſic argumentor. Vel illa cognitio eſt prior ſecunda intentione, vel poſterior, vel ſimul. Neutrum horum; ergo non datur talis cognitio. Conſequentia patet: quia ex neceſſitate debet habere aliquem ordinem prædictorum ad ſuum obiectum. Non eſt prior cognitio, quia tunc in illo priori poſſem intelligere cognitionem in actu, & non intelligere obiectum, ad quod terminatur, quod eſt impoſſibile: quia cognitio intrinſecè importat ordinem ad obiectum. Item etiam: nam tunc eſſet prius natura ente rationis, & ſic eſſet cauſa illius, quod eſt impoſſibile. Nec eſt poſterior ente rationis: quia tunc ſequeretur, quod ens rationis prius haberet eſſe, quàm cognitio terminaretur ad illud; & ſic eius eſſe non conſiſteret in cognoſci, & conſequenter per aliquid aliud haberet, quod eſt impoſſibile. Nec poteſt dici, quòd ſint ſimul: quia ens rationis conſequitur, & habet eſſe per cognitionem intellectus: ergo non eſt ſimul cum illa.

7. Argum. Septimò. Si intellectus intelligit ens rationis, vel illud intelligit in vniuerſali, vel in particulari. Neutrum horum: ergo &c. Maior patet: quia conſiderari non poteſt ens rationis, prout eſt terminus cognitionis intellectiuæ, niſi in vniuerſali, vel particulari. Minor probatur: & quod non intelligat in vniuerſali, probatur, quia in vniuerſali nō poteſt intelligere ens rationis, niſi per abſtractionem à ſingularibus entibus rationis, verbi gratia, non poteſt intelligere ſecundam intentionem in communi: niſi per hoc, quòd illam abſtrahit ab hac ſecunda intentione, vel illa, ſed non poteſt abſtrahere ab hac vel illa: ergo non poteſt illam cognoſcere. Maior patet: quia noſter intellectus pro hoc ſtatu nihil directè cognoſcit, niſi in vniuerſali: vniuerſale autem, quod eſt obiectum intellectus, fit per abſtractionem intellectus agentis: & nō cognoſcitur niſi per denudationem naturæ à conditionibus indiuiduantibus, quod eſt munus intellectus poſſibilis: & hoc vocamus abſtrahere ſpeciem & naturam vniuerſalem à particularibus, illuſtrare naturam, nō illuſtratis conditionibus indiuiduantibus. Sed illa minor probatur: nam ſecundæ intentiones particulares, & ſingulares, à quibus abſtrahit natura intentionis in communi, non poſſunt eſſe, niſi in imaginatiua, & phantaſia, vt intellectus agens abſtrahat ſpecies vniuerſales per illuminationem: ſed ibi eſſe nō poſſunt: quia ſecundæ intentiones particulares non habent eſſe, niſi per cognitionem intellectus. Tum vltrà; quia imaginatiua non poteſt cognoſcere ſingulares intentiones, non enim ſunt obiectum eius: ſicut nec poteſt cognoſcere angelum Gabrielem. Secundò probo illam mioorem; quia ſecundæ intentiones non ſunt capaces recipiendi lumen intellectus agentis, vt illuſtretur in illis natura non illuſtratis conditionibus indiuiduantibus, cum nihil ſint: ſicut nec poſſunt illuminari non entia realia hoc lumine materiali. Quod nec ſint cognoſcibiles in vniuerſali probatur; quia ſi non poſſunt abſtrahi à ſingularibus conditionibus, non poſſunt cognoſci in vniuerſali.

Et

Digitized by Google

Confir. Et confirmatur hoc argumentum: Nam ſecundæ intẽtiones particulares, vt ſic, debent cognoſci ab intellectu, quia non habent aliud eſſe, quam cognoſci; ſed non poſſunt cognoſci ab intellectu directè, quia ſunt ſingularia: ergo debent cognoſci reflexè, ſed nec reflexè cognoſci poſſunt, quia, vt cognoſcantur reflexè, debent cognoſci ex eo, quòd natura vniuerſalis fuit prius cognita, quæ fuit abſtracta ab illis; ſed non potuit abſtrahi ab illis, quia nondum erant, ſiquidem non erant cognitæ: ergo &c.

8. Argum. Octauò ſic argument. Nam poterat aliquis dicere, quòd ſecundæ intentiones, & quodlibet ens rationis cognoſcebatur per ſpeciem fundamenti & entis realis. Contrà, nam ſi per ſpeciem, verbi gratia, hominis cognoſco ſpecieitatem, vel illam cognoſco in communi, vel in ſingulari: neutro modo; ergo &c. Probatur maior: nam vel ſpecies impreſſa hominis concurrit ad formandum conceptum ſpecieitatis in particulari, & hoc non, quia ſpecieitas in particulari non poteſt cognoſci, niſi reflexè, & ita prius ſupponit cognitionem vniuerſalis. Sed nec poteſt cognoſci per illam ſpeciem, & conceptum natura vniuerſalis, quia illa non abſtrahitur à ſingularibus intentionibus, quæ non ſunt: ſiquidem non ſunt cognitæ. Et certè difficile eſt hoc explicare: ſed magis tractabitur, cum fiet ſermo de ſecundis intentionibus. *Confir. 1.* Confirmatur: Nam dicere, quòd abſtrahimus ſecundam intentionem in communi à ſingularibus entis realis, verbi gratia, ab homine iſto, vel illo abſtraho, ſicut naturam hominis, ita naturam intentionis in communi, abſurdum eſt; quia nulla natura abſtrahitur, niſi à ſingularibus ſuæ naturæ: quia abſtrahere idem eſt quod facere, vt appareat natura non apparentibus conditionibus indiuiduantibus illius naturæ, & ita debet fieri à ſingularibus eiuſdem naturæ. *Confir. 2.* Et confirmat. Nam dici non poteſt, quod natura ſecundæ intentionis ſit in ſingularibus realibus, ibi enim ſolùm eſt natura realis: nam ſi eſſet ibi, ſequeretur, quod illa indiuidua eſſent indiuidua ſecundæ intentionis, quod eſt ridiculum. *Solutio.* Dices, quod cognoſcuntur entia rationis per ſpeciem impreſſam entis realis, quæ in intellectu abſtracta à ſingularibus facit formare conceptum entis rationis, vel per aliam ſpeciem impreſſam elicitam virtute intellectus poſſibilis, quæ ſolùm facit formare conceptum entis rationis. Contrà redit meum argumentum ſupra factum: *Impugna.* Quia, vel illa ſpecies facit formare verbum entis rationis in communi, vel in ſingulari; ſi in communi, ergo illud ens rationis fuit abſtractum à ſingularibus entibus rationis, quod oſtendimus eſſe falſum, quia illa non ſunt, cum non cognoſcantur, quia deberent & cognoſci reflexè ex cognitione naturæ vniuerſalis entis rationis, quæ non eſt vniuerſalis, cùm non præceſſerint ſingularia, à quibus fuerit abſtracta, quia non fuerunt cognita illa ſingularia; & ita non fuerunt. Vel terminatur ad ſingularia: & neque hoc, quia prius debuit cognoſci natura vniuerſalis, in phantaſia autem non fuerunt illa entia rationis, vt iam oſtendimus. *Fuga.* Si dicas, quòd ſimul & ſemel ſunt in intellectu vniuerſalis cognitio naturæ & ſingularis; *Impugnat.* Contrà, quia ſingularium cognitio debet præcedere vniuerſalium cognitionem; cùm illa fiat per abſtractionem ab iſtis, & tunc non poſſunt eſſe cognita per intellectum ſingularia, quia natura intellectiua prius terminatur ad vniuerſale, quàm ad ſingulare. Tota ergo difficultas eſt explicare, per quam cognitionem ſint ſingularia, à quibus abſtrahitur natura vniuerſalis. Sed contra hanc ſolutionem ſit

9. Argum. Nonum argumentum. Nam etiamſi in intellectu poſſibili ſint ſimul & ſemel ſingularia, & vniuerſalia, ſeu cognitio ſingularium & vniuerſalium: tamen intellectus poſſibilis non abſtrahit à ſingularibus naturam vniuerſalem, quia hoc eſt munus intellectus agentis, & iſte non abſtrahit, niſi à phantaſmatibus, ergo cum illa ſingularia non ſint niſi in intellectu poſſibili, non poteſt ab illis abſtrahi natura vniuerſalis, maximè, quia

ſunt ibi obiectiuè, & intellectius agens non abſtrahit, niſi à phantaſmatibus, quæ ſunt ſubiectiuè in phantaſiæ potentia.

10. Argu. Decimo ſic argumentor. Entia rationis nullo modo ſunt entia, etiam imperfectiſſimo modo; ergo non ſunt cognoſcibilia. Conſequentia patet, & probo antecedens; quia non habent vllo modo eſſe: ergo non ſunt entia. Probo antecedens: quia eſſe eorum eſt cognoſci; ſed hoc non poteſt eſſe eorum eſſe; ergo &cæt. Probo minorem, quia, verbi gratia, generitatem eſſe, nihil eſt aliud, quam relatio rationis perfecta, & completa in ſuo genere: ſed relatio perfecta, & completa non poteſt eſſe exiſtentia ſuo modo entis rationis, & ſecundæ intentionis: ergo &c. Maior patet: quia eſſe eorum eſt cognoſci, ſeu cognitum eſſe: ſed cognitum eſſe eſt relatio rationis, ſicut parietem eſſe viſum; ergo &c. Sed minor probatur: quia exiſtentia rerum realium non eſt quid completum in ſuo genere, neque diſtinctum numero perfecto à re, cuius eſt exiſtentia: ergo nec entium rationis exiſtentia, ſiquidem ſunt imperfectiora: & præcipue quia relatio non poteſt eſſe actus alicuius creati, actus dico exiſtentiæ, ipſa cognitio realis non poteſt eſſe eorum actus, quia ens rationis non poteſt habere pro actu aliquod reale, ſiue extrinſecum, ſiue intrinſecum.

Præambula.

Pro veritatis explicatione. 1. Fũdam. Duplex ſpecies impreſſa, & expreſſa, qd ſit vtraque, & à quo producatur, quæ munera vtriuſque. PRo hac difficili explicanda quæſtione notandum eſt, ſpeciẽ eſſe in dupliçi differentia: alia eſt expreſſa, alia impreſſa. Species expreſſa eſt conceptus, & verbum, atque idolum, quod noſter intellectus format per ſuam cognitionem, in quo intuetur res ipſas. Et per hoc verbum fit res intellecta in actu ſecundo, de quo dixit Ariſtotel. 3. de Anim. quod intelligens in actu fit ipſum intelligibile in actu. Species impreſſa eſt ſemen quoddam, & virtus, cauſata ab obiecto per actionem intellectus agentis, mediante phantaſmate in intellectu poſſibili, quæ continet in virtute obiectum, & potens eſt actuare intellectum, vt in ſe habeat obiectum ad modum, quo ſemen arboris in virtute continet arborem. Et intellectus per hanc ſpeciem impreſſam effectiuè concurrit ad verbi & conceptus formationem. Et iſta ſpecies impreſſa neceſſariò debet præcedere, vt formemus verbum, ſicut neceſſarium eſt ſemen aliquod præcedere, vt arbor generetur. Numquam enim intellectus ad actum ſecundum, qui eſt intelligere, deuenit, niſi per actum primum, qui eſt ipſa ſpecies, quæ præhabet obiectum implicitè, & in virtute. Hæc verò ſpecies impreſſa, vel mediatè, vel immediatè debet eſſe cauſata à phantaſmate illuſtrato ab intellectu agente, vel ab intellectu agente illuſtrante phantaſma; quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Et hinc fit, quod omnis cognitio, quæ de Deo in hac vita habetur, debeat eſſe per ſpeciem creaturarum, quia ipſum Deum, prout in ſe eſt, non cognoſcimus in hac vita; Sed tamen quia creaturæ ſunt effectus Dei, hinc prouenit, quod participant Dei perfectiones, licèt diuiſim, & imperfectè. Et ſic per creaturarum ſpecies, licèt imperfectè, venimus in Dei cognitionem; quia creaturæ ſunt ſimiles Deo. *Quare Deus cognoſcatur in hac vita, ꝑ ſpecies rerum corporearum.* Et ex hoc colligitur quæſtionis huius difficultas, quia cum ens rationis non ſit effectus entis realis, nec effectus ſui fundamenti, vt videbimus ſtatim, difficile eſt explicare, quomodo per ſpeciem entis realis ens rationis poſſit cognoſci, nam per illam, vt notauimus, neceſſariò debet cognoſci. *In quo cõſiſtat difficultas præſentis quæſiti.* Et ne inciderent in has anguſtias, atque inquiſitione veritatis defatigarentur huius temporis Logici, quidam negant eſſe entia rationis; ſed omnia entia dicunt eſſe realia. *Error quorundam.*

2. Fundã. ex D. Th. Dupliciter aliquid cognoſci pōt. Secundò notandum eſt, quòd, vt colligitur ex D. Thom. de ver. quæſtio. ſecunda, articulo tertio, ad quint. & ſuper Boet. de Trinit. quæſtione prima, art. 2. dupliciter aliquid cognoſcitur; Vno modo per ſpeciem propriam, ſicut oculus videt lapidem per ſpeciẽ lapidis. Alio

modo

modo per formam alterius ſibi ſimilis, ſicut cognoſcitur cauſa per ſimilitudinem ſui effectus, & homo per formam ſuæ imaginis. Et ita poſſumus intelligere, quòd ens rationis cognoſcitur, vel per ſuam propriam ſpeciem, vel per aliam ſpeciem alterius rei ſibi ſimilis, vel quomodolibet habentis ordinem ad ipſum. Et hæc cognitio poteſt terminari, vel ad ens rationis in communi, vel ad ens rationis in particulari: Nam etiam in entibus rationis ſunt vniuerſalia, & ſingularia, ſicut ſpecies communis eſt ad omnes ſpecies: hæc verò ſpecies eſt particularis, ſeu, vt clarius dicamus, hæc ſpecieitas, quæ ſingularis eſt, vt quod nec de aliis prædicatur.

3. Funda. ex Ariſt. 3 de Anima.

Vltimò nota, omnem noſtram cognitionem pro hoc ſtatu fieri per conuerſionem ad phantaſmata; quia vt inquit Ariſt. tertio de Anima, oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari: & ita quicquid cognoſcit, cognoſcere debet per reſpectum ad rem materialem, quapropter etiam ipſa entia rationis hoc modo ſunt à nobis cognoſcenda. De hoc latè diſputari ſolet prima parte, quæſtione decima tertia, per totam, maximè art. 1.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ.

Prima concluſio. Ens rationis cognoſcitur à noſtro intellectu pro hoc ſtatu. Iſta concluſio ſatis patet: Nam definimus quid ſit ſecunda intentio, quid negatio, quid priuatio, & ſcientiam habemus de ſecundis intentionibus, vt viſum eſt, & Theologi ſacri aſſerunt relationem dominii in Deo eſſe aliquid rationis: ergo cognoſcitur à nobis ens rationis. Hoc, quia euidentiſſimum eſt, non eſt amplius probandum. Et ſi dicas, quod non ſunt entia rationis, Contrà: ita aſſerunt omnes Philoſophi, vt poſtea videbimus, & conuincitur demonſtratiua ratione. Hoc etiam ratio D. Thom. indicat prima parte, quæſtione decima ſeptima, articulo ſeptimo. Quinimo D. Augu. lib. 4. de Trinit. cap. vltim. dicit, quod ſicut nummus conſtituitur pretium abſque realitate adueniente illi; ita Deus ex tempore fit Dominus creaturarum; eodem libro cap. 4. & 5. dicit, quod Deo nihil neque relatiuum, neque abſolutũ aduenit ex tempore. Vbi expreſsè aſſerit D. Auguſt. entia rationis. Nam ſi nummus in eſſe nummi conſtituitur ſine aliqua realitate adueniente illi, ergo per aliquid rationis; nam aliquid aduenit, quo ſit nummus.

Solutio. Impugnatio.

2. Conclu. Per quam ſpeciem impreſſam cognoſcatur ens rationis.

Secunda concluſio. Ens rationis non cognoſcitur per propriam ſpeciem ab ipſo cauſatam. Probatur iſta concluſ. Ens rationis non poteſt habere effectum realem ab ipſo realiter productum; ſed ſpecies, qua actuatur intellectus, eſt aliquid reale, ſiquidem eſt ſubiectiuè in intellectu, ipſumque de potentia ad actum realem reducit: ergo non poteſt eſſe producta ab ente rationis. Et confirm. hæc ratio: Nam ſpecies ſeu obiectum per ſpeciem reducit intellectum de potentia ad actum realiter, efficiendo etiam aliquid, ſed ens rationis nihil efficere poteſt: ergo &c. Secundò probatur concluſio: In intellectu non eſt ſpecies cauſata ab aliquo obiecto, niſi illud obiectum habeat in phantaſia phantaſma aliquod: ſed ens rationis nullum phantaſma habet: ergo nec cauſatam ſpeciem ab ipſo. Minor probatur; quia phantaſma eſt rei ſenſatæ à nobis: ſed ens rationis non ſentitur, cùm non ſit ſenſibile, quia eſſet reale: ergo non habet ſpeciem ab ipſo cauſatam.

3. Concluſ.

Tertia concl. quæ euidenter infertur ex dictis ſit. Ens rationis cognoſcitur per ſpeciem entis realis. Probatur: nam ens rationis cognoſcitur, & non per ſpeciem ab ipſo cauſatam: ergo per ſpeciẽ cauſatam ab aliquo ente reali.

4. Concluſ. Per quam ſpeciem expreſſam ens rationis cognoſcatur.

Quarta concluſio. Per ſpeciem expreſſam entis realis non cognoſcitur ens rationis, tamquam per conceptum eius: Itaque conceptus, quo cognoſco hominem, non eſt conceptus, quo cognoſco ens rationis. Probatur concl. Nam aliàs daretur æquiuocatio in mente vltimata (quod eſt impoſſibile, vt probatur in Summulis, capite de vniu. & æquiuocat.) Probatur ſequela; Quia illa qualitas, & conceptus

ceptus ſignificat, verbi gratia, hominem, & etiam ſignificat ſpecieitatem: ergo ſignificat plura, vt plura ſunt, & ſic daretur æquiuocatio: nam conceptus hominis & ſpecieitatis obiectiuus in nullo conueniunt. Item, nam conceptus hominis viui non ſignificat hominem pictum, licèt homo pictus habeat aliquam ſimilitudinem cum viuo: ergo conceptus hominis non ſignificat ſpecieitatem, & hominem: quod ſi non ſignificat, non poſſumus cognoſcere per illum, hominem, & ſpecieitatem. Et confirma. Nam conceptus, quo cognoſco lapidem, non eſt ille conceptus, verbi gratia, quo cognoſco Deum, quia Deus non eſt lapis; ergo conceptus, quo cognoſco hominem, non eſt conceptus, quo cognoſco ſpecieitatem; quia homo non eſt ſpecieitas. Et idem dici poteſt de omni ente rationis. Conſequentia patet: quia etiam Deus in hac vita non cognoſcitur per propriam ſpeciem. Et probatur ſpecialiter concluſione de ſecundis intentionibus, quæ pertinent ad Logicam: Nam ſecunda intentio formaliter pro conceptu, vt diſtinguitur contra obiectiuam, eſt ſecundus conceptus, qui habetur de re: ergo præceſſit primus: ſed primus conceptus terminabatur ad fundamentum ſecundæ intentionis, ad hominem verbi gratia, ergo ſecundus non terminatur ad hominem, ſed ad ipſam ſecundam intentionem. Vnde inquit D. Thom. opuſc. quadrageſimo octauo, quod rebus conueniunt aliqua in ſeipſis, vt eſſe hominem, eſſe animal, &c. Et iſta cognoſcuntur per conceptum, qui eſt prima intentio formalis, alia uerò conueniunt rebus ex hoc, quod ſunt in intellectu, vt eſſe ſpeciem: & iſta cognoſcuntur per conceptum, qui eſt ſecunda intentio: ergo ſecundum D. Th. alius eſt conceptus fundamenti & entis realis, & alius conceptus entis rationis, & ſecundæ intentionis. Ex hoc ſequitur, quod entia rationis cognoſcantur conceptu proprio, qui aliis non poteſt conuenire; quia repræſentat conceptus per modum ſimilitudinis expreſſæ, quæ non poteſt eſſe plurium, vt plura ſunt. Sed contra: conceptus ſpecies ſignificat ſecundam intentionem de formali, & hominem, verbi gratia, de materiali; ergo iam ſignificat ens reale & rationis. Reſpondetur primò, quòd materiale non ſignificatur, ſed importatur, ſeu copulatur ſubiecto. Secundò reſpondetur, quòd ſignificatur vt materiale, & in directè. Et hoc non eſt inconueniens: nam ſicut album ſignificat corpus & albedinem, vnum formaliter, & aliud materialiter: ita ibidem, quod nos aſſerimus, illud eſt non poſſe eadem ſimilitudine intellectus expreſſa ſignificari, vt obiectum ex æquo importatum & ſignificatum hominem & ſpecieitatem.

Confir.

Locus D. Thom.

Corollariũ

Obiectio.

1. Solutio.

2. Solutio.

Quinta concluſ. Conceptus iſti, quibus cognoſcimus entia rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones, fiunt & cauſantur mediante ſpecie impreſſa entis realis, & mediante etiam ſpecie expreſſa. Itaque quando cognoſco hominem, ille conceptus hominis fit à ſpecie impreſſa hominis, cauſata in intellectu poſſibili ab intellectu agente: Et poſtea conceptus ille hominis cauſatus à ſpecie impreſſa concurrit ad productionem alterius conceptus, quo cognoſco ens rationis, & ſecundam intentionem; & ſic & conceptus hominis & ſpecies impreſſa concurrit. Probatur hoc: Nam ex eo, quod naturam humanam cognoſco in multis eſſe numero ſolo differentibus, attribuo illi ſecundam intentionem ſpeciei: ergo cognitio naturæ humanæ præceſſit, & iuuit, vt cognoſceretur ſecunda intentio. Explicatur amplius hoc, & probatur: Nam, vt Deum agnoſcamus, neceſſarium eſt, creaturarum conceptus præcedere; ergo iam ad Dei cognitionem requiritur ſpecies impreſſa, & expreſſa creaturæ, & poſtmodum deuenio in cognitionem Dei per alium conceptum: ergo ſimiliter cum cognoſco entia rationis. Præterea, cũ cognoſco per obiecta actus, & per actus habitus & potentias, prius debet præcedere obiectorum cognitio; ergo in cognitionibus

5. Concluſ. Quo producantur ſpecies, quib. cognoſcuntur entia rationis.

Explicatur concluſio, & cõcluſionis probatio.

bus entis rationis prius debet præcedere cognitio fundamenti; & ille qui prærequiritur conceptus, & ſpecies impreſſa iuuant ad cognitionem entis rationis. Et ſi inquiras, quare re- *Difficultas* quiritur conceptus entis realis ad cognitionem entis rationis, & in quo genere cauſæ concurrit? Reſpondetur, *Solutio.* quòd requiritur, vt determinet ſpeciem impreſſam ad eliciendum conceptum entis rationis: & concurrit conceptus, ſicut ſpecies impreſſa, ita vt reducatur ad idem genus cauſæ; Species enim hominis non determinaret ad eliciendum conceptum ſpecieitatis, niſi determinaret intellectũ in actu ſecundo ad cognitionem hominis, cui ſpecieitas conuenit. Et ita dicẽdum eſt de *Alia difficultas.* aliis fundamentis. Sed ſi inquiras, numquid ſit huiuſmodi cognitio entis rationis per ſpeciem impreſſam, & expreſſam entis realis, ita vt ex illis fōrmetur conceptus entis rationis immediatè: an uerò ſic, quod ex illis reſultat alia ſpecies impreſſa, qua cognoſcitur ens rationis?

Solutio. 6. Conclu. problematica. Reſpondetur, & ſit ſexta concluſio. Probabile eſt, quod nulla alia ſpecies requiritur, præter ſpecies impreſſas abſtractas à phantaſmatibus immediatè; licèt etiam probabile ſit, quod intercedat alia ſpecies impreſſa. Prima pars *Locus Diui Tho. urgēs ę una parte.* concluſionis probatur: Nam D.Th. in 1.p.q.13 & q.1.de potentia ad 10. & multis in locis dicit, quòd per ſpecies creaturæ cognoſcimus Deum, & per ſpecies fundamenti ſecundam intentionem: ergo non requiritur alia ſpecies impreſſa, aliàs hoc dictum D.Tho. falſitate non careret: ſed illa ſpecies impreſſa ſufficit. Et idem videtur aſſerere D. Thom. 1.p q.77. quando dicit, quod per actum cognoſcimus poten*Ratio validiſſima.* tiam, &c. Et præterea probatur: Nam huiuſmodi ſpecies non ſunt multiplicandæ ſine neceſſitate: ſed non eſt neceſſaria illa ſecunda ſpecies impreſſa, quam dicit alia opinio, quæ elicitur; ergo &c. Minor probatur; Nam per ſpeciem impreſſam fit intellectus in actu primo, & per conceptum determinatur, vt ex illa cognoſcat intentionem conuenientẽ ſubiecto tali & fundamento: per ipſam enim ſolam non cognoſceret, niſi fundamentum tantùm, verbi gratia, hominem, niſi adſit etiam expreſſa ſpecies; & ex vtraque cognoſcit ſecundam intentionem ſpeciei. Si verò per eandem ſpeciem format conceptum animalis, cognoſcet intentionem per illam, quæ animali conuenire valet. Si uerò cognoſcit ens, cognoſcet per illum ens rationis, quod dicitur tale in ordine ad ens reale. Et hinc intelliges, quare requiratur ſpecies impreſſa, & expreſſa ad cognitionem entis rationis. Secunda pars conclu- *Locus Diui Tho. apparens ę alia parte.* ſionis colligitur ex D.Tho.1.p. q.12. Nam intellectus informatus per ſpeciem entis realis, & per conceptum illius, verbi gratia, hominis elicit aliam ſpeciem impreſſam, qua mediante vt principio, format conceptum entis rationis: Nam ſicut conceptus entis realis, verbi gratia, hominis fit ex ſpecie impreſſa ſua, ita conceptus entis rationis fit à ſpecie impreſſa ſua, & ſibi propria; dico ſibi propriam eſſe, quia non deſeruit, niſi ad formandum conceptum entis rationis, licèt non ſit ab illo cauſata. Et ſi dicas, quis eli- *Difficultas Solutio.* cit illam ſpeciem? dico elici ab intellectu poſſibili ex conceptu entis realis, ex impreſſa ſpecie illius, ſuppoſita illuminatione prima intellectus agentis, quæ durat adhuc in virtute: Et ratio eſt: quia intellectus poſſibilis non ſolum eſt patiens, verùm cooperans agenti, ſuppoſito iam quod habeat ſpeciem in ſe; ergo bene poteſt concurrere ad eliciendam aliam ſpeciem ex conceptu & ſpecie impreſſa. Præterea: *Doctrina D.Tho. obſeruanda.* Nam vt ait D.Thom. 1.p.q.12.arti.9.ad ſecundum, ſunt aliquæ potentiæ cognoſcitiuæ, quæ ex ſpeciebus primò conceptis alias formare poſſunt, ſicut imaginatiua ex ſpeciebus montis & auri, elicit ſpeciem montis aurei, & intellectus ex ſpeciebus generis, & differentiæ elicit ſpeciem naturæ ſpecificæ. Et ita inquit, quod intellectus Diui Pauli videns diuinam eſſentiam elicuit quaſdam ſpecies, per quas recordabatur eorum, quæ uiderat; ergo iam ex ſententia D.Tho.

Digitized by Google

D. Thom. intellectus poſſibilis ex illis impreſſa & expreſſa ſpeciebus entis realis, elicit alias ſpecies impreſſas, per quas format conceptum entis rationis. Itaque relationes per ſpecies elicitas à fundamentis cognoſcuntur, priuationes per ſpecies elicitas ab habitibus, negationes, vt Chymera &c. per ſpeciem elicitam à ſuis partibus. Quia enim iſtæ ſpecies habent maiorem connexionem & ſimilitudinem, vel ordinem cum ſupra dictis entibus rationis, ab illis eliciuntur ſpecies, vt per illas cognoſcantur. *Impugnatio Auctoris.* Crediderim etiam, quod cognoſcuntur relationes rationis per ordinem, & ſimilitudinem ad relationes reales.

7. Concluſ. Septima concluſio. Ens rationis, & ſecunda intentio, cognoſcuntur in vniuerſali & particulari. Hæc concluſio non eget probatione: Nam ſicut alia entia realia in vniuerſali, & particulari cognoſcuntur; ita & hæc minutiſſima rationis entia: quia omne illud, quod rationem entis participat, cognoſcibile eſt, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari, ſiue directè, ſiue reflexè. Sed explicare modum, quo cognoſcuntur, habet aliquid difficultatis: *Difficultas curioſa.* Et ita ad hoc aperiendum aſſero, hoc dupliciter explicari poſſe. *1. Modus dicendi.* Primo modo dicendo, quod intellectus noſter, verbi gratia, cognoſcendo hominem, & referendo illum ad indiuidua, cognoſcit ipſum eſſe ſpeciem: & ita tribuit illi intentionem ſpeciei, qua denominatur natura illa ſpecies formaliter; Poſtmodum verò ab hac natura ſpecifica, quæ formaliter conſiderata eſt indiuiduum ſpeciei, elicit ſeu abſtrahit naturam ſpeciei in communi: ſicut abſtrahit à Petro naturam humanam in communi, & per illam reflexam cognitionem intellectus, qua cognouit naturam eſſe in Petro &c. cognoſcitur hæc natura intentionis in ſingulari, & ab hac cognita per alienam ſpeciem abſtrahit intellectus naturam vniuerſalem, & illam cognoſcit in communi. *Obiectio.* Et ſi dicas contrà, prius debuit cognoſci per intellectum vniuerſale, quàm particulare: *1. Solutio.* Reſpondetur, quòd quando cognoſcitur vniuerſale per propriam ſpeciem, & non cognoſcitur ad cognitionem alterius, verum eſt: Cæterùm quando cognoſcitur per alienam ſpeciem, non requiritur, quia ſicut ipſa natura cognoſcitur in communi, poteſt etiam cognoſci denominatio, quæ illi conuenit; Et hæc eſt natura ſpeciei, quæ eſt ſecunda intentio indiuidua, qua denominatur ſpecies formaliter, vt dicemus infrà. *2. Modus dicendi.* Secundò dici poteſt, quod per ſpeciem entis realis, verbi gratia, hominis, aut per ſpeciem relationis realis, cognoſcitur ſpecieitas in communi, ex eo, quod illa ſpecies, qua fit eiuſmodi cognitio, fuit abſtracta à ſingularibus vniuerſalis ſpeciei realis; qua cognita poſtmodum determinatur illa cognitio in vniuerſali accepta, vt cognoſcatur hæc ſpecieitas: Sicut determinatur ſpecies hominis in vniuerſali, vt reflexè per illam cognoſcatur hic homo, & determinatur ad cognitionem huiuſmodi naturæ intentionis per cognitionem ſui fundamenti. *Exemplũ:* Verbi gratia, ex eo, quod cognoſcó hominem eſſe in hoc & in illo indiuiduo, cognoſco eſſe quandam ſpeciem particularem: & ita attribuo illi ſecundam intentionem in particulari, qua fit formaliter ſpecies: & ita cognoſco illam ſpecieitatem in particulari. *Obiectio.* Si dicas contrà quia illa natura ſpeciei in communi debuit abſtrahi ab hac, & illa intentione: ergo prius debuit cognoſci hæc intentio particularis. *Solutio.* Diſtinguo, abſtrahitur à proprio eius phantaſmate, nego; ſed abſtrahitur ſpecies, qua recipiat per cognitionem eſſe intentionis in communi, & in particulari. Itaque cum fiat natura intentionis per cognitionem, non abſtrahit ab aliquo ſuppoſito, vel indiuiduo exiſtente: ſed per cognitionem modo iam dicto habet eſſe in communi, & particulari. Certè habet difficultatem hæc concluſio. *3. Modus dicendi.* Et ſi velis dicere, quòd poſtquam eſt cognita hæc intentio in particulari ab illa abſtrahitur natura intentionis in communi, bene poteſt affirmari: quia poſtquam habet eſſe cognitum particulare,

Digitized by Google

culare, bene poteſt abſtrahi natura communis, non ad hunc ſenſum, quòd intellectus agens eliciat ex ipſa natura particulari ſpeciem : ſed ad hunc ſenſum, quod ex eo, quod cognoſcit illam in particulari, cognoſcit rationem vniuerſalem, quæ eſt in illa ; ſicut ex eo, quod cognoſcimus Gabrielem, cognoſcimus per ſpeciem rerum corporearum eius naturam in communi.

8. Concluſ. In quo cõſiſtat actualis exiſtentia entis rationis.

Vltima concluſio. Eſſe exiſtentiæ, quod poteſt enti rationis competere, habetur per actualem cognitionem ipſius. Itaque, ſicut generatio eſt actio, qua res genita habet eſſe, & ipſum eſſe conſequitur ad generationem, (& modò non diſputatur, quæ ſit cauſa principalis exiſtentiæ) ita ad cognitionem intellectus conſequitur eſſe exiſtentiæ, quod poteſt habere ens rationis : Et illud eſſe exiſtentiæ non eſt cognitio, ſed eſſe cognitum, ſeu cognoſci entis rationis: & iſta eſt eius actualitas, habet quidem ens rationis ſuam eſſentiam inuariabilem, ſed exiſtentiam ab intellectu accipit. Quomodo autem hoc fiat, ſtatim dicemus. Et hæc exiſtentia imperfectiſſima eſt eſſentia ipſa cum ordine ad intellectum.

In ente rationis exiſtentia non diſtinguitur ab eius eſſẽtia realiter.

Itaque non diſtinguitur exiſtentia ab ente rationis, ſed eſt ipſum ens rationis, cum reſpectu ad intellectum, & exiſtentia non eſt alia relatio diſtincta ab ente rationis, eo modo, quo duo entia rationis diſtingui poſſunt: Nam illa relatio etiã eſſe non poteſt, niſi per cognitionem, & ita eius eſſe deberet eſſe alia relatio : & ſic eſſet proceſſus in infinitum, quem quamuis aliqui non dubitent concedere in entibus rationis in exiſtentia autem implicat, quia non poſſet ens rationis habere eſſe, vt facilè deducitur. Nam, ſi dependet eſſe ſecundæ intentionis, verbi gratia, à relatione, & eſſe huiuſmodi relationis, dependet ab eſſe cognito, quod eſt relatio, & eſſe huius eſſe cogniti ab alia relatione, daretur proceſſus in infinitum, & numquam daretur exiſtentia entis rationis. Præterea : nam ſequeretur, quod eſſe ens rationis eſſet relatiuum, quod eſt falſum; verum eſt quod eſt relatio ſecundum dici, quia importat ordinem ad intellectum in ſua ratione.

Pugn.

Nec valet dicere, quod ſecunda intentio, & illa relatio rationis, quæ eſt ſua exiſtentia, eodem actu cognoſcuntur : quia actio, qua cognoſcitur ſecunda intentio ſolùm terminatur ad illam, & non ad aliam relationem diſtinctam : & ita ſolùm illa habet eſſe.

Impugnatio.

Vnde eſſe exiſtentiæ ipſius eſt eſſentia, vt cognita ab intellectu, quia per hoc, quod cognoſcitur, intelligitur cum vltima actualitate ipſius, cùm non poſſit ad maiorem actum deduci, quàm ad cognitionem paſſiuam, ſeu cognitum eſſe: & illud ſit extra eſſentiam ſuam.

Dari entia rationis in rerum natura ſupponitur vt notum, probatur tamen rationibus & auctoritatibus.

Hic erat probandum entia rationis eſſe; ſed hoc, vt per ſe notum relinquo : Nam conſtat ex D. Auguſt. vbi ſuprà nummum eſſe aliquod ens, & non reale, vt ipſe affirmat; ergo rationis. Item Antichriſtum non eſſe, eſt aliquid, ſiquidem intelligitur, & non reale, vt patet : ergo rationis. Præterea, Deum eſſe creatorem formaliter, & Dominum formaliter aliquid eſt, non reale : ergo rationis. Probatur minor : Nam eſſe Dominum aduenit Deo ex tempore ; ergo ſi eſt aliquid reale, aliquid reale aduenit Deo ex tempore, quod eſt impoſſibile : aliàs mutaretur ſaltem metaphyſicè : nam Deus formaliter aliter ſe habet modò, quàm antea ; ergo formaliter metaphyſicè mutatur. Præterea ; Nam ſi illa ratio dominii in Deo eſt aliquid reale : ergo eſt Deus, & hoc prouenit illi ex tempore : ergo ex tempore Deus habet aliquid formale, quod eſt Deus, & illud formale, quòd eſt Deus antea non habebat. Quæ omnia ſunt plus quam falſa. Vide Magiſtrum Bannes 1. par. quæſt. 13. artic. 7. concluſ. 1. De ſecundis autem intentionibus agemus infrà, & demonſtrabimus ipſas eſſe entia rationis.

Diſſol-

Digitized by Google

Diſſoluuntur Argumenta.

Ad 1. arg. *1. Solutio.* *Doctrina pulchra.*

AD primum reſpondetur, quod ens rationis cognoſcitur per ſpeciem impreſſam alienam, ſcilicet, entis realis. Cæterùm per conceptum proprium ſibi ſoli conuenientem; & nihilominus ſpecie differunt cognitio entis realis & rationis: quia licèt habeant eandem ſpeciem impreſſam pro principio, diuerſimodè tamen. Nam cognitio entis realis habet illam ſpeciē impreſſam pro principio, primò & per ſe; cognitio entis rationis ſecundariò. Et hoc ſufficit, vt diſtinguatur ſpecie in ordine ad obiectum, & in ordine ad ſpeciem, quæ primò & per ſe reſpicitur ab vna, ab alia ſecundariò. Eſt exemplum; Nam calefactio ceræ & eiuſdem liquefactio ſpecie differunt, quamuis fiant eadem forma caloris: quia vna fit immediatè à calore, ſcilicet calefactio, alia verò mediatè: & diuerſus modus reſpiciendi principium cauſat diuerſitatem ſpecificam.

2. Solutio. Secundò reſpondetur, quòd non habent idem principium: nam cognitio entis realis habet pro principio ſpeciem elicitam à phantaſmatibus: cognitio verò entis rationis habet pro principio ſpeciem cauſatam à ſpecie impreſſa, & conceptum entis realis, & ita differunt ſpecie ex parte principii.

Ad Confir. *1. Solutio.* Ad confirmationem reſpondetur, quòd ſpecies amplius repræſentant, quam obiecta, à quibus cauſantur: Nam ſpecies formæ repræſentat materiam primam, & ſpecies creaturæ Deum, & ſpecies effectuum repræſentant Angelos eorum cauſas, & ſpecies fundamenti repræſentat relationem. Et hoc propter ſimilitudinem ſeu ordinem, quem ad illa important, & quia ens rationis dicitur tale in ordine ad ens reale, repræſentatur per ſpeciem entis realis.

2. Solutio. Vel reſpondetur, quod etiamſi ſpecies non ſit ſimilis enti rationis, poteſt cognoſci ens rationis per illam, quia ens rationis aliquem ordinem habet ad ens reale. Nam Angelus per ſpeciem habitus cognoſcit priuationem; & illa ſpecies non poteſt eſſe ſimilis priuationi, & nihilominus propter ordinem, quem habet priuatio ad habitum per illam priuatio cognoſcitur. De quo agitur 1. par. quæſt. 55. de cognitione Angelica.

Ad 2. arg *1. Solutio. ex Soncinate.* Ad ſecundum reſpondetur ex Soncinate 10. Met. quæſt. 16. Quod obiectum denominatur intelligibile, non per potentiam exiſtentem in eo, ſed per potētiam intellectus. Ex eo enim, quod ego poſſum intelligere ens rationis, ipſum dicitur intelligibile; & ſic non eſt neceſſe, quod præcedat ens rationis formaliter ipſam intellectionem: ſicut res nō dicitur creabilis per potentiam, quæ ſit in ipſa re, ſed per potentiam, quæ eſt in Deo. *Obſerua.* Et nota, quòd ſicut actu intelligi in entibus realibus, eſt aliquid rationis; ita etiam poſſe intelligi, eſt aliquid rationis, quia dicitur tale à potentia intellectiua illi extrinſeca. Verum eſt tamen, quod præſupponitur ad hanc intellectionem in entibus realibus eſſentia realis, vel actu exiſtens, vel potens exiſtere in entibus rationis eſſentia eorum, quoad connexionem prædicatorum, quæ eſt aliquid rationis: ſicut dicimus modò, Antichriſtum eſſe aliquid reale, non exiſtens, ſed prædicamentale.

2. Solutio. Secundò reſpondetur, quòd ſunt intelligibilia entia rationis: ſed hæc potentia ſimul conuenit illis cum actu intelligi: ſicut materia cœli habet potentiam ad formam, quæ ſimul eſt cum actu ipſo formali, licèt non ſit paritas quoad omnia.

Ad 3. arg. *1. Solutio Sōcinatis.* Ad tertium reſpondetur ex ſententia aliquorum, quòd ens rationis poteſt cognoſci per ſpeciem entis realis: ſed non requiritur aliqua ſimilitudo inter ens rationis & rem cognitam, ſed ordo aliquis vt oppoſiti ſimilis fundamenti. Et hoc ſufficit, vt cognoſcatur ens rationis per ſpeciem entis realis, cum habet aliquem ordinem ad illud. Hæc ſolutio eſt Soncinatis vbi ſuprà.

2. Solutio. Secundò reſpondetur, quòd ſpecies ponuntur in intellectu, vt forma efficiens, qua mediante intellectus aſſimilatur rei intellectæ in actu primo, & per conceptus per ipſas productos aſſimilatur in actu ſecundo, & vt potens ſit intellectus per

ipſas

Difficultas.

ipſas operari factus in actu primo, nam antea erat in pura potentia. Ex quo ſequitur ſpecies debere eſſe ſimiles obiecto, ſiue formaliter, ſiue virtualiter.

Species impreſſa quæ ſimilitudo ſit, obiecti formalis vel virtualis.

Et quia de hoc variæ ſunt opiniones, ego probabiliorem cenſeo illam, quæ tenet eſſe ſimilem ſpeciem impreſſam in virtute: vnde ſpecies entis realis ſimilis eſt enti rationis.

Auctoris opinio.

Et hanc ſimilitudinem colligere poſſumus ſic; quia ens rationis ſimile eſt enti reali, quia ens analogicè duobus conceptibus dicitur de ente reali & rationis, quod tenet Caiet. opuſc. de nominum analogia circa finem. Imò eſt opinio D. Thom. in quadam diſputat. Analoga autem sũt, quorum nomen eſt commune, ratio autem partim eadem, partim diuerſa.

Quo ens rationis perfectè repræſentetur per ſpeciem entis realis.

Et ita ens rationis aliquo modo eſt ſimile enti reali: & ideo poteſt repræſentari per ſpeciem entis realis, & perfectiſſimè: quia repræſentat ens reale, quod habet eſſe magis perfectum, quàm ens rationis, & excedit entitatem entis rationis. Sicut in eſſentia Diuina perfectiſſimè repræſentantur accidens & materia prima, & ſicut ex eo, quod creatura eſt ſimilis Deo, ſpecies creaturæ aliquo modo eſt ſimilis Deo: & ita per illam poſſum cognoſcere Deum; ita in propoſito.

Locus D. Thom.

Et etiam patet hoc ipſum ex D. Thom. prima par. quæſtion. duodecima, artic. 9. vbi dicit, quod per ſpeciem imaginis poſſum cognoſcere hominem, cuius eſt imago, & tamen homo dicitur analogicè de homine viuo, & picto duobus conceptibus: ergo etiam per ſpeciem entis realis ipſum ens rationis cognoſcere potero. Itaque ex eo, quod eſt proportio inter ens reale & rationis, & analogia, & ordo aliquis, per ſpeciem entis realis poſſum cognoſcere ens rationis;

Rationes pulchræ.

Maximè, quia entitas rationis ſimilis eſt entitati reali, habet enim ſuam eſſentiam, & paſſiones ad modum entis realis. Et ex eo quod ens rationis fundatur ſuper ens reale, habet amplius quandam connexionem cum ente reali, ſuper quod fundatur, vt per illud poſſit cognoſci. Sicut relatio realis, quæ fundatur in aliquo, per ſpeciem fundamenti cognoſcitur. Si verò relatio rationis cognoſcatur in vniuerſali, & in communi, cognoſcitur per ſpeciem formæ: quia cum illa habet maximam proportionem, maximè cum forma accidentali. Vnde reſpondetur ad argumentum, quòd per ſpeciem, quæ eſt in ſpecie viſua, non poteſt cognoſci Angelus, quia non habet proportionem cum intellectu, neque cum obiecto habet tantam proportionem, ſicut habet ſpecies entis realis cum ente rationis: Quia licèt in eſſe rei ſit magis ſimilis, non verò in genere ſpeciei, & formæ: illa enim ſpecies, niſi denudetur à materialitate, non poteſt repræſentare Angelum, vt ſic.

Ad 1. confir.

Vnde ad primam confirmationem reſpondetur, quod per ſpeciem impreſſam hominis bene poſſumus cognoſcere Angelum, cæterùm nõ quidditatiuè, ſicut ens rationis, quia illa ſpecies cùm ſit inferioris ordinis, non poteſt attingere ad repræſentationem Angeli, ſicut in ſe eſt: At verò poteſt optimè repræſentare quidditatiuè ens rationis, quia non eſt ordinis ſuperioris.

Ad 2. confir.

1. Solutio.

Ad ſecundam confirm. reſpondetur, quòd per ſpeciem equi poteſt cognoſci homo, quatenus eſt materialis, & non poteſt cognoſci, quatenus homo eſt, quia diuerſa ratio eſt vnius, & alterius, nec inter ſe proportionem habent. At verò ens rationis eſt aliquid entis realis, & eſt confictum ad illius ſimilitudinem, & fundatum ſuper illud, & ita poteſt per illud cognoſci: ſicut poteſt Deus cognoſci per ſpecies creaturæ, quia eſt cauſa illius, licèt magis diſtet à creatura, quàm homo ab equo.

2. Solutio.

Secundò poteſt reſponderi ad hæc omnia, quod ens rationis maiorem ſimilitudinem habet cum ente reali, ſecundum quod à nobis cognoſcitur, quã equus cum homine, & homo cum Angelo: non quidem à parte rei, ſed ſecundum quod à nobis cognoſcitur, quia cognoſcitur à nobis ad ſimilitudinem & modum entis realis; quod non habet verum in ſupra dictis.

3. Solutio.

Vltimò etiam ad hæc omnia poteſt reſponderi, & conſtat ex materia de Angelis, quòd ſpecies non eſt neceſſe, vt repræſentet per modum

dum

Digitized by Google

dum ſimilis, ſed vel per modum ſimilis, vel effectus, vel cauſæ, vel quomodocunque habentis ordinem. Et ita per ſpeciem habitus poſſum cognoſcere priuationem, & hac ratione per ſpeciem entis realis ens rationis.

Ad 4. arg.

Ad quartum negatur minor, & dico, quòd eſt ſimilitudo, non in eſſe rei, ſed in genere repræſentati. Species enim illa eſt ſimilitudo entis rationis, ſecundũ quòd eſt repræſentatum. Sicut ſpecies, quę eſt in meo intellectu, eſt accidens, & eſt ſimilis ſubſtantiæ, quam repræſentat, non in eſſe rei, ſed in eſſe repræſentati, & eſt ſubſtantia non in eſſe rei, ſed in eſſe repræſentatiuo: eo modo ſpecies illa expreſſa & impreſſa eſt obiectum ipſum, quod eſt ens rationis, non in eſſe rei, ſed in eſſe repræſentatiuo: & intelligens ens rationis eſt ipſum ens rationis in eſſe repræſentatiuo, non in eſſe rei, ſed in eſſe intelligibili. Et ſicut ſubſtantia fit accidens in eſſe cognoſcitiuo, & abſolutum fit relatiuum in eſſe cognoſcitiuo: ita ens reale fit ens rationis in hoc eſſe, & non poteſt per ſpeciem creatam id, quod infinitum eſt, quidditatiuè repræſentari, quia in eſſe repræſentatiuo eſt ordinis inferioris: Non enim ſpecies poteſt infinitas perfectiones repræſentare, quia in eſſe intelligibili eſſet ſimilis & æqualis Deo, & ſic eſſet infinita. Bene verò poterit ſpecies ſuperioris ordinis id, quod infimũ eſt, repræſentare, propter proportionẽ & ſimilitudinem, quam habet ad ipſam rem ſuperioris ordinis, ſicut per eſſentiam diuinam repræſentantur creaturę: quinimo per illam cognoſcuntur optimè entia rationis.

Varia proportiones, & ſimilitudines.

Ad 5. arg.

Ad quintum reſpondetur ex 4. & 5. concluſione. Et mouet phantaſma etiam ad cognoſcendum ens rationis, quod habet ſimilitudinem cum ente reali, cuius eſt phantaſma. Et patet inſtantia in Deo, & Angelis, qui cognoſcuntur per ſpecies creaturarum.

Ad 6. arg.

Ad ſextum reſpondetur, quòd ſunt ſimul: quia intelligendo ſpecieitatem, verbi gratia, habet illa eſſe, & habendo eſſe intelligitur: & in quodam genere intelligitur intentio ſeu ens rationis præcedere ſpeciem expreſſam, quatenus ſpecificeat illam, & in alio genere intelligitur ſubſequi, quatenus ex eo quòd intelligitur habet eſſe. Cæterùm in hoc nulla eſt cauſalitas realis, bene enim intelligimus nos intellectionem & verbum eſſe ſimul, & ſecundum quod intellectio eſt via ad verbum, eſſe prius, ita ſuo modo intellectio, vt via ad ens rationis, prius intelligitur, licèt ſit ſimul cum ente rationis: Verum eſt, quod non eſt hic cauſalitas aliqua, quia materia non patitur. Et ſi dicas, eſt prius vt via, ergo eſt cauſa: diſtinguo, eſt cauſa formaliter, nego; eſt cauſa virtualiter, fateor. Ad hunc ſenſum, quòd ſi ſecunda intentio cauſam habere poſſet, produceretur ab illa intellectione, & in alio genere intelligeretur prior: intellectio enim eſt ſpecificatiua conceptus: Omne namque ſpecificatiuum prius eſt, non tamen realiter cauſat conceptum, quia hoc illi nequit competere, quod magis explicabimus quæſtione ſequẽti.

Inſtantia. Solutio.

Ad 7. arg.

Ad ſeptimum reſpondetur ex ſeptima concluſione, vide ibi. Nam in vniuerſali & particulari & directè & reflexè cognoſcuntur entia rationis, & illæ ſecundæ intentiones particulares, à quibus vniuerſale abſtrahitur, habent eſſe in intellectu obiectiuè. Ex eo enim, quòd cognoſco hominem eſſe in Petro & Paulo, attribuo illi quandam ſecundam intentionem ſpeciei, qua denominatur vniuerſale formaliter, & ab iſta abſtraho vniuerſalem intentionem, & lumen non eſt in illa ſubiectiuè, ſed in phantaſmate illuminato. à quo fuit abſtracta natura. Et virtute illius abſtractionis intellectus poteſt cognoſcere intentionem particularem, & ab illa abſtrahere vniuerſalem. Et licèt ſint ſingularia, poſſunt cognoſci ab intellectu, non ante vniuerſalia realia, ſed bene ante vniuerſalia illarum intentionum. Volo dicere, quòd prius debet cognoſci homo, quàm cognoſcatur ſecunda intentio particularis, & non eſt neceſſe, quòd cognoſcatur prius ſecunda intentio vniuerſalis, & quia cognoſcitur præſuppoſitiua cognitione naturæ vniuerſalis realis, poteſt vocari cognitio

Entia rationis cognoſci poſſunt ab intellectu & directè & reflexè, tã in vniuerſali, quam in particulari.

tio

tio reflexa aliquo modo illa. Aliã explicationem & ſolutionem argumenti habes in dicta concluſione ſeptima. Et per hoc patet ad argumentum.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur, quòd non abſtraho naturam intentionis à ſingularibus hominis: ſed ex abſtractione ſpeciei hominis fit intellectus potens, vt ſine alia abſtractione cognoſcat hominem, & ſecundam intentionem, ſiue in communi, ſiue in ſingulari: quia habet ſimilitudinem cum ſuo fundamento, vt diximus ſuperius. Sicut Angelum in communi cognoſco per hoc, quod abſtraho ſpeciem vniuerſalem à ſingularibus rerum materialium: qua abſtracta, poſſum cognoſcere Angelum in communi, ſine eo, quod cognoſcam Angelum in particulari: vel poſſum cognoſcere Angelum in particulari, puta, Gabrielem, quia iam præceſſit cognitio vniuerſalis naturæ ſibi ſimilis.

Ad 9. arg. Ad nonum reſpondetur, quod per hoc, quòd præceſſit illuminatio intellectus agentis circa fundamenta, poteſt intellectus poſſibilis conſiderare naturarum intentionem in communi, & non in particulari. Vel ſi voluerit, poteſt ſe applicare immediatè ad cognitionem naturæ ſingularis ſecundarum intentionum, & abſtrahere, hoc eſt, non conſiderare illud, quod particulare eſt in intentionibus. Sed id, quod vniuerſale eſt, quia habet ſpeciem, qua poteſt vtrumque efficere, & cum cognoſcitur in particulari ſecunda intentio ſine cognitione vniuerſalis intentionis, quæ præceſſerit. Poteſt hoc eſſe, quia iam præceſſit reflexiua cognitio fundamenti, & ſingularis ſui fundamenti, quod ſufficit.

Ad vltimum argumentum patet ex vltima concluſione, & tamen eſt difficilis iſta quæſtio.

Quæſtio aliàs explicata. Hic poterat diſputari alia quæſtio an ens rationis habeat cauſam dantem illi eſſe. Sed hæc quæſtio deciſa manet ex dictis ſuperius & magis patebit ex dicendis libro ſequenti. Non

Ens rationis nec habet, nec aptum eſt habere cauſã effectiuam, habet tamẽ cauſam formalem & finalem. enim poteſt habere cauſam dantem illi eſſe, quia eſt incapax recipiendi influxum realem, cùm ſit ens rationis, ſed ſolùm conſequitur ad cognitionem intellectus: quia eius eſſe eſt cognoſci, & per hoc, quòd cognoſcatur, habet eſſe, non per hoc, quòd accipiat influxum realem. Et loquimur hic de cauſa effectiua, non de cauſa formali: nam cauſa formalis eſt ſua eſſentia, & cùm habeat ſuam eſſentiam, habet ſuam cauſam formalem. Et ſi inquiras, an habeat cauſam finalem, exiſtimo, quòd ſicut habet eſſe imperfecto modo, ita habet ſuum finem, & ordinatur ad aliquid: Nam ordinatur relatio demonſtrationis ad conſtituendam demonſtrationem, & relatio dominii ad conſtituendum dominum, & habet etiam ſuam cauſam veluti materialem, quia illud, quod denominat, habet veluti rationem cauſæ materialis, & eſt ſubiectum denominationis.

Quanã ſit exiſtentia entis rationis. Et ſi inquiras, quæ ſit ſua exiſtentia? iam dixi, quòd eſt illa terminatio actualis intellectus, & non relatio, quæ reſultat ex huiuſmodi terminatione.

Obiectio. Sed contrà eſt argumentum; Nam cauſa finalis non exiſtens cauſat phyſicè & realiter: ergo etiam ens rationis poterit cauſari realiter. Antecedens patet, vt dum aliquis appetit bonum apparens, quod exiſtimat eſſe verum bonum. De hoc argumento tractatur 1 2 quæſtion. prima & ſecunda Phyſicorum. Vide ibidem.

Solutio. Modò dico, quòd quia cauſa finalis mouet metaphoricè, & eſt id, cuius gratia aliquid fit, bene poteſt res non exiſtens mouere realiter finaliter, quia poteſt eſſe id, cuius gratia aliquid fit realiter. At verò ens rationis non poteſt fieri realiter, quia factio illa realis deberet ſubiectari in ipſo, quia actio agentis eſt in re, quæ fit. Hoc non poteſt eſſe, quia & huius factionis realis, & influxus realis eſt incapax.

Verificari ne poſſit ens rationis habere aliquo modo cauſam effectiuam? Habet nihilominus ens rationis rationem formalem, & cauſam virtualem in eſſendo: quia ſi poſſet habere cauſam eſſet intellectus, & quia conſequitur ad eius actionem, & modò exiſtit, modò non: quia modò cognoſcitur, modò

modò non cognoſcitur ſua exiſtentia, vt diximus, eſt quidam modus ſuæ eſſentiæ, qui conuenit illi ex eo, quod terminat meam cognitionem: qui non eſt relatio eſſe cogniti, ſed eſt terminum eſſe meæ cognitionis, ad quod ſequitur eſſe cognitum, quod eſt relatio. Itaque iſte modus ſequitur ad meam cognitionem, & etiam in illa fundatur relatio eſſe cogniti, quæ eſt aliud ens rationis diſtinctum ab ente rationis, quod cognoſcitur. Et ego teneo intellectum diuinum cognoſcere entia rationis, & callere naturam obiecti logici, & aliorum entium rationis, quia Deus Optimus Maximus ſcit omnia etiam entia rationis. Et vtrum conſequantur entia rationis ad cognitionem Dei, aliqui dicunt, quod ſic: aliqui quod non. Et hæc ſint ſatis de quæſtionibus proœmialibus.

Controuerſia nũ ens rationis cõſequatur ad cognitionem Dei.

Hucuſque eas quæſtiones logicales diſputauimus, quæ circa Logicæ proœmium in Dominicanis Gymnaſiis controuerti ſolent, quem morem in reliquis etiam ſeruaturi ſumus.

Variæ opiniones.

TRA-

TRACTATVS
DE SECVNDIS INTENTIONIBVS, & Vniuerſalibus.

QVÆSTIO XX.

Vtrum ſint intentiones logicales tam primæ, quàm ſecundæ.

1. Argum. DE his enim ſolùm in præſenti inquirimus. Et videtur, quòd non. Primò intentiones eſſe, præcipuè ſecundas, neque experiētia aliqua, neque ratione certa comprobatur: ergo non ſunt. Conſequentia eſt clara, & probatur antecedens: Nam nō experiētia, cùm ſint entia rationis, ſi ſint ponendæ: entia autem rationis experiri nequeunt, cùm non percipiantur cognitione ſenſitiua. Quod nō certa ratione, probatur: Nam ſi aliqua eſſet, maximè, quia ex cognitione alicuius rei ſequitur fundamentum, vt illi ſecundum illud eſſe cognitum, quod habet & ſecundum ſtatum, quem habet in intellectu, aliquam intentionem ſecundam attribuamus, vt quia cognoſco hominem in communi, ſequitur fundamentum, vt poſſim illi tribuere ſecundam ſpeciei intentionem, quòd poſſet quis abſque errore negare & dicere, quòd ſolū ex hoc, quod cognoſcitur ab intellectu ſine aliqua intentione dicitur ſpecies. Et de primis intentionibus etiā probatur, & ſit

2. Argum. Secundum Argumentum: Nam vel loquimur de prima intentione formali, vel obiectiua: ſed nō eſt certum, quod ſit prima intētio formalis: ergo neque obiectiuá: Nā hæc dicitur ex eo, quod eſt obiectum formalis intentionis. Probatur antecedens: Nam formalis intentio nō eſt actus intelligendi, vt omnes fatentur, cū non repræſentet obiectum; ſed non eſt certum & euidens quod formemus verbum in noſtra cognitione creata: ergo neque quod ſit prima intentio formalis: & ex conſequenti neque obiectiua.

Tertium Argumentum; Si eſſent ponendæ ſecundæ intentiones logicales, hoc colligeretur propterea, quod verſatur Logica circa illas: ſed hoc non eſt verum: ergo non ſunt ſecūdæ intentiones. Probatur minor: Nam opinio probabilis eſt aliquorum, quòd verſatur Logica circa ens rationis ſub ratione veri: Quin imo aliqui ſunt opinati, quod verſatur circa ens rationis: nam illorum commentū, quod obiectum Logicæ ſit ens reale, non admittunt viri ſapientes, vt probabile: & ſic poteſt etiā adduci argumentū ſupra factū, quod non detur ſecunda intentio obiectiua ex eo, quod non datur formalis. Et probatur quod nō detur formalis, quia vel obiectiua ſit à formali intentione, ſeu ab actu, quo ſit formalis intentio: at hoc nō, vt patet quæſtione præcedēti. Vel p̄cedit, & nec hoc: quia aliàs eſſet aliquid reale, cū haberet eſſe & nō per operationē intellectus Simul aūt eſſe non poſſunt, cū vnū ſequatur ad aliud, ſcilicet intentio obiectiua ad formalem. 3. Argum.

In ſuperioribus præmiſſum fuit tamquam certiſſimum ſecundas intentiones eſſe, quia obiectum ſcientiæ in eadē ſciētia præſupponi debet, quoad an ſit, & quid ſit, vnde modo metaphyſicali munere fungētes hoc inquirimus. Et reſpōdetur, quod ſecūdæ intētiones ſunt, ſimiliter & primæ; hoc autem verbū, ſunt, ſignificat eſſe quomodocūque. Et probāt Concluſio.

Digitized by Google

hæc concluſio quantum attinet ad ſecundas intentiones. Primò, Logicam eſſe cõpertiſſimũ eſt, cũ ſit compertiſſimũ ſcientias in eſſe perfecto reperiri, q̃ ſine logica cõparari nequirẽt, ſicut nec virtutes morales ſine prudẽtia. Si obiectũ logicæ eſt ſecunda intentio, vel ſaltem logica cõſiderat, & pertractat de ſecundis intẽtionibus: ergo ſecundæ intentiones ſunt.

1. Ratio.

2. Ratio.

Secundò: Nam euidens eſt eſſe genera, ſpecies, & cætera prædicamenta, ſubiectũ, prædicatũ, propoſitionem, & cætera: ſed iſta formaliter important ſecundas intẽtiones: ergo euidẽs eſt eſſe ſecundas intẽtiones. Sed probatur minor: Nã euidens eſt animal affirmari de homine & de equo, quę ſpecie differũt: ergo euidens eſt eſſe genus: nam genus eſt quod de pluribus differentibus ſpecie affirmatur. Sed minor probatur: Nam ſi genus de forma li non dicit ſecundam intentionem; ergo dicit ens rationis, vel aliquid reale, cũ ſit terminus connotatiuus. Sed ſi dicit ens rationis, eius conſideratio nõ pertinebit ad Logicum, ſed ad Metaphyſicũ, qui conſiderat ens ratiõis, quatenus eſt quoddã analogum ad ens reale habens ſimilitudinem; quod eſt euidenter falſum, cũ tota cura Logici in his intẽtionibus explicãdis verſetur, ſiue per ſe, ſiue in ordine ad aliud. Et ſuprà probauimus eſſe ſecũdas intentiones Logicæ obiectum: & dicẽdũ eſt idem de reliquis obiectis logicalibus. Vel dicit de formali aliquid reale, & ſic genus erit in rerum natura, quoad materiale, & formale, & non habebit eſſe per operationẽ intellectus, quo quid falſius? Erunt enim tunc vniuerſalia in re formaliter & materialiter, quia genus eſſentialiter eſt vniuerſale: ergo dicit de formali ſecundam intentionẽ: ſunt ergo ſecundę intentiones.

3. Ratio. Dupliciter reb. aliqua conueniũt.

Tertiò probatur: Nã rebus dupliciter aliqua conueniunt; Quædam ex eſſe, quod habent in ſe: vt eſſe animal rõnale cõuenit homini ex eſſe, quod habet in ſe: Alia verò ex eſſe & ſtatu, quem habent in intellectu: nam ex eo, quod homo cognoſcitur in vniuerſali, & habet cognitum eſſe, conuenit illi eſſe ſpeciẽ; ſed eſſe ſpeciem nõ eſt prima intentio, & eſt ens rationis: ergo eſt ſecunda intentio. Præterea, quia qua ratione tollunt ſecundas intentiones, tollent etiam omnia entia rationis: Nã qua ratione dicitur per abſtractionem, vel cognitionẽ nõ reſultare ſecundam intentionem denominantem naturam, dicetur etiam nõ reſultare ens rationis. Vel detis rationem, quare reſultet ens rationis res intrinſecè denominans, & non reſultent ſecundæ intentiones. Quod ſi non reſultat ens rationis, ſequitur, quod nõ ſit logica, quæ ſcientia rationis dicitur, quia verſatur circa ea, quæ ſunt rationis entia. Sequitur præterea; quod eſſe dominũ in Deo, & cætera, ſit aliquid reale, quod oſtendimus ſupra eſſe pluſquam falſum. Sunt ergo entia rationis. Et cùm inter iſta entia rationis aliqua cõſequantur ad eſſe cognitũ, & ſtatũ, quem res habent in intellectu, erunt cõſequenter ſecũdæ intentiones. Et magis hoc cõſtabit ex quæſtione ſequenti.

Secunda verò pars concluſionis ſequitur ex iſta: Nam ſecunda intentio præſupponit primam: ergo ſi ſunt ſecũdæ intentiones, erunt & primæ. Multa enim rebus conueniunt non ex eſſe, quod habent in intellectu: ſed illud pertinet ad primas intentiones.

Ad 1. arg.

Ad primum argumentũ reſpondetur, quod colligitur euidenti ratione ſecundas intẽtiones & primas eſſe. Et ſi aliquis diceret, naturam abſtractam poſſe ſpeciẽ dici ſine aliqua intẽtione ſecũda, cõtrà; nam eſſe ſpeciem eſt effectus formalis: ergo natura dicit̃ ſpecies ab aliqua forma, quę ſit ſpecieitas, ſicut dicitur homo albus ab albedine, licèt non ſit forma eiuſdem rationis. Tunc, vel ſpecie iſta eſt aliquid reale in natura, vel nõ. Si ſic: ergo habet à parte rei formaliter eſſe ſpeciẽ, quod eſt falſiſſimum. Vel eſt aliquid rationis, & tunc non eſt prima intentio, quia nõ eſt id, quod conuenit rebus ſecluſa operatione intellectus, & ex eſſe, quod res habent in ſe: ergo eſt ſecunda intentio.

Ad 2. arg. D. Tho.

Ad ſecundum reſpondetur, certũ eſſe in nobis formari verbũ, vt aſſerit D. Tho. 1. part. quæſtio. 7. art. 1. Nã eo ipſo quod aliquis intelligit, format in ſe ſimilitudinem rei, per quam res eſt præſens intellectui in ratione termini & obiecti, in quo intellectus intus legit & intelligit res: Nam res ipſa ſecundum ſe nõ poteſt eſſe in intellectu: & ideo eſt ibi per ſuã ſimilitudinem expreſſam, & claram. Species enim

enim intelligibilis non habet rationem termini, ſed rationem principii effectiui: & ita præter ipſam eſt ponendũ verbum. Secundò reſpondetur, quòd quamuis non eſſet verbum, res deberet eſſe præſens noſtro intellectui per aliquid aliud: ergo quod rem præſentem faceret intellectui intra ipſum exiſtens eſſet prima intentio formalis, & obiectum repreſentatum potentia obiectiua.

2. Solutio.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, intentiones eſſe ponendas propter rationes à nobis ſuprà factas, & propter illas, quas etiam inferiùs adducam, & propter argumenti rationem. Et non eſt probabile Logicam verſari circa ens rationis, vt ſic, vt iam definiuimus in quæſtionibus præcedentibus.

Ad 4. arg. Ad vltimũ, quod inſinuat, argumẽtum reſpõdetur, quòd ens rationis à nullo fit, & non eſt effectus intellectus, ſed conſequitur ad operationẽ intellectus, modo ſuperius expoſito. Et dicimus, quod datur ſecũda intẽtio obiectiua, quæ quidẽ non habet eſſe in re, aliàs eſſet aliquid reale: nec habet eſſe in intellectu per ſe, aliàs eſſet ſubſtãtia; nec ſubiectiuè, aliàs eſſet accidẽs, ſed habet eſſe obiectiuum in intellectu, id eſt, non aliud quàm cognoſci ab intellectu. Itaque cognitio nõ eſt cauſa eius realis, aliàs eſſet aliquid reale: ſed eſt id, ad quod conſequitur. Ita vt ſi poſſet habere cauſam aliquam dantem illi eſſe, eſſet illa cognitio: & iudicãdũ eſt de illa cognitione quantũ ad ſpecificationem, & ſimultatem, ac ſi cauſaret ens illud rationis, cùm tamen nõ cauſet.

2. Intentio habet eſſe obiectiuum in intellectu.

QVÆSTIO. XXI.

Quid ſit intentio prima & ſecunda.

OMnes, quas de quidditate intẽtionũ reperire potui ſententias, in vnũ cõtuli, vt veritatem faciliùs aſſequi valeremus, vt quã perſpicuum ſit, quorundã recentiorũ ingenioſus labor, qui, vt quędã noua videãtur inferre, obſoletas antiquorum opiniones in lucem reuocãt, & pro nouis vendicãt. Secundo loco veritatem ſtatuam; ac tandem tertio argumẽta, quę aduerſus veritatem militant diſſoluam.

Fuit igitur quorundam Logicorũ de intentionibus prima opinio, quæ docet, primam intẽtionem nihil aliud eſſe, quã id, quod primò intelligitur. Itaque prima intentio nihil addit, nec ſecundum rem, nec ſecundũ rationem ſupra rẽ, quę intelligitur: ſed actus intelligẽdi dicitur ſecunda intentio, quãdo igitur intelligo hominem, homo intellectus eſt prima intentio, actus verò intelligendi, quo hominẽ intelligo, dicitur ſecunda intentio. A qua opinione antiquiſſima, & quam viri ſapientes ſuis rationibus obliuioni tradiderãt, quidam noui Logici ſumpſerũt, quòd etiam infrà adducemus, actum intelligendi eſſe ſecundam intentionem.

1. Opinio.

Alii fuerunt Logici, aſſerentes primã intentionẽ eſſe primũ actũ intellectus, ſecundã verò intentionẽ eſſe ſecundũ actũ intellectus. Et hoc quidẽ eſt, ſi intẽtionẽ in abſtracto accipiamus, in concreto verò ſecunda intentio eſt res, quæ ſecundò intelligitur, prima verò intẽtio res, quæ primò intelligitur. Pro cuius explicatione maiori aſſerunt authores huius ſentẽtiæ, quòd duplex ſit rei cognitio. Altera eſt abſoluta, qua res abſolutè & ſecundũ propriũ modũ eſſendi intelligitur; cuiuſmodi eſt cognoſcere hominẽ, vt rationale, & animal, vt ſenſitiuum: Et hæc eſt prima cognitio. Alia eſt cognitio reſpectiua, qua ſcilicet aliquid cognoſcitur, vt in pluribus, & eſt ſecũda cognitio, & præſupponit primã, ſicut reſpectiuũ pręſupponit abſolutũ. Dicunt ſiquidẽ, quòd prima intentio in abſtracto eſt prima cognitio; in concreto verò eſt res cognita prima cognitione, vt homo cognitus; Secũda autẽ intentio in abſtracto eſt ſecunda cognitio, ĩ cõcreto verò eſt res cognita ſecũda cognitione, vt homo cognitus in plurib. exiſtẽs, ita vt prima intẽtio, ſiue ſecũda in abſtracto & in concreto differunt, ſicut cognitio & res cognita per ipsã. Et addunt iſti ſic opinãtes, quòd ſecũda intentio fundatur ſupra primã intentionẽ, nõ in abſtracto accipiendo intẽtiones, quia duo actus intelligendi nõ poſſunt eſſe ſimul in eodẽ intellectu; & ſic nec prima intellectio poteſt fundare ſecũdã, ſiquidẽ cũ illa ſimul eſſe nõ poteſt: ſed fundatur ſupra primã intẽtionę

2. Opinio.

Digitized by Google

in concreto: Nam ſpecies fundatur ſupra hominem cognitũ. Ex eo enim, quod homo cognoſcitur, vt rationalis. v.g. cognoſcitur, vt in pluribus exiſteus: & ſic vt dicit ſecundam intentionem in cõcreto fundatur ſupra primam cognitionẽ.

3. Opinio. Tertia opinio eſt, quòd actus intelligẽdi, quo aliq̃d intelligitur, eſt ipſa intentionalitas, nõ prout denominat intelligibilitatẽ, & prout eſt intellectio, ſed ꝓut ſiñ ipsã denotatur res intellecta, ita vt rẽ eſſe intellectã ſit ipſam eſſe intentionẽ.

4. Opinio. Quarta opinio dicit, tria eſſe genera nominũ. Quædam ſunt, quæ ſolam rem & nullam intentionem dicunt, nec primam, nec ſecundã, vt Socrates, & Plato. Quædam autem dicunt primam intentionem, vt homo, lapis, &c. Quędam autem quæ ſignificant ſecundas intentiones, vt vniuerſale, genus, particulare, obiectũ, ſubiectum, &c. Et ratio, quare res in vniuerſali dicũtur intentiones, vt homo, lapis, non autẽ Socrates, & Plato, eſt, quia vniuerſalia habent eſſe non in re, ſed ſolũ in anima, quod eſt eſſe intentionale, & propter hoc dicũtur intẽtiones primæ. Sed particularia, vt Socrates, Plato, habẽt eſſe in re ad extra, & ideò nõ conuenit eis, ꝙ ſint intẽtiones quæcũque. Hæc verò opinio addit ſupra illã, qua dicitur rẽ eſſe primã intentionẽ, intellectionem ſecundã, ꝙ res illa, quæ eſt prima intentio, debet eẽ vniuerſalis: nã ſi eſt particularis, nec prima, nec ſecũda intẽtio erit.

5. Opinio. Quinta opinio tenet, q̃d in omni actu intellectus eſt prima & ſecunda intẽtio, & dicunt ꝙ res intellecta ſemper eſt prima intentio, ſiue ſit homo, quod intelligitur, ſiue ſpecies, & actus, quo illa intelliguntur, eſt ſecũda intentio. Et non cõſtituunt differentiã inter intentionẽ in abſtracto, & in cõcreto. Et notãt pro huius intellectu, actũ intelligendi dupliciter accipi poſſe: vno modo ſecũdũ quod eſt quidã actus realis: & ſic non dicitur 2. intẽtio, nec habet eſſe rationis, prout diſtiguitur contra eſſe reale. Alio modo accipitur intelligendi actus vice rei intellectę, ſicut pictura hominis dicitur homo, non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid, ſcilicet, pictus homo; & ita dicitur diminutè homo. Sic et iam actus intelligendi dicitur diminutè homo, ſcilicet, homo intellectus, ſeu in eſſe intelligibili. Et quia intelligendi actus, licèt ſit ſimpliciter res quędã, nõ tamẽ eſt ſimpliciter homo, ſed diminutè. Ideò ſecũdũ quod accipitur loco rei intellectę, ſecũdũ quid dicitur res intellecta; & per cõſequẽs dicitur habere eſſe rationis diſtinctũ contra eſſe reale, ſiue eſſe ſimpliciter. Dicũt igiť ad primã intentionẽ pertinere oẽ illud, quod habet eſſe reale ſimpliciter in rerũ natura, ſiue ſit ſubſtãtia, vel accidens. Sed ad ſecundã intẽtionẽ dicunt pertinere ipsũ actũ intelligẽdi; prout diminutè dicitur ipſa res intellecta. Et iſti nõ ponũt, quod prima vel ſecunda intẽtio addat aliquid rei vel rationi ſupra naturas rerum.

6. Opinio Heruæi. Sexta opinio eſt ſapiẽtiſſimi noſtri ordinis Magiſtri Generalis, fratris Heruæi in tractatu, quẽ de intentionibus acutiſſimũ edidit, q. 1. & 2. vbi docet, intentionem eſſe duplicẽ, alterã, quæ ſe tenet ex parte intellectus, & eſt omne illud, quod per modũ ſimilitudinis & repręſentationis ducit intellectũ in cognitionẽ alicuiꝰ rei, ſiue ſit verbũ, ſiue quodcũq. aliud; Et illo modo, inq̃t, poſſet extendi nomẽ intentionis ad quãcũque rem, ſiue exemplar, ducens in rei cognitionẽ. Alterã verò, quæ ſe tenet ex parte rei i͂tellectæ. Et hoc modo dicitur intẽtio res ipſa, quę intelligitur, in quãtũ in ipsã tendit intellectus, ſicut in quoddam cognitũ per ipsũ: & intẽtio ſic accepta in abſtracto, & formaliter, dicit tãtùm terminũ ipſius tendentiæ, ſiue ipſam tendentiã, quæ eſt habitudo quędã rei i͂tellectę ad intellectũ, ſiue ad actũ intelligendi. Itaque intẽtio formaliter ex parte rei intellectę eſt quędã relatio rationis: In cõcreto aũt dicit, quod intelligiť, quidquid ſit illud. Et hoc aliquãdo põt eẽ aliquid reale, v.g. prima intẽtio eſt relatio, quam importat homo intellectus ad intelligentẽ. Et ſi accipiatur in cõcreto, eſt homo relatus ad intellectum cognoſcentem illũ. Cæterum id, quod dicit ſecunda intentio, tã materialiter, quã formaliter, eſt aliquid rationis. Et vt intelligas hãc opinionẽ magis, nota, q̃d quãuis hoc nomẽ; prima intentio, videatur eſſe nomẽ abſtractũ, põt tamen accipi in cõcreto, & in abſtracto, intẽtio in abſtracto eſt quędã relatio rõnis, quæ formaliter, eſt intẽtio, ſeu intẽtio vt quo,

qua

Digitized by Google

ꝗa mediante res dicitur prima intẽtio: ſicut albedo eſt albavt quo, qua mediãte vt forma corpus eſt albũ. Poteſt rurſus accipi in concreto, & eſt id, quod intelligitur, ſecũdum quod refertur ad intellectũ: Sicut homo cũ reſpectu illo ad intellectũ, cuius actũ terminat, dicitur prima intentio in cõcreto. Et ſecunda intentio poteſt accipi & in abſtracto, & in cõcreto: In abſtracto eſt relatio rationis, quæ dicitur ſecũda intẽtio vt quo, qua media res, quæ ſecũdo intelligitur, refertur ad intellectũ: In concreto verò eſt res ſecũdò intellecta cũ ordine ad intellectũ, vt relatio, qua ſpecies refertur ad intellectũ ſecundò intelligentẽ, eſt ſecunda intẽtio formaliter, ſpecies ipſa ſecũdò intellecta cũ illa relatione, eſt ſecũda intẽtio in concreto. Hanc opinionẽ Heruæi ſequitur Petrus Bruxellẽſis doctiſſimus in ſua Logica, & ſuſtinẽt illã aliqui viri docti, nec bene itellecta ꝓbabilitate caret.

7. Opinio. Bannes. Septima opinio, videt eſſe ſapiẽtiſſimi Mag. Bãnes in commẽtariis ad 1. p. D. Th. q. 1. ar. 3. notab. 3 Vbi ſic dicit: Pro cuius explicatione ſuppono, abſtractionẽ à materia aliquando eſſe realẽ, & ſine operatione intellectus, ſicut Angelus eſt ſubſtãtia realiter abſtracta à materia. Aliquãdo verò abſtractio à materia eſt ſolũ ſecũda intentio, quæ conſequitur operationẽ intellectus, v. g. homo per conceptũ cõem abſtrahit à materia ſingulari, & quãtitas à materia ſẽſibili, quamuis realiter nullus ſit homo ſine materia ſingulari, nulla quãtitas ſine materia ſẽſibili. Vbi ſapientiſſimus Magiſter illud eſſe abſtractũ, ꝙ formaliter eſt aliquid rationis, & conſequitur ad actũ intellectus, vocat ſecundã intentionem. Et cõſequenter ponit eius fundamentũ cognitionem intellectus, ad quam conſequitur eſſe abſtractum. Vnde ſecundum hanc opinionẽ omne eſſe cognitum ab intellectu eſt ſecũda intentio.

8. Opinio. Octaua ſententia eſt quorũdam Logicorũ, qui dicunt genus, ſpeciem, vniuerſale, & cætera omnia, eſſe quidẽ ſecũdas intentiones: cæterum ſecundam intẽtionẽ eſſe aliquid reale, quod denominat ſuprà dicta talia realiter, extrinſecè tamẽ. Et ita dicunt genus, ſpeciem, definitionem, & cætera, formaliter eſſe aliquid reale. Et explicant ſuam ſententiam ſic: Nam ſecunda intentio duo habet, v. g. actus, quo cognoſco naturam abſtractã ab inferioribus & in illis exiſtens intrinſecè, habet denominare ſubiectum intelligentem talem naturam: Naturam verò intellectã & abſtractã ab inferioribus, & cognitam, vt vnã & communem denominat extrinſecè & realiter ſpeciem. Et ſecundum hanc denominationem dicitur ſecunda intentio ſpeciei, & forma ſpeciei, realis tamen & extrinſeca. Et ita eſſe ſpeciem, genus, & reliquas alias logicales proprietates, dicunt eſſe aliquid reale: ſicut eſt quid reale, eſſe agens, eſſe veſtitum: Nam ſunt denominationes extrinſecæ reales. Et primam intentionem vocabũt iſti cognitionem, qua cognoſcitur natura ſecũdum ſuas reales proprietates, vt cognitio, qua cognoſcitur homo, vt rationalis, & cætera. Itaque iſti non ponũt alium reſpectum, nec relationem in natura, vt denominetur ſpecies, genus, vel quid ſimile, ſed ſolùm actum cognoſcendi naturam, vt in multis, & abſtractam ab illis, & de illis prædicabilem. Et hoc probant, quia eſſe agens eſt realis denominatio, licet ſit à forma extrinſeca. Præterea, quia per hoc, quòd cognoſcitur, v. g. homo, vt prædicabilis de multis, ſine alia relatione eſt ſpecies formaliter: ergò forma ſpeciei eſt illa cognitio. Et præterea, quia paries dicitur viſus à viſione exiſtẽti in oculo, ſine alia forma & relatione: Nã antequã iſta cõſiderentur, iam paries eſt viſus: ergo illa eſt denominatio extrinſeca à forma reali: ergo idẽ erit dicẽdũ de omni obiecto cognito ab intellectu. Et ſi inferas: ergo vniuerſalia ſunt in rebus, negãt cõſequentiam: quia illa forma, quæ eſt cognitio, non eſt, niſi in intellectu, cũ ſit eius operatio. Ecce ingeniũ horum mirabile. Et hãc opinionem reſuſcitarunt, vt liberarẽt ingenia à labore & anxietate, & vt ſtatuerẽt Logicæ obiectũ eſſe ens reale.

Præambula ad quæſtionem.

SEd pro veritate defendenda, explicãdaq; aduertamus oportet, hoc nomen intentio pertinere tam ad volũtatẽ, quã ad intellectum. Et quoniam intentio importat tendẽtiam in quoddam alterũ, cõuenit tam intellectui, quàm voluntati in ſua obiecta tendentibus: Ex parte volũta- *Intentio cõuenit intellectui et uoluntati.*

 tis

ris dicitur actus ipſius tendentis ad cōſequutionem alicuius finis per aliquod mediū: Nā electio eſt reſpectu mediorū, intentio reſpectu finis; ſicut intentio eſt voluntatis actus, quo vult ſanitatem, electio actus, quo vult potionem amarā propter ſanitatem conſequendam. Accipitur etiam intētio alio modo ex parte voluntatis pro re intenta & volita: Nam ſæpiſſimè obiecta ex actibus nominamus, & agere de intentione in hac acceptione pertinet ad Philoſophum Moralē, & non ad Logicum. Similiter ex parte intellectus accipitur intentio dupliciter: Vno modo formaliter: alio modo obiectiuè. Intentio formalis ex parte intellectus eſt illud omne, quod intellectū per modū ſimilitudinis in ipſo exiſtentis ducit in rei cognitionem: Et hoc Thomiſtæ tribuunt conceptui, & verbo, & non cōuenit aliis ſimilitudinibus extra intellectum. Alio modo accipitur intētio obiectiuè, vt diſtinguitur contra formalē ſimilitudinem: & eſt illud, quod intelligitur, & eſt obiectum illius ſimilitudinis. Et iſta intentio diuiditur tā formaliter, quam obiectiuè in primam & ſecundā. Verum eſt tamen, quod hanc intentionē obiectiuam vocamus aliquando formalem, per comparationem tum ad eius fundamentum, tum ad ſubiectum, quod denominatur ab ipſa formaliter tale. Sicut genereitas dicitur ſecunda intentio formaliter in ordine ad animal, & ad fundamentū illius Et hæc intētio poteſt accipi in abſtracto, vel in cōcreto: In abſtracto, ſicut accipitur, cū dicimus, genereitatē eē formā generis cōſtitutiuā. In cōcreto, cū dicimus, genus eē pdicabile.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra primam opinionem. D. Thom.

PRima concluſio. Illa ſentētia, quæ aſſerit primam intētionem eſſe omne illud, quod intelligitur: ſecundā verò intentionē actum intelligendi, eſt falſa, & eſt contra D. Th. qui ponit opuſculo de natura generis, c. 2. et c. 4. intētiones ſecūdas ex parte obiecti, vbi ſic dicit: Ens autē rationis propriè dicitur de illis intētionib. quas ratio in reb. adinuenit: ſicut eſt intētio generis & ſpeciei, quæ nō inueniuntur in rerū natura, ſed ſequuntur actiones intellectus & rationis. Et huiuſmodi ens eſt ſubiectum Logicæ, & illud ens æquiparatur enti naturæ, quia nihil eſt in rerū natura, de quo ratio nō negociet. Accipe ex D. Th. duo; alterū, quod obiectū Logicæ eſt ſecunda intētio, quæ eſt aliquid rationis, vt diſtinguitē contra ens naturale & reale: alterū, quia hæc ſecūda intētio cōſequitur actū intellectus, & ſe tenet ex parte rerū; nō ergo ſecūdū D. Thom. ſecūda intētio eſt actus intellectus, & in c. 12. ponit D. Th. ſecūdas intētiones ex parte rerū. Et prætereà probatur ratione: Nā ad Logicum pertinet per ſe tractare de ſecundis intentionibus, vt dicit D. Thom. & ſuprà fuit oſtenſū: ſed non pertinet ad ipſum per ſe tractare de conceptibus: ergo conceptus nō ſunt ſecundæ intentiones. Min. probatur: Nam ſi conſiderentur vt ens, ad Metaphyſicū per ſe pertinent Si vt ſunt actus animæ, ad Philoſophū naturalem, ratione verò libertatis, ad Philoſophū moralē. Neque ad Logicū ſpectant, niſi vt quid materiale, & in ordine ad intētiones, vt ſuprà viſū fuit. Et ſecundò probatur illa min. Nā obiectū Logicæ eſt qd rationis, vt ſuprà demonſtrauimus. ergo non per ſe cōſiderat cōceptus, qui ſunt aliquid reale. Secūdò probaē concluſio ratione: Nā ſecūda intētio eſt proprietas cōueniens reb. ex eſſe, quod habet in intellectu, ita vt conſequitur ad opus intellectus; ſed actus intelligendi nō eſt huiuſmodi: ergo nō eſt ſecūda intentio. Maior probatur in genere & ſpecie, quę ſunt proprietates cōuenientes homini, & animali, ex eſſe, quod habent in intellectu per cognitionem ſecundum probabiliorem opinionē: ergo non eſt ipſa cognitio ſecūda intētio, ſed præſupponitur ad intētionē. Minor probatur: Nam actus intelligendi nō eſt proprietas rerū, nec poteſt eſſe rerū forma: non enim ſunt res actus intelligēdi, nec in cōcreto, nec in abſtracto, vt ſūt genus & ſpecies, & ita ſpecieitas eſt illarū forma & proprietas. Si aūt dicas, quod eſſe intellectā rē, eſt ſecunda intentio, cōtra: quia eſſe intellectam rem non eſt intellectio: ergo intellectio non eſt ſecūda intētio. Quod verò prima intentio nō ſit res omnis, quę intelligit, probatur: quia quādo intelligo ſpeciem & genus, vt ſic, nō intelligo primam intētionem, ſpecies. n. non eſt prima intētio: ergo &c. Et ptereà

Secūdæ intētiones in ratione entium pertinēt ad Metaphyſicū.

Solutio.

Impugnatio.

quia

quia genus per ſe pertinet ad conſideratione logicalē; ergo dicit ſecundā intentionē: nā ſecunda intentio eſt Logicæ obiectū. Præterea, ex ſententia omniū logicorum iſte terminus genus, & ſpecies, ſunt termini ſecundarū intentionū; ergo ſignificat de formali ſecundā intentionem, cū ſint connotatiui: ſed ſignificant ſpecieitatē: ſpecieitas ergo eſt ſecūda intentio: non ergo prima. Et præterea, actio intellectus etiā reflexè intelligitur: ſi ergo ſecunda intentio eſt cē id, quod intelligitur: ergo ēt actus intellectus eſt prima intentio, & ſimul eſt ſecunda per iſtos, ergo prima intētio eſt ſecūda intētio; quod eſt falſum, cū habeāt oppoſitas rationes: & non ſolū hoc habēt denominatiuè, ſed eſſentialiter. Nā illud eſt ſecūda intentio eſſentialiter, quod eſt actus intelligēdi, & illud eſt prima intētio eſſentialiter, quod intelligitur: Sed actus intelligēdi eſt, quod intelligitur, & eſt actus intelligēdi: ergo eſſentialiter eſt prima & ſecūda intentio. Et accipio primā & ſecundā intentionē in abſtracto: nam ita ipſi videntur accipere; ſed impoſſibile eſt, qđ genereitas ſit ſpecieitas; ergo ēt ꝙ prima itētio ſit ſecūda, & ècōuerſo.

2. Concluſ. contra ſecundā opinionem.

Secūda cōcluſio contra ſecundā opinionē: Falſum eſt dicere, quod prima intentio in abſtracto eſt primus actus intelligendi, & ſecunda intentio in abſtracto eſt ſecundus actus intelligendi; ita quod res primò cognita eſt prima intentio in concreto, & res ſecundò cognita eſt ſecūda intētio in cōcreto. Et probatur primò ex authoritatibus D. Thom. concluſione præcedenti adductis, & rationib. factis pro præcedenti concluſione. Et præterea, nā ſi actus intelligendi ſecūdus eſt ſecunda intentio in abſtracto, ſequitur quod omne, quod importat genus, & ſpēs ſit reale; hoc aūt eſt falsū: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela: Nā animal & homo ſunt aliquid reale, quæ ſunt genus & ſpecies ꝓ materiali, ſimiliter & cognitio hoīs & animalis, quib. cognoſcūtur, vt in pluribus ſpecieb. & indiuiduis: ergo &c. Minor ꝓbatur: qa ſic no conſiderabuntur à Logico, ſed à ſcientia reali, neque habebunt eſſe cognitū, & obiectiuū in intellectu, ſed verum, quod eſt falſum, quia genus, & ſpeciē habere vniformitatem ad plura, quid rationis eſt & ſolū habens eſſe obiectiuè in intellectu. Et præterea: Nā genus & ſpecies formaliter accepta ſunt relatiua: ſi ergo totū quod dicunt, eſt quid reale; ergo ſunt relatiua realia: ergo ſunt in prędicamēto relationis, etiam metaphyſico; hoc autē eſt abſurdū, quia nūquā Ariſt. genera, & ſpecies, & reliquas proprietates logicales annumerauit illis prędicamētis: ergo &c. Et ꝓbatur: quia ad nullū genus relatiuorū pertinent. Quod verò rē eſſe ſecūdò intellectam, nō ſit ſecūda intentio obiectiua, probatur; Nā genus eſſe intellectū, v. g. non dicit formaliter, niſi relationē quandā ad intellectū intelligentē, quę fundatur in cognitione intellectus, ſed ſecunda intentio generis in cōcreto nō dicit relationem ſolū ad intellectū, ſed ad ſua inferiora, vt videbimus infrà: ergo &c. Et ſi accipiatur, rē eſſe cognitā pro cognoſci, eſt actualis exiſtenta entis raōnis, vt iā dictū eſt.

Corollariū.

Ex dictis ſeqtur, quod nec intellectio, prout ab ipſa dicitur res intellecta, ſit intētio: Nā nō dicitur res intellecta ab intellectione tāquā à forma, ſed tamquam a fundamento. Dicitur enim res intellecta formaliter à quadā relatione rationis, quæ fundaī in actu intellectus, quæ relatio eſt prima intētio. Ex quo ſequiī tertiam opinionem ſuperius relatā falsā eſſe, quæ hoc aſſerebat: & cōfutatur etiam rationib. factis.

3. Concluſ. cōtra quartam opinionem.

Tertia concluſ. contra quartam opinionē: Ad hoc, vt aliquid ſit prima intentio, vel ſecunda intentio, ſiue intētio accipiatur ex parte ītellectus, & formaliter, ſiue ex parte rei; & obiectiuè, nō eſt neceſſe, quod ſit aliquid vniuerſale, vt aſſerebat quarta opinio: Probatur hæc cōcluſ. primò authoritate D. Th. opuſ. 40. de natura generis, vbi dicit in hæc verba:

D. Thom.

Differētia inter nomina prima, & ſecunda intentionis

Ad huius igitur euidentiam cōſiderandū eſt, quod nomina primæ intētionis ſunt, quæ reb. ſunt impoſita abſolutè, mediante conceptione, qua fertur intellectus ſup ipſam rē in ſe, vt homo, vel lapis. Nomina aūt ſecundæ intentionis ſunt illa, quæ imponuntur rebus, non ſecundum quod in ſe ſunt, ſed ſecundum quod ſubſunt intentioni, quam intellectus facit de eis: vt cū dr̄, homo eſt ſpecies, animal eſt genus: ergo ſecūdum D. Tho. vt nomina ſint pri-

Digitized by Google

mæ intentionis,vel ſecundæ,nõ requiritur, quod ſignificent aliquid vniuerſale, ſed ſat fuerit,quod ſignificẽt intentionẽ, quam intellectus tribuit eis:ſed etiã nomina ſingularia poſſũt ſignificare huiuſmodi intentionem,ergo nomina ſingularia poſſunt eſſe nomina ſecundæ intẽtionis;ergo ſignificant ſecundã intẽtionem formaliter:ergo ſecũda intentio formaliter poteſt competere rebus ſingularibus Minor probatur: quia intellectus nõ ſolũ tribuit intẽtionẽ rebus vniuerſalibus, ſed etiã ſingularibus.ergo &c. Et idẽ eſt dicẽdũ de nominibus primæ intẽtionis, quia vt ſint nomina primę intẽtionis,ſat fuerit ſignificare rẽ ſecundum cõceptionẽ,qua fertur intellectus ſuper ipſam rẽ abſolutè; ſed nomina ſingularia poſſunt eſſe huiuſmodi, vt hoc nomen Petrus:ergo erit nomẽ primę intentionis:ergo ſignificabit primã intentionẽ.ergo prima intentio in rebus ſingularibus reperitur. Præterea:Hic terminus, hoc indiuiduũ, eſt terminus ſecũdæ intentionis,quia ſignificat de formali ſecundã intẽtionem indiuidui,& ſignificat Petrũ,verbi gratia, vt ſtat ſub hac intẽtione:ergo rei ſingulari conuenit ſecũda intentio,& ſecunda intẽtio fundatur ſupra primam; ergo Petro,vt ſic,quod ſit prima intentio, cõuenit; & eidem,vt eſt indiuiduum,cõuenit eſſe ſecundam intẽtionẽ, ſeu habere ſecundã intentionem.Et probatur conſequentia: Nã Petrus, vt indiuiduum hoc, eſt inferius quidditatiuè ad indiuiduũ; ſed indiuiduum importat ſecundã intentionem:ergo etiam Petrus,vt hoc indiuiduum, quãdoquidem eſt inferius quidditatiuè ad indiuiduũ:nã inferius quidditatiuè debet importare formã huiuſmodi ſuperioris. Et prætereà, quando formo hãc propoſitionẽ, Petrus eſt hic homo,li Petrus eſt ſubiectum, & li hic homo prædicatum:ergo habent intentionẽ ſubiecti & prædicati, & ſunt ſingularia quædam; ergo intentiones ſecundæ conueniunt ſingularibus; ergo li hoc ſubiectum, & li hoc prædicatũ, ſunt nomina ſecundæ intentionis;nõ ergo requiritur rem eſſe vniuerſalẽ ad hoc,vt habeat ſecundam intentionẽ, & nomen ſingulare poteſt illã ſignificare.Præterea,Hæc ſpecies refertur ad hæc plura indiuidua,tãquam ad ſuum correlatiuum; ergo hæc indiuidua dicunt de formali relationem rationis, quæ ſit ſecunda intentio, ſicut illam dicit de formali hæc ſpecies,cum ſint relatiua eiuſdem rationis: & tamen ſunt aliquid ſingulare: ergo &c. Et hoc latiùs poſſet probari, ſed ſufficiant iſtæ probationes in re clariſſima. Quod verò etiam res ſingulares pertineant ad primam intentionem,probatur; Nam conceptus Petri eſt ſimilitudo ducẽs nos in Petrum ipſum; ergo eſt prima intentio formalis, quandoquidem Petrum ſequitur,vt in ſe eſt:ergo Petrus eſt prima intentio obiectiua; nam quod correſpondet intentioni primæ formali, eſt prima intentio obiectiua. Et ſequitur ex hac cõcluſione,non eſſe tria genera nominum, ſed omne nomẽ ſimplex eſſe aut primæ, aut ſecundæ intentionis;quia omne tale, vel ſignificat primã,aut ſecundam intentionem in concreto, & ſic eſt primæ aut ſecundæ intentionis. Si verò ſignificet ſecundam intentionem in abſtracto,probabile eſt, quod eſt terminus primæ intẽtionis,vt li genereitas. Et etiam eſt probabile oppoſitũ,de quo agitur in primo libro Summularum,cap. de terminis primæ & ſecundæ intentionis. Sequitur ẽt, quod vniuerſalia, vt homo, licèt habeãt eſſe in intellectu formaliter,pro ſubſtrato tamen, & quoad eorum naturas, non pendent ab intellectu, cuius oppoſitum hæc opinio aſſerebat: quando verò vniuerſalia ſunt aliquid rationis, pro materiali & formali,maximè,vt cum conſideramus genereitatem in communi. *Corollariũ contra eandem opinionem.*

Quarta cõcluſio. Illa opinio,quæ aſſerit,omnem rem intellectam eſſe primam intẽtionem,& actus intelligendi, prout diminutè dicitur res intellecta,eſſe ſecũdam intentionem, eſt falſa. Et probatur hæc concluſio: nam aliàs ſequitur,quod Logica ſit de primis intentionibus,tamquã de obiecto formali; hoc autẽ eſt falſum,& contra D. Thomam 4 Metaphyſicæ,lectione quarta,& cõtra Auicennam in ſua Logica;ergo &c. Probatẽ ſequela: Nã in Logica tractatẽ de ſpecie, genere, & cæteris: ſed ſpecies, & genus ſunt res intellectæ;ergo ſunt primæ intẽtiones; at de illis tractat Logica;ergo tractat de primis intẽtionibus. Maximè,quia eſt abſurdum, *4. Concluſ. contra 5. opinionem.* *1. Ratio.*

ſurdum dicere genus,& cætera,eſſe primam intentionem. *2.Ratio.* Prætereà, actus intelligendi,vt aſſerunt Philoſophi in materia de anima,& Theologi.1.p.quæſt.12. non eſt ſimilitudo obiecti;ergo non poteſt dici obiectum ſecundum quid, & ſic non habet locum ſua poſitio. *3.Ratio.* Tertiò: Nã ſequeretur, quod ſecunda intentio eſſet aliquid reale, quòd viri docti abſurdum maximum cenſent. Probatur; nam eſſe rem intellectam in eſſe intelligibili, & ſimilitudinariè,eſt aliquid reale, & hoc eſt ſecunda intentio;ergo &c Maior patet: Nam licèt Homo pictus ſecundum quid dicatur homo,eſt aliquid reale;itẽ, illud eſt habere in ſe ſimilitudinem obiecti,cæterum hoc eſt quid reale,& non rationis.Item,ſecunda intentio,ſi accipiatur in abſtracto, eſt relatio; ſed actus intelligendi nõ eſt relatio, ſed ponitur in p̃dicamento qualitatis,tamquam diſpoſitio,ergo &c.Si verò accipiatur in cõcreto,eſt relatiuum;ſed actus intelligẽdi in concreto non eſt relatiuum;ergo nec ſecunda intentio. *4.Ratio.* Prætereà ſequitur, quod idolum imaginatiuè ſit ſecunda intẽtio, & res imaginata ſit prima: nam etiã idolum imaginatiuè eſt res imaginata ſecũdum quid: hoc autem eſt falſum:nam ſecunda intẽtio ſolùm eſt in intellectu. *5.Ratio.* Vltimò ſequitur,quod omnis terminus eſſet primæ & ſecundæ intentionis ſimul, quia omnis terminus ſequitur rem,& cõceptum;rem,vt quod, & conceptum, vt quo,vt aſſerit Ariſt.in 1.Peri hermen.& D.Th.1 p.q.13.Et ſequeretur,quòd etiã illa ſecunda intentio denominaret ſubiectum,in quo eſt genus,ſi eſt,v.g generei tas;hoc autem eſt falſum,nam Petrus intelligens genereitatem, non dicitur genus,licèt denominet intelligens genereitatem.Sequela probatur:quia ſecunda intentio denominat ſuum ſubiectum.

5 Concluſ. contra Heruæum & Bruxelenſem. Quinta concluſio, contra Magiſtrum Heruæum in ſuis intentionibus,& cõtra Petrum Bruxelenſem ſupià de ente & eſſentia quæſtio. 25. ſequentem Heruæũ. Prima intentio in abſtracto,ſeu formaliter,non eſt reſpectus rationis ad intellectum,(& idem eſt dicendum de ſecũda intentione) ita vt ſpecieitas, quæ eſt ſecunda intentio in abſtracto,non ſit relatio ad intellectum;ſed ſit relatio quædã, qua cõſtituitur aliquid in eſſe ſpeciei,& refertur ad ſua inferiora ſubſcibilia. Cõcluſio eſt Magiſtri Soto,quæſtione tertia vniuerſalium,& Domini Caietani de ente & eſſentia, & D.Thomæ opuſculo de natura generis,ca.duodecimo,& eſt quæ communiter circumfertur iſtis temporibus. *Soto. Caiet. D.Thom.* Nolo dicere in concluſione, quod ſecunda intentio ex ratione cõmuni entis rationis,quantum ad habendum ſuum eſſe,vt ſupra diximus,non importet ordinem ad intellectum;nam ens rationis eſt relatiuum ſecundum dici,& importat ordinem tranſcendentalem ad intellectũ, & hac ratione vocatur ens rationis . Et probatur concluſio de prima intẽtione: *1.Ratio.* Nam ſequitur,quod omnis terminus primæ intentionis ſignificet formaliter relationem rationis;hoc autem eſt abſurdũ; ergo non dicit prima intentio relationẽ ad intellectum.Probatur minor: Nã hic terminus,Deus,nõ dicit formaliter relationem rationis,ſed naturam realem,(& idem eſt de hoc termino,homo,& cæteris.) Sed probatur ſequela : Nam terminus primæ intentionis ſignificat primã intentionem in concreto,vt aſſerit Heruæus : ſed prima intentio dicit formaliter relationem rationis;ergo &c.Et confirm. hæc ratio: *Confir.* Nam terminus ſecundæ intentionis ſignificat formaliter ſecũdã intẽtionem:iſte terminus,ſpecies,formaliter ſignificat relationẽ ſpeciei,quæ eſt ſecunda intentio,& ſic de aliis;ergo terminus primæ intentionis ſignificabit formaliter primam intẽtionem; ſed hoc eſt aliquid rationis,& relatio ad intellectũ; ergo ſignificat formaliter aliquid rationis. *2.Ratio.* Secũdò probatur,quod nõ dicat prima intentio relationẽ ac intellectum,ita vt in concreto ſit relatiuum rationis ad intellectum relatum: Nã ſequitur, quod ſimiliter ſecunda intentio ſit relatio ad intellectum,& in concreto referatur ad intellectũ:ſed hoc eſt impoſſibile : ergo &c.Sequela cõceditur ab Heruæo. Et patet;nam qua ratione refertur prima intẽtio ad intellectum,refertur ẽt ſecũda intẽtio,imò à fortiori.Sed p̃batur minor: Nam illa relatio eſt prima intentio,ſiquidem fundatur in cognitione actiua intellectus;ergo etiam relatio, quã importat ſecunda intentio in concreto ad intelle-

ctum

ctum erit etiam prima intentio, ſiquidē fundatur in cognitione actiua;& terminus eſt eiuſdem rationis in vtroque,ſcilicet intellectus. Tunc ſic; ergo vel ille ordo,quem dicit ſecunda intentio ad intellectum,eſt diſtinctus ab ſpecieitate:& tunc ſpecieitas non erit ratio referendi ſpeciem ad intellectum,nec ipſa erit relatio ad intellectum: Vel eſt idem, quod ſpecieitas:at nō poteſt eſſe idē realiter, quia in entibus rationis,cum eorum eſſe conſiſtat in cognoſci,vnum ens rationis, vt ſic,nō poteſt eſſe aliud,quia debet cōſequi ad diſtinctum actum cognoſcendi, & ſic habebit aliud eſſe; ergo erit idem formaliter,& tunc cum ſit ille ordo prima intentio, hæc prædicatio erit vera. Secunda intentio formaliter eſt prima intentio,quod eſt impoſſibile, cū differant eſſētialiter & ſpecie:ergo de ratione primæ intentionis non eſt ordo ad intellectum,ſiquidem non eſt de ratione ſecundæ intentionis.

3. Ratio. Præterea probatur cōcluſio de ſecunda intentione:Nā ſpecieitas eſt ſecunda intentio,& tamen non eſt ratio,quare aliquid refertur ad intellectū; ſed ad indiuidua; ergo illud eſt falſum, Minor probatur; Nam ſpecieitas conſtituit ſpeciem,quæ non refertur ad intellectum,nec totum eſſe ipſius eſt ad intellectum,ſed ad inferiora,& ad genus;ſi ergo ſecunda intentio non eſt relatio referens ad intellectum:ergo nec prima.

Solutio. Si dicas, quod ſpecies habet duos terminos partiales,& vnum totale,ad quod refertur, ſcilicet,ad ſuum correlatiuū inferius,ſi conſideretur vt prędicabile,& ad intellectū, & ad ſuum ſuperius,& intellectum,ſi cōſideretur vt ſubiicibile generi,

Impugnatio: contrà: relatio rationis eſt ordo quidam factus ab intellectu referente vnum ad aliud, vt aſſerit D.Tho.1.par.quæſtio.28. ar.1.ſed per alium actum refert ſpeciem ad intellectum,& per alium ad inferiora ſubiicibilia:ergo alia eſt relatio, qua refertur ad intellectum,& indiuidua;ſiquidem fundatur in diuerſo actu cognoſcendi,& accipit eſſe per diuerſum actum, & ſic habet diuerſum eſſe. Quod ſi eſt diuerſa relatio:ergo illa ſecunda intentio, quæ eſt ſpecieitas,& refert ad inferiora, non eſt,quæ refert ad intellectum:& ſic ſecunda intentio non refert ad intellectum. Si adducas inſtantiam de ſigno: reſpondetur,quòd eſt diuerſa ratio; quia conceptus eſt ratio rem ſignificandi,& ita eodem actu refertur ad intellectum & rem.

4. Ratio. Præterea: ſecunda intentio obiectiua nihil eſt aliud, quā eſſentia talis rei, quæ cōuenit illi ex ſua natura ſine ordine ad intellectū, vt conſtat ex loco adducto ex D.Thom. de natura generis; ergo non dicit relationem ad intellectum. Probatur conſequentia; nam homo non dicit relationem ad intellectum.

Vlt. ratio. Præterea; ſequeretur, quod ſpecies diceret duas relationes ſibi eſſentiales,alteram ad intellectum, & alteram ad inferiora, & ſecundum Caietanum tres, nec poſſunt duæ relationes facere vnam, quia non poſſunt ſe habere vt materia& forma,nec vt determinabile,&c.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Eſſe abſtractum à materia communi,ſeu ſingulari,quāuis,pro ut explicat ſapientiſſimus Magiſter Bānes,ſit ens rationis,non eſt tamen ſecunda intenio. Hæc cōcluſio ſatis aperta eſt in D. Tho. ſupra dicto opuſc. de natura generis,vbi,vt adduximus, docet D.Th. omnem ſecundam intentionem fundari in eſſe cognito;& ſatis cōſtat in Thomiſtica ſchola, fundamentum proximū vniuerſalitatis eſſe abſtractionem paſſiuam, ſeu cognitionem paſſiuam,qua cognoſcitur natura in vniuerſali.

Eſſe abſtractū eſt fundamētum ſecundæ intentionis. Non enim eſt ſecunda intentio eſſe abſtractum;ſed fundamentum ſecundæ intentionis: & eſt quoddam ens rationis,quod eſt relatio, quæ refert obiectum abſtractum ad intellectum.

1. Ratio. Et patet;Nam abſtractio ſolùm denominat rem eſſe abſtractā fundamentaliter,& ens rationis conſecutū eſſe abſtractum fomaliter: nō verò denominat ipſam formaliter eſſe genus,vel ſpeciē: ergo aliud ens rōnis fundatū ſuper eſſe abſtractū eſt ſecunda intētio vniuerſalis: & in vniuerſum omnis ſecunda intentio fundatur ſuper eſſe cognitum.

2. Ratio. Et probatur concluſio præterea: nam ſecunda intentio eſt quædam proprietas cōueniens rebus ex eſſe,quod habent in intellectu: ſed nō habent eſſe in intellectu, niſi per hoc,quod ſunt cognitæ & abſtractæ: ergo eſſe abſtractū,ſeu cognitum, eſt quid præſuppoſitum vt fundamentum, vt intellectus attribuat ſecundam intētionē

rebus

Digitized by Google

rebus talibus, habent enim res priùs ſtatum quendam in intellectu, vt ex illo ſtatu ſuſcipiant intentiones ſecundas, & habeant rationis eſſe ſecundò intentionaliter. Sapientiſſimus verò Magiſter voluit dicere, quòd eſſe abſtractum eſt ſecunda intentio fundamẽtaliter, id eſt, fundamẽtum ſecundæ intentionis: & nomina ſæpè rerum cauſis, & fundamentis illarum tribuimus.

Explicatur Bannes.

7. Concluſ. contra vltimã opinionem.

Septima concluſ. Ignorantia maxima eſt, & quæ totam ſubuertit logicam, aſſerere, actionem intellectus eſſe ſecundam intentionem, & dicere, eſſe ſpeciem formaliter, & genus, & cætera, eſſe denominationes reales à forma reali extrinſeca illi & in paſſo. Nam D.Th. vbi ſupra expreſsè dicit, intentiones ſecũdas quaſdã eſſe proprietates rebus cõuenientes, ex eſſe, quod habent in intellectu: vbi denotat D.Thom. eſſe aliquid, quod conſequitur ad operationem intellectus, & nõ eſſe ipſam operationem intellectus. Probatur præthereà, hanc horum Logicorũ doctrinam eſſe contra D.Tho. in loco citato, in tertia concluſione. Et probatur hęc concluſio ratione: Nam ſequitur, genus, & ſpeciem, & cætera omnia, quid abſolutum eſſe, & non relatiuum; ſed hoc eſt falſum; ergo illud, ex quo ſequitur. Sequela probatur: Nã operatio intellectus quid abſolutum eſt, & ſecundũ viros doctos in prædicamento Qualitatis conſtituitur. ergo, ſi hæc eſt ſecunda intentio, & forma generis, v. g. & ſpeciei, apertè conſtat, genus & ſpeciem eſſe aliquid abſolutum, quandoquidem eorũ forma eſt abſoluta: nam eſſe relatiuum non poteſt prouenire à forma abſoluta Probatur illa min Nam Porphyrius, cap. de ſpecie, text. 2. & Ariſt & omnes quotquot ſunt ſanæ mentis, dicunt, genus & ſpeciem eſſe aliquid relatiuum: nam genus definitur, quod ſit prædicabile de pluribus differentibus ſpecie. Et hoc magis conſtabit, cum de ſpecie, & genere fiet ſermo.

1. Ratio.

2. Ratio.

Prætereà probatur concluſio: nam ſequitur, quòd genus & ſpecies conſtituantur in prædicamento Qualitatis formaliter conſiderato; hoc autem eſt falſum: ergo &c. Probatur ſequela; Nam eorũ forma conſtitutiua eſt in prædicamento Qualitatis: nam ſecunda intentio generis eſt eius forma, quę eſt actio intellectus, & in prædicamento Qualitatis conſtituta. Sed minor probatur: Nam eſſe genus erit certè vel habitus, vel diſpoſitio, naturalis potentia, vel impotentia, paſſio, vel paſſibilis qualitas, forma, vel figura: ſed nullũ horum eſt; ergo &c. Minor patet diſcurrenti per ſingula. Sed iam ego vidi quendam ex hac forma Logicum aſſerentem, genus eſſe in prædicamento Qualitatis in quadam ſpecie, quæ dicitur denominatio, ſed cum hæc ſpecies non ſit ab Ariſt. cõſtituta, iam videbimus eſſe capitis delirium, hanc cõfingere ſpecificam qualitatem. Præterea probatur concluſio: Nã ſequitur quod genus, verbi gratia (& idẽ erit dicendum de omnibus) ſit quoad materiale, & formale, aliquid reale: nam animal quid reale eſt, & forma eius quatenus genus eſt aliquid reale; ergo totũ, quod dicit, eſt aliquid reale; & ſic totum quod importat vniuerſale, eſt in rerum natura, quod nullus doctus hucuſque aſſeruit, quandoquidem vniuerſalia formaliter intellectu conſtituuntur, ita vt eorũ eſſe reſultet ex eſſe in intellectu. Nec valet dicere, quod dicuntur eſſe in intellectu, quia cognitio eſt in intellectu: Nam quamuis fiat ab intellectu, effectiuè eſt in rerum natura cognitio, & numeratur inter entia realia vera, & aſſerimus veriſſimè cognitionem eſſe ens reale, & in rerũ natura exiſtens, quod Ariſt. & Porphyrius de vniuerſalibus negant omnino.

3. Ratio.

4. Ratio.

Prætereà: Nam ſequitur quod quando res, quæ cognoſcitur in vniuerſali, eſt aliquid rationis, quod ponatur in prædicamento Qualitatis directè, hoc autem eſt falſiſſimũ; ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela: Quia eius forma eſt aliquid reale, ſed res cõſtituuntur in prędicamento ſecundum eorum formas: ergo erunt in prædicamento Qualitatis; Sed quis vnquam aſſeruit directè omnia entia rationis in prædicamento Qualitatis conſtitui? Prætereà probatur concluſio: Nã aliqua vniuerſalia ſunt & genera aliqua, quæ non exiſtunt, ſed vel ſunt entia rationis, vel ſunt non exiſtentia: nam priuatio genus eſt in ordine priuationũ, & roſa in hieme non exiſtit; ſed hæc nõ poſſunt realiter denominari: ergo eorũ forma nõ eſt realis, nec eſſe genus & ſpe-

Vlt. ratio.

Digitized by Google

ciem ſunt denominationes reales extrinſecè. Probatur minor: quia res nõ exiſtẽs impoſſibile eſt, quod habet actu aliquem effectum formalem competentem ſibi ſecundum realem exiſtentiam. Nam ſi actu eſt genus, & hoc eſt aliquid reale: ergo actu eſt: ſicut bene valet, Actu eſt album, ergo actu eſt; nam eſſe accidẽtale præſupponit eſſe ſubſtantiale, & eſſe tale præſupponitur eſſe; ergo ſi non eſt actu, non poteſt eſſe genus, ſi eſſe genus, verbi gratia, eſt aliquid reale.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum huius octauæ opinionis reſpõdetur, quod eſſe agẽs eſt realis denominatio, vel quia actio eſt in agente, ſecundum Caiet. vel quia, etiã ſi ſit in paſſo, realiter prouenit ab agẽte: At verò cognitio nõ realiter dimanat ab obiecto cognito, de quo ſuprà nonnihil diximus, & conſtat ex materia de anima.

Ad 2. arg. Ad ſecundũ reſpondetur, quod homo eſt ſpecies formaliter per relationẽ ſpecieitatis cõſecutam ad cognitionem cõparatiuã; per ipſam vero cognitionẽ eſt ſpecies fundamentaliter, de quo infra.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod paries dicitur viſus à viſione, quæ eſt in oculo videntis, tamquam à forma, quę terminatur ad parietem tamquam ad obiectum ſpecificatiuum illius viſionis. Cęterum, quia terminare huiuſmodi viſionẽ nihil reale nouũ eſt in pariete, & videmus de nouo huiuſmodi terminationẽ actualem aduenire parieti, dicimus, quod eſſe viſũ formaliter eſt quid rationis conueniens parieti ex eo, quod terminat meã cognitionem. Et fundatur huiuſmodi eſſe viſum, quod eſt relatio in viſione, quæ eſt extrinſeca obiecto, & ita eſt aliquid rationis in ipſo obiecto, & hoc ens rationis formaliter non habet eſſe, vſq; dũ cognoſcitur ab intellectu, quod ſub aliis verbis Thomiſtæ ſolent explicare. Per viſionẽ paries eſt viſus fundamẽtaliter, cõcedo; formaliter, nego. Eſſe viſum fundamentaliter nihil eſt aliud, quàm potentiam viſiuam percipere colorem. Eſſe verò viſum formaliter eſt ex hac perceptione per intellectus operationem tribuere eſſe cuidã relationi rationis, qua denominatur viſus formaliter paries. Bene video, qui-

Nota. buſdã logicis, qui non multum laborant in intelligẽdis entibus rationis obſcurã eſſe hanc Thomiſtarum doctrinam, ſed q̃d faciemus illis? Et profectò ſi hoc magis expendant, videbunt ſanè, Deum eſſe cognitũ à me, nihil reale eſſe in Deo, nec Deum per meam cognitionem aliquam realem denominationem extrinſecam & acquirere poſſe: quia ex eo, quòd agens poteſt denominari realiter ab actione in potentia, eſt ad hanc denominationem extrinſecam, quod Deo attribuere eſt ipſum in potentia conſtituere in ordine ad realẽ denominationẽ, quòd pluſquã falſum eſt: præcipuè, cũ ſit forma, à qua deberet denominari, quid abſolutũ. Et cum ſit, Deũ à me eſſe cognitũ, aliquid in obiecto & non reale, vt viſum fuit, debet eſſe quid rationis. Quod verò ſit aliquid in obiecto probatur. nam modò Deus cognoſcitur à me, & antea non cognoſcebatur: ergo eſt aliquid de nouo conueniens Deo à me cognoſci, & nõ reale: ergo rationis. Et certè hoc magis explicatur: Nã cũ cognoſco ſpecieitatẽ & priuationem, quia iſta ſunt aliquid rationis, incapacia ſunt denominationis realis, & in ſe ſuſcipere non poſſunt effectũ formalẽ realẽ, etiã à forma extrinſeca, quia eſt effectus oppoſitus ſuæ entitatis. Non enim ens rationis poteſt habere eſſe reale, etiã à forma extrinſeca: quia effectus formalis realis præſupponit eſſe reale in ſuſcipiente, non enim fundari põt ſuper non eſſe cuius tamen eſt ens rationis: ſi enim eſſet formaliter album ens rationis, profectò haberet eſſe reale, ergo ſi eſt realiter cognitum, ita vt eſſe cognitum ſit quid reale in ipſo, erit etiam aliquid reale. Cũ ergo hoc illis non poſſit competere eſſe, reliquum eſt, vt eſſe cognitum in illis ſit aliquid rationis, quod eſt relatio. *Effectus realis formalis non præſupponit quodcunq. eſſe.*

Ad effugium, quod inuenerunt, ne faterentur vniuerſalia formaliter ẽt eſſe in rebus, quia cognitio nõ eſt niſi in intellectu, quę eſt forma vniuerſalium, reſpõdetur, q̃d etiãſi ſit in intellectu, cũ ſit quid reale, in reb. dicitur eſſe, qs enim neget, verbum mentis ſpeciem intelligibilẽ actum cognoſcẽdi in rebus eſſe? Fatemur enim actum cognoſcendi vniuerſalẽ pro materiali aliquid reale eſſe, & in rerũ natura, etiãſi ſit in intellectu, quia realiter in intellectu cõſiſtit. Si ergo vniuerſalia formaliter ſunt actus rationis, etiã erunt mate-

Digitized by Google

materialiter & formaliter in rerũ natura, contra omnes Philoſophos antiquos & modernos, qui rectè de re hac ſenſerunt. Sed de hoc infrà latiùs. Et ita ſoluta manent huius opinionis argumenta: nam quæ pro ſe reliquæ opiniones adducunt facilè diſſolues.

8. Concluſ. Definitio ſecundæ intentionis in concreto. Definitio i abſtracto.

Octaua concluſio de ſecunda intentione: Secunda intentio in cõcreto nihil eſt aliud, quàm quædã proprietas cõueniẽs ipſis rebus, ex eſſe, quod habent in intellectu, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere: in abſtracto verò eſt forma quædã fundata in cognitione paſſiua, ſecundũ quam aliquid refertur ad aliud. Quod vt exemplis fiat manifeſtum, genereitas eſt ſecunda intẽtio in abſtracto, quia fundatur in cognitione paſſiua, quia animal cognoſcitur, vt in pluribus ſpeciebus, & ſecundum ipſam refertur animal ad ſuas ſpecies. Genus verò eſt ſecunda intentio in concreto, quia eſt proprietas conueniens rebus ipſis ex eſſe, quod habent in intellectu. Subſtrata generica, & totum ſuum eſſe eſt ad ſpecies.

Nota.

Et pro explicatione huius concluſionis notandũ eſt, quod ſecundæ intentiones inter entia rationis ſunt magis denudatæ ab oĩ entitate reali, non ſolũ in ſua formalitate, quia ſic omne ens rationis excludit entitatem oẽm realem, ſed etiã in ſuo fundamento: Expoſcunt enim pro ſuo fundamento ens rationis, & nequeũt in alio fundari, quàm in ente ſui in generis propter ſuã eleuationẽ in entitate rationis. Quapropter vt rebus cõueniant, debent res ipſæ tranſire in aliud eſſe, & ſortiri aliũ ſtatum: Vnde debent habere eſſe in intellectu, quod eſt rationis eſſe, vt habito hoc ſtatim poſſimus illis has intentiones ſecundas tribuere. Sicut .n. corpus anima rationali informatũ, quæ eſt eleuatiſſima forma, debet quaſdã eleuatiſſimas diſpoſitiones ſortiri, vt ſit formæ quodammodo proportionatũ: eodẽ modo, quia intentiones ſecundæ ſunt puriſſimæ in rationis entitate, & eleuatiſſimę quia ſunt ſecundò cognitę; & ſupra ipſas nõ eſt aſſignare aliud ens rationis, quod plures cognitiones requirat, debent res, vt ab ipſis denominẽtur, & informentur ſortiri quoddam eſſe proportionatum entitati rationis formæ determinatis, & ita debent hẽre tale eſſe cognitũ, quod eſt fundamentũ ſecundæ intentionis. Vnde forma illa rationis, quę ſuper ente reali fundatur proximè, etiãſi ſit relatio, à natura ſecundarũ intentionũ eſt excludẽda, propterea quod eleuatiſſimũ ens rationis, cuiuſmodi eſt intentio ſecũda, & perfectiſſimũ eiuſdem generis exigit fundamentũ, & ideo dicitur in definitione intentionis, quod eſt forma quædam fundata ſupra eſſe cognitum. Dicitur autem quod totum eſſe intentionis eſt ad aliud ſe habere, quia eſt relatio quædã rõnis: Ex eo enim quod fundatur in cognitione qua, &c. nõ noſcimus, v.g. animal eſſe in plurib. ſpecieb. ſapit ipſa forma naturã huius cognitionis: & ita ſuũ eſſe totũ eſt ad aliud ſe hẽre, ſi ſit in abſtracto, vt ratio, ſi in cõcreto, vt id, qđ eſt ad aliud. Et quoniã definitiones demonſtrari nequeũt, magis explicat ſupradicta definit.

1. Ratio.

Probatur: Nam cum ens rationis ſecũdum D. Th. de veritate, q. 21. art. 1. in tria genera entium diuidatur, in priuationẽ, negationem, & relationem; certũ eſt qđ huiuſmodi entia rationis ad relationes pertinebunt; ſed cum diuerſitas relationis, vt docet Ariſtoteles, capite de Ad aliquid, in Logica, atque libro 5. Metaphyſicæ, ex diuerſitate fundamentorum ſumẽda ſit, & aliquæ relationes fundentur nõ in ente rationis, vt eſſe viſum in videre, quod eſt aliquid reale: Nã ex hoc, quod ego video parietem, paries dicitur viſus & aliæ in operatione reali voluntatis, vt eſſe amatum, eſſe volitum: aliæ verò non fundẽtur, niſi in ente rationis, vt eſſe ſpeciem, eſſe genus, quod fundatur non niſi in eſſe cognito, vt dicemus poſtmodũ, ſit vt illæ relationes, eſſe cognitum, & eſſe ſpeciem, differant, ita vt eſſe cognitum pertineat ad primam intentionem, eſſe ſpeciem, ad ſecundam: ergo de ratione ſecundæ intentionis eſt, quod ſit forma fundata in cognoſci, ſeu in ente rationis.

2. Ratio.

Prætereà: D. Thomas opuſculo de natura generis, cap. 12. Dupliciter, inquit, aliqua conueniunt rebus, quædam, etiamſi non adſit operatio intellectus, vt conuenit homini eẽ animal rationale, &c. quę, etiamſi intellectus non operetur, cõuenirent illi. Quædam verò ſunt, quæ reb. cõueniũt, ex eo, quod intellectus operatur,

ſed à

ſed ſic, quod fundamentum eſt operatio actiua intellectus, vt eſſe cognitum. Alia verò ſunt, quæ rebus conueniunt ex eſſe, quod habēt in intellectu: Nam ex eo, quòd homo ē cognitus, vel abſtractus, illi cōuenit eſſe ſpeciem, ita vt cognitio, vel abſtractio paſſiua ſit fundamētum illius relationis. Tunc ſic: Illa, quæ primo & ſecūdo modo cōueniunt, pertinēt ad primas intentiones: ſed illæ relationes, quæ fundantur in eſſe cognito, habent diſtincta fundamenta, & conſequenter diuerſam naturam genericam: ergo non pertinent ad primas intentiones, & non ſunt aliæ, niſi ſecundæ: ergo pertinent ad ſecundas intentiones: eſt ergo ſecunda intētio forma relatiua fundata in eſſe cognito referens ad aliud tamquam ad terminum.

3. Ratio. Tertiò probatur eadem concluſio: Nam Logica non tractat de omni ente rationis, vt de obiecto: non enim tractat de vacuo & Chimæra, ſed ſolùm tractat de ſecundis intentionibus, vt ſuprà probauimus, & ſolùm tractat de relationibus, quæ fundantur in eſſe cognito: ergo illa relatiua ſunt ſecundæ intentionis in concreto: ergo concluſio eſt vera.

9. Concluſ. Nona concluſio: Secunda intētio, quāuis non importet ordinem ad intellectū, vt ad terminum, importat tamen ordinē ad ſuum correlatiuum oppoſitum, ſicuti ſpecies, etiamſi non referatur ad intellectum, refertur tamen ad indiuidua; & genus, etſi non referatur ad intellectum, refertur tamen ad ſpeciem. Et ſi in abſtracto conſideretur ſecunda intentio, eſt rō, ſecūdum quam ſubſtractum referatur ad ſuum terminum, & ad ſuum correlatiuū, quod non eſt intellectus. Hæc concluſio ſatis ꝑbatur ex dictis. Et præterea: quia ſecunda intentio eſt forma relatiua: ergo totum ſuū eſſe eſt ad aliud ſe habere, & nō ad intellectum: ergo ad aliquem aliū terminum. Et præterea: cùm definitur genus, ponitur tamquam eius correlatiuū ſpecies in eius definitione, & in definitione ſpeciei ponuntur indiuidua: ergo aliquid aliud habet pro termino, quàm intellectum.

10. Concl. Decima concluſio. Conceptus ſignificans hanc relationē in concreto dicitur ſecūda intentio formalis. Probatur concluſio: Nā ſecunda intentio formalis eſt illa, quæ ſignificat ſecundā intentionem obiectiuā: ſed ille conceptus eſt eiuſmodi: ergo &c. Sed nunquid conceptus ſpecieitatis in abſtracto eſt ſecunda intētio formalis? De hoc eſt duplex opinio. Quidam.n. aſſerunt, quod, vt ſit ſecunda intētio formalis, eſt neceſſe, vt ſit terminus ſecundæ intentionis: de rōne autē termini ſecundæ intentionis eſt, vt aſſerit D. Th. vbi ſuprà, quod ſignificet rem, prout ſubſtat proprietati, quæ illi conuenit, ex eſſe, quod habet in intellectu: itaq. debet eſſe terminus connotatiuus, & ita debet ſignificare ſecundam intentionē obiectiuam, non vtcumque, ſed in cōcreto, & vt conuenit rebus, ſeu rei, vt habent ſecūdā intentionem: & ita conceptus ſpecieitatis in abſtracto non eſt ſecunda intentio formalis. Alii dicunt, conceptum, quo ſignificatur ſecunda intentio in abſtracto, eſſe ſecundam intentionē formalē, quod mihi magis placet; Tum, quia non eſt prima intentio, cùm non ſignificet ex parte obiecti primam intentionem, ſed ſecundā; terminus verò primę intentionis eſt, qui ſignificat primam intētionem; vnde ille conceptus formalis non poteſt dici terminus mentalis primæ intentionis, & prima intentio formalis: Tū etiam quia D. Th. ſupra opuſculo de natura generis, vocat terminos ſecundæ intētionis illos qui imponuntur reb. ſecundū conceptiones, quas intellectus facit de illis, prout ſunt in intellectu, & nomina primæ intētionis, quæ imponuntur rebus ſecūdum conceptiones, quas intellectus facit de illis, prout in ſe ſūt. Vnde eodē mō definit nomina primæ intētionis & ſecundæ intentionis, ſed nomina primæ intētionis quædā ſunt abſoluta, quædā cōnotatiua: ergo & nomina ſecūdæ intētionis quædā ſunt abſoluta: ergo ille conceptus formalis, quod eſt nomē mentale, & ſignificat genereitatē in abſtracto, etiāſi ſit abſolutum, poterit ſecundæ eſſe intētionis, & ſic erit ſecūda intentio formalis. Præterea, ille conceptus ſpecieitatis ſignificat proprietatem, quæ cōuenit reb. nō ſecundū ſe, ſed vt ſubſtant conceptioni intellectus ſecundæ: ergo eſt ſecunda intētio formalis, & terminus mentalis ſecundæ intentionis. Probo antecedens: Nam cōceptus ſpecieitatis ſignificat ſpecieitatem

tem

tem,quæ cõuenit rebus,vt ſubſunt cóce
ptioni intellectus:ergo eſt ſecunda intẽ
tio.Et quoniam difficultas conſiſtit in ex
plicãdo,quid ſit prima intentio,ideo ſit

11. Concluſ. Definitio primæ intẽtionis.

Vndecima cóclusio:Prima intentio ob
iectiua eſt id,quod primo conceptu cõ
cipitur,vt homo animal dextrũ,&c. vel
aliter,& in idẽ redit.Prima intẽtio obie
ctiua eſt id,quod cõuenit rei de ſe,nõ vt
fundatur in eſſe cognito intellectus, nã
hoc voco cõuenire rei de ſe. Nã vt ſæpè
diximus dupliciter aliqua rebus cõueni
unt:Vno modo de ſe, non ex eſſe,quod
hẽnt in intellectu,vt homini eſſe animal
&c. Alio ex eſſe quod habẽt i intellectu,
vt eſſe vniuerſale,eſſe genus,&c.Res pri
mi generis pertinent ad primam intẽtio
nem obiectiuã,res ſecundi generis ad ſe
cundã.Vnde aſſerit D.Thomas in ſecun- *D.Thom.*
do Sẽtẽtiarum vbi ſuprà,quod prima in
tentio eſt ſimilitudo alicuius exiſtentis
extra animam,ſecunda verò intẽtio mini
mè,ſed alicuius,qđ habet eſſe in anima.
Et loquitur de intẽtione formali, vnde
ſumitur argumentũ. Prima intentio for-
malis repræſentat aliquid exiſtens ex-
tra animam:ſed illud eſt prima intentio
obiectiua: ergo prima intẽtio obiectiua
eſt illud,quod rebus nõ conuenit ex eſſe
in intellectu,ſed ex eſſe in ſe,&ex eſſe ex
tra animam. Præterea,ea,quę cõueniunt
rebus de ſe,hoc eſt,nõ prout habent eſſe
cognitũ in anima, ſũt intẽtiones obiecti
uæ,&non ſecundæ:ergo primæ:Nam nõ
datur alia intẽtio:cóclusio ergo vera eſt.
Pręterea, omnis terminus eſt primę vel
ſecundę intentionis,loquendo ſaltẽ de ter
minis ſimplicibus:ergo omnis intẽtio in
particulari eſt prima aut ſecũda,ſiquidẽ
ſignificatur ꝑ terminos primæ,aut ſecũ-
dæ intentionis:ſed proprietates,quæ cõ
ueniunt rebus ex eſſe,quod habent res in
ſe,& nõ prout habent eſſe cognitũ, ſunt
ſignificatæ per terminos,at non ſecundę
intẽtionis:ergo primæ:ergo ſunt primę
intentiones obiectiuæ:ergo prima inten
tio obiectiua eſt illud, quod rebus conue
nit,& nõ prout habent eſſe in intellectu.
Si dicas,quod datur aliqua res, quæ nec
ſit prima,nec ſecunda intentio;& ita nõ
omne illud,quod rebus de ſe cõuenit, eſt
prima intẽtio,contrà:nã cõceptus ſigni
ficans talem rem eſt intentio formalis,ſi
quidem eſt ſimilitudo ducens nos in rei
cognitionẽ,hoc enim eſt eſſe intentionẽ
formalẽ:ergo eſt prima aut ſecunda intẽ
tio obiectiua. Præterea,ille cóceptus eſt
terminus mentalis ;ergo primæ, aut ſe-
cundæ intẽtionis:terminus enim diuidi-
tur in terminum primæ,aut ſecũdæ intẽ
tionis ſufficienter.Ex hac cõcluſione ſe-
quitur primam intentionem formalẽ eſ-
ſe qualitatem illam,& conceptum reprę
ſentantẽ primam intentionem obiecti-
uam,quia per illam cognoſcimus illud;
quod conuenit rebus de ſe.Et ſi dicas cõ
trà;relatio eſſe cogniti cõuenit reb.ꝓut
ſunt in intellectu:ergo eſt ſecunda inten
tio;conſequens aũt eſt falſum, ergo,&c.
Reſpondetur, ꝙ illa dicimus conuenire
rebus,prout habẽt eſſe in intellectu,quę
conueniunt,prout habent eſſe quoddam
cõſequutũ ex operatione intellectus; ita
ut conueniãt rebus, prout habent eſſe ra
tionis:cõueniens illis ex eo,quod ab in-
tellectu cognoſcũtur,&ea,quę ſupra hoc
eſſe rationis fundantur, ſecundæ intẽtio
nes dicuntur:& dicuntur conuenire reb.
prout habẽt eſſe cognitum.Illud verò eſ
ſe cognitũ cenſetur conuenire rebus de
ſe;quia nõ præſupponit aliud ens ratio
nis,in quo fundetur.Et ita rebus cõuenit
ſecundum aliquod fundamentum reale;
nã fundamentum relationis eſſe cogniti
eſt cognitio ipſa actiua intellectus.

12. Concluſ. contra Herueum.

Duodecima concluſio:Prima intentio
obiectiua nõ importat de formali ens ra
tionis,quod ſit relatio ad intellectũ:Nam
dicebat Heruæus,quòd ſicut album dicit
albedinem formaliter,& materialiter di
cit corpus;ita prima intentio de formali
dicit relationẽ rationis,quæ dicitur pri
ma intẽtio,vt quo.De materiali verò ali
quando dicit aliquid reale,vt quãdo ve-
rificatur de homine : aliquãdo verò dicit
aliquid rationis,vt modo verificatur de
chimæra,de priuatione &c.Probatur cõ *1. Ratio.*
cluſio;Nam homo vt ſignificatur per iſtũ
conceptum,homo eſt prima intentio,ſi-
quidẽ iſte terminus,homo, eſt terminus
primæ intentionis,& tamen non dicit de
formali relationẽ;ergo &c.Et præterea;
Nã cõceptus formalis homo,eſt prima in
tẽtio formalis;ergo obiectũ ſignificatum
eſt prima intentio obiectiua,quę nullam
relationẽ dicit;ergo &c. Secũdò probat *2. Ratio.*
concluſio;

Digitized by Google

concluſio: Nam ſecunda intentio non importat ordinem relatiuum ſecũdum eſſe ad intellectum: ergo nec prima intentio. Eſt euidens cõſequentia, & probatur antecedens. Nam ſpecies, vt prędicabilis, ſolùm refertur ad indiuidua, & nõ ad intellectum, cùm in eius definitione tanquam terminus ſola indiuidua ponantur, & nõ intellectus, & tamen eſt ſecunda intẽtio. Probatur idem antecedens, quod ſecũda intentio non importet ordinem ad intellectum. Nam ſi ſecunda intentio dicit relationem, quæ terminat tendẽtiam intellectus vt quo, & eſt id, quo aliquid cõſtituitur in eſſe ſecundæ intentionis, ſequitur quod ſit prima intentio; & conſequẽter, quod prima intentio ſit ſecunda intẽtio, quod eſt impoſſibile. Sequeã probo: quoniam illa relatio ad intellectum fundatur in cognitione actiua, vt fatetur Magiſter Heruæus, & Bruxelenſis: ergo eſt prima intẽtio: ergo ſi ſecũda intẽtio nõ dicit ordinem ad intellectum: ergo nec prima. Et præterea: Quia prima intentio eſt id, quod ſpecificat & terminat primũ conceptum; ſed illud non eſt relatio, v.g. quando cognoſco hominem, ſed eſt homo ipſe, quod ſpecificat, quamuis ex hoc cõſequatur relatio eſſe cogniti: ergo prima intentio in ſua ratione non dicit relationem rationis. Verùm eſt, quod habet illam velut conſequutam. Hæc ſunt, quæ communiter in noſtra ſchola Thomiſtica de intentionibus tam primis quam ſecundis cenſentur. Habent tamen contra ſe aliqua argumenta, quæ diſſoluẽda sũt priuſquam alium dicendi modum circa intentionum quidditates inſinuemus.

1. Argum. Et ſit primum argumentum contra illud, quòd ſæpè aſſeruimus, ſecundam intentionem non dicere ordinem relatiuũ ſecũdum eſſe ad intellectum, quod habetur concluſione 5. & 12. De ratione ſecũdæ intentionis eſt, quod terminet ſecundã intentionem intellectus: ergo hẽt referri ad intellectũ, vt id quod terminat eius cognitionem. Antecedẽs probatur: Nã de ratione primæ eſt, quòd terminet primam cognitionem: ergo de ratione ſecundæ eſt, quòd terminet ſecũdam cognitionem: ergo refertur ad intellectum, cuius actum terminat, nam terminus ad id, cuius eſt terminus, refertur, vt filius ad patrem. Reſpondetur ad hoc argumẽtũ, quod eſſentia ſecundæ intentionis eſt eſſe formam quandam fundatam in eſſe cognito intellectus, ſecundum quam refertur aliquid ad ſuum correlatiuum, puta genus ad ſpeciẽ, & ſpecies ad indiuidua: Terminare verò actualiter ſecundã intellectus cognitionem, quod eſt cognoſci, eſt actualis eius exiſtẽtia, vt aliqui dicũt de quo infrà, ex qua terminatione conſequitur quædã relatio ad intellectũ, quæ eſt relatio ſecũdũ eſſe, & vocatur relatio eſſe cogniti, quę relatio ſuperuenit eſſentiæ ſecundæ intentionis iã conſtitutę. Et ſecũdũ hanc relationem fateor, quod refertur ad intellectum. Sed hęc relatio nõ eſt eius eſſentia, ſed illi ſuperuenit cõſtitutæ in eſſe, & in ſua exiſtentia, & ſua eſſentia refertur ad intellectũ in exiſtẽtia conſiderata, tanquam ad ſuam quaſi cauſam: ſed hæc eſt relatio ſecundum dici.

2. Argum. Secundum argumentum eſt contra illud, quod diximus in duodecima concluſione, quod prima intentio non dicit de formali ordinem ad intellectum. Cõtrà: Hæc prædicatio, Homo eſt prima intentio (& accipio primam intentionem in concreto) eſt prædicatio formalis, & non identica: ergo prædicatũ dicit formam ſubiecti, vel ſubſtantialẽ, vel accidẽtalem. Si ſubſtãtialem: ergo vel dicit genus, vel differentiã, vel aliquod prædicatũ ſuperius: neutrum horũ; ergo nõ dicit formam ſubſtantialem. Probo minorem: Nam quãdo dicimus, quod homo eſt prima intentio, non eſt ſenſus, quod ſit homo, quod ſit animal, aut quod ſit corpus; eſſet.n. de ratione hominis eſſe primam intentionem: & prima intentio eſſet prædicatũ eſſentiale. Nec poteſt importare entitatem realem, ita vt ſit ſenſus, homo eſt prima intẽtio, id eſt, homo eſt ens reale. Nam tunc ſequeretur, quod quãdo dicitur, Chimæra eſt prima intentio, eſſet ſenſus quod Chimæra eſt ens reale, quod eſt abſurdum. Vel dicit formam accidentalem, & tũc vel realem, vel rationis. Nõ realem, aliàs hæc eſset falſa, Chimęra eſt prima intentio, priuatio eſt prima intentio, Relatio dominii in Deo eſt prima intẽtio, quia fieret ſenſus, qđ eſset ens reale. Vel dicit formã rõnis, & non negationem, nec priuationem, quia aliàs cũ di-

co,

Digitized by Google

co, quòd homo eſt prima intentio, eſſet ſenſus, quòd homo eſt negatio, vel priuatio: ergo dicit formaliter relationem: Nã non reſtat, quam aliam formam dicat, & hanc ad intellectum, ſiquidem dicitur intentio per ordinem ad intellectum. Ergo & cum dicimus, homo eſt prima intentio & importat relationem ad intellectũ, facit hunc ſenſum, homo eſt relatiuum rationis, quod ad intellectum refertur, tanquam terminans eius primam intẽtionẽ, *Confir. 1.* ſeu cognitionem. Et confirmatur hoc argumentum: Nam prima intentio eſt communis entibus realibus, & rationis: ergo importat de formali ens rationis. Antecedens patet; nã priuatio eſt prima intẽtio. Cõſequentia probatur: nã ſi importaret aliquid reale, nõ poſſet illis cõuenire, cũ ſint entia rationis, ſi verò dicit aliquid rationis, illis conuenit. Et confirmatur ſecũ *Confir. 2.* dò: Quando audio, homo eſt prima intentio, non formo conceptũ hominis: ergo alicuius relationis rationis. Et vltimò cõ *Confir. 3.* firmatur hoc argumentum: nam ſi hæc eſt eſſentialis, (quod poterat quis dicere,) vel eſt in primo modo dicendi per ſe; & hoc non, quia non eſt definitio, nec pars definìtionis; nec eſt in ſecũdo modo, cùm non ſit hominis propria paſſio, cùm non ſolùm illi cõueniat; ergo eſt accidẽtalis, & ſic importabit formã rationis, quę eſt relatio. Fiteor hoc argumentum cũ ſuis confirmationibus difficile eſſe, verùm ne deſeramus communem doctrinam, curandũ eſt ſoluere illud. Et ideò reſpondebi *Solutio.* tur. Sed prius notandum eſt, quod prima intentio eſt primus cõceptus obiectiuus, qui habetur de re, id eſt, illud quod rebus conuenit ſine hoc, quod habeant eſſe conceptum in intellectu. Et ideo cũ dicimus, quod homo eſt prima intẽtio, ſenſus eſt, quòd homo habet eſſe non fundatum in eſſe cognito intellectus. Er ita cum dicitur, illud pręd icatũ huius propoſitionis, homo eſt prima intentio, dicit formam ſubiecti, concedo: dicit enim prædicatũ eſſentiale, & formam eſſentialem, non quidem prædicatum genericum nec ſpecificum, ſed veluti tranſcendens: Nam habere eſſe ſine hoc, quòd fundetur in eſſe cognito, aliquid eſſẽtiale eſt omni primę intentioni, ſicut eſſentiale eſt omni enti creato eſſe ens admixtum potentiæ: non tamen eſt genericum, vel ſpecificum, ſed eſt veluti tranſcendens; Nam ſicuti hæc prædicatio, hæc ſpecieitas eſt ſecunda intentio, ita etiã hæc eſt eſſentialis, homo eſt prima intentio, nemo enim poteſt dicere, quod accidat ſpeciei eſſe ſecundam intẽtionẽ; & ita nec poteſt dicere, quòd accidat homini eſſe intẽtionem primam. Ad primam cõfirmationẽ reſpondetur, ſecundum aliquorum ſententiam, quod *Ad primã confirmat.* prima intentio abſtrahit ab ente reali, & rationis. Sed contrà: ens diuiditur immediatè per ens reale, & rationis: ſed prima intẽtio eſt ens; ergo vel reale, vel rationis: nam cui conuenit diuiſio debet conuenire aliquod membrorum diuidentium; ſicut valet, hoc eſt animal; ergo rationale, vel irrationale, quia animal diuiditur in rationale, & irrationale. Et ideò dicitur ad argumentum, quod prima intentio dicitur analogicè de prima intentione reali, & de prima intentione rationis: Nam habere eſſe, vt non fundatur in eſſe cognito alterius rationis, eſt in ente reali, & in ente rationis, ſicut & ratio entis alterius rationis eſt in ente reali, & rationis. Et ideò huic nomini, prima intentio, non correſpondet vnus conceptus, ſed duo, vt inter ſe habent analogicè rationem. Et iſti ſunt ens reale, & rationis, ſecundum quod habent rationem ſecundæ intentionis, ſcilicet, vt conueniunt rebus, ſine hoc, quòd fundentur in eſſe cognito intellectus. Ad ſecundam confir- *Ad ſecundam cõfir.* mationem reſpondetur, quod quando audio hanc vocem, prima intentio, formo duos conceptus, vnum qui eſt realis, & conuenit primis intentionibus realibus; alium qui eſt rationis, & cõuenit primis intentionibus rationis. Et iſti conceptus ſunt, qui ſupra ſunt relati. Ad tertiam confirmationem reſpondetur, quòd *Ad tertiã confir.* eſt pręd icatum veluti tranſcendens, ſicuti eſt eſſe admixtum potentiæ reſpectu entis creati, vel ſicuti eſt eſſe compoſitum ex actu, & potentia reſpectu entis finiti, & compoſitum ex materia & forma, reſpectu entis materialis: Nam habere entitatem, quæ non conueniat ei ex eſſe cognito, eſſentiale eſt homini.

3. Argum. Tertium argumentum: Eſſe intentionem, ſiue primam, ſiue ſecundã, nihil

aliud eſt, quàm eſſe obiectum, & terminum tendentiæ intellectus in rem: ſed hoc eſt accidēs illi, & relatio rationis, vt de ſe patet: ergo &c. *Solutio.* Reſpondetur, quod terminare cognitionem intellectus, ſiue primam, ſiue ſecundam, eſt accidens, reſpectu intentionis primæ, & ſecūdæ: Nā eſſentia primæ intentionis, vt diximus, non eſt terminare operationem intellectus, ſed habens eſſe, non vt fundatur in eſſe cognito, ad quod ſequitur terminare poſſe, & actualis terminatio eſt accidens illi. In ente verò rationis terminare actu cognitionem intellectus, non eſt eius eſſentia, ſed propria actualitas ipſius. nam eſſe entis rationis cōſiſtit in cognoſci. Et ſi quęras, quæ eſt ratio entis rationis in cōmuni? reſpondetur, quòd eſt habere eſſe, abſtrahendo ab hoc, quòd eſt habere eſſe, vt fundatur in eſſe cognito, vel non. Hæc autem prædicatio, Hæc prima intentio eſt prima intentio, eſt ſicuti iſta, Hoc ens admixtum potentię eſt ens admixtum potentiæ; & ſicut hęc, Hoc accidens eſt accidens. Vtrùm autem intentio ſit genus, vel ſpecies, infrà dicemus. Alium tamen modum ſequi poſſumus in explicandis naturis primæ, & ſecundæ intentionis, ſatis probabilem. Et pro eius explicatione

Vlt. Concl. Ad mētem Heruæi. Sit vltima concluſio, quamuis contraria præcedentibus, ne lectorem omnino ieiunum relinquamus à defendēdo Heruæo ſubtiliſſimo. Prima intentio formaliter eſt relatio quædam rationis, quæ dicitur prima intētio formaliter intellectus, qua res, quæ ſecundum ea, quæ ſibi conueniūt, cognoſcit, refertur ad intellectū: Secunda verò intentio eſt ſecunda terminatio intellectus, qua res, quæ ſecūdū ea, quæ ſibi conueniunt ex eſſe, quod habet in intellectu, terminat ſecundam intellectus cognitionem, ſeu attentionem, & accipiendo in concreto, ſunt res dicētes ſupra dictas relationes, cū quib. terminant formaliter primam & ſecundam intellectus attentionem, ſeu cognitionē. Verbi gratia, homo vt ſic, terminat primam hominis cognitionem, homo ſecūdum ſuam eſſentiam non eſt prima intentio, ſed quatenus habet relationē termini primæ cognitionis intellectus, & homo vt ſtat ſub illa relatione, quæ dicitur prima terminabilitas, dicitur prima intentio in concreto, ipſa verò relatio dicitur prima intentio in abſtracto. Idem verò homo, quatenus cognoſcitur ſecūdū proprietates, quæ ſibi conueniunt, vt habet eſſe in intellectu, dicitur ſecunda intentio in concreto, vt dum cognoſcitur in ratione ſpeciei, & prædicabilis. Ipſa verò ſpecieitas eſt ſecunda intētio, quia ratione illius terminat ſecūdam intētionem, ſeu attentionē, ſeu cognitionem intellectus, & ipſa ſecunda intentio eſt relatio, ſecundum quam ipſe homo etiā refertur ad intellectum, vt terminans eius ſecundā cognitionem. Hæc cōcluſio probanda eſt, & probatur prima eius pars: *1. Ratio.* Nam quando dico, Homo eſt prima intētio, aliquid intelligo per prædicatum, quod nullo modo includitur in ſubiecti ratione, nec tanquā genus, vel differētia, vel tanquā prædicatū tranſcendentale: ergo importat formam aliquam accidētaliter ſibi cōuenientem, ex eo, quòd terminat actionem primā intellectus: ergo ex neceſſitate eſt relatio rationis formaliter. Probatur prima conſequentia: nam prima intentio obiectiua illa eſt, quæ terminat, ſeu eſt obiectum primæ intentionis formale: hoc autem eſt quid relatiuū in obiecto: ergo &c. Præterea: ſecunda intentio eſt relatio rationis: ergo & prima: Nam non diſtinguuntur prima, & ſecunda intentio penes rationem relatiui, & abſoluti, ſed penes diuerſam rationem relatiui: quia vnum eſt tale, & aliud tale. Et confirmatur hæc ratio. *Confir.* Nam intentio in communi ordinem importat ad intellectum: obiectiua enim intentio dicitur per ordinem ad intellectum, qui illam cognoſcit, & qui terminatur ad illam: ergo inferiora intentionis, cuius tantùm ſunt prima, & ſecunda intentio, habent importare ordinem, & relationem ad intellectum. Præterea, quando dico, Homo eſt prima intentio, aliquid concipio per prædicatum, quod non includitur in rōne ſubiecti: ergo dicit aliquid prima intētio ex ratione hominis, & hoc nō poteſt eſſe niſi relatio ad intellectum, ergo &c. Probo antecedens: Nam non includitur prædicatū in rōne ſubiecti ſecundū rationē præciſam, qua homo eſt, ſcilicet, vt rationale, alias non cōueniret

Digitized by Google

niret eſſe primam intentionem, niſi ſoli rationali, quod eſt abſurdum: nam conuenit equo, & cæteris. Neque illi conueniret, vt animal eadem ratione: nam non conueniret nõ animali, quod eſt falſum. Et idem dicendum eſt de viuenti, & de corpore, & de ſubſtantia, & de ente reali: nam non conueniret niſi viuenti, & cætera, quod eſt falſum, cum conueniat etiam entibus rationis: ergo cõuenit illis vt aliquid, quod eſt extra hominis eſſentiam, & rõnẽ: & ita videtur aliquid accidentale, & non videtur accidens reale: ergo cõuenit illi vt accidens rationis: ergo vt relatio rationis, vt ſæpè deductum eſt.

Secunda pars concluſionis ſatis probatur: Nam ſpecieitas ipſa, quæ eſt ſecunda intentio, reſultat ex ſecunda intellectus cognitione, & eſt formalis terminus ſecundæ cognitionis intellectus, & ita vocatur ſecunda intentio. Nec inconuenit referri ad duos terminos partiales ipsã relationem ſpecieitatis, quia ſignum refertur ad potentiam, & ad rem ſignatã, & filius refertur ad patrem, & matrem. Ex hac concluſione ſequitur, quod omne illud, quod conuenit rebus in ſe conſideratis, eſt prima intentio materialiter, & denominatiuè: quia denominatur ab illa relatione, quæ eſt prima intẽtio, vt quo. Quæ verò conueniunt rebus, ſeu res, prout ſunt in eſſe cognito, ſunt ſecundæ intentiones denominatiuę, & ipſa ſecunda intentio, quæ eſt relatio rationis, eſt ſecunda intentio, vt quo.

1. Argum. Et ſi contra hanc vltimam concluſionem fiat hoc argumẽtum; Quia ſequitur quod ſit idem eſſe intentionem, quod eſſe cognitum; & eſſe primam intentionẽ, quod eſſe primò cognitum, & ſecundã, quod eſſe ſecundò cognitum. *Solutio.* Reſpondetur, quod prima intentio de materiali nihil eſt aliud, quã id, quod primò cognoſcitur, de formali dicit relationem ad intellectum primò cognoſcẽtem. Dicimus autem intellectum primò cognoſcere, quando cognoſcit ea, quæ conueniunt rebus de ſe, id eſt, non prout habent eſſe cognitum in intellectu. Secunda verò intentio de materiali, ſeu denominatiuè eſt id, quod cognoſcitur prout habet eſſe in intellectu. De formali dicit relationem, quæ illi conuenit ex illo eſſe, ſecundum quod ad intellectum, & ad ſuum terminum refertur. Intentio verò in communi dicitur, quod eſt ab intellectu cognitum, ratione cuius terminat intellectionem. Et illa relatio, quæ ad actualem terminationem conſequitur, eſt intentio vt quo. Itaque intentio pro materiali, eſt quod cognoſcitur, & prima quod primò cognoſcitur, & ſecunda, quod ſecundò cognoſcitur, & pro formali eſt relatio terminationis, ſeu id, quod formaliter terminat intellectionem, & refertur ad intellectum.

2. Argum. Secundum argumentum eſt contra illud, quod prima intentio dicat relationẽ ad intellectum. Contra: Probabile eſt, quod eſt intentio ſpeciei formaliter, quãdo cognoſcitur homo in vniuerſali, ſine hoc, quòd cognoſcatur ipſa ſpecieitas. Tunc ſic: Illa ſecũda intentio ſpeciei eſt, & non refertur ad intellectum: ergo &c. Probatur minor: Nã relatio ſpeciei ad intellectum eſt in ſecundo actu, quo ſecundò cognoſcitur res illa. *Solutio.* Reſpondetur, quòd ego exiſtimo non eſſe ſpecieitatem formaliter, vſque dum cognoſcatur ab intellectu, & tunc natura, vt ſecundò cognita, refertur ad intellectum per illã relationem ſpecieitatis, quæ formaliter tunc eſt. Sed ſequendo opinionem oppoſitam dico ad argumentum, quod illa relatio ad intellectum eſt ſicuti eſt ipſa ſpecieitas. Nam non ponimus nos aliam relationem in natura, vt eſt ſpecies, præter ſpecieitatem ipſam, & illa fundatur in ſecunda cognitione, vt videlicet cognoſcitur in pluribus exiſtens: nam actualis conſideratio ipſius ſpecieitatis eſt exiſtentia ipſius formalis, & non fundamentum ſpeciei.

3. Argum. Tertium argumentum. Relatio quam importat ſecunda intentio ad intellectũ, eſt relatio eſſe cogniti: ex eo enim, quòd mea cognitio ſecunda terminatur ad ſpeciem, illa res, quæ ſecundò terminat actum meum intellectus, dicitur eſſe cognita ſecundò: ergo illa non eſt ſecunda intentio, quæ fundatur in cognitione ſecunda. Omnis enim ſecunda intentio non debet fundari in ente reali; ſed in ente rationis, vt iamiam videbimus: ſecũda autem cognitio aliquid reale eſt. *Solutio.* Reſpondetur, quòd quando cognoſco

gnoſco hominem, vt in pluribus indiuiduis exiſtentem, iam eſt homo ſecundò cognitus: Nam primò fuit cognitus ſecūdum ſuam realitatem, & vt eſt animal rationale, & terminus huius ſecūdæ cognitionis, & relatio ſpeciei: quia tunc iam eſt, vt in fundamēto proximo, & erit formaliter cum conſideretur. Cæterùm illa actualis conſideratio eſt eius exiſtentia formalis, & non fundamentum ſpecieitatis. Verum eſt, quod ad illam cognitionem, qua cognoſcitur ſpecieitas, conſequitur alia relatio eſſe cogniti, quæ eſt prima intentio. Et ſi dicas, eſtne illa relatio exiſtentia ſpecieitatis; reſpondetur, vt ſupra dictū eſt, quod minimè, ſed exiſtentia illius eſt, cuius vis entis rōnis cōſiſtit in terminando, & ſpecificando actū intellectus, ſeu in hoc, quod ſit terminus in actu. Et ad hoc conſequitur poſtmodū relatio rationis eſſe cogniti: Nam relatio rationis perfecta, & completa, cuiuſmodi eſt relatio eſſe cogniti, non poteſt eſſe exiſtentia entis rationis, de quo alibi dicemus latius. Et hęc ſint ſatis de hac quęſtione: hæc enim ſunt difficillima cognitu propter ſuam minimam entitatem.

QVÆSTIO XXII.

Quodnam ſit fundamentum primæ, & ſecundæ intentionis.

1. Argum. POSTQVAM de quidditate intētionum ſermo habitus eſt, conſequitur, vt de fundamēto, in quo relationes huiuſmodi fundantur, ſuccedat diſputatio, qua magis patebunt, quæ proximè dicebamus.

Et videtur, quod non detur fundamentum aliquod primæ intentionis: Nam prima intentio, vt iam viſum eſt, eſt homo, & multa alia entia realia abſoluta: ſed iſta non habent fundamentum: ergo nec prima intentio, vt ſic, habet fundamētū.

2. Argum. Secundum argumentum: In omni relatione, q̄ fundatur in aliquo, debemus aſſignare extrema illius relationis, & fundamentum illius, & rationem fundandi, ſeu conditionem: ſed hoc non reperitur in ſpecieitate, verbi gratia: ergo non habet fundamentum: fruſtra ergo requiritur in hac quæſtione, &c. Minor probatur; Nā in ſpecie ſolùm reperitur natura, quę denominatur talis, & actus cognoſcendi talem naturam; ſed nec natura, nec actus cognoſcendi poſſunt eſſe ſpeciei fundamentum: ergo &c. Probatur minor: quia actus cognoſcendi eſt aliquid reale, & ita non poteſt eſſe fundamentum ſpecieitatis.

3. Argum. Tertium argumentum: Duæ relationes ſpecie differentes, & quæ non ſunt correlatiua, nō poſſunt habere idem fundamentum, & eandem rationem fundandi: ſed prima, & ſecunda intentio habent idem fundamentum, non ergo ſunt relationes: & conſequenter, non eſt inquirendum illarum fundamentum. Et propterea falſa ſunt quæ communiter dicuntur à Logicis de earum fundamentis. Probatur minor: Nam prima intentio habet pro fundamento cognitionem hominis, & hæc eadem cognitio eſt fundamētum etiam ſecundæ intentionis: nam ad cognitionem hominis ſequitur ſtatim ſpecieitas in illa: ergo &c.

4. Argum. Quartum argumentum. Intentio termini eſt ſecunda intentio: at hæc non fundatur in operatione intellectus: ergo ſaltem non eſt de ratione ſecundæ intentionis, quod ſit fundamentum in operatione intellectus. Minor probatur: nam intentio termini non eſt aliud quàm ſignificatio talis, vt partis ordinabilis per ſe ad propoſitionem formaliter componendam, ſed illa ſignificatio fundatur in hominum voluntate: Nam ex eo, quòd hominibus fuit placitum, hæc vox homo ſignificat hominem: & ita dicimus, quod iſta vox Homo ſignificat ex beneplacito hominem. Quod ſi dicas, verum eſſe fundari in actione voluntatis, contrà: ergo eſſe volitum, & eſſe amatum, ſunt ſecundæ intentiones, quod eſt abſurdiſſimum: Nam eſſe volitum in volitione fundatur.

5. Argum. Quintum argumentum: Intentio vniuerſalis eſt ſecunda intentio: at hæc non habet fundamentum, quod ſit cognitum eſſe intellectus: malè ergo dicitur, quod omne fundamentum ſecundæ intentionis debet dari cognitum eſſe, &c. Probatur minor: Nam per hoc, quod natura eſt ab-

ſtracta

ſtracta per intellectum agentem,eſt vniuerſalis;ſed illa vniuerſalitas non fundatur in cognitione paſſiua, ſed in abſtracto eſſe:ergo &c.Probatur maior; quia eſt cognoſcibilis in actu primo:ergo eſt uniuerſalis.

6. Argum. Sextum argumentum: Eſſe cognitum eſt quædam relatio rationis,quæ non eſt ſecunda intentio, & tamen fundatur in cognitione intellectus:ergo non eſt fundamentum ſolùm conueniens ſecūdæ intentioni cognitio intellectus.Minor probatur:Nam ſi non fundatur in cognitione intellectus,da tu,quodnā aliud ſit fundamentum.

7. Argum. Septimum argumentum: Chimæra eſt terminus primæ intentionis,& fundatur in eſſe cognito:ergo eſſe cognitum non eſt fundamentum ſecundæ intentionis proprium,ſiquidem cōuenit primæ. Probatur minor:nā illud ens rationis, quod dicitur Chimæra,fundatur in hoc, quòd partes,ex quibus conſtat,ſint per intellectum ſic coniunctæ,& cognitæ.Ex eo .n. quod cognoſco caput hominis,& dorſū capræ,& caudam leonis, & illas cognitas coniungo,reſultat ens rationis, quod eſt Chimæra:ergo Chimæra fundatur in eſſe cognito partium diſparatarum:non enim fundatur in partibus ſecūdum ſuū eſſe reale.

8. Argum. Octauum argumentum: Cætera entia rationis, vt priuationes, cæcitas,vacuum, & cætera,non habent eſſe reale, ſed ſolū per intellectum;ergo fundatur ſuum eſſe in cognitione intellectus Probatur cōſequentia:Nam præſupponitur cognitio intellectus;non tanquam ſuum eſſe:nam eſſe formale entis rationis nō eſt aliquid reale,ſed tanquàm id,ad quod conſequitur;ergo eſt fundamentum illius cognitio;& ſic omnia entia rationis æquè fundantur in opere intellectus.

Preambula ad quæſtionem.

Ens rationis duplex. ANtequàm quæſtionem decidamus, reuocanda erit in memoriam illa entis rationis diſtinctio, quod aliud ſit negatio,aliud priuatio,aliud relatio, & de his omnibus fundamenta ſunt inquirenda.

Nota. Secundò notandum eſt, quod cum ſecunda intentio in concreto ſit relatiuū, & in abſtracto ſit forma quædam relatiua,in illa poſſumus conſiderare multa. Primum eſt ſubiectum, quod denominatur ab illa forma,ſicuti animal denominatur genus,& homo ſpecies. Poſſumus etiam conſiderare fundamentum remotum iſtius formæ.Itidem poſſumus conſiderare fundamētum proximum, ſeu rationem fundandi.

Nota. Præterea eſt notandum,primam intentionem ſecundum primum modum dicēdi,quem ſupra ſequuti ſumus,nō eſſe aliquid relatiuū,vt eſt prima intentio,aliàs omnis prima intentio eſſet relatiuum, quod ſuprà ſequendo iſtum modum dicendi probauimus,eſſe falſum. Sed cum ſit ſolùm id,quod rebus de ſe conuenit, non prout habent eſſe cognitum in intellectu,non eſt inquirendum in illa,quodnam ſit eius fundamentum: bene tamen, ſi ſequamur dicendi modum ſecundum Heruæi,quem in vltima concluſione explicuimus,quia tunc eſt relatio quędam.

Deciſio quæſtionis.

1. Concl. PRima concluſio:Negationes,vt entia fictitia,Chimæra,mōs aureus, nullū habent fundamentum,neq; in re,neq; in intellectu.Probatur iſta concl.primò auctoritate D.Th.1.ſententiarum,diſtinct. 49.q.1.Vbi ſic dicit;Quod eorum,quæ ſignificantur nominib. inuenitur triplex diuerſitas.Quædā n.ſunt,quæ ſecundum ſuum eſſe completum ſunt extra animā, & huiuſmodi ſunt entia completa,ſicuti homo,& cætera. Quædam verò ſunt,quę nihil habent extra animam,ſicuti Chimæra,& his ſimilia.Quædam autē ſunt,quę habent fundamentum in re extra animā, ſed complementum rationis eorum,quātum ad id,quod eſt formale,eſt per operationem animæ,vt patet in vniuerſali. *Doctrina D.Tho.notanda.* Humanitas.n.eſt aliquid in re,ibi tamen non habet rationem vniuerſalis, cùm nō ſit extra animā aliqua vnitas cōmunis; ſed ſecundum quod accipitur in intellectu,adiungitur ei per operationem intellectus intentio, ſecundum quam dicitur ſpecies. Ecce ſecundum Diuum Thomā

Chimæra non habet extra animam fundamentum in aliquo. Et nota benè hanc authoritatem, quam adducemus concluſionibus ſequentibus ad aliud propoſitum. Idem ferè videtur dicere prima, diſtinctione ſecunda, quæſtione prima, articulo tertio, vbi ait, quod conceptio intellectus tripliciter ſe habet ad ea, quæ ſunt extra animam, ſicuti hoc, quod concipitur de hoc nomine Homo, & talis cõceptio rei habet fundamentum in re, in quantum res ipſa ex ſua conformitate ad intellectum facit, quod intellectus ſit verus, & quod nomen ſignificans illum intellectum, propriè de re dicatur. Aliquãdo hoc, quod ſignificat nomen, non eſt ſimilitudo rei exiſtẽtis extra animam: ſed eſt aliquid, quod cõſequitur ex modo intelligẽdi rem, quæ eſt extra animã. Et huiuſmodi ſunt intentiones, quas noſter intellectus adinuenit, ſicuti ſignificatũ huius nominis, Genus, nõ eſt ſimilitudo alicuius rei exiſtentis extra animam. Et loquitur Diuus Thomas de conceptu, qui etiam ſignificatur per nomẽ. ſed ex hoc, quod intellectus intelligit animal, vt in pluribus ſpeciebus exiſtens, attribuit illi intentionem generis, & huiuſmodi intentionis licèt proximum fundamẽtum non ſit in re, ſed in intellectu, tamen remotum fundamentum eſt res ipſa. Aliquando verò id, quod ſignificatur per nomen, non habet fundamentum, ſicuti Chimæræ conceptio, quia nec eſt ſimilitudo alicuius exiſtentis extra animam, nec cõſequitur ex modo intelligẽdi rem aliquã naturæ, vt hominem, & cætera. Ecce D. Tho. aſſerit noſtram concluſionem: & ẽt hanc authoritatem notato pro ſubſequẽtibus concluſionibus, in qua erunt etiam fundandæ. Idem dicit Soto quæſtione tertia vniuerſalium, & eſt omniũ Metaphyſicorum, & Logicorum ferè vniformis ſententia. Et prætereà probatur ratione: nam Chimæra non dicit formam aliquã conuenientem ſubiecto: ergo non habet fundamentum. Nam ſolũm ea, quæ ſunt formæ ſubiectorum, vel ad modum formæ importantur, habent fundamenta, ratione quorum conueniunt; relationes autem fundamentum habent, quia ſunt formæ diminutæ, & tales, & conueniunt ſubiecto, nec eſt ad illas ꝑ ſe motus, & priuatio ſimiliter importatur vt forma, & ita debet habere fundamentum, maxima cum ſit diminutiſſima forma: ſed Chimæra non ita importatur; nam importatur vt animal quoddam, compoſitum ex partibus repugnantibus; & ita importatur vt forma per ſe ſubſiſtens. Et idem de monte aureo dicendum eſt. Secundò probatur concluſio. Nam ſi negationes huiuſmodi habent fundamẽta, vel in re, vel in intellectu: ſed in re nullum eſt tale fundamentum, quia eſſe Chimæram nulli rei conuenit, nec formaliter, nec fundamentaliter: Nec in intellectu habet fundamẽtum, quia omni fundamento exiſtenti in intellectu conuenit fundamentum in re, ſicuti ſpecieitati conuenit fundamentũ in re, quod eſt vnitas formalis, & diſtinctioni rationis attributorum Dei in noſtro intellectu correſpondet fundamentum aliquod, ſcilicet, vnitas infinita eſſentiæ diuinæ, & ſic de aliis: ergo &c. Et ſi dicas, quod partes illæ diſparatæ ſunt fundamenta, negatur: Nam quamuis præſupponatur cõceptus partium, vt habeatur conceptus Chimæræ, tamen non eſt fundamentum, ſicuti vt habeatur conceptus definitionis, præſupponitur conceptus generis, & differentiæ: at nõ eſt fundamentum, ſed quid requiſitum. Illud ergo, quod negatio dicitur, quoddã eſt impoſſibile conceptũ in noſtro intellectu ꝑ modum cuiuſdam rei exiſtẽtis in rerum natura, quod non habet fundamentũ aliquod, & propterea dicitur negatio. Huiuſmodi autem negationis ſunt variæ, ac differentes ſpecies, vt Chimæra, Hircoceruus, & cætera, ſecundum diſtinctionem formarum, quæ finguntur.

Solutio. Impugnatio.

Secunda concluſio: Negatio, vt accipitur à Logico, habet fundamentũ. Et pro huius intelligẽtia nota, quod negatio bifariam accipi conſueuit apud Diuũ Th. & Metaphyſicos. Vno modo, pro quodam impoſſibili, de quo concluſione precedenti diximus. Alio modo accipitur, pro quodam ente rationis; & eſt in triplici differentia: Nam aliquãdo negatio accipitur pro propoſitione negatiua, vt ait Ariſtoteles lib. primo Peri hermenias, lectione ſexta, apud Diuũ Thomam, quòd negatio eſt propoſitio negatiua. Et cum negatio hoc modo dicat ſecundam intẽtionem

2. Concluſ. Negatio du pliciter accipitur apud D. Th.

Doctrina exquiſita.

tionem formaliter conſtat habere fundamentũ. Alio modo accipitur negatio in concreto, prout impnrtatur per nomen infinitum, ſcilicet, non homo, quod ſignificat omne illud, quod nullo modo eſt homo: potius enim dicit, quid non ſignificet, vt dicit Ariſtoteles, quã quid ſignificet. Accipitur tertio modo negatio pro illo, quod importatur ꝑ illud ſyncategorema Nonnullus, Nec, Neque, & cætera. Probatur ergo, quod negatio ſecundo & tertio modo habeat fundamentum: Nam illa negatio eſt quædam relatio rationis: ſed omnis relatio rationis habet fundamentũ, vt videbimus: ergo &c. Probatur maior. Totum eſſe negationis eſt referri ad ſuum obiectum, negando illud primò, & per ſe, & cnnſequenter, diſtribuẽdo illud aliquando, & ſi ſit negatum, affirmando illud: ergo eſt relatio rationis, ſiquidẽ ad aliud habet totum ſuum eſſe. Et præterea: negatio iſta eſt ens rationis, & nõ eſt chimera, vel quid ſimile, neque eſt priuatio: ergo eſt relatio. Probatur etiã cõcluſio de negatinne infinitãter ſumpta eadem ratione. Quia totum ſuũ eſſe eſt reſpicere illud, quod negat, vt in hoc termino, non homo, negat hominem; & ad illud negatũ refert omne illud, quod de materiali ponit, quod non eſt homo. Itaque ſicuti pater dicit rem aliquam connotando, quod habeat filium, ita vt de formali importet paternitatẽ, quæ reſpicit filiationẽ: ita nõ homo habet ĩportare de formali negationem hominis, & de materiali omne illud, cui cõuenit illa negatio; vt verbi gratia, lapidem, & cæterà. Et ita de formali importat negationẽ ſecundum quam refertur ad hominem, ſiue ad illud, quod per ipſam negatur. Et cùm ſignificatur per iſtum terminum, negatio, uel per iſtum terminum, non, ẽt habet importare relationem, ſecũdum quã refertur res, quæ negatur, ad rem, de qua negatur: ergo habet fundamentum conſequenter. Omnis enim relatio propter ſuam dependentem & imperfectam rationem fundamento eget, vt conueniat.

Curioſa difficultas.

1. Modus dicendi.

Sed vtrum ſit hæc negatio, quæ modo tractatur, ſecunda, vel prima intentin, profecto non facile dixerim. Nam videtur eſſe ſecunda intentio, cum habeat fundamentum in re remotum; & proximum ſit eſſe cognitũ intellectus. Verbi gratia, fundamentum huius negationis, qua rationale negatur de equo, dum dico, Equus non eſt rationalis, habet fundamẽtum in re remotum, ſcilicet, equum eſſe hinnibilẽ: & ex hoc ſequitur, quòd hoc prædicatũ negetur de ipſo: & ſic fundamentum proximum illius negationis ſit apprehendi ab intellectu, vt quid remotum ab illo, ſeu diſtinctum, ſeu non conueniens fundamentaliter, ex quo ſequitur ipſa negatio formaliter. Vnde cum fundetur in cognitione paſſiua, erit ſecũda intentio.

2. Modus dicendi.

Ex alia parte videtur, quod fundetur ſolù m in re: Nam ex hoc, quod eſt equus hinnibilis, eſt fundamẽtum proximum, vt poſſim illi attribuere non eſſe rationalem, ſicuti ex hoc, quod homo realiter habet abſentiam viſus, poſſum illi tribuere cæcitatem: at cęcitas prima intentio eſt. Et ex hoc, quòd homo eſt ens, poteſt cognoſci ab intellectu: ſed cognoſci in ipſo, prima intentio eſt. Et hoc videtur mihi verius.

Auct. opin.

Alia difficultas.

Quomodo autem cognoſcitur relatio negationis? reſpondetur, quòd per conceptum ſui poſitiui, ſicuti priuatin per cõceptum habitus. De quo videatur Soncinas 10. Metaphyſicæ, quæſt. 16. Et nns nõ nihil diximus ſuprà, dũ ageremus de cognitione entis rationis.

3. Concluſ.

Tertia concluſio. Priuatio habet etiam fundamentum, ratione cuius competere dicitur ſuo ſubiecto, etiamſi non ſit relatio. Et hnc fundamentum eſt in rebus ipſis, quæ priuatæ dicuntur quod debet intelligi de vtroque fundamento, proximo videlicet, & remoto.

Not. 1.

Sed ante probationem cõcluſionis pręmitto ex D. Thn. priuationẽ formaliter eſſe aliquid rõnis, cõtra quoſdã recẽtiores, qui aſſerunt eſſe ens reale priuatiuũ:

Controuerſia.

Deciſio.

Nam ſi eſt ens reale, profectò debet eſſe ſubſtãtia, vel accidẽs. Nõ eſt ſubſtãtia, vt de ſe conſtat: quia non eſt ſubſtantia ſpiritualis vel materialis, nõ enim eſt forma ſubſiſtens, nec conſtat ex materia & forma; Nec eſt accidens: Nam ſi eſt accidẽs debet eſſe in aliquo prędicamẽto, vel ad illud reduci, & debet eſſe forma poſitiua; Nam omne accidens eſt affectio ſubſtantiæ, & ita debet importare formam poſitiuam, quod eſt contra rationem priuationis, quinimo habebit priuatin viſus op

poſitionem;cum forma viſus cōtrariam, quia vtræque formæ ſunt reales, & ſeſe expellūt ab eodem ſubiecto. Sed de hoc infrà latiùs.

Not. 2. *Doctrina D.Th. memoranda.* Prætereà notandum eſt ex D. Thoma 2. ſententiarum, diſtinctione 13. In expoſitione ſecundæ partis textus Magiſtri, quod omnis priuatio, quantum ad id, qd ſignificatur per nomen, eſt non ens: ſed oportet, quod aliquid pſupponat. Quia enim priuatio eſt negatio in ſubiecto apto nato, vt habetur quarto Metaphyſicę, tex. quarto, ideo præſupponit ſubiectum & habilitatem ipſius ad ſuſceptionem formæ, qua priuat. Et ideò cum tenebræ opponantur luci per modum priuationis, poteſt tripliciter ſumi, aut pro ipſo ſubiecto priuato, quod eſt aer obſcurus: & ſic cōſtat tenebras aliquid eſſe, & creatas eſſe. Secundo modo poteſt ſumi pro ipſa virtute aeris, ſecundum quam eſt lucis receptiuus, quæ eſt diaphaneitas, ſecundum quod non eſt perfecta per lucē: Et ſic tenebræ poſſunt dici obſcura qualitas aeris, quæ eſt aliquid creatum. Tertio modo ſumitur propriè pro eo, quod ſignificatur per nomen, & ſic eſt nō ens: & hoc modo propriè loquendo, non poſſūt dici per ſe creari à Deo, ſed per accidens, in quātum fecit naturam opacam, ex cuius oppoſitione ad corpus luminoſum tenebræ relinquuntur. Idem videtur aſſerere de veritate, quęſtione 21. primo capite, quæ ſunt valde notanda de priuatione. Vnde relinquitur, quod eſt formaliter priuatio ens rationis: & loquimur de illa tertio modo. Prætereà ex Diui Thomę quæſtionibus de malo, quæſtione 1 articu. ad ſecundum, quod priuatio poteſt dupliciter ſumi; vno modo in priuato eſſe, alio modo in priuari. In priuato eſſe eſt, vt mors, & cæcitas, quæ conueniunt iam rebus, quæ non habent formam, quibus illæ priuationes opponuntur. Alio modo in priuari, vt ægritudo, quia eſt via in mortem, quæ mors vita priuat; & hæc non eſt proprie priuatio, ſed via in priuationem, quia compatitur ſecum vitam: hic loquimur de priuatione primo modo.

Not. 3. Prætcrea notandum eſt, quod ad priuationem formaliter tria requiruntur, ſubiectum, cui cōuenit priuatio, vt homo, qui non videt; & habitus, quem priuat, ſcilicet viſus: & præterea requirit, vt aptum natum ſit illud ſubiectum videre, nōtamen videat. Sed inquires, vtrum requiratur ad priuationem actualem, quod, vt homo ſit priuatus in actu, conuenerit illi in actu illa forma? *Difficultas* Profecto videtur, qd non. Nam damnati priuati ſunt vita æterna, quæ nunquam illis conuenit, ſed quia potuerunt habere illam, & iam ſunt in termino, in quo non poſſunt illam obtinere, priuati dicuntur vita æterna. Sed hæc excedunt limites logicales. *Solutio.*

Not. 4. Præterea notandum eſt, quòd cum priuatio ſit negatio in ſubiecto apto nato, vt aſſerit Diuus Th. prima parte, quæſtione 33. articulo 4. ad ſecundum, hoc contingit multipliciter. *Doctrina D.Th. diuina.* Vno modo, quando aliquid non habet, quod natum eſt haberi ab alio, etiamſi ipſum non ſit natum habere illud: ſicuti ſi lapis dicatur mortuus, quia caret vita, quam aliæ res poſſunt habere. Alio modo dicitur priuatio, quando aliquid nō habet, quod natū eſt haberi ab alio ſui generis, etiamſi ipſum non habeat illud, ſicut ſi talpa dicatur cæca, qa viſus poteſt haberi ab equo, qui eſt eiuſdem generis cū talpa. Tertio modo, quando ipſum non habet, quod natum eſt habere. Et hoc tertio modo priuatio imperfectionem importat. Et hoc modo, inquit, quod ingenitum non dicitur de patre, ſed ſecundo modo. Sed in hac concluſione loquimur de priuatione hoc tertio modo. Et hæc de priuatione prænotare libuit ante probationem concluſionis ad maiorem ipſius explicationē, & vt de priuatione quid ſenſerit D. Th. cognitum habeamus, utque excludamus nouos opinātes circa priuationem, quæ ipſam à ſua entitate rationis & imperfectione extrahunt deducuntque ad entitatem realem, quæ nullo modo illi conuenit: Nam priuatio, ſecundum Diuū Thomam, ens rationis diuidit tanquam vnum eius membrum. *Exploditur recentiorum opinio.*

Probatur ergo cōcluſio, primò authoritate D. Thomæ locis adductis, qui hoc videtur aſſerere, & Magiſtri Soti, quęſtione ſeptima primi Phyſicorum. Et prætcrea ratione. Primò: Nam ſecluſa operatione intellectus, Petrus eſt cæcus: ſed hæc propoſitio nō eſt vera pro formali:

nam

nam formale cæci cum ſit ens rationis, non eſt ſecluſa operatione intellectus: ergo eſt vera ratione fundamenti, nam non eſt alia cauſa veritatis illius: ergo iã priuationes habent fundamentum. Secũdò probatur: Nulla propoſitio, vbi prædicatum dicit aliquid de formali, poteſt concedi vera, niſi quia illud formale habet eſſe actuale, quod poteſt habere, vel ſaltem eſſe fundamentaliter proximũ; ſed hæc propoſitio, Homo eſt cęcus, verbi gratia, etiam nullo intellectu conſiderante, dicitur de homine: ergo eſt, quia illud formale prædicati habet eſſe actuale prædicati, quod poteſt habere, vel eſſe fundamentale: ſed nõ habet eſſe actuale, quod poteſt habere: ergo fundamentale. Probatur minor: Quia cum ſit cæcitas ens rationis, vt iam proximè viſum eſt, non habet eſſe actuale, niſi in actuali intellectus cognitione: ergo dicitur vera ratione fundamenti ipſius cæcitatis, quia eſt fundamentum proximum illius eſſe: ergo priuationes habent fundamenta. Et credo, quod fundamentum remotum cæcitatis eſt homo, habens potentiam viſiuam: proximum eſt realis abſentia viſus. Ex quo ſequitur, vt illi cæcitatem formaliter tribuere poſſimus, quod eſt ipſum formaliter eſſe cæcum. Præterea: Illud, ratione cuius forma poteſt attribui ſubiecto, & illi cõuenit, poteſt dici fundamentum illius; ſed huiuſmodi eſt realis abſentia formæ, vt poſſit priuatio illi competere: ergo hoc eſt fundamentum cæcitatis, verbi gratia: præcipuè cùm ipſa ſit debiliſſima forma.

Quid requiratur, vt aliqua propoſitio vera ſit.

4. Concluſ. Omnis relatio realis, vel rationis habet aliquod fundamentum.

Quarta concluſio: Relatio, quæ eſt prima intentio, & illa, quæ eſt ſecunda intẽtio, habent fundamentum. Hæc concluſio ſatis patet ex capite, Ad aliquid, vbi docetur, relationes omnes expoſcere fundamentum, quod non eſt negandum relationibus rationis, cùm ſint debiliſſimæ, & hac de cauſa maius expoſcunt fundamentum ad ſuum eſſe. Idem etiam colligitur ex Doctore Sancto prima parte, quęſtion. 13. articulo ſeptimo. Et quoniam ſatis aperta eſt hæc concluſio, non amplius eſt probanda; ſed explicanda per ſubſequentem concluſionem.

5. Concluſ. In quo fundatur ſecũda intẽtio.

Quinta concluſio: Semper ſecunda intentio fundatur in ente rationis, & in cognitione paſſiua intellectus, quod vocatur eſſe cognitum. Relationes verò, quæ ſunt primæ intentiones, non fundãtur in eſſe cognito, ſed in aliquo reali. Hæc concluſio ſatis patet ex locis adductis in hac quæſtione, & pręcedenti, quę vide, ne iterum ea repetamus, in prima concluſione.

Ex quibus, ſic argumẽtor: Diuus Thomas dicit, quòd homo habet quòd ſit ſpecies, ex hoc, quòd accipitur ab intellectu, ſed accipi ab intellectu eſt cognoſci: ergo ſecunda intentio fundatur in cognitione paſſiua intellectus, ſeu in eſſe cognito. Minor iam ſuprà fuit probata ſatis. Præterea: Secundum D. Thomam locis iam citatis nomina ſecundarum intentionum ſunt illa, quæ ſignificãt proprietates conuenientes rebus, prout habent eſſe in intellectu: ſed habere eſſe in intellectu eſt eſſe cognitum in actu primo, vel ſecundo, quod eſt aliquid rationis, ſub quo modo etiam comprehenditur eſſe abſtractum propter opinionem illorum, qui dicunt eſſe fundamentum vniuerſalitatis: ergo &c. Præterea, entia rationis, cum ſint puriſſima entia rationis, & magis perfecta in genere entis rationis, magis debent dependere ab intellectu, quàm cætera entia rationis: Sed cætera dependent, quantum ad actuale exiſtere: ergo intentiones ſecundæ pendent adhuc quantum ad fundamenta. Maior patet: quia ens rationis tale dicitur, quia pendet ab intellectu. Præterea probatur concluſio inductiuè in omnibus ſecundis intentionibus, in intentione vniuerſalis & ſuarum ſpecierum, in intentione propoſitionis, ſyllogiſmi, ſubiecti & prædicati, & cæt. quæ fundantur in eſſe cognito: ergo & cæt. Item: ſi ſecunda intentio fundatur non in ente rationis, ſed in aliquo reali, ſequitur, quòd eſſe cognitum ſit ſecũda intentio, fundatur enim in cognitione actiua: hoc autem eſt impoſſibile: Nam pertinebit per ſe ad logicam conſiderationẽ. Quod ſi conceſſeris etiam eſſe volitum, eadem ratione & eſſe dextrum, & eſſe dominum pertinebunt ad conſiderationem logicam; quod quàm ſit abſurdum, ſatis patet, cùm Ariſtoteles in tota Logica nõ egerit de talibus entibus rationis.

Habere eſſe in intellectu quid.

Præte-

Digitized by Google

Optima ratio pro conclusione. Præterea probatur concluſio: Nam ſecūdæ intentiones vel fundantur in rebus immediatè ſecūdum ſuum eſſe reale, aut vt habent præterea aliquam denominationem rationis. Non primum, aliàs intētio generis, verbi gratia, conueniret ſemper rebus, & eſſet verum dicere, quod ſunt genera & ſpecies formaliter in rerum natura, vel ſaltem fundamentaliter proximè: ſicuti eſt verum dicere, quod ſunt homines cæci. Nam eſt proximum & remotum fundamentum intentionum in rerum natura; & ſic denominarent res tales: ſicuti dicitur homo cæcus ex eo, quod eſt proximum cæcitatis fundamentum in re. Hoc autē, quod ſit falſum de ſecundis intentionibus, non eget probatione. Vel fundantur in rebus prout habent eſſe in intellectu: ſed res habent eſſe in intellectu, prout ſunt cognitæ, ſaltem in actu primo, quod eſt aliquid rationis: ergo fundamentum ſecundarum intentionum eſt aliquid rationis.

Secunda verò pars concluſionis probatur: Nā eſſe cognitum, eſſe viſum, ſunt relationes, quę ſunt primæ intentiones: at fundantur in cognitione actiua intellectus, & in viſione: ergo &c. Probatur minor: Nam non poteſt illarum fundamentum eſſe aliquid rationis, nam vel eſt relatio, vel negatio, vel priuatio. Sed non negatio, nec itidem priuatio, vt de ſe patet; ergo eſt relatio. Tunc inquiro, an hæc relatio fundetur in actione intellectus? Si dicas fundari, habeo intentum, quod relatio hæc, quæ eſt prima intentio, fundatur in aliquo reali, qđ eſt actio intellectus. Et eadem erit ratio de omni alia relatione rationis, quod debet fundari, nō in aliquo rationis, ſed in aliquo reali. Si dicas fundari in relatione rationis, inquiro de hac ſecunda relatione rationis, in quo fundatur, an fundetur in aliquo reali? Et ſi dixeris ꝙ ſic, habeo intentum; nam etiam idem erit dicendum de prima. Si dicas, quod in aliquo rationis, erit procedendum in infinitum, vel eſt deueniendum ad aliquod reale fundamentum relationis rationis, quæ eſt prima intentio. Et cum ſit eadem ratio de omni alia relatione, omnis relatio, quæ eſt prima intentio, habebit pro fundamēto aliquid reale. Idem patet de actionibus voluntatis, quæ fundant relationes rationis; cuiuſmodi eſt eſſe volitum, quod fundatur in volitione.

Impugnantur quidā recētiores. Quod ſi dixeris cum quibuſdam modernis Logicis potius; eſſe volitum, eſſe viſum, eſſe cognitum ab intellectu, eſſe aliquid reale, iā ſuprà hoc eſt impugnatum. Et præterea magis impugnatur: Nā obiectum eſſe volitum, ſeu cognitū, ſeu viſum, nec eſt ſubſtantia in illo, nec accidens; ergo nihil reale eſt in illo: Omne enim reale in particulari debet eſſe ſubſtantia, vel accidens, vel ad hæc reduci. Antecedens patet; Nam Deū à me amari, & cognoſci, in ipſo Deo nihil reale eſt, aliàs aliquid reale adueniret Deo ex meo actu; Et ita Deum amari à me, eſt quædam rationis relatio, fundata in mea cognitione & amore. Et ſi rurſus dicas; *Fuga.* Ergo iſtæ relationes sūt aliquid reale, ſi quidem fundamentum & extrema ſunt realia, & realiter diſtincta? Reſpōdetur, *Impugnatio.* quòd vt viſuri ſumus in prædicamento Relationis, multa requiruntur, vt ſit relatio realis. Vnum autem illorum eſt, vt fundamentum ſit intrinſecum relationi, & rei, quæ refertur per illam; cognitio verò eſt extrinſeca obiecto cognito, & ita relatio eſt rationis. Sed contrà; nam *Replica.* ſequitur ſaltem, quòd dū aliquis cognoſcit ſeipſum, quòd illa ſit relatio realis. *1. Solutio.* Reſpondetur, negando ſequelam; quia ad relationem realem debent eſſe extrema realia realiter diſtincta, quod hic non *2. Solutio.* habet verū. Secundò reſpondetur, quòd ſicut hæc cognitio eſt extrinſeca aliis obiectis cognitis; ita eſt extrinſeca ſeipſum cognoſcenti, quatenus cognitū eſt; quia eo modo terminat cognitionem, ſicut alia, quamuis ſit ſibi intrinſeca, vt cognoſcens. Videndus erit pro hac concluſione Dominus Caietanus cōtra Scotum, prima par. quæſtion. 28. art. primo. *Caietā cōtra Scotū.* qui optimè explicat, quomodo relationes rationis fundentur in aliquo reali.

Arg. cōtra concluſion. Sed cōtra primam partem concluſionis eſt argumentū; Natura hominis, verbi gratia, eſt ſpecies formaliſſimè, ſine hac relatione eſſe cogniti; ergo non eſt fundamentū eius. (& ſuppono ꝙ ſit neceſſarium cognoſci naturā, vt attribuamus illi ſpecieitatem.) Conſequentia videtur bona; nam ſi competit illi relatio abſque

Digitized by Google

abſque illo eſſe cogniti, non eſt fundamentum: nam fundamentum præexigitur, vt conueniat relatio. Sed antecedens probatur; Quando cognoſco naturam in multis indiuiduis eſſe, attribuo illi intentionem ſpeciei, & eſt formaliter ſpecies logica; ſed tunc non eſt relatio eſſe cogniti: ergo &c. Probatur minor: Quia hæc relatio, cùm ſit ens rationis, non habet eſſe vſque dum cognoſcitur actualiter: ſed non cognoſcitur actualiter per illam cognitionē, quia cognoſco naturā, quia illa cognitio ſolùm terminatur ad naturā, & non ad ens rationis: ergo &c.

Reſponſio. Reſpondetur, quod cū cognoſco naturā in cōmuni, illa relatio eſſe cogniti cenſetur eſſe, non quidem ſecundum propriā exiſtentiā, quę ſibi cōuenit ex cognoſci, ſed cenſetur eſſe ratione ſui fundamenti proximi, quod eſt cognitio. Et hoc ſufficit, vt poſſit fundare intentionē ſpeciei.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quòd ſecūdum primam opinionem, quam de prima intentione quæſtione præcedenti retulimus, prima intentio vt ſic, non habet fundamentum: nam homo eſt prima intentio, & nō habet fundamentū, licèt poſſit illi alia de cauſa competere, quatenus quædā relatio eſt, vt patet in relatione eſſe cogniti. *1. Solutio.* Si verò ſequamur ſecundam opinionē ibidem in vltima conclusione explicatam, reſpondetur, quòd prima intentio formaliter habet fundamentum, & eſt relatio quædam, ſecundū quam refertur res ad intellectum: & eſt iſta relatio formalis tendentia ipſius rei ad intellectum, & fundatur in tendentia actuali intellectus in rem. Et iſte terminus, prima intentio, ſemper eſt terminus primæ intentionis: quia non ſignificat aliquid conueniens rebus, vt habent eſſe cognitum in intellectu. *2. Solutio.*

Ad ſecūdū. Ad ſecundum reſpondetur, quòd in ſpecie reperiuntur extrema, quæ referūtur, ſcilicet homo, & ſuum correlatiuū, ſcilicet indiuidua, & reperitur fundamētum remotum, quod eſt vnitas formalis ſpecifica, & reperitur fundamentū proximum, ſcilicet, eſſe cognitum ipſius naturæ, quod vocatur etiā conditio abaliquibus. Et vlterius, vt ſit formaliter, propterea quod eſt ens rationis, requiritur actualis cognitio, quam aliqui vocant cōditionem ipſius relationis, ſed melius vocabitur, quaſi cauſa ipſius exiſtētiæ: ſicut & in parte reperitur extremum, & ſubiectum, quod eſt hæc ſubſtantia; & reperitur fundamentum remotum, quod eſt potentia generatiua, & proximum, ſeu ratio fundandi, quod eſt actio generatiua. *Doctrina digna.*

Ad tertiū. Ad tertium reſpondetur, quòd etiāſi ſequamur vltimum dicendi modum pręcedētis quæſtionis, ſecunda & prima intentio non habent idem fundamentum. *Prima & ſecunda intētionis nō eſt idē fundamētum.* Nā prima intentio formaliter, & vt quo, fundatur in cognitione actiua: ſecunda verò intentio fundatur in eſſe cognito, quod eſt ens rationis; Omnis enim ſecunda intentio in ente rationis fundatur.

Ad quartum. Ad quartū reſpondetur, quòd ſignificatio termini eſt ſecūda intentio; & illa quidem fundatur in cognitione intellectus; nam fundatur in imperio, quo homines iuſſerunt vocem illam ſignificare, imperium autem pertinet ad intellectū, vt aſſerit Diuus Thom. prima ſecundæ, quæſtion. 17. arr. primo, vbi ait, quòd imperare eſt actus rationis eſſentialiter; quia, qui imperat, ordinat aliquē ad aliquid ei intimādo illud, quod eſt opus rationis. Et imperium explicatur hoc modo, Fiat hoc, Hoc eſt faciendū. Significatio ergo termini fundatur quidē in actu rationis, & in actu imperatiuo, quo homines hoc imperauerūt, vt hæc vox Homo hominem ſignificaret. *Significatio terminorum ſuper quo fundetur.* *Obiectio.* Sed contrà: Ergo fundatur ſecunda intentio termini in actu intellectus imperatiuo; ſed hoc eſt aliquid reale: ergo fundatur in aliquo reali. *1. Solutio.* Reſpondetur, quòd cùm dicimus fundari in imperio, volumus dicere, quòd fundatur in relatione rationis, quæ cōſequitur ad imperium, quæ eſt imperatum eſſe, ſeu iuſſum, hanc vocem homo hominem ſignificare, & non fundari in volito eſſe, ſeu amato eſſe. *2. Solutio.* Secundò reſpōdetur, quòd in termino eſt ſignificatio, quę fundatur in voluntate; ſed iſta ſignificatio non eſt ſecunda intentio: Nam etiam ramus ante tabernam ſignificat ad placitū, & illa ſignificatio non eſt ſecunda intentio: ſed poſteaquam hæc vox Homo eſt impoſita, apprehendunt homines vocē

iſtam,

Digitized by Google

iſtam,& quamlibet aliam impoſitam, vt capacem conficiendi propoſitionem, & tribuunt illi intentionem termini, quæ eſt ſecunda intentio,ſecundum quam ordinatur ad propoſitionem, vt pars ad totum. Itaque ſignificatio in intentione termini ſe habet,vt quid materiale,&præſuppoſitum ad rationem,ſeu ad intentionem termini;ſicut ratio propoſitionis ſe habet materialiter ad rationẽ conſequentiæ:nam alia eſt ratio conſequentiæ,& alia propoſitionis. Cæterum ſicut hæc præſupponitur ad rationem conſequentiæ neceſſariò,ſic ſignificatio,quæ eſt prima intẽtio,præſupponitur ad rationem termini,quæ eſt ſecunda intentio. Et poteſt adduci exemplum: Nam conceptus, qui eſt terminus mentalis, ſignificationem quidem habet à natura,& illi ſuperuenit poſtmodum per intellectum intentio termini;Nam ex eo,quòd apprehendo illum cõceptum,vt aliquid, quod poteſt eſſe pars propoſitionis,tribuo illi intentionem termini Eo modo in propoſito;licèt ſit differentia,quòd vna ſignificatio eſt à natura,alia verò ex hominum beneplacito.

Exemplū.

Ad quintū 1. Solutio aliorum.

Ad quintum reſpondetur ſecundū aliquos, quòd cùm abſtractum eſſe ſit ens rationis,quod conſequitur ad abſtractionem intellectus agentis,quæ eſt eius operatio,ſat eſt, vt dicamus fundari ſecundam intentionem in ente rationis, & in operatione intellectus: nam illud abſtractum eſſe originatur in abſtractione,quę abſtractio eſt intellectio inchoatiuè, & res ſic abſtracta dicitur intelligibilis iam in actu primo. Sed melius reſpondetur, quòd etiamſi natura abſtracta ſit vniuerſalis,non tamen completè &perfectè,vt videbimus: Et ita non habet completū fundamentum,nec illa abſtractio ſufficit fundare ſecundam intentionem, niſi ſit cognita natura illa ab intellectu poſſibili,qui debet illi tribuere ſecundam intentionem. Expectat ergo rationem fundamenti completi & perfecti ab eſſe cognito & cognitione. Sed quia hoc præſupponit quomodo fiat vniuerſale, differatur vſque ad tractationem vniuerſalium. Satis tamen eſt,vt noſtra concluſio ſit vera,quòd fundetur illa vniuerſalitas in ente rationis,& in operatione paſſiua intellectus,nam ita eſt explicanda noſtra quinta concluſio,ſiue illa ſit eſſe abſtractum, ſiue eſſe cognitum,

2. Solutio Authoris.

Ad ſextū.

Ad ſextum reſpondetur, quòd fundamentum ſecundæ intentionis non eſt cognitio,(& loquimur de fundamento proximo)ſed eſt eſſe cognitum. Et ſi quando Logici graues dicunt,ſecundam intẽtionẽ fundari in cognitione intellectus, accipiunt cognitionem loco huius: quod eſt eſſe cognitum; cum dicimus eſſe cognitum,modò intelligamus etiā eſſe abſtractum,propter eos, qui dicunt naturā abſtractam eſſe vniuerſalem.

Dictū commune quomod. intelligendum.

Ad ſeptimū reſpondetur, quòd ens illud,quod eſt Chimæra, fundamentū nullum habet,ſed tamen præſupponit conceptus ille Chimęræ,quòd partes cognoſcantur,non tamen cõſequitur ad cognitionem partium,vel ad eſſe cognitū;partiumſed habet eſſe, dum cognoſcitur p conceptum Chimæræ cauſatum ex cõceptibus partium.

Ad ſeptimum.

Chimæra conceptus ſupponat aliquid reale.

Ad octauum reſpondetur, quòd eſſe fundamentum, non eſt quòd conſequatur ad cognitionem,ex qua reſultat ſuū eſſe formale entis rationis,ſed eſt, quòd præſupponatur tamquam id,in quo fundatur ſuum eſſe: ſicut per actionem, qua producitur albedo, reſultat ſimilitudo: Cæterum illa actio non eſt eius fundamentum,ſed albedo & vnitas albedinis, illa vero actio habet ſe vt efficiens relationem. Ita in entibus rationis,quandò cognoſco cæcitatem,illa cognitio eſt vèluti cauſa virtualis in eſſẽdo illius priuationis;nam ſi poſſet habere cauſam realem,illa eſſet, & ad illam conſequeretur, vt ad cauſam. Cęterùm non eſt fundamentum,quia non præſupponitur;fundamentum enim eſt potentia,à qua realiter abeſt viſus. Et ita in aliis proportionabiliter eſt dicendum:nec tamen Li ſpecies ſupponit pro ſuo fundamento,ſed pro ſubiecto,cui conuenit ſecunda intentio,vel quod denominat.

Ad octauū.

Quodnā ſit verum fundamentum ext̃ẽſionis.

Sed contra dicta in hac quæſtione eſt vnum argumentum. Nam in imaginatiua ſunt propoſitiones rerum particulariē, vt Petrus non eſt Paulus: ergo eſt ibi intentio ſubiecti & prædicati formaliter, vel ſaltem fundamentaliter proximè; ergo non ſolum operatio intellectus paſſiua,

Obiectio cõtra deciſionem factā.

ua,

Digitized by Google

na, ſeu eſſe cognitum, eſt fundamentum ſecundæ intentionis, ſed etiam operatio imaginatiuæ, ſeu eſſe imaginatum: ſiquidem ad illam conſequitur intentio ſubiecti & prædicati. Illa prima conſequentia, quòd ſcilicet in propoſitione, quę fit ab imaginatiua ſit obiectum, & prædicatum, probatur, nam propoſitio ſine his eſſe non poteſt: ergo ibi eſt intentio ſubiecti, & prædicati, vel formaliter, vel fundamentaliter proximè: & etiam erit intentio propoſitionis eodem modo: ergo aliud quàm eſſe cognitum, ſeu intellectum, ſiue abſtractum, eſt fundamentum ſecundæ intentionis.

Solutio ex D. Thom.

Ad hoc argumentum reſpondetur, notando prius ex Diuo Thom. prima parte, quæſtion. 78. artic. 4. quòd imaginatiua, ſeu phantaſia, eſt quædam ratio particularis, & cognoſcit res particulares, & eas componit ſicut intellectus res vniuerſales, & non ſolũ verſatur circa præſentia, ſed circa pręterita, ſyllogiſticè ea inquirendo. Itaque imaginatiua eſt circa res particulares, & circa res præteritas & pręſẽtes ſyllogiſmos particulares cõſtruit Quod, vt D. Th. ibidẽ ſolutione ad quintũ, aſſerit, nõ habet cogitatiua in homine per illud, quod eſt proprium sẽſitiuæ partis, aliàs hoc in brutis haberet imaginatiua, ſed conuenit homini per quandã affinitatem, & propinquitatẽ ad rationẽ vniuerſalem, & intellectũ, & per quandam refluentiam ex ratione in imaginatiuã, & participationẽ, ex eo, quod ſunt in eadem anima rationali radicatæ. Et ita sũt perfectiores vires ſenſitiuæ in hominibus, quàm in aliis animalibus: ſicut calori in homine conuenit generare carnes, quod non cõuenit illi in aliis miſtis, vt in arboribus, &c. Sicut & igni, q. eſt coniunctus primæ ſphęræ cæleſti, cõuenit circulariter moueri ex coniunctione ad illam. Hoc ergo ſuppoſito reſpondetur, quòd ſunt in imaginatiua ſubiectum & prædicatum, & propoſitiones, non quod ſint ſecundæ intentiones formaliter, ſed quia ſunt fundamentaliter proximè, & actus imaginatiuæ eſt fundamentum proximum ſecundę intẽtionis. Verbi gratia, eſſe imaginatũ, &c. nõ quidẽ de ſe, quatenus eſt actus imaginatiuę, ſed quatenus eſt actus talis imaginatiuę, quæ participat virtutem actus intellectus, & quatenus in ipſo actu imaginatiuæ virtualiter eſt actus intellectus per quandam redundantiam. Vnde eſſe cognitum intellectus eſt fundamentum ſecundæ intẽtionis; dico eſſe cognitum intellectus, vel alicuius habentis virtutẽ actus intellectus participatam, cuiuſmodi eſt eſſe cognitum imaginatiuæ: & hęc virtus nõ cõuenit alteri potẽtiæ cognoſcitiuæ ſenſitiuæ præter imaginatiuam. Voluntas verò non eſt potentia cognoſcitiua, & ita ad eſſe amatum non conſequitur ſecunda intentio. Et notas, quòd quamuis eſſe imaginatum ſit fundamentum ſecundæ intentionis, illa intentio non eſt, niſi dum actualiter cognoſcitur ab intellectu, qui reflectitur ſupra ſe, & ſupra actus aliarum potentiarum.

Vnde hẽat imaginatiua hominis quòd diſcurrat de particularibus.

Quomodo actus imaginatiua fundet ſecundas intentiones.

Obſerua

QVÆSTIO XXIII.

Vtrùm ſecunda intentio ſolùm ſit formaliter, dum actu cognoſcitur ab intellectu?

1. Argum.

ET videtur, quòd ſit antequã actu cognoſcatur ab intellectu. Primò, quando abſtrahitur natura à ſingularibus per intellectum agẽtem, tũc illa natura eſt vniuerſalis, & tamẽ nõ cognoſcitur ens rationis, & ſecunda intentio: ergo ſecũda intẽtio poteſt eſſe ſine eo, quod actu cognoſcatur. Maior infrà probabitur latiſſimè, ſed modò breuiter ꝑbatur: quia illa natura eſt cognoſcibilis in actu primo ab intellectu directè: ergo eſt vniuerſalis, quia nihil cognoſcit noſter intellectus pro hoc ſtatu directè, niſi vniuerſale. Minor probatur: Nam intellectus agens non eſt cognoſcitiuus. Conſequentia probatur; quia ſi eſt vniuerſale, quod eſt effectus formalis vniuerſalitatis: ergo eſt vniuerſalitas, nõ enim poteſt eſſe effectus formalis ſine forma. Et cõfirmatur hoc: Nam quando imaginatiua conficit propoſitiones particulares, ibi eſt ſubiectum & prædicatum: ergo ſunt eorum formæ, quæ ſunt ſecundæ intentio-

nes

nes, & non eſt cognitio intellectus: ergo intentum.

2. Argum. Secundò arguitur. Quando cognoſco naturam humanam in communi, non cognoſcendo ſingularia, tūc illa natura dicitur ſpecies, nā eſt prædicabilis de pluribus numero differentibus: ergo habet iam ſpecieitatem, quę tribuat talem effectum formalem, & denominet illam ſpeciē; & tamen non cognoſcitur tunc illa ſpecieitas: ergo eſt ſecunda intentio formaliter, ſine actuali cognitione. Probatur minor: quia illa cognitio ſolū terminatur ad hominem, qui eſt obiectum illius cognitionis, cuius verbum habet in mente, & non terminatur ſimul ad ens rationis, quod reflexè cognoſcit, & illa cognitio ſolùm eſt directa: ergo &c.

3. Argum. Tertiò, Quando intellectus format hanc propoſitionem, Homo eſt animal, ibi ſunt entia rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones, ſcilicet, intentio ſubiecti & prædicati, & ibi non cognoſcuntur actu huiuſmodi intentiones: ergo &c. Maior patet: quia propoſitio ſine ſubiecto, & prædicato eſſe non poteſt; ſubiectum autem conſtituitur formaliter per intētionem ſubiecti, & prædicatum per intentionem pręedicati. Minor probatur: quia illæ intentiones cognoſcuntur cognitione reflexa, quæ ibi tunc non eſt. Si

Fuga. dicas huic argumento, & ſuperioribus, quòd iſtæ ſecundæ intentiones non ſunt

Impugnatio. formaliter, ſed fundamētaliter proximè, contrà primò; nā hic eſt formaliter propoſitio: ergo eſt formaliter intentio ſubiecti, & prædicati, & intentio propoſitionis. Antecedens probatur: quia formaliter ſignificat verum, vel falſum. Et ſecundò, quia impoſſibile eſt, quòd ſecūda intētio denominet, niſi ſit: quod enim non eſt in aliquo temporis inſtanti, denominare non poteſt; ſed illa denominatur propoſitio, ſiquidem eſt propoſitio: ergo ab aliqua intentione, quæ ſit. Et idem dicendum eſt de natura, quæ denominatur vniuerſalis, quod fieri debet ab aliqua intentione vniuerſalitatis, quę ſit; & cùm tunc non cognoſcatur, erit præter operationem intellectus.

4. Argum. Quartò: Secluſa operatione intellectus, homo dicitur cæcus, & tamen nulla eſt operatio rationis: ergo hoc ens rationis, quod eſt cæcitas, eſt ſecluſa operatione intellectus. Item, ſecluſa operatione intellectus creatura refertur ad creatorem: ergo ſecluſa operatione intellectus eſt creator: nam vnum relatiuum ad aliud referri debet, & non ad abſolutum: ſed creator formaliter dicitur ens rationis: ergo & Deus ſecluſa operatione intellectus eſt vnus: ergo ſecluſa operatione intellectus eſt indiuiſus; ſed indiuiſio eſt ens rationis: ergo &c. Itē ſecluſa operatione intellectus ſunt paſſiones entis realis, ſiquidem eſt ens reale, quod eſt illarum ſubiectum; ſed illæ dicunt de formali aliquid rationis: ergo ens rationis eſt omni operatione rationis ſecluſa. Et idem erit eadem ratione de ſecundis intentionibus dicendum.

5. Argum. Quintò: Ens rationis non fit à potentia intellectiua, & eſt obiectum illius, ſiquidem cognoſcitur ab illo: ergo præcedit ipſam potentiam intellectiuā: habet ergo prius eſſe exiſtentiæ, quàm cognoſcatur ab intellectu. Prima conſequentia probatur: nam quando obiectū, quòd cognoſcit intellectus, nō fit ab ipſo, pręcedit cognitionem eius. Maior probatur; quia ens rationis non poteſt fieri à cauſa reali, aliàs eſſet aliquid reale.

6. Argum. Sextò: Si ſecunda intentio ſit, aut habeat eſſe dū cognoſcitur, ita vt ſuum eſſe ſit cognoſci: & tunc ſequitur, quod exiſtentia ſecundæ intentionis ſit relatio rationis perfecta & completa: hoc autē eſt impoſſibile: ergo & illud, ex quo ſequitur. Maior probatur; nam cognoſci nihil eſt aliud, quàm eſſe cognitū ab intellectu; ſed eſſe cognitum eſt relatio rationis, quæ fundatur in cognitione actiua; quia nihil reale eſt in obiecto: ergo &c. Minor probatur; quia exiſtentia debet eſſe quid incōpletum & imperfectū. Et ſicut albedo non poteſt eſſe exiſtentia nigredinis, ita nec relatio rationis eſſe cogniti, quæ eſt prima intentio, eſſe poteſt exiſtentia ſecundæ intentionis. Imò ſequeretur, quòd exiſtentia priuationis, et negationis, ſi eſſet cognoſci, eſſet relatio, quæ eſt ſpecies ſibi oppoſita cōdiuidens ens rationis; nā ens rationis diuiditur in negationē, priuationem & relationem, & cognoſci relatio rationis eſt; hoc autē eſt impoſſibile; ergo &c. Vna enim

ſpecies

ſpecies condiſtincta contra aliam, ſiue in entibus realibus, ſiue rationis, non poteſt eſſe illius oppoſitę ſpeciei exiſtētia.

7. Argum. Septimò arguitur; Ens rationis non poteſt primò cognoſci in communi, neque in particulari: ergo eius exiſtentia non eſt cognoſci: ergo nō habet eſſe formaliter, dum actu cognoſcitur. Probatur antecedens: nam in communi nō poteſt, quia prius debet cognoſci in particulari, cū cognitio illius in cōmuni debeat fieri per abſtractionem ab entibus rationis in particulari; & ſi abſtrahitur ens rationis commune ab illis particularibus, ergo ſunt illa particularia entia in intellectu, et ſic prius cognoſcuntur, quòd eſt falſum: quia debent reflexè cognoſci, cū ſint ſingularia; & ita prius debet cognoſci commune, quod eſt impoſſibile, vt dictum eſt. Et de hoc argumento ſuprà diximus.

8. Argum. Octauò: Ens rationis prius eſt cognoſcibile, quàm cognoſcatur: ergo præcedit ſecundum cognoſcibilitatem operationem intellectus: ſed illa cognoſcibilitas eſt aliquid rationis: ergo ens rationis præcedit operationem intellectus: non ergo habet eſſe per hoc, quòd actu cognoſcatur.

Praambula ad quæſtionem.

Cōtrouer. 1. Opinio. IN hac quæſtione explicanda omnino variant Doctores. Quidam enim affirmarunt, vt refert Sōcinas 10. Metaphyſ. quæſtion. 15. quod negationes, & priuationes ſunt extra animam in rebus nam videntur ſuſcitare antiquiſſimā opinionē, qui dicunt priuationē nō eſſe ens reale, ſed priuatiuū. *Refellitur.* Sed hæc opinio exploditur facile: Nam ſi loquatur de exiſtentia, quæ poteſt conuenire negationibus & priuationibus, ſecundum ſuum proximum fundamentum, bene dicit, nec hoc eſt aliquid nouum. Si vero loquatur de exiſtentia formali, quam poteſt habere negatio & priuatio, falſum eſt, cum dicat Ariſtoteles ens rationis eſſe ens in anima 4. Metaphyſicæ. Et ſi haberēt eſſe in rebus formaliter, inter entia realia procul dubio eſſent computanda.

2. Opinio. Scoti. Aliam acutiſſimus Scotus in primo Sētentiarum, diſtin 45. tenet opinionē, per actionem ſcilicet intellectus & voluntatis habere eſſe ens rationis: ita vt eſſe formale illius etiam proueniat ab actione intellectus, & ab actione voluntatis, & imaginatiuæ etiā, ſecluſo opere intellectus. Et probatur hac ratione; Omnis potentia potēs habere actum circa obiectum exiſtens, non vt exiſtens, & illud obiectum comparare ad aliud, ad quod ex natura rei non comparatur, poteſt in obiecto, vt obiectum eſt, cauſare relationem ipſius ad aliud; ſed voluntas eſt huiuſmodi, quoniā poteſt comparare Deū ad creaturas, & alia ſimiliter, vt cum magis diligit Deum, quàm creaturas: ergo poteſt cauſare huiuſmodi relationē: ſed talis relatio nō eſt realis: ergo rationis: non per opus intellectus, ergo voluntatis: ergo volūtas dat formaliter eſſe entis rationis. *Ratio pro Scoto.* Sed, vt magis hanc Scoticam rationem intelligamus, notandū eſt ex D. Thom. prima parte, quæſt. 13. art. ſeptimo, quòd relatio rationis eſt habitudo, quam intellectus facit, dū comparat vel idem ſibi, vel ens ad non ens, vt cum refert Adam ad Antichriſtum, vel cum dicit, Petrus eſt idem ſibi ipſi. *Explicatio opin. Scoti ex D. Th.* Cum ergo voluntas poſſit referre vnum obiectum ad aliud, amando vnum magis, quàm aliud, ſequitur, quòd poſſit eſſe formale tribuere relationibus rationis, quia illa comparatio eſt relatio: ergo eſſe formale entis rationis prouenit ab alia potentia, quàm ab intellectiua.

Ex noſtris verò Magiſtris ſapiētiſſimis quidam opinantur prima parte, quæſt. 13 art. ſeptimo, ens rationis eſſe formaliter, ſecluſo etiam opere intellectus, ita vt ante quamcunque operationem intellectus formaliſſimè ſit ens rationis. *3. Opinio Bānes, Medina, & aliorum.* Pro cuius explicatione notant authores huius ſententiæ, quòd entia rationis ſunt in quadruplici differentia. Quædam quę ſolum habent eſſe obiectiuum in intellectu, & nullum prorſus fundamentum in rebus, vt oēs negationes, Chimæra, &c. *Quatuor genera entium rationis.* Alia ſunt, quæ habent fundamētum proximum reale in re, ſed eſt extrinſecū ei, quod denominatur, verbi gratia, dextrū, dictum de columna, quæ eſt ad dexterā Petri, fundamentum habet reale in dextera Petri, qui eſt ei dexter, quod eſt extrinſecum columnæ ipſi. Alia ſunt quorum

rum fundamentum reale eſt intimum rei quam denominant, ſed formaliter important negationem alicuius formæ debitæ in eſſe, ſicut cæcus. Alia denique ſunt, quę habent fundamẽtum in re remotum, proximum in operatione intellectus, vt ſpecies & genus, quæ fundantur in hoc, quod res concipiantur tali conceptu. Dicunt ergo iſti magiſtri inſignes, quòd entia rationis primo & vltimo modo non dicantur eſſe niſi exiſtente opere intellectus: At verò entia rationis tertii generis dicenda ſunt eſſe & denominare realiter abſque opere intellectus, quoniam huiuſmodi entia rationis principalius, qđ habent, eſt fundamentum proximum in rebus ipſis: vnde ſtatim cõſurgit ens rationis in cæco, etiamſi intelligi non poſſit, niſi per ordinem ad operationem intellectus poſtea peruenietẽm. *Quo nominetur Deus formaliter Dominus.* Vnde Deus dicitur formaliter & propriiſſimè Dominus, non propter relationem realem, quæ eſt in Deo, ſed propter fundamentum extrinſecum: nam videtur eſſe inconueniens Deum non eſſe Dominum, niſi noſtro operante intellectu. Relatione rationis ſecundi modi etiam ſunt formaliter, poſito fundamento proximo, nimirum actu intellectus cognoſcente naturam in communi, quia illud eſt principalius, quod habent; vnde tunc dicitur ſpecies, &c. Et profectò viri iſti doctiſſimi magiſtri mei grauiſſimi, Magiſter Medina, & Bañes, primarii Salmanticẽſes, ſua authoritate poſſunt hanc opinionem probabilem reddere: Et eſt etiam hęc ſentẽtia antiquiſſima. Vide Sonci. ſexto Metaphyſ. quęſtio 18. & decimo Metaphy. quęſtio. 15: & Iauel. 10. Metaphyſ. quęſti. decima, qui hanc tẽnent opinionem, quam & ſequitur Heruæus in ſuis intentionibus ſæpiſſimè: & argumenta facta in principio ſtãt ab illa.

4. Opinio. Alii Magiſtri noſtri excellentis ingenii & literaturæ tertia parte Diui Th. quęſt. 35. affirmant, quòd ens rationis & ſecunda intentio, dum cognoſco ſubiectum, cui conueniunt, habent quidem eſſe imperfectum, formale tamen: Verùm dum cognoſcitur ipſa ſecunda intentio, & ens rationis, habent quidem eſſe perfectũ, quod poſſunt habere, verbi gratia, quando, cognoſco hominem in communi, eſt ſpecieitas imperfectè; ſed quando mea cognitio terminatur ad ipſam, habet eſſe perfectũ illa intentio ſecunda.

5. Opinio. Alii volẽtes effugere argumenta facta dicunt entia rationis, dum eſt fundamentum illorũ proximum, habere eſſe eſſentiæ, & ſecundum illud denominare ſubiecta talia, non verò habere eſſe exiſtentię, niſi dum cognoſcitur.

6. Opinio. Alii vero exiſtimãt habere tunc eſſe entia rationis, nõ propriũ, ſed ſui fundamenti proximi, cũ actu verò conſiderẽtur habere eſſe formaliſſimum & proprium.

Diſſoluitur quæſtio.

Auct. calculus. *1. Concluſ. contra recitatas opin.* PRrima cõcluſio: Nullum ens rationis ſiue ſit negatio, ſiue priuatio, ſiue relatio, ſiue ſit prima, ſiue ſecunda intẽtio, habet eſſe formale, qđ poteſt habere, niſi per actualem ipſius cognitionem; itaque ſua actualitas & exiſtentia propria & formalis eſt cognoſci ab intellectu, & dũ non fuerit cognitum, non habet eſſe formale. Tam certa eſt mihi hæc concluſio, vt exiſtimem demonſtratiuis rationibus comprobari poſſe. *Probatur auctoritatibus Ariſt. & D. Tho.* Et primò probatur authoritate Ariſtotelis, qui vocat ens rationis quarto Metaphyſ. ens in anima, propterea quòd ſuũ eſſe habet per actus animæ, & per eſſe obiectiuè in actibus animæ, quod eſt cognoſci. Et D. Thomas de natura generis ſæpiſſimè vocat ens rationis, ens verum, quia nullum aliud eſſe habet, quàm cognoſci; ex quo propoſitiones de ipſo formatæ veræ ſunt. *Quare ens rõnis regulariter vocetur ens verum.* Seu propterea vocat ens verum, quia propoſitiones de ipſo formatæ veræ ſunt: hoc autẽ non poteſt fieri ſine actuali eius cognitione; ergo ſuum eſſe conſiſtit in cognoſci. Quonam modo poſſum ego formare hanc propoſitionem, relatio eſt forma relatiua, ſine cognitione ipſius relationis? ergo actualitas entis rationis ĩ cognoſci conſiſtit. Et etiam, quia ens rationis vocatur, non propterea, quòd fundetur in actu animæ, & in cognitione intellectus; nam multa entia rationis fundantur in alio actu, quã in actu rationis, vt patet de priuatiõe, de relatiõe dextri, &c. de eſſe viſo, de eſſe volito, &c. ergo vocatur ens rationis, quia ſuum eſſe conſiſtit in actu cognoſci à ratione, & ita eſt relatiuum ſecundum

cundum

Digitized by Google

cundum dici includens intrinſecum ordinem ad rationem.

2. Probatur.

Præterea ſecundo probatur cõcluſio: Nã ſi ens rationis, v.g. cæcitas eſt formaliter in re, ſequitur, quòd formaliter ſit in re, vel per ſe exiſtens, vel alicui inhærens, nã nõ datur alius modus eſsẽdi formaliter in rebus; ſed neutro modo põt eſſe: ergo non eſt priuatio, v.g. (& idẽ eſt de relatione dextri in columna, & de relatione dominii in Deo) formaliter in rebus. Minor probatur; aliàs eſſet ſubſtantia vel accidens. Maior verò probatur: Nam ſi eorum, quæ ſunt in rebus, datur alius modus eſſendi: ergo in reb. erit aliquid, quod nec ſit ſubſtãtia, nec accidẽs. Præterea, ſi quando cognoſco, verbi gratia, naturam in vniuerſali, eſt ſecunda intentio ſpecieitatis formaliter cum omni ſua exiſtentia, quam poteſt habere, inquiro, vtrũ ſit formaliter in rebus, vel in intellectu? nam nõ poteſt fingi alius ſtatus vbi ſit. Non eſt in rebus: nã eſſe in rebus denotat eſſe realitér, & habere eſſe reale. Et ita dicit D. Tho. opuſcu. de natura generis, cap. 2. & 4 vbi ſic dicit; Ens autẽ rationis propriè dicitur de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus, ſicut eſt intentio generis & ſpeciei, quæ non inueniuntur in rerũ natura, ſed ſequuntur actiones intellectus & rationis; ergo ſecundum Diuum Thomam iſtę intentiones non ſunt dicẽdę eſſe in rebus, aliàs eſſent in rerũ natura, & ſic vel ſubſtãtia, vel accidens. Vel eſt in intellectu; & hoc vel inhærẽs intellectui, & ſic erit accidens; vel per ſe exiſtẽs in intellectu, & erit ſubſtãtia. Vel eſt obiectiuè in intellectu; ſed hoc non, quia non terminat cognitionem in intellectu, ſiquidem non actu cognoſcitur; ergo reperitur aliqd ens, quod nec in rebus, neque in intellectu habeat eſſe.

Secunda intentio vbi non habeat eſſe formaliter.

Solutio.

Dices, quod dicitur eſſe in intellectu formaliter, per hoc, quod eſt formaliter in intellectu eius fundamẽtum proximũ, ſcilicet natura cognita in vniuerſali, & in cõmuni; & ita habet formaliter eſſe rationis, non per hoc, quod actu cognoſcatur, ſed quia eſt proximè cognoſcibile à potentia intellectiua. Si hic modus dicendi eſſet verus, effugeremus magnã quãdã difficultatẽ: nam tunc in ente rationis actu cognoſci, eſt quoddam accidens ſuperueniens ſuæ formalitati, & ſuum eſſe formale eſt cognoſcibilitas. Et cum inquirimus, vtrum cognoſci ſit exiſtentia entis rationis? reſpõdemus, quòd non: ſed eſt accidens quoddam ſuperueniens, ſicut accidit albedini cognoſci; & tunc non haberet vires illud argumentum: ergo relatio rationis perfecta & cõpleta eſt exiſtẽtia entis rationis, quod ſuprà fecimus. Sed cõtrà iſtam ſolutionem arguo ſic; Exiſtentia entis rationis debet eſſe vltima actualitas illius, quæ ad nihil aliud ordinetur, ſed illa cognoſcibilitas proxima non eſt huiuſmodi; ergo non eſt exiſtentia entis rationis.

Impugnatio.

Maior ſatis patet: nam exiſtentia eſt forma omnium etiam ipſarum formarum, & ita debet eſſe vltima actualitas. Sed minor probatur: Nam illa cognoſcibilitas ordinatur ad actualem cognitionem ipſius entis rationis, tamquam ad vltimũ actum, & eſt veluti potentia quædam, quæ completur per actualem cognitionem; & magis actuale eſt ipſum cognoſci actu ens rationis; non ergo cognoſcibilitas illa eſt formalis exiſtentia ipſius entis rationis, ſed actu cognoſci.

3. Probatur.

Quomodo ens rationis pẽdeat ab intellectu.

Tertiò probatur concluſio; Nã ens rationis pendet ab intellectu, quoad ſuum eſſe formale, vel fundamentale; ſed ſecũdum opinionem, quã impugnamus, neutro modo pendet ens rationis, quòd eſt priuatio: ergo non eſt dicenda ens rationis. Probatur, quòd non pendeat quantum ad fundamentum, quia & ipſi hoc fatentur, ens rationis, quod eſt priuatio, habet fundamentũ proximũ in re. Quod verò nec quantum ad eſſe formale ſecundum hanc opinionem, patet; ſiquidem eſſe formale habet ſecluſo opere intellectus. Vt ergo dicatur ens rationis, debet dependere à ratione, quantum ad ſuum eſſe formale; & ſic eius exiſtentia erit cognoſci actualiter ab intellectu; & ita videtur aſſerere D Thomas prima parte, quæſtione 13. articulo ſeptimo, & capite quarto de ente & eſſentia.

Præterea probatur cõcluſio; Nã quando cognoſco ſpeciẽ, vt ſic formaliter, & cæcitatẽ, & relationẽ dominii, &c. vel habebat eẽ formaliter antea, vel nõ. Si nõ, habeo intentũ. Si habebat eſſe: ergo ſecluſo actu rõnis; & ſic habebit eſſe reale: nã qđ

N habet

Digitized by Google

habet eſſe,& non per rationem,ens reale eſt. Præterea: ſi aliquod ens rationis in particulari habet eſſe per actualem operationem intellectus, & aliquod ens rationis in particulari habet eſſe formale ſine eo,quod actu cognoſcatur,& ſine ordine ad actualem cognitionem, ſequitur quòd ens rationis in cõmuni non importat ordinem ad intellectum,quoad ſuum eſſe formale,& ſic quòd ſine ordine ad intellectum habebit eſſe formale,& tunc profectò non erit ens rationis. Probatur ſequela: Quia ſi de ratione alicuius entis rationis in particulari eſt,non dicere ordinem ad intellectum, quoad actualem exiſtentiam,nec de ratione entis in communi,nec etiam erit de ſua ratione habere eſſe in re,quia aliquod ens rationis in particulari habet eſſe, & non in re, ſed obiectiuè in intellectu,cuiuſmodi eſt chimæra:ergo iam ens rationis in communi habebit eſſe & non in intellectu, nec extra intellectum,quod eſt in intelligibili. Quod verò habeat eſſe ens rationis in cõmuni,patet,quia de illo formamus in cõmuni propoſitiones, & terminat actum intellectus:ergo habet eſſe. Præterea arguitur oppoſito modo: Ens rationis in communi non habet eſſe, niſi dum actu cognoſcitur:ergo nec hoc ens rationis in particulari,quia illud, quod conuenit in communi enti rationis,vt quid intrinſecum ipſi,debet competere omni enti rationis particulari. Probatur antecedens: Nam quomodo ens rationis alio modo poteſt habere eſſe? Et ex his rationibus impugnantur fere omnes opiniones ſupra relatæ. Si verò ſapientiſſimi Magiſtri voluerunt dicere,quod poſito fundamento ſunt entia rationis fundamentaliter,hoc quidem nos libenter fatemur. Ex hac etiam concluſione infertur, opinionem Scoti eſſe falſam: nam cum volũtas non ſit cognoſcitiua entis rationis,nõ poteſt dare illi eſſe formale: etiamſi rem vnam magis quàm aliam diligat. Et idem de imaginatiua,& de potentiis ſenſitiuis eſt dicendum.

[Q]uo ens rationis habeat actualem exiſtẽtiam in particulari,vel in cõmuni acceptum.

Refellit Arcolus.

Secunda concluſio. Falſum eſt dicere, quod ens rationis habet eſſe formale poſito fundamento proximo, & perfectius formale eſſe per cognitionem,qua cognoſcitur ipſum ens rationis. Hęc concluſio, quantum ad illam partem, quod non habet eſſe formale per fundamentum proximum,ex ſupra dictis cõſtat. Quoad aliam verò partem probatur: Nam eſſe entis rationis nõ ſuſcipit magis vel minus, cũ conſiſtat in indiuiſibili:ergo ſi habet eſſe formale per poſitionem fundamenti proximi, non poteſt illud eſſe magis perfici in ratione eſſendi per cognitionem actualem ipſius. Si dicas, quod accipit perfectionem quandam accidentalem, contrà: ergo iam totum ſuum eſſe eſſentiale quantum ad exiſtentiam habebat,quod eſt impoſſibile,vt patet ex dictis.

[2.] Conclu. contra præfatos.

Ens rationis non ſuſcipit magis & minus.

Obiectio.

Solutio.

Tertia concluſio; Stultum eſt dicere, quòd entia rationis ante cognitionem intellectus,per hoc, quòd ponitur fundamẽtum proximum,ſunt ſecundum eſſentiam, & hac ratione denominare. Probatur hæc concluſio. Nam li ſunt, vel denotat connexionem eſſentialem prædicatorum per ſe;& ſic ab æterno ſunt huiuſmodi connexiones, etiam non poſitis fundamentis proximis entis rationis, cõnexiones enim eſſentiales ſunt æternæ. Et quod nec hoc ſufficiat denominare, patet: Nam etiamſi connexiones eſſentiales prædicatorum albedinis ſunt æternæ,vt quod albedo ſit color,& cæt hoc tamen non ſufficit,vt homo dicatur albus, niſi illi conueniat albedo ſecundum exiſtentiam:ergo niſi entia rationis exiſtãt, non poſſunt denominare; forma enim, quæ denominat,debet exiſtere. Si autem dicant, quòd tunc eſt eſſentia, quoad exiſtentiam,iam hoc ſuprà impugnatum eſt.

3. Conclu. An entia rationis habeant eſſe eſſentiæ ceſſante cognitione intellectus.

Fuga.

Impugnatio.

Quarta concluſio: Poſito fundamento proximo non exiſtit ens rationis,& ſecũda intentio per exiſtentiam illius fundamẽti formaliter;nec poteſt exiſtẽtia fundamenti,vt ſit,eſſe exiſtentia entis rationis. Hæc concluſio mihi eſt certa, & illam ſic probo: Nam aliquando fundamẽtum eſt aliquid reale, vt patet in cæcitate,& in relatione eſſe viſi,& eſſe cogniti, quorum fundamentum proximum eſt viſio,& cognitio; ergo huiuſmodi fundamenta realiter exiſtunt:ſed exiſtentia entis realis non poteſt eſſe exiſtentia entis rationis vllo modo,aliàs exiſteret realiter ens rationis,& rerum exiſtentiæ nõ requirerent propria ſuſceptiua; quod eſt

4. Conclu. contra eos, qui ſupra.

Exiſtentia entis realis nõ põt eſſe exiſtentia entis rõnis.

falſum

falſum ergo &c. Præterea: Nam quando fundamentum, verbi gratia, eſt aliquid rationis, vt eſſe cognitum in communi, eſt fundamentum proximũ ſpecieitatis: cùm enim cognoſcitur homo in cõmuni, ſtatim poſſum illi tribuere intentionem ſpeciei. Tum ſic; Illud fundamẽtum proximum habet ſuam propriam, & peculiarem exiſtentiam: nam habet ſuum cognoſci proprium, quod eſt prima intentio: ergo non poteſt illud eſſe exiſtentia ſecundæ intentionis, & alterius entis rationis, quod ab ipſo ſpecie differt, cuiuſmodi eſt ſpecieitas: ſicut nec exiſtentia Petri poteſt eſſe exiſtentia Pauli, nec exiſtentia albedinis poteſt eſſe exiſtentia nigredinis; Maximè quia quãdo cognoſco hominem in communi ſine eo, quod cognoſcam illud eſſe cognitũ, cenſetur eſſe ſufficiẽter diſpoſita natura, vt poſſim illi tribuere intentionem ſpeciei, & dicitur ſpecies ab aliquibus. & tunc illud eſſe cognitum non eſt formaliter, ſed in ſuo fundamento quod eſt cognitio naturæ. Et ſic deberet exiſtere tunc ſpecieitas per exiſtentiam cognitionis, quæ eſt aliquid reale: hoc autẽ impoſſibile eſt, vt iam conſtitit; non ergo poteſt dici, quòd exiſtentia fundamenti actuet eſſentiam entis rationis, quod ſupra ipſum fundatur, ita vt dicatur per illam exiſtere ad modum, quo dicimus humanitatem exiſtere per exiſtentiam Verbi.

5. Concluſ. contra eoſdem, &c. Quinta concluſio. Poſito fundamento proximo entis rationis, verbi gratia, ſpecieitatis aut relationis, quæ eſt prima intentio, vel priuationis ẽt, vt poſita viſione, vel eſſe cognito naturæ humanæ, res nõ eſt formaliter viſa, nec formaliter cæca, nec formaliter ſpecies, ſed eſt fundamentaliter proximè viſa, & eſt fundamẽtaliter proximè ſpecies, & eſt fundamentaliter proximè cæca. Hæc concluſio euidenter ſequitur ex ſupra dictis, quia nõ cognoſcitur forma cęcitatis, nec ſpecieitatis, nec cognoſcitur forma eſſe viſi: ſed ſolùm habent illæ formæ eſſe formaliter per cognoſci ipſarũ: ergo nõ ſunt formaliter: non enim habent eſſe in rebus, nec exiſtunt per exiſtẽtiã ſuorũ fundamentorũ formaliter, ſed p hoc, quod cognoſcuntur, quod illis non conuenit tunc: ergo &c. Quòd vero ſint fundamentaliter proximè: ſic p. ſito fundamento proximo ſtarũ non eget probatione, quia fundamentũ proximum conſtitutum in eſſe denominat res fundamẽtaliter proximè tales; ſicut poſito calore virtuali denominatur res virtualiter calida. Et hac ratione dicitur ſpecies ſimilitudo virtualis obiecti, quia ibi eſt ſimilitudo, id eſt, cõceptus in virtute. Et gratia dicitur vita æterna in virtute, quia continetur ibi in virtute vita æterna. Ita illæ res dicuntur tales fundamentaliter proximè, quia eſt ibi illarum formarum fundamentum proximum, in quo continentur veluti in virtute prædictæ formæ. Dico veluti in virtute, vt explicem continentiam entis rationis in ſuo ordine poſſibilem.

Quare ſpecies dicatur ſimilitudo virtualis obiecti.

6. Concluſ. Vltima concluſio, (quæ ad modum loquendi attinet, nam quid res habeat dictum eſt concluſionibus præcedẽtibus.) Etiamſi non ſit formaliter tunc ens rationis, quando proxima fundamenta ponũtur, dicendus eſt tamen homo cæcus, & homo dicendus eſt ſpecies, & Deus dicẽdus eſt formaliter Dominus, &c. Hæc cõcluſio non aliter probatur, quàm ex communi modo loquendi, omnes enim Logici graues antiqui, & moderni ita loquuntur. Et vocamus propoſitiones, & terminos, quæ in libris ſunt, etiamſi non ſit actualis cognitio formalitatum ipſorũ. Et monetã vocamus, quæ ex publico ſtatuto Reipublicę in talem vſum fuit inſtituta, etiamſi formaliter ſecũdum D. Auguſtinum ſit aliquid rationis. Et eſt multum rationi conformis iſte loquendi vſus: Nam miſta aliquot, quæ qualitates virtualiter calidas continent, vt eſt piper, &c. calida vocamus; ergo etiam res huiuſmodi, quæ virtualiter ratione fundamentorum proximorum ſecundas continent intentiones & entia rationis, tales ſunt vocandæ. Præterea: nam tales res iam ſunt in proxima diſpoſitione, vt attribuamus illis ſupra dicta entia rationis: ergo ſunt vocandæ ſpecies; quod enim parum diſtat, nihil diſtare cenſendum eſt. Et hac ratione cum Sol proximus eſt ortui ſuo, dicimus, iam Sol oritur, quia proximus eſt, vt oriatur. Eodem modo, quia illæ intentiones, & rationis entia, proxima ſũt ſuę exiſtentiæ, dicuntur iam eſſe. Loquendum

Regula circa modum loquendi.

Digitized by Google

dum enim eſt vt plures. Et ita hunc loquendi modum, etſi ſimus rigidi rerum cenſores, æquum eſt ſeruare.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD 1. reſpondetur, qđ tunc illa natura dicitur vniuerſalis fundamentaliter proximè, id eſt, ſecundũ fundamentũ proximum, vt diximus in quinta concluſione, quia eſt eſſe abſtractum, quod eſt fundamentum proximum vniuerſalis; non verò eſt vniuerſalis formaliter: nam non habet ſecundam intentionem actu. Et ſi

Obiectio. fiat argumentum: Nam eſt prædicabilis

Solutio. de multis; ergo eſt vniuerſalis; Diſtinguo antecedens, formaliter, nego; in eſſe obiectiuo, concedo. Et vt ſit vniuerſale formaliter, non ſufficit, vt ſit prædicabilis de multis, ſed eſt neceſſe, quod habet ſecundam intentionem actu, qua referatur

Inſtantia. actu ad plura. Et ſi dicas, conuenit illi definitio vniuerſalis formaliter: er-

Solutio. go &c. diſtinguo antecedens: Quantum ad li formaliter, id eſt, definitio vniuerſalis formalis conuenit illi, negatur: nam eſt quod ſit prædicabilis de multis, vt habens actu ſecundam intentionem, ſecundum quam referatur ad multa. Conuenit illi definitio vniuerſalis in eſſe obiectiuo, ſcilicet, quod ſit affirmabilis de multis, etiamſi actu non habeat ſecundam intentionem, quia actu habet illius

Obſerua. fundamentum proximum, concedo. Sed hoc nihil contra nos. Et hoc bene nota pro materia de vniuerſalibus, de quo

Dubium. poſtmodum redibit ſermo. Etſi dicas. Quænam eſt forma, à qua dicitur vniuer-

Reſponſio. ſale in eſſe obiectiuo? Reſpondetur modò, quod à fundamento ſpecieitatis proximo, vt continet in virtute quodammodo ſpecieitatem, id eſt, à ſpecieitate, quæ eſt non ſecundum ſe, ſed ſecundum fundamentum. Sed de hoc in mate-

Ad Conf. ria de vniuerſalibus. Ad confirmationem patet ex dictis in fine quæſtionis præcedentis, & ex eadem quinta con-

Aliorum ſolut. cluſione. Quidam tamen dicunt, quod aliqua entia rationis habent eſſe formale ab imaginatiua, nimirum vt Chimæra, & mons aureus: Quia Chimæra cognoſcitur veluti animal particulare, cuius ſpecies ex ſpeciebus partiũ elicitur imaginatiua, vt aſſerit Diuus Thom. prima parte, quæſt. 12 articulo ſeptimo, & montem aureum cognoſcit in particulari, cuius ſpecies ex ſpeciebus montis & auri elicitur. Et etiam intellectus mõtem aureum & Chimæram in communi directè, & in particulari indirectè cognoſcit. Reliqua verò entia rationis imaginatiua videtur quòd non cognoſcat, quia videntur tranſcẽdere eius obiectũ.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quòd eſt euidens, illam cognitionem non terminari ad ſecundam intentionem ſpecieitatis, alias idem verbum repræſentaret hominem & ſpecieitatem, quod eſt impoſſibile; ſed tunc licèt non ſit, eſt tamen fundamentaliter proximè, vt dicebamus modo. Et hoc ſufficit, vt dicatur ſpecies illa natura modo proximè dicto. Sed de hoc poſtmodum.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod ibi non eſt ſubiectum & prædicatũ formaliter, ſic adeo, vt ſit intentio ſubiecti & prædicati: ſed fundamentaliter proximè, quia eſt proximè illorum fundamẽtum, quod eſt accipi terminũ ab intellectu, & vnum de alio mediante copula vice rerum affirmari: & ſtatim ex hoc poſſunt illis ſecundam intentionem attribuere. Et idẽ eſt dicendum de intentione propoſitionis, quod eſt fundamentaliter proximè. Et hoc ſufficit, vt dicantur propoſitiones, & ſubiectum, & prædicatum, vt dicebamus in vltima concluſione.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod omnia illa, quæ connumerantur in argumento, ſunt ratione fundamenti proximi: & propterea dicuntur talia res illæ; formaliter verò ſunt, quando cognoſcuntur ab intellectu, & tunc dicuntur talia ex propria forma, vt conſtat ex dictis.

Ad 5. arg. Ens rationis quomodo ponatur in natura, & à quo. Ad quintum reſpondetur, quod ens rationis non ſit ab intellectu, nec præcedit intellectus operationẽ, ſed ad ipſam operationem conſequitur, ac ſi fieret ab illa: nam ita ſe habet intellectus in ordine ad ens rationis, quãtum ad aliquid, ac ſi fieret ab illo. Si autem intellectus efficeret ens rationis, ſimul eſſet operatio efficiẽs rationis, & ipſum ens rationis effectum: ſicut domus, quæ fit ab arte, ſimul eſt cũ artis operatione; ita ens rationis ſimul eſt cũ operatione intellectus; quia ita ſe habet in ordine ad illã, ac ſi fieret ab illa operatione, licèt ens rationis in genere

cauſæ

Digitized by Google

cauſæ finalis & obiectiuè prior ſit natura actione, quæ terminatur ad ipſum, actus verò intellectus in alio genere, ſcilicet, in genere cauſæ veluti effectiuæ ſeu conſequutiuæ, ad quam nimirum conſequitur, prior ſit. *Modus dicendi aliorum.* Qui verò dicunt, ꝙ ens rationis conſequitur ad cognitionẽ fundamẽti, ſeu ad cognitionem naturæ, v.g. in communi debent dicere, ita ſe habere illã cognitionẽ reſpectu entis rationis, ſicut ſe habet actio productiua hominis reſpectu riſibilitatis. *Inſtantia.* Et ſi dicas contra noſtrã determinationem huius quæſtionis: Poſito fundamento proximo & remoto, ſtatim ponitur relatio: ergo poſito fundamento proximo & remoto ſpecieitatis, ſtatim ponitur ſpecieitas. *Solutio.* Reſpondetur; quòd quando relatio conſequuta habet eſſe reale, verum eſt, quãdo verò non poteſt habere eſſe, niſi dum cognoſcitur, debet ſpectare ad ſuũ eſſe formale, ſuam ipſius cognitionem. *Refellitur Suarez argumẽto Sõcinatis.* Vnde male dixit Suarez diſput. 54 ſect: 2. aſſertione prima, ens rationis habere cauſam efficiẽtem, à qua habet ens rationis, vt ſuo modo ſit; & conuincitur Soncin. argumẽto, vbi ſupra ab ipſo diſſoluitur, quia ens rationis modò habet eſſe ſuum, & modò non habebat: ergo habet cauſam effectiuam. Præterea, quia cõſequitur ad fundamentũ: ergo cauſa realis productiua fundamẽti eſt productiua entis rationis. Fallitur, inquam, quia cauſa effectiua realis influit realiter in effectũ ſuum, ſed ens rationis eſt incapax influxus realis: ergo nequit habere cauſam realem. Maior patet ex propria cauſalitate cauſæ efficiẽtis. Minor probatur, quia ſuſcipit realẽ influxum: ergo eſt reale quid. nihil enim nõ reale poteſt in ſe realitatem ſuſcipere. Item, nam ſequitur, quod ab æterno ſit cauſa effectiua, quia ab ęterno cõſequuntur entia rationis in intellectu diuino, vt ipſe fatetur eadem diſputatione & ſectione, numero 23. Vnde argumentum primum nihil probat, ſolùm enim probat conſequi ad cognitionem, non verò effici, quia non poteſt fieri, & hæc eſt ſua natura, vt ſolũ habeat eſſe cognitum, & non factum, & fundamentum eſt aliquid proximũ, vt poſſit cognoſci, non fieri. Nulla enim res eſt cauſa factiua entis rationis, quia ipſum eſt incapax vt fiat; & ſolùm ſunt fundamentum ad cognitionem, non ad factionem; & ad ſummum, intellectus eſt id, ad quod conſequitur eſſe cognitum, non id, per quod fit, quia nihil habet, per quod fiat.

Ad ſextũ. Eſſe cognitum dupliciter ſtat terminatiuè & cõcomitanter. Ad ſextum reſpondetur, quod cognoſci, vt ſuprà dictũ eſt, ſtat dupliciter. Vno modo pro hoc, quod eſt terminare cognitionẽ intellectus ſpecificando illã, & hoc eſt exiſtẽtia entis rationis. Alio modo accipitur eſſe cognitũ pro hoc, quod conſequitur ad hanc terminationem ſeu ſpecificationẽ in actu: & hoc eſt relatio rationis, & non eſt exiſtentia entis rationis, vt probat argumentum: ſicuti eſſe viſum, ſeu eſſe obiectum viſionis, ſtat dupliciter pro hoc, quod eſt ſpecificare viſionem in actu. Et hoc ſecundum aliquid reale eſt: Nam quod terminat ſpecificatiuè viſionem, eſt aliquid reale, & nõ rationis; Non enim viſio parietis ſpecificatur ab aliquo ente rationis, ſed ab aliquo ente reali, & ad illud terminatur. Accipitur rurſus eſſe viſum pro quodam ente rationis conſequuto in pariete ex eo, quod terminat meam cognitionem; & hoc eſt aliquid rationis, & relatio rationis; ita ſuo modo dicendum eſt de ente rationis, & hoc bene eſt.

Ad ſeptimum. Per quam ſpeciem cognoſcatur ens rationis. Ad ſeptimum reſpondetur, quod cum ens rationis cognoſcatur ab intellectu, non per ſpeciem propriam, ſed per ſpeciem entis realis: & cum ens rationis ſit talis naturæ, vt nec in communi, nec in particulari poſſit habere eſſe, niſi dũ actu cognoſcatur; & cum natura illius in vniuerſali non poſſit cognoſci, niſi apprehẽſo prius ſingulari, in quo eſt natura illa vniuerſalis, quam cognoſcit, quod quidem ſingulare non poteſt apprehendi ab imaginatiua, fit vt prius debeat apprehendi ab intellectu, & in illo, ſeu ex illo cognoſcere intentionem in communi. Vide, quæ ſuprà diximus de hoc, ſupra in ſeptima concluſion. & in ſolutione argumentorum. *Importunum argumentũ contra deciſionem factã.* Et ex hac doctrina hic & ibi tradita, ſequitur ſolutio cuiuſdam importuni & moleſti argumenti, quo ſolet probari exiſtẽtiam rationis nõ conſiſtere in cognoſci ipsũ ens rationis, ſed in cognitione fundamenti, ad quod conſequitur; vt quando cognoſco hominem in communi conſequitur intentio

ſpeciei. Et eſt huiuſmodi: Nã ſi entis rationis exiſtentia conſiſtit in cognoſci, ſequitur, quod poſſit exiſtere ratio generica ſine ſpecifica, & ſpecifica ſine generica: quinimo quòd poſſit exiſtere vltima differẽtia ſine genere, & ſpecie: quæ omnia ſunt abſurda. Nam ſicut impoſſibile eſt, quod exiſtat color ſine ſpecie aliqua, v.g. ſine albedine aut nigredine, vel aliquo huiuſmodi; & ſicut impoſſibile eſt, quòd exiſtat vltima differentia albedinis ſine albedine: ita impoſſibile eſt, quòd exiſtat, v.g. ratio relationis rationis ſine eo, quòd ſit relatio, quæ eſt prima vel ſecunda intentio, vel quod exiſtat ens rationis ſine eo, quòd ſit in hoc, vel in illo ente rationis, quòd ſit relatio, negatio, vel priuatio. Sed ſequela probatur: nam poſſum cognoſcere ens rationis in communi, non cognitis relatione, negatione, & priuatione: ergo exiſtet ſine illis; quia illæ non poſſunt exiſtere, niſi cognoſcantur. Item, poſſum cognoſcere relationem in cõmuni ſine prima & ſecunda intentione, ſiquidem eſt vniuerſalior: ergo eadem ratione exiſtet ſine illis. Et poſſum cognoſcere vltimam differentiã ſecundæ intentionis per conceptum ſibi proprium, non cognito genere, quod denominatur: ergo &c.

Solutio. Reſpondetur, quòd neceſſariò debeo prius cognoſcere per intellectum indiuidua entiũ rationis, quàm cognoſcam vniuerſalia, quæ huic indiuiduo conueniunt. Et ita non currit ratio: nam præſupponitur exiſtentia indiuidui entis rationis, ſicut præſupponitur indiuiduum reale exiſtẽs per veram & realem cauſalitatem, cùm intelligo illius prædicata generica exiſtere per illius exiſtentiam. Et hanc cenſeo probabiliorem. Nota tamẽ hic, quòd de entibus rationis, quæ ab imaginatiua cognoſcuntur, cuiuſmodi eſt Chimæra hæc, non currit argumentum: nam de illis, ſicut de aliis entibus realibus, quantum ad hoc, eſt cenſendum.

Ad vlt. arg. Ad vltimum argumentum iam ſuprà reſponſum dedimus. Vide ibi. Dicitur enim cognoſcibile per potentiam intellectiuam, & per ſua prædicata eſſentialia, quæ ſecundum connexionem eſſentialem ſemper [illegible] conueniunt: eſt enim ens ſuo modo. Et hæc ſufficiant.

QVÆSTIO XXIV.

Quæ diuiſio ſit iſta intentionis in primam & ſecundam: vbi conſequenter diſputatur, an enti reali & rationis detur aliquid commune.

1. Argum. ET videtur, quod non ſit in aliquo genere diuiſionis. Nã prima intẽtio eſt aliquid reale, vt homo, v.g. ſecũda aliquid rationis, vt ſpecieitas: ſed enti reali & rationis nullum diuiſum poteſt dari: ergo quod diuiſum non ſit vniuocum planum eſt. Sed quòd nec analogum probatur: quia nulla proportio, ſeu ſimilitudo eſt vnius ad alterum. Quod probatur, quòd plus differunt, quàm ſubſtãtia & accidens: ſed iſta differunt ſecundum analogicam rationem: ergo alia plus differunt, quàm analoga: & ſic erunt æquiuoca: Nam inter analoga, & æquiuoca, non eſt mediũ, nec analogia ſuſcipit magis & minus; & ita prima intentio & ſecunda, quia ſunt aliquid reale & rationis tranſibunt ad æquiuocationem. Et confirmatur hæc ratio, quia differunt pluſquã ea, quæ differunt in infinitum: ergo nõ conueniũt in aliquo diuiſo analogo. Cõſequentia videtur bona, quia nõ poſſunt, ſi ita differunt, habere aliquam proportionem, & ſimilitudinem: & ſic erũt æquiuoca. Sed probatur antecedens; Nã plus differunt ea, quæ continentur ſub mẽbris diuerſis alicuius diuiſionis, quã ea, quæ continẽtur ſub vno membro: ſed Deus & creatura differunt in infinitum, & continentur ſub vno membro: ens reale in hac diuiſione, ens aliud reale, aliud rationis, & ens rationis eſt aliud membrum oppoſitum huius diuiſionis: ergo magis differunt ens reale, & rationis, quàm ens finitum & infinitum; & ita debent æquiuocè differre. Vide huius quæſtionis alia argumenta apud Soncin. q. 5. & 6. 4. lib. Metaph.

2. Argum. Secundò ſic argumentor: Intentio in communi eſt prima intentio: ergo non eſt bona diuiſio intẽtionis in primam & ſecundam

ſecundam

Digitized by Google

ſecũdam. Conſequentia patet, quia diuiſum conuertitur cum vno membro diuidenti. Et probatur antecedens: Nam intentio in communi non eſt proprietas, quæ conuenit rebus ex eſſe, quod habent in intellectu: ergo eſt prima intentio: prima namque intentio eſt proprietas conueniens rebus, non prout eſſe habent in intellectu. *Conf.* Et confirmatur hoc argumentum: nã iſte terminus, prima intentio, eſt terminus: ergo vel primæ, vel ſecundæ intentionis (& accipio illum prout ſignat intentionem in concreto, ſicut terminus primæ intentionis,) ergo ſignificat primam intentionem, & ſic habeo intentum. Si eſt terminus ſecundæ intentionis: ergo ſignificat ſecundam intentionem, & ſic etiam diuiſio eſt nulla: nam diuiſum ſimiliter conuertitur cum vno membro diuidenti.

3. Argum. Tertiò ſic argumentor. Ens rationis & relationes ſunt primæ intentiones, & includuntur eſſentialiter in ſpecieitate, & in intẽtione in communi: ergo nec ſpecieitas poteſt eſſe ſecunda intentio, ſiquidem includit primã intentionem eſſentialiter; nec intentio in communi poteſt abſtrahere à prima intentione, ſiquidem illam eſſentialiter includit. Hoc vltimum eſt euidens, quod enim abſtrahit ab aliquo, illud non poteſt includere. Et de ſpecieitate probatur: Nam oppoſitũ non poteſt includere formaliter ſuum oppoſitum; ſed prima & ſecunda intentio opponuntur: ergo ſpecieitas, ſi eſt ſecunda intentio, non poteſt includere primam intentionem. Sed illud antecedens probatur: Nam iſte terminus, Ens rationis, & iſte terminus, Relatio rationis, sũt termini primæ intentionis: ergo ſignant primam intentionem, & etiam, quia non ſignant proprietates ſecũdum eſſe, quod res habent in intellectu.

Præambula ad quæſtionem.

Controuerſia. Non poteſt hæc quæſtio explicari exactè, niſi prius decidamus, an ens reale & rationis conueniant in aliquo conceptu ſuperiori, id eſt, an dicatur ens de ente reali & rationis analogicè, vel vniuocè, vel æquiuocè. Et in hac quæſtio ne ſunt diſcrepantes & variæ ſententię.

1. Opinio. Sőcinatis. Vna opinio aſſerit, ens eſſe merè æquiuocum ad ens reale & rationis. Et huius opinionis eſt Soncin. quarto Metaph. quæſtion. quinta; et probatur primò, quia nullus termin⁹ analogus dicitur de aliquo, *1. Argum.* niſi ratio per terminũ ſignata in eo reperiatur; ſed ratio ſignificata per ens non ſaluatur in ente rationis: ergo &c. Maior eſt nota per ſe: minor probatur: Nã ratio ſignificata per ens ſecundũ Sonc. eſt hoc diſiunctum, ſubſtantia vel accidens: ſed hæc ratio non ſaluatur in ente rationis: ergo &c. Et ſecundũ aliam opinionem ratio ſignificata per ens, eſt habere eſſe, quod eſt determinabile ad ſubſtantiam, vel accidens; ſed hæc non ſaluatur in ente rationis; ergo eſt nomen æquiuocũ. *2. Argum.* Secundò: Quia nulli cõtento ſub analogia entis repugnat exiſtẽtia, quia ens eſt id, cui conuenit eſſe; ſed enti rationis repugnat exiſtẽtia; ergo &c. Minor probatur; quia exiſtentia eſt actus eſſentiæ: ſed ens rationis non habet eſſentiã: ergo nec exiſtentiã. *3. Argum.* Tertio; quia, ſi eſt analogia inter ens reale, & ens rationis, ergo eſt inter ea, aut realis ſignificatio vnius ab altero, ſicut ſanitas ſignificatur per vrinã & pulſum; aut realis cauſalitas & productio vnius ab altero; ſed ens rationis nõ ſignificat ens reale realiter, nec eſt cauſa eius, nec cauſatũ ab eo, quia realis productio non eſt niſi ab ente reali, nec poteſt terminari, niſi ad ens reale. *Contradictio in Soncinate.* Et hic author poſtmodũ quæſt. ſexta, eiuſdẽ libri, videtur vnũ dicere huic ſententiæ, quam modo retulimus, contrarium. Illud autẽ eſt, huiuſmodi conceptũ obiectiuum cõmunẽ enti reali & rationis non eſſe realem, nec rationis, ſed abſtrahere. Vbi videtur conſtituere cõceptum communem enti reali, & rationis. Quod ſi communis eſt, non eſt æquiuocus; nullum enim æquiuocum nomen poteſt aliquid importare cõmune. Probatur verò habere conceptũ communem. *4. Argum.* Et ſit quartum argumen. huius authoris: Nam omnis conceptus cõmunis pluribus, & ſuperior eis, in quolibet illorum includitur per ſe: ſed conceptus entis hoc modo accepti, vt abſtrahit à reali & rationis, eſt ſuperior ente reali & rationis: ergo clanditur per ſe in cõceptu vtriuſque; ſed nullũ reale claudi tur per ſe in conceptu rationis; ergo ille

conceptus non eſt realis. Maior patet: quia inferius definitur per ſuũ ſuperius. Minor probatur, quia omne totum eſt ſuperius partibus ſubiectiuis. Antecedens verò ſecundæ conſequentiæ probatur: quia ſi aliquid reale cõueniret per ſe enti rationis, hæc eſſet vera: Ens rationis eſt ens reale: ſicut, quia animal clauditur per ſe in conceptu hominis, hæc eſt vera, Homo eſt animal.

5. Argum. Quintò arguitur ſic: Reale & rationis in nullo conueniũt reali, ſed conueniunt in conceptu entis: ergo conceptus entis non eſt realis. Maior patet: Nam differentiæ diuidentes aliquid commune, non coincidunt, nec ad inuicem; ſed reale eſt differentia, ſeu modus diuidens ens: ergo non coincidit cum ente diuiſo; & ſic ens non eſt reale.

6. Argum. Sextò: Nam minus conueniunt ſubſtantia & Chimæra, quàm ſubſtantia & accidẽs; ſed ſubſtantia & accidens cõueniunt ſolùm in ente reali: ergo ſubſtãtia & Chimæra non conueniunt in ente reali; at conueniunt in ente: ergo ens nõ reale quid eſt.

Soncinas explicat propria dicta apparenter contraria. Et licèt iſte modus dicendi videatur contradicere ſupra dicto dicendi modo authoris eiuſdem, ipſe tamẽ hanc contradictionem ſolutione ad ſecundũ diſſoluit, dicens: Cùm dicitur ens eſſe commune enti reali & rationis, & nec reale, nec rationis eſſe, non intendere in hoc aliquem conceptum eſſe eis communem, cùm ſint æquiuoca; Sed dicitur ille conceptus abſtrahere à reali & rationis, quia ſi ſumamus omnia entia realia & rationis ſimul, nec ſunt aliquid reale, nec rationis, quia ſecundum aliquam & principalem ſui partem eſt ens reale, ſecundum aliam eſt ens rationis: & ita ſecundum ſe totam, nec eſt aliquid reale, nec rationis. Vbi videtur dicere, quod ens ad reale & rationis eſt merè æquiuocum, quia habet duos conceptus, qui ſi ſimul ſumantur, nec ſunt aliquid reale nec aliquid rationis: ſicut ſi ſumamus hominem viuum, & mortuum ſimul, nec eſt viuus homo, nec mortuus.

2. Senten. Secunda ſententia eſt eorum, qui cenſent ens eſſe vniuocum ad ens reale & rationis. Et ratio horum eſt, nã relatio eſt vniuoca ad relationem realem & rationis: ergo & ens. Patet antecedens, nã eſſe relationem rationis non eſt eſſe relationem ſecundum quid, ſed ſimpliciter; nã totum ſuum eſſe ſimpliciter, & non ſecũdum quid, eſt ad aliud ſe habere, ſicut & relatio realis hoc habet. Conſequentia verò probatur: quia quando inferius eſt vniuocum ad aliqua, ad illamet erit ſuperius vniuocum: ſed ens eſt ſuperius ad relationem, quia hæc eſt vera, relatio eſt ens: ergo ad illa, ad quæ relatio eſt vniuoca, erit ens vniuocũ: de hoc enim nulla dari poteſt exceptio: Nam ſi homo eſt vniuocum ad Petrum & Paulum, ad eoſdem erit ens vniuocum: etſi accidẽs eſt vniuocum ad nouem prædicamenta, ad eadem erit ens vniuocum.

Tertia ſententia eſt illorum, qui cenſent ens analogum eſſe ad ens reale, & rationis, cæterum vnico conceptu, quem illis importat, ſicut ens eſt analogum ad ſubſtantiam & accidens vnico cõceptu. *3. Senten.* Et ratio pro hac ſentẽtia huiuſmodi eſt: Nam conceptus, de quo intellectus eſt certus, diſtinctus eſt ab his, de quibus intellectus eſt dubius; ſed de Chimæra intellectus eſt certus, quòd eſt ens, quia cognoſcitur ab intellectu, & dubitat, an ſit ens reale, vel rationis: ergo conceptus entis eſt communis enti reali & rationis: ergo vniuocus, vel analogus. Omne enim commune vel eſt vniuocum, vel analogum: ſed non vniuocum: ergo analogum. Minor ſatis patet.

Deciſio Quæſtionis.

SIt prima concluſio. Non poteſt dari vnus conceptus enti reali & rationis, qui ſit illis communis, & abſtractus. *1. Concluſ. D. Thom. Caiet.* Probatur primò authoritate Domini Caiet. opuſculo de nominum analogia, qui dicit ens analogicè dici de ente reali, & rationis duobus cõceptibus; quinimo hoc noſter Magiſter Sãctus Doctor affirmat. Et probatur ratione: nam ſequitur, quòd ſi datur aliqua ratio ſuperior enti reali & rationis, quod de illa poſſit eſſe aliqua ſcientia; *1. Ratio pro concluſ.* cõſequens eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Et probat ſequela; nã illa eſt intelligibilis, & habet ſuas paſſiones, ſcilicet, oẽs illas quas habet ens reale: quia eſt vnum, verum, bonum, &c. Minor probatur; quia non phyſica, quia verſat circa ens mobile; nec metaphyſica,

Digitized by Google

ta, quia eius obiectum eſt ens reale; nec logica, quia verſatur circa ſecundas intẽtiones, & idem patet de aliis ſcientiis. Et *Confir.* confirm. hæc ratio. Nam ſi dixeris, quòd poteſt dari: ergo Ariſt. diminutè numerauit ſciẽtias omnes, quæ haberi poſſunt de re aliqua, ſiquidem illam non tradidit. Quinimo ſequitur, quòd illa tria genera abſtractionum, ſecundum quas ſcientiæ diſtinguũtur, non ſunt rectè aſſignatæ, nec exhauriant totam rationẽ entis ſcibilis naturaliter, ſiquidem datur aliud ſcibile ſuperius ad illa ſcibilia, quæ habẽt ſupra dictas abſtractiones; & ex conſequenti debet habere puriorem, & eleuatiorem abſtractionem. Probat. ſequela, quia ſi detur illa talis ratio abſtracta ab ente reali, & rationis, quòd illa pertineat ad intellectum, tamquam eius obiectum, ſiquidem attingitur ab illo, & non tamquam pars ſubiectiua ſui obiecti; quia eſt ſuperior omni alia ratione: ergo tãquam obiectũ intellectus; & ſic non erit obiectum noſtri intellectus ens reale, ſed ens abſtractũ. Ex quo ſequitur, quòd intellectus non ſit nobiliſſima potentia, ſiquidem habet illud obiectum ignobiliſſimum: cum nõ ſit ens reale, nec rationis. *2.Ratio.* Præterea probat cõcluſio: Nã illa ratio vel habet eſſe per operationem intellectus, vel non. Si primum: ergo eſt aliquid rationis; ſi ſecundum: ergo eſt aliquid reale: nã omnis entitas, quæ habet eſſe, & non per opus intellectus, eſt aliquid reale, ſiquidem ei aliunde prouenit eſſe, quàm ab intellectu. *Confir.* Et confirmatur hæc ratio, Nam illa ratio habet eſſe, ſiquidem eſt ens & non per intellectũ, aliàs omne ens haberet eſſe per intellectum: quod enim conuenit ſuperiori, omni ſibi inferiori cõpetere debet: ergo ſi habet eſſe, & non per intellectum, habet eſſe in rerum natura: nam non eſt alius modus eſſendi: ergo eſt aliquid reale, non ergo abſtrahit à reali & rationis. *3.Ratio.* Præterea probatur concluſio, nam numquam apud authores graues & antiquos, qui ſatis ſunt verſati in Metaphyſica, cuiuſmodi eſt D. Thom. Scotus, Boetius, & alii huiuſmodi, reperitur poſita talis entis ratio. Quinimo viri grauiſſimi etiam negant dari hoc poſſe, reſpectu ſubſtantiæ & accidentis. *4.Ratio.* Præterea, ex hac poſitione ſequuntur grauiſſima incõuenientia, quæ in inferioribus, prout ratio doctrinæ poſtulauerit, referentur. *Corollariũ.* Ex hac cõcluſione ſequitur, quòd non detur vna ratio entis vniuoca enti & reali & rationis, quia non datur illis vna ratio communis & ſuperior.

2.Conclus. Secunda concluſio. Hoc nomen ens, vt conuenit etiam entibus rationis & realibus, importat duos conceptus, qui habẽt inter ſe analogiam quandam. Hæc concluſio probatur authoritatib. ſuprà relatis, & tenet illam Fonſeca, libro quarto Metaphyſ. quæſtio. prima, cap. ſecundo, & probatur rationibus: *1.Ratio.* nam ens rationis habet quandam ſimilitudinem cum ente reali: nam ſicut illud ſe habet ad ſuam entitatem, ita & hoc habet proprietates ſimiles entis realis proprietatibus: ergo licèt ens ſignificet duos conceptus, ſecundum tamen quod inter ſe habent analogiam & proportionẽ. Probatur antecedẽs, nã propterea dicitur ens rationis, quia ratio tribuit eſſe cuidam rei, quæ habet ſimilitudinem ad ens reale: conſequitur enim ad rationis actum aliquid, quod ſimile eſt enti reali & vero. *2.Ratio.* Præterea: ens rationis poteſt cognoſci per ſimilitudinem, & ſpeciem entis realis: ergo ens rationis eſt ſimile enti reali: ergo non eſt æquiuocatio inter illa, & non vniuocantur: ergo analogantur. Antecedens ex dictis ſuprà conſtat. Conſequentia probatur: nam cognitio fit per aſſimilationem: ergo ſpecies entis realis ſimilitudinem aliquam habet cum ente rationis, ſiue ens rationis cum ente reali: non enim poſſum cognoſcere per ſpeciem impreſſam rem, quæ nõ ſit illi ſimilis aliquo modo. Secundò illa conſequentia probatur: quia inter æquiuoca, vt ſic, nõ eſt ſimilitudo. Vltima conſequẽtia ſatis patet: quia analoga ſunt media inter vniuoca & æquiuoca; & hac ratione probari ſolet, quod ens dicitur analogicè de Deo & creatura. Et certè ob nullam aliam rationem negationem, & relationẽ, entia rationis vocamus, niſi quia habent ſimilitudinem in ſuo imperfectiſſimo eſſe cum eſſe vero & reali, ex quo patet eſſe analoga.

Conclus. Tertia concluſio. Nec etiam in particulari poteſt dari aliquis conceptus abſtractus ab ente reali, & rationis. V. g. non poteſt dari relatio abſtracta ab ente reali & rationis.

rationis,à relatione reali,& rõnis. Hæc concluſio latiùs,& in particulari diſputabitur in prædicamento Relationis. Modò verò hac demonſtratione illã probo. Illa entitas particularis, vt relatio, v g. eſt inferior ad ens:ergo debet eſſe reale, vel rationis. Antecedens probatur: nam benè valet, Eſt relatio:ergo eſt ens, & nõ è contra:ergo eſt inferior. Et ꝓtereà probatur:quia non ita ſe extendit ſicut ens: multa enim ſunt entia, quæ non ſunt relationes. Conſequentia illa probatur, quia ens diuiditur immediatè per reale, vel rationis:ergo ſi eſt ens, debet eſſe reale vel rationis:cui enim conuenit diuiſum, debet conuenire aliquod membrorum diuidentium, ſicut ſi eſt animal, debet eſſe rationale, vel irrationale. Secundò probatur illa conſequentia: Nam illa ratio, v. g. relationis, eſt ens particulare, & diminutum in aliquo genere;ergo determinatur ad illud ꝑ illud, quod immediatè determinat ens:ſed quod immediate determinat ens, eſt aliquid reale, vel rõnis:ergo determinatur per aliquid reale vel rationis:nõ ergo eſt quid abſtractum. Ex hac concluſione ſequitur, quòd intentio in communi non poteſt eſſe aliquid abſtrahens à reali, & rationis ente, quia eſt inferior ad ens, ergo eſt realis vel rõnis.

Corollariũ.

4. Concluſ. ad aures. Heruæi.

Quarta concluſio. Intentio in communi, ſi ſequamur opinionem Herueij, quam ſupra retulimus, importat relationẽ quãdam rationis communem primæ, & ſecũdæ intentioni, & genericam reſpectu illarum; itaque intentio in hac opinione, genus eſt ad primam & ſecũdam. Et probatur hæc concluſio, nam prima & ſecũda intentio cùm ſint in hac opinione relatiua quædam, quæ habent & terminos diuerſos, atque fundamenta etiam diuerſa, conſequitur, vt ſpecie differant, ſpecie, inquam, ſubalterna, & intentio in cõmuni genus eſt ſubalternum reſpectu illarum. Prima enim intentio dicit terminũ formalẽ primæ tendentiæ intellectus in rem, & ita totum ſuũ eſſe eſt ad intellectum tendentem in rem: ergo eſt relatio rationis: Et cùm huiuſmodi tendentiæ ſpecie differãt, erit ſpecies ſubalterna. Secunda verò intentio eſt tendentia formalis ſecunda, qua res refertur etiã ſecundò ad intellectũ, & ad ſuũ. v. g. inferius, vt patet in ſpecieitate. Hic aũt terminus formalis eſt diuerſus. Quod etiam probatur, quia fundatur in eſſe cognito intellectus, & ſic habet fundamenta diuerſa:quamobrem erit ſpecie diuerſa relatio, ſpecie, inquã, ſubalterna. Vnde cũ intẽtio prędicetur de plurib. ſpecie differentibus in quid, vt conſtat, erit genus.

5. Concluſ. ad aures aliorum.

Quinta concluſio. Sequẽdo aliam opinionem, quam ſupra retulimus, quòd prima intentio obiectiua eſt id omne, quod rebus ſine eſſe in intellectu conuenit, intentio dicitur analogicè de prima & ſecunda duobus conceptibus, ſicut ſanum dicitur de animali, & vrina, & pomo. Patet hæc concluſio, quia prima intẽtio aliquando eſt aliquid reale: homo. n. eſt prima intentio, & ſic de aliis huiuſmodi rebus; ſed enti reali, & rationis, nihil põt dari commune vniuocum; ergo ſaltẽ reſpectu intentionis ſecũdæ & primæ, quãdo eſt aliquid reale, non põt eſſe vniuocũ. Præterea, quando aliqua non vniuocantur in aliqua ratione ſuperiori, multo minus vniuocantur in ratione inferiori; ſed prima, & ſecunda intentio, quãdo prima intentio eſt aliquid reale, nõ vniuocãtur in ratione entis: ergo neq; in ratione intentionis, intentio. n. non eſt vniuoca. Maior probatur: Nã ratio ſuperior includitur in inferioribus:ergo ſi ens reſpectu entis realis & rationis eſt analogum, & intentio, quæ includit ens, erit analogũ: Nam ſi reſpectu Dei, & creaturarum, ens eſt analogum, & ſimiliter ſubſtantia quæ includit ens. Aliqui dicunt, rationem non probare, niſi quòd analogentur in rõne entis, & nõ in ratione intentionis. Sed contrà; Intentio includit eſſentialiter ens: ergo ſi analogãtur in ratione entis, etiam in ratione intẽtionis; nam ſi ens eſſet imperfectio, & intentio, includeret ens in quantum intentio, vt ſic: eſſet imperfectio. Qđ verò hæc analogia debeat eſſe duobus conceptib. probatur: Nam ſi datur vnus, vel eſt realis, & ſic, non conueniret intẽtionib. rationis; vel eſt rationis, & ſic non conueniret intentionibus realibus; at non poteſt dari abſtractus, vt probatum eſt: dantur ergo duo conceptus, qui habent inter ſe proportionem & analogiam; pro illa ſaltem parte, qua ens rationis habet analogiã, & pro-

Solutio.

Impugnatio.

Digitized by Google

& proportionem ad ens reale, quod ens rationis includitur in intentione prima, quæ eſt aliquid rationis *Obiectio.* Sed contrà: Aliquæ primæ intentiones ſunt aliquid rationis, vt Chimæra, relatio, &c. ergo ab iſtis poſſum conceptum intentionis rõnis abſtrahere, qui ſit communis etiam ſecundis intentionibus, quæ ſunt etiam aliquid rationis. *Solutio.* Reſpondetur, quod verum eſt, & intentio ad illas erit ſpecies: ſed nos non loquimur, niſi reſpectu intentionum realium, & rationis, ad quas, ſicut ens non põt dicere vnũ conceptum, nec vniuocum: ita neq; intentio, ſed duos cõceptus inter ſe proportionem habentes, ſicut illam habent ens reale, & rationis, & homo viuus, & pictus, qui in ratione hominis plus vidẽtur differre, quàm ens reale, & rationis in entis ratione, quia ens rationis habet ſuas proprietates enti reali ſimiles: nam eſt vnum, &c.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. argu: AD primum reſpondetur, quod etſi plus differant ens reale, & rationis, quam ea, quæ differunt in infinitum, tamen quia habent ſimilitudinem, & proportionẽ, ens dicitur de illis analogicè: Nam entia rationis ſemper habent ſuũ eſſe, & proprietates in ordine ad ens reale: & hac ratione vocatur ab authoribus grauibus ens fictitium, quia eſt ſimilitudo entis veri, & fit ab intellectu ad entis veri ſimilitudinem, & per hoc patet ad confirmationem.

Ad 2. arg. Ad ſecundũ reſpond. quod intẽtio in communi eſt prima intentio vt quod, & denominatiuè, ſicut homo dicitur albus: eſſentialiter verò habet eſſe intentionẽ, abſtrahendo à prima, & ſecunda, & diuiditur in primam & ſecundam vt quo, & eſſentialiter; ſicut vniuerſale diuiditur tã quam genus in quinque prædicabilia, ſcilicet, in genus, ſpeciem, &cæt. & tamen optima eſt diuiſio, quia conuertitur cum vno membro diuidẽti denominatiuè ad hunc ſenſum, quod ipſum vniuerſale eſt genus denominatiuè & accidẽtaliter, & vt quod; eſſentialiter verò habet eſſe vniuerſale abſtrahẽdo à genere, & diuiditur in genus vt quo, & eſſentialiter. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpon. quod iſte terminus prima intentio, eſt terminus primæ intẽtionis, & ad hoc ſat fuerit ſignificare primam intentionem denominatiuè.

Ad 3. arg. Solutio ad mentes Heruæi difficilis. Eodem modo reſpõdendum eſt ad tertium argum. Nam ens rationis, & relatio rationis, ſunt primæ intẽtiones denominatiuè, eſſentialiter verò abſtrahunt: & ſic non eſt inconueniens, quod eſſentialiter claudantur in primis, & ſecundis intentionibus. Fateor quidem habere difficultatem, ſed dicta ſunt ſecundum opinionẽ Heruæi, & pro ipſo defendendo. *Aliorum ſolutio facilior.* Si verò ſequamur alium modum dicẽdi, quod intentio prima dicitur id, quod conuenit reb. de ſe, & ſecunda intentio proprietatem conuenientem rebus, prout habẽt eſſe in intellectu, dicimus intentionem & relationem rationis, & ens rationis, non eſſe primas intentiones, nec ſecũdas, ſed abſtrahere ab illis: terminũ verò ipſa ſignificantem eſſe primæ intentionis, q̃a non ſignificat aliquid, quod conuenit rebus, prout habent eſſe in intellectu: ſicut bene poteſt eſſe terminus primæ intẽtionis, etiamſi ſignificet ſecundas intentiones, vt aliqui opinãtur, vt iſte terminus ſpecieitas, vt dicitur in capite de terminis ſecundarum intentionum, libro primo Summulatum, quia non ſignificat illam proprietatem, prout conuenit reb. ex eſſe, quod habẽt in intellectu: quia ſic deberet ſignificare illam cõnotatiuè, & prout conuenit rebus; ita poteſt eſſe terminus primæ intentionis, etiamſi ſignificet aliquid, quod nec eſt prima, nec ſecũda intentio eſſentialiter, quia ſignificat illam oppoſito modo ad terminum ſecũdæ intentionis, vel nõ eo modo, quo ſufficit. Hæc ſufficiant in re tam obſcura, & benè video his, qui non ſunt ex noſtra ſchola, hæc fore difficillima.

Ad alia argu. aliarũ opin. ad 1. Soncinatis. Ad argumenta alia, quibus contra cõceptum entis inſurgebamus. Ad primum argumentum Sõcinatis reſpon. quod ratio importata per ens reperitur in ente rationis nã illa eſt eſſe, & ens rationis habet eſſe, licèt diminutiſſimo modo, & analogico; ita vt vnus conceptus non poſſit abſtrahi, ſicut nec ab homine viuo, & picto, riſus hominis, & prati. Et licèt conceptus entis eſſe illud diſtinctum per ſimilitudinem participaretur ab ente rationis, ſicut riſus hominis per ſimilitudinem

nem participatur à floriditate prati.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpon. quia nulli contento ſub analogia entis repugnat exiſtẽtia verà, vel aliqua exiſtentia, quæ ſit ſimilis veræ exiſtentiæ; & ita exiſtentia entis rationis habet ſimilitudinem cum exiſtẽtia entis realis: quia ſuo modo eſt vltimus actus ſuæ eſſentiæ. Habent enim ſuam eſſentiam entia rationis per ordinem & ſimilitudinem ad entium realium eſſentiam.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpond. negando antecedens: Nam riſus dicitur analogicè de riſu hominis & prati, & tamen nec eſt realis cauſatio, nec realis ſignificatio: ſed ſufficit, quod ſit aliqua proportio, & ſimilitudo, qualis reperitur inter ens reale, & ens rationis.

Ad 4. arg. Ad argumenta, quę Soncinas cõſtituit in illa q 6. ſuprà citata, reſpondetur. Et ideo ad quartum argumentum dicitur, quòd non datur talis conceptus, & ſic nec includitur in inferioribus, nec abſtrahit.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpõdetur, quod ens reale & rationis non conueniunt in vno cõceptu abſtracto communi; ſed conueniũt analogicè, quatenus eorum duo conceptus habent proportionem: nec dicũtur differentiæ entis, quaſi diuidant aliquid cõmune, ſed quia omne ens reale debet eſſe, vel rationis, ſiue accipiantur in cõmuni, vel in particulari.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpond. quod ſubſtantia & Chimæra non conueniunt, niſi in quadã ratione analogica entis rationis duobus cõceptibus expreſſa, proportionem inter ſe habentibus. *Curioſitas pulchra.* Vtrùm verò accipiẽdo totam latitudinem entium realiũ & rationis, ſint dicenda ens? reſpond. quòd non, quia non ſunt vnum ens, & eadem eſt ratio entis, & vnius entis. Nec dicenda ſunt conceptus obiectiuus, quia non ſunt vnus conceptus, ſed debent dici partes vnius conceptus, analogici, & proportionalis. An verò ſint dicenda entia realia? reſpondetur quòd non, ſed debẽt dici non entia realia.

Ad arg. 2. opinio. Ad aliud argum. ſecundæ opinionis dicitur, quòd relatio non eſt communis entí reali, & rationis, rationib. iã factis. Et de illa latiùs in cap. de Ad aliquid: Nam quamuis ſit ſimpliciter relatio, tamẽ duobus conceptibus dicitur relatio, de relatione reali, & rationis, ſicut creata ſubſtantia eſt ſimpliciter ſubſtantia, & tamẽ de Deo & illa duobus conceptibus, & analogicè, dicitur ſubſtantia.

Ad arg. 3. opinion. Ad argum. tertiæ ſententiæ reſpond. quòd de Chimæra eſt intellectus certus, quod eſt ens rationis; quia eſt quoddam impoſſibile: impoſſibile autem nõ eſt aliquid in rebus. Et idem de omni alia entitate rationis. Et quando cõtingeret dubietas, nõ poſſet intellectus dubitare habendo conceptum abſtractum, ſed habẽdo conceptum realem, vel rationis.

QVÆSTIO XXV.

Vtrùm prima, & ſecunda intentio denominent res ad extra immediatè.

Controuerſia. HÆC quæſtio ſolet ab intentionum tractatoribus ſub aliis verbis proponi, vtrũ ſecunda vel prima intentio fundentur ſuper rem ad extra immediatè. *Difficultas põt eſſe de duob. de prima & ſecũda intẽtionib. & de fundamẽto eorum.* Et quidem multum vtilitatis habet hæc quæſt. vt melius naturam ſecundæ intentionis percipiamus, quæ ex modo denominandi multũ pendet. *Si de fundamento.* Hæc quæſt. intellecta de fundamento, ſi loquamur de ſecunda intentione, jam ſupra viſum fuit, quomodo fundetur proximè in eſſe cognito intellectus, & nõ fundatur immediatè ſuper rẽ ipſam abſolutè, v g. ſpecieitas, non ſuper hominem vtcumque, ſed fundatur ſuper hominem vt cognitum; & ita non fundatur ſuper rẽ ad extra immediatè, ſed prout habet eſſe in intellectu. *1. Modus dicẽdi ad aures Heruæi.* Si verò accipiamus primam intentionẽ, quatenus dicit relationem rationis iuxta acutiſſimi Heruæi opinionem probabiliſſimã, nec quã fundatur ſuper rem ipſam abſolutè, & ſine ordine ad intellectum, ſed quatenus terminat cognitionẽ intellectus ſpecificando illã, & ita prerequirit cognitionẽ intellectus circa illud obiectũ; vt v.g. homini ſit prima intẽtio in concreto (loquimur de prima intẽtione) eſt neceſſe, vt p intelligamus cognitionẽ intellectus, & ex eo, quòd illa terminat, eſt prima intentio:

tentio: non verò dicitur prima intentio ſine ordine actuali ad intellectum, vt tē dentem in rem illam, tendētem, inquam actualiter. Et illa prima & ſecunda intē tio non fundantur ſuper rē ad extra, hoc eſt, ſuper rem ſine ordine ad intellectū.

3. Modus dicendi aliorum.

Refellitur Toletus.

Si verò loquamur de prima intentione iuxta primam opinionem, ſcilicet, tenēdo quòd ſit aliquid, quod rebus conuenit de ſe. Quam opinionem etiam ſequitur Toletus de primis & ſecundis intentionibus quæſt. prima, quamuis perperam dicat, quòd ens rationis conſequutū ad cognitionem intellectus, ſit ſecunda intentio: Nam eſſe cognitum ſuprà viſum fuit eſſe primam intentionem, neque pertinere ad conſiderationem logicam, certū eſt non habere fundamentum, vt prima intentio eſt: Nam homo eſt prima intentio neque habet fundamentum, &c.

Arg. contra præfatū modum dicendi.

Et ſi fiat argumētum. Species eſt ſecūda intentio, & non fundatur ſuper rē, vt cognitam ab intellectu, malè ergo dicitur, quod ſecunda intentio fundetur ſup rem, vt habet eſſe in intellectu, & non in mente ad extra. Minor probatur: Nā ſpecies dicit compoſitum ex natura ſpecifica, & ſpecieitate, ſicut album cōpoſitum ex corpore & albedine, ſed compoſitum ex natura & ſpecieitate non fundatur ſuper naturam, vt cognitam, quia totū non fundatur ſupra ſuam partem, nec ſupra ſe ipſam: ergo non poteſt dici, quod pater, id eſt, homo habens filium, fundetur ſuper hominem generantem.

Nota pro ſolutione.

Compoſitū apud Logicos duplex, ex his, & huic; quid inter ea interſit.

Pro huius argumenti ſolut. notandum eſt, compoſitum apud Logicum dupliciter accipi conſueuiſſe, ſcilicet, & pro cōpoſito ex his, & pro compoſito huic. Cōpoſitū primo modo habet proprietates diuerſas à proprietatibus compoſiti ſecūdo modo: Nam compoſitum ex his, nō pōt prædicari de parte, v.g. accipiamus compoſitum ex corpore, & albedine, q. eſt compoſitum ex his, non poteſt prędicari de corpore. Falſum eſt enim dicere, quod corpus eſt album, id eſt, compoſitū ex corpore, & albedine, altera enim pars etiam compoſiti accidentalis non eſt totum compoſitum accidentale. Si autem album accipiatur pro cōpoſito huic, tūc compoſitum ſic dictum bene poteſt prædicari de parte: nam bene poteſt dici, q. corpus eſt coniunctum albedini, & compoſitū illi. Vnde hæc propoſitio, corpus eſt album, quę eſt vera, facit hunc ſenſū, non quod corpus ſit compoſitum ex corpore & albedine, quod eſſet falſum, quia erat compoſitum ex his tunc, id eſt, ex corpore & albedine: ſed facit hunc ſenſum, quod corpus eſt albedini cōiunctū, ſeu compoſitum, ſeu, quod in idem redit eſt habens albedinem, & ſuſtentans albedinem, ſeu quòd albedo eſt coniūcta corpori. Eodē modo pōt accipi ſpecies pro cōpoſito ex natura abſtracta & ſpecieitate, & tunc accipitur pro compoſito ex his, & tūc nec denominat, nec habet fundamentum, quia illud cōpoſitum nō præſupponit aliquid, nec aliquid aliud à ſe denominat, vt planè conſtat. Si verò accipiatur pro compoſito huic, importat vel ſpecieitatem, quæ coniungitur homini; vel hominem, qui cōiungitur ſpecieitati. Et tunc quidem habet fundamentū; nam ſpecieitas coniuncta homini fundatur in eſſe cognito illius, quamuis verum ſit, quòd nō ſupponit pro formali, & ſic communiter dicimus, quòd fundamentū vniuerſalis eſt eſſe cognitum, vel eſſe abſtractum. Accipimus enim tunc vniuerſale non pro natura habente vniuerſalitatē, ſed pro vniuerſalitate coniuncta naturæ.

Tollitur proceſſus in infinitum.

Nec ſequitur ex hac ſententia proceſſus in infinitum in fundandis intentionibus: Nam ſpecieitas, v.g. fundatur ſuper hominem cognitum, cognitum verò eſſe nō eſt ſecunda intentio, ſed prima; & hęc prima intentio cogniti eſſe fundatur in cognitione, cognitio verò fit effectiuè ab intellectu.

Inſtantia.

Et ſi dicas, quòd iſta cognitio vt terminat meam cognitionem, qua reflexè cognoſcitur, eſt prima intentio; fateor quidem, & rurſus illam reflexam cognitionē poſſum iterum cognoſcere, & ſic terminabit meam cognitionem: ergo in primis intentionibus, ſecundū opinionem Heruæi, eſt proceſſus in infinitum.

Solutio.

Reſpond. quod ſicuti non eſt incōueniēs, quòd in actibus reflexis non detur ſtatus ita non eſt inconueniens, quòd in primis intentionibus.

Dilucidatur difficultas etiam quę ad primā & ſecūdā intentiones.

Ad ſecundum ergo ſenſum quęſtionis tranſeuntes, videndum eſt, an ſpecieitas, v.g. & quælibet alia intentio, denominet in mente rem ad extra? Senſus eſt, an ſit

neceſſe

Digitized by Google

neceſſe aliquam aliam denominationem ante præcedere, vt denominetur prima, vel ſecunda intentio, an verò ſine hac p̄cedenti denominatione, prima, & ſecũda intentio denominent ad eum modũ, quo ſolemus dicere, quãtitatem rem materialem immediatè afficere, & denominare, albedinẽ verò non ita, ſed mediante quãtitate, quæ prius facit ſubſtantiam quantam. Et quidem loquendo de prima intẽtione in opinione Heruæi: nã in alia opinione ſuprà relata non habet locũ hæc quæſtio, dico quòd denominat ipſam rẽ immediatè nulla alia media denominatione præuia: Nã Petrus, v.g. dicitur prima intentio, quia terminationem quãdã formalem habet, quæ cõſequitur ad actũ cognoſcendi: ſed illa terminatio nullam aliam denominationem in re, quæ denominatur prima intentio, præſupponit: ergo denominat rem immediatè ad extra, hoc eſt, non præſuppoſita alia denominatione, nec alia forma in ipſa re. Bene verũ eſt, quòd præexigit actionẽ intellectus, vt dictum eſt. Præterea, vel hæc denominatio, ſi prærequiritur aliqua, vt denominet prima intentio rem, vel eſt prima intentio, vel ſecunda: Prima eſſe non poteſt, aliàs eſſet proceſſus in infinitum, vel noſtra concluſio eſt vera: quia iam illa prima intentio denominat rem immediatè, & eadem eſt ratio de prima; ergo etiã prima denominabit immediatè: Vel ſi ſecunda non denominat ſine alia, idem erit dicendum de illa alia, & ſic erit proceſſus in infinitũ. Secunda intentio eſſe non pōt: quia prima intẽtio pertinet ad primam intellectus cognitionem, & ita non pōt præſupponere ſecundam intentionem, quæ pertinet ad cognitionem ſecundam intellectus. Si autẽ loquamur de ſecunda intentione, dico illam non denominare rem immediatè, niſi vt præſupponitur in ipſa alia rationis denominatio ab ente quodã rationis, ſicut præexigit neceſſariò albedo, vt denominet ſubiectum quantitatem. Hoc aũt, quod denominat ſubiectum, eſt quoddã ens rationis quod dicitur relatio eſſe cogniti taliter, & denominat rem taliter eſſe cognitã: & hac denominatione præſuppoſita res illa poſtmodũ à ſecunda intentione denominatur, v. g. ſpecieitas, vt denominet hominem, neceſſarium eſt, hominem ipſum cognitum eſſe in vniuerſali. Nec.n. hominem ſine hac paſſiua cognitione denominare poteſt, quia cùm ſit ens quoddam rationis puriſſimum & perfectiſſimum in ſuo genere ſecũda intentio, præſupponit rem ſic iam habentem aliquod eſſe rationis, cuiuſmodi eſt cognitum eſſe. Et de hoc ſuprà dictum eſt ſatis, cùm de fundamento ſecundæ intẽtionis diximus: Nã ex eo quod præſupponitur fundamentum, quod eſt ens rationis, ſequitur non poſſe immediatè denominare rẽ ad extra, non præſupponendo aliã denominationem rationis. Et ſi fiat argumentum: Illud ens rationis, quod eſt eſſe cognitam taliter rem, quæ fundat ſecundã intentionẽ, non eſt niſi dum actu cognoſcitur, quando tribuo intentionem naturæ non cognoſco illud ens rationis, imò nec eſt neceſſarium, vt cognoſcatur ad hoc, vt ego tribuam intẽtionem ſpeciei naturæ humanæ: nam ex eo, quòd cognoſco naturam in cõi, & video illam eſſe in pluribus indiuiduis, tribuo, vel tribuere poſſum intẽtionem ſpeciei, & adhuc nõ eſt eſſe cognitum, quia adhuc nõ fuit cognitum illud ens rationis eſſe cogniti: ergo ſine alia denominatione præcedente denominat rẽ ad extra ſpecieitas. Reſpõdetur, quod etiamſi non cognoſcatur illud ens rationis, quod eſt eſſe cognitũ, dicitur eſſe illud fundamentaliter proximè, & rōne huius dicitur natura cognita, & præſupponitur alia denominatio virtualiter ſaltem, vel illud ens rationis exiſtens rōne cognitionis naturæ denominat ſecundũ ea, quæ ſuprà dicebamus.

Quō prima intẽtio denominat res apud Heruæum.

Quō ſecũda intẽtio denominat rẽ.

Arg. contra prædicta.

Reſponſio.

QVÆSTIO. XXVI.

Vtrùm ſecunda intentio fundetur ſuper primam, ita vt prædicetur de illa.

1. Argum.

ET videtur quod non: nam intẽtio prædicatur de eo, ſupra quod fundatur: ſed intentio ſecunda non prædicatur de prima: ergo nõ fundatur ſuper primam. Maior probatur; nã ſpecies prædicatur de

de homine, quia ſpecieitas fundatur ſupra hominem. Minor probatur: quia hęc eſt falſa, Prima intentio eſt ſecunda intẽtio, vt de ſe patet.

2. Argum. Secũdò: Sicut ſe habet motus ad hoc, quod terminet motum, ita ſe habet intẽtio ad hoc, vt fundetur in illa alia intentio; ſed motus non eſt terminus motus, vt habetur 5. Phyſic. alias eſſet in infinitum proceſſus. Maior patet quantum ad hoc, quod in infinitum procedatur: quia ſicut motus & motus ſunt eiuſdem rõnis in genere, ita intentio, & intentio: & ſicut in vno eſſet in infinitum proceſſio, ita & in alio.

3. Argum. Tertiò: Vel fundatur intentio ſecunda ſuper primam ſecundum eſſe reale ad extra: & hoc non ita, vt eſſe reale ſit ratio fundandi, vel fundamentum proximum; Vel fundatur ſuper primam, vt habet aliquod eſſe rationis, & nec hoc aliàs, niſi conſideraremus primam intentionẽ, vt refertur ad intellectum, non fundaret ſecundam intentionem, quia vt ſic ſolũ habet eſſe rationis: ſolũ.n. eſſe rationis habet eſſe dum cognoſcitur, quod eſt falſum: nam ante illam reflexam cognitionem fundamenti proximi poteſt tribui illi rei ſecunda intentio, v.g. homini intẽtio ſpecieitatis. Quamuis hoc argumentum ſit ſuperiori quæſt. conſtitutum, iterum illud refero propter quandam ſolutionem, quam illi exhibent aliqui, quæ mihi falſa eſt.

4. Argum. Quartò: Nullum relatiuum fundatur ſupra correlatiuum ſuum: ſed prima intentio refertur ad ſecundam, & è cõuerſo: ergo ſecunda intentio non fundatur in prima. Probatur maior: nam pater nõ fundatur in filio, nec indiuiduum in ſpecie. Minor probatur: nam ſecunda intentio dicitur per ordinem ad primã, ſicut ſecunda dicit ordinem ad primam.

5. Argum. Quintò: Secunda intentio fundatur ſuper aliam ſecundam intentionem, vt ſecunda intentio ſpeciei in genere: ergo non poteſt fundari in prima, aliàs nõ haberet certum & determinatum fundamẽtum, quod eſt contra rationem relationis, quæ certa & præfixa fundamenta expoſcit.

Vlt. argu. Vltimò: Prima intentio non fundatur ſuper ſecundam, vt de ſe patet: ergo nec ſecũda ſuper primam. Probo antecedẽs: Nam ſemper ſecunda intentio importat ſecundum reſpectum ad intellectum: ſed prima intentio eſt primus reſpectus, quo formaliter res terminat primam tendentiam intellectus in ipſum; ergo non põt ſecunda intentio fundare primam intentionem.

Præambula ad quæſtionem.

PRo quæſtione explicanda notandum eſt, quod tam intentio prima, quàm ſecũda accipi poſſunt & in abſtracto, & in concreto. non ſolùm cùm ſignificãtur per hæc nomina, genus, genereitas, ſpecies, ſpecieitas, vniuerſale, vniuerſaleitas; verũ cum ſignificantur genericè per hæc nomina, prima & ſecunda intentio, nam quia nominib. caremus, his nouis abſtractis pro concretis vtimur. Et ad deſignandum quando vtimur illis in abſtracto, vel in cõcreto, addimus illas particulas, in abſtracto, vel in concreto. Vt ſi dicamus, ſecũda intentio in abſtracto accipitur abſtractiuè: ſicuti ſi diceremus ſpecieitas, vel relatio talis in concreto accipitur cõcretiuè, ac ſi diceremus, ſpecies, vel relatiuum tale: penuria. n. nominum in cauſa eſt, vt ſic terminis vtamur. *1. Fund.*

Notandum eſt inſuper, nos non diſputare modo, vtrum neceſſariò omnis ſecũda intentio debeat fundari in prima; ſic adeò, vt non poſſit fundari in ſecunda. Sed illud inquirimus, an prima intentio fundamentum illius eſſe poſſit, ſic adeò, vt prædicetur de illa: & poſſumus ẽt loq. de fundamẽto ꝓximo, & remoto illius. *2. Fund.*

Decidiltur quæſtio.

PRima concluſio: Secunda intentio in abſtracto fundatur in prima intentione in concreto. Probatur concluſio ex cõmuni Logicorum ſenſu, qui dicunt ſecũdam intentionem fundari ſuper primã. Prætereà, ſecunda intentio, vt ſuprà fuit viſum, fundatur ſuper rem ad extra mediatè: ſed res ad extra eſt prima intẽtio, v.g homo: ergo ſecunda intentio fundatur in prima. Et eſt conformis hæc ratio: Nam ſpecieitas, v.g fundatur in homine cognito in communi; ſed homo cognitus *1. Concluſ. Quò ſecunda intentio fundetur ĩ prima.*

tus in communi eſt prima intentio, vt de ſe patet: ergo ſecunda intentio fundatur in prima in concreto. Præterea, ſecunda intentio habet ordinem ad primam: ſed non videtur habere alium ordinem, niſi eius qđ fundatur ad id quod fundat; igitur fundatur in prima. Maior patet, nã ſecundum aliquem ordinem ſiue reſpectũ importat ad primã. Minor probatur: quia non poteſt dicere ordinem ad illam, tamquam ad cauſam finalem, nec tãquam ad efficiẽtem, ergo tamquam ad materialẽ, & ſic tamquam ad ſubiectum & fundamẽtum; nam tamquam ad formam cõſtat eſſe non poſſe. Præterea probatur; nam ſecunda intentio ſpecieitatis eſt relatio cõueniens rebus: ergo habet fundamentum in illis ſaltem remotũ: ſed omnis res realis prima eſt intentio, ſecunda igitur intentio fundatur in prima. Et hic nota, qđ quando homo cognitus eſt fundamentũ intentionis ſecundæ, etiam illud eſſe cognitum eſt fundamentum ibidem proximum, & tamquam ratio fundandi. Cæterum illud ibidem non denominatur ſecũda intentio, quia non eſt ſubiectum relationis, & non eſt id, quod habet fundamẽtum, ſed ipſa fundandi ratio: ſed denominatur homo, qui eſt habens fundamẽtum proximum & remotum, & ſubiectum relationis. Et ſicut relatio paternitatis non denominat genereitatem, ſed hominem generantem, quamuis ſit ratio fundandi.

Corollariũ. Ex hac concluſione ſequitur, ſecundam intentionem, etſi denominet primam, nõ denominare illam nudè, ſed vt eſt cognita; nõ enim denominat hominem, niſi vt cognitum.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Si teneamus, quòd prima intentio dicit relationem quandã ad intellectum, ita vt illud, quod vocatur prima intentio, in concreto ſit relatiuũ rationis formaliter ad intellectum, quatenus formaliter terminat eius primam cognitionem, ſic etiam poteſt fundare ſecũdam intentionem. Hec concluſio ſatis aperta eſt; nã ex neceſſitate, vt fundemus in natura humana intentionem ſpeciei, debet præſupponi cognitio ipſius naturæ, ſeu ipſa natura cognita, quoad ſuam realitatem, ſed hoc eſt eſſe primam intentionem terminare formaliter primam cognitionem intellectus, cuiuſmodi eſt illa cognitio, quatenus terminatur ad hominẽ vt ſic: ergo ſecunda intẽtio fundatur ſuper primam. Et hæc concluſio ſatis infertur ex precedenti, ſeu potius eſt eadẽ: Solùm enim in hoc eſt diſcrimen, quod prima concluſio loquebatur de intentione, ſecũdum quod eſt id, quod reb. de ſe conuenit, hoc eſt, non prout habẽt eſſe in intellectu ſecundum primam opinionẽ ſupra relatã. Et licèt diceret hæc opinio, quod formaliter non dicitur prima intentio, v.g. quæ eſt homo, niſi hominem, ſupra quod aſſerebat fundari intentionem ſpeciei, requirebat tamẽ relationem eſſe cogniti: quæ quamuis non eſſet de ratione hominis, vt eſt prima intẽtio, erat neceſſarium fundamentum illius intentionis, neceſſarium, inquam, proximũ. Hec verò concluſio loquitur de prima intẽtione, quatenus dicit formaliter relationem rationis, ſecundum quam formaliter terminat primam intentionem, ſeu cognitionẽ intellectus, & ita dicit ſecundam intẽtionẽ fundari ſupra primam, hoc eſt, ſupra hominem, quatenus habet rationem intentionis primæ, & illa relatio eſſe cogniti prima cognitione, dicit eſſe de rõne formali primæ intentionis, reſpiciendo fundamentum proximum ſecundæ intentionis ſpeciei, quæ poteſt competere homini iam ſic cognito, & habenti rõnẽ primæ intentionis, per illam relationem rationis formaliter: Nã homo ſolùm eſt id, quod denominatur prima intentio, & ſubiectum primæ intẽtionis formaliter, loquendo in ſecunda opinione Magiſtri noſtri ſapientiſſimi Heruæi.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Si prima intentio accipiatur in abſtracto, ſeu in concreto, verè formaliter etiam fundat ſecundam intentionẽ, v.g. ſicut diximus, quod homo fundat ſecundam intentionẽ ſpeciei, quę ipſam ſpeciem denominat, & rurſus illa ſecunda intentio ſpeciei fundat intẽtionẽ indiuidui, nã eſt hęc ſpecies, & indiuiduum ſpeciei in cõmuni, & fundat intentionẽ ſubiecti in hac prædicatione, Hæc eſt ſpecies prædicabilis, & ſpecieitas in communi fundat intẽtionẽ ſpeciei, quia ſpecieitas eſt ſpecies prædicabilis, & eſt ſpecies reſpectu huius, & illius ſpecieitatis, quia prædicatur de illis in quid, quæ ſolo numero differunt. Eodem modo pri- *Subtilis ſpeculatio Authoris.*

ma

ma intẽtio, quatenus dicit relationem, ſi accipiatur in abſtracto, cõmunis eſt omnibus primis intentionibus, ſiue tamquã genus, ſiue tamquã ſpecies. Et ita ex eo, quod cognoſcitur in vniuerſali, & abſtrahitur à ſuis ſingularibus, induit rationem ſpeciei, vel generis: nam habet ſuam naturam ſpecificam, vel genericã, quæ poteſt in vniuerſali cõſiderari, & induere rationẽ generis, vel ſpeciei, ſicut homo, & animal. Quinimo illa ratione relatio, quæ eſſentialiter eſt prima intẽtio, quatenus cognoſcitũ ab intellectu prima cognitione, hoc eſt, cognitione, quę terminatũ ad ea, quæ cõueniunt illi ſecundum ſuam rationem, & proprietates, dicitur prima intentio vt quod: & denominatiuè, & eſſentialiter eſt prima intentio vt quo, ſicut ſpecieitas, cùm cognoſcitur in vniuerſali denominatiuè, eſt ſpecies vt quod, & eſſentialiter vt quo. Et hoc magis quęſt. ſeq. explicabitur. Si verò prima intentio in concreto accipiatur, vt eſt tale relatiuum rationis, etiam poteſt conſiderari in vniuerſali, & eſt genus ſeu ſpecies, reſpectu inferiorũ, ſicut genus eſt ſpecies reſpectu huius, & illius generis; & ita induit etiã rationẽ generis, vel ſpeciei. Et hoc eadẽ ratione probatur: quia etiam habet naturã quandam, quæ in vniuerſali poteſt conſiderari: ſimiliter poteſt eſſe ſubiectum & prædicatum, & ita induere ſecundam intentionem.

4. Concluſ. problematica.

Quarta concluſio; Hæc propoſitio, Prima intentio eſt ſecunda intẽtio, poteſt habere ſenſum verum, & falſum. Probatur: nam ſi in abſtracto accipiatur, facit hunc ſenſum; quod ratio primæ intentionis ſit ratio ſecũdæ intentionis: & ſic, vt hæc eſt falſa, genereitas eſt ſpecieitas, ita illa. Si verò accipiatur ſecũda intẽtio in cõcreto, ſicut concedimus; quòd ſpecies eſt ſecunda intentio, & homo, v.g. eſt prima intentio; ita poteſt concedi, quod prima intentio ſit ſecunda intentio; quia quando intentiones importantur ꝑ terminos connotatiuos, benè poſſunt ad inuicem affirmari. Vniuerſale enim dicitur ſecunda intentio, ſicut genus dicitur ſpecies, & illa eſt prædicatio denominatiua, quod infra magis explicabitur. Eſt tamẽ, vt diximus in vſu diſputantium, vt poſſint accipi in concreto illa nomina.

5. Concl. Quando ſecũda intentio non [illegible] detur ſup prima.

Quinta concluſio; Secunda intentio in concreto, ſi dicat compoſitum ex re & ſecunda intentione, vt album compoſitum ex corpore, & albedine, ſeu cõpoſitum ex his, vt iam diximus, nõ fundatur ſuper primã. Probatur in ſpecie: Species v.g. dicit materiale & formale, ſcilicet, hominẽ, & ſecundam intentionem. ſed totũ hoc non fundatur in homine, nam homo non fundatur in ſe ipſo: ergo: & quando dicimus, quod ſecũda intentio fundatur in prima, vel accipit in abſtracto, vt ſpecieitas; vel ſi accipitur in concreto, ſcilicet, quòd ſpecies fundetur in prima intentione, ſeu ſecunda intentio fundetur in prima, accipitur ibi ſpecies ex vſu diſputãtiũ pro ſpecieitate, & formaliter, & pro compoſito huic, ſcilicet, pro relatione, quæ cõtingit homini, & cuiuis materiali. Si verò inquiras è contrà, an prima intentio fundetur in ſecũda, quod eſt difficile explicare, prętermittendo tamen, quòd hæc concluſio procedit de prima intentione ſecundum opinionem Heruæi. Reſpondetur, & ſit

6. Concluſ. contra Scotum. Quõ prima intẽtio fundetur ſuper ſecundam.

Sexta concluſio probabilis contra Scotum, primam intentionem fundari poſſe ſupra ſecundam. Et probatur iſta concluſio: Nam ſpecieitas eſt ſecunda intentio: ſed hæc poteſt fundare primam intentionem: ergo prima intentio poteſt fundari ſuper ſecundam. Probatur minor: Nã ſuper ſpecieitatem poteſt fundari intentio ſpeciei: hæc enim eſt vera, ſpecieitas eſt ſpecies, quandoquidẽ ſpecieitas prædicatur de pluribus differentibus numero: ſed relatio ſpeciei, & ſecunda intentio fundatur ſuper primam, vt ſupra probatũ fuit: ergo in ſpecieitate eſt prima intẽtio fundata, ſuper quam fundatur ſecunda, ſcilicet, eſſe ſpeciem; ergo &c. Secundò probatur illa minor: Nam vt ſpecieitas ſit ſpecies, eſt neceſſe, quòd cognoſcatur in vniuerſali: ſed illud eſſe cognitũ ſpecieitatis eſt prima intentio, & fundatur ſuper ſpecieitatẽ, quę eſt ſecunda intentio: ergo prima intentio fundatur ſuper ſecũdam. Probatur minor; Nam ſicut eſſe cognitum naturæ realis, eſt relatio, quæ eſt prima intentio; ita eſſe cognitum ſecundę intentionis debet eſſe relatio, quæ eſt prima intentio: nam quoad hoc eadem eſt ratio. Præterea: relatio ſpecieitatis, quæ denominat ſpecieitatem ſpeciem, funda-

Digitized by Google

tur remotè in vnitate ſpecifica formali ſpecieitatis;ergo proximè debet fundari in aliquo,quod ſit prima intentio: nã ſi fundaretur in ſecũda intentione, eſſet in infinitum proceſſio,quia illa rurſus ſecunda intentio,quæ eſt fundamentũ proximum,non poteſt fundari in aliqua prima intentione conuenienti ſpecieitati: ergo fundatur in ſecunda, & ſic in infinitum:& ſi fundatur in prima conuenienti ſpecieitati:ergo iam prima intentio fundatur in ſpecieitate, quæ eſt ſecunda intentio Præterea,prima intentio eſt relatio rationis,quæ terminat primã cognitionem intellectus,hoc eſt, cognitionẽ, qua cognoſcitur res ſecundum ea, quæ ſibi conueniunt,nõ ex eſſe cognito, quod habet in intellectu. Et ſecunda intentio eſt relatio,quæ terminat ſecũdam cognitionem intellectus,vt cognitionẽ qua cognoſcit natura, vt hẽt eſſe prædicabilẽ de multis quæ eſt ſecunda naturæ cognitio: & quando cognoſcitur ſecundũ ſuã eſſentiam,eſt prima cognitio:ergo quando cognoſcitur ſpecieitas ſecundum ſuã quidditatem,& proprietates,& accidentia quæ illi ex ſua eſſentia cõueniunt,cognoſcitur cognitione prima:ergo reſultabit terminus huius cognitionis in illa; ſed illa eſt prima intentio;ergo &c.Quãdo verò cognoſcitur eadem ſecunda intentio,vt eſt in multis,quod conuenit illi ex ſe vniuerſali cognita conuenit ſecunda intentio ſpecieitatis;& ſic prima intẽtio fundatur ſuper ſecundã. Eſt itaq; loquendum de ſpecieitate ſicut de paternitate,quãtum ad hoc. Et quod dictũ eſt de ſecunda intentione in abſtracto, dicẽdũ etiã eſt de illa in concreto. Et ſi dicas:Illa relatio eſſe cogniti ſpecieitatis,fundatur in cognitione: ergo non fundatur in ſpecieitate. Reſpondetur,quòd proximè fundatur in cognitione, remotè in ſpecieitate. Secundò reſpondetur,quòd etſi fundetur in cognitione,& cõuenit tamẽ ſpecieitati.& illã denominat,quod ſufficit Et ſi rurſus dicas,quod hæc erit vera, Secunda intentio eſt prima intentio. Reſpondetur, quod ſi accipiatur in abſtracto,falſa eſt,quia ſit ſẽſus,ratio vnius eſt ratio alterius:ſicut hæc etiã eſt falſa, paternitas eſt filiatio. Si verò prima intentio in concreto accipiatur,veriſſima eſt: Sicut.n.hæc eſt vera, Specieitas eſt ſpecies;ita eſt vera,Specieitas eſt prima intẽtio terminatiuè. Sicut.n. denominatur cognita prima cognitione,ita denominatur prima intentio,nã quãuis eſſentialiter ſit ſecunda intentio, bene põt à prima intentione formali ſuperueniẽte,denominari prima intẽtio,ſicut generſitas põt denominari genus,vt iã videbimus.

Inſtantia. *1. Solutio.* *2. Solutio.* *Inſtantia.* *Solutio.*

Diſſoluuntur argumenta.

AD primum argum patet ex dictis in hac concluſione,& ex quarta. *Ad 1. arg.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd non eſt ſimile de habitudine motus ad motũ, & de intentione ad intẽtionẽ: quia cum motus dicat tantùm ens reale extra animam,& aliquo modo vnius rationis, nõ eo modo ſe habet ad hoc,quòd ſit terminus motus,vel ſubiectum motus, vel fundamentum,ſicut intentio, quæ dicit formaliter aliquid rationis:& cum ens reale vnius rationis cũ alio non poteſt reflecti ſupra aliud,præcipuè quantũ ad hoc, quod vnum terminet aliud,aut ſit fundamentum alterius. At verò cum entia rõnis ad intellectus operationẽ conſequantur,quæ poteſt fieri & in primam intentionem,& in ſecundam,ſit,vt poſſit fundari vna intentio etiam ſecunda in alia intentione,non ſolum prima, verùm ſecunda. *Ad 2. arg.*

Ad tertium ſupra iam fuit dictũ. Aliqui tamen dicunt ſecundam intẽtionem præſupponere primam,hoc eſt, relationẽ illam,quæ eſt terminatio formalis,nõ vt fundamentum: Nã etiamſi illa eſſe nõ poſſet per hoc,quod cognoſco naturã in vniuerſali,fundatur ſecunda intẽtio, ſed præſupponitur cõcomitanter. Verũ hæc ſolutio nulla eſt,quia iam ſuprà fuit oſtẽſum,oẽm intentionem ſecundam fundari in rõnis ente. Illud enim eſſe cognitũ, quod eſt prima intentio, non eſt ibi per accidens,ſed neceſſariò vt fundetur ſecũda intentio: quia eſſe cognitum ſecundò,præſupponit cognitum eſſe primò. *Ad 3. arg. aliorum reſpon.* *Refellitur.*

Ad quartum reſpõdetur, quòd prima intentio in opinione Heruæi non refertur niſi ad intellectum,ſecunda verò ad intellectum,& terminum alium. Non verò prima intentio refertur ad ſecundam *Ad 4. arg.*

nam

Digitized by Google

nam ſpecies non refertur ad hominem, nec homo ad ſpeciem, nec ſpecies refertur ad hominem terminantem primã intentionem, quæ eſt prima intentio in opinione Heruæi, ſicut cõceptus vltimatus, & non vltimatus, quamuis videantur ad inuicem referri, non tamen referũtur niſi ad rem ſignificatam. Similiter in præſẽti, etſi videatur prima & ſecunda intentio ad inuicem referri, non ita eſt, ſed referũtur, vt ſæpè iam diximus. Verùm eſt tamen, quod ſecunda præſupponit primam vt fundamentum. Ad vltimum patet ex vltima concluſione.

Ad vlt. argum.

QVÆSTIO XXVII.

Vtrùm vna ſecunda intentio fundetur ſuper aliam ſecundam intentionem, ita vt prædicetur de illa.

1. Argum. ET videtur quod non: nam aliàs daretur proceſſus in infinitum, quem nullus debet admittere. Probatur ſequela; nam ſi ſupra ſpecieitatẽ fundaretur alia ſecunda intentio, ergo ſupra illam poterit fundari alia intentio ſecunda, & ſic in infinitum. Probatur conſequentia: nam ſi ſupra ſpecieitatem fundo intentionem ſpeciei, ſupra intentionem ſpeciei potero fundare intentionẽ ſubiecti, & ſupra intentionem ſubiecti intentionẽ prædicati, & iſtas intentiones potero ad libitũ pdicare, & ſubiicere in iſinitũ; ergo &c.

2. Argum. Secundò. Ens rationis non poteſt fundari ſupra ens rõnis: ſed vna ſecunda intentio eſt ens rationis: ergo non poteſt fundari ſuper aliam ſecundam intentionẽ, quæ eſt ens rationis ẽt. Probatur minor: Nam illud, in quo fundatur, dẽt habere maiorem entitatẽ, quã illud, quod fundatur ſupra ipſum: ſed vna ſecũda intentio non habet maiorem entitatẽ quã alia. Maior probatur: quia illud, qđ fundat aliquid, eſt id, à quo depẽdet res fundata in ſuo eſſe: ergo debet maiorẽ entitatem habere, & perfectiorem, vt aliud in ſuo eſſe ſuſtentet; quod etiã patet in relatione, & fundamento reali in ſubſtãtia & accidenti, in domo, & fundamento. Et confirmatur hoc argumentum: quia vna relatio realis non fundatur ſuper aliam: ergo nec vna ſecunda intentio ſuper aliam, cum ſint relationes. Antecedens probatur: Nam fundamẽta relationis ex Ariſt. c. de Ad aliquid, ſunt actio & paſſio, vnitas, & menſura, inter quæ non annumeratur relatio.

3. Argum. Tertium arg. Si aliquæ ſecundæ intentiones poſſunt eſſe fundamenta aliarũ, maximè intentiones prædicabilium: ſed iſtæ non: ergo &c. Minor probatur: nam vel accipiuntur iſtæ intentiones in concreto, vel in abſtracto; neutro modo poſſunt fundare alias intentiones: ergo &c. Probatur minor: nã ſi accipiatur genereitas, ſpecieitas, &c. in abſtracto, nullã intionẽ poſſunt fundare: aliàs hæc eſſet vera, Specieitas eſt ſpecies, Vniuerſalitas eſt vniuerſale: ſed iſtæ nõ: ergo &c. Probatur maior: nã certè ſi aliquæ intentiones poſſunt fundari, fundarentur vtique illæ, cũ ſpecieitas ſit in pluribus indiuiduis ſpecieitatis, & vniuerſalitas in pluribus indiuiduis vniuerſalitatis, & ſic erũt ſpecies, & vniuerſale: ergo &c. Sed illa minor probatur: nã ſi ſpecieitas eſt ſpecies: ergo id, quo aliquid eſt pdicabile de plurib. differentib. numerò, eſt quod prędicatur de plurib. numero differẽtibus; ſed hoc eſt impoſſibile: ergo &c. Maior patet ex definitionib. ſpecieitatis, & ſpeciei. Minor illa probatur; nã id, quo aliquid eſt pater, non eſt id, quod eſt pater: nã hæc eſt falſa, Paternitas eſt pater. Secũdò pbatur eadẽ minor, nã ſi hæc eſt vera, Specieitas eſt ſpecies: ergo ab aliqua forma denominatur ſpecies, nõ à ſeipſa, quia inter denominans, & denominatum debet eſſe realis diſtinctio ad minus, nã ſpecieitas eſt eſſentialiter ſpecieitas, & accidentaliter ſpecies; ergo hoc hẽt ab aliqua forma: nec põt denominari ſpecies ab illa ſpecieitate: quia vna albedo nõ põt denominari alba ab alia albedine, ſicut nec vna paternitas pater ab alia paternitate; ergo nec vna ſpecies ab alia. Tertiò probatur eadẽ minor: Nã concretũ non pdicatur de abſtracto, hæc. n. eſt falſa, Humanitas eſt homo, Albedo eſt album, relatio eſt relatiuũ: ergo ẽt hęc, Specieitas eſt ſpecies, Vniuerſalitas eſt vniuerſale, genereitas eſt ſpẽs, Vniuerſalitas

Digitized by Google

1. Confir. eſt genus. Et confirmatur hoc arg. Nam
illa ſpecieitas, quæ denominat ſpecieita
tem ſpeciem, debet eſſe ſingulare, & indi
uiduum illius ſpecieitatis, quia duo vni-
uerſalia eiuſdem ſpeciei nõ poſſunt eſſe
in eodem intellectu ſimul, ſed vnum indi
uiduum inferius quidditatiuè in intelli-
gibili eſt, quod denominat accidentali-
ter ſuum ſuperius quidditatiuè, ſicut eſt
in intelligibili, quòd hæc albedo tribuat
denominationem ab albedine in commu
2. Confir. ni. Et confirmatur maior ſecundò, quia
hæc non poteſt eſſe vera, Genereitas eſt
ſpecies, quia forma eſſentialiter ſpecifi-
cè diſtincta ab alia non poteſt illam de-
nominare, ſicut albedo non põt facere ni
grum, nec denominare nigredinem, ſed
ſpecieitas, & genereitas ſpecie differũt:
ergo ſpecieitas non poteſt denominare
genereitatem ſpeciem, & ſic de alijs: nõ
ergo vna harum intentionum in abſtra-
cto poteſt denominare aliam. Quod nec
in concreto, probatur, & ſit

4. Argum. Quartum argumentũ; Genus, ſpecies,
& vniuerſale, &c. ſunt intentiones in cõ
creto: at illa non poſſunt fundare alias ſe
cundas intentiones, ergo &c. Probatur
minor: Nam ſi vniuerſale fundaret aliã
ſecundam intentionem, eſſet intentio ge
neris, ſiquidem prędicatur de pluribus
differentibus ſpecie; nam prædicatur de
genere & ſpecie, &c. quę ſpecie differũt;
ſed hoc eſt impoſſibile; ergo &c. Proba-
tur minor; nam aliàs vniuerſale, quod eſt
ſuperius ad illa quinq; prædicabilia, con
uerteretur cũ vno membrorum diuiden-
tium: nã vniuerſale diuiditur in illa quin
que prædicabilia, quorum primum eſt
genus: ergo ſi vniuerſale eſt genus, con-
uertitur cum vno membrorũ diuidẽtiũ;
hoc autem eſt impoſſibile, nam diuiſum
debet eſſe ſuperius ad mẽbra diuidẽtia,
& hæc eſt vna cõditio, quæ aſſignatur bo
Confir. næ diuiſionis; ergo &c. Et confirmatur
hoc argum. Nam hæc prædicatio eſt fal
ſa, Genus eſt ſpecies, differentia eſt ſpe-
cies, &c. ergo non fundantur huiuſmodi
intentiones. Probatur antecedens; nã ſit
appellatio ex eo, quod prædicatũ eſt, prę
dicatum ſecundæ intẽtionis; ergo ſit ſen
ſus, quòd genus vt ſic, eſt ſpecies, id eſt,
quod vt prædicatur de plurib. differenti
bus ſpecie, prædicatur de plurib. differẽ-
tibus numero, quod eſt abſurdũ maximum.

Quintum argumentum; Si vna ſecun- 5. Argum.
da intentio poteſt in alia fundari, ſequi-
tur, quod intentio indiuidui poſſet fun-
dare intẽtionem ſpeciei, & ſic quod illa
eſt vera, Indiuiduum eſt ſpecies; hoc au-
tem eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſe-
quitur. Probatur ſequela, quia indiuiduũ
prædicatur de pluribus differẽtib. nume
ro; nam prædicatur de hoc indiuiduo, &
alio indiuiduo ſecundè intentionaliter
acceptis, quæ numero differunt; ergo eſt
ſpecies, vt colligitur ex definitione ſpe-
ciei. Probatur minor; Nam ab omnib. in-
diuiduis nihil poteſt abſtrahi materiale
& indiuiduale, quod prædicetur de illis,
nam ſunt velut primò diuerſa; ergo indi
uiduum non põt eſſe ſpecies, quia ſpe-
cies de plurib. prędicatur, & dicit aliqd
cõmune, quod de illis affirmatur ab illis
abſtractum. Probatur antecedens; nã in-
diuiduum ſecundè intentionaliter acce-
ptum vagatur per genera accidentiũ &
ſubſtantiæ; quinimo in ipſis entib. ratio-
nis reperiũtur etiã indiuidua; ſed ab illis
omnib. nihil poteſt abſtrahi, quod prædi
cetur de plurib. Probatur minor; nam il
lud, vel eſt ſubſtantia, & hoc non; aliàs nõ
cõpeteret indiuiduis accidentis; nec eſt
accidens, aliàs non competeret indiui-
duis ſubſtãtiæ: nec eſt aliquid reale, aliàs
non cõpeteret indiuiduis rõnis; nec eſt
aliquid rationis, aliàs non cõpeteret in-
diuiduis realibus; ergo nihil põt ab illis
abſtrahi. Nec ſufficit dicere, quod forma Fuga.
le eſt aliquid rõnis, quod illis omnib. po Impugna-
teſt competere: Nam indiuiduum nõ ſo- tio.
lum importat formale, ſed etiã materia-
le, quia eſt terminus connotatiuus; ergo
cũ de materiali nihil illis poſſet impor-
tare, nõ poteſt eſſe ſpecies. Et cõfirmatur 1. Confir.
hoc argumentum; Nã intentio indiuidui
eſſentialiter facit prædicabile de vno tã
tum, & ſic eſſentialiter eſt ſingularis; er-
go non põt eſſe denominatiuè vniuerſa
lis: Nam quando aliquid competit alicui
per ſe eſſentialiter, eius oppoſitum non
põt competere, nec accidentaliter, nec
eſſentialiter; ſed eſſe vniuerſale eſt oppo
ſitum eius, quod eſt eſſe ſingulare; ergo ſi
indiuiduo, & eius intẽtioni cõuenit eſſẽ
tialiter eſſe ſingulare, ẽe vniuerſale nec
per accidens conuenit; & ſic non erit ſpe
cies

2. *Confir.* cies indiuiduum. Et confirmatur hoc argumentum: & accipio hanc intentionem indiuidui. Nam hæc non poteſt ſupra ſe fundare aliam intẽtionem indiuidui, etſi ſit indiuidua: ergo falsũ eſt dicere, quod indiuiduum eſt commune pluribus indiuiduis, & quod vna intẽtio ſecunda fundatur ſuper aliam. Probo antecedẽs: Nã ipſa eſt indiuiduum vt quo, eſſentialiter, ſeu eſt id, quo aliquid eſt indiuiduum: ergo non poteſt eſſe id, quod eſt indiuiduum: ergo non poteſt fundare intentionem indiuidui. Si dixeris, quòd eſt indiuiduum vt quod, & vt quo, indiuiduum vt quod, quatenus de vno tantùm prædicatur, ſcilicet, de ſeipſo: eſt etiam indiuiduũ vt quo, quatenus eſt id, quo aliquid prædicatur de vno tantùm. Contrà: quãdo dicitur quod eſt indiuiduum vt quod vel denominatur à ſe ipſo indiuiduum vt quod, vel ab alia intẽtione indiuidui. A ſe ipſa eſt impoſſibile; nam idem non poteſt ſibi denominationem accidentalem tribuere; non enim albedo ſeipſam albam denominare poteſt: nam, vt diximus, inter formam denominantem & denominatã debet eſſe diſtinctio, ſaltẽ formalis. Si denominatur ab alia intẽtione, quæ faciat ipſam indiuiduũ vt quod, ſequitur proceſſus in infinitum: nam illa intentio denominans etiam eſt indiuiduũ vt quod: ergo illud habet ab alia intẽtione: & rurſus illa eſt indiuiduum vt quod etiam, quia prædicatur de ſe ipſa: ergo illud habet ab alia, & ſic in infinitum. Et confirmatur hæc ratio: quia indiuiduum non cognoſcitur ab intellectu: ergo non poteſt fundare aliam intentionem Et qđ ſit difficile explicare, quomodo cognoſcantur ſecundæ intentiones, iã vidimus.

Solutio.

Impugnatio.

3. *Confir.*

6. *Argum.* Sextum argumẽtum principale: ſi vna intentio ſecunda fundare poteſt aliam, ſequitur, quod intentio denominatiuorum poſſet fundare intentionem vniuocorum, & ſic, quod iſta ſit vera prædicatio, Denominatiua ſunt vniuoca: conſequens eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela: Nam denominatiuum, v.g. album ſignificat ſua ſignificata vnico conceptu, & importat illis vnicam rationem communem: ergo conuenit illis intentio vniuocorum, & definitio. Sed minor probatur: nã denominatiua, & vniuoca ſunt intentiones differentes ſpecie, & ſic eidem rei non poſſunt conuenire: nam iſta, Vniuocum eſt denominatiuum, eſt falſa, ſicut iſta, æquiuocũ eſt vniuocum: nam appellat & facit ſenſum formalem, qui ſenſus eſt falſus.

Præambula ad quæſtionem decidendam.

QVæſtio hæc difficilis admodum eſt, propterea quod ſecundæ intentiones minimæ ſunt entitatis, & conſequuntur ad actum intellectus, qui poteſt reflecti ſuper omne illud, quod habet rationẽ entis. Et ita rurſus intelligere ſecundas intẽtiones, & in ipſis, ac ſi eſſent aliquid reale, alias fundare, & cum ſint intentiones fundatæ ſupra alias, eiuſdẽ rationes cũ illis, difficile eſt intelligere denominationes huiuſmodi, & prædicationes, quæ ſequuntur.

1. *Fund.* Et pro huius explicatione notãdũ eſt, quod licet ſecundæ intentiones non habeant ſubiecta, cui inhæreãt, habẽt tamẽ ſubiecta quæ denominant, ſicut ſpecieitas denominat hoiem ſpeciẽ, licèt illi nõ inhæreat: & hoc ſubiectum ſecundũ aliquam cõſiderationẽ vocant Logici fundamentum remotũ intentionis: Homo enim ſecundum vnitatem formalem ſpecificam eſt fundamentum ſpecieitatis.

2. *Fund.* Præterea eſt conſiderandum, quòd ſicut in accidentib. realibus relatiuis eſt dare fundamentũ principale, quo mediãte illa relatio conuenit, & eſt dare fundamentũ, ſeu ratio, quare conuenit illa relatio, quod vocatur fundamentũ proximũ, v.g. relatio paternitatis fundatur in hac ſubſtantia, vt hẽt potentiã generatiuam principaliter, in actione verò generãdi, vt in proximo fundamento, ſeu cõditione: ita in accidentib. relatiuis rõnis eſt remotũ fundamentũ, vt dictũ eſt, & proximũ, quod ẽ eſſe cognitũ. Et ſicut hæc fundamenta reperiuntur in entibus realib. vt poſſint fundare has intẽtiones, ita hęc eadem fundamenta reperiuntur in entibus rationis, & ſecundis intentionibus: quamobrem poſſunt etiam alias fundare intẽtiones. Nam etiam ſpecieitas habet ſuam vnitatem formalẽ, & præterea habet ſuum eſſe cognitum. Quamobrẽ me-

Digitized by Google

ritò quęritur, an ſupra illam ſecunda alia intẽtio fundari poſſit. Vt ergo hoc ipſum explicemus ſit

Deciſio Quæſtionis.

1.Concluſ. PRima concluſio. Vna ſecunda intentio etiam in abſtracto fundat aliam ſecundam intentionẽ, verbi gratia, ſpeciei tas fundat aliam intentionẽ ſpecieitatis, & illud abſtractum, ſcilicet ſpecieitas, fit materiale illius ſecũdę intẽtionis, & denominatur ſpecies: & ſic in aliis multis. Et probatur iſta cõcluſio euidentibus rationibus. Primò; Omne illud, quod poteſt eſſe obiectum formale alicuius actus intelligẽdi, põt eſſe principale fundamentum ſecundarum intentionum conſequẽtium ex tali actu intelligẽdi ad tale obiectum; ſed ſecunda intentio poteſt eſſe huiuſmodi: ergo poteſt eſſe fundamentum alterius ſecundæ intẽtionis. Maior patet exemplo hominis, qui poteſt eſſe fundamentum intentionis ſpecieitatis, quia cognoſcitur ab intellectu, vt in pluribus indiuiduis exiſtens, & ita homo ſecundũ ſuam vnitatem formalem, eſt fundamentum remotum illius, & ſecundum eſſe cognitum tale, eſt fundamentum proximũ. Sed minor pbatur multipliciter. Primò: quia ſecunda intentio eſt obiectum logicę: ergo cognoſcibilis à logica per actũ intellectus. Item, eſt ſignificatũ termini: ergo eſt cognoſcibilis ab intellectu, quia termini ſignificant quod intellectus cognoſcit. Item: intellectus cognoſcit omne illud, quod habet ſimilitudinem ad ens reale, cuiuſmodi eſt ſecũda intentio. Conſequentia illa patet: quia eſſe cognitum ſuppoſita vnitate formali, verbi gratia, in ſpecieitate, eſt fundamentum ſecũdæ intentionis ſpeciei. Et ſecũdò probatur eadem conſequentia: nam ſecunda intentio fundatur in eſſe cognito tali. Si ergo eſt fundamentum proximum intentionis in ſecũda intentione, poterit fundari in illa ſecunda intentio alia. Secundò probat̃ concluſio: homo eſt ſpecies, quia prędicatur de pluribus differẽtibus numero in quid: ſed etiam genereitas prędicatur de hac, & illa genereitate in quid, quæ ſolo numero differunt: ergo genereitas eſt ſpecies: ergo fundat vna ſecunda intẽtio aliam. Tertiò: quia homo, verbi gratia, habet vnitatem formalem, quæ eſt indiuiſibilis per principia formalia, & poteſt cognoſci in cõmuni, attribuit illi intellectus ſecundam intentionem ſpeciei: ſed etiam ſpecieitas habet ſuam vnitatẽ formalem, & poteſt in communi cognoſci, & eſt in pluribus ſpecieitatibus ſolo numero differentibus: ergo poteſt fundare ſecundam intentionem ſpeciei. Præterea: Vna ſecunda intentio poteſt affirmari vel negari de alia: ergo vna ſecunda intentio induit intentionẽ ſubiecti & prædicati: ſed intentio ſubiecti & prædicati eſt ſecunda: ergo ſecũda vna intentio fundatur ſupra aliam ſecundam intentionẽ.

1. Ratio 2 cõcluſione. — 2.Ratio. — 3.Ratio. — 4.Ratio.

Obiectio. Sed contra eſt argumentum: Nam ſi vna ſecunda intentio fundat aliam ſecundã: ergo eſt actus intellectus, quo vtraque cognoſcitur, & habet eſſe: quia nec fundare nec fundari poſſent, niſi haberent eſſe: ſed duo actus intellectus non poſſunt eſſe ſimul: ergo nec illæ intentiones: & ita nec poſſunt fundare alias.

Solutio. Reſpondetur, quòd bene poſſunt ſimul eſſe duo actus intellectus, quando habẽt ordinem ad inuicem; & illi duo actus habent quidem ordinem ad inuicem, ſiquidem habent ordinem res ipſæ, quæ intelliguntur ſecundum rationem fundantis & fundati, & ita illi actus inter ſe ordinantur, ſicut & in hoc ſyllogiſmo: Omne bonum eſt appetendum; Iuſtitia eſt bonum; appetenda igitur eſt. ſunt tres actus intellectus ſimul: aliqui dicunt eodem actu nos intelligere vtramque intentionem, vt ad inuicem ordinantur.

2.Concluſ. Secunda concluſio. Etiam vna ſecunda intentio in concreto fundat aliam ſecundam intentionem. Hæc concluſio eiſdem rationibus, quibus præcedens probatur. Et rurſus: Nã Logica, vt ſupra viſum fuit, tractat de ſecundis intentionibus adiunctis primis, & nõ in particulari, ſed in vniuerſali: quia omnis ſcientia verſatur primo & per ſe circa vniuerſalia: ergo ſecunda intentio in communi eſt vniuerſalis: ergo fundat intentionem vniuerſalis. Pręterea, quia vniuerſale eſt genus ad quinque vniuerſalia, vt omnes fatentur; ergo fundat intentionem generis, & eſt ſecunda intẽtio in cõcreto: ergo &c. Præterea: nam accidens quintum prædicabile, eſt ſpecies

ſpecies vniuerſalis;ergo fundat intentionem ſpeciei;habet enim omnia requiſita, vt fundet.Omnia enim,quę habẽt,vt fundare poſſint ſecundas intentiones, entia realia,hæc omnia habent ſecundæ intentiones, vt alias fundent intentiones ſecundas.

3.Concluſ. Tertiã concluſio. Vna ſecunda intentio fundatur ſupra aliam modo iã dicto, ſiue in abſtracto,ſiue in concreto; & prædicatur de illa,quatenus habet rationem fundamenti principalis.Et ſic de ſpecieitate dicitur,quod eſt ſpecies. *Not.* Pro qua intelligenda concluſione aduerte, quòd in accidentibus realibus hoc reperimus,vt eorũ quædam repugnantia ſint eſſe idẽ, ſicut albedo,& nigredo;ita vt nec in abſtracto,nec in cõcreto ſecluſa ampliatione prædicentur de ſe ipſis. Nam iſta eſt falſa,Album eſt nigrum,& Albedo eſt nigredo. *Elegantiſſima proportio ĩter accidentia realia ab vna parte, & intentiones ab alia.* Alia verò ſunt accidẽtia, quæ nõ ſolùm non repugnant,verùm poſſunt eſſe in eodem,ſicut albedo,& dulcedo;quapropter hęc ẽ vera,Albũ eſt dulce;etiãſi hęc ſit falſa,Albedo eſt dulcedo.Alia sũt accidentia,quæ non ſolũ non repugnãt, verùm vnum ad aliud cõſequitur ex neceſſitate,ſicut curuum, vel rectum ad lineam,par vel impar ad numerũ. Ita omnino contingit in intentionibus;Nã quædam ſunt, quæ repugnant eidem ſubiecto,vt eſſe genus & ſpeciem ſpecialiſſimam,eſſe genus & differẽtiam, ſimiliter eſſe terminum & propoſitionem.Et hoc verum eſt, ſiue ſubſtrata & denominata ſint entia rationis,ſiue entia realia;quia quantũ ad hoc,ad paria iudicantur. Et ratio huius eſt;nã expoſcunt ſubiecta, ſeu fundamenta diuerſa formaliter:Nam genus expoſcit fundamentum,ſeu ſubiectũ ſuſcipiens denominationem, quod ſit naturæ determinabilis per differentiam,& quod ſtet ſub cognitione generica, que cognoſcatur animal; ſpecies ſpecialiſſima expoſcit obiectum aliud,nimirũ naturam non determinabilẽ differentiis oppoſitis,& expoſcit illam, vt ſtat ſub conceptu ſpecifico,ſed iſta eidem rei cõuenire nõ poſſunt,vt ſtat ſub eodẽ cõceptu formali:ergo nec intentiones iſtæ. *Quando vna intẽtio prædicetur de alia & quãdo nõ* Itaq; intentiones,quæ expoſcunt fundamẽta, quæ repugnant eidẽ rei,non vtcũq; conſideratæ,ſed vt ſtat ſub diuerſo cõceptu formali,& vt hẽt rationẽ diuerſi obiecti eidẽ conuenire non poſſunt. Nã quãuis animal,& homo ſint idẽ,cęterum generis intentio conuenit nõ homini,ſed animali,vt ſic,& vt habet illum conceptum animal in mente;& ſpecies conuenit homini,vt habet iſtũ conceptũ homo, ſed homo & animal,vt ſic,sũt formaliter diuerſa ſubiecta intentionum,& habent diuerſas rationes fundandi. Vnde hæc erit falſa, Animal quod eſt genus, eſt ſpecies ſpecialiſſima;quia ſit ſenſus, quod eidẽ, cui conuenit eſſe genus,conuenit eſſe ſpeciem;genus autẽ conuenit huic rei,quatenus ſtat ſub iſto conceptu animal, & illi,vt ſtat ſub illo,nõ cõuenit eſſe ſpeciẽ, nec differentiã. Et hoc valde notandum cenſeo.Aliæ intentiones ſunt,quæ in eodem ſe cõpatiuntur,licèt accidẽtaliter, vt eſt intentio ſpeciei,& ſubiecti; & deniq; oẽs illæ intentiones,quæ eidem conceptui obiectiuo conueniunt. Itaq; animali, vt ſic; & vt ſtat ſub hoc conceptu animal,&eſt obiectũ ſignificatũ per hũc conceptum animal,conuenit intẽtio generis,& intẽtio ſpeciei,& ita hæc eſt vera,Quod eſt genus,eſt ſpecies.Et probatur primò: Quia Porphyrius capite de ſpecie cõcedit hanc eſſe verã, Media sũt genera & ſpecies,& loquitur de collocatis in media linea prædicamentali, vt de corpore, animali, & cetera, & capite quinto de cõitatibus, ita dicit idem. Et ſpecies quidem cũ ſit,eſt genus; ergo cõceditur,Species eſt genus.Probatur ſecũdò:In accidentibus realib. quãdo vnum materiale habet duo accidentia bene ad inuicem in concreto affirmantur, ita vt hæc ſit vera,Album eſt dulce.Sed idẽ materiale,hoc eſt,idem conceptus obiectiuus,verbi gratia,animal eſt genus,& ſpecies ſubalterna:ergo genus & ſpecies de eodem in concreto prædicantur: & hæc eſt vera,Animal eſt prædicatum,Animal eſt ſubiectum,quia eidem conceptui generico vtrumque conuenit. Et ſi dicas, contrà:Animal habet, quòd ſit genus in ordine ad inferiora,ſpecies in ordine ad ſuperiora:ergo nõ prædicantur ad inuicẽ. *Obiectio.* Reſpondetur negando conſequentiam: *Solutio.* Nam etiã corpus habet quod ſit album, in quantum habet accidẽs,quod participat lucem,& habet eſſe dulce,in quantũ

Digitized by Google

habet accidens, quod participat humidū in tali temperamento: & tamen verū eſt dicere, quod album eſt dulce; quia nō ſit ſenſus formalis, vt qua ratione ſit albū, ſit dulce: nam tunc eſſet falſa; ſed ſit ſenſus, illud quod habet albedinem, hēt dulcedinem. Et ita ibi ſit hic ſenſus, idē materiale, vt ſtat ſub eodem conceptu obiectiuo, habet intentionem generis & ſpeciei mediæ: nō tamen ſit ſenſus, quod ſub eadem ratione idem obiectum habeat vtrumque. Aliæ ſunt intētiones, quæ de alijs prędicantur in concreto. Verum hęc prædicantur per ſe vel tāquam propriæ paſſiones neceſſariò connexæ, vel tāquā aliquid ſuperius quidditatiuè: Nam ſicut ad hominem ſequitur riſibilitas, vt paſſio, quæ de ipſo in concreto prædicatur, ita ad vniuerſale ſuo modo ſequitur prædicabilitas: & ita eſt vera & in ſecundo modo, Vniuerſale eſt prædicabile: Nā eidem materiali, ſcilicet homini, cōuenit eſſe vniuerſale, & illi, vt habet vniuerſalitatem, cōuenit eſſe prædicabile. Et hæc eſt etiam vera, Genus eſt vniuerſale, vbi prædicatur ſuperius de inferiori. Et hoc probatur: Nā Logica conſiderat ſecūdas intentiones in concreto, & de illis demōſtrat ſuas paſſiones; ergo illæ paſſiones in concreto affirmabuntur de ſuis ſubiectis; Nā aliàs non poſſet fieri demonſtratio, ſi hæc non eſſet vera, Genus eſt prædicabile: quia non poſſet prædicabile demonſtrari de illo. Nec, ſi hæc nō eſſet vera, Genus eſt vniuerſale poſſet pdicabilitas de multis affirmari de genere in concreto; ergo &c. Et ſi dicas; Hæc nō hēre difficultatē, loquendo de ſubſtratis. Conceduntur in iſtæ propoſitiones veræ; Animal eſt genus, Animal eſt ſubiectū, Animal eſt ſpecies media, & ſimiliter iſtæ: Homo eſt vniuerſalis, Homo eſt pdicabilis. Sed quod hēt dubiū eſt, verū iſtæ ſint concedēdæ, Genus eſt ſpecies media, ſeu ſubalterna, quia genus prędicatur de animali, & ſpecies ſubalterna prædicatur de animali. An verò ſit bona illa conſequentia, Animal eſt genus, & Animal eſt ſpecies ſubalterna: ergo genus ē ſpecies ſubalterna: & an ſit verū dicere, qđ vniuerſale eſt pdicabile, quia homo eſt vniuerſalis, & homo eſt prædicabilis: ergo vniuerſale eſt prædicabile. Et, vt à certioribus incipiamus ſit

ubium.

4. Concluſ. qua reſpondetur præfato dubio.

Quarta concluſio: Intentio prædicabilis prædicatur de intentione vniuerſalis in concreto, & ſicut hæc eſt vera, Homo eſt viſibilis; ita hæc eſt vera, vniuerſale eſt prædicabile. Et idem eſt dicendū de oī alia ꝓpria paſſione reſpectu ſui ſubiecti. Et probatur iſta cōcluſio; Nam prædicatio illa, in qua prædicatur propria paſſio de ſuo ſubiecto, eſt in ſecundo mō perſeitatis; ſed illa prædicatio eſt paſſionis de ſubiecto; ergo in ſecundo modo pſeitatis; ergo eſt vera. Et præterea: quia prædicabile eſt propria paſſio vniuerſalis; ſed paſſio eſt, quæ cōuenit oī, ſoli, & ſemper; ergo illa paſſio cōuenit oī, ſoli, & ſemper vniuerſali: ergo eſt vera illa prædicatio, aliàs non cōueniret ſemper, nec oī vniuerſali. Et ſi dicas, cōtra; nā, vt dicitur in prima regula appellationis rationis in Summulis, quando prædicatū importat ſecundam intentionem conuenientem rebus, appellat conceptū ſubiecti; ſed prædicabile dicit ſecundam intentionem; ergo appellat conceptum ſubiecti cōmunem; ergo facit hunc ſenſum, ꝙ vniuerſale per conceptum communem vniuerſalis eſt prædicabile; hoc autē eſt falſum; nam tunc non eſſet propria paſſio, quinimo videtur, quod ſi appellet, nō ſit vera. Reſpondetur, quòd hic nulla eſt appellatio; quia ſi eſſet appellatio, hęc eſſet falſa, hoc vniuerſale eſt prædicabile; ſicut eſſet falſa iſta, hic homo eſt ſpecies; quia in hac, Homo eſt ſpecies, eſt appellatio. Conſtat aūt hoc vniuerſale, v. g. hāc ſpeciem eſſe prædicabilem; ergo &c. Vnde illa regula non eſt vniuerſaliter vera, vel debet explicari, quod nō loquatur in propoſitionibus per ſe in primo & ſecūdo modo perſeitatis. Vnde etiam hæc eſt vera ſine appellatione, Genus eſt vniuerſale, & Hoc genus eſt vniuerſale: Et ratio huius eſt; quia cùm paſſiones conueniāt ratione eſſentiæ, vbicunque fuerit eſſentia, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari, habebit paſſiones. Maior difficultas eſt in aliis accidentalibus, vt in iſta, Genus eſt ſpecies ſubalterna, Genus eſt ſubiectum. Et pro huius explicatione ſit

Obiectio.

Solutio.

5. Concluſ. contra recentiores quoſdam.

Quinta concluſio: Logici antiqui, & graues hāc propoſitionem, genus eſt ſpecies ſubalterna, & illi ſimiles, concedūt, tan-

tanquam veriſſimã, licèt aliqui moderni negent illam Prima pars probatur: Nam quotieſcunque importantur duæ intentiones, quæ eidẽ materiali, ſeu eidẽ conceptui obiectiuo conuenire poſſunt, vna de altera prædicatur, & in accidentibus realibus idem contingit, vt patet in hac, Albũ eſt dulce: ſed genus & ſpecies media importãt huiuſmodi intẽtiones, quæ cõueniunt animali, vt concipitur illo cõceptu Animal: ergo vna de altera prædicatur in cõcreto, ſeu potius vna de altera prædicatur ratione ſui concreti: & ita hæc eſt vera, Genus eſt ſpecies media. Et præterea: Nã hæc conceditur, Genus eſt prædicatũ, quia illud quod eſt genus affirmatur de alio: ergo etiã hęc, Genus eſt ſpecies media: nã vtrobique importatur ſecunda intentio. Et ſi dicas, contrà: prædicatum eſt ſecundæ intentionis: ergo appellat: ergo facit iſtũ ſenſum, quod genus, quatenus ſtat ſub hoc cõceptu gen° in cõmuni, eſt ſpecies ſubalterna. Et idẽ eſt dicendum de hac, Genus eſt ſubiectũ.

Obiectio.

Solutio.

Reſpondetur primò, quòd ibi nõ eſt appellatio; nam illa in communi modo concipiendi non concipitur vera, niſi quia prędicatum conuenit materiali ſubiecti, nõ ratione alterius intẽtionis, ſed ratione cõceptus communis materialis, nam genus eſt ſpecies media, quia animal ratione conceptus materialis habet, quod ſit ſpecies media. Et huius ſignũ eſt, quia licet deſcendere, Genus eſt ſpecies media; ergo hoc genus eſt ſpecies media; monſtrato colore, & mõſtrato corpore. Si autẽ eſſet appellatio nõ liceret deſcẽdere, & ſimiliter in illa: Genus eſt prædicatũ, non eſt appellatio, quia etiam licet deſcendere dicendo: ergo hoc genus eſt pdicatũ &c. Regula verò appellationũ primò eſt explicãda bono ſenſu; & quando non importantur per ſubiectũ & prædicatũ intentiones in concreto, quę eidẽ materiali & conceptui obiectiuo conueniant Genus verò, & ſpecies media important intentiones, quæ eidẽ materiali, nimirum animali, vel colori, vt ſic, conueniũt: Vel ſi ſit appellatio, importatur ad materiale connotatiuè, & nõ ad formale. Vnde in iſta, Genus eſt ſpecies, ſi abſtrahat ſpecies à media, & infima, vera eſt: Hæc vero, Genus eſt ſpecies infima, ſi accipiatur reſpectu prædicamentorũ realiũ, vt ſcilicet id, quòd eſt genus in illis, ſit ſpecies infima, iam viſum eſt eſſe falſum, quia eidẽ materiali vtraque intẽtio nequit conuenire. Si verò accipiatur in hac acceptione, Genus eſt ſpecies vniuerſalis, quia ratio generis formaliter denotatur denominari ſpecies vniuerſalis, vera eſt, & ſit appellatio, ſicut & in iſta, Homo eſt ſpecies. Nec licet deſcendere ſub illo ſubiecto; quia genus & ſpecies vniuerſalis nõ dicunt intentiones, quæ eidẽ materiali poſſint cõuenire, vt hic accipiuntur: Nã accipitur pro genere primo prędicabili, quod non dicit materiale, cui ſecũda intentio ſpeciei cõueniat. Et ita applicatur ad formale rationem appellationis, & ſupponit pro genere in cõmuni ſpecies, & non pro materiali generis ſolũ. Et in his propoſitionibus, quia agitur de appellatione, conſulendę ſunt aures: nã hoc in appellationibus eſt potiſſima regula. Videatur Porphyrius capite de Specie, vbi cõcedit hãc propoſitionẽ, Media, ſcilicet, genera ſunt genera, & ſpecies. Secũda verò pars cõcluſionis probatur. Et potiſſima ratio eſt ſecũdũ modernos: quia ſit appellatio, & cum Porphyrius dicit, media eſſe genera & ſpecies; vult dicere, non quòd genus ſit ſpecies media, ſed quod animal, v. g. vel color ſit genus, & media ſpecies. Quid autem verius cenſeam, profectò non facile dixerim. Sed magis placet antiquorum opinio: ſemper enim etiã in his minimis libẽtius ſequor, quod antiquũ eſt. Si autem fiat coordinatio prædicamẽtalis entium rationis, eodẽ modò eſt loquẽdum. Quod ſi rurſus dicas, hanc eſſe falſam, Genus eſt ſpecies media, quia ſit ſenſus, quod genus, in quantũ genus, eſt ſpecies media. Reſpõdetur, quod etiãſi fiat appellatio, nõ fieret iſte ſenſus, ſed quòd generi conceptõ in communi cõuenit intentio ſpeciei mediæ, quãdo verò nõ fit appellatio reddit hunc ſenſum, quod eidem materiali vtraque intẽtio cõuenit, ſicut quando dicimus, qđ albũ eſt dulce.

Explicatur regula appellationum.

Cum dicitur ſpecies ſubalterna eſſe genus, quomodo intelligatur.

Obiectio.

Solutio.

6. Concluſ.

Sexta cõcluſio: Quãdo vna intentio in abſtracto prędicatur de alia in abſtracto, quæcũque ſit illa, niſi ſit ſuperior quidditatiuè, eſt falſa propoſitio omnino: ita vt hæc ſit falſa, Genereitas eſt ſpeciei-

tas,

Digitized by Google

tas, Vniuerſalitas eſt prædicabilitas, Subiicibilitas eſt prædicabilitas: Verũ hæc eſt vera, Genereitas eſt vniuerſalitas, Vniuerſalitas eſt relatio. Probatur illa cõcluſio; Nã ſit ſenſus, quod ratio vna ſit alia: ſed hoc eſt impoſſibile; ergo &c. Probatur maior: Nã quãdo affirmatur genereitas de ſpecieitate, ſit ſenſus, qđ hæc ſpecieitas ſit genereitas; Sicut quãdo dicimus, quod homo eſt albus, ſit ſenſus, quod vnũ ſit aliud. Sed minor probatur; Nã ſicut impoſſibile eſt, quod ratio generis ſit ratio ſpeciei; ita impoſſibile eſt, quòd genereitas ſit ſpecieitas, vel è contra; nã denotaretur, quòd vna ratio eſſet alia & ita vt vnius ratio eſſet alterius ratio. Præterea; quia hæc eſt falſa, Albedo eſt ſimilitudo; ergo & hæc, Genereitas eſt ſpecieitas, eadẽ ratione Quod verò hæc prædicatio ſit vera, Genereitas eſt vniuerſalitas, probatur; quia genereitas quidditatiuè eſt vniuerſalitas; ergo vniuerſalitas poteſt affirmari de illa; nã qđ alicui conuenit incluſum in illo eſſentialiter, bene poteſt affirmari de illo. Item; hæc eſt vera, Vniuerſalitas eſt relatio; ergo & hæc, Genereitas eſt vniuerſalitas, quia ſicut vniuerſalitas includit relationem; ita genereitas vniuerſalitatem. Itẽ; hæc eſt vera, Albedo eſt color; ergo & illa; quia ſicut albedo includit colorẽ: ita genereitas vniuerſalitatẽ, & relationẽ; ſunt enim ſibi ſuperiora quidditatiuè.

Regula ad diſcernẽdũ quãdo vna intentio in abſtracto prædicati valeat de alio itidẽ in abſtracto.

Vtrùm in entibus rationis detur proceſſus in infinitum.

Controuerſia.

Ad 1. arg.

1. Modus dicẽdi Herusi.

Diſtinctio fundamentalis, cui Heruæi poſitio innititur.

Reſpondetur ad primum argumẽtũ; ſed inquirendum eſt prius, an detur in entibus rationis proceſſus in infinitum, & ſimiliter in intentionibus. Et reſpondetur ex Heruæo, quęſtione tertia, quod in entibus rationis, & in actibus intellectus, procedi in infinitum ſtat dupliciter: Vno modo, quòd procedatur in infinitum in ipſis acceptis in actu, hoc eſt, quod iã actu ſint infinita entia rationis, vel infiniti actus intelligẽdi ad inuicem fundati, ita vt ante iſtud ens rationis ſit accipere aliud, quod iam erat, & ante illud aliud, & ſic in infinitum. Et hoc eſt impoſſibile, quia cùm entia rationis fundẽtur in actu intellectus, modo ſupra expoſito, eſt neceſſe deuenire ad vnum primum actum intellectus, ſuppoſito, quòd incipit intelligere in tempore: & idẽ eſt dicendum de actibus intelligendi. Alio modo poteſt procedi in infinitũ in his reſpectu accipiẽdorũ, ſcilicet, quòd primò intelligam lapidem, & poſtmodũ intelligam me intelligere lapidẽ, & poſtmodum intelligam iſtum ſecũdũ actum, & ſic in infinitum. Et hoc non eſt inconueniẽs, nec in actibus intellectus, nec in entibus rationis. In actibus intellectus probatur; quia poſsũt intelligi ipſi actus intellectus reflexè, cùm ſint entia, & ſic erit in infinitum proceſſus. Probatur in entibus rationis; nam ad cognitionem vnius actus ſequitur relatio eſſe cogniti ipſius; & illa potuit intelligi: Et ad cognitionem alterius actus etiã ſequitur relatio eſſe cogniti ipſius, & ſic in infinitum. Item etiam; quia cùm intelligo hoc ens rationis iam in ipſo fundo relationẽ eſſe cogniti, & cùm intelligo hanc relationẽ eſſe cogniti, rurſus in illa fundo aliam relationem eſſe cogniti, & ita vſque in infinitum ſyncategorematicè; & etiam proceſſus hoc modo dari poteſt in aliquibus ſecundis intẽtionibus. Et probatur; nam quando intelligo ſpecieitatem in cõmuni, illa denominatur ſpecies à quadã ſecũda intẽtione particulari ſpecieitatis, quia cùm hoc ſubiectum denominatum, ſcilicet ſpecieitas, ſit quædã particularis ſpecies, debet denominari à quadã ſecũda intentione ſpecieitatis, particulari, ſicut homo denominatur ſpecies à quadã ſecunda intẽtione particulari ſpecieitatis. Et hæc ſecunda intentio particularis & indiuidua denominatur indiuiduum vt quod, quia ſolũ de vno prædicatur ab alia ſecunda intẽtione indiuidui, quæ eſt eſſentialiter indiuiduum vt quo, & denominatiuè indiuiduum vt quod; & ita ab alia ſecunda intentione indiuidui. Et idem eſt dicendum de illa, & ita eſt proceſſus in infinitum à parte poſt, & in accipiendis. Similiter intentio prędicati poteſt ſubiici, & denominabitur ſubiectum ab intentione ſubiecti; & rurſus illa intẽtio ſubiecti poteſt prædicari, & denominabitur prædicatum ab intẽtione prędicati. Et hæc intentio prædicati rurſus poteſt ſubiici, & hęc rurſus prędicari, & ita

in infinitum: Vnde hoc nullum inconueniens eſt. *Authoris obſeruatio.* Ego quidem fateor, quòd in aliquo genere intētionum nō eſt proceſſus in infinitum: Et hoc eſt, quotieſcumque habet conditionem oppoſitam intentio denominās, v.g. ſpecieitas abſtrahitur in communi, & illi tribuo intentionem ſpeciei, & denominatur ſpecies: Illa verò ſpecieitas denominans non poteſt ſortiri iam amplius denominationē ſpeciei: & ſic in illo genere ſiſtitur, licèt poſſit denominari indiuidua Et per hūc modū etiam reperietur iſte ſtatus in aliis intentionibus. *Modus dicendi aliorum.* Aliqui negant in infinitum proceſſus in intentionibus: Nam quamuis homo denominetur ſpecies ab intentione ſpecieitatis, cū abſtrahitur ab hac & illa ſpecieitate ratio ſpecieitatis in cōmuni, illa ſpecieitas ſe ipſam denominat ſpeciē. Et cū ego conſidero hanc ſpecieitatem in particulari eſſe indiuiduā; fit hoc quidem à quadam ſecunda intentione indiuidui: Ipſa verò ſecunda intentio indiuidui ſe ipſam denominat indiuiduam, nec eſt in infinitum proceſſus; ſicut definitio ſe ipſam definit inadæquatè: & quantitas ſe ipſa eſt extenſa; Nam non ſolùm facit ſubſtātiam extēſam, ſed ſe ipsā ſimiliter extenſam reddit, & quātam. Et lux non ſolùm facit colores viſibiles, ſed etiam ſe ipſam. *Refellitur & ita deciditur controuerſia ad aures Heruæi.* Sed iſte dicēdi modus quamuis propter exēpla habeat apparentiam, nō tamen placet: nam hæc eſt accidētalis prędicatio, & denominatiua, Specieitas eſt ſpecies: ergo accidit illi eſſe ſpeciē: ergo hanc denominationē facit aliqua forma, quæ ſit extra ſuam rationem: ergo non fit ab ipſa ſpecieitate, quæ non eſt extra ſuam rationē propriam. Impoſſibile eſt enim, quòd ſi accidit albedo homini, quòd dicatur albus à propria forma eſſētiali: illa enim forma, à qua fit denominatio accidētalis, concipitur extra rationem ſubiecti. Et præterea, quia eſſe ſpeciem fundatur in cognitione ſpecieitatis in cōmuni: ſed ipſa ſpecieitas nō fundatur in cognitione ſui ipſius aliqua: ergo alia forma eſt quæ fundatur in cognitione paſſiua ſpecieitatis, à qua ſpecieitas dicitur ſpecies. Et præterea: quod ſpecieitas dicatur ſpecies, debet eſſe ab aliqua forma particulari: nam ſpecieitas eſt quoddam indiuiduum ſpeciei: hæc enim eſt prędicatio ſpeciei de indiuiduo, Hęc ſpecieitas eſt ſpecies, ſicut hæc, Hic homo eſt homo: ergo id, à quo denominatur ſpecies, debet eſſe forma particularis vt quod: nō ergo à ſe ipſa, quæ non eſt particularis vt quod. Et hæc etiā argumenta fere oīa conueniunt de intētione indiuidui particulari, quod ab alia debet denominari, & non à ſe ipſa. Ex ēpla verò adducta non habēt ſimilitudinem, quātum ad hoc: nam definitio, ſecundum quod dicitur definitū, habet aliam intentionem diſtinctā à ſe ipſa, & ab intentione definitionis: & ita ſpecieitas, ſecūdum quod dicitur ſpecies, debet habere aliam intentionem. Item etiam in definitione cùm definit ſe ipſam, habet definita alia à ſe realiter diſtincta: & ita definit ſe ipſam inadæquatè, quod non reperitur in ſpecieitate in cōmuni, quæ ſolùm ſe ipsā denominat adæquatè ſecundum iſtos. Non enim eſt inconueniens, quod ex eo, quod aliud à ſe diſtinctum definit, etiam ſe ipſam definiat. Sed illa intētio ſpecieitatis in communi non denominat niſi ſe: & ita in intelligibili eſt, quod ſit ſui ipſius forma accidentalis. Et hoc eſt verum in luce, & quantitate: nam quantitas ex eo, quod ſubſtantiam à ſe diſtinctam extendit & quantificat, ſe ipſam etiam extēdit: & lux ipſa videndo colores viſibiles videtur ipſa. Nec etiā iſti authores poſſunt proceſſū in infinitū vitare in intentione ſubiecti & prædicati: Nam intentio ſubiecti non poteſt ſe denominare prædicatum, nec è contrà: & poſſunt in infinitum ſubiici, & prædicari dictæ intentiones. Et per hoc patet ad primum argumentum.

Ad ſecundum principale reſpōdetur, *Ad 2. arg.* quod nō oportet illud, quod eſt ſubiectū & fundamētū alterius, eſſe perfectioris entitatis, quam res fundata, vt patet: Nā *Solutio.* qualitas fundatur & inhæret in quantitate, vt in ſubiecto quo, & quod, minus principale, & eſt perfectior quātitate. Secundo reſpondetur, quòd fundamentum debet habere maiorē entitatē, vel propinquitatem ad maiorē & perfectiorem entitatem. Et ita ens rationis fundās aliud, licèt nō habeat maiorem entitatem alio ente reali, habet tamen maiorē propinquitatē ad ens reale, quod eſt perfectius.

Ad

Ad confir. Ad confirmationem reſpondetur, quòd re
latio paternitatis poteſt fundare relatio
1. Solutio. nem ſimilitudinis ſpecificæ, quam habet
ad aliam paternitatem, & relationẽ diſſi-
2. Solutio. militudinis ſpecificæ, quã habet ad filia-
tionem. Rurſus reſpondetur, quòd nõ eſt
eadem ratio de relatione rationis: Nam
cum hæc relatio rationis rurſus poſſit in
telligi, fundabit aliam relationem, dico,
fundabit, remotè, & vt ſubiectum.

Vtrùm vniuerſalitas ſit genus ad quinque intentiones vniuerſalium.

Controuerſia. AD tertium principale reſpondetur;
ſed prius diſputandum eſt, vtrùm
Ad 3. arg. vniuerſalitas ſit genus ad quinque inten-
tiones vniuerſaliũ, ſcilicet, ad genereita
tem, ſpecieitatem, differentialitatem, pro
prietatem, & accidentalitatem: Sic enim
impropriè has intentiones appello, vt ſcho
1. Opinio Verſorij. læ aſſentiamur. Verſorius in initio prædi-
cabilium dicit, non eſſe genus, quia non
dicit aliquam vnam naturam illis, quæ ſit
genus: & quia non dicit vnam naturam,
non dicit vnam definitionem: vnde non
2. Opi. Auctoris in propoſitionib. eſt vniuoca. Sed reſpondetur, quod eſt
genus: & probatur; Nam prædicatur de
pluribus differentibus ſpecie in quid: er-
1. Propoſitio. go eſt genus. Conſequentia patet à defi-
nitione generis: & probatur antecedens:
Nam illæ intentiones differunt ſpecie, &
vt conſtat, prædicatur vniuerſalitas de il
lis, in quid; ergo eſt genus reſpectu illa-
rum. Minor probatur; Nam quærenti,
quid ſit genereitas, optimè reſpondetur,
quod ſit vniuerſalitas, & idem de aliis in
tẽtionibus; ergo &c. Sed maior illa proba
tur; Nam illæ relationes differunt ſpecie,
quæ ſunt rationes & formæ, quibus ali-
qua referuntur ad terminos ſpecie diſtin
ctos, ſed huiuſmodi ſunt illæ relationes:
ergo, &c. Mai. patet; Nã propterea pater
nitas, & filiatio differunt ſpecie, quia pa-
ternitas eſt ratio referendi patrem ad fi-
lium, & filiatio filium ad patrem, & illi
termini, pater, & filius, ſpecie differunt:
ſed genereitas, & cęt. ſunt huiuſmodi; er
go &c. Probat minor; Nã genereitas eſt
ratio, vt genus referatur ad ſpeciẽ, & ſpe
cieitas, vt ſpecies referatur ad genus: ſed
ſpecies & genus sũt termini ſpecie & for
maliter diuerſi; ergo &c. Et idẽ eſt dicen
dum de aliis intentionibus ſuprà dictis.
Dico ſecundò, quod ſicut animal deno- *2. Propoſ.*
minatur, & accidentaliter eſt genus ad
omnes ſpecies animaliũ, & quòd habet
quidditatiuè, & eſſẽtialiter, eſt ſua quid
ditas, & definitio, ſcilicet, eſſe viuẽs ſen-
ſibile, ita vt hæc ſit prædicatio quiddita
tiua, Animal eſt viuẽs ſenſibile, hæc verò
accidẽtalis, Animal eſt genus: ita in pro
poſito vniuerſalitas habet eſſẽtialiter, &
quidditatiuè, quod ſit relatio, & ſecunda
intentio, & quod ſit ratio cõſtitutiua vni
uerſalis: Nam hæc prædicatio eſt eſſẽtia
lis, & quidditatiua, Vniuerſalitas eſt ſecũ
da intentio, eſt relatio, eſt forma vniuer
ſalis conſtitutiua. Habet tamen acciden
taliter, quod ſit genus, & denominatiuè;
ſic adeò, vt hæc ſit accidẽtalis, Vniuerſa
litas eſt genus: nã de vniuerſalitate præ-
dicatur eſſentialiter, & quidditatiuè, qđ
per ſuam definitionem explicatur. Et cũ
eſſe genus nõ explicetur in ſua definitio-
ne, nõ prædicatur eſſentialiter, & quid-
ditatiuè. Quinimo nec eſt eius propria
paſſio: aduenit tamen illi accidentaliter,
ex eo, quod eſt in intellectu illa forma ab
ſtracta à ſuis ſpeciebus, ſicut animal ab-
ſtrahitur ab homine, & equo: & ideò eſt
genus. Ex his ſequitur, quod vniuerſali- *Corollarium.*
tas nõ conuertitur cũ vno membrorũ di
uidentiũ, ſcilicet, genereitate: Nam gene
reitas eſſẽtialiter eſt genus vt quo, id eſt,
forma generis: vniuerſalitas verò nullo
modo eſt genus vt quo, & eſſẽtialiter (vt
ita dicã) ſed denominatur genus, vt quod,
& ita non conuertitur. Vt enim conuer-
teretur, erat neceſſariũ, quod ſicut gene
reitas eſt ratio generis cõſtitutiua, et hoc
quidem eſſentialiter; ita eſſet ratio gene
ris conſtitutiua vniuerſalitas; quod non
habet, ſed eſſentialiter eſt forma conſti-
tuens vniuerſale. Si autẽ inquiras, an vni *Dubium.*
uerſalitas in concreto ſit genus ad quin-
que prædicabilia in concreto, videlicet
an vniuerſale ſit genus ad genus, ſpeciẽ,
& differentiam, &c. Diuus Thomas capi- *Reſponſio ex D. Tho.*
te vltimo, de Ente & eſſentia dicit, quod
accidentia in cõcreto non habent ratio-
nem generis propriè, & ita non propriè
habebit generis rationem. Nihilominus
tamen hæc prędicatio, Gends eſt vniuer
ſale, reducitur ad prædicationẽ generis
ratione formalis, ſicut iſta, Album eſt co

loratum;

Ioratum; de quo infrà redibit iterum diſputatio. Et hac ratione concedimus communiter, quod vniuerſale eſt genus ad quinque prædicabilia.

Vtrum ſpecieitas ſit ſpecies.

Controuerſia.

Auctoris ſententia contra ſuprà citatos auctores.

PRo ſolutione etiam eiuſdem argumẽti inquirendum eſt, an iſta ſit vera, Specieitas eſt ſpecies. Et reſpõdetur, qđ ſic. Et probatur hoc ex modò dictis: Nã vniuerſalitas eſt genus ad ſpecieitatẽ, genereitatem, &c. ſed genus eſt quod prædicatur de pluribus ſpeciebus; ergo ſpecieitas eſt ſpecies. Præterea: ſpecieitas eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero: ergo eſt ſpecies. Conſequentia clara eſt ex definitione ſpecieitatis. Probatur: Nã prædicatur de ſpecieitate fundata ſupra naturam humanam, & de ſpecieitate fundata ſupra naturam equinam: ſed iſtæ ſolo numero differũt, quia ſubſtrata in ratione fundandi, ſolo numero differunt: ergo &c. Sed aduertẽ,

Obſerua.

quòd ſicut de eſſentia hominis non eſt, quòd ſit ſpecies, ſed ſolùm quòd ſit animal rationale; ita de eſſentia ſpecieitatis non eſt, quòd ſit ſpecies, ſed quòd ſit forma ſpeciei conſtitutiua. Et ſicut homini accidit, quòd ſit ſpecies, quatenus per intellectum abſtrahitur; ita accidit ſpecieitati, quòd ſit ſpecies, quatenus per intellectũ abſtrahitur ab hac, & illa ſpecieitate particulari; & quando ſpecieitas denominatur ſpecies, fit hæc denominatio à quadã ſecũda intẽtione, quæ dicitur ſpecieitas, quæ ſingularis eſt in eſſẽdo, licèt ſit vniuerſalis in virtute, ſeu in denominando. Et conſequitur hæc ſecunda intẽtio ad cognitionem ſpecieitatis in communi; nã ſicut ex hoc, quòd intelligo in communi hominem, cõſequitur ſpecieitas, ſiue formaliter, ſiue fundamẽtaliter proximè, eodẽ modo ex cognitione ſpecieitatis in communi conſequitur quędã ſecunda intentio, qua dicitur ſpecieitas, à qua denominatur ſpecieitas illa in cõmuni cognita ſpecies. Et diſtinguitũ iſta ſpecieitas particularis ab illa cõmuni, ſicut diſtinguitũ particulare à ſuo vniuerſali. Et quod diſtinguatur probatur; quia illa ſpecieitas in communi conſiderata eſt ſpecies vt quod, hæc verò particularis conſecuta eſt ſolũ ſpecies vt quo, ſeu ratio ſpeciei. Nec valet dicere, ꝙ ipſa ſpecieitas in cõmuni cognita ſeipsã denominat ſpeciem;

Fuga.

Impugnatio.

nam tunc cùm primò cognoſcitur ſpecieitas illa in communi, nullo alio intellecto eſſet formaliter ſpecies: & ſic non fundaretur forma ſpeciei illius in eſſe cognito, quia iã tũc eſt formaliter, ſiquidẽ eſt ipſa ſpecieitas. Et pręterea: qa ipſa ſpecieitas de ſe nõ habet, niſi ſuam definitionem: ergo vt adueniat illi hoc, ꝙ eſt eſſe ſpecies vt quod, quod eſt illi accidens, neceſſariũ eſt attribuere illi formã aliquam accidentaliter conuenientẽ, quæ eſt ſpecieitas hæc particularis cõſequuta fundamentaliter proximè ad eſſe cognitum. Et per hoc patet, quõ differentialitas ſit ſpecies, quia eſt quædã rationis relatio, quæ induit hãc denominationẽ ſpeciei. Et idẽ eſt dicendũ de accidentalitate, & de proprietate pro ſecundis intentionibus acceptis.

Obiectio.

Et ſi fiat argumentũ: Hæc eſt prædicatio idẽtica, Species eſt ſpecies: ergo non eſt ſpecies vniuerſalis; Hæc enim prædicatio, Homo eſt homo, nõ eſt prædicatio ſpeciei, quia prædicatio ſpeciei non eſt idẽtica:

Solutio.

Reſpondetur, quòd cũ dicimus, ſpeciem eſſe ſpeciem, poteſt accipi, vt ſit idẽtica prædicatio, cùm idem de eodẽ prædicatur; poteſt accipi, vt non ſit identica, vt cùm facit hũc ſenſũ; quòd ſit vniuerſalis ſpecies, vt ęquipolleat huic, quod eſt eſſe tale vniuerſale determinatũ ſpecificè.

Applicatur ex dictis reſponſio ad 3. argum. principale.

Ad tertium ergo argumentũ reſpondetur, quod intentiones in concreto, & in abſtracto fundant alias intentiones ſecundas. Et ad probationẽ, quia aliàs hæc eſſet vera, Specieitas eſt ſpecies, conceditur. Et quando dicitur, ergo id, quo aliquid prædicatur, eſt id, quod prædicatur, verum eſt; nam ſpecieitas eſt ratio prædicandi de ſubſtratis, & eſt id, quod prædicatur de formalibus ſpecierum.

Auctoris obſeruatio circa 1. probationem.

Verum eſt tamen, quòd non exercet rationem illam faciendi ſpeciem ſecundum illam conditionem, quæ eſt ſpecies vt quod, & id quod prædicatur, quia prędicatur, vt eſt in communi, & exercet rationem faciendi ſpeciem, vt eſt in particularibus ſpecieitatibus, quia ſemper quod ſubſtrata denominat ſpeciem, particularis ſpecieitas eſt. Et hoc nõ eſt incõuenieus.

Digitized by Google

ueniens, quia intellectus ipſas formas, & ſecundas intentiones, cum ſint quædam rerum ſpecies, accipit rurſus ſecundum ſuas naturas ſpecificas, & illas in vniuerſali denominat per alias intẽtiones, & aliquando etiam in particulari. Paternitas verò non habet naturam patris: & ita nõ poteſt pater dici. Specieitas verò eſt quędam natura ſpecifica ſine indiuiduantibus conditionibus concepta: & ita poteſt dici ſpecies, quia ſecundæ intentiones ad inuicem ſubſternuntur.

Ad 2. probationem.

Quare albedo nequeat dici alba, bene aũt ſpecieitas ſpecies.

Et ad ſecundam probationem reſpondetur, quod etiamſi albedo non poſſit denominari alba ab alia albedine, quinimo nec à ſeipſa, quia ſolùm eſt ratio albi: cęterũ ſpecieitas põt denominari ſpecies, quia habet naturam quandam ſpecificam cum indeterminabilitate in communi cõcepta; & fit, vt probat argumentum, denominatio ab alia forma ſpecieitatis particulari, à qua diſtinguitur denominatũ, non tamq̃ res à re, ſed tamquã vniuerſale à ſuo particulari. Et hæc diſtinctio ſufficit, vt ſaluetur ratio denominantis, & denominati, cum ipſa denominatio eſt rationis denominatio. Quinimo aliqui dicunt, quantitatem eſſe quantam à ſe ipſa.

Ad 3. probationem.

Ad tertiã probationem reſpondetur, quòd quia formæ intentionum accipiuntur rurſus vt quædam ſubiecta aliarum formarum ab intellectu, quibus denominantur, & reſultat compoſitum accidentale, ex illa cõiunctione poteſt concretum illud affirmari de illo abſtracto. Et ita ſpecieitas eſt ſpecies, maximè quia non pręđicatur ſpecies de ſpecieitate, vt cõſtitutiua ſpeciei eſt, ſed vt conſtituitur per illam ſingularem intentionem ſpecies: Nam cùm dicitur ſpecies, accipitur vt quoddam totum perfectum in ſuo genere, & non ſolùm vt pars. Et cum hoc non poſſit contingere in exemplis adductis in illis, non fit vera prędicatio, ſicut in iſtis.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpondetur, quod i[illegible]is intentionibus, quia non ſolum conſequuntur ad naturas reales cognitas in vniuerſali, ſed etiam ad ſe ipſas in communi cõceptas, fit, vt reperiatur in ipſis denominatio à ſingularibus intentionibus: ſicut & ipſæ naturæ & reales ab eiſdem denominãtur: quod non c[illegible]tingit in realibus formis. Ita enim ratio ſpecieitatis conſe-uitur ad cognitionem ſpecieitatis in communi, ſicut conſequitur ad cognitionem naturæ humanæ in communi: reflectuntur enim ſupra ſe hæ intentiones rationis.

Ad 4. arg.

Ad quartum argumentum reſpondetur, quod, vt dicit angelicus Doctor de ente & eſſentia, capite vltimo, ex accidenti & ſubiecto non reſultat aliqua vna natura, cui intentio generis, vel ſpeciei poſſit attribui: vnde nomina accidentalia cõcretiuè dicta, non ponuntur in prædicamento, ſicut ſpecies, vel genera, vt albũ, nigrum, muſicum, niſi per reductionem.

Quo accidẽtia in concreto ponãtur in prædicamento apud Diuũ Thomam.

Vnde ſequitur, quod vniuerſale in concreto non eſt genus, niſi per reductionẽ; nec genus, ſpecies, & cætera ſunt ſpecies propriè, niſi per reductionem, quia non habent propriè ſuas definitiones, nec ex illis reſultat vna natura, vt inquit Diuus Thomas.

Quid ſit de eſſentia vniuerſalis.

Cæterùm licèt differrent propriè ſpecie, reſpondetur, quòd vniuerſale non habet quidditatiuè eſſe genus, ſed ſolùm eſt id, quod eſt in multis: Genus verò eſſentialiter habet eſſe genus. Et ita cùm diuidatur ſecundum ea, quæ ſibi eſſentialiter conueniunt, in quo non includitur generis ratio, nõ conuertitur membrum diuidens cum diuiſo, cum illi accidat eſſe genus ex hoc, quòd ſic in vniuerſali conſideratur accidentaliter conuertitur cum vno membro diuidenti, id eſt, accidentaliter, hàbet eſſe genus vt quod, & hoc ipſum eſſentialiter conuenit generi primo prædicabili. Nec hoc eſt inconueniens, vt patebit in aliis multis diuiſionibus.

Ad confir.

1. Solutio.

Ad confirmationem reſpondetur, ſecundum aliquos in hac, Genus eſt ſpecies, non fieri appellationem magis; quã in hac, Album eſt dulce: Sed verificatur; quia eidem materiali conuenit eſſe ſpeciem, & eſſe genus.

Refellitur

2. Solutio Auctoris.

Verum hæc ſolutio non mihi placet multum. Et ideo reſpondetur, quod eſt appellatio conceptus formalis vniuerſalis. Itaque facit hunc ſenſum, Genus eſt ſpecies, id eſt, genus, quod concipitur conceptu communi generis, eſt ſpecies: Cuius ſignum eſt, quod non licet deſcendere dicẽdo, ergo hoc genus eſt ſpecies: nam hoc genus potius eſt indiuiduum generis ſecundæ intentionaliter accepti, quàm ſpecies. Et ſicut hic fit appellatio ad hominis conceptum, in

com-

Digitized by Google

communi, Homo eſt ſpecies: ita ibi ad cōceptum generis in communi: Non vero ſit ſenſus formalis, quod homo ea ratione, qua homo, ſit ſpecies: ita hic non ſit ſenſus, quod genus ea ratione, qua genus, ſit ſpecies, ſed vt concipitur conceptu communi.

Ad quintum. Vtrum intentio indiuidui ſit ſpecies

Ad quintum reſpondetur, ſi priùs præmiſerimus intentionē indiuidui eſſe ſpeciem: nam eſt prædicabilis de pluribus differētibus numero in quid. Prædicatur enim de hac ſecunda intentione indiuidui, quæ fundatur ſupra Petrum, & de illa, quæ fundatur ſupra Paulum, quæ ſolo numero differūt: Quia ſubiecta in ratione fundādi ſolo numero differunt, cui ſecundæ intētioni indiuidui eſſentialiter conuenit ſolùm eſſe relationē indiuidui conſtitutiuam, in eſſe indiuidui ſecundè intentionaliter accepti, ſiue eſſe indiuiduam vt quo, id eſt, quo aliquid cōſtituitur in eſſe indiuidui. Accidit verò ipſi eſſe indiuiduā vt quod, & ſimiliter accidit eſſe ſpeciem, ſicut accidit naturæ humanæ eſſe ſpeciē formaliter, & ſimiliter eſſe indiuiduam, & ſolùm illi, quod ex ſua ratione ineſt, conuenit. Cum autem ſecunda intentio indiuidui in particulari, quæ eſſentialiter eſt indiuiduum vt quo, denominatur indiuiduum vt quod, quia eſt id, quod ſolùm de vno prædicatur, ſcilicet, de ſe ipſa, hoc fit à quadam ſecunda intentione particulari illi ſuperueniente, ex eo, quod cognoſcitur, vt de vno tantū prædicabilis: quia ipſa ſecunda intentio de ſe non habet niſi eſſe indiuiduā vt quo. Cùm verò eſt indiuiduum vt quod, illud debet ſortiri ab accidenti ſuperuenienti, cum illi accidentaliter cōueniat. Nec eſt incōueniens proceſſus in infinitum in his intentionibus indiuidui à parte poſt, vt ſuprà dictū fuit. Ergo ad argumentum reſpondetur, quod intētio indiuidui, quæ abſtrahitur à particularibus intentionibus, denominatur ſpecies ab intentione ſpeciei quadam conſecuta ad eſſe cognitū in communi intentionis indiuidui, & hoc accidētaliter. Quid autem ſit materiale indiuidui in concreto ſumpti, dicemus in capite de ſpecie; Modò verò de ipſis intētionibus loquimur.

Ex dictis applicatur reſpōſio ad 3. arg principale.

Ad 1. Cōf.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd eſſentialiter conuenit ſecundæ intentioni indiuidui eſſe indiuiduum vt quo, & oppoſitum huius, nec per ſe, nec per accidens poteſt competere. Erit autem oppoſitum eſſe vniuerſale vt quo, nō verò eſt eius oppoſitum eſſe vniuerſale, vt quod, nec particulare vt quod: Sicut nō eſt oppoſitum rationis formalis quantitatis, eſſe quantum vt quod: nam etiam ipſa quantitas eſt vt quod, extenſa, & in diuiſibilis. Ad aliam confirmationem iam patet ex dictis in hoc argumento, & quæſtione hac. Ad vltimam confirmationem reſpondetur, quod ſecunda intentio indiuidui cognoſcitur ex cognitione entis realis, de qua re ſuperius dicta ſunt multa.

Ad 2. Cōf.

Ad 3. Cōf.

Ad ſextū. Regula generalis ad diſcernendum quando vna intentio prædicatur de alia, & quādo nō.

Ad ſextum argumentum, vt notitiam habeamus plurium logicalium intentionum, notandum eſt, quod nunquam duæ intentiones differētes ſpecie, vel genere ad inuicē prædicentur in abſtracto: quia ſit ſenſus formalis. Et ita hæc eſt falſa, Genereitas eſt ſpecieitas In concreto verò poſſunt dupliciter prædicari. Primo modo, quando vna eſt alterius ſubiectū, ſicut quando dicimus, ꝙ ſpecies eſt vniuerſalis, vbi ſpecies induit intentionem ſubiecti reſpectu illius prædicati vniuerſalis, & ita vniuerſale prædicatur de ſpecie: Et ſimiliter ſi dicamus, Species eſt prædicatum, eſt ſubiectum; Sēper enim intentio, quæ eſt materialis reſpectu alterius, eſt id, de quo altera prædicatur, in concreto tamen. Poteſt etiā vna intētio de alia prædicari in concreto, non quia ſit forma reſpectu alterius, & altera ſe habeat vt materiale, ſed quia vtraque eidem materiali, id eſt, eidem conceptui obiectiuo conuenit: ſicut conceptui animalis cōuenit, quod ſit ſpecies corporis, & quod ſit genus hominis, & leonis, & ita hæc eſt vera, Genus eſt ſpecies media. Hoc modo iudicandū eſt de intentionibus omnibus quomodo ad inuicē prædicentur. Præterea eſt notandum, quod ſicut in accidentibus, & ſubſtantiis reperiuntur in eadem re gradus diuerſi, ordinati ſecundū ſuperius & inferius, prouenientes ab eadē forma numero: ita hoc etiam reperitur in intentionibus: Nā ſicut Petrus eſt homo, & animal, & viuēs, & corpus, & ſubſtantia, & ens, & totum habet ab anima rationali, & hæc eſt prædicatio

Elegantiſſima proportio inter ſubſtātias & accidētia realia ab vna parte, et inter intentiones ab alia.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrùm ſecunda intentio prædicetur de re ad extra, ita vt hæc ſit vera, homo eſt ſpecies, homo eſt genus: & an vna ſecunda intentio prædicetur de fundamento alterius oppoſitæ.

1. Argum. VIDETVR quòd hæc propoſitio ſit falſa, Homo eſt ſpecies: nam ſua cõtradictoria eſt vera: ergo ipſa eſt falſa. Antecedens probatur: Nã iſtæ ſunt cõtradictoriç, Homo eſt ſpecies, Nullus homo eſt ſpẽs, ſed hęc negatiua eſt vera; ergo altera, ſcilicet, Homo eſt ſpecies, eſt falſa.

Confir. 1. Et confirmatur: Nam non eſt verius cõtradicere, quàm toti propoſitioni negationẽ apponere: ergo iſtę, Homo eſt ſpecies, Non homo eſt ſpecies, ſunt contradictoriæ: ſed hæc ſcďa eſt vera: ergo prima eſt falſa. Probatur minor: quia facit hũc ſenſum, Nullus homo eſt ſpecies.

Confir. 2. Et confirmatur ſecundò hoc argumentum: Quia ens ſecundum quid, quale eſt intentio ſecunda, non verificatur de re ad extra, quæ eſt ens reale, & verum: non ergo ſecunda intentio affirmatur de prima: & iſta erit falſa, Homo eſt ſpecies.

2. Argum. Secundò probo, quod hęc ſit vera, Homo eſt genus: Nam intentio ſpeciei & generis conueniunt eidem rei materialiter: nam & homo, & animal ſunt idem, quæ ſunt materialia illarum intentionum; ergo hæc eſt vera, Homo eſt genus. Probatur conſequentia: Nam propterea concedimus, quod genus ſit ſpecies media, quia iſtæ duæ intentiones generis & ſpeciei mediæ, ſeu ſubalternæ, eidem rei conueniunt.

3. Argum. Tertiò. hæc eſt vera, Animal eſt ſpecies ſpecialiſſima: ergo hęc eſt vera, Homo eſt genus; nã videtur eadem ratio. Et probatur antecedens: Quidquid cõuenit inferiori, conuenit ſuperiori: ſed homini conuenit eſſe ſpeciem: ergo & animali: nam ſi iſta eſt vera, Homo eſt albus, etiã iſta vera erit, Animal eſt album.

4. Argum. Quartò: Homo, vt habet eſſe ſubiectum intentionis ſpeciei, non habet eſſe ad extra, ſed in intellectu; ſed vt eſt ſubiectum eſt id, de quo prædicatur intentio: ergo intentio non prædicatur de re ad extra. Maior patet; nam ſecunda intentio fundatur in eſſe cognito, nec fundaĩ præcisè in re ad extra. Minor etiam probaĩ: quia qua ratione ſubſternitur intentioni ſecundæ, ſecunda ipſa intentio de illo affirmatur; cuius ſignum eſt, quod nũquam affirmatur de re, quæ intentioni non ſubſternitur.

Præambula ad quæſtionem.

1. Fund. ADuertendum tamen erit, materiale intentionum vocari, & eſſe illud, quod correſpondet conceptui obiectiuo requiſito, vt fundetur illa ſecunda intentio, verbigratia, materiale generis, nõ eſt ens, nec Petrus, aut homo, quamuis ſint idẽ realit er cũ animali, ſed eſt animal, vt ſtat ſub hoc cõceptu animal, vel viuens, & cætera. Itaque ſi ponamus terminum ſecundæ intẽtionis à parte prædicati, res ſignificata per conceptum, quẽ appellat, vt ſic, eſt materiale illius intẽtionis, vt in hac, Homo eſt ſpecies, homo, vt ſtat ſub iſto cõceptu homo, eſt materiale ſpeciei. & ſic in aliis. Et debet intelligi iſta appellatio in propoſitione vera; nã quando dico, Petrus eſt ſpecies, li ſpecies, appellat conceptum Petri, & ita eſt falſa, cùm nõ poſſit illi competere per illum conceptũ eſſe ſpeciem: & ita Petrus nõ eſt materiale ſpeciei, ſed homo. Eſt itaque materiale ſpeciei illud, cui forma competere valet ſpeciei, & eſt natura ſola numerica differentia determinabilis, & materiale generis, eſt natura determinabilis ſpecificè.

2. Fund. Nota vltimò, quod intentiones incompoſſibiles illæ dicuntur, quæ eidem materiali cõpetere cõ valent, accipiendo materiale modo iam dicto, ſicut ſunt intentio ſpeciei, & indiuidui generis ſubalterni & ſpeciei infimæ.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima concluſio. Secunda intentio in concreto prædicatur de re ad extra, licèt ab hoc præſupponatur, cognitam eſſe rem ab intellectu. Probatur iſta concluſio primò: Nam hæc eſt vera prædicatio, Homo eſt ſpecies; ſed prædicatum importat ſecundam intentionem, & homo eſt res ad extra, de quo prædicatur ſecunda intentio importata per prædicatum: ergo concluſio eſt vera. Maior non eget probatione, quia homo eſt prædicabilis de pluribus differentibus numero in quid: ergo eſt ſpecies. Confirmatur hæc ratio: Nā ſpecies ſupponit pro homine: ergo prædicatur de illo: quia ſuppoſitio eſt acceptio termini pro aliquo, de quo verificatur. Antecedens probatur: Nam ſpecies ſignificat illud, quod habet ſecundam intentionem ſpeciei: ſed homo eſt huiuſmodi, igitur hominē ſignificat, vt aliquid contentum ſub ſuo ſignificato de materiali, ſicut album ſignificat corpus aliquod, quod habet albedinem. Verum eſt tamen, quòd vt ſecunda intentio ſpeciei rebus conueniat, requiritur, rem illam cognitam eſſe ab intellectu; nam cognitum eſſe ab intellectu eſt proximum fundamentum ſecundarum intentionum, vt iam vidimus.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Hæc prædicatio, Homo eſt genus, eſt falſa. Et probatur; nā non conuenit homini generis definitio. Antecedens eſt euidens, & conſequentia ſimiliter probatur: nā illud, quod debet eſſe genus, debet dicere conceptum quē dam obiectiuum determinabilē per differentias, atque prædicabilē de pluribus ſpecie differentibus: ſed hoc homini nō conuenit; ergo &c. Et cōfirmatur hęc ratio: Nā hęc eſt falſa, ſpecies ſpecialiſſima eſt genus; ſed ſi homo eſſet genus, eſſet vera, quia homo eſt ſpecies ſpecialiſſima ergo &c. Maior ſatis patet, quia illæ intentiones expoſcunt repugnantia fundamēta: & ita eidem obiectiuo conceptui conuenire nequeunt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum argumentum reſpondetur, quòd contradictoria iſtius, Homo eſt ſpecies, eſt iſta, Homo non eſt ſpecies, quæ eſt falſa: nam reddit hūc ſenſū, homo conceptu cummuni cognitus, nō eſt ſpecies, vnde altera eſt vera. Et quod debeat hunc ſenſum facere probo: quia debet cōtradictorium alterius ſenſū habere, ſed altera facit ſen ſum, quòd cōceptus homo cōceptu cōmuni, ſit ſpecies: Hæc ergo oppoſitum ſenſum reddit. Et qnia ſubiectū in præſenti, Homo eſt ſpecies, ſupponit ſimpliciter pro primo, & per ſe ſignificato, habet rationē termini ſingularis: vnde in contradictoria debet manere ſubiectum eodem modo. Sicut cum aſſignamus cōtradictoriam huic, Petrus currit, relinquimus eodē modo ſubiectū, & dicimus, Petrus non currit, iſtæ verò ſunt contradictoriæ, Aliquis homo eſt ſpecies, Nullus hō eſt ſpecies, & ſubiectū vtrobique ſupponit perſonaliter; quapropter vnius particularitas debet mutari in vniuerſalitatē alterius.

Inſtantia. Et ſi dicas, indefinita, & ſingularis ęquiualēt, vt Aliquis homo, & Homo; ergo iſtæ æquiualent, Aliquis hō eſt ſpecies, & iſta, Homo eſt ſpecies; ſed prima eſt falſa; ergo & ſecūda.

Solutio. Reſpondetur ꝙ iſta, Homo eſt ſpecies, nō eſt indefinita, quia nō poteſt verificari, niſi pro ſuo per ſe ſignificato, ſcilicet pro homine in cōmuni.

Ad Confir. Ad cōfirmationem reſpōdetur, quòd iſta, Homo eſt ſpecies, Non homo eſt ſpecies, cōtradicunt, ſi li non, non mutet ſuppoſitionē ſimplicem in perſonalem; quia in contradictoriis debet manere idem genus ſuppoſitionis. Si autem mutet, & faciat hūc ſenſum, Nullus homo eſt ſpecies, nō ſūt contradictorię. Ad primam confirmationem reſpondetur, quod ſicut accidens in concreto affirmatur de ſubſtātia, etiamſi ſit ens ſecundum quid; ita ſecunda intentio in concreto affirmatur de re ad extrà, etiamſi ſit ens ſecundum quid.

Ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur; quòd genus, & ſpecies non conueniunt eidem materiali formaliter, id eſt, eidem conceptui obiectiuo: & licèt conueniant eidem entitati, non ſufficit.

Ad

Digitized by Google

Ad tertiū, explicatur illud axioma, Quicquid conuenit inferiori, conuenit ſuperiori.

Ad tertium reſpondetur, quod quidquid conuenit inferiori, non ſpecificando & appellando conceptum, conuenit ſuperiori, ſicut ſi hō nō eſt albus, animal eſt album. Cæterum, quia conuenit homini eſſe ſpeciem per conceptum hominis, cùm iſte conceptus nō cōueniat animali, ſeu cùm conceptus ſit alius à conceptu hominis, non conuenit animali eſſe ſpeciem. Maxima itaque illi habet verum in prædicatis quidditatiuis, vel accidentalibus, ſine appellatione tamen.

Ad quartum.

Ad quartum reſpondetur, quòd conſequentia nihil valet, nam argumentamur à re cum modo ad rem abſolutè, itaque mutatur quale in quid, ſeu committitur fallacia accidentis: Nam dicimus quòd eſſe ſpeciem conuenit rei ad extra, vt habet tamen illum modum: inferre ergo nullo modo conuenit rei ad extra, nulla eſt conſequentia, ſed inferendum erat: ergo non cōuenit rei ad extra abſolutè, ſed cū aliquo modo, quod nos fatemur.

QVÆSTIO. XXIX.

Vtrùm in ſecundis intentionibus poſſit conſtitui prædicamentum.

Controuerſia. 1. Opinio Toleti.

IN hac quæſtione quædā eſt opinio, quā videtur ſequi Toletus, Entia rationis nō conſtituere prædicamentū, ſed reduci ad realia prędicamēta; ſicut conſtat priuationē, quæ eſt aliquid rationis, reduci ad prædicamentū ſui habitus; & relationes rationis reducuntur ſimiliter ad prędicamētum relationis realis; & negationes ad prædicamentū ſubſtantię, quia finguntur ad modum animaliū, quæ in prædicamento ſubſtantiæ conſtituuntur.

*2. Opinio aliorum. *Ens rationis aliud ſubſtātia, aliud accidens: hoc iterum duplex, aliud qualitas, aliud relatio.*

Alii ex eadē familia ita diuidunt ens rationis Ens rationis aliud eſt ſubſtātia, aliud accidens. Ens rationis, quod eſt ſubſtantia, eſt illud, quod ab intellectu fingitur per modū ſubſtātiæ, vt Chimæra, hircoceruus: Aliud eſt accidēs, & eſt illud, quod ab intellectu fingitur per modum accidentis, & ſolum diuiditur in qualitatem, & relationem, quia ſolùm fingitur per modum qualitatis, & relationis. Ens rationis per modum qualitatis eſt, quod fingitur per modum formæ, & non refertur, vt negatio, & priuatio. Ens rationis, quod eſt relatio, eſt quod fingitur ab intellectu per modum relationis, & eſt inter aliqua. Hæc relatio diuiditur in vniuerſalem, & non vniuerſalem, & ſub non vniuerſali comprehendunt dextrum & dominum: & cùm dicunt non vniuerſalem, aliquid poſitiuum deſignant. Dicit præterea iſte commentator entium rationis, quod ens rationis de omnibus iſtis vniuocè dicitur, eſtq; illorum genus, & quod negatio eſt genus ad negationem in ſubiecto nō apto, quæ eſt vna ſpecies, & ad negationem in ſubiecto apto, quæ eſt priuatio, vocat negationem in ſubiecto nō apto: vt cùm dicimus, Homo non eſt irrationalis, quia in homine non eſt aptitudo, vt ſit irrationalis. Et addit, quod priuatio eſt propriè in entibus realibus, & eſt à parte rei in actu exercito, ſeu fundamentaliter: formaliter verò eſt in intellectu. Et de priuatione fundamentali tali tractant ſcientiæ, quæ tractant de ſuo fundamento: De priuatione in communi fundamentaliter tractat Metaphyſicus, formaliter Logicus: nam ſcientia, quæ conſiderat, quod homo ſit rationalis, conſiderat, quod non ſit non rationalis.

1. Argum. pro opinione Toleti.

Arguitur ergo pro prima opinione Toleti. Primum argumentum eſt: Si entia rationis ordinantur in prædicamento: ergo vel ſunt in aliquo prædicamento eorum, quæ enumerauit Ariſtoteles: Et hoc non, quia ſunt illa conſtituta pro entibus realibus: Nec in alio, nam ſequeretur, quod eſſent vndecim prædicamenta, quod eſt abſurdum.

2. Argum.

Secundò: D. Thom. de po. q. 7. art. 9. in corpore dicit, quòd in nullo prędicamēto eſt aliquid, niſi res extra animam: ſed entia rationis ſecundum Ariſtotelem 4. Metaphyſicæ, ſunt entia in anima: ergo non ſunt in prædicamento. Et hæc eſt Thomiſtarum opinio.

3. Argum.

Tertiò: In rebus, quæ ponuntur in prędicamento, aliud debet eſſe eſſentia, & aliud debet exiſtentia: ſed entia rationis non habet exiſtentiam, aliàs eſſent entia realia: nec poteſt in eis aſſignari, quid ſit eſſe illorum. Et confirmatur hoc

Digitized by Google

Confir. argumentum: Nam quæ collocantur in prædicamento, debent eſſe compoſita ex genere & differentia: ſed entia rationis non ſunt huiuſmodi, ſed ſunt quid ſimpliciſſimum; ergo non conſtant genere & differentia: nam non poteſt reperire intellectus, vnde ſumat generis rationem, & differentiæ.

4. Argum. Quartò: Diuus Thomas 1. parte, quæſtione 28. dicit, entia rationis, quæ ſunt relationes, pertinere ad prædicamentum, Ad aliquid, conſtitutum ab Ariſtotele: nam ait, quod in genere relationis reperiuntur aliqua ſecundum rem, & aliqua ſecundum rationem, quod in aliis prædicamentis non repetitur, ergo relationes rationis ſunt in prædicamento reali; non ergo eſt aliud prædicamentum conſtituendum pro entibus rationis, quæ ſunt relationes.

5. Argum. Quintò: Si conſtituimus prædicamentum relationis, quare non conſtituemus alia prędicamenta pro entibus rationis, ſcilicet, prædicamentum qualitatis, quantitatis, & cætera: Quia ſicut reperitur ens rationis, quod participet verè rationem relationis: ita profectò deberent reperiri entia rationis, quæ participarent rationem aliorum prædicamentorum: ſed hæc non reperiuntur: ergo nec talia entia rationis reperiuntur, quæ ſint verè relationes.

6. Argum. Sextò: Ens includitur in omni ente rationis, in priuatione, & cætera: ſed ens eſt relatiuum: ergo omne ens rationis eſt relatiuum; Non ergo debemus ponere aliqua entia rationis abſoluta. Probatur minor: nam eſſentialiter includit ordinem ad intellectum, & non ordinem alium præter relatiuum: ergo omnia entia rationis erunt relatiua: & ſic ſolùm vnum relationis prædicamentum erit conſtituendum.

Deciſio Quæſtionis.

Neceſſitas conſtituendi prædicamenta entium rationis. Conſtituere prędicamenta pro entibus rationis, eandem ferè vtilitatē adducit, quam aſſerit Porphyrius, adducere ordinem, & conſtitutionem prædicamentorum in realibus entibus, vt ſciamus nimirū definitiones in illis aſſignare, & cognoſcamus quid ad quālibet naturam entiū rationis pertineat, quid ſit alterius genus & ſpecies, ac denique in illis demonſtrationes conſtituere poſſimus. Inſuper conſideranda eſt illa famoſa diſtinctio entis rationis in relationē, priuationem, & negationem, quam ſanctiſſimus Doctor aſſignauit, & de qua ſuprà egimus. His præmiſſis

1. Concluſ. contra ſecundā opinionem. Sit concluſio prima: Ens rationis non eſt genus ad relationem, priuationem, & negationem: vnde in coordinatione entis rationis non debet collocari tamquā genus generaliſſimum. Probatur prima pars concluſionis: Nam genus ex doctrina Ariſtotelis, quam infra adducam, non debet includi in vltimis differentiis ſpecierum, cùm debeat per illas contrahi, & determinari ad certam ſpeciem, quod non fieret, ſi intra ipſas differentias clauderetur, quia contrahens aliud debet eſſe ſaltem formaliter diſtinctum à re contracta: ſed ens rationis clauditur in omni vltima differentia entis rationis cuiuſcunque; ergo non genus. Probatur minor: Quia ens rationis in communi nihil aliud dicit, quàm habere eſſe per intellectus operationem: ſed quælibet vltima entis rationis differentia habet eſſe per intellectus operationem, vt de ſe conſtat; ergo eſt ens rationis. Et confirmatur hæc ratio: nam vltima differentia intelligitur: ergo eſt ens rationis: quia illud quod habet eſſe per intellectus operationem, & eſt intelligibile, ens rationis eſt. Et confirmatur hæc ratio: Nam ens reale, quia in vltimis differentiis clauditur, non eſt genus: ſed multò magis, vel ſaltem eadem ratione, claudi debet in vltimis differentiis ens rationis: ergo non erit genus eadem ratione, ſed erit ens rationis quoddam tranſcendens in ſuo genere, quod per omnium rerum genera vagatur: hoc autem ens inter cæteras diuiſiones, ſi quæ ſunt aliæ, diuiditur in negationem, priuationem, & relationem.

2. Concluſ. cōtra 1. opinion. Toleti. Secunda concluſio. Tria poſſunt entium rationis prædicamenta conſtitui, ſcilicet, prædicamentum relationum, priuationum, & negationum. Probatur hæc concluſio; nam prædicamentum eſt prædicabilium ordinatio, ſecundum rationem ſuperioris & inferioris quidditatiuè

tiuè

tiuè: ſed entia rationis poſſunt hoc modo coordinari; ergo poſſunt illis conſtitui prædicamenta. Minor probatur: Nã in entibus rationis ſunt indiuidua, verbi gratia in relationibus: nam hæc ſecũda intentio indiuidui fundata ſupra Petrum, & hæc, quæ fundatur ſupra Paulum, numero differunt, & ſic de aliis, quę ſunt in diuerſis ſubiectis numero, in ratione fundandi indiuidualiter ſecũdum intentionem. Et hoc modo hæc ſpecieitas fundata ſupra hominem, & hæc fundata ſupra equum, numero differunt: quia etiamſi homo, & equus, non ſunt indiuidua numerica, in ratione fundandi illas intentiones ſunt velut indiuidua, quia in nullo magis ſpeciali, ſeu inferiori fundari poſſunt. Sunt etiam ſpecies relationum: nam illæ relationes ſpecie differunt, quæ habent terminos ſpecie diuerſos, ſicut genereitas & ſpecieitas, & ſic de aliis. Sunt itidem relationes genere differentes, vt relatio vniuerſalis, cuiuſmodi eſt genereitas; & non vniuerſalis, cuiuſmodi eſt relatio ſubiecti & prædicati, & relatio indiuidui, quæ genere differunt penes diuerſam rationem fundandi: diuerſa autem ratio fundandi in relationibus, cauſat diſtinctionem genericam, vt patet capite de Relatione: Aliud enim fundamentum genere diuerſum expoſcit id, quod fundat intentionem non vniuerſalem, quia non requirit cognitionem naturæ, quæ ſit vna formaliter: & aliud expoſcit intentio vniuerſalis, quia expoſcit vnitatem illam formalem. Cum ergo reperiamus indiuidua, ſpecies, & genera, in relationibus, poteſt in illis ordinari prædicamentum rationis. Et idem erit in negationibus, & priuationibus, quia etiam in illis reperiuntur indiuidua, genera, & ſpecies. Quod verò non ſint, niſi tria prædicamenta, & quod hæc poſſint conſtitui, probatur; quia ens per iſtos tres modos, ſcilicet, per modũ relationis, & negationis, & priuationis determinatur ad ſpecialia genera entium rationis: ſicut determinatur ens reale per illos decem entium modos.

Tertia concluſio. In relationibus rationis coordinatio fit iſto modo, vt ſit genus generaliſſimum relatio rationis, & ſequantur alia.

Prædicamentum entis rationis.

- Relatio rationis. Genus generaliſſ.
  - Prima intentio. Vt
    - Eſſe dextrum — Hoc eſſe viſum
    - Eſſe viſum — Hoc eſſe dextrum
  - Alia. Secũda intentio
    - Alia vniuerſalis — Vt genereitas, Specieitas, Differẽtialitas, proprietas, Accidentalitas. — Hęc genereitas, &c.
    - Alia nõ vniuerſalis — Vt intentio ſubiecti Prædicati. — Hæc intentio ſubiecti, &c.

Ponuntur iſtę relationes in abſtracto, quia ex D. Thom. capite vltimo, de Ente, in accidentibus propriè reperitur genus in abſtractis: in concretis verò per reductionem.

In priuationibus ſic conſtituatur prædicamentum: Nam in illis priuatio in communi determinat ens rationis ad tale genus entiũ, & in ipſis priuationibus etiã reperiuntur genera ſubalterna, licèt nõ habeamus nomina, quibus illas priuationes explicemus: Nam certum eſt, priuationem formæ ſupernaturalis genere differre à priuatione formæ naturalis, & priuationẽ formæ ſpiritualis à priuatione formæ corporalis; & inter ipſas formas corporales, priuationem formæ ſubſtãtialis ſpecie differre à priuatione for-

mæ accidentalis,& inter ipſas formas accidentales ſurditatē ſpecie differre à cæcitate;& hæc cæcitas differt numero ab hac cæcitate,ad quas omnes, ſi nominibus non careremus, facilè eſſet aſſignare prædicamentum. Modò ſic conſtituatur priuatio,quæ ſit genus generaliſſimum, & poſtmodum conſtitues cæcitatem, & poſtmodum hanc cæcitatem.Quòd ſi ad genera ſubalterna inueneris nomina, ſupra cæcitatem colloca etiam negationes, (& vocamus negationes,vt Chimæra,hircoceruus)ſunt ordinandæ ſecundum prædicamentalem ordinem;nam aliter determinant rationem entis in communi, quā priuatio & relatio: Nam negationes illæ ſpecie differre videntur ſecundū partes ſpecie differentes,quibus conſtant, ſicut Chimæra ſpecie differre videt à tragelapho,& monte aureo, vnde poteſt poni ꝑ generaliſſimo negatio,& poſtmodum talis negatio,quæ ſit communis ad animalia fictitiis partibus compoſita, inferior tamen ad compoſita ex partibus incompoſſibilibus non viuentium,& cæt.Et poſtmodum Chimæra,ac tandē hæc Chimæra, illæ verò negationes logicæ, vt Non homo,ſunt relationes,vt ſupra viſum eſt, & in prædicamento relationum Logicalium conſtitui debent.

4.Concluſ. Quæ ſint vltima differentia,et poſtpradicamēta entium rationis. Quarta concluſio. Vltimæ differentiæ, vt quid imperfectum in entibus rationis, & eorum exiſtentiæ,ad latus ponuntur in prædicamento illo,ad quod entia rationis talia reducuntur, etiam ſunt ſua poſt prædicaměta,vt ſimul,prius,& poſterius, oppoſitio, &c. quia ſunt aliqua entia ratiōis,quę poſterius ſunt aliis.Quę omnia patere poterunt eo modo, quo infrà explicata fuerint poſtprædicamenta realium entium.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1.arg. prima opi. AD rationem, quam prima opinio adducit,reſpondetur, quòd etſi priuatio reducatur ad prædicamentum formæ,qua priuat,bene poteſt directè aliud conſtituere prædicamentum entium rationis:Nam certè obiectum reducitur ad prædicamentum,vbi eſt ſcientia,quæ habetur de ipſo,& nihilominus eſſe poteſt in alio prædicamento directè, vt patet de ente mobili, quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ directè, & reductiuè in prædicamento qualitatis, quatenus extrinſecè ſpecificat ſcientiam, & illi dat eſſe. Et proprietates hominis reductiuè poſſunt eſſe in prædicamento ſubſtantię, & directè in prædicamento qualitatis; ita de priuatione dicendū eſt; relationes verò rationis,& negationis, nūquā apud probatos viros reperiuntur reductæ ad prædicamenta realia;quod ſi fuerint,non ob eam rem deſinent conſtituere ſua propria prædicamenta.

Refellitur ſecūda opinio, vt omnino cōtraria D.Th. Secunda opinio relata multa falſa admiſcet,& contra Diuum Thomam adducit multa.Primò illud,quod dicit ens rationis eſſe genus,viſum eſt eſſe falſum,dicere verò, quòd ens rationis eſt ſubſtantia,quid abſurdius? Nam ſubſtantia ens per ſe eſt,nec ſufficit, vt dicatur ſubſtantia,quòd fingatur ad modum ſubſtantiæ, niſi hominem pictum voces ſubſtantiam, quia fingitur ad modum ſubſtantię.Et dicere,quòd daē ens rationis, quod eſt qualitas,etiam eſt abſurdiſſimum,quia ſolum ſecundum Diui Thomę ſententiam in genere relationis reperiuntur aliqua ſecundum rem,& ſecundum rationem:qualitas enim debet eſſe intrinſeca qualificatio ſubſtantiæ,quod enti rationis repugnat. Sed de hoc infrà. Illa vero negatio non rationalis dicta de equo, non eſt negatio condiſtincta contra relationem, vt ſupra iam viſum eſt.Hęc breuiter dixi, quia ſatis conſtat noua eſſe, quę iſte auctor adducit,& contra ea,quę communiter ſunt à Logicis recepta.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum reſpondetur,quòd prædicamenta entium realium non ſunt,niſi decem,illis verò addere,vel adimere aliquid,contra ſententiam Ariſtotelis eſt;nec entia rationis in illis collocātur,præter illa verò nos ponimus alia pro entibus rationis, de quibus Ariſtoteles,nihil pertractauit.

Ad 2. arg. Ad ſecundū reſpondetur, quod Diuus Thomas loquitur de prædicamentis, quæ Ariſtoteles adinuenit, non verò de iis, quę nos conſtituimus.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod aliud eſt in entibus rationis exiſtentia,&aliud eſſentia, quia eorum eſſe, vt præmiſſum eſt,nihil eſt aliud,quàm actualis terminatio

tio cognitionis intellectus. Hoc autem non eſt eius eſſentia, cùm non ſemper illis conueniat, eſſentiæ verò rerum ſemper illis cõueniunt. Vtrum verò ſit aliud quid diſtinctum ab ente rationis, vel modus eius, ſuprà dixi. Ad confirmationem reſpondetur, quod habent genus, & differentiam. Genus ſumitur à conceptu ſuperiori, & differentia à conceptu inferiori, ſeu gradu determinante, ſicut dicturi ſumus infrà de accidentibus.

Ad 4 arg. Ad quartum iam diximus, & dicemus capite de Relatione.

Ad quintum. Ad quintum reſpondetur, quòd peculiares modi aliorum prædicamentorum repugnant entibus rationis, quia neque qualificare, neque quantificare, neque agere, neque pati poſſunt, bene tamen poſſunt referri ad aliud, & priuari forma aliqua, & cætera.

Ad vlt. argum. Ad vltimum reſpondetur, quòd ens, vt iam ſupra dixi, eſt relatiuum ſecundũ dici, non verò ſecundum eſſe: importat enim ordinem tráſcendentalem ad intellectũ, quem omne ens rationis dicit, abſtrahit verò à relatiuo, vel abſoluto. Et voco illud relatiuum ſecũdum dici, quia importat ordinem ad intellectũ; non verò, quia ſit abſolutum: Nã aliquid, quod abſtrahat à relatiuo, & abſoluto, poteſt importare aliquem ordinem tráſcendentalem, vt patet in accidente. Et hæc ſint ſatis pro ſecundis intentionibus, quas ſi paulo latiùs ſolito extẽdimus, boni cõſulant Logici, quia cùm ſint Logicę formale obiectum, illas exactè debuimus tradere, præſertim his temporibus, vbi ferè nulla harum ſupereſt notitia. De quibus, & quomodo ſint Logicæ obiectum, vide etiam D. Thomam, opuſculo 56.

VNIVERSALIVM tractatio.

QVIA vniuerſalia in particulari ſunt ſecundarum intentionum ſpecies, & prius erant tractanda vniuerſaliora, magis cõgruo ordine ſuccedit vniuerſalium quæſtionum diſputatio poſt intentionum diſputationem.

QVÆSTIO. XXX.

An ſint vniuerſalia.

1. Argum. ET videtur, quod non. Nam ſi vniuerſalia eſſent, maximè, quia ſcientiæ debent eſſe de vniuerſalibus: & cum compertum ſit, ſcientias eſſe, erit iam exploratum vniuerſalia eſſe; ſed hæc ratio eſt nulla: ergo &c. Minor probatur: Nam Theologia eſt de Deo, & eſt vera ſcientia: Deus autem ſingularis eſt: ergo iam ratio ſcientiæ poteſt eſſe de aliquo obiecto ſingulari: non ergo eſt neceſſe, quòd ſint vniuerſalia ex eo, quòd ſcientiæ sũt. Et confirmatur hæc ratio; quia de prima ſphæra eſt vera ſcientia, quæ ſingularis eſt: ergo &c. Si reſpondeas, quòd illæ ſcientiæ tractant de Deo, & ſphæris cæleſtibus, ſub ratione vniuerſalis, contrà; nam quando obiectum ſcientiæ eſt aliquid æternum, & incorruptibile, bene poteſt de ipſo eſſe ſcientia, etiam ſub ratione ſingulari: ergo non eſt neceſſe ponere vniuerſalia, vt ſciantur ſic. Probo antecedens; Nam propterea ſcientiæ debent eſſe de vniuerſalibus, quia ſunt incorruptibilia, & ſingularia corruptibilia: ergo ſi aliquod ſingulare eſt incorruptibile, bene poteſt de ipſo eſſe ſcientia; nam ceſſat tunc ratio, quare

Digitized by Google

ſcientia ſit vniuerſalium: ergo & cætera.

2. Argum. Secundum argumentum ad probandum, quod nec, etiamſi darentur vniuerſalia, de illis poſſet eſſe ſcientia, & ſic, quòd non debeat aſſignari ratio, vt ſint vniuerſalia exiſtentia ſcientiarum. Nam ſcientiæ debent eſſe de perpetuis, & incorruptibilibus, quæ non contingant aliter ſe habere: ſed nullæ res ſunt huiuſmodi, etiamſi ſint vniuerſales: ergo nullarũ rerum poteſt eſſe ſcientia: & ſic ſublata ſcientia tollitur neceſſitas ponendi vniuerſalia. Maior eſt Ariſtotelis primò poſteriorum; minor probatur: Omnes res (& loquimur de rebus, quæ ſubiacent tẽpori) corrumpuntur, & deſinunt eſſe: ergo &c. Si dicas, quòd vniuerſalia deſinunt eſſe per accidens ad deſitionem ſingularium, & ſingularia deſinunt eſſe per ſe, parum refert; nam eſſe corruptibile per ſe, vel per aliud, non tollit quin ipſa res ſit corruptibilis: ergo ſi propterea, quòd ſingularia corrumpuntur, & ſunt caduca, de illis non eſt ſcientia, etiam nec de vniuerſalibus debet eſſe ſcientia, quià etiam deſinunt eſſe ad deſitionem ſingularium: nam tam per ſe eſt prædicatio, Petrus eſt corruptibilis, ſicut iſta, Homo eſt corruptibilis: & tam accidentalis eſt iſta, Homo corrumpitur, ſicut iſta, Petrus corrumpitur. Si dicas, quod eſt ſcientia de connexionibus, neceſſariis, puta huius, quòd homo ſit riſibilis, quod homo ſit admiratiuus, quę ſunt perpetuæ veritatis: contra; quia ſcientiæ ſunt de obiectis ſuis, ſcientia hominis de homine, & phyſica entis mobilis, & cætera, & non de illis connexionibus. Et probatur; quia ſcientię ſunt de rebus, ſed omnis res præter Deum incepit eſſe, & res corruptibiles deſinent eſſe: ergo nulla res præter Deum eſt neceſſaria: nihil enim eſt ſimpliciter, niſi ſolus Deus. Nam ſi illæ res, hominem eſſe riſibilem, ſunt ab æterno, ergo vel Deus, vel creatura; non Deus, vt conſtat; nec creatura, quia aliàs creaturæ eſſent ab æterno: ſcię tiæ ergo non poſſunt eſſe: ergo nec vniuerſalia ſunt.

3. Argum. Tertiò; Si vniuerſalia ſunt, maximè neceſſitate naturæ intellectiuæ, quæ cum ſit quid ſpirituale, & immateriale, ſuſcipit formas, & ſpecies vniuerſales, & repræſentantes res vniuerſales: ſed hæc ratio eſt nulla; ergo &c. Minor probatur: nam obiectum noſtri intellectus eſt ens; ſed ſingularia ſunt entia: ergo illa poterit intellectus intelligere, & ſic ſaluatur intellectus circa ſingularia, cùm in illis ſaluetur ratio ſui obiecti, quæ experientia docet a nobis intelligi, quòd ſi vniuerſalia ponantur ſeparata, & abſtracta ſecundum eſſe, vt Ariſtoteles refert conſtituta eſſe à Platone, nec hoc habet apparentiam, quia illa vniuerſalia vel ſunt primæ ſubſtanti. (& loquor de vniuerſalibus ſubſtantiæ) vel ſecundæ. Si primæ, ergo ſunt hoc aliquid, & ſingulare; nam prima ſubſtantia eſt hoc aliquid. Si ſecundæ, erunt in primis ſubſtantiis, & ſic non erunt ſeparatæ a primis.

4. Argum. Quartum argumentum ſit, illud, quod implicat contradictionem, non poteſt eſſe; ſed vniuerſalia eſſe, implicat contradictionem: ergo &c. Maior patet; minor probatur dupliciter. Primò; nam ſi vniuerſalia ſunt: ergo ſunt ſingularia; nihil enim exiſtit niſi ſingulare. Secundò: Nam vniuerſalia realia ſunt entia creata, ſi ſint: ſed Deus non poteſt facere vniuerſale eſſe; ergo iſta vniuerſalia eſſe implicat. Minor probatur; nam ſi ſunt, iam ſunt aliquid ſingulare, & non vniuerſale, nam exiſtentia eſt actus rei ſingularis.

Not. 1. Ad intellectum quæſtionis notandum eſt, quòd in hac quæſtione hoc verbum (eſſe) dum quærimus, an vniuerſalia ſint, non ſignificat eſſe exiſtentiæ, ſed ſignificat eſſe, quod vniuerſalia poſſunt habere, quodcunque ſit illud, vt optimè notat Caietanus primò Poſteriorum, vbi ſuprà, ſiue ſit eſſe obiectiuum in intellectu, ſiue eſſe exiſtentiæ. Et facit hunc ſenſum, ſi ſint vniuerſalia quomodocunque illa dicantur eſſe, ſicut ſi eſſet ſcientia de Chimæra, quæreremus an Chimæra eſſet, id eſt, an haberet eſſe quodlibet. In hac enim quæſtione, quæ ad an eſt, pertinet, non amplius examinatur, poſtmodum enim ſumus examinaturi, quod eſſe habent, hæc vniuerſalia, in rebus, an verò in intellectu.

Secunda

Digitized by Google

Nota 2.

Secũdò aduertendum eſt, in hac parte fuiſſe varios errores antiquorum. Nã vt refert D. Thomas opuſculo 55. Epicurei, qui felicitatem ſummam cõſtituerunt in corporis voluptatibus, dixerunt, nihil eſſe Præter id, quod ſentitur, ac videtur: ac ſubinde negarunt vniuerſalia eſſe. Et quamuis hæc opinio propter ſuam apertam falſitatem non egeat impugnatione, arguitur contra illam. Nam dum iſti philoſophi, ſeu potius philoſophię deſtructores, aſſerebant omnia eſſe ſingularia, quandam propoſitionem affirmabant, quæ rebus omnibus competere poterat, nimirum & huic homini, & huic, & ſic de reliquis omnibus rebus: Nam hic homo erat ſingularis, & hic equus, & cætera; ergo illud prædicatum ſingulare erat vniuerſale, quia prædicabatur de pluribus: ergo ipſi, dum dicebant omne, quod eſt in mũdo, eſſe ſingulare, ſe ipſos deſtruebãt, quandoquidem iam in illa propoſitione aliquid erat vniuerſale. Et cum ipſi dicebant, animam eſſe quoddam corpus ſubtile, iam anima illa erat vniuerſalis: Nam prædicabat̃ de hac anima, & de illa, ſiquidem aſſerebant quandam propoſitionẽ, quæ ſecundum ipſos omni animæ competere poterat; ipſi ergo ſe deſtruebant, & dum vniuerſale negabant, ipſum affirmabant.

Opinio Epicureorum.

Hominis excellentia.

Præterea; hoc præſtat homo cæteris animalibus, quod illa non niſi ſingularia percipiunt: homo verò per intellectũ aliquid magis excelſum agnoſcit; & illa ſunt vniuerſalia, quia cognoſcit Petrum, & Paulum, eandem hominis naturam habere: & cum illa ſingularis eſſe non poſſit, ſubinde vniuerſalis debet eſſe.

Concluſio. Certiſſimũ eſt vniuerſalia eſſe.

Sit ergo concluſio. Vniuerſalia eſſe, certiſſimum eſt, de quo dubitare amentia eſt; quæ concluſio eſt omnium communis conceptio, vno dempto Epicuro.

1. Ratio.

Et probatur ratione deſumpta ex D. Thoma opuſculo modo allato: Nam ſecundum Ariſtotelem primo Metaphyſicæ, omnis homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed ſcientia pro hoc ſtatu non eſt ſingularium, ſed vniuerſalium: ergo vniuerſalia ſunt. Minor probatur: Nam quæ ſunt infinita & incerta, ſciri non poſſunt, ſed ſingularia ſunt infinita & incerta; ergo non poſſunt ſciri; ergo ſcientia debet eſſe de vniuerſalibus, id eſt, de rebus vt ſtant ſub vniuerſalitate, cum naturæ deſiderium non ſit fruſtra, quod eſſet, ſi nullus ſcientiam conſequeretur pro hoc ſtatu; Nam illud deſiderium eſt ad ſciendum pro hoc ſtatu. Si dicas, quod poſſumus habere ſcientiã de Deo, qui eſt aliquid ſingulare, contra hoc eſt argumentum: Nam non ſolùm homo inclinatur ad habendam ſcientiam de Deo, ſed ad habendam ſcientiam rerum naturalium: ſed illa eſt vniuerſaliũ: ergo &c. Et præterea, quia ſcientiam, quã pro hoc ſtatu habemus de Deo, ſub quadam ratione vniuerſali, & communi habemus: ergo vniuerſalia eſſe eſt neceſſe. Antecedens patebit modò, quia cùm noſter intellectus pro hoc ſtatu cognoſcat per abſtractionem à phantaſmatibus, debet cognoſcere primò vniuerſalia, & ſingularia reflexè. Et adhuc tertio: Nam ad habendam ſcientiã de Deo, debent præcedere multæ demonſtrationes rerũ naturaliũ; & illæ debent eſſe vniuerſaliũ: ergo ſunt vniuerſalia.

2. Ratio. Noſter intellectus quõ recipiat ſpecies

Secunda ratio colligitur ex natura noſtri intellectus; Nam noſter intellectus cum ſit potentia ſpiritualis, & immaterialis, debet recipere ſpecies ſine conditionibus indiuiduantibus, & materialibus, quod fit per operationẽ intellectus agentis, qui abſtrahit ſpecies vniuerſales à particularib. phantaſmatibus; ſed illæ ſpecies abſtractæ concurrunt ad cognitionem hominis in communi, primò & per ſe; ſed homo in communi cognitus eſt vniuerſalis: vniuerſalia ergo ſunt.

Officiũ intellectus agentis.

Et confirmatur hæc ratio; nam intellectus agens ad hoc eſt tributus à natura, vt abſtrahat vniuerſale à particularibus; ſed intellectus agens habet operationem ſuã in nobis; ergo facit vniuerſalia; ſunt igit̃ vniuerſalia, (et modò non loquimur de vniuerſali Logico, ſed de vniuerſali vtcũque) Et confirmatur hæc ratio ſecundò; Nã vnumquodque recipitur ad modũ recipiẽtis: noſtra autẽ anima eſt aliquid ſpirituale; ergo recipit ſpecies ſpũales: ſed tales ſunt ſpecies vniuerſalium, & nõ ſingularium: nam ſpecies ſingularium repræſentant ipſum ſingulare hoc & nunc: quãobrem erunt materiales: ſi ergo ſunt ſpecies vniuerſalium; ergo vniuerſalia ſunt.

Vna-

Digitized by Google

3. Ratio. Præterea: Anima rationalis appetit eſſe ſemper, & non ſolùm hic & nunc; ergo apprehendit eſſe, quod deſiderat in vniuerſali; igitur vniuerſalia ſunt.

Vlt. ratio. Vltimò: Experientia compertum eſt nos intelligere hominem in communi, non intellecto Petro, aut Franciſco: ſed iſte homo in communi cognitus, eſt vniuerſalis, quia affirmabilis eſt de multis: ergo vniuerſalia ſunt: & quia hæc veritas eſt communiter recepta, non amplius illam confirmare eſt animus. In reſponſionib. ſimiliter argumẽtorũ, quod nō libẽter facio, aliqua dubia ſum diſputaturus.

Vtrũ de ſingular. poſſit ſcientia eſſe. Et vt reſpondeamus ad primũ principale inquirendum eſt, an de aliquo ſingulari poſſit eſſe ſcientia. Et videtur quod non Primò, quia in ſcientia debemus demonſtrare paſſiones de ſubiecto per ſua principia, & per definitionem ſubiecti, ſed res ſingularis non habet definitionẽ, ſecundum quod ſingularis eſt: ergo non poſſumus de illa ſciẽtiam habere. Minor probatur: quia ſolùm definitur ſpecies & res cõmunis. Confirmatur: Nã de re corruptibili per ſe non poteſt eſſe ſcientia: ſed aliqua ſingularia ſunt per ſe corruptibilia: ergo de illis non poteſt eſſe ſcientia Et confirmatur ſecundò: nam de contingentib. non poteſt eſſe ſcientia: ſed ſingularia ſunt cõtingentia: de illis ergo, q̃ ſunt contingentia, non põt eſſe ſcientia. Maior eſt doctrina Ariſto. in peri her. & Plato iubebat non deſcendere ad ſingularia, quia de illis ſciẽtia haberi nō poteſt.

Deciditur Dubium.

1. Concluſ. De ſingularibus quō põt eſſe ſciẽtia. AD hoc dubium dico primò, quod de ſingularibus corruptibilibus, quantum ad aliqua neceſſaria, poteſt eſſe ſciẽtia. Probatur hæc concluſio: quia hæc eſt demõſtratio: Omne animal rationale eſt riſibile. Petrus eſt animal rationale: ergo Petrus eſt riſibilis: & tamen eſt de aliquo ſingulari contingenti, ſecundum tamen aliqua neceſſaria: ergo & cæt. Præterea: Theologia tractat de aliquibus ſingularib. cõtingentib. ſecundũ aliqua neceſſaria, & ſecundũ aliquem modum neceſſarium, qui in illis reperitur, ſcilicet, prout ſunt à Deo cognita, & ita tractat de incarnatione, &c. quæ ſecundum quod eſt à Deo cognita, neceſſitatem habet quandam, nam vt ſic immutabilis eſt, & neceſſaria quodammodo, licèt ſit neceſſitas ex ſuppoſitione. Vide D. Thom. 1. p. quæſt. 84. art. 1. ad vltimum, vbi ſic dicit, quod motus ſupponit aliquid immobile. Et ita ſicut mutationes ſunt circa aliquid immobile, ita rerum mutabiliũ ſunt immobiles habitudines; ſicut quamuis Socrates non ſedeat, ſemper verum eſt, quod quando ſedet in vno loco manet, & propter hoc non prohibetur de rebus mobilib. immobilem ſciẽtiam habere; ergo de ſingularibus, quantum ad aliqua neceſſaria, ſcientia haberi poteſt, ſingularitas enim non repugnat ſcientiæ.

Dico ſecundò, de ſingularibus ſecundum ea, quæ ſunt contingentia, nequit haberi ſciẽtia. Probatur: nam ita dicitur 1. Poſt. tex. 6. ethic. cap. 6. Scientia eſt de impoſſibilib. aliter ſe habere, ſed illa ſingularia rõne cõtiogentiæ poſſunt aliter ſe habere: ergo. Et confirmatur, quia ſciẽtia debet eſſe de neceſſariis; ſed contingens diſtinguitur contra neceſſarium: ergo &c. Et præterea, obiectum ſcientię & prudẽtiæ ſunt diſtincta, quia habitus formaliter diſtinguuntur; ſed obiectum prudentiæ eſt ſingulare contingens: ergo idem non poteſt eſſe ſcientiæ obiectum etiam in aliquo actu particulari. *2. Concluſ. De ſingularib. contingentib. non eſt ſciẽtia.*

Dico tertiò. De aliquo ſingulari põt eſſe ſcientia, ſic adeo, vt obiectum ſcientiæ ſit ſingulare. Et prob. in ſcientia beatorũ, quæ habetur de Deo, qui eſt ſingulariſſimus: & Theologia noſtra, quę eſt quędam participatio ſcientiæ Dei & beatorum, etiã habet ſubiectũ ſingulariſſimũ. Et ratio eſt: Nam ſicut dicit D. Th. opuſculo 56. & 1. p. quæſt 86. art. 1. ad tertiũ, non impedit intellectionem ſingulare, vt ſic, niſi in quantum materiale eſt. Si autem detur aliquid ſingulare immateriale, optimè poterit cognoſci ab intellectu: nam materia eſt, quę impedit intellectionẽ, non ſingularitas, præcipuè ſi ſingulare, cuiuſmodi eſt Deus, hēat ſuã rõnẽ formalẽ, rõne cuius noſtro modo intelligendi conueniat ipſi aliquid, cuiuſmodi eſt immutabilitas reſpectu æternitatis. *3. Concluſ. Singulare aliquod poteſt eſſe obiectum ſciẽtia.*

Dico vltimò. Pro hoc ſtatu, quia ſingularia cognoſcuntur reflexè, & nō directè (de quo vide D. Thom vbi ſupra) nō poteſt *4. Concluſ.*

poteſt de illis eſſe ſcientia directè, ſed reflexè, nec hoc prouenit ex defectu ſingularis ipſius, ſed ex parte animæ noſtræ, quia cum ſcientia ſit intellectus perfectio, debet illi proportionari i cognitionis pfectione. Et quia intellectus cognoſcit primò vniuerſalia, & indirectè ſingularia; ita habitus ſcientiæ primò perficit circa vniuerſalia, & poſtmodũ circa ſingularia: ſcientia autem quam de Deo habemus pro hoc ſtatu præſupponit cognitionem alicuius vniuerſalis, ratione cuius ſit cognitio reflexa huius Dei. Ad argumenta huius dubii ex dictis patet ſolutio.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primũ. AD primum argumentum principalis quæſtionis reſpondetur ſimiliter, quod pro hoc ſtatu, etiamſi ſingulare ſit incorruptibile, quia noſter intellectus nõ cognoſcit ſingularia directè, non poteſt de illo habere ſcientia, niſi prius cognoſcendo vniuerſale: & ita erunt vniuerſalia, quia illa cognitio ſcientifica ſingularium reflexa debet eſſe, & prius præſupponere cognitionem vniuerſalium.

An vniuerſalia ſint incorruptibilia, & quomodo. Ad ſecundum argumentum principale vt reſpondeamus, diſputandum eſt, an vniuerſalia ſint corruptibilia, & quomodo ſint perpetua. Et quod nõ ſint incorruptibilia præter hoc argumentum ſecũdum principale eſt argumẽtũ etiã aliud: Nam eſſe corruptibile eſt propria paſſio corporis, cuius materia non ſatiatur per appetitũ formæ: ſed omnis propria paſſio prius conuenit vniuerſali, quam indiuiduo, prius enim natura homo eſt riſibilis, quam Petrus: ergo vniuerſalia aliqua ſunt per ſe corruptibilia, illa ſaltem, quorum materia non ſatiatur per actuationem formæ: ergo illa non ſunt per accidens corruptibilia: quia per ſe & per accidens opponuntur. Et confirmatur hoc argumentum; nam eadem corruptione corrumpitur vniuerſale & particulare: ergo ſicut ſingulare per ſe corrũpitur, ita vniuerſale. Et confirmatur ſecundò: quia ſingulare & vniuerſale ſola rõne diſtinguuntur: ergo ſecluſa operatione intellectus, ſicut vnũ corrumpitur per ſe, ita & aliud, quia ſecluſa operatione intellectus ſit corruptio. Et confirmatur tertio hoc argumẽtum: Nam ſecluſa operatione intellectus, oĩa ſunt ſingularia; ſed ſecluſa operatione intellectus ſunt corruptibilia: ergo ſecluſa operatione intellectus non poteſt dici, quòd vniuerſale corrumpitur per accidens, & ſingulare p ſe, quia ſecluſa operatione intellectus non eſt vniuerſale: ergo non corrumpitur vniuerſale per accidens. Dicere verò quod eſt neceſſaria operatio intellectus, vt ſit corruptio vniuerſalis per accidẽs, quis non videat eſſe ridiculum? Nam reales mutationes non dependent ab intellectus operatione, & totum quod intellectus vniuerſali tribuit, eſt ens rationis, quod nihil facit ad corruptionem per accidens vniuerſalis. *Conf.*

Tertiò ſic argumentor: Corpus, v. g: cuius forma non ſatiat materiæ appetitum, eſt corruptibile per ſe, quia eſſe corruptibile eſt propria illius paſſio: ergo etiam actus corruptionis primò terminatur ad hominẽ: & ſic vniuerſale erit per ſe corruptibile Probatur conſequentia: nam vt dicitur de ſomno & vigilia, eius eſt actio, cuius eſt potentia: ſed potentia cõuenit vniuerſali primò & per ſe: ergo & actio. Et confirmatur primò: Nam eadem eſt materia hominis & Petri, & eadem eſt forma, & eædem potentiæ: ergo æquè primò corrumpitur homo ac Petrus: Et confirmatur ſecundò: Nam vniuerſale & particulare ſola ratione diſtinguuntur: ergo non eſt aliud vniuerſale à particulari, aliud enim denotat aliam eſſentiam: ergo vniuerſale non corrumpitur per aliud. *3. Argum.*

Quartò: Prius natura homo hẽt eſſe, quam Petrus: ergo in operationibus, ſiue actiones ſint, ſiue paſſiones, nõ pendent à Petro, vel à Paulo. Antecedens eſt notum, quia vniuerſalia ſunt priora ſingularibus. Conſequentia probatur: nã quod eſt prius natura non dependet in operatione à poſteriori, ſed poteſt operari ſine illo: Hac enim ratione dicimus animam rationalẽ non dependere à corpore; quia prius natura eſt, quam homo ſit: ergo ſi vniuerſalia non pendent in actionibus, ſiue in paſſionibus à particularib. per ſe corrumpentur ſine dependentia à ſingularibus. *4. Argum.*

In

Digitized by Google

Vniuerſale dupliciter accipitur, pro formali, & pro ſubſtrato.

In hoc dubio de vniuerſalibus, dupliciter pōt fieri ſermo. Altero modo pro formali & pro ſecunda intentione, & ſic nolo diſputare quęſtionem Nam ſuo modo deſinunt & incipiunt eſſe intētiones ſecundæ, ſicut res reales; & quod dictum fuerit de realibus rebus, hoc dicendum erit de intentionibus ſuo modo. Altero modo loqui poſſumus de vniuerſalibus pro ſubſtrato; & ita in præſentia tractamus de illis, nec loquimur de omni vniuerſali, puta de cælo, Angelo, ſed de illis ſolùm, quorum ſingularia ſubiecta eſſe corruptioni comperimus. Et in hac acceptione vſurpando vniuerſale, notandum eſt primò, eſſe corruptibile dupliciter accipi poſſe, ſcilicet, vt diſtinguitur contra per accidens, & vt diſtinguitur cōtra per aliud, ſiue illud aliud ſit ſola ratione diſtinctum, ſiue realiter, vocando in præſentia aliud, quod habet alium cōceptū, modo ſit de intrinſeca ratione alterius, modò non. Et quoniam corruptibile importat id, quod non poteſt corrumpi, & poteſt accipi dupliciter, ſicut corruptibile; & vt ſit incorruptibile, & per ſe, & incorruptibile per aliud. Corruptibile igitur ſiue incorruptibile per ſe, vt diſtinguitur contra per accidens eſt illud, quod alicui per ſe cōuenit in aliquo modorum per ſe, vt in 1. 2. vel 4. Nā tertius modus non eſt prædicationis, ſed cauſalitatis modus. Vt verò diſtinguitur contra per aliud, eſt illud, quod habet corruptionem, ſiue incorruptionem per ſe ipſum, & non eget alio, vt ſibi cōueniat, & hoc ſiue prædicatio illa, quæ reſultat ex tali conuenientia ſit accidentalis, ſiue neceſſaria.

Not. 1.

Corruptibile dupliciter.

Reſoluitur dubium.

1. Concluſ. Quæ ſunt corruptibilia per ſe.

DIco ergo primò; vniuerſalia illa, quorum materia non ſatiatur per formam, ſunt per ſe corruptibilia, vt diſtinguitur contra per accidens; ita vt hæc prædicatio, Talia vniuerſalia ſunt corruptibilia, ſit in ſecundo modo perſeitatis tāquam propria paſſio. Et probatur, quia eſſe corruptibile eſt propria paſſio talis corporis, ſicut eſſe riſibile eſt ꝓpriā paſſio hominis. ſed homini per ſe conuenit eſſe riſibile in ſecūdo modo perſeitatis: ergo per ſe cōuenit omni tali corpori eſſe corruptibile. Maior patet, quia conuenit omni, ſoli, & ſemper. Et ad eſſentiam talis corporis conſequitur: nam ex eo, quod eius materia non impletur per formam, manet cum appetitu ad aliam, & ita manet corruptioni ſubiecta, vnde eſt corruptibile. Et ita ſequitur, quod omni tali corpori, & ſoli conueniat. Præterea: eſſe corruptibile non conuenit accidentaliter tali corpori: ergo conuenit ꝑ ſe. Antecedens patet: nam non poteſt à tali corpore ſeparari, quia ex eius natura conſequitur. Et ſi auferamus corruptibilitatē à tali corpore, non manebit eiuſdem naturæ; homo enim, cui per naturam non eſſet corruptibilis, alterius rationis eſſet ab illis, qui modo ſunt, hominibus. Et confirmatur hæc ratio: Nam corruptibilitas eſt demonſtrabilis de tali corpore: ergo eſt eius propria paſſio. Si verò ſint vniuerſalia accidentium, & illa per ſe ſunt corruptibilia, quæ in ſubiecto non habent neceſſitatis cauſam; ſed taliter afficiunt ſubiectum, quod ab illo abeſſe poſſunt.

Vnde naſcatur verum corruptibilitas.

2. Concluſ.

Dico ſecundò corruptibilitas, quā modo dicebamus, etiam cōuenit indiuiduis corporis inferioris, verùm diuerſimodè. Nam vniuerſali conuenit primò & per ſe, ſingularibus verò conuenit ſecundariò, & ratione vniuerſalis, licèt etiam ſit iſta conuenientia per ſe. Hæc concluſio probatur: nam eſſe riſibile, non ſolù conuenit per ſe in ſecūdo modo homini, ſed etiam Petro: ergo eſſe corruptibile etiā vt propria paſſio conuenit Petro, licèt ſecundariò: Nam ſicut riſibilitas ad hominis eſſentiam conſequitur, etiam corruptibilitas ad tale corpus conſequitur tamquam eius paſſio: Sicut enim Petrus habet eandem eſſentiam, quam vniuerſale habet, habet ſimiliter eaſdē paſſiones, quæ ſibi ſecundariò, & vniuerſali per ſe primò conueniunt.

Vniuerſalia ꝑ ſe primò corruptibilia, ſingularia per ſe ſecunde.

3. Concluſ. Actualis corruptio ꝑ ſe primò cōuenit ſingularib. ſecūdario autē vniuerſalibus.

Dico tertio Actus corruptionis, ad quē dicit ordinē illa potentia, quæ vocatur corruptibilitas, prius cōuenit ſingularibus, quàm vniuerſalib. potentia. n. prius conuenit vniuerſalibus, actus verò prius conuenit ſingularibus: nūquàm enim homo corrumpitur, niſi corrūpetur Petrus.

Hæc

Digitized by Google

Hæc concluſio eſt Ariſt.1.Poſt.c.5.vbi dicit, quòd vniuerſalia per accidens corrũpuntur, hoc eſt per aliud, id eſt, per ſingularia, & ad ſingularium corruptionẽ. Et probatur ratione: nam ſecunda ſubſtãtia nõ ſubſtat accidẽtib. niſi per primã ſubſtantiam: ſed prima ſubſtantia eſt ſingularis: ergo vniuerſale non ſubſtat accidẽtibus, niſi per ſingulare: ergo nõ ſubſtat actui corruptionis, niſi per ſingulare: ergo prius ſingulare corrumpitur, & vniuerſale ad corruptionem ſingularis. Maior patet: Nam, vt videbimus, c. de Subſtantia, ſecunda ſubſtantia ſecundò ſubſtat accidentib. & prima ſubſtantia primò ſubſtat, & ex eo, quod iſta ſubſtat, ſecunda ſubſtat: ex eo.n. quod Petrus eſt albus, vel Paulus &c. homo eſt albus. Minor illa probatur, quia prima ſubſtantia eſt hoc aliquid & ſingulare. Prima illa cõſequẽtia probatur, quia corruptio accidẽs quoddam eſt. Reliquæ aũt conſequentiæ patent. Secundò probatur ex differẽtia, quæ eſt inter prædicatum eſſentiale, & accidẽtale, ſiue inter prædicatum per ſe, & per accidens: nam prædicata accidentalia prius accidunt ſingulari quàm vniuerſali: ſed propriæ paſſiones & prædicata eſſentialia, quãtum ad connexionẽ, per ſe prius accidunt, ſeu cõueniunt vniuerſali, quã particulari: & ideo hæc cauſalis eſt vera, quia homo eſt animal, Petrus eſt animal, & quia homo eſt riſibilis Petrus eſt riſibilis: ergo actus corruptionis prius conuenit Petro, quàm homini, licèt paſſio corruptibilitatis prius prædicetur de homine, quam de Petro, & de Petro prædicatur, quia de homine prædicatur. Præterea, quia actiones, ſeu paſſiones prius ſunt ſuppoſitorũ & ſingularium, & ſecundariò cõueniunt vniuerſalib. ergo prius corruptio terminatur ad Petrũ, & ſecundariò ad hominẽ. Antecedens patet: nã oĩs motus & corruptio ad ſingularia prius terminatur, & reſpicit ſubiectum, quod eſt hic & nunc, ſecundariò verò terminatur ad vniuerſale.

Diſcrimen inter prædicatũ per ſe ſeu eſſentiale, & per accidẽs ſeu accidẽtale

Dico quartò. Quòd ſi vniuerſalia iſta, de quib. loquimur, conſiderentur, prout abſtracta ſunt à ſingularib. & prout in ſe non includunt aliquam conditionem indiuiduantem, ſed per ſe ſola conſiderentur, nõ poſſunt corrumpi, nec actus corruptionis terminari põt ad illa; & ſic ſũt incorruptibilia. Probatur iſta concluſio: Corruptio nõ põt terminari ad vniuerſalia, niſi mediis ſingularib. quibus prius conuenit: ergo ſi conſiderentur per abſtractionẽ à ſingularib. & ſine illis incorruptibilia ſunt, id eſt, ad ipſa non põt terminari corruptio. Et probatur ſecundò: Nam ſi non eſſet prima ſubſtãtia ſubſtãs accidentib. ſecunda non ſubſtaret: ergo vniuerſalia ipſa ſine ſingularib. conſiderata non poſſunt ſubſtare accidentib. & ſic nec poſſunt ſubſtare corruptioni: quapropter incorruptibilia erunt. Quia verò vniuerſalia ſunt in ſingularib. & idem realiter cum illis cauſa eſt, vt corrumpantur ad ſingularium corruptionẽ: nam corrupto Petro, cùm homo ſit idẽ cum Petro, corrumpitur etiam homo. Et hoc voluit docere Ariſt.1.Poſt.c.9.vbi dicit, quod ſcientia eſt corruptibilium ſecundum accidens, id eſt, ſecũdũ aliud, id eſt, ſecundum ſingularia, quod & aſſerit D. Th. ibidem, & opuſculo Vniuerſaliũ. Et cum dicimus, quod vniuerſalia ſunt incorruptibilia ſecundum ſe, non eſt accipiendum poſitiuè, vt accipit Linconienſis ad hũc ſenſum, quod nũquam deſinãt eſſe in rerũ natura: nam ſemper aliquod eorũ indiuiduũ ſaluatur, & cõſequenter ſaluatur ipſum vniuerſale. Nã multa vniuerſalia ſunt, quæ nullum habent indiuiduũ in reb. exiſtens, vt patet de indiuiduis eclipſis, & cõiunctionis Solis, & Lunæ, & multis huiuſmodi: ſed dẽt intelligi negatiuè, id eſt, quod non hẽant vnde corrumpantur in ſe, licèt hoc habeant prout ſunt in ſingularib. quorum per ſe primò tã generatio quàm corruptio eſt. Nã naturæ in ſua vniuerſalitate cõſideratæ non conuenit variabilitas. Vide aliam huius explicationẽ apud D. Tho. 1. p. quæ. 50. artic. vltimo, & Caiet. ibidem, & D. Th. ſecundo contra gent. cap. 55. vbi dicit, quod intelligibile, vt ſic, eſt ſupra tẽpus, & ſic incorruptibile, quia in ſua ratione non dicit corruptionẽ. Cùm ergo vniuerſale ſit intelligibile, erit ſupra tẽpus, & incorruptibile negatiuè, id eſt, non habebit de ſe vnde illi competat actus corruptionis. Ex quo infertur, quod quia omnis natura ſubſtat omnipotẽtiæ Dei, id quod diximus de corruptione reſpe-

4. Concluſ. Vniuerſalia accepta in ſua vniuerſalitate.

Vniuerſalia in particularibus corrumpũtur per accidens.

Vniuerſalia ſunt incorruptibilia negatiuè non poſitiuè contra Linconienſem.

ctu

Annihilatio p ſe primò cōpetit ſingularib. vniuerſalibus ſecundariò.

ctu rerum corruptibilium, dicendum eſt de annihilatione reſpectu rerũ, quæ poſſunt annihilari, quod primò, & per ſe annihilatio conuenit ſingularibus, vniuerſalibus ſecundariò: & potentia, ſeu paſſio ad hoc primò & per ſe, quantum ad connexionem, per ſe conuenit vniuerſalibus, & ſecundariò ſingularibus.

Ad 2. arg.

Derogat obiecto ſciētia per ſe primò corrũpi, nõ autē corrũpi per accidēs

Ad ſecundum principale argumentũ, quod erat primum huius dubii, reſpõdetur, quod vniuerſalia per ſe ſunt incorruptibilia, vt dictum eſt, ſi autem corrumpuntur, hoc eſt ad corruptionem ſingularium, hoc autem eſt per aliud. Scientiæ ergo debent eſſe de incorruptibilib. per ſe, vt aſſerit Ariſt. 1. Poſte. c. 9. Et quamuis verũ ſit, quod vniuerſalia corrumpũtur, ſed per accidens, & ideo de illis põt eſſe ſciētia: ſufficit. n. vt ſint obiecta ſciētiarum; quod de ſe non habeãt, vnde corrũpantur; quia vt ſic habebũt immutabilitatē neceſſariã ad ſcientiæ rõnē: Nã huiuſmodi immutabilitas ſufficit. Et ad illud, quod in confirmatione argumēti dicitur, quod etiãſi ſcientia ſit de cõnexionibus, quod illæ ſunt corruptibiles, negãdum eſt corruptibiles eſſe. Et cũ dicitur, ſi ſunt æternæ, vel Deus, vel creatura, reſpondetur quod ſunt creaturæ, & ſi ſunt, non dicit exiſtentiam, ſed eſſentiã. Et facit hunc ſenſum, quod reb. illis, quando ſint, debetur eſſe creatum: quando. n homo riſibilis ſit in rerum natura, illi debetur eſſe creatum. Sed de hoc alibi.

Connexiones verũ æternæ, & tamē Creatura, nõ Deus

Ad 1. huius dubij. 1. Reſpõſio.

Ad ſecundum argumentum huius dubii reſpondetur, quòd eſſe corruptibile ad corruptionē ſingulariũ, conuenit per ſe vniuerſalib. & eſt eorũ propria paſſio. Cæterũ eſſe corruptibile p ſe, & ſine ſingularib. non conuenit vniuerſalibus, quinimo illis repugnat. Et hoc modo ſunt incorruptibilia. Alii reſpondent, quòd potētia cõuenit per ſe vniuerſalib. actu ſingularib. & ita ſunt per ſe corruptibilia, ſi dicat potentiam. Si verò dicat actũ cõuenit per ſe ſingularib. & per accidēs vniuerſalib. Ad illud verò quod dicitur, quod per ſe corruptibile, & per accidēs opponuntur, & ſic eidem non poſſunt cõpetere, reſpondetur, quod per ſe, vt eſt propria paſſio, & per accidēs, vt eſt idē, quod per aliud, non opponũtur, bene tamen, vt eſt idem quod accidentaliter: Nã Petrus per ſe eſt riſibilis, vt diſtinguitur contra accidentaliter, & per accidēs eſt riſibile, id eſt, per aliud; Nam eſt riſibilis ex eo, quod homo eſt riſibilis, & per hominem. Vide Ariſt. 1. Poſte. c. de per ſe, & vniuerſali. Et per hoc patet ad confirmationem primam: Nam etſi eadem corruptione corrumpantur, ſed primò terminatur illa corruptio ad ſingulare & particulare, & poſtmodũ ad vniuerſale: Ad alias confirmationes reſpondebimus c. de Subſtantia, ſufficit n diſtinctio rationis ratiocinatæ inter Petrum & hominē vt illæ propoſitiones concedantur.

Alia reſpõſio.

Quõ per ſe & per accidens opponuntur, & quõ non.

Ad 3. arg.

Ad tertiũ huius dubii reſpondetur, qđ potentia ſecundum connexionem eſſentialem prius conuenit vniuerſali, quàm indiuiduo; actus verò prius indiuiduo, quã vniuerſali. Et cũ dicitur, quod actus eſt eius, cuius eſt potentia, verum habet: ſed media conuenientia ſingulariũ, quia illa potentia datur ad corruptionē in ſingularibus, & ita debet competere prius corruptio ſingularib. ſicut patet in actu ridendi & intelligendi, qui prius ſingularibus conueniunt, quia potentia intellectiua datur, vt intelligamus in ſingularib. quia actiones, & paſſiones debēt eſſe ſuppoſitorum, ſiue ſubſiſtentium. Ad primam cõfirmationem reſpondetur, quòd quamuis ſit eadem materia & forma, ſed ſingulare addit cõditiones indiuiduãtes & ita prius ad ſingulare terminat actio. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quòd ibi aliud accipitur largè, pro illo, ꝙ quomodocunq; habet ab alio diſtinctionē: & inter vniuerſale & particulare eſt diſtinctio rationis ſaltē ratiocinatæ.

Differētia inter actũ & potētiã.

Ad 4. huius dubij.

Ad quartum huius dubii reſpondetur ſecundum aliquos, quod quãuis prius natura ſit vniuerſale, quàm ſingulare, quia illa ſunt priora, à quibus non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia; cæterũ hēt dependentiã à ſingulari, tamquam à prima ſubſtantia, vt illi cõueniãt operationes & mutationes, q̃a nõ poſſunt cõuenire vniuerſali, niſi pri⁹ cõueniãt ſingulari

Ad 3. principale.

Ad tertiũ principale reſpondetur, qđ intellectus noſter põt intelligere omne ens, ſed vniuerſale primò, & ſingulare reflexè, vnde præſupponitur directa cognitio ad reflexã, & ita cognitio vniuerſalis ad cognitionē ſingulariũ, quamobrē ex

natura

Digitized by Google

natura noſtri intellectus colligitur vniuerſalia eſſe.

Ad quartū Ad quartū principale reſpondetur, qđ vniuerſalia ſecundum eſſe, quod habent extra intellectum, ſunt ſingularia, cęterū ſecundum eſſe, quod habēt in intellectu, vniuerſalia ſunt. De quo vide D. Th. op. 55. & 56. vel dicitur, quòd vniuerſale, & particulare diſtinguitur rōne ratiocinata ꝑ naturis, ſeu vt includēs, & incluſū.

QVÆSTIO. XXXI.

Quid ſit vniuerſale.

1. Argum. ET videtur, quod definitiones, quæ communiter circunferuntur ſint male aſſignatæ Nam vniuerſale ita definitur, quod ſit vnum in multis, & de multis: ſed hæc definitio nulla eſt: ergo &c. Probatur minor: nam vniuerſale non ſolùm importat ſecundam intentionē de formali, ſed etiam de materiali dicit id, cui ſecūda intentio conuenit: ſed cum dicimus, quod vniuerſale eſt vnū &c. non poteſt importare aliquid materiale, cui conueniat ſecunda intentio vniuerſalis, & hoc dicit illa definitio; ergo eſt nulla. Probatur minor: Nā illud materiale, quod importat vniuerſale, vel ē ſubſtātia, & hoc non, quia cōuenit rō vniuerſalis ēt accidentib. vel eſt accidens, & nec hoc, cum conueniat ſubſtantiæ vniuerſalis rō Nec pōt dici quod ſit aliquid reale abſtrahēs à ſubſtantia & accidenti, cùm rō vniuerſalis cōueniat ēt entib. rationis propriiſſimè. Nec ſimiliter dici pōt, quod ſit aliquid rōnis, quia ſimiliter conuenit entibus realibus: nulli ergo materiale importatur: Nō rectè igitur dicitur, qđ vniuerſale ſit vnū in multis. Et cōfirmatur hoc argum. Nam cum dicitur, Vniuerſale eſt vnum in multis, vnum eſt ens indiuiſum: vel ergo eſt ens reale, & hoc non: vel ens rōnis, & nec hoc rationib. iā factis: nec datur aliquid abſtractū ab ente reali, & rōnis, vt vidimus ſuprà: nō ergo bene dicitur, Vniuerſale eſt vnum in multis Nec ſufficit dicere, quod hic definitur ſolùm ſecunda intentio vniuerſalis, vt rō, quare aliquid ſit vnū in multis, quæ eſt formaliter aliquid rationis; nam vniuerſale eſt nomen cōnotatiuū, & debet importare, vel ſignificare aliquid, cui conueniat ſecunda illa intentio vniuerſalis, & cùm non poſſit importari, non definitur rectè vniuerſale, quod tale materiale dicit.

Secundò, Sol & Luna ſunt vniuerſalia, & tamen non ſunt vnum in multis, & de multis; & idem argumentum ſit de Gabrielis ſpecie in communi cogitata. Maior patet: Nam illorum termini ſunt cōmunes: ergo ſignificant aliquid, cui non repugnat eſſe in multis: quia dicunt non hanc naturam Solis & Lunę, ſed naturam Solis in communi. Sed minor probatur: Nam non ſunt multi ſoles in cōi, nec in eadem ſpecie eſſe poſſunt, ſicut nec plures Angeli in ſpecie Gabrielis: ergo &c. *2. Argum.*

Tertiò. Ens eſt vnum in multis, & de multis: & tamen nō eſt vniuerſale: ergo &c. Maior probatur, quia eſt in multis entibus, & communiſſimum prædicatū. Et probatur minor, qa non eſt aliquod quinque prædicabilium Porphyrii, nam ſi eſt vniuerſale, quod eſt genus ad quinq; prædicabilia, debet eſſe in aliqua ſpecie vniuerſalis: nihil enim eſt in genere, quod non ſit in ſpecie. *3. Argum.*

Quartò. Anima humana eſt in multis vna, & tamen non eſt vniuerſalis: illa ergo definitio nulla eſt. Minor probatur, nam non eſt in aliqua ſpecie vniuerſalis, cùm ſit pars quædam. *4. Argum.*

Vltimò. Materia mea conſiderata ſine mea forma, non eſt in multis, & tamē eſt vniuerſalis: ergo &c. Minor ꝑbatur, quia non eſt determinata, cùm determinatio fiat per formam; & ſi non eſt determinata, eſt vniuerſalis: mala ergo definitio eſt, quæ dicit Vniuerſale eſſe vnū in multis. *5. Argum.*

Præambula ad quæſtionem

Not. 1. IN hac quæſtione ſciendum eſt, varias fuiſſe de vniuerſalibus definitiones, & iuxta opinantium de quidditate vniuerſaliū varias ſententias: Nā Platonici, cū ponerent vniuerſa ia extra intellectū, dicebant vniuerſalia eſſe formas quaſdam ſubſiſtētes incorruptibiles, & perpetuas, quib. indiuidua oia illius ſpeciei communicabant, & per illarum participationē *Platonicorū definitio.*

ac-

Digitized by Google

accipiebant ſpeciem. Et errabant quidē in aſſignatione huius definitionis, quia vniuerſale debet eſſe vnum in multis; Huiuſmodi verò vniuerſalia non erant in multis, ſed erāt potius ſeparata à multis. De quo infra fiet latius ſermo. Nominales verò, qui oīa ad nomina referūt, dicebant vniuerſale eſſe nomen vniuocū cōmune incomplexum, non dicibile de omnib. quidditatiuè. Quæ definitio, præterquam quod ſit ſine arte tradita, non rerū vniuerſaliū naturā explicat, de quib. ſciētiæ tractant, vt videbimus iam.

Nominaliū definitio.

Not. 1. Secūdò not. Vniuerſale multipliciter accipitur, & pro vniuerſalitatis ſigno, & pro vniuerſali in ſignificando; quod definitur à Petro Hiſpano & Soto, Nomē eſſe plura diuiſim ſignificans, vt eſt iſte terminus, Homo. Et accipitur pro vniuerſali in eſſendo, quō Platonici accipiebant, de quo iam diximus, vel pro vniuerſali in cauſādo, & eſt illud, quod plures cauſat effectus, vbi vides ſemper vniuerſale, quomodocunq; accipiatur, rationem ad plura importare. Similiter accipitur pro vniuerſali in repræſentando, quod eſt cōceptus repræſentans rem in vniuerſali, vt Homo. Accipitur tandem pro vniuerſali in prædicādo & logico, & metaphyſico, de quo nos hic diſputamus, qđ à Peripateticis variè definitur. Ariſto. 1. peri her. lect. 10. apud D. Th. definit vniuerſale hoc modo: Vniuerſale eſt, quod de plurib. aptum eſt prędicari, vt Homo. Auicēna verò 5. Met. c. 1. definit vniuerſale, qđ in intellectu non eſt impoſſibile prædicari de multis; quod bene aduertant qui dā, qui negant Gabrielem vniuerſale eſſe, in cōi cognitum, quantum ad ea, quæ ſunt ſuę ſpeciei: hoc autem vniuerſale dicit naturam quandā, quæ dēt eſſe in multis, ita vt in illis multiplicetur: Nam cū dicimus vniuerſale eſſe vnum in multis, illa multa debent eſſe multa per ordinē ad naturam, quæ eſt in illis vna: ſic adeò, vt in illis partita & multiplicata reperiatur. Sit exemplum: Homo in cōmuni conceptus vniuerſalis eſt, quia dicit quādam vnitatem, quæ illi per intellectum conuenit, & in multis hominib eſt, qui ſunt multi, propterea quod natura humana in illis diuiſa, & multiplicata reperitur: Nā alia natura eſt in Petro, & alia in Paulo. Hic Deus etſi ſit in Patre, & in filio, & in Spiritu Sancto, qui ſunt tria ſuppoſita naturæ diuinæ, & ſint plura ſuppoſita, & tres perſonæ: cæterū nō ſunt tres Dii, quia natura diuina, quam importat hic Deus, nō reperiē partita in illis, ſed vna & eadem ſingulariſſima. Vnde, vt ſit vniuerſale aliquid, hoc primū dēt habere, quod illa multa, quæ reſpiciuntur ab vniuerſali, multa ſint in ordine ad naturā importatam per vniuerſale, id eſt, quod natura importata multiplicata reperiatur in illis. Requiritur ſecūdò, vt aliquid ſit vniuerſale, non ſolùm quod ſit vnum quomodocūq;, aliàs Petrus eſſet vniuerſale, qui eſt vnū; nec ſufficit, quod ſit in multis, aliàs oēs naturę particulares, quę ſunt in multis, eſſent vniuerſalia, ſed requiritur vtrūq;, & quod ſit vnū, & quod illud vnum ſit in multis. Illa verò multa, quæ ab vniuerſali reſpiciūtur, quadrupliciter ſe poſſunt habere, vel ſunt in rerū natura, vt Petrus & Paulus, in quib. homo in cōi conceptus, realiter eſt; vel nō ſunt in rerum natura, poſſunt tamen eſſe ſeruato ordine naturæ, ſicut domus Septangula pōt eſſe in plurib. illius figuræ domib. quæ eſſe poſſunt, licèt forte non ſint; vel quod illa plura non poſſint eſſe naturaliter & ordine naturę ſeruato, ſed poſſunt eſſe abſolutè, ſicut Sol in cōi cōceptus & Luna vniuerſalia ſunt, & tamē nō ſunt plures Lunæ & Soles, nec poſsūt eſſe ordine naturæ ſeruato per Dei potētiam, poſſunt tamen eſſe ſecundū aliquorum opinionem (de quo modò nō diſputo) vel ſaltem, licèt non poſſint eſſe eiuſdem ſpeciei plures Soles, poſſunt eſſe diuerſæ, & ſic Sol in cōi modo conceptus eſt vniuerſale genericum, & habere pōt plures Soles ſpecie differentes, reſpectu quorum eſt vniuerſale; vel illa plura, nec naturaliter, nec ſeruato ordine vniuerſi eſſe poſſunt, tamen illa natura obiecta intellectui, quantum ad rationē ſpecificam, eſt vniuerſalis, quia ſi eſſe poſſēt plura indiuidua de illis pdicaretur, quā tum eſt ex modo eſſendi, quem hēt in intellectu, ſicut de natura Gabrielis dicitur. Quod verò nō ſint ſingularia, eſt per accidens illi naturæ, vt obiecta intellectui. Sed de hoc infra latius ſumus acturi. Vniuerſale primo mō vocatur à D. Tho. 1. p.

Vniuerſale multiplex.

Auicenna.

Nota.

Conditiones vniuerſalis.

Inferiora vniuerſalis, pluribus modis reſpicere poſſunt ſuum ſuperius.

1.p.q.13.arg.9.vniuerſale ſecundum rẽ, & ſecundum rationem: quia illa natura non ſolũ ex modo eſſendi, quem hẽt in intellectu, eſt in multis, verùm à parte rei eſt in multis; reliqua verò vniuerſalia ex eodem D. Th. ibidem vocari poſſunt vniuerſalia ſecundum rõnem, quia ex modo quẽ habent in intellectu, eſſe poſſunt in multis, & de illis affirmari, nõ tamen realiter ſunt in illis, ſed vniuerſale ſemper dẽt reſpicere plura, ſaltẽ ſub cõditione, quæ ſi eſſent de illis affirmaretur ex mõ, quẽ ſeruat natura illa in intellectu. Cum dicimus, qđ vniuerſale dẽt eſſe vnũ, illud vnũ dẽt eſſe cõe multis poſitiuè. i. quod æqualiter multa reſpiciat, & nõ ſufficit negatiuè, id eſt, quod nõ ſit determinatum ad vnũ, aliàs natura ſecundũ ſe eſſet vniuerſalis, quia nõ eſt determinata ad vnũ. Hoc verò vniuerſale dicitur metaphyſicũ, quando conſideratur natura ſine intẽtione; dicitur logicũ, quãdo cõſideratur natura cũ intentione vniuerſalitatis, quę eſt tribuens naturæ vnitatẽ iſtã vniuerſalis formaliter, nã ſine illa non habet hãc vniuerſalis vnitatẽ, nã formalis vniuerſalis vnitas eſt aliquid per rationem.

Not. 3. *Vniuerſale dupliciter.* Nota præterea, quod vniuerſale dupliciter accipi põt. Vno modo cõmuniter, & vt diſtinguitur contra ſingulare. Alio modo ſtrictius & magis propriè, pro vniuerſali, quod refertur ad aliquod 5. prædicabilium. Primo modo ens eſt vniuerſale, id eſt, non particulare, cũ ſit obiectũ ſcientiæ Metaphyſicæ: Omnis autẽ ſcientia verſatur circa vniuerſale, vt diſtinguitur ſaltẽ à particulari; & anima hoc modo eſt vniuerſalis; quia eſt obiectum librorũ de anima, & multa alia ſunt hoc modo vniuerſalia. Vniuerſale vero prout pertinet ad aliquod prædicabilium, has debet habere conditiones. Primò dẽt eſſe aliquid ſimplex, vniuocum, cõpletum aliquid in ſuo genere, propter quod animal rationale non eſt aliquod 5. prædicabilium, nec ſimiliter ſanum, nec anima; hæc verò, quæ hic poſita ſunt, ſatis eſſentiam vniuerſalis oſtendunt, quæ magis modò ſunt explicanda in ſequentib. quæſtionibus, & ideo non multa miſceo.

Not. vlt. *Vniuerſale duo i portat* Sed conſidera vltimò, vniuerſale importare naturã, & vniuerſalitatẽ; naturã de materiali, & vniuerſalitatẽ de formali. An verò vniuerſale in communi dicat vnã aliquam naturam, vel verò vniuerſale, vt eſt genus ad 5 prædicabilia, dicat naturam communẽ aliquam, cui conueniat in cõmuni intentio vniuerſalis, iã dico in ſolutionibus argumentorum.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. *Quid correſpõdeat vniuerſali in communi.* AD primum argumentum reſpondetur; quod nullum materiale adæquatum vnum habet vniuerſale, dum definitur in cõmuni etiam ſi definiatur in concreto, ſed oẽs naturæ vniuerſalium accipiũtur, vt vnũ materiale completum, & perfectum. Sicut quãdo definitur indiuiduum, non datur aliquod vnũ materiale commune omnib. indiuiduis, ſed omnia indiuidua importãtur per modum vnius materialis, de quo latiùs agã cum diſputauero de Genere. Ad cõfirmationem reſpõdetur, quod cum dicitur, Vniuerſale eſt vnum, li vnum, non dicit aliquam vnã naturam cõmunem omnib. vniuerſalib. ſed dicit naturas omnes vniuerſales, quæ per ſe ſunt vnum in multis: Sicut cũ dicitur, Indiuiduum eſt quod prædicatur de vno tantum, non definitur hic aliqua vna natura communis omnibus indiuiduis, & quæ ſubſtet intentioni ſecũdæ indiuidui, nam illa non prædicaretur de vno tãtũ; ſed illa definitio conuenit omni naturæ ſubſtratæ ſecundæ intentioni indiuidui.

Ad 2.3. & 4. Ad ſecundum, tertium, & quartum patet ex dictis in corpore quæſtionis.

Ad vlt. Ad vltimum reſpõdetur, quòd illa materia eſt ſingularis in eſſendo, licèt poſſit quodammodo dici vniuerſalis in ordine ad formã negatiuè, id eſt, nullã includẽs formam, vna tamẽ entitas ſingularis eſt, & per actionem ſingularẽ producta. Ad confirmationẽ diximus in ſuperioribus.

QVÆSTIO. XXXII.

Vtrum ante intellectus operationem natura ſit vniuerſalis.

Sententia Platonis. IN hãc quæſt. ſunt Doctorũ multiplices, & variæ ſentẽtiæ. Plato ille diuinus lib. 9 de Ideis aſſerit, dari vniuerſalia ſeparata à ſingularib. ante omnem intellectus operationẽ, quę

Q nullo

nullo modo ab intellectu dependent. Dicebat enim dari hominem ſubſiſtentem & independentem, ſeparatum ab omnib. aliis indiuiduis naturæ humanæ, qui in ſe immutabilis eſt, & incorruptibilis, & ab oĩ materia ſeparatus, & à loco independens, quę vniuerſalia vocat ipſe ideas. Et idem in omnibus ferè aliis ſpeciebus aſſerebat. Et probatur ſententia Platonis. *1. Argum.* Primò, quia aliàs non darentur realia obiecta immutabilia, quæ ſcirentur per ſciẽtias reales, quia reliqua omnia obiecta rerum inferiorum corrumpuntur de facto. *2. Argum.* Secundò, quia ſequeretur, quod non eſſet agens cauſans omnia indiuidua rerum corruptibilium, cùm non ponatur vnum aliquod vniuerſale ex ſe habens eſſe, & omnia deducẽs ad eſſe: vt ergo cauſentur ab aliquo ex ſe habente eſſe neceſſarium, deueniendum eſt ad aliquẽ ſeparatum hominem, v.g qui dicitur idea, & vniuerſalis homo, qui reliquos cauſet homines. Hanc ſententiam explicãt ex profeſſo. Abulenſis ſuper Matthæum, c. 25. q. 572. & Cantetus hic.

Dubiũ de mente Platonis circa ideas. Sed dubitabis ſtatim, an hęc fuerit Platonis mens, an verò ipſe ideas has conſtituerit, quemadmodũ ſolent à ſacris Theologis cõſtitui. In qua re grauiſſimi authores explicant, mentem fuiſſe Platonis in idearum conſtitutione eandem, quã habent ſacri Theologi, nimirum eſſe rationes in mente diuina exiſtentes. Ita eum explicat D. Auguſt. lib. 83 quæſt. 46. & li. 12. de ciu. Dei c. 26. & 7. de ciu. Dei c. 28. Dionyſius de diuinis nominibus, c 7. in hanc ſententiam ſolent citari Baſi. Orig. Greg Nazian. idem ſentit Durandus, 1. diſt. 36 quæſt. 3. & 2. diſ. 13. q 6. Marſil. q. 1. Prologi. Ma. 1. diſt. 47. Scotus d. 35. Philop. 1. de anima, tex 8. Apul. de dogmatibus Platonis, Iamblicus Porphyrii diſcipulus in Symbolis Platonis, Donatus Euſtratius, & Serranus 1. Ethic. c 6. Niphus 7. Met. diſput. 7. Plotinus dialogo de pulcro, Marſil. Ficinus lib. 2. de Theologia Platonis, Georgius in Harmonia mundi, Cant. 1. tomo 1. cap. 9. & Cant. 2 tomo 1. Euſeb. de præparatione Euangelica, Seneca lib. 8. epiſt. vltima. Eugubinus de perenni Philoſophia, libro 1. c. 17. & 20. Cicero 1. Academiarum, Plutarchus lib. 1. de placitis Philoſophorum, Simplicius 2. Phyſicorum, textu 18. Palacius 1. de anima, textu 8 & 2. Senten. d. 3. quæſt. 1. folio 44. verſ. 2. phyſ. quæſt. 4. Stapulenſis in introductione Meta. Fernelius lib. de abditis rerum cauſis, capite 10 Cœlius Rhodiginus lib. 16. cap. 7. Pierius lib. 26. cap. de garrulit. Villalpandus in Prædicabilibus. Iſti omnes aſſerunt falſo Ariſtotelem prædictam ſentẽtiam impoſuiſſe Platoni, loquutumq; fuiſſe Platonem de ideis, ſicut mò ſacri loquuntur Theologi, & D. Thom. opuſc 20. de regimine Principum, cap. 4. dicit, ſæpè aliorum dicta Ariſtotelem in alium ſenſum detorſiſſe, & in minus probabiles ſentẽtias traxiſſe, vt ſic melius ſuam firmaret ſententiam: Nam fingebat monſtra, quæ ſuperare poſſet. *Dictũ notabile. 6. Th. cõtra Ariſ.* Videatur Abulenſis in prologo gene. folio 10. qui appellat Ariſtot. inuidum, & qui falsò hanc ſuo magiſtro opinionem impoſuit. Et huiuſmodi grauiſſimi Doctores cenſebant, triplici ratione Platonem de ideis loqui, quæ ſunt in mẽte diuina, primo ex eo, quod eaſdem conditiones diuini Theologi tribuunt ideis, quæ ſunt in diuina mẽte, quas Plato ſuis ideis tribuebat. Loquebatur igitur Plato de illis. Antecedens probatur, quia omnes Theologi tribuunt ideis, quod ſint ſubſtantiæ, quod ſint rationes cognoſcẽdi, quod ſint tandem exemplaria, quibus res ab ipſo Deo ad extra producuntur; ſed hoc ipſum tribuebat Plato ſuis ideis; ergo de diuinis loquebatur ideis. Secundò, Nã vt refert Ariſtoteles 3. Phyſ. text. 25. Plato non conſtituebat ſuas ideas in loco, atque adeo nõ intelligebat eſſe ſubſtantias aliquas creatas, quia conſtat has omnes eſſe in loco: ergo loquebatur de aliquo exiſtente in Deo, & ab omni loco independenti. Tertiò; Quia non eſt credibile, tantum authorem, & tam diuini ingenii, in tantum fuiſſe prolapſum errorem, vt conſtitueret ideas juxta Ariſtotelis aſſertionem, ſeu impoſitionẽ. Quod ſi Plato de diuinis ideis fuit loquutus, eius aſſertio probanda eſt, vt conſtat ex D. Thomæ doctrina, 1. p. q. 15.

Verùm enimuero aliis authores grauiſſimi cẽſent, ita protuliſſe ſuã de ideis ſententiam Platonẽ, vt aſſerit Ariſtoteles, nec fuiſſe loquutum de rationibus illis in mente diuina exiſtẽtibus. Hoc dicit Ariſtote-

Digitized by Google

ſtoteles 3.Metaphyſicæ, à capite 3. vſque ad 9. & 2. Phyſicorum textu 18. & 19. & his locis aſſerit hoc ipſum D. Thomas 1. par. quæſt. 15. art. 1. ad 1. & quæſt. 48. art. 1. & 1. Sentent. diſtin. 56. quæſt. 2. art. 1. ad 1. Auerroes 12. Metaphyſicæ, capit. 18. Alexand. 1. Poſteriorum, cap 8. Themiſtius 1. de anima, cap. 28. Ferrar 1. contra gent. cap. 24. Carthuſianus 1 diſtinct. 36. quæſt. 1. ad 4. Boetius in initio Logicæ, Soto q. 1. Vniuer. & modò magis communiter tenetur à multis. Et probatur hoc ſenſiſſe Platonem vrgentiſſima magiſtri Soto ratione vbi ſuprà: Nam ſi nõ ita ſenſiſſet, Plato vt refert Ariſt. viuentib. plurimis Platonis diſcipulis, non impoſuiſſet illi hanc ſententiam abſurdam, quia incredibile videtur, tantum magiſtrum, ipſius plurimis viuentibus diſcipulis, in tantum errorem traxiſſe, præcipuè cum Ariſtot. maximè fuiſſet gloriæ cupidus, quam hac falſa doctrinæ impoſitione fędaſſet maximè. Et præterea, quia Plato non poſuit rerum viliſſimarum ideas, vt colligitur 1. Ethic. 6. ſed Deus etiam rerum viliſſimarum habet ideas; ergo ideę Platonis non erant diuina exemplaria, & rationes in mẽte diuina exiſtentes. Vide ipſum Platonem lib. 9 de ideis, §. Verum. Præterea, Plato conſtituit hæc vniuerſalia ad reſoluendas cõceptiones noſtri intellectus in communi, & ad conſtituenda ſcientiarum obiecta; ſed cum cõcipimus hominem in communi, & illius ſcientiam habemus, non habemus ſcientiam idearum exiſtentium in mente diuina, nec de illis demonſtramus paſſiones; ergo de his non loquebatur Plato. Quinimo omnis ſcientia noſtra eſſet de Deo & nõ per ſe de creaturis, quod Plato nõ concederet; ergo non loquebatur de his ideis. Præterea, Plato ponebat hæc vniuerſalia prædicari de ſingularibus, ſiquidem ponebat illa, vt eſſent obiecta definitionis, & ſcientiæ: ſed Deus, & ſuæ ideæ non prædicantur de ſingularib. creatis, quia Deus nullius rei eſt pars Phyſica, nec Metaphyſica, nec alicuius rei intrat compoſitionem; ergo de his ideis nõ loquebatur Plato. Nec rationes pro Platone; qđ loquutus fuerit de ideis, aliquid probant, & ideò non eget ſolutione. Manet ergo cõſtituta opinio Platon. de vniuerſalibus ſeparatis, quæ extra Deum ponebat.

1. Sentent Nominalium.

Secunda ſentẽtia eſt Nominalium oppoſita Platonis ſententiæ, & hac ratione illam in præſenti conſtituimus, qui dicũt non res vniuerſales eſſe, ſed ſo lũ voces, quia res omnis ſingularis eſt, quamobrẽ vniuerſalis eſſe non poteſt. Vox verò etiamſi ſingularis ſit in eſſendo, poteſt ex libera hominum voluntate plura ſignificare, quamobrem erit vniuerſalis in ſignificando. Et ſi quæras ab illis, ſi nõ dãtur res vniuerſales, quid eſt, quòd immediatè hæc vox Homo ſignificat, vt rõne illius dicatur vniuerſalis; reſpondent, ſignificare omnia ſingularia ſub copulatione, ſcilicet, Petrum & Ioannem indiſtinctè & indeterminatè, nec homo, & quidã homo ſecundum ipſos æquiualent in ſignificando: nam quidam homo ſignificat ſingularia omnia, quoad accidentia ipſorum; homo verò quoad eſſentiam. Nam homo ſignificat omnes eſſentias hominum confuſe, quidam homo eſſentiam, & accidẽtia. Et hæc ſententia inter antiqua deliramenta referri ſolet: Nam dicitur fuiſſe Heracliti & Cratili, & eadẽ tribuitur Epicuro. Et Niphus 1. Metaphyſ. dicit, fuiſſe antiquorum Philoſophorum, quàm Canterus hic tribuit Platoni, qui Socratis authoritate mutauit ſententiã, & in ſuperius numeratam incidit, quod videtur aſſerere Ariſt. 1. Metaph. tex. 15. Hanc ſententiam in lucem reuocarunt, quos temporibus noſtris Nominales appellamus, quorum princeps fuit Okam in ſua Log. c. 14. & 1. de ani. p. 1. & quodli. 15. q. 3. & 2. Sen d. 2. q 7. & 8. & ibid. Gabr. & Adamus 1. d. 34. q. 8. art. 1 Burid. & Bruxel. in prædic. quam veriorẽ cenſet Ayala, q. 1. dicens, ſolum conceptum, vel vocem eſſe cõe, quia correſpondent illi omnia ſingularia. Idẽ docet Themiſt. 1. de anima, cap. 4. & 8. vbi ait, quod nomina generum, & ſpecierum potius ſunt notiones animæ, id eſt, conceptus mentis, quàm naturę aliquæ. fauet Auerroes ibidem, imò Ariſt. infra dicit, definitiones generum, & ſpecierum nõ eſſe definitiones alicuius alterius, niſi ipſorum ſingularum. Et 1. de anima. c. 1. dicit, vniuerſale nihil eſſe, aut poſterius eſſe, quod niſi vocibus, & conceptibus conuenire nequit,

Digitized by Google

quia iſta ſunt poſteriora rebus ipſis. Hæc ſententia præterea probatur rationibus: & ſit ſecundum argumentum illius. *2. Argum.* Nam ſignificatum huius vocis homo eſt in re, ſed quidquid in re inuenitur, eſt ſingulare: ergo vniuerſale ſolùm eſt ſignificando, in voce ſcilicet, vel conceptu. *3. Argum.* Tertium argum. Tunc cùm Petrus & Paulus ſint idē realiter cū illo vniuerſali homine, erunt etiā idē realiter inter ſe, quia quæcunque ſunt eadē vni tertio, ſunt eadem inter ſe. Et ſi dicas, quod ſunt idem cū homine, & inter ſe nō itē, ſequitur, quod ponamus ī creaturis idē, quod in myſterio Trinitatis, quod eſt abſurdū. Et confirm. hoc argum. Nam quando homo apprehendit ſignificatū huius termini, homo, apprehendit aliquid reale exiſtens, vel potens exiſtere: ſed hoc ex neceſſitate debet eſſe ſingulare: igit ſignificatū eius eſt ſingulare: vniuerſalitas ergo ſolùm reperit in ſignificatione nominū, & cōceptuū. Probat illa prima minor: quia omne exiſtens debet eſſe productum, ſiquidem eſt creatum: productio verò ad aliquid ſingulare terminatur. *4. Argum.* Quartò, quia inter mentis cōceptū, vel vocē ſignificatiuā, & res; à parte rei nihil intercedit medium, quod poſſit eſſe hoc vniuerſale ī prędicādo; ſed res à parte rei ſunt ſingulares, ex parte verò cōceptus, aut vocis nihil etiā mediat; ergo cū res ſingulares nō poſſint eſſe vniuerſalia, in prędicādo ſolū erit cōceptus, vel vox. Conſequentia eſt nota, & probatur maior: Nam vel illud, quod mediat inter rē exiſtentē à parte rei, & ipſum conceptū eſt aliquid reale, vel nihil: Si hoc ſecūdū, habeo intentū: Si primū, contra, quia omnis entitas realis, non habens eſſe vnam ꝑ operationē intellectus, eſt vna vnitate aliqua numerica, cū vnitas generica, vel ſpecifica ſit vnitas rationis, vt aduerſarii fatentur; ergo verè illa entitas eſt aliquid ſingulare, & ita nō eſt vniuerſalis. Et cōfirm. hoc argu. quia omne aliud à prima ſubſtantia, vel eſt in prima ſubſtantia, vel dicitur de illa; ſed vniuerſale nō dicitur de prima ſubſtantia, quia hæc eſt ſingularis, vnde hęc ꝑdicatio eſt falſa, Vniuerſale eſt ſingulare, nec eſt ī illa, alias redderet illa vniuerſalē, ſicut albedo exiſtēs in corpore facit ipſum albū: non ergo datur tale vniuerſale, ſed vniuerſalitas reducēda eſt ad vocem & conceptum. Et ita pari ratione videntur vniuerſalia extra intellectum eſſe, & quadam ratione in rebus, vt ſuprà explicuimus.

3. Sententia Scoti. Tertia ſent. eſt ſubtilis Doctoris Scoti, quia aſſerit vniuerſalia eſſe ī reb. ſecluſa intellectus operatione. Nā dicit dari naturam actu vniuerſalem ſecluſa operatione intellectus, non quidē quòd eadē entitas ſimul ſit exiſtens in multis realiter diſtinctis, ſed quòd in vna & eadē re exiſtēte à parte rei inueniant duę entitates, ſeu duæ rationes formales entis, quarum vna eſt propria talis rei, alia verò nō eſt propria, quāuis ſit appropriata, quia quantū eſt ex ſe poteſt eſſe cū alia realiter diuerſa ab iſta, licèt, vt id fiat, ſit impedita ex cōiunctione, quā habet cū iſta particularitate; ſicut dicimus, quòd eadē res, quæ nunc eſt Romæ, poteſt eſſe Salmāticæ, ſed nō quādiu eſt Romæ. Et hoc modo dicit Scotus, qđ humanitas, quæ nūc eſt in Petro, poteſt eſſe, quantū eſt ex parte ſua, in Paulo, ſeu Franciſco, licèt ſit impedita ex ſingularitate Petri ne ſit in illis, quia illa ſingularitas illis repugnat. Et quia deſtructo Petro ꝑ accidens, deſtruit quod eſt in illo, hinc ſit, qđ deſtruatur illa natura vniuerſalis, quæ eſt in illo; & ita nunquā de facto coniungitur pluribus ſingularibus, licèt, quantū eſt ex ſe, poſſit coiungi: qđ ſufficit, vt illa natura ſit vniuerſalis ex ſe, & ex propria ratione. Hanc ſententiā ſic explicatā tenet Scotus 7 Metaphſ. lec. 16. & 2. ſent. d. 3. q. 1. & 1. d. 2. q. 7. & d. 5. q. 1. Ant Andreas 7. Metap. q. 71. Trombeta in qōnib. Metaph. q. 42. art. 1. Albertus ſolet in hanc citari ſententiā, trac. vlt. prædicab. 3. Venetus in vniuerſalib. Matth. quodlib. 7. dub. 1. & 2. Burleus 1. Phyſic. tex. 5. Rodolphus 1. de inuentione, & Galenus li. 2. Methodi, vbi dicit eos, qui nō cognoſcunt vniuerſalia, ſtupidiores eſſe aſinis, quia aſini cognoſcunt hominem, & hunc hominem. Et Archiepiſcop. Toletan 1. de Anima, q. 3. art. 1. ait, hanc eſſe magnorum Doctorum, nec exiſtimari debet hanc eſſe contra D. Tho. Quia quotieſcumq. negat dari vniuerſale à parte rei, loquitur contra Plat. vnde ſolum docet, naturam non ſubſiſtere vniuerſaliter à parte rei, ſed ſingulariter tantùm, non

tamen

tamen negat à parte rei dari vniuerſale, prout vniuerſale importat naturam vnã, habentem de ſe cõmunitatem ad multa: Imò id concedit, vt patet 7. Metaph. lect. 13. commen. 2. & de potentia qu. 5. art. 9. ad 16. & quodlib. 8. art. 1. & 1. contra gẽt. c. 55 ratione 3. Vbi dicit, quod ſingulare & vniuerſale ſunt paſſiones entis, & 4. cõtra gen. c. 14. Fauet multum huic ſententiæ plurib. in locis Ariſt. præcipuè 1. Ethic in princip. & 5. Metaph. tex. 6. & 7. Metaph. tex 37. & 5. Metaph. tex 56. vbi ait, vniuerſalia non eſſe à reb. ſeparata, ſed eſſe in reb. ipſis Dices Ariſt loqui de vniuerſalib. fundamẽtaliter. Cõtrà, quia 1. Peri. her. c. 5 cõſtituens diuiſionẽ rerũ, dicit. Rerum aliæ vniuerſales, aliæ particulares: hæc aũt diuiſio nulla eſſet, ſi intelligeret de vniuerſalib. fundamentaliter, quia res ẽt particulares ſunt fundamentaliter vniuerſales: vnde membra diuiſionis huius non eſſent oppoſita, quod eſt contra rationem bonæ diuiſionis. Et 1. Poſter. text. 5. & 11. dicit, ſcientiã eſſe de reb. vniuerſalibus: ſed datur ſcientia à parte rei: ergo & vniuerſale, qđ eſt eius obiectum. Quod ſi iterum dicas, dari quidem non formaliter, ſed fundamẽtaliter tantùm, contrà: quia à parte rei eſt actu ſcientia formaliter, ſecluſa omni operatione intellectus: ergo etiã eius obiectũ habet eſſe formale, ſecluſa omni operatione intellectus, aliàs daretur ſcientia ſine obiecto, quod eſt implicatio: ſed eius obiectum eſt vniuerſale; ergo &c.

Præterea, & hæc ſententia Scoti variis *1. Argum.* probatur rationib. Prima ratio ſit. Natura humana, v. g. ex intrinſeca ſui ratione non eſt ſingularis: nam ſingularitas Petri eſt omnino extra eſſentiam naturæ humanæ, aliàs ſi eſſet illa intrinſeca, nõ poſſet illa natura inueniri niſi in Petro ſolũ, quod eſt abſurdũ: ergo põt, quantũ eſt ex ſua rõne, eſſe in plurib. indiuiduis: ergo eſt vniuerſalis ex ſe natura humana, ſecluſa omni operatione intellectus. Probatur conſequentia: quia vniuerſale eſt illud, quod poteſt eſſe in plurib. indiuiduis; & hoc poteſt natura humana, quia ex quo non habet ex propria ratione eſſe ſingulare, põt in plurib. indiuiduis reperiri, & ita erit vniuerſalis; quia vniuerſale eſt, quod põt eſſe in multis, & communicari multis. Confirmatur hoc argumentum: Natura humana ſecundum ſe cõtrahitur materialiter ad plura indiuidua; ergo natura humana ſecundum ſe hẽt potentialitatẽ, vt contrahatur ad plura indiuidua: ergo eſt vniuerſalis ſecundũ ſe. Conſequentia eſt bona: quia cui cõuenit actus, potentia ſimiliter conuenire dẽt. Sed antecedens probatur: Nã natura humana actu contrahitur ad plura indiuidua, & non ſecũdum quod eſt indiuidua, quia ſic non poteſt contrahi ad plura indiuidua: nec ſecundũ quod eſt in intellectu: ergo ſecũdum ſe. quia non põt alius ſtatus naturæ aſſignari, ex quo infertur poſitiuè eſſe indifferẽtem ad plura, quia poſitiuè dicit potentiam, vt determinetur ad plura indiuidua: igitur vniuerſalia in reb. dãtur: nã quod naturæ ſecundũ ſe conuenit vbiq; etiam in reb. ipſis conuenit. Confirmatur: Nam animal, v. g hẽt potẽtialitatem intrinſecam, & poſitiuã, vt contrahatur per plures differentias: ergo illi conuenit de ſe poſſe cõmunicari illis ſpeciebus, per quarum differẽtias cõtrahitur: ergo eſt de ſe communicabilis, & vniuerſalis, quia vt ſit vniuerſalis, ſufficit quod ſit communicabilis multis poſitiuè, & hoc habet natura animalis: quia poſitiuè habet potentialitatem, vt per plures differentias contrahatur. Confirmatur argum Nã natura humana non poſſet contrahi per plura indiuidua, niſi ſecundum ſe eſſet indifferens ad plura indiuidua: ſed hoc eſt eſſe vniuerſalem; ergo ſecundum ſe eſt vniuerſalis: ergo in re eſt vniuerſalis, quia quod illi ſecũdum ſe cõuenit in re habet. Mai. patet: Nã determinabile indifferens debet eſſe ad determinabilia, & æqualiter reſpicere illa, vt ſic, vt patet: Nã intellectus æqualiter reſpicit oẽs ſuos actus, & eſt indifferẽs ad illos, quia poteſt oĩbus illis determinari: vnde patet, quod nõ ſolùm negatiuè eſt indifferens, id eſt, indeterminata, ſed poſitiuè id eſt, reſpiciens plura æqualiter.

2. Argum. Secũdũ arg. A parte rei ſecluſa operatione ĩtellectus duo homines conueniũt formaliter in rõne hoĩs: ergo à parte rei cõueniũt formaliter in natura hoĩs: ergo natura hominis à parte rei eſt vniuerſalis, & cõueniẽs multis poſitiuè. Antecedens primum probatur: Nam à parte rei

Petrus eſt homo, & Paulus eſt homo; ergo cõueniunt in natura humana à parte rei; nam neceſſariò debent in illa conuenire, aut differre; ſed non differunt in natura ſpecifica hominis, aliàs eſſent homines diuerſæ ſpeciei; ergo conueniunt formaliter in natura hominis, quæ erat prima conſequentia Et probatur magis; Nã diſconuenientia & differentia formalis non poteſt inueniri, niſi diſtinctione formali; ergo conuenientia formalis nõ poteſt iueniri, niſi vnitate formali: nã oppoſitorum oppoſitæ ſunt conditiones: ergo ſi Petrus & Paulus cõueniunt in rõne hominis formaliter, ratio hominis eſt in illis vna; & ita erit in illis vniuerſalis, ſicut ſi differrẽt in rõne hominis, ratio hominis in illis eſſet diuerſa, ſed nõ poteſt hoc dici; cõueniũt igitur in hominis ratione vna, nam formalis vnitas naturam prout eſt in ſe conſequitur; ergo ſi in re conueniunt in ratione formali, cõueniunt in natura vna reali. Sunt igitur vniuerſalia à parte rei intellectus operatione ſecluſa.

Reſponſio Thomiſtarum. Si dicas, cum Thomiſtarum ſolutione communi, Petrum & Paulum à parte rei eſſe vnũ formaliter in natura humana negatiuè, id eſt, non diuiſi per principia formalia, nec in illa differentes, ex hoc autẽ nõ licet colligere eſſe vnũ poſitiuè & formaliter in illa, nã equus & lapis nõ differunt in humanitate; vnde nõ ſequitur, quòd conueniant in illa. *Inſtantia.* Sed contrà: Vnitas formalis dicit formaliter, vel cõſecutiuè negationẽ diuiſionis ꝑ principia formalia in aliqua natura; ita vt ſemper cũ illa reperiatur cõnexa: ergo ſi Petrus & Paulus à parte rei non differunt formaliter: ergo ſunt vnum formaliter & poſitiuè. Sicut valet bene, quia eſt propria paſſio hominis riſibilitas, ſi eſt riſibile; ergo eſt homo, ita illa indiuiſio per principia formalia eſt connexa, & fundata in entitate formali neceſſariò; ſi ergo ſunt indiuiſi formaliter per principia formalia, & illis cõuenit hęc negatio, ſeu priuatio; ergo cõuenit illis poſitiuè entitas formalis, in qua fundaẽ huiuſmodi indiuiſi. Nec exemplum adductũ aliquid valet; nam equus & lapis, cùm non habent humanitatẽ, non neceſſariò debent cõuenire, aut differre in illa; ex ſuppoſitione tamen, quod deberent conuenire, aut differre in illa, bene ſequitur, non differunt, ergo conueniunt. *Reſponſio.* Dices huic argumento: Petrum & Paulum eſſe vnum formaliter, & conuenire in natura humana, non per hoc, quod à parte rei ſit illis aliqua entitas vna communis, ſed per hoc, quod quilibet illorũ habet vnam entitatem ſimilem formaliter entitati alterius, atque adeo ſunt vnum formaliter per ſimilitudinem. *Replica.* Sed contrà; Nam & ſi hæc ſit Thomiſtarum ſolutio, fortius redditur argumentum; Nam ſimilitudo, quæ eſt inter duos homines, neceſſariò debet fundari in aliqua vnitate teſte Ariſt. 5. Metaph. tex, 20. & c. ad Aliquid, vbi inquit, qđ ſimilitudo fundatur ſup vnitatẽ; ſed hęc ſimilitudo nõ fundatur ſuper vnitatẽ numericã, quia in hac potius differunt Petrus & Paulus, & induunt dualitatem; ergo fundatur per vnitatem ſpecificam: ſed vnitas ſpecifica eſt vniuerſalis; ergo &c. *Reſponſio.* Dices, fundari in vnitate ſpecifica fundamẽtaliter, nõ formaliter, quia hęc ſolum eſt in intellectu, nõ in re. Vnde cũ Ariſtotel. dicit vbi ſuprà, quòd ſimilitudo fundaẽ in vnitate, ſolũ vult, ꝙ ſimilitudo, q̃ eſt in Petro fundatur in vnitate numerica Petri, & ſimilitudo, quę eſt in Paulo, fundatur in vnitate numerica Pauli, & hoc eſt habere vnitatẽ fundamentalem, nimirum, cõtinere vnitates, quæ inter ſe nõ differunt formaliter. *Replica.* Sed contrà: quia hæc ſimilitudo nõ fundatur in vnitate, quatenus numerica eſt, quia ſic non ſunt vnum formaliter: ergo fundatur in aliqua vna natura ſpecifica & formali illis communi.

3. Argum. Tertium argumentũ: Quia natura humana, quæ repræſentatur per ſpeciem intelligibilem expreſſam, eſt actu vniuerſalis, quia ſecundum illud eſſe, quod repræſentatur, abſtrahit à ſingularibus, & põt eſſe in multis: ſed hoc eſſe repræſentatũ verè eſt formaliter à parte rei; ergo in re datur actu vniuerſale. Probaẽ min. Quia intellectus ideo eſt verus, quia cõformatur rebus intellectis: ſed tunc intellectus concipit vnicam formaliter naturam humanam, de ſe indifferentẽ ad plura, & participabilem à pluribus, quia ſic repręſentaẽ illi ꝑ ſpeciẽ; ergo ſic eſt in re, cũ veritas cõſiſtat in cõformitate ad rẽ, ſicut eſt. *Reſponſio.* Si dicas: Cùm cognoſcimus tunc natura huma-

humanam cognoſcere quidem illã, quæ eſt in re, verũ ex hoc, quod cognoſcitur per intellectum, habet modum vniuerſalitatis, quem in re non habet. Contrà: Quia antequam intellectus conſideret modum, quo natura eſt in intellectu, cognoſcit naturã communem: ergo natura ipſa præter communitatem, quam habet ex eſſe, quod habet in intellectu, hẽt aliã communitatem realem ſibi conuenientem. Conſequentia eſt nota, & probatur antecedens: Quia antequam conſideremus modum illum, quo natura eſt in intellectu, cognoſcimus naturã ipſam per verbum mentale, quod eſt prima intẽtio formalis, tamquam veram realitatem: ergo vt habentem veram entitatem formalem: ergo vt habentem vnitatem formalem, quia vnitas formalis eſt paſſio entitatis formalis: ſed illa vnitas formalis, cũ non ſit numerica, nec aliquid aliud, conſtat, quòd ſit ſpecifica; ergo communis multis: quia vnitas ſpecifica communis eſt multis eiuſdem ſpeciei: ergo datur natura illa communis in re. Si dicas, quòd cum intellectus cognoſcit naturam humanam, vt ſic, non cognoſcit illam, vt habẽtem vnitatem intrinſecam, ſed extrinſecam, prouenientem a ratione. Contrà: quia illa realitas naturæ humanæ, quod eſt obiectum conceptus huius, Homo, nõ includit realitatem ſingularium, vt ſic, ſed ab illis abſtrahit: ergo eſt vna ſola realitas, & nõ plures: ergo habet ſuã vnitatem intrinſecam, quia cùm ſit entitas ab intrinſeco indiuiſa, neceſſe eſt habere ab intrinſeco propriam vnitatem, & hęc eſt vnitas, in qua omnes homines conueniunt: igitur communis eſt realiter hæc vnitas. Datur ergo aliquid reale commune pluribus: ergo vniuerſale eſt in re. Cõfirmatur hoc argumẽtum, & explicatur: Nam totum, quod correſpondet, huic cõceptui Homo, vt ſignificatum eius eſt in re: (& præſupponamus ens rationis non habere eſſe formale, niſi dum actu cognoſcitur, quod eſt probabile) ſed illud ſignificatum eſt commune multis: ergo in re datur aliquid commune multis: datur ergo aliquod vniuerſale in re. Dices, nõ eſſe commune multis, prout eſt in re, ſed prout habet eſſe in intellectu. Contrà: vt eſt obiectum præcedit verbũ; ſed quod præcedit verbum, & conceptum, eſt vniuerſale, quia obiectum hoc eſt natura aſfirmabilis de multis, & cõmunis multis; ergo & idem ipſum, quod præintelligitur præcedere, & ſpecificare verbum, intelligitur in actu poſtmodum ab intellectu; vnde ſicut præcedit eſt vniuerſale, in re quidem erit vniuerſale. Dices, quòd præceſſit actio intellectus agentis, qui facit illud obiectũ vniuerſale; & ita iã nõ in re, ſed in intellectu reperitur vniuerſale. Contrà: Nam ſpecies intelligibilis ſpecificatur à ſuo obiecto; ſed ſuum obiectum ſpecificans præcedit actionẽ intellectus agentis, ſiquidem præcedit ſpeciem ipſam, & illud eſt vniuerſale, quia eſt illud ipſum, quod poſtmodum terminat ſpeciẽ, quod eſt vniuerſale, & illud ipſum eſt in re; igitur in re eſt vniuerſale.

Inſtantia. *Reſponſio.* *Replica.* *Confir.* *Reſponſio.* *Replica.* *Reſponſio.* *Replica.*

4. Argu[mentum] Quartum argumentum. Obiectum ſciẽtiæ de homine, v.g. eſt natura humana in communi, ſeu homo in communi: ergo, vt ſic, eſt ens reale extra intellectum. Cõſequentia eſt nota, quia ſcientia de homine reſpicit aliquod obiectum reale à parte rei exiſtens. Antecedens probatur; quia vel natura humana eſt obiectũ ſciẽtiæ de homine, vt eſt natura à parte rei realiter communis pluribus, vel vt plurificata ad plurificationem indiuiduorum. Si des primum, habeo intentum: Si ſecundum concedas, contrà; quia ipſa ſingularia ſunt contingentia & corruptibilia; & ita eſſet ſcientia primò & per ſe de corruptibilibus & ſingularibus contingentibus, quod eſt impoſſibile: ergo eius obiectum non poteſt eſſe natura humana, vt plurificata ad plurificationem indiuiduorum; maximè, quia etiamſi natura ipſa non eſſet plurificata, eſſet ſcientia de homine; ergo eius obiectum eſt natura humana realiter communis. Et ſi dicas cum aliquibus recentioribus, obiectum eſſe omnia indiuidua exiſtentia, vel poſſibilia naturæ humanæ, non ſecundum diuerſitatem, quam habent, ſed ſecundum quod conueniunt in aliqua vna ratione hominis. Contrà: quia hoc, in quo conueniunt, vel eſt aliquid corruptibile vel incorruptibile. Si primũ, ſciẽtia erit de corruptibilibus, & non permanentibus, quod eſt contra totam Ariſtot. doctrinam in poſteriorum libris.

Reſponſi[o]. *Replica.*

Si ſecundum;ergo eſt natura ipſa abſtracta ab omnibus ſingularibus,& illis communis;ergo vniuerſalis,nam ipſa natura & cõuenientia ſingularium in ipſa à parte rei eſt,ſiquidem obiectum ſcientiæ de homine eſt à parte rei. *Reſponſio.* Si dicas, obiectũ quidem ſcientiæ de homine eſſe à parte rei,verùm conditionem illius obiecti,nimirum vniuerſalitatem non eſſe à parte rei,ſed eſſe in intellectu obiectiuè. *Replica.* Contrà: ſcientia realiter ſpecificatur à ſuo obiecto, etiam opere intellectus ſecluſo:ergo realiter eſt obiectum cum ſua cõditione,etiam opere intellectus ſecluſo: Nam ſi eſt ſpecificatum ſecluſo intellectus opere,debet eſſe ſpecificãs cum omnibus ſuis cõditionibus requiſitis ad ſpecificationem,vt patet ex terminis: Nam ſi eſt ſpecificatio,debet eſſe quod neceſſarium eſt ad illam; igitur eſt obiectum ſciẽtiæ,cum vniuerſalitate in re. Vniuerſalia igitur ſunt in rebus, & non ſolùm in intellectu:nam vniuerſalitas conditio eſt ad ſpecificationem ſcientiæ requiſita ſiquidem ſcientiæ ſunt de vniuerſalibus. Et explicatur hoc adhuc magis ſequenti argumento.

5. Argum. Quintum argumentum. Vniuerſale in actu eſt obiectum intellectus noſtri:ergo præcedit omnem actum potentiæ, teste Ariſtot. 3. de Anima,tex. 10. & 11. vbi ait, obiectum viſus præcedit viſum: ergo obiectum intellectus, vt ſic, eſt vniuerſale, & non per opus intellectus, ſiquidem antecedit illud: vniuerſalia igitur ſunt in rebus formaliter. *Reſponſio cõmunis.* Reſponſio communis eſt, quod duplex eſt hominis intellectus, agens & poſſibilis: Officium agentis eſt,facere vniuerſale,& ita præcedit quidem vniuerſale poſſibilem intellectum;non agentem. *Replica.* Sed cõtrà: quia antequam intellectus agens aliquid abſtrahat,intellectus poſſibilis habet ſuam propriam eſſentiam:ergo antea habebat proprium obiectum cum cõditione propria,à quo ſpecificabatur:ſed hoc eſt vniuerſale in actu;ens ſcilicet in communi: nam non eſt ens in ſingulari, aliàs nihil præter ſingulare poſſet intelligere;ergo vniuerſalia in rebus dantur opere intellectus ſecluſo. Et confirmatur hoc argumentum: *Confir. 1.* Nam color eſt obiectum viſus, ſed non color particularis,aliàs non poſſet videre,niſi colorem particularem:ergo eſt color communis: ergo datur vniuerſale à parte rei,quia obiectum viſus, neque eius conditio, non poteſt eſſe aliquid per intellectum,cùm operatio viſiuæ potentiæ præcedat omnem intellectus operationẽ. Et confirmatur ſecũdò: *Confir. 2.* Nã color,vt ſic,verè eſt à parte rei; ſed color ſub rõne coloris,vt ſic,nõ eſt ſingularis:ergo vt ſic eſt cõis. Patet conſequẽtia:quia oẽ,quod eſt à parte rei, neceſſe eſt,quod ſit ſingulare,vel cõe. Et hoc argumentum de omni natura fieri põt, vt patet. *Confir 3.* Confirmatur vltimò:quia quando dico,Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, importatum per li homo,aut eſt idẽ formaliter cum vtroq;,aut diuerſum formaliter;Non hoc ſecundũ,vt patet:ergo eſt idẽ formaliter:ergo ſecluſa operatione intellectus ſunt idẽ alicui tertio formali cõi illis:ergo vniuerſalia ſunt in reb. formaliter præter intellectus operationẽ.

6. Argum. Sextum argum. Natura humana ſecundum ſe ſumpta habet proprietates, quæ conueniunt omnibus hominibus, vt eſſe animal,eſſe rationale,eſſe riſibile,& hoc opere intellectus ſecluſo:ergo eſt vniuerſalis,ſecluſa operatione intellectus: quia nihil aliud requiritur,vt ſit aliquid vniuerſale, niſi quod habeat proprietates cõuenientes pluribus. Maior de ſe patet. *Confir. 1.* Confirmatur hoc argum. Nam ſecluſa operatione intellectus,ſecunda ſubſtantia realiter ſubſtat accidẽtibus, quia prima realiter ſubſtat, nimirum homo realiter ſubſtat,quia Petrus realiter ſubſtat accidentibus;ſed prima & ſecunda ſubſtãtia nõ poſſunt diſtingui,niſi in rõne vniuerſalis,& particularis: vel niſi vna ſit vniuerſalis,& alia particularis:nã Petrus & homo nõ poſſunt diſtingui,niſi quia homo eſt vniuerſalis,& Petrus particularis & opere intellectus ſemoto datur homo ſubſtãs ſecũdo,& Petrus ſubſtãs primo: nã ſecluſa operatione intellectus,quia Petrus ſubſtat,homo ſubſtat realiter,nõ.n. depẽdet realiter in ſubſtãdo accidentib. homo ab opere itellectus: igitur ſine operatione intellectus dãtur vniuerſalia in reb. *Confir. 2.* Cõfirmatur ſecundò: Quia natura humana à parte rei eſt prius natura,q̃ indiuidua:ergo ꝓ illo priori eſt vniuerſalis,cũ ꝓ illo priori nõ ſit ſingularis,& ſit

in rebus.

in rebus: ergo debet eſſe vniuerſalis, Qđ ſit prior natura indiuiduis probatur: Nã illud eſt prius, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia: ſed non valet à natura ad indiuidua, bene verò è conuerſo: nõ enim valet, Homo eſt, ergo Petrus eſt; at valet, Petrus eſt; ergo homo eſt: igitur homo prius natura eſt Petro, & ſingularibus omnibus. Tũ etiam, quia natura humana eſt ſubiectũ, in quo recipitur ſingularitas, ſed ſubiectũ eſt prius natura forma in illo recepta. Conſequentia prima probatur, quia, ſi eſſet ſingularis, non eſſet participabilis & determinabilis ꝑ plures ſingularitates, quinimo de ſe eſt idifferẽs ad illas, & ita ad ſingularia, quamobrem videtur vniuerſalis.

Confir. 3. Et confirmatur: Nam proprietates reales conueniunt vniuerſali ſecũdũ ſe ſumpto, ſecluſa intellectus operatione: ergo euidẽs argumentum eſt à poſteriori, vniuerſalia eſſe in rebus ante opus intellectus. Probatur antecedens: Nam proprietates rerum primò & per ſe dicuntur conuenire vniuerſalibus, vnde per prius conuenit homini eſſe riſibilem, quam Petro: Et Ariſtoteles 1 poſteriorum, tex. 43. & 45. ait, vniuerſalia eſſe perpetua & incorruptibilia; ridiculum autem eſſet dicere, iſtas proprietates conuenire rebus per operationẽ intellectus: ergo ſunt vniuerſalia in rebus, quibus hæ ꝓprietates primo conueniunt.

4. Sẽtentia Soto. Quarta ſentẽtia eſt ſapientiſſimi Magiſtri noſtri Soto, quæſt. 2. vniuerſali, quam explicat ſubſequentibus concluſionibus. Prima, quod natura quælibet non habet eſſe vniuerſalis, niſi quãdo actu abſtrahitur eius ſpecies à phãtaſmatibus, & obiicitur intellectui. Ponit nihilominus ſecũdam concluſionem: Res ante quamcũque operationem intellectus ſunt ſpecies & genera, & ita ſine addito ſunt nominanda. Et exiſtimat, cõcluſionem ex communi modo cõcipiendi ſatis eſſe demonſtratam: Itaq; opinatur, quod quamuis ſine operatione intellectus non ſint vniuerſalia in actu, tamen ſufficit vt ſint ſpecies & genera, quod Petrus, verbi gratia, ſit homo, & Paulus ſit homo, & homo ſit animal, & equus ſit animal: nã hoc ſufficit, vt res dicantur eſſe eiuſdem ſpeciei aut generis, quod profectò verum eſt, omni negotio intellectus ceſſante. Et explicat adhuc magis ſuam ſententiam: Nam vniuerſale eſt obiectum intellectus, tamen non eſt obiectum, quia actu mouet, ſed quia eſt motiuum intellectus, ſicut color non eſt obiectum viſus, quia actu mouet, ſed quia poteſt mouere: ergo eadem ratione nõ ſolũ dicentur eſſe ſpecies & genera, quia actu abſtrahuntur, ſed quia ſunt abſtrahibiles. Et præterea tertiò: Cæcitas eſt ens rationis, & tamen homo ſine operatione intellectus cæcus dicitur. Itẽ: Syllogiſmus, propoſitio, ſunt aliquid rationis pro formali, & ſunt ſecunda intentio. & tamen etiamſi intellectus nõ conſideret, voces ipſæ ſunt nomina: ergo & ſpecies poſſunt dici, quod ſunt ſimiliter & genera opere itellectus ſecluſo. Dicit iſuper, quòd nõ cõcedetur ita propriè, quòd ſint vniuerſalia, ſicut cõceditur, quòd ſunt genera, & ſpecies: nam vniuerſale denotat, quòd ſpecies & genera habent intẽtionẽ vniuerſalis in actu. Dicetur ergo ſpecies natura humana, quia eſt abſtrahibilis à multis indiuiduis, nõ verò diceẽ vniuerſalis, quia non actu abſtrahitur.

Quintam ſententiam tenent aliqui moderni, inter quos eſt Paulus Venetus ſuper prologũ prædicabilium: & dicit hæc opinio, ꝙ vniuerſalia realia, vt Homo, Animal, & huiuſmodi, ſimpliciter ſunt extra animam, & in natura rerum, ſecundũ quid verò eſſe ĩ intellectu. Vnde dicit iſte author, quod quemadmodũ color habet duas paſſiones, quarum prima eſt, perſpicuum nullum dicens ordinem ad viſum, ſiue actualẽ, ſiue potentialem: ſecũda eſt, viſibile dicens ordinem potentialem ad viſum, nam viſibile eſt, quod poteſt videri; ita natura cõmunicata multis, Homo, verbi gratia, importat duas paſſiones, quarum vna nullum reſpectum importat ad intellectũ, ſcilicet, vniuerſale; & alia, ſcilicet prædicabile, ordinem ad intellectũ potentialem importat, & eſt ſimpliciter ĩ rerum natura. Et ſicut color, inquit ipſe, eſt realiter & ſimpliciter in ſuperficie, quia habet eſſe in illa, ſecũdũ quid autem habet eſſe in oculo, quia eſt ſecũdũ eſſe intẽtionale & diminutũ: ita vniuerſale reale ſimpliciter eſt in rerũ natura, ſecũdũ quid verò ĩ intellectu, ſcilicet, ꝑ ſuas ſimilitudines. Et quidẽ mirabilis eſt hæc opinio *5. Sententia*

viri aliàs docti,& in Peripatetica doctri na ſatis verſati,nec videbatur digna hęc ſententia,vt D.Th.placito,& cõmuni Peripateticorum doctrinæ præponeretur.

Pro veritate ego explicãda, quia multarum veritatum radix eſt,conſiderandũ eſt, cùm nos inquirimus, an vniuerſale ſit in rebus,loqui de vniuerſali non fundamentaliter, ſed formaliter, quatenus dicit vniuerſale vnum in multis, & hoc eſt, quod quærimus, vtrùm ſine intellectus opere reperiatur in rebus vnum aliquod in pluribus exiſtens, multiplicatum; vel ſaltem ex modo eſſendi, quem in rebus habet,poſſit in multis reperiri.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Cõtra Platon. PRima cõcluſio: Impoſſibilis eſt poſitio Platonis de vniuerſalibus ſeparatis,& implicat dari vniuerſalia illa extra Deum. Et probatur hæc cõcluſio. Primò Ariſt. authoritatibus,quas ſuprà, dũ hãc exponeremus quæſtionem,retulimus:& probatur. Nam vniuerſalia Platonica poſita extra Deum,& ab ipſo producta, & quæ in rerũ naturis exiſterent ſeparata à ſingularibus de neceſſitate deberent eſſe aliquid ſingulare: ergo nõ poterant eſſe q͂d vniuerſale Sed probatur antecedens: Nã omne exiſtẽs de neceſſitate debet eſſe ſingulare; nã exiſtentia eſt actualitas rei ſingularis. ergo &c. Conſequentia ſatis nota eſt Et ſecundò, illa vniuerſalia erant producta per Dei actionem creatricem: ſed actio omnis ad particularia terminatur, actio, inquam, productiua: ſunt igitur illa vniuerſalia aliquid ſingulare;& cũ ratio vniuerſalis & particularis eidẽ non cõueniat,nequeunt eſſe vniuerſalia. Tertiò probatur, illa vniuerſalia eſſent ſignabilia, vt quid exiſtens in ſe, & vt quid diſtinctũ ab omnibus aliis rebus mũdi, ſiquidẽ erant realiter ſeparata à ſingularibus;ſed quod eſt deſignabile, vt indiuiſũ in ſe, & diuiſũ à quolibet alio,eſt vnum numero:ergo erãt illa vnũ numero. Quartò probatur; Nam illa vniuerſalia vel erãt idẽ realiter cũ ſingularibus illius ſpeciei, vel realiter diſtincta: neutrũ horũ:ergo non poſſunt conſtitui ſeparata à ſingularibus. Tũ etiã, quia vna res exiſtẽs à parte rei,& quæ cõmunicat,ſeu dicit exiſtentiã pluribus cõmunẽ, exigit infinitã perfectionẽ, vt patet in eſſentia diuina, quæ exiſtens in rerũ natura exiſtit in Patre, Filio & Spiritu ſancto, tribus ſuppoſitis inter ſe realiter diſtinctis;illa autem vniuerſalia non ſunt quid infinitũ, cùm dicãt determinatã naturam;ergo non poſſunt exiſtere in pluribus,vt idẽ cũ illis realiter: quia eſſent perfectionis infinitę. Quinimò cùm illa vniuerſalia ponerentur à Platone, vt productiua eſſent ſuorũ ſingulariũ,deberent eſſe realiter diſtincta ab illis, aliàs nõ poſſent ſingularia producere, cũ quibus realiter identificabãtur. Quod verò nõ eſsẽt diſtincta realiter,probatur:quia ſi ponebantur vniuerſalia reſpectu particulariũ,debebãt prędicari de illis,quia vniuerſale eſt, quod prædicatur de ſuis ſingularibus,quia nihil prędicatˉ de alio, quod non ſit in illo,præcipuè quidditatiua prædicatione; igitur non erant diſtincta à ſingularibus: ergo poſitio hæc eſt impoſſibilis. Nec in re adeò manifeſta volo plures adducere rationes,cũ iã vbique & ab omnibus hæc vniuerſalia extra mentẽ diuinã exploſa ſint a ſcholis.

Secunda concluſio: Stultum eſt aſſerere,voces ſolas,ſeu mentis cõceptus, vniuerſalia eſſe. Quæ concluſio poſita cõtra Philoſophos illos,quos Nominales ideo vocant,quia tantùm nominũ habuerunt rationẽ; probatur luculentiſſimè à ſapiẽtiſſimo Magiſtro Soto in ſuis vniuerſalibus quæſtionibus, & à patre Toleto. Et primò pbatur ex dicto Anſelmi 1 epiſt. de Incarnatione Verbi, vbi ait: Cõmonẽdi sũt illi vtique noſtris tẽporis Dialectici,qui non niſi flatũ vocis vniuerſalia appellãt. Vbi ſanctus Doctor admonet erroris illos,qui voces ſolũ vniuerſalia eſſe contendunt. Et Ariſtoteles, quem ipſi Nominales recipiunt, 1. Peri her. c. 5. res, ait, quaſdã eſſe vniuerſales, quaſdã eſſe particulares: ergo ſecũdũ Ariſtotelẽ, res vniuerſales ſunt. Videatur 1. Poſteriorũ, c. 2& 7. Metaphyſicæ, c. 13. & 15. Et probatur ratione: Nã cũ cõcipimus hominẽ vt ſic, experitur intellectus, ſe nõ cognoſcere plura idiuidua ex vi illi⁹ cognitionis pciſè: ergo ſignificatũ illius cõcept⁹ & vocis Homo, nõ sũt indiuidua, ſed natura hois, q̃ illis eſt cõmunis. Conſequẽtia *2. Concluſ.* *Contra Nominales.*

tia eſt manifeſta, & probatur antecedēs: Nā experitur intellectus per illā cognitionē non cognoſcere Arabes, Hiſpanos, nec Petrum, Ioannem ſed ſolùm experitur ſe cognoſcere rationē hominis: illa ergo est, quæ ſignificatur primò & per ſe, & non eſt ſingularis: ergo eſt vniuerſalis: ergo dātur vniuerſalia, & res vniuerſales ſūt.

Fuga Nominalium. Dices indiuidua dupliciter repræſentari poſſe, & in cōfuſo, & diſtinctè. Illa vox Homo repræſentat quidē indiuidua in confuſo, nō tamē diſtinctè. Et ita nō experimur nos cognoſcere aliqd ſingulare diſtinctè, ſed cōfusè.

Impugnatio. Sed contrà, quia iſte terminus Homo, & conceptus mentalis, ſunt vniuoca: ergo ſignificant vnā rationē communē ſuis inferioribus; at illa non poteſt eſſe, niſi hominis ratio: ergo hominis ratio diſtincta eſt ab indiuiduis, ſaltē ratione, & illa ſignificatur, & non indiuidua, quia ſi nō eſſet vniuocū nomen, nec conceptus ſignificaret vnā rationē, ſed plura indiuidua. Et ſecūdò probatur cōcluſio: nā iſtæ prædicationes ſunt veræ, Petrus eſt homo, Ioannes eſt homo: ergo ratio hominis de illis prędicatur: eſt ergo vniuerſalis: ergo vniuerſalia ſunt res ipſæ, & non voces, nec conceptus. Et ſi voces vniuerſalia ſunt, ideo eſt, quia ſignificāt rem vniuerſalem. Nec dicimus vocē de voce affirmari, ſcilicet, vocē Homo de voce Petrus: nam falſum eſſet dicere, hāc vocē Homo eſſe vocem Petrus Tertiò: ſcientia & definitio non ſunt de vocibus præcipue, ſed de rebus: Cùm enim dicimus, ens eſſe vnum &c. non eſt ſenſus, quod hæc vox Ens ſit hæc vox Vnum; & cum dicimus, hominē eſſe animal rationale, non eſt ſenſus, quod hæc vox Homo ſit hæc vox Animal rationale: ſed hoc de rebus affirmamus, & nō de rebus particularibus; quia res particulares nec definiuntur, nec ſciuntur primò & per ſe: igitur res ſunt vniuerſales. Et cū dicimus res eſſe vniuerſales, nolumus aſſerere res eſſe vniuerſales à parte rei, ſed dicimus res ipſas vniuerſa es eſſe, eo quod cognoſcūtur ab intellectu.

3. Concluſ. Tertia concluſio: In creaturis nulla entitas eſt cōmunis multis, ſine intellectus opere, nec apta nata eſt eſſe in multis ex modo, quem in rebus ſeruat: ſed omnis entitas, & natura extra intellectum exiſtens, quid ſingulare eſt. Hæc eſt contra Scotum. Et quāuis ex parte probata maneat rationibus contra Platonem allatis, tamē modò magis probatur. Natura vniuerſalis eſt, quæ eſt in multis, vel apta nata eſt eſſe in multis; ſed nulla natura, q̄ exiſtit in rebus, eſt in multis, nec eſt apta eſſe in multis, ſecluſa intellectus operatione: ergo tali opere ſecluſo nulla eſt natura vniuerſalis. Minor probatur: quia oīs natura exiſtens creata eſt ſingularis, cùm ſit producta per actionē ſingularē: actio autem ad ſingulare productum terminatur; nam terminus actionis actioni proportionari debet. Et ſecundò eadem minor probatur: nam omnis natura exiſtens eſt in ſuppoſito ſingulari exiſtens: ergo ipſa eſt ſingularis, nam exiſtit eadem exiſtentia ſuppoſiti, ſeu per quam ſuppoſitum exiſtit; ſed illa debet eſſe ſingularis; ergo & natura, quæ exiſtit, tali exiſtentia eſt ſingularis: ſed ſingulare nō poteſt eſſe vniuerſale, nec aptum natum eſt eſſe in pluribus; ergo nulla natura exiſtens in rebus vniuerſalis eſt, nec modū habet, quo poſſit ex parte ſua, prout eſt in rebus, exiſtere in pluribus. Secūdò: Si natura humana de ſe poſſet in multis eſſe vbicunque eſſet, poſſet eſſe in multis: ſed hoc eſt falsū à parte rei: ergo & illud, ex quo ſequitur Maior clara eſt: Nā quod naturæ de ſe cōuenit, vbicūque ſit conuenit Sed minor probatur: Nam natura humana Petri, cùm iam ſit determinata, & ſingularizata in Petro, implicat aptam eſſe ad exiſtendū in alio extra Petrum.

Fuga S[…] ſtarum. Si dicas ſecundum Scotum, non repugnare quidē illi naturæ, quę eſt in Petro ſecundum ſe, & attenta eius natura, ſed ex coniunctione ad ſingularitatē, ipſa autem, ſi ſecūdū ſe ſpectetur, apta eſt eſſe in pluribus, licèt per ſingularitatem ſit impedita, ne ſit in illis;

Impug[…] tio. contrà, ergo quamdiu manet cum hac ſingularitate, erit impedita, ſed sēper quod eſt i rebus habet hanc ſingularitatem: ergo nunquā exiſtens in rebus eſt vniuerſalis; vniuerſalia ergo in rebus non ſunt, & quod tollit illud impedimentum ſolus eſt intellectus, qui denudat illam à conditionibus indiuiduantibus: Quamobrem ſolus intellect⁹ facit vniuerſalia. Et tertiò, quia nunquam natura cōfert aptitudinem &

incli-

inclinationem ad actum omnino impoſſibilem: ſed omnino eſt impoſſibile, quòd humanitas Petri formaliter etiam diſtincta à ſingularitate ſit actu in pluribus diſtinctis, ita vt eadem realitas ſit in pluribus: ergo de ſe non habet talem aptitudinem. Quinimo etiamſi concedamus gratis Scoticæ ſubtilitati, quòd eadē humanitas Petri poteſt eſſe in Petro, & Paulo ſucceſſiuè, non ſequebatur eſſe vniuerſalem: nā eadem entitas materiæ primæ modò eſt in vna ſubſtantia, modò in alia ſucceſſiuè: & tamē illa entitas nō eſt vniuerſalis, quia ad hoc, vt ſit vniuerſalis, requiritur actu eſſe in pluribus ſibi inferioribus, in quibus reperiatur ſecūdū aliud & aliud eſſe, & debet determinari ad particularia per additionē alicuius: ſed hæc in natura, quæ eſt in Petro, nō poſſunt reperiri, cùm ſit ſingularizata, & debet vniuerſalis natura eſſe pluriū: ſed illa natura, quæ eſt in Petro, ſolū eſt ipſius: ergo nō eſt vniuerſalis. Si autem velit Scotus, quòd illa natura ſecundum ſuā definitionem habet, quòd ſit vniuerſalis, vel hoc intelligit, ita vt ſit ſua eſſentia eſſe vniuerſalē, quod eſt falſum, aliàs Petrus ſecūdum ſuam eſſentiam eſſet vniuerſalis; vel quod ſit ꝓpria ipſius paſſio, nec hoc etiam ratione eadē, nam paſſiones naturæ humanæ Petro etiam conueniunt; vel vult dicere, ꝙ natura ſine ſingularitate eſt vniuerſalis, ſed nō eſt ſine ſingularitate niſi in intellectu: ergo ſolùm ibi eſt vniuerſalis. Quartò ſequiť ex opinione Scoti, quòd ſi natura, quę eſt in Petro, ſit vniuerſalis, ſimiliter erit vniuerſalis natura, quæ eſt in Paulo, eadē ratione; hoc autē eſt abſurdū: nulla igitur natura exiſtēs in rebus poteſt eſſe vniuerſalis. Sequela aperta eſt: nam eadem militat ratio. Minor probatur: nam iſtæ naturæ, quæ ſunt ex parte ſua vniuerſales, vel ſunt vniuerſalia quæ differūt numero, vel ſpecie. Si numero; ergo in natura humana ſunt plura vniuerſalia numero differentia, quod eſt abſurdū, vt de ſe patet; Vel differūt illæ naturæ ſpecie, & tunc homo erit genus, qđ eſt falſiſſimū: nō ergo illæ naturę sūt vniuerſalia. Vide alias rationes in Caiet. c. 4 de ente & eſsētia. Et hoc inferiùs patebit magis, cū diſputabimus, quomodo fiat vniuerſale. Quin potius Scotus ipſe 2. Sentētiarum, diſt. 3. quæſt. 1. ita dicit, quamlibet naturam genericā, vel ſpecificam, eſſe vnam à parte rei communē pluribus; inquit tamen in eadē quęſtione paragrapho, ſed contra naturam nō eſſe vniuerſalem a parte rei in prædicādo. Et ſubdit rationem, quia vniuerſale non poteſt prædicari de ſuis inferioribus, niſi ſecundum quod confuſsè continet illa; ſed nō cōtinet illa cōfusè, niſi ſecundū quod actu concipitur, nam cōfuſio eſt aliquid ſe tenens ex parte modi cōcipiendi. Vnde ipſe Scotus ſecum pugnat, quia prędicabilitas de multis, vel eſt eſſentia, vel paſſio ꝓpria vniuerſalis. Si ergo res sūt à parte rei vniuerſales; ergo sūt prędicabiles; vel ſi nō ſunt prædicabiles à parte rei, non ſunt vniuerſales. Et ſi ſolùm sūt prædicabiles per intellectū: ergo ſolùm per intellectū ſunt vniuerſales, quia vbi conſtituitur propria paſſio, ibi cōſtituiť eſſentia: & eſſentia nō poteſt eſſe ſine paſſionibus, maximè in opinione Scoti, nec paſſio ſine eſsētia. Quāobrē ipſe ſibi contradicit, quātū videtur. Probatur quintò 3. concluſ. Nā humanitas illa, quam ponit Scotus, ex natura rei diſtincta à ſingularitate in ſe ipſa eſt entitas indiuidua, & vna numero: ergo nō eſt actu vniuerſalis. Cōſequētia eſt euidēs, et antecedēs probatur. quia illa humanitas præcisè sūpta diſtinguitur realiter ab alia humanitate præcisè sūpta, & nō ſpecie vel genere: ergo numero, qa nō eſt alius quo differāt modus. Præterea: illæ duę humanitates ꝑcisè sūptæ ſunt ſimiles realiter: ſed oīs ſimilitudo realis ꝑſupponit diſtinctionē extremorū: quia ſicut ꝑſupponiť conueniētia in aliquo, ita differētia in alio, nā aliàs eſsēt idē: ſed hæc differētia non poteſt eē generica, nec ſpecifica: ergo numerica: nō ergo ſunt vniuerſales, cū ſint numero diſtinctæ. Sextò: ſignata illa humanitate hæc ꝑdicatio eſt vera, Hæc humanitas eſt humanitas; ſicut hæc eſt vera, Albedo eſt albedo: ſed illa prędicatio eſt ſuperioris de inferiori, nō generis de ſpecie: ergo ſpeciei de indiuido ſaltē reductiuè: ergo illa humanitas ſignata eſt vna numero: non ergo eſt vniuerſalis. Si autē dicas, ꝙ illa ꝑdicatio eſt idētica, falſa eſt, quia humanitas prędicabilis eſt de humanitatibus exiſtētibus, & nō exiſtentibus

Contradictio in dictis Scotiſtarum.

Digitized by Google

tibus omnibus: ſed illa ſignata humanitas non item: ergo non eſt identica prædicatio, quia in idẽtica prędicatione prędicatum & ſubiectum adæquantur. Secũdò, illa humanitas pręciſè ſumpta ſeu ſolitariè ſumpta, vel determinatur aliquibus conditionibus indiuiduantibus, vel non: quodcunque cõceſſeris eſt vna natura numero: ergo non eſt vniuerſalis. Antecedens ſatis patet: quia vniuerſale, aut eſt vnũ actu in multis, aut dicit ordinem ad multa: ſed indiuiduũ non poteſt eſſe huiuſmodi: ergo &c. Sed probatũ minor: illa natura ſi determinatur cõditionibus indiuiduantibus numero, vna eſt; ſi non, etiã eſt vna numero; nã natura per hoc, quod non eſt determinata per tales cõditiones, & in rebus exiſtens, differt numero ab aliis humanitatibus ad modũ, quo hæc materia prima ſine forma eſt particularis, & vna numero negatiuè: nã humanitas Petri & Pauli ſunt duæ numero humanitates: ergo faciunt numerũ ſaltẽ tranſcendentalẽ: ergo differunt ſaltẽ numero tranſcendentali; non ergo ſunt vniuerſales illę humanitates; ergo humanitas Petri eſt ſingularizata; ergo habet formã ſingularis conſtitutiuã; ergo non poteſt habere formã conſtitutiuã vniuerſalis. Probatur cõſequentia, quia iſtę duę formæ ſunt oppoſitæ, quia ſingulare eſt diuiſũ à quolibet alio; vniuerſale eſt in multis, nec ab illis diuiſũ; Quinimo diſtinctio Scotica formalis naturæ à ſingularitate, in qua totã ſuã fundabat doctrinã, falſa eſt, nec ab ipſo probatur, natura enim à ſua ſingularitate ſola ratione differt. Nec valet dicere ad has rationes, vt quidã Scotiſtæ dicunt, eandẽ entitatẽ naturæ ſecundum ſuam entitatem formalẽ eſſe in pluribus indiuiduis ſimul, ita vt eadẽ entitas ſit illa natura, quæ eſt in Petro, & ea quę eſt in Paulo, & hanc naturã ſolitariè ſumptã eſſe vniuerſalẽ, & ſignificare conceptũ hominis; cõtra ſequitur, Deum nõ poſſe annihilare aliquã humanitatem, niſi annihilet omnes humanitates, quod eſt abſurdũ, nã ſicut Deus conſeruat hanc humanitatẽ, poterit illã annihilare ſolã: Et probatur ſequela, quia eadẽ entitas, quæ eſt in hac humanitate Petri, eſt in humanitate Pauli; ergo deſtructa hac humanitate manet aliquid illius,

Fuga Scotiſtarum.

Impugnatio.

ſcilicet entitas, quæ eſt in humanitate Pauli. Quinimò ſequitur, eandẽ entitatẽ animalis formaliter oppoſitas recipere differentias in homine, & in leone. Imo ſequitur, quòd Petrus non generetur, quia non producitur eius humanitas, ſed illa quæ præfuerat in alio indiuiduo ei applicatur, quia eadem entitas eſt in omnibus indiuiduis; ſed illa non generatur, quę eſt in alio indiuiduo, cũ producitur Petrus, quia eſt eadẽ entitas formalis Petri, & alterius indiuidui; ergo nõ producitur cùm Petrus generatur; & ita non generabitur Petrus, quæ omnia abſurda ſunt, opinio igitur Scoti falſiſſima eſt.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Res non ſunt dicendę ſpecies, nec genera, ante abſtractionẽ intellectus ad minus, nec verò ſunt talia. Itaque licet in rerum natura ſint pro ſubſtrato genera, & ſpecies, formaliter tamẽ non ſunt niſi in intellectu operante. Probatur prima cõcluſionis pars, quòd non ſint dicenda genera, & ſpecies ante intellectus conſiderationem: Nam vt ſecunda intẽtio denominet ſubiectũ, eſt neceſſe quòd ſit proximum fundamentum intentionis; ſed ſecluſo opere intellectus abſtrahentis ad minus, nõ eſt proximũ fundamẽtum genereitatis, & ſpecieitatis; ergo nec ſunt dicendæ res abſolutè genera & ſpecies. Minor cũ cõſequentia eſt nota, ſed probatur maior: Nã nulla forma, nec realis, nec rationis denominat, niſi ſit fundamentũ illius proximũ, nõ enim dicit Petrus viſus niſi actio mea videndi ſit, quæ eſt proximũ illius entis rationis fundamentũ; nec Deus dicitur Dominus, niſi poſito proximo fundamẽto huius relationis, ſcilicet creatione; nã ab æterno Deus non dicebatur Dominus, ſed ex tẽpore; ergo nec relatio generis, vel ſpeciei denominabit, niſi ponatur eius proximũ fundamẽtũ, ſcilicet, vel eſſe abſtractũ, vel cognitũ, vel cõparatum: Nã cùm ſecundæ intentiones ſint puriſſima rationis entia, nõ denominabunt, niſi aliis entibus rationis exiſtentibus pro fundamẽto, vt ſupra viſum fuit. Quinimo nec in formis realibus aliquis dicitur pater per hoc, quòd poſſit generare præcisè, quod eſt remotum relationis paternitatis fundamentum. Præterea: Si ſecluſa intellectus operatione, aliquid denominat ge-

nus,

Digitized by Google

nus, & ſpecies, vel eſt aliquod ſingulare exiſtens in rebus & hoc nõ poteſt denominari genus, neque ſpecies; vel eſt aliquid commune: ſed nullum commune datur in rebus ſine opere intellectus: ergo nihil cõmune ante operationem intellectus dicitur genus, vel ſpecies. Et profecto hæc ratio etiam probat ſecundã partẽ concluſionis apertè, ſcilicet, quod nõ ſint genera & ſpecies ſine operatione intellectus. Nã illud quod eſt genus, vel eſt ſingulare: & hoc nequit eſſe, quia ſingulare non poteſt eſſe in pluribus ſpeciebus, quod requirebatur ad hoc, vt eſſet genus: vel eſt aliquid cõmune: ſed, vt probatũ fuit contra Platonem, & Scotũ, nullũ cõmune datur ſecluſo intellectus opere: ergo non datur genus, nec ſpecies ſine intellectus opere. Præterea b itiri nõ dicitur terminus, quia non habet proximum fundamentũ ſecundæ intentionis termini, ſcilicet impoſitionem, etiamſi poſſit imponi ad ſignificandũ: ergo nec res dicentur, nec erũt genera & ſpecies, etiãſi poſſint abſtrahi ab indiuiduis, vel ſpeciebus.

Implicatio in dictis Magiſtri Soto. Præterea: in ipſa ſententia doctiſſimi Magiſtri noſtri Soto eſt maxima implicatio: non ergo eſt vera. Nam dicit ſapiẽtiſſimus Magiſter, quòd res non ſunt vniuerſales ſine operatione intellectus, ſunt tamen ſpecies, vel genera. Hæc ſunt implicantia, quia genus, & ſpecies eſſentialiter ſunt vniuerſalia, ſiquidem prædicãtur de multis; ſi ergo ſunt ante operationẽ intellectus res, genera, & ſpecies: ergo etiã ſunt vniuerſalia, & ſi debent res denominari genera & ſpecies, etiã ſunt denominanda vniuerſalia, ſicut ſi eſt homo in rerum natura, animal eſt; & ſi aliquid dicitur homo, animal dicitur, quia animal eſſentialiter includitur in homine. Vnde ſatis non poſsũ mirari Logicã hanc doctiſſimi Magiſtri, niſi voluerit dicere, quòd sũt genera & ſpecies pro fundamento remoto, quòd nos concedimus libenter. Hæc enim propoſitio, vt iãiam videbimus, vera eſt, Genera, & ſpecies pro fundamento remoto ſunt in rebus, quia nihil eſt aliud dicere, niſi quòd fundamentũ illorum remotum eſt in rebus: ſed remotũ fundamentum nõ eſt genus, nec ſpecies. Et iſtæ rationes contra Sotũ adductæ maximè ſunt adnotandæ, quas ſapientiſſimus Magiſter cõcedit vniuerſalia nõ eſſe in rebus, & omne quod eſt in mundo eſſe ſingulare, ex quibus infertur, quod in hac docemus concluſione.

5. Concluſ. Cõtra Paulũ Venetũ. Quinta concluſio contra Paulum Venetũ, Vniuerſalia ſimpliciter, & abſolutè ſunt in intellectu, in rerũ verò natura non ſunt niſi pro fundamento: hoc tamẽ eſſe fundamentale in vniuerſalibus realibus eſt eſſe verum; eſſe verò, quod habẽt in intellectu, eſt eſſe rationis, & ſecundũ quid. Probatur iſta cõcluſio; Nam ibi res dicitur eſſe ſimpliciter, vbi eſt forma cõſtituens rem in eſſe talis rei; ſed hæc forma ſolũ eſt formaliter & ſimpliciter in intellectu; ergo vniuerſale formaliter ſimpliciter & abſolutè eſt in intellectu. Maior patet, & probat̃ minor: Quia forma vniuerſalis eſt vniuerſalitas, quæ eſt ſecunda intentio, quæ habet eſſe formaliter in intellectu. Bene verum eſt, quod natura, quæ cognoſcit̃ ab intellectu, vt verbi gratia, Homo, habet eſſe reale & ſimpliciter in rebus, eſſe verò, qđ habet in intellectu dũ cognoſcitur, eſt eſſe itẽtionale, & ſpirituale. Verùm enimuero non propter hoc eſt dicendũ, vniuerſalia realia ſimpliciter & abſolutè eſſe in rebus, in intellectu verò ſecũdum quid. Et hæc concluſio etiam eiſdẽ rationibus, quibus præcedẽtes, probatur, & magis ex infrà dicẽdis patebit. Hæc tamẽ concluſio eſt D. Th. opuſc. 55. vbi dicit, quòd vniuerſalia vt ſic non habent per ſe eſſe in ſenſibilibus, quia vniuerſalitas eſt in anima.

6. Concluſ. Sexta cõcluſio: Etiamſi vniuerſalia nõ ſint in rebus, nec formaliter, nec in eſſe obiectiuo communi ad multa & indifferenti, quia etiam hoc eſſe cõſequitur ad cognitionem in communi naturæ; ſunt tamen vniuerſalia; de quibus tractant ſcientiæ reales aliquid reale pro ſubſtrato. Hæc vltima pars probatur: nam iſta vniuerſalia pro ſubſtrato ſunt ſubſtantiæ, vel accidentia: ſed ſubſtantia & accidens ſunt aliquid reale: ergo &c. Secundò, obiectum intellectus eſt aliquid reale, cùm ſit nobiliſſima potentia, & eſt aliquid, quod habet rationem vniuerſalis, vt diſtinguitur à particulari: ergo vniuerſale pro ſubſtrato eſt aliquid reale. Præterea ſubiectum Phyſicæ eſt aliquid reale, & idem de aliis ſcientiis: at iſta ſunt

ſunt vniuerſalia, quia ſcientię tractãt de vniuerſalibus: ergo vniuerſalia pro ſubſtrato ſunt quid reale. Præterea, illud, cuius cõſeruatio per ſe intẽditur à natura, eſt ens reale: ſed conſeruatio ſpecierũ, & non indiuiduorum, per ſe intenditur à natura: ergo ſpecies eſt aliquid reale: ſed ſpecies eſt vniuerſalis: ergo ſpecies eſt aliquid reale: ergo & vniuerſale pro ſubſtrato. Maior patet: quia quod intenditur à natura, acquiritur per operationem naturæ, aliàs fruſtraretur ſuo fine; ſed per operationem naturæ non acquiritur ens rationis, ſed ens reale. Maior patet: quia natura intendit cõſeruare, quod de facto conſeruat; ſed non conſeruat de facto indiuidua, ſed ſpecies: has ergo intendit conſeruare. Præterea, illud, quod per ſe ponitur in prædicamento reali, eſt ens reale: ſed vniuerſalia ponuntur in prædicamentis realibus pro ſubſtrato: ergo vt ſic ſunt aliquid reale. Maior patet: nam prædicamenta diuidunt ens reale: ergo diuidentia participant naturam diuiſi: ſunt ergo aliquid reale.

Inſtantia. Sed eſt contrà argumentum; Quando aliquid prædicatur de altero, quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur de ſubiecto; ſed genus prædicatur de animali, dicendo, Animal eſt genus; ergo quod prædicatur eſſentialiter de genere, prædicatur etiam de animali; ſed de genere prædicatur eſſentialirer ens rationis; ergo de animali prædicatur eſſentialiter ens rationis; ergo vniuerſalia ꝓ ſubſtrato ſũt aliquid rationis.

1. Solutio. Reſpondetur, ꝙ illa regula intelligitur de prædicatione per ſe, non verò de prædicatione per accidẽs; animal verò accidentaliter eſt genus.

2. Solutio. Reſpondetur ſecũdò, quòd hæc prædicatio eſt falſa, Genus eſt ens rationis; nã illud prędicatum debet verificari ſic, Hoc eſt genus, demõſtrãdo vniuerſale, & Hoc eſt ens rationis, & Hæc ſecũda categorica copulatiuè eſt falſa, & ita tota eſt falſa. Similiter hæc eſt falſa, Terminus eſt ens rationis; ſed debet additũ adiungi, vt verificetur, Terminus formaliter eſt ens rationis, Genus formaliter eſt ens rationis; hæc vero prædicatio eſt falſa, Animal eſt genus ꝓ formali; & ita eſt falſũ dicere, quòd genus ſit ens rationis.

Vltima concluſio. Vltima concluſio; Vnitas vniuerſalis eſt aliquid rationis, & proueniens illi ab intellectu. Hęc cõcluſio eſt D. Th. opuſc. 55. & 56. & probatur; nam quod homo, verbi gratia, ſit ſine cõditionibus indiuiduantibus; & ſine diuerſitate, quam in rebus habet, & maneat indiuiſum in ſe, ſolùm habet ab intellectu tollente illas cõditiones indiuiduantes per ſuum actum, & tollente omne, quod naturam plurificabat, ex qua ablatione natura manet vna, & indiuiſa: Hęc tamen vnitas ſolùm eſt proueniẽs ab intellectu, & eſt aliquid rationis ex cõſequenti. Ex quo infertur, quod nõ poteſt vniuerſale eſſe in rebus, cùm ſit aliquid rationis formaliter, & cũ eius vnitas proueniat ab intellectu.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1.C... AD primum argumentum pro ſententia Platonis reſpondetur; Sciẽtiarũ obiecta aliquid reale ſunt, vt viſũ eſt in ſexta concluſione, & vniuerſalia per ſe ſunt incorruptibilia & immutabilia, vt dictum eſt quæſtione trigeſima; & ita eſt ſcientia de obiecto reali immutabili, licèt conditio, vt ſciatur, ſit vniuerſalitas proueniens à ratione.

Ad du... Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quòd primum indiuiduum rerum generabilium ſemper ſit à cauſa æquiuoca, quia vel eſt Deus, vel cælum cum intelligentia; nec enim agens eſt vniuocum, quod poteſt cauſalitatem exercere ſupra totam ſpeciem, aliàs cauſarer ſe ipſum. Vide Soncin. 7. Metaphyſicæ, q. 25.

Ad... de... 1. qu... def... nes... gul... Ad argumentum primum pro opinione Nominalium, ad authoritatẽ Ariſt. reſpondetur primò, quòd, vt conſtat ex ipſo Ariſtotele 1. Poſteriorum, cap. 2. & 2. Poſt cap. 15. & alibi, ſæpè ſingulare accipit pro ſpecie atoma, quia ideò ſingularis dicitur, quia indiuiſibilis eſt formaliter, & ſpecies ſũt, quæ principaliter definiũtur. Vnde dicere, ꝙ definitiones ſunt ſingulariũ, eſt dicere, ꝙ ſunt ſpecierũ.

2. S... Secundò reſpõdetur, quòd definitiones ſũt ſingularium, prout habẽt naturam ſpecificam, nõ verò vt ſunt inter ſe diſtincta; quia Plato, & omnes Philoſophi iubebant non deſcendere ad ſingularia; quia erãt infinita, & immutabilia per ſe; vnde de iſtis non loquebatur Ariſt.

3. Tertiò reſpon

ſpondetur, quod volebat doctrinam tradere contra Platonē, & dicebat, ſpecies, & genera non ſeparata eſſe à ſingularib. ſed eſſe in ipſis. Vnde generum & ſpecierum definitiones non ſunt alterius cuiuſdā, ſed naturæ genericæ, & ſpecificæ, quę idem eſt cū ipſis ſingularibus: & ita non eſt alterius entitatis definitio, ſed eſt definitio entitatis ſingulariū, quia eadem eſt entitas ſingulariū, & vniuerſaliū. Cæterū non eſt ſingularium, vt ſic, ſed vt cōcipitur eorum natura conceptu cōmuni: quia conceptus obiectiuus differt ratione à ſingularibus, & eſt idem realiter, & formaliter cum illis. De hoc vide Diuū Thomam c. 4. de ente & eſſentia, & Flandriam 3 Metaphyſicæ, quæſtione 8. Ad ſecundum locum Ariſt. reſpondetur, ibi diſputationem inſtituere cōtra Platonē, qui ponebat vniuerſalia ſeparata à ſingularibus: vnde dicit, vniuerſale nihil eſſe ſeparatum à ſingularibus in rebus ipſis. Aut ſi aliquid eſt, poſterius eſt, ſcilicet ipſis ſingularibus, id eſt, collectū per intellectū, & abſtractum à rebus ipſis ſingularibus, & factū vnū in intellectu, vbi ſolùm eſt formaliter vniuerſale. Non licet ergo colligere Ariſt. velle vniuerſale ſolùm reperiri in ſignificando, cùm non ſolùm voces ſint poſteriores rebus ipſis, quas ſignificant, ſed etiam ipſæ res, vt externa denominatione dicuntur vniuerſales ab intētione vniuerſalitatis, sūt poſteriores ſeipſis in ſingularibus ſumptis, & ſine tali intentione cōſideratis: prius eſt enim eſſe eorum reale, quàm eſſe rationis fundatum ſuper illud eſſe, quod eſt fundamentum vniuerſalitatis.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumentum ſumptum à ratione reſpondetur, quòd ſignificatū huius vocis, Homo, eſt in re, ſignificat n. hominis eſſentiam; eſſentia autem hominis in re eſt, primùm autē & per ſe ſignificatū termini Homo, eſt eſſentia hominis, vt ſic. Modus autē, qui accidit homini, vt concipitur conceptu communi, eſt in intellectu, & homo cōceptus communi conceptu, ſecundū quod importat rationē hominis, in re eſt: Secundum verò quòd dicit communitatem in intellectu, quinimo ſpecies etiā cùm verificatur de homine, ſignificat pro materiali aliquid reale, ſcilicet id, quod eſt homo, formaliter verò dicit ſecundam intentionem.

Ad tertiū. Ad tertium reſpōdetur, quod Petrus, & Paulus, ſunt idem cum homine conceptu communi concepto, nō quatenus dicit communitatem, ſeu intentionalitatē, vt ita dicā, ſed quatenus dicit naturam vniuerſalē, ille autē homo, licèt exiſtat, vt homo, in rebus, nō exiſtit vt cōmunis: Vt autē ſaluaretur id, quod in Trinitatis myſterio fatemur, neceſſariū erat, vt idē eſſent cum aliquo exiſtenti in natura rerum, & inter ſe eſſent diſtincti. Porphyrius verò ait, quòd multi homines participatione ſpeciei ſunt vnus homo. Et notandum, quod id, quod concipio cōmune per intellectū, non eſt quidē in re vnū vna realitate, ſed multiplex eſt in re, & fit vnū ab intellectu; & illud vnum concipitur ab intellectu, quod quidem reale in ſe eſt, vnū verò commune eſt ab intellectu. Itaque Petrus ſua humanitate eſt homo, & Paulus ſimiliter. Hæc enim natura humana, quia vna non eſt in re, ſed multiplex, ablatis, ſeu nō cōſideratis cōditionibus indiuiduantibus, manet vna vnitate communi. Quod ergo in illa eſt reale, eſt hominis natura: quòd ſit verò cōmunis, & vna vniuerſalis vnitate, hoc habet ab intellectu, & ſecundum illā vnitatē non cōcipitur per iſtum conceptū, Homo, ſed illa cōſequitur ad conceptū, nec illa de inferioribus prædicatur, ſed ſolùm natura ſecūdū ſe, licèt illa vniuerſalitas ſit conditio prædicandi. *Nominaliū error.* Quamobrem falluntur Nominales: Nā nos non dicimus concipere aliquid per iſtū terminum, ſeu cōceptum Homo, præter ſingularia, & ab illis diſtinctum realiter, ſed illammet naturā, quę eſt in pluribus, non tamen cum ſuā multiplicitate, ſed ſine illa; & ita concipimus id, quod eſt vniuerſale in ſingularibus exiſtens, & vnum, & ſuperius per intellectum. *Ad confir.* *1. Solutio.* Ad confirmationem argumenti aliqui reſpondent, quòd ad hoc, vt aliquid ſit reale ſecūdum eſſentiam, non neceſſarium eſſe quòd actu ſit ſingulare, ſed quòd aptū ſit fieri ſingulare, ſeu produci, ſeu cōproduci ab aliquo media actione aliqua, quod totum habet ratio hominis in communi, & quæcumque alia. *2. Solutio melior.* Sed hæc ſolutio videtur conſtituere exiſtentiam actualē, vel potentialem præter ſingularia:

ria:

Digitized by Google

ria: & ideò reſpondetur, quod apprehendit aliquid exiſtens, vel potens exiſtere in ſingularibus, ſecundum quod dicit naturam, non tamē ſecundum rationem communitatis. Itaque naturam realem cognoſco, cùm hominem in communi cognoſco. Et vt hæc natura ſit realis, nō eſt neceſſe, quòd ipſa per ſe exiſtat in ſua communitate, ſed ſat fuerit, quod exiſtat prout ſingularizata, quia illa in rebus eſt multiplex, & exiſtens & in intellectu vna, vbi non habet propriam, & communem exiſtentiam, ſed cum ſingularium exiſtentia denudatis indiuiduantibus conditionibus, cognoſci poteſt. Et certè ſunt Nominalium optima argumenta.

Ad quartum. Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd inter hanc vocem, & conceptum Homo, & ſingularia mediat non aliquid realiter diſtinctum à ſingularibus, ſed aliquid diſtinctum per ipſam cognitionem, quæ eſt natura communis, & denudata à conditionibus indiuiduantibus, & mediat aliquid ſuperius, & ſic hoc, quod mediat, ex eo quòd intellectus illud ſine conditionibus indiuiduātibus cognoſcit, ex quo habet quòd ſit vniuerſale in eſſe obiectiuo; & ita eſt medium, quia poteſt terminare cognitionem, quam non immediatè terminant ſingularia. Et hoc, quod mediat aliquid reale, eſt exiſtens in ſingularibus, ſecundum quod eſt reale: licèt ſecundum quod eſt medium & ſuperius, formaliter eſt aliquid rationis.

Ad vlt. Ad vltimum argumentum reſpondetur, quod hæc prædicatio eſt falſa, Vniuerſale eſt ſingulare, vel è cōtra; quia dicunt intentiones, quæ eidem conceptui obiectiuè conuenire nequeunt, hæc tamen vera eſt, Petrus eſt homo, vbi id, quod eſt vniuerſale, affirmatur de illo, quod eſt particulare; & quia homo eſt in Petro, Petrus dicitur homo.

Ad argumenta pro opinione Scoti.

AD argumenta facta pro opinione Scoti ad authoritates D. Thomæ, & Ariſt. reſpondetur. *1. Solutio.* Ad primam authoritatem D. Thomæ, qui dicit vniuerſale, & *Quomodo* particulare eſſe paſſiones entis, ex quo ſequebatur eſſe debere in rebus ipſis. Nam rerum & entium paſſiones in rebus ſunt, quod loquitur de paſſionibus largo modo pro affectionibus & accidentibus, quomodocunque. Ita nihil aliud vult dicere Diuus Thomas, niſi quòd vniuerſalitas & particularitas rebus realibus conuenirent: nam homo eſt vniuerſalis, & Petrus eſt particularis, & ideo vocantur accidentia, ſeu affectiones, ſeu paſſiones. Secundò reſpondetur, quid dicuntur rerum paſſiones, quia ex ipſis rerum naturis oritur fundamentum remotum, vt poſſimus illis tribuere rationem vniuerſalis & particularis: Petro enim ex contractione naturæ conuenit, vt ſit ita particulare, vt de alio affirmari non poſſit: & ita tribuimus illi particularis intentionem. Quia verò in rebus eſt formalis vnitas quoad negationem ſeu priuationem, abſtrahimus conceptum communem, & ille obiectiuè ſumptus dicitur vniuerſalis: Nam ex eo, quod Petrus & Paulus habent naturam; quæ non poteſt formaliter diuidi, abſtrahitur ab illis conceptus homo, qui eſt ſpecies. Tertiò reſpondetur, quod dicuntur vniuerſalitas, & particularitas entis paſſiones, non quòd ſint aliquid reale conueniens omni, & ſoli, & ſemper: Nam certum eſt, quòd vniuerſale non conuenit omni enti, & ſimiliter particulare; Sed ideo dicuntur paſſiones entis, quia res ipſæ ſecundum quod ab intellectu conceptæ ſunt, exercent vniuerſalitatem, vel particularitatem. Nec potuit velle Diuus Thomas, vniuerſalia in rebus eſſe, cùm conſtat ex perpetua eius doctrina in precedentibus adducta, & inferius adducenda, maximè cap. 4. de Ente, vniuerſalitatem per operationem intellectus conuenire rebus. Ad Ariſtotelis loca reſpondetur primò, quòd loquitur de vniuerſalibus pro fundamento. Secundò reſpondetur, quòd loquitur contra Platonem, & vult dicere, vniuerſalia non eſſe extra ſingularia ſeparata, ſed in rebus ipſis & in ſingularibus, licèt vniuerſalitas ſit in intellectu. Ad locū ergo Peri herm. reſpondetur, Ariſtotelē ibi non inſtituere ſermonem de rebus abſolutè, & ſecundū ſe, ſed diuidere res vt ſubſūt cōceptibus, res vero vt ſubſunt conceptibus, vel con-

Digitized by Google

concipiuntur ſine conditionibus indiuiduantibus, & ſunt vniuerſales; vel cum illis, & ſunt particulares. Inſtituebat Ariſtoteles ſermonem de rebus, vt veniunt in propoſitione, & ita vt ſubſtant conceptibus. Et hac ratione etiam dicuntur vniuerſalitas & particularitas entis paſſiones, quia non poſſunt aliter concipi, niſi conceptu vniuerſali, vel particulari. Et ita vniuerſalitas, vel particularitas entis appellatur paſſio. Et cū dicit Ariſtoteles in Poſterioribus, ſcientia eſt rerum vniuerſaliū, non eſt ſenſus, quòd ſit rerū, quæ à parte rei ſunt vniuerſales, ſed eſt rerum, quæ per intellectū ſunt vniuerſales.

Ad 1. rationē, quid requiratur vt aliquid dicatur vniuerſale. Ad primā rationē reſpondetur, quòd vt aliquid ſit vniuerſale, eſt neceſſe quòd ſit in pluribus ſimul, tamquam aliquid vnum, & ſuperius; vel ex modo eſſendi, quē habet, hoc illi non repugnet. Cęterū natura ſecundū ſe etiamſi nō dicat ſingularitatem in ſua ratione, ſed hoc illi accidat, nō tamē eſt in multis realiter, nec ex parte modi eſſendi ſecundū ſe. Vnde non eſt vniuerſalis; verum eſt, quòd ſecundū ſe habet potentiam remotè vt cōueniat multis ſimul, & hoc eſt eſſe remotè & radicaliter vniuerſalem.

2. Solutio. Secundò reſpōdetur, quòd etiamſi natura de ſe ſit communicabilis multis indiuiduis, non eſt vniuerſalis: vnum vt dicitur in præcedenti ſolutione erat neceſſe, quod actu eſſet in multis indiuiduis, & ita vt actu cōmunicetur pluribus indiuiduis, vt quid ſuperius, ſaltē ex modo eſſendi, quē haberet. Nam materia prima habet aptitudinē vt communicetur pluribus ſuppoſitis: quia tamen hoc eſt ſucceſſiuè, & non eſt quid ſuperius ad illa, non eſt vniuerſalis, eodē modo in præſentia.

3. Solutio. Tertiò reſpondetur, quòd natura ſecundum ſe, vt natura eſt, nec eſt vniuerſalis, neque particularis, ſed ſolū habet ſua prædicata quidditatiua, & proprias paſſiones, de quo dicemus ſtatim. Ego quidē fateor, quòd eſt propria paſſio naturæ corruptibilis, pluribus indiuiduis cōmunicari.

Error cauēdus. Cæterùm non eſt imaginandū, quòd aliqua vna natura exiſtens in rebus, cōmunis eſt pluribus, & quòd cōmunicetur illis: Nā quod primò in rebus producitur, ſunt indiuidua illius naturæ, a quibus poſtea nos abſtrahimus naturā illam, quā intelligimus eſſe in multis, verùm per operationē intellectus. Vnde vt vniuerſalis eſſet illa natura, ita deberet in rebus manere vna communicata pluribus, ſicut eſt intellectus; quod cū non habeat, nequaquā eſt in rebus vniuerſalis, ſed ſingulariſſima, cùm ſua tamē eſſentia & proprietatibus omnibus.

Ad 1. conf. Ad confirmationem reſpondetur, quòd nō datur aliqua vna natura cōtrahibilis ad multa indiuidua, & illis ſuperior, niſi per intellectū: & ita non datur vniuerſale niſi per intellectū. Vtrùm autem iſta determinatio & compoſitio naturæ cum conditionibus indiuiduantibus ſit realis vel rationis, dicemus in materia de genere.

Ad 2. conf. Et idem etiam dicendū eſt ad aliā confirmationē: Non enim datur aliquod animal vnum in rebus, quod poſſit per differentias cōtrahi varias, ſed ſolùm reperitur in intellectu: & ita ſolùm genus in intellectu reperitur, ſemper enim quod primò producitur ſūt ſingularia. Quamobrē & natura ſpecifica, & generica, & omnis earum eſſentia, in rebus ſingularis eſt, & incōmunicabilis. Quod ſi nos intelligimus vnam aliquam naturam communicatam, vel communicabilem multis, vt ſuperius, eſt quidem per intellectus operationem.

Ad 3. conf. Et per hoc etiam patet ad vltimam confirmationē: non enim eſt imaginandum, naturam dici communicabilem indiuiduis, quia ſit ſuperior illis in rebus ad illa determinata; ſed quia de facto reperiuntur multa indiuidua alicuius naturæ in rebus, illud verò commune, quod nos reperimus, per intellectum eſt commune.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumētum pro Scoto reſpondetur, quòd ſolutio ibi aſſignata optima eſt, Petrus enim eſt homo ſua humanitate, & Paulus ſua, & nō ſunt homines, vna & eadē humanitate à parte rei exiſtente, & dicuntur quidem vnum formaliter, non quia habeant vnam naturā realiter exiſtentem à parte rei, nam duæ naturæ ſunt in illis, vnde non ſunt vnum formaliter, id eſt, vnum ens indiuiſū per principia formalia à parte rei: ſed ſunt duo formaliter numero diſtincti, id eſt, habentes duas naturas, quæ non poſſunt diuidi formalibus principiis. *Doctrina exquiſita cōtra Scot.* Et ſi concedatur, vnū formaliter eſſe cū addito, eſt concedendum ratione indiuiſionis: quia

ſimili

ſimili gaudent indiuiſione per principia formalia. Et illa principia formalia, per quæ ſunt indiuiſi, non ſunt cõmunia illis à parte rei, ſicut nec natura eſt cõmunis. Sed eſt ſenſus, quod ſicut Petrus habet naturam humanã hanc, quæ non poteſt diuidi per rationale & irrationale: ita & Paulus habet hanc naturam indiuiſã formaliter: & propterea à parte rei dici poſſunt vnum formaliter ſecũdum quid.

Ad replicã Reſponſio. Ad replicam, illa indiuiſio per principia formalia eſt paſſio, vel formale conſtituentium vnitatis formalis: ergo ſi ſunt vnũ formaliter ratione eiuſdẽ indiuiſionis: ergo habẽt eandem entitatẽ formalem, quam conſtituit illa indiuiſio, vel quam conſequitur. Reſpondetur, quod non eſt à parte rei eadem indiuiſio, ſed ſunt duæ indiuiſiones numero diſtinctæ: ſicut ſunt duæ entitates formales numero diſtinctæ, & propter hanc ſimilitudinem vnũ dicuntur. Et hæc ſimilitudo fundatur in vnitate ſpecifica fundamẽtaliter, hoc eſt, in duabus entitatibus formalibus numero diſtinctis. Sicut Petrus & Paulus dicũtur vnum in albedine, non quia à parte rei ſit illis aliqua albedo communis, ſed quia habẽt duas albedines ſimiles in natura: ita in propoſito dicendum eſt.

Ad tertiũ. Ad tertium reſpondetur, concedendo maiorem de vniuerſali in eſſe obiectiuo. Ad minorem dicimus, quod illud eſſe eſt in re ſingulari, non tamen vniuerſali. Ad probationem reſpondetur, quod intellectus verus eſt, ſed nõ concipit ꝙ illa natura ſit vniuerſalis à parte rei, ſed cõcipit naturã, quæ eſt à parte rei, & eius formalitatem, & concipit naturã, quæ prout eſt in intellectu, eſt cõmunicabilis & vniuerſalis, & eius veritas cõſiſtit in cognoſcẽdo eſſentiã naturæ, quæ eſt à parte rei, vel poteſt eſſe.

Ad 1. replicam. Et ad replicam dicitur, quod antequam intellectus conſideret modum illum, quem habet natura in intellectu, ipſa natura per intellectũ cognita eſt vniuerſalis obiectiuè, nam hoc habet ex cognitione, & non ex cõſideratione ipſius cognitionis: ſed illa cõmunitas rationis eſt, & non realis, licèt ſit cõmunitas naturæ realis, & vnitas formalis, ſeu res, quæ habet vnitatẽ formalem, cognoſcitur per verbũ mentale. Verùm licèt verbum non det vnitatẽ formalẽ, nec entitatem, dat tamen communitatẽ entitati formali, & naturæ tali. Et cùm dicitur in replica, quòd illa entitas cognita & realitas non includit realitatem ſingularium vt ſic: ergo habet ſuam entitatem intrinſecam, & non numericam: ergo ſpecificam: ergo in rebus eſt talis vnitas, quia illud eſt in re, quod cognoſcitur. Reſpondetur, quod à parte rei ea entitas eſt indiuiduorum, & illius naturæ, & habet à parte rei eandem vnitatẽ numericam. Cæterùm prout eſt in intellectu ſine illis conditionibus cognita, habet aliam vnitatem illa entitas, quæ vnitas quid rationis eſt: & ita eſt vniuerſalis in intellectu, & non in re: & illa entitas cognita includit realitatem ſingularium in potentia: & ita illa natura prædicatur de ſingularibus, & non habet aliam vnitatem diſtinctam ab vnitate ſingularium in re, ſed omnia in re ſunt ſingularia. Ad confirm. reſpondetur, bene ibidem reſponderi. *Ad v. repli...* Ad vltimam replicã de ſpecie reſpondetur, quòd ſpecies ſpecificatur ab eſſentia rei repræſentatæ, ſcilicet, ab homine: modus autẽ vniuerſalitatis conſequitur ad ſpecificationem: & idem de verbo dicendum eſt, non enim hominis verbum ſpecificatur ab homine vniuerſali, vt ſic, ſed ab homine: & illud in re eſt. Vniuerſalitas verò conſequitur ex hoc, quòd verbum terminatur ad hominem ſic: Nam ex hoc, quòd terminatur ad hominem ſine conditionibus indiuiduantibus, homo ipſe manet vniuerſalis, & conceptus ſimiliter ſignificando: homo verò in eſſe obiectiuo.

Ad ...tum 1. Re... Ad quartũ argumentum aliqui reſpondent, id, quod eſt vniuerſale, eſſe obiectũ ſcientiæ, ſeu vniuerſale pro materiali: & hoc quidẽ licèt præcedat ſcientiã ipſã, quantũ ad ſpecificationem, etiã noſtro intellectu non conſiderante, eſt illud vniuerſale ſpecificans ſcientiam noſtrã, eſt, inquã, in intellectu diuino, qui ab æterno cognoſcit vniuerſale, ſeu obiecta ſpecificatiua noſtrarũ ſcientiarũ, & ita eſt obiectum cum ſua conditione, licèt non in intellectu noſtro: Nam ens ſecundum ſuas proprietates in communi conſideratũ à Deo eſt Metaphyſicę obiectum. Idque videtur colligi ex D. Th. de potentia, quęſtione 5. artic. 5. Sed ego reſpondeo, id, *a. Re... Auct...*

R 2 quod

quod ſpecificat, verbi gratia, Metaphyſicam eſſe ens in communi conſideratũ, & cùm primũ ſpecies fuit tributa metaphyſicæ à ſuo obiecto fuit ens cũ ſua vniuerſalitate in eſſe obiectiuo, ipſum verò habitũ poſtquã accepit ſpecificationem ab obiecto, retinere illa in ordine ad obiectũ ſuum, quod modo eſt ſecundum ſua prædicata eſſentialia, & connexionẽ eſſentialẽ; & ſimiliter eſt in rebus quo ad exiſtentiã Conditio verò illa non eſt neceſſe, quòd ſit modò formaliter, ſed ſufficit quòd fuerit cùm accepit ſpeciem, & quòd ſit modò fundamẽtaliter, ſicut Logica, quæ accipit ſpecificationem ab ente rationis, & certum eſt, non eſſe quoad exiſtentiam niſi per intellectum, eſſe verò quoad connexionem eſſentialem prædicatorum per ſe etiam ſine noſtro intellectu, quoad exiſtentiam fundamentaliter remotè. Et quod dico de obiecto Metaphyſicæ, dico etiam de aliis ſcientiis: Nam cũ habitus ſcientiæ ſit ſcientia habitualis, ſufficit quòd ſit obiectum cùm ſua conditione habitualiter, ſeu remotè, & cum actu ſcientia prodeat in actum, quod ſit obiectum cum ſua cõditione in actu, & patet de noſtro intellectu, qui ſpecificatur ab ente in communi, & tamen ante opus intellectus nõ eſt cõditio vniuerſalitatis, licèt ſit id, quod ſpecifi-

3 Reſpõſio. cat Tertiò reſpondetur, quòd cùm habitus ſcientiæ ſit ſcientia habitualis, eius obiectum debet eſſe cũ conditione requiſita habitualiter: ita vt non ſit neceſſe, quod conditio illa obiecti, quæ eſt vniuerſalitas, ſit in rebus actualiter, ſed ſufficit, quod ſit habitualiter, & omnis ſcientia habeat obiectum cum vniuerſalitate habitualiter, quia ſpecies illæ intelligibiles, quæ ſeruantur poſt actum, repræſentãt vniuerſale habitualiter, quod vniuerſale ſpecificat ſcientia: Nam ad ſcientiam ſpecies neceſſariæ ſunt, etiamſi non ſunt ipſa ſcientia eſſentialiter, ſed cauſatiuè, & antecedenter; & per hoc patet ad omnes replicas huius argumenti;

Ad 5. arg. Ad quintum argumentũ reſpõdetur, quòd ens cũ ſua vniuerſalitate eſt obiectum intellectus, ſed vniuerſalitas eſt cõditio, vt intellectus cognoſcat directè ꝑ hoc ſtatu, vnde ens vniuerſale eſt quidẽ prius, in intellectu quantum ad conditionem in genere cauſæ finalis: Quoad exiſtentiam verò prius eſt intellectus cõditione ſui obiecti in genere, veluti cauſæ efficientis, quia conſequitur ens rationis ad actum intellectus: ſicut domus, quæ ſpecificat artem domificatoriã, in genere cauſæ finalis prior eſt arte, in genere cauſæ efficientis poſterior, quia ſit ab arte: Et hæc ſolutio poterit conducere ad ſuprà dicta argumenta. Ad primam confirmationem reſpõdetur, quòd color eſt obiectum viſus, particularitas conditio vt feratur in illũ. Nam ſicut vniuerſalitas eſt conditio obecti intellectus: ita particularitas eſt conditio obiecti ſenſus: Nã intellectus teſte Ariſtotele eſt vniuerſalium, ſenſus verò ſingularium. Vnde color particularis eſt obiectum: ſed particularitas eſt conditio, vnde nullus ſenſus fertur niſi in particularem colorem, id eſt, niſi in colorem, in quo exercet particularitas, non tamen ſpecificatur à particularitate coloris, ſed à colore. Ad ſecundam cõfirmationem reſpondetur, quòd color vt ſic eſt à parte rei, id eſt, eſſentia coloris eſt à parte rei, & illud vt ſic reduplicat coloris eſſentiam, quæ non eſt eſſe particularem, reperitur tamen ſemper in re coniuncta particularitati, quãuis non ſit ſua eſſentia. Ad tertiam confirmationem iam patet ex dictis. Ad 1. Confirmatio. Ad 2. conf.

Ad 6. arg. Ad ſextum argumentum reſpõdetur, quòd natura humana habet proprietates, quæ conueniunt omnibus hominibus, ſi abſtrahatur per intellectum, non abſtracta ſingularis eſt: & ſolùm ei conueniunt ſuæ proprietates ſingulares, Solutionem primæ confirmationis vide latè cap. de Subſtantia. Ad ſecundam confirmationẽ reſpondetur, quòd ratio ſpecifica in quolibet indiuiduo prior eſt natura ratione indiuiduali ipſius, & quo rationes ſunt magis vniuerſales fundamentaliter, eo ſunt priores in executione: omnes tamen illæ rationes particulares ſunt, & in eodem inſtanti temporis productæ, vnde non eſt illud prius natura, in quo detur illa ratio ſine indiuidualibus conditionibus, & indifferens ad illa, etſi natura indifferens ad omnia indiuidua ſolùm eſt in intellectu: nam in re omnis natura eſt ſingularis. Ad 2. conf.

Aliqui

Digitized by Google

Aliorum ſolutio. Aliqui dicunt, hanc proprietatem quòd vniuerſalia ſunt priora, non eſſe in intellectu, ſed in re, quia concipimus illam rē vt vniuerſaliorem, atque adeo vt priorem. *Solutio Authoris.* Poteſt etiam dici, quod cùm ſingularitas & natura habeat, ſe noſtro modo intelligēdi, vt actus & potentia, poſſunt conſiderari vt mutuo priora in diuerſo genere cauſæ, ita vt in genere cauſæ materialis prius intelligatur natura, quàm ſingularitas; in genere cauſæ formalis ſingularitas, quàm natura. *Ad vltimam confirmation.* Ad vltimam confirmationem reſpondetur, quòd illæ proprietates conueniunt vniuerſalibus in eſſe obiectiuo, & hoc non inconuenit.

Ad argu. Soti. Ad rationes ſapiētiſſimi Magiſtri Soto reſpondetur, Ad primam, quòd res dicuntur ſpecies, vel genera fundamentaliter, ſecluſa operatione intellectus, id eſt, naturæ genericæ, & ſpecificæ, id eſt, qui poſſunt abſtrahi generica, vel ſpecifica abſtractione. Non verò dicuntur genera vel ſpecies, id eſt, prædicabiles de pluribus ſpecie, vel numero differentibus, vel quod ſint in pluribus ſpecie, vel numero differentibus. Nec ſufficit, quòd poſſint abſtrahi, vt dicantur ſpecies, vel genera, quia debet eſſe proximum fundamentum ſecundæ intentionis, vt ſecunda intentio denominet. Homo verò dicitur cæcus, quia eſt proximum fundamentum cæcitatis, nimirum potentia viſiua, à qua realiter abeſt cæcitas, propoſitiones verò non dicuntur niſi ſit proximum fundamentum illarum, quod eſt, voces ſic eſſe ordinatas per intellectum in ratione ſubiecti, & prædicati, & copulæ. Et idem de ſyllogiſmo. Non verò dicitur homo cæcus, quia poſſit amittere viſum, nec voces, propoſitio, quia poſſunt accipi ab intellectu, ſed quia ſunt acceptæ: ergo non dicuntur res genera & ſpecies, quia poſſunt abſtrahi, ſed quia ſunt taliter abſtractæ.

Ad argu. Pauli Veneti. Ad argumentum Veneti reſpondetur, quòd vniuerſale ſecundum opinionem Heruæi, quā ſupra defendimus, dicit ordinem ad intellectum, cùm dicat ſecundam intentionem, quæ importat talē ordinem. Et quamuis non dicat ordinē ad intellectum, vt ad terminum, tamen præ requirit operationem intellectus, vt det ei fundamentū, vt ipſum vniuerſale eſſe poſſit: nam fundatur in eſſe cognito, vel abſtracto. Vnde quamuis non importaret ordinem ad intellectum, prærequirit tamen eius operationem. Inſignis verbi Dei prædicator & Apoſtolicus B. Vincentius Ferrer. ordinis noſtri, in opuſculo de ſuppoſitionibus, quod ſeruatur in bibliotheca inſignis conuentus regalis Abulenſis, cuius copiam mihi fecit frater meus F. Petrus de Tapia huius noſtri ordinis, aſſerit, vniuerſalia dicere rem, & intentionem conuenientem illi per intellectum. Habet hoc cap. 1. *Sententia Sancti Vincentij ordinis præd.*

QVÆSTIO. XXXIII.

Vtrùm vniuerſalia per Dei potentiam poſſint fieri in rerum natura extra intellectum.

IN hac quæſtione duo erunt diſputanda. Alterū, vtrùm vniuerſale per Dei potentiā produci valeat in rerū natura: alterum, an intellectus Diuinus per cognitionem faciat in ſe vniuerſale, quo pacto facit noſter intellectus. *Quæſtio in duplici ſenſu diſcutienda.* Et probo per diuinā potentiā fieri poſſe vniuerſale vnū in multis in rerum natura: *1. Argum.* Nam per diuinam potentiā poteſt formā eadē eſſe in pluribus ſubiectis, quod ſaltē eſt probabile, ſed tūc illa forma erit vniuerſalis: igitur vniuerſale poteſt fieri in rerū natura. Probatur minor: nā prædicabitur in cōcreto de multis: ergo erit vniuerſalis. Cōſequētia eſt bona, probatur antecedens: nam ſi albedo eſt in Petro, & in me, hæc prædicatio eſt vera, Ioannes eſt albus, & Petrus eſt albus: ergo eadem albedo in concreto de Petro, & Paulo prædicatur: ergo eſt vniuerſalis, vt admittatur etiam, quod eſt probabile albū ſolum qualitatem ſignificare. Dices, non eſſe vniuerſalē albedinē illā, quia non eſt in pluribus ſubiectis ſibi inferioribus. *Reſponſio.* Contrà: nā licet illa nō ſint inferiora quidditatiuè, sūt tamē inferiora accidentaliter, quod ſufficit: *Replica.* Nam quintū prędicabile eſt vniuerſale, & ſibi

inferiora ſolũ ſunt inferiora vt ſubiecta, & accidentaliter & non quidditatiuè.

Nam hæ prædicationes, Petrus eſt albus, Didacus eſt albus, ad quintum pertinent *Reſponſio.* prædicabile. Dices, hic non prædicari niſi formam exiſtentem in intellectu obiectiuè, ſcilicet, albedinem ſine conditionibus indiuiduantibus, quæ ſolùm eſt in intellectu, & hoc modo uniuerſa ia *Replica.* concedimus nos. Contrà, ſumamus albedinẽ illam ſingularem in pluribus exiſtentẽ, illa prædicabitur de multis, & eſt in rebus vniuerſalis: ergo poſſunt eſſe in rebus. Probatur minor: nam tunc verum erit dicere, Ioannes eſt hoc albũ, Petrus eſt hoc album: ergo hoc album prædicabitur de illis; & illa ſunt multa inferiora accidentaliter: ergo prædicabitur de multis: ergò erit vniuerſale. Et ſi non admiſeris, poſſe eandem albedinem collocari in plurimis ſubiectis totalibus, conſtituatur in Petro, & Paulo, & in pluribus partialibus, quod eſt poſſibile iuxta omnium ſententiam, & tunc ſequetur idem inconueniens: nam prædicabitur de multis: ergo erit uniuerſalis: denominabit ergo vnumquodque ſubiectum partiale album. Nec ſufficit dicere, quòd eſt vniuerſale, quo ad prædicationem ſolùm, nam etiam eſt quo ad eſſe: quia ex eo prædicatur de multis, quia eſt in mul- *2. Argum.* tis. ergo &c.

Secundò ſic argumentor: Sacratiſſimum Chriſti Domini corpus de facto eſt in multis Sacramentis Euchariſtiæ, & prædicatur de illis certo modo: ergo eſt vniuerſale in rebus. Quod prædicetur de illis conſtat: nam hæc eſt vera prædicatio, hoc Chriſti corpus eſt in hoc Sacramento, & in hoc, & cætera. Et idem argumentum fieri poteſt de corpore, ſeu angelo exiſtente in duobus *Confirmatio.* locis, & cætera. Et confirmatur hoc argumentum; nam hoc Sacramentum Euchariſtiæ prædicatur de multis ſibi inferioribus: ergo eſt vniuerſale. Conſequentia eſt bona à definitione ad definitum: ſed probatur antecedens: nam ſpecies vini ſunt Sacramentum Euchariſtiæ, & ſpecies panis Chriſtum continentes ſimiliter; at non ſunt idem Sacramentum, & de illis prædicatur hoc Sacramentum Euchariſtiæ: ergo &c. Minor probatur: nam deſtructis ſpeciebus vini, manet Sacramentum Euchariſtiæ in ſpeciebus panis: ergo non ſunt idem Sacramentum, aliàs idem Sacramentum eſſet. Quod verò de illis prædicetur, patet: nam ſpecies vini ſolæ ſunt Sacramentum Euchariſtiæ hoc, & ſimiliter ſpecies panis: ergo &c. De hoc argumento tertia parte, quæſtione 73. Nã nõ libet amplius in præſentia de illo agere, quia multum tranſcendit limites Logicæ.

Tertiò, quia remotis principiis indiui- *3. Argum.* duantibus, natura manet vniuerſalis: ſed manente natura poſſunt principia indiuiduantia à Deo annihilari: ergo illa erit tũc vniuerſalis. Probatur minor: Nã illa principia indiuiduãtia habẽt eſſe à Deo: ergo poteſt illis Deus ſubtrahere eſſe, quod illis dat, & ſic annihilabuntur, & tunc manebit natura vniuerſalis. Probatur conſequentia: nam prius natura eſt humanitas recipiens principia indiuiduantia, quàm ipſa principia recepta in illa: ſed quod prius poteſt à Deo conſeruari ſine ſuo poſteriori: ergo natura ſine principiis conſeruari poterit, & ſic manebit vniuerſalis.

Quartò, Deus poteſt creare albedinẽ *4. Argum.* ſine ſubiecto: ſed illa erit vniuerſalis: ſic et ergo vniuerſale ſine intellectu. Minor probatur: quia accidẽs indiuiduatur penes ſubiectum: ſed tunc non eſt ſubiectũ: ergo erit vniuerſalis.

Quintò: Intellectus facit vniuerſale: *5 Argum.* ergo & Deus poteſt facere, cùm ſit infinitè potentior illo. Dices, quod facit intellectus vniuerſale intelligibiliter, nõ realiter, quod implicat, & ita Deus non poteſt facere vniuerſale realiter, bene tamen intelligibiliter. Sed contra, quia licet naturaliter non ſit poſſibile, poterit fieri ſupernaturaliter: multa enim fiunt à Deo ſupernaturaliter, quæ naturaliter implicant fieri: ergo licèt eadem entitas naturaliter non poſſit eſſe in pluribus, poterit tamen ſupernaturaliter eſſe.

Sextò, et probo, quod per intellectum *6. Argum.* diuinum non fiant vniuerſalia, ſicut fiunt per actum intellectus noſtri: Nam intellectus noſter propriè facit vniuerſalia, quia cognoſcit naturam ſine conditionibus indiuiduãtibus, v. g. hominẽ ſine

hac

hac natura, & hac forma, & hac quantitate, quæ naturam ſingularem reddebāt: itaque cognitio illa, qua fit vniuerſale ſolum eſt naturæ, ſiue genericæ, ſiue ſpecificæ, & nullo modo conditionum indiuiduantium, ſed eademmet cognitio, qua cognoſcit hominem, verbi gratia, terminatur ad Petrum; ergo in intellectu diuino nō fiunt vniuerſalia. Maior probatur: Nam ſi intellectus noſter cognoſceret eadem cognitione hominem, & Petrum, ſiue naturam & ſuas conditiones indiuiduātes, cognoſceret ex parte obiecti aliquid, quod non eſſet commune multis; nam natura cum indiuiduantibus conditionibus non eſt communis multis: ergo non cognoſceret vniuerſale, nec faceret ſubinde; Ad hoc enim eſt neceſſe ita cognoſcere hominem, vt eadem cognitione non cognoſcat ſingularitatem, vt ſit intellectu vnum cognitum ſine alio. Sed illa minor probatur, nam quia cognitio Dei eſt infinita, ſimul ſe extendit ad omnia tam genera quàm ſpecies, quàm indiuidua: ergo ex vi illius cognitionis non reſultat aliquid indeterminatum & commune obiectiuè, cùm cognoſcat ſimul naturam, & indiuiduantes conditiones.

Cōfirmat. Et confirmatur hoc argumentum: Nā Diuus Thomas 1. parte, quæſtione 14. artic 1. ſolutione, ad tertium dicit, ſcientiam Dei non eſſe vniuerſalem, nec particularem, & quidem non alia ratione, niſi quia in intellectu diuino non ſunt genera, & ſpecies, quamuis cognoſcantur omnia à Deo: nam ſi genera, & ſpecies ibi eſſent, ſcientia ſua diceretur vniuerſalis, vel particularis: ergo &c.

Præambula ad quæſtionem.

Opinio circa primū ſenſum quæſiti. QVantum attinet ad primum quæſtionis punctum, quidam Logici cenſent, etiam per diuinam potentiam dari non poſſe vniuerſale in prædicando in rebus exiſtens quoad ſubſtantiam, poſſe tamen dari vniuerſale à Deo productum, quantum ad modum, ad hunc ſenſum, quod licet entitas rei productæ ſit ſingularis, habeat tamen modum eſſendi vniuerſalem. Sicut ſi idem homo in pluribus eſſet locis ſingularis, eſſet quoad ſubſtantiam, & haberet modum eſſendi vniuerſalem, ſicut ſi eadem albedo in pluribus eſſet ſubſtantiis vna eſſet numero, & quoad modum vniuerſalis. Id etiam de Chriſto Domino in pluribus hoſtiis exiſtenti dicunt. Et ita ſoluunt argumenta ſuprà facta.

Vazquez opinio circa ſecundum ſenſū quæſiti. De ſecundo puncto quæſtionis huc vſque vidi neminem dubitantem, vniuerſalia reſultare in intellectu diuino per ſuum actum cognitionis, niſi Patrem Vazquez. Etenim ſicut in noſtro intellecto ex cognitione naturæ ſine indiuiduantibus conditionibus reſultat vniuerſale, ita in intellectu Diuino dicendum eſt reſultare: ſed hoc quidem ab æterno.

Deciditur quæſtio.

Auctoris calculus. VErum, vt quod ego in hac re ſentio explicem, ſit

1. Concluſ. Prima concluſio: A parte rei implicat dari extra intellectum per quamcunque potentiam vniuerſale ſecundum ſubſtantiam; volo dicere, non poſſe produci aliquam naturam in rebus, quæ prout eſt in illis ſine eſſe in intellectu ſit vna in multis, & prædicabilis de multis. Et probatur iſta concluſio eiſdem rationibus, quibus ſupra Platonis ſententiam exploſimus. Et præterea: illa natura, ſi eſt in rebus, eſt exiſtens: ſed exiſtentia eſt actus rei ſingularis: ergo eſt ſingularis: ſed vniuerſale diſtinguitur contra particulare: non igitur erit vniuerſalis: ergo implicat quod ſit vniuerſalis & in rebus. Nequit ergo fieri, quia nulla potentia poteſt facere ea, quę implicant cōtradictionem, ſi fiant. Quod ſit contradictio clara, patet: Nam iam eſt in rebus illa natura; ergo eſt ſingularis, & ex alia parte ſi ponatur vniuerſalis, per conceſſum erit vniuerſalis: ergo non erit particularis, quod eſt aperta contradictio. Patet: Nam ratio formalis vniuerſalis, & prædicabilis eſt ſecūda intentio: ſed hæc fundatur in eſſe cognito intellectus: ergo nequit eſſe ſine opere intellectus; ergo neq; vniuerſale nequit fieri niſi per operationē intellectus. Nam ratio & cauſa formalis per nullam potentiam ſuppleri poteſt; ſuppleretur autem, ſi ſine ſecunda inten-

Digitized by Google

tione eſſet vniuerſale in rebus extra intellectum. Et ſi dicas ſecundum aliquem Logicum,cognitionẽ eſſe ſecundam intentionem,reſpondetur,quod iam requiritur cognitio ad hoc, vt ſit vniuerſale, & ita non poterit fieri extra intellectũ.

Fuga.

Solutio.

Et ſi dicas: Non poterit Deus dare virtutẽ alicui formæ reali,vt faciat in natura id,quod facit ſecunda intentio,reſpõſum eſt,hoc fieri non poſſe,quia affectus formalis ſuppleri neqt,nec Deus poteſt facere album ſine albedine,nec vniuerſale ſine vniuerſitate, quæ eſt ſecunda intentio, & habet eſſe per intellectum, & in fundamento proximo intrinſecè dependens ab intellectu: & ita nec ſecundum fundamentum proximum poteſt fieri vniuerſale à Deo extra intellectũ, quia eſſe cognitam naturam in communi non poteſt fieri ſine cognitione intellectus. Et probatum: nam tunc quod ponimus in altiſſimo Trinitatis myſterio, ponitur quodammodo in rebus, vt multi homines realiter eſſent ille homo vniuerſalis, & inter ſe diſtincti eſſent,quod proprium eſt diuinitati: nam vt vna forma exiſtens realiter ſit plurium natura, requirit virtutem & perfectionẽ infinitã.

Alia fuga.

Solutio.

2.Concluſ. Secũda concluſio: Sicut non poteſt reperiri natura aliqua vniuerſalis,ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis in rebus extra intellectum: ita nec modus aliquis vniuerſalis eſſe poteſt extra intellectũ: quia ea ratione etiam modum vniuerſalem eſſe in rebus repugnat. Niſi velint dicere,quod ex eo,quod,verbi gratia,homo eſſet in pluribus locis, habebat effigiem quandam,& ſimilitudinem vniuerſalis, quia erat in pluribus locis, ſicut vniuerſale eſt in pluribus inferioribus.

3.Concluſ. Tertia concluſio: Licèt Deus per ſuã cognitionem infinitã omnia cognoſcat, vniuerſalia & particularia, entia realia & rationis, & quidquid cognoſcĩ valet, non tamen ad actum cognitionis diuinę cõſequitur vniuerſale in ſuo intellectu, ſicut ad actũ cognitionis noſtræ vniuerſale conſequitur. Hanc concluſionẽ probo argumento vltimo cum ſua confirmatione,quia apud me eſt maximi momenti: Nam cùm vniuerſalia non poſſint eſſe extra intellectum formaliter, ſiue fundamentaliter, proximè ad cognitionem cõſequi debent, & non ad quamcumque, ſed ad illam,qua natura abſtracta cognoſcitur, & ſine conditionibus indiuiduantibus: ſed nulla talis datur in intellectu diuino: quia diuinus intellectus ſua cognitione omnia penetrat; ergo & eſt proprietas cognitionis imperfectę,quod ad illam cõſequantur vniuerſalia,& cũ Dei cognitio perfectiſſima ſit, non conſequitur ad illam. Bene verum eſt,quod in illa cognitione diuina poſſumus nos cõſiderare quod terminet ad hominem, verbi gratia. Cæterum non propterea quòd ego ita cõſiderem,ſequitur ad cognitionem diuinam vniuerſale,quia erat neceſſe, quòd illud ipsũ ſolùm eſſet cognitio naturæ, & non indiuiduantium conditionũ. Ego fateor libenter,quòd cognoſcit Deus vniuerſalitatem, & eſt in ſuo intellectu obiectiuè, non tamen cõſequutum ad eius cognitionẽ, & quod Deus etiam quodammodo concurrit ad illam,quatenus dat virtutem meo intellectui, vt cognoſcat hominem in vniuerſali, ad quã cognitionẽ ſequitur vniuerſalitas. Alia verò entia rationis, quæ fundãtur in cognitione,bene poſſunt cõſequi ad cognitionem diuinam, ſicuti mundus poſſibilis cognitus eſt à Deo, & cognoſci tale in mũdo poſſibili aliquid eſt rationis. Et ita ſunt explicanda, quæ ſuprà diximus.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Thomiſtarum ſententia.

AD primum argumentum reſpondetur primò,quòd implicat contradictionem in ſchola Thomiſtica, vnam formã accidentalem poſſe collocari in pluribus ſubiectis totalibus, quorum quodlibet denominetur tale ab illa forma: Quia cùm accidẽs indiuiduetur à ſubiecto,& illa forma ſit vna numero, vnũ tale ſubiectum habere debet. Et quãuis poſſet eſſe in illis,cum illa ſit ſingularis, vniuerſalis eſſe nõ poteſt. Et qđ ſit ſingularis patet,quia eſt indiuiſa in ſe,& diuiſa à qualibet alia mundi albedine Vnde vt eſſet vniuerſalis,prædicatio illa, etiã quinti prædicabilis, deberẽt eſſe inferiora accidentaliter. Non tamen in caſu ſũt inferiora accidentaliter, quia forma eſt hęc,& ſingularis,& albũ eſt hoc: ſingulari autẽ nihil eſt inferius,ſed eſt prædicatio

Digitized by Google

tio formæ ſingularis de ſuo ſubiecto ſin
gulari, ſicut cùm dicimus, hoc corpus eſt
hoc album. Qui dicebant dari vniuerſa
le quantum ad modum, ſoluunt argumẽ
ta dicendo, quòd eſt ſimpliciter ſingula-
ris, habet tamẽ modum vniuerſalis, quia
eſt in pluribus ſubiectis.

Ad 2. arg. Ad ſecũdum, patet corpus Chriſti Do
mini ſingulariſſimum eſſe, vnde vniuerſa
le nequit eſſe, ſed ſacramentaliter eſt idẽ
ſingulare corpus verè, & realiter in plu
ribus hoſtiis, hoſtiæ verò ſacratæ nõ ſũt
inferiores ad Chriſtum, vt dici poſſit vni
uerſalis.

Ad 3. arg. Notãdum dignum. Ad tertium argumentum reſpõdetur,
quòd quia eadẽ actione fit natura, & con
ditiones indiuiduantes, nõ poteſt vnum
ſine alio produci, & maximè quia condi
tiones ſunt quid neceſſarium vt exiſtat
natura, & ita non poteſt vnum ſine alio
produci, & ita natura habet intrinſecam
dependentiam in eſſe à conditionib. in
diuiduantibus, quapropter non poteſt eſ
ſe ſine illis; & licèt motus ſit prior paſ-
ſione, non tamen poteſt paſſio ſine ipſo
produci; & animal prius eſt homine, non
tamen homo ſine animali valet produci,
nec vniuerſale ſine materiali.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod ſi illa
albedo produceretur ſine ſubiecto, debe
ret dicere ordinem ad aliquod ſubiectũ,
& ſic erit ſingularis: nam accidens nõ in
diuiduatur per actualem inhæſionem in
hoc ſubiecto, vt patet in Sacramento Eu
chariſtiæ, vbi eſt quãtitas ſingularis ſine
ſubiecto, ſed per ordinem ad hoc ſubie-
ctum. Nec poteſt Deus facere albedinem
quæ non diceret ordinem ad ſubiectum
quia non eſſet accidens. Eſt enim intrin-
ſecum accidenti, ordinem ad ſubiectum
dicere, cùm dicat ens ex eo, quod eo ali-
quid eſt tale, vt patet ex D Th. 1 p. qu. 2.
art. 5 ſol. ad 5.

Ad 5. arg. Ad quintum argumentũ reſpondetur,
quòd intellectus noſter facit vniuerſale i
eſſe intelligibili, quod nõ implicat. Deus
autem non poteſt illud facere ad extra
exiſtens: quia implicat, eſſe aliquid in eſ
ſe exiſtens, & exiſtens in plurib. inferio-
ribus: Non autem implicat, illud quidem
in re intelligi ſine cõditionib. ſingularib.
quib. per intellectum ſemotis manet in
intellectu vniuerſalis. Non autẽ ad actio
nem diuini intellectus conſequitur vni-
uerſale, quia eſt imperfectio, cũ debeat
habere cognitionem limitatam pro fun-
damento.

Ad 6. arg. Sextum argumentum eſt pro noſtra vl
tima concluſione. Et hæc de hac ſufficiãt
quæſtione.

QVÆSTIO XXXIV.

Utrum vniuerſalia ſint in intellectu, & per quam ipſius intellectus operationem fiant, & quomodo.

ET hæc quidem quæſtio po
tiſſima eſt inter eas, quæ
de vniuerſalib. diſputari
ſolent, atq; magis vtilis,
quamobrẽ ipſa aliquãto
accuratius diſputabitur a
nobis. Et vr̃ quod vniuerſalia nõ fiãt per
operationẽ intellectus. Et quoniã duplex
eſt intellectus, ex tertio de Anima, agẽs,
& poſſibilis, probatur non fieri per actio
nem intellectus agentis, & ſit primũ ar-
1. Argum. gumentum. Nam ſi per operationẽ intel
lectus agentis fieret vniuerſale, maximè
quia cauſat ſpecies intelligibiles in intel
lectu poſſibili, ſed hac de cauſa nõ fit na
tura talis vniuerſalis: ergo intellectus a-
gens nõ habet facere vniuerſale per ſuã
actionẽ. Probatur minor, q̃a illæ ſpecies
non repræſentant rẽ ſine conditionibus
indiuiduãtibus: ergo ex eo, quod fiũt ſpe
cies in intellectu, non dicetur natura vni
uerſalis. Conſequentia eſt clara: Nã ſi de
beret eſſe vniuerſalis natura, eſſet hac ra
tione, quia eſt indifferens ad plura, & æ-
qualiter eſt in illis, ſecundũ quod repræ-
ſentatur per illã ſpeciẽ, nam actio illa in
tellectus agentis non potuit aliã deno-
minationẽ tribuere naturæ ipſi, niſi re-
præſẽtationis ſine cõditionib. indiuiduã
tib. ad quod conſequitur vniuerſalis rõ.
Sed antecedẽs probatur: Nam ſi ſpecies
repræſentarent naturã, eſſent illius ſimi-
litudines formales, & ita nõ eſſet neceſſa
riũ verbũ cõſtituere, ſed i illis iſpiceret
intellectus naturã. Et cõiter dr̃, quòd ſpe
cies ſunt ſimiles obiecto, ſicut ſemen ar-
bori producẽdæ, quæ non eſt ſimilitudo,
for-

Digitized by Google

formalis, ſed virtualis, & in genere cauſæ efficientis; dico non eſſe ſimilitudinem formalem impreſſam & claram. Et ſi dicas, eſſe vniuerſalem naturam illam per hoc ſolū, quòd eius ſpecies eſt in intellectu abſq; repræſentatione naturę ſine cõditionibus indiuiduantibus. Contrà: tūc natura non eſſet indifferens ad plura magis, quàm eſt indifferens quādo eius ſpecies ſunt in imaginatiua, tunc enim non eſt indifferens, quia illæ ſpecies repræſētant naturam particularem, & determinatam, & nullo modo vniuerſalem: ſed etiam illæ ſpecies non repræſentant vniuerſalem naturam; ergo non erit natura vniuerſalis. Et confirmatur hoc argumētum: Nam vniuerſale importat formaliter ſecundam intentionem: ſed per actionem intellectus agentis nulla ſecunda intentio conſequitur, nec formaliter, nec fundamētaliter proximè: ergo per actionem intellectus agentis non fit vniuerſale. Probatur conſequētia: Quia vt fieret per illius actionē ſaltē deberet eſſe eius forma, quę vniuerſale denominat, vel formaliter, vel fundamētaliter proximè: nā illa hac ſola ratione exiſtens, vniuerſale denominat, & non ſi exiſtat fundamentaliter remotè. Sed probatur illa minor, quòd non conſequatur formaliter: Iam enim conſtat, quòd eſſe formale ipſius nihil aliud ſit, quàm cognoſci; ſed intellectus agentis operatio non eſt cognitio: ergo &c. Quòd nec fundamētaliter proximè, probo: quia axioma eſt à Logicis communiter receptum, Secundam intentionem fundari in eſſe cognito.

Responſio. *Replica.*

2. Argum. Secundò: Vniuerſale fit per actionem intellectus poſſibilis: ergo non fit per actionem intellectus agentis. Antecedēs ab omnibus conceditur, conſequentiam probo. Nā aliàs, ſi intellectus agēs faceret vniuerſale, nō fieret ab intellectu poſſibili, cū prius natura ſit intellectus agētis actio, quàm intellectus poſſibilis; & illa facit vniuerſale; non ergo facit poſſibilis intellectus, quia quod factum eſt, & exiſtit, iterum idē numero fieri nequit, dum exiſtit; ſed fit per intellectum poſſibilem: ergo non per agentem. Si dicas, quòd fit per actionem intellectus agentis, & per actionem intellectus poſſibilis, ſed perficitur per actionem intellectus poſſibilis, quod erat inchoatum, & factum nō ita perfectè per actionē intellectus agētis. Contra: vniuerſale eſt vnum in multis, ſed non pōt perfici magis hoc, quod eſt, naturam vnam in multis eſſe, nec ſuſcipit magis vel minus; ergo &c. Ita.n. eſt vna in multis per actionem intellectus agētis, ſicuti per actionem intellectus poſſibilis. Et probatur: nam ſequeretur, quòd non perficeretur idem vniuerſale, ſed quòd vniuerſale factū ab intellectu poſſibili, & agente, ſpecie differrent, cū actiones illorum ſpecie differant, vnde & formæ, quæ conſequuntur ad eorū actiones, ſpecie differrent etiā: nam cognitio, & abſtractio ſpecie differūt; ergo & eſſe cognitum, & abſtractū, quæ ſunt fundata in illis actionibus; ergo & intentio vniuerſalis, quę fundatur in eſſe cognito, ſpecie differret ab intentione vniuerſalis fundata in eſſe abſtracto. Nam ſi fundamenta ſpecie differunt, relationes ēt ſpecie different, vel ſi non differūt ſpecie, ſaltem different numero; & ita vniuerſale nō perficietur per actionē poſſibilis intellectus. Quod differāt numero, probatur, quia conſequuntur ad diuerſas actiones; ſed formæ cõſequutæ ad diuerſas actiones, diuerſæ debent eſſe numero ſaltē; nō ergo pficit idē vniuerſale p actionē intellectus agētis, cū nō ſit idem.

Responſio. *Replica.*

3. Argum. Tertium argumentū; illud eſt vniuerſale, quod proximè poteſt de multis affirmari ex modo eſſendi, quem hēt in intellectu, ſed natura quælibet ex modo eſſendi, quem habet in intellectu per actionē intellectus agentis, non eſt prædicabilis de multis; ergo non eſt vniuerſalis. Probatur minor; quia neceſſe eſt, quòd ſubeat mutationem in ſuo genere, & quòd cognoſcatur ab intellectu, acquirātque alium ſtatum; nam ſolùm intellectus poſſibilis prædicationem exercet.

Confir. Et confirmatur hoc argumentum; nam ſequitur, quòd ſi intellectus agens facit vniuerſale, quod datur vniuerſale in phātaſia; eſt autem hoc impoſſibile; igitur & illud, ex quo deducebatur. Probat ſequela: nam intellectus agens per ſuam actionē illuminat phātaſma; ergo facit quod in ipſo phātaſmate appareat natura ſine conditionibus indiuiduantibus; ergo cū natura relucens in phantaſmate eſt vniuerſa-

uerſalis, quia relucet ſine indiuiduantib. conditionibus, & ſic vniuerſale datur extra intellectum, & in phantaſia, quod abſurdum videtur: nam in nulla potentia præter intellectiuam vniuerſale reperitur, cùm omnes aliæ cognoſcitiuæ potẽtiæ ad ſingularia terminentur.

4. Argum. Quartum argumẽtum probat, vniuerſale non fieri per actionẽ intellectus poſſibilis. Et quia operatio poſſibilis intellectus eſt duplex, altera abſoluta, altera cõparatiua, probo per nullam harum fieri vniuerſale. Nã ſi operatio intellectus faceret vniuerſale, maximè hoc faceret hęc intellectus operatio, qua cognoſco hominẽ vt ſic: ſed illa operatio hoc nõ facit: ergo &c. Probatur minor: Nã cognitio, qua cognoſco hominem, non terminatur niſi ad naturam humanam, & nõ ad aliquam ſecundam intentionem: ergo per illam non fit vniuerſale. Antecedens probatur: quia ſolum ſpecificatur à natura humana, & verbum, per quod fit cognitio, ſolũ repræſentat hominem, & non ſecundam intentionem, aliàs in mente vltimata æquiuocatio daretur, & vna ſimilitudo repræſentaret plura plusquam genere diuerſa. Conſequentia probatur: Nam illa ſecunda intentio non habet eſſe formaliter, niſi quando actualiter cognoſcitur; quia eius eſſe eſt cognoſci.

Reſponſio. Si dicas, quòd fit vniuerſale per illam cognitionem nõ formaliter, ſed fundamẽtaliter proximè, iam enim eſt factum fundamẽtum, vt poſſim illi ſecundam intentionem tribuere.

Replica. Contrà, quia tunc nullũ ens rationis eſt, quo denominetur illa natura: ergo nec fundamentaliter proximè eſt vniuerſale: quia eſſe vniuerſale fundamẽtaliter proximè aliquid rõnis eſt formaliter: quia ſecunda intentio ſuper ens rationis fundatur. Antecedẽs patet, quia nullum ens rationis cognoſcitur tunc, ſolùm enim per illum actum natura realis cognoſcitur. Certè quòd aliquid ſit vniuerſale fundamentaliter proximè, non eſt quid reale, aliàs eſſet in rebus: igitur eſt aliquid rationis.

Alia reſpo. Quod ſi dixeris, illam ſecundã intentionem denominare naturam vniuerſalem, etiam ſi non ſit:

Replica. Contrà: quia denominatio eſt effectus illius entis rationis: ergo in illo inſtanti temporis, quo denominat, debet eſſe, quia impoſſibile eſt denominare quin ſit pro illo temporis inſtanti, quo denõiat. Et maximè, quia eſſe vniuerſale fundamentaliter proximè, eſt effectus formalis rõnis: ergo eius cauſa habet idem eſſe, quod habet ille effectus: ſed ille effectus eſt quoad exiſtentiam ſuam: ergo & ſua cauſa: quia non requiritur amplius vt ſit cauſa, quàm effectus ſuus formalis, & ſi nõ eſt cauſa, nec ille effectus erit: non ergo eſt illa natura vniuerſalis per illam actionem.

Quintum argumentum: Si vniuerſale fit per actionẽ intellectus poſſibilis, per hãc cognitionem, qua cognoſco animal, fieret vniuerſale, quod eſt genus: ſed hoc eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. *5. Argum.* Probatur minor: Nam ſi per illam cognitionem fit genus, ſequitur, quòd tunc ſimul per eandẽ cognitionem fiat ſpecies; ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatẽ maior: quia genus, & ſpecies formaliter loquendo ſunt correlatiua, & ſunt ſimul natura; & ita quando eſt vnum, ſimiliter eſt & aliud. Sed illa minor probatur: Quia ſecunda intentio ſpeciei conſequitur ad cognitionem hominis, & non ad cognitionem animalis; ſed tunc non eſt homo cognitus in cõmuni: ergo nec eſt ſpecies. Si dicas, ſemper ita contingere, cùm animal ſine homine, vel alia ſpecie, cognoſci nõ poſſit, & ita sẽper quod eſt animal genus ẽ ſpecies, ita obuiabimus: nã animal cũ ſit prius ſuis ſpeciebus, nõ dependet in ſua cognitione ſaltem cõfuſa à cognitione ſpeciei: ergo &c.

Sextò probo, quòd vniuerſale non fiat per cognitionem comparatiuam. *6. Argum.* Nã D. Th. 1 p. q. 86. docet intellectum noſtrum directè cognoſcere vniuerſalia, particularia reflexè: ergo natura cõparatiua pręſupponit iam vniuerſale: non ergo facit illud. Probo conſequẽtiam: Quia natura comparatiua eſt cognitio reflexa: nã cognoſco hominem, & illum poſtmodũ applico ſingularib. quæ ſingularia reflexè cognoſcũtur, quę applicatio fit per reflexã cognitionẽ. Et confirmatur. Nã noſter intellectus prius cognoſcit vniuerſale, q̃ particulare: vt ibidem ait D. Th. ergo vniuerſale illud prius eſt quàm cognitio ſingularium, ſaltem natura: ergo vniuerſale non fit per comparationem, quia cõparatio

tio maximè naturæ ſpecificæ, ſine illius ſingularibus intelligi nequit.

7. Argum. Septimò: cum comparo naturã hominis, v.g. cũ Petro, & Paulo, & video eſſe in illis, quæ dicitur cõparatio, iam illa natura erat vniuerſalis, ſiquidem poterat ex modo eſſẽdi, quẽ habebat, multis applicari, & de illis prędicari; nõ ergo fit vniuerſale p cõparationẽ, ſed p abſtractionem: nam ante hanc comparationẽ iam erat cõparabilis multis, vt ĩ illis exiſtẽs, quod ſolùm vniuerſali cõuenire poteſt.

1. Confir. Et confirmatur hæc ratio: Vniuerſale eſt illud, qđ poteſt prędicari de multis, ſed natura, quæ poteſt cõparari ad multa, vt in illis exiſtens, poteſt prædicari de illis: ergo eſt iam vniuerſalis. Minor probatur. Nam huiuſmodi comparatio nihil eſt aliud, quam dicere per intellectũ, quod homo. v.g. eſt in Paulo, Franciſco; ſed illa natura, quæ ſic cõparatur, de illis affirmari poteſt, quia non poſſet ad illa comparari ſuprà dicto modo, niſi eſſet in intellectu ſine conditionibus indiuiduantibus: ergo &c. Et cõfirmaẽ ſecũdò hoc argumentũ:

2. Confir. Nam quando cognoſco hominẽ ſolùm, non cognitis ſingularibus, ille homo eſt vniuerſalis, quia eſt affirmabilis de multis, & tamen tunc non eſt notitia cõparatiua; quia hæc dicit cognitionem alterius

Reſponſio. extremi; igiẽ &c. Dices, quòd hæc natura eſt vniuerſalis fundamẽtaliter proximè, ſeu in eſſe obiectiuo: natura vero, quæ cõparaẽ inferioribus, formaliter eſt vniuer-

Replica. ſalis Sed cõtrà, quia natura, quæ cõparaẽ inferioribus, nõ dicit actu ſecundã intẽtionẽ, ſed fundamẽtaliter proximè: ergo &c. Probaẽ antecedens: Quia per illã cognitionem ſolũ cognoſcitur homo, & indiuidua, in quibus eſt homo, videns intellectus quòd ſit in illis; ſed hic nulla ſecũda intẽtio cognoſciẽ: ergo non eſt formaliter, ſed fundamẽtaliter proximè, q̃a eſſe ſecundæ intẽtionis eſt cognoſci, & hoc iã habebat per operatione intellectus agentis, & poſſibilis: ergo non fit vniuerſale nec formaliter, nec fundamentaliter proximè per comparationem.

8. Argum. Octàuò: Sequitur, quòd ſi vniuerſale fiat per cõparationem ſic adeo, vt ſit fundamentũ proximum notitia cõparatiua, quòd per abſtractionẽ, & cognitionẽ abſolutam naturæ in cõmuni nõ fiat vniuerſale: hoc autẽ eſt falſum, vt omnes concedunt; ergo & illud, ex quo ſequiẽ. Probatur ſequela: Nã vel fit vniuerſale formaliter, & hoc non, vt iã ſupra deduximus, deducemuſq; in concluſionibus, vel fundamentaliter proximè, & nec hoc: nã illud eſt vniuerſale fundamẽtaliter ꝓximè, cui intellectus poteſt attribuere intẽtionẽ vniuerſalitatis: ſed naturę abſtractę, & cognitæ notitiæ abſolutæ nõ poteſt intellectus attribuere intentionẽ vniuerſalis; ergo non eſt vniuerſale. Minor probaẽ: Nã neceſſariò dẽt cognoſci cõparatiua notitia, vt illi attribuamus vniuerſalis intẽtionẽ: nam quomodo poſſum attribuere intẽtionẽ generis, niſi ſciuero eſſe in multis ſpeciebus, & intentionẽ ſpeciei, niſi ſciuero eſſe in multis indiuiduis, qđ fit per notitiã cõparatiuã; ergo vt abſtractũ, & cognitũ abſoluta notitia nõ eſt vniuerſale.

Reſponſio. Dices, quòd natura, prout p̃intelligitur notitię cõparatiuę, quatenus pręcisè eſt abſtracta, aut cognita, nec eſt vniuerſalis, nec particularis, ſed eſt indifferẽs ad vtrumq; reſpiciẽdum.

Impugnatio. Contrà, quia natura eo ipſo, quòd eſt ſine cõditionib. indiuiduãtibus cognita, eſt indifferens ad plura: ergo prædicabilis de illis: ergo vniuerſalis. Et præterea, quia eſſe indifferens ad vniuerſalitatem, & particularitatẽ, ſolùm conuenit naturæ ſecundũ ſe: Nam in reb. ſingularis eſt, & in intellectu vniuerſalis, & ita res oĩs vel eſt vniuerſalis, vel particularis, niſi addaẽ particula Secũdũ ſe.

9. Argum. Nonum argumẽtum: Comparare vnũ ad multa, prout fit per naturam cõparatiuam, eſt prædicari vnum de multis: ſed ante talem prædicationẽ eſt iam cõſtituta natura in ratione vniuerſalis; ergo nõ fit vniuerſale per naturam comparatiuã. Cõſequẽtia eſt nota, & probatur minor: Quoniã comparare vnum ad multa, vt hominem ad Petrum, & Paulum, eſt affirmare, vnum eſſe in multis: hoc autẽ eſt formaliter prædicari. Tum, quia idem omnino eſt cognoſcere hominẽ, vt ſuperiorẽ Petro, & Paulo, quod intelligere hominẽ eſſe in Petro, & Paulo, in quo formaliter cõſiſtit ratio prędicationis: Tũ etiã, quia illa cõparatio eſt indiciũ, atque adeo pertinet ad ſecundã intellectus operationẽ, quæ eſt compoſitio, & diuiſio, ſed omnis compoſitio, aut diuiſio eſt prædicatio,

vel

Digitized by Google

vel ipſa reperitur prædicatio; ergo de primo ad vltimum comparatio illa eſt prædicatio. Minor primæ rationis probatur: quia ad prædicationem actualem de multis, debet præſupponi prędicabilitas de multis, ſicut potentia præintelligitur actui: ſed pdicabilitas de multis eſt paſſio vniuerſalis: ergo ad actualem prædicationem de multis præſupponitur vniuerſale, & ita ad comparationem: vnde non fit per ipſam. Si dixeris, non eſſe propriè vniuerſale, niſi quando actu prædicatur de multis, & ita non fieri propriè vniuerſale, niſi per comparationem; Cõtrà, Ariſtoteles ſeptimo lib. Metaph. textu quadrageſimo quinto, nõ dixit vniuerſale eſſe, quod actu prędicatur de plurib. ſed quod aptum eſt eſſe in multis, & prędicari de illis: ergo ante actualem prædicationem datur propriè vniuerſale logicum. Tum etiam, quia per comparationẽ intellectus, ſeu actualem prædicationẽ, redditur natura prædicata, & non prędicabilis: ergo non fit vniuerſale, ſed erat iam, ſiquidem erat prædicabilis. Et confirmatur hoc argumentum, quia obiectũ correſpondens huic cõceptui, Homo, eſt vnum, non vnitate ſingulari numerica, nec vnitate ſolũ formali: ergo habet vnitatem vniuerſalis. Si dixeris; quod eſt vnum vnitate vniuerſalis, quæ eſt ſecunda intentio: ſed hæc forma non poteſt illis competere, niſi per comparationem intellectus, vt dictum eſt: ergo nec vniuerſalia talia ſunt concedenda ſine comparatione: ergo &c.

Reſponſio.

Impugnat.

Confir.

10. Argu. Decimò ſic argumentor, & probo, quòd vniuerſale non fiat per comparationem, nec abſtractionem, nec cognitionẽ: quia res eſt vniuerſalis per hoc, quòd eſt prædicabilis de multis: ſed prædicabilitas rebus ſolùm conuenit per potẽtiã, quę poteſt prædicare res; ergo ab illa dicitur res vniuerſales, ſicut res dicuntur creabiles, non per aliquid, quod ſit in illis, ſed per potentiam creatiuam.

Opinionum varietas.

Varia Doctorum ſententia.

In hac difficultate explicanda etiam ſicut & cæteris non ſunt Doctorum ſententiæ concordes. Quidam dicunt, vel cẽſent, res dici vniuerſales, & prędicabiles à potentia actiua, quę poteſt illas prædicare: vnde ſecluſa intellectus operatione per ſolam illam potentiam ſunt prædicabiles de multis.

1. Sentent.

2. Sentent. Alii cenſent, vniuerſale formaliter nõ ſolũ in eſſe obiectiuo, verũ formaliſſimè per operationẽ intellectus agẽtis fieri, & à fortiori per operationẽ intellectus poſſibilis: quia ad illã operationem cõſequitur ſecunda intentio, conſtituens vniuerſale in eſſe vniuerſalis: nam vt ſit forma illa conſtitutiua vniuerſalis, nõ eſt neceſſe, quòd actu cognoſcatur ab intellectu, ſed ſufficit quòd ſit proximè cognoſcibilis, & quòd eius proximum fundamentũ præceſſerit: nam eſſe formale entis rationis conſiſtit in cognoſci, vel poſſe proximè cognoſci ab intellectu. In hãc opinionem conſentiunt plurimi Logici moderni ex Thomiſtica familia, quos quia multi ſunt, nec adhuc ſuas lucubrationes prælo mandarunt, adducere non libet.

3. Sentent. Alii dicunt, vniuerſale per operationẽ intellectus agẽtis fieri in eſſe obiectiuo, & ſecundam intentionẽ tunc eſſe formaliter proximè, denominare formaliter naturam illam vniuerſalem, etiamſi actu non ſit, niſi per operationem intellectus, qua ipſa cognoſcitur. Quam videtur tenere cõis Magiſter Soto, q. 2. & 3 Vniuerſalium, & adiicit rationẽ, & quia ſit per illam actionem intelligibilis in actu primo, & quia denudatur ab indiuiduantib. conditionibus, quibus reddebatur ſingularis, quocirca ſine illis vniuerſalis erit.

4. Sentent. Dominus Caieta. capite quarto de ente & eſſentia (quod placuit Thomiſtis Caietano antiquioribus) ait, quòd res ſit vniuerſalis in eſſe obiectiuo, & indifferẽs ad multa p actionẽ intellectus poſſibilis, & agentis, cæterum non habet intentionem generis, & ſpeciei, niſi quãdo illa intentio cognoſcitur ab intellectu actu: quia illa intentio non habet eſſe, niſi per cognitionem intellectus.

5. Sentent. Alii cenſent, naturam eſſe vniuerſalẽ, & cõmunem in prædicando, & logicè per actum intellectus poſſibilis: & habet vnitatem vniuerſalis formaliſſimè. Dicunt tamen iſti, quòd forma conſtitutiua vniuerſalis in tali eſſe eſt duplex, vna realis, & extranea ipſi naturæ, q ſubiectiuè exiſtit in intellectu: & hæc eſt ſpecies, vel actus intellectus, vel verbũ. Alia verò eſt realis, & intranea naturæ ipſi, quæ eſt realis denomi-

denominatio deſumpta à forma illa exiſtenti in intellectu,& realiter inhærẽs ipſi naturæ. Vnde incunctanter hæc opinio aſſerit, ſuperuacaneam eſſe omnem entitatem rationis ad vniuerſale cõſtituẽdũ, licèt ad illius naturam explicandam non nihil iuuet propter imbecillitatem intellectus noſtri: ſed quòd forma vniuerſalis nõ poſſit eſſe aliquid reale ſuprà oſtẽſum eſt ſatis euidenter,& adhuc inferiùs oſtendetur. Probant iſtam ſui authores ſententiam. Primò, natura.n. cognita verè eſt vna in multis, quia hẽt vnitatẽ quãdam diſtinctam ab ea, quã habet in ſingularibus, eam. ſ. quæ correſpõdet diuerſo ſtatui, in quo tunc eſt à ſingularibus ſeparata: ſed hæc vnitas non poteſt eſſe alia quàm vnitas vniuerſalis: ergo &c. Et cõfirmatur hæc ratio: quia natura, prout repræſentatur abſtracta per ſpeciem intelgibilem, eſt vna & apta eſſe in multis: ergo eſt vniuerſalis actu,& formaliter per illam ſpeciem,& per eſſe repræſentatũ tale. Probatur antecedens: quia ibi repræſentatur natura abſque conditionib. indiuiduantibus, quæ quidem ſunt principia multiplicantia naturam; ergo repræſentatur vt vna,& non alia vnitate, niſi vniuerſalis: ergo eſt vniuerſalis.

Solutio. Dices, eſſe vniuerſale quidẽ metaphyſicũ, ſeu in eſſe obiectiuo, non verò logicũ.

Impugnatio. Sed cõtra: quia omnes conditiones, quas Ariſtoteles aſſignat vniuerſali logico, illi conueniunt: ergo eſt vniuerſale logicũ. Antecedens probatur: nam eſt vna in multis, & prædicabilis de multis: ergo &c.

Alia ſolut. Et ſi dicas, quòd eſt vna per relationẽ rõnis ſibi coniunctã, vel formaliter, vel fundamentaliter proximè,& ſic non eſt per abſtractionẽ vna, nec vniuerſalis, ſed illa abſtractio eſt fundamentum:

Impugnatio. cõtra: nã ante iſtã relationem præintellectam intelligimus nos naturam eſſe vnam,& prædicabilem de multis atq; eſſe in multis: ergo intelligimus illam vniuerſalẽ. Antecedens probatur: Nam per hoc, quòd intelligo meã cognitionẽ, v.g. terminari ad naturã, ſeu ſpeciem meam repræſentare ſine conditionib indiuiduantib. intelligo illam eſſe in multis,& prædicari poſſe de multis,& habere quandam vnitatem,& ſeparationem principiorum indiuiduantium per illam abſtractionem: quæ omnia faciunt vniuerſale logicũ: ergo &c.

Confir. Et confirmãtur hæc rõ ſecundò: Nam natura fit formaliter ſingularis per coniunctionem ad ſingularitatẽ: ergo fit formaliter vniuerſalis per ſeparationem a ſingulari, quia cauſæ oppoſitæ oppoſitos habent effectus: ſed vniuerſale & particulare sũt oppoſita,& abſtractio & cõiũctio cauſæ oppoſitæ: ergo habent oppoſitos effectus. His rationib. iſta ſnia tenet, vniuerſale p abſtractionem fieri,& per cognitioẽ ẽt intellectus poſſibilis. Et explicant ſe magis authores huius ſententiæ,& dicunt, qđ intellectus agens abſtrahit, ſeu producit ſpecies ſingularium in intellectu poſſibili,& intellectus poſſibilis p tales ſpecies ſingulariũ diſcurſu quodam cognoſcit rõnem communem,& vniuerſalem ſine aliqua ſpecie impreſſa vniuerſalium quæ concurrat per modũ principii ad talem cognitionem: nam per tales ſpecies percipit nõ ſolùm id, quod eſt proprium ſingularium, ſed ẽt id, quod eſt cõe illis. Sed hæc cognitio eſt etiam vniuerſalium cognitio,& pari modo cognoſcit naturã genericam conſiderando conuenientiã plurium ſpecierum, ſeu plurium ſingularium diuerſæ ſpeciei. Et idem eſt dicẽdũ de reliquis prędicatis ſuperiorib. Nec.n. eſt neceſſe, dicunt, vt omnem actum intellectus præcedat obiectum tale omnino, ſed ſatis eſt, quòd præcedat aliquod præbens intellectui ſufficiens fundamentum ad illud obiectum cognoſcendum, quaſi diſcurſu quodam, vt patet in cognitione montis aurei, vbi non præceſſit mõs aureus, ſed ſpecies montis,& auri. Vnde non bene infertur, intellectus cognoſcit naturam aliquã cõem,& cõem multis: ergo ante talem cognitionẽ erat illa natura vniuerſalis: Sed ſat erat, quòd ante illum actum ſeu cognitionẽ eſſet talis fundamentaliter in plurib. naturis indiuiduis, ad hoc vt intellectus medio diſcurſu poſſet talẽ actũ elicere. Vnde inferunt ex hac ſententia, nõ dari ſpecies vniuerſalis generis, aut ſpeciei. Alii explicant iſtã ſniam dicendo, quòd intellectus poſſibilis ex illis ſpecieb. ſingularium format verbum repræſentatiuum naturæ in cõi præcisè, ex quo verbo formato reſultat in intellectu poſſibili ſpecies alia habitualis impreſſa repræſentatiua rõnis commu-

Digitized by Google

cõis: ſicut ex ſciẽtia actuali relinquitur ſciẽtia habitualis; & productio huius ſpeciei tribuenda eſt intellectui poſſibili, & non agenti. Vnde per actionẽ intellectus poſſibilis fit vniuerſale. Sequitur deinde, quòd ad minus requiruntur duæ ſpecies ſingularium, vt in illis conſiderando cõuenientiã cõcipiat noſter intellectus cõceptum communem naturæ communis.

Præambula ad quæſitionem.

Duplex intellectus in aïa, agens & poſſibilis

SEd pro explicatione huius dubii iuxta Peripateticam & communem doctrinam aduerte, vt colligitur ex Ariſt. 3. lib. de Anima, & ex D. Tho. 1. p. q. 79. art. 2. & 3. quod in anima noſtra duplex intellectus reperitur: Alter eſt intellectus paſſibilis, ſeu poſſibilis, quo res intelligimus, & qui eſt pura potentia, & tanquam tabula raſa in genere intelligibilium, & qui poteſt omnia fieri, eo quòd non hẽt ſpecies congenitas à principio, ſicut Angelicus intellectus. Alter eſt intellectus agens, qui eſt actiua potentia, & facit res intelligibiles in potentia, intelligibiles actu, cauſando earum ſpecies in intellectu poſſibili, quibus fiat in actu primo ad res intelligendas. Quapropter actio intellectus agẽtis eſt illuſtrando phantaſmata cauſare ſpecies in intellectu poſſibili: actio verò poſſibilis intellectus eſt formando verbum res cognoſcere: & vtrique actioni correſpondet duplex terminus: vnus intrinſecus, alius extrinſecus. Actui intellectus agentis correſpondet in intellectu poſſibili ſpecies impreſſa cauſata per eius actionem; Et hoc voco quid intrinſecum, non quòd ſuſcipiatur in intellectu agente, ſed quia fit ab ipſo in paſſo ſibi proportionato, & correſpondet ſimiliter alius extrinſecus terminus, qui nihil reale eſt in re, ſed ſolùm denominatio extrinſeca, quòd natura, cuius ſpecies eſt in intellectu dicatur abſtracta. Et hoc nihil reale ponit in ſua natura, ſed in intellectu abſtrahente ponit ſpeciem intelligibilẽ, quæ eſt rei ſimilitudo imperfecta, & impreſſa. Similiter actio intellectus poſſibilis habet duos terminos: Alter eſt extrinſecus, & eſt quædam relatio rationis, ſcilicet, naturam eſſe cognitam, eſſe ſpeciẽ, eſſe genus, & cætera, quod nihil reale eſt in re. Alter eſt intrinſecus, & eſt productio verbi, ſeu cõceptus, qui repræſentat talem naturã, qui reale quid eſt in intellectu. Modò ergo iquirimus, An hæc denominatio, qua natura dicitur vniuerſalis, reſultet in ipſa ex actione intellectus agentis, An verò ex actione intellectus poſſibilis? Et quoniam actio intellectus poſſibilis duplex eſt, altera abſoluta, qua cognoſcimus rem in ſe: altera comparatiua, qua illam ad ſibi inferiora cõparamus, vt hominem ad Petrum, & Paulum animal ad equum, & leonem, etiã inquirimus, per quã harum actionum fiat vniuerſale? Et nolo ego in præſentia diſputare, An detur ſingularium ſpecies impreſſa? Præmiſſo n. vt certiſſimum, dari ſpeciem rerũ vniuerſalium in intellectu, & nullo modo præcisè ſingularium, etiamſi detur conceptus expreſſos, & diſtinctus rerũ ſingularium, & magis repugnat dari ſpecies ſingulariũ præcisè, eo modo, quo ponitur ab iſtis recentiorib. Philoſophis. Nã ſi illas alio modo cõſtituerent, forſan nõ ita repugnaret: De quo modò nõ eſt opportunũ tractare. Videat de his omnib. ſapientiſſimus Magiſter Bãnes in Cõmentariis ad primam partẽ, tomo ſecundo, q. 79. art. 2. per totũ commẽtariũ, qui, vt omnia, ſubtiliſſimè, & doctiſſimè rem hanc verſat, & D. Tho. opuſc. 55. qui tractat, quomodo fiat vniuerſalium cognitio ſapientiſſimè.

Cuius Intellectus operatione res denominatur vniuerſalis.

Vniuerſale dupliciter, vel ſecũdũ duplex eſſe

Nota ad hoc, quòd vniuerſale dupliciter accipi conſueuerit apud tractatores huius q. Prout habet eſſe obiectiuè in intellectu poſſibili, vel agenti, etiamſi non habeat actu intentionem vniuerſalis, & hoc modo homo eſt vniuerſalis, quando terminat cognitionem, qua cognoſcitur vt ſic. Alio modo accipitur pro vniuerſali formali, ſeu logico, & eſt illa natura, quæ eſt obiectũ intellectus, quatenus includit tãquam formam relationẽ vniuerſalitatis, quæ eſt ſecunda intentio, & cõſtitutiua formaliter vnitatis vniuerſalis: ſicut album formaliter dicit illud, quod habet albedinem tanquam formam ſui.

Duplex abſtractio intellectus poſſibilis.

Præterea notato, quòd abſtractio, vt pertinet ad operationem intellectus poſſibilis, duplex eſt: Altera, q pertinet ad primã operationẽ intellectus, & eſt cõſideratio vnius ſine alterius cõſideratiõe, vt quan-

do

do hominem cognoſco, non cognoſcẽdo indiuidua explicitè, tunc per cõſiderationem ſeparo hominẽ à particularibus. Alia eſt abſtractio, quæ pertinet ad ſecundam operationem intellectus, quãdo tollo de re aliquid, quod ſit in illa, cõponendo, & diuidendo; Compoſitio enim, & diuiſio ad ſecundam operationem intellectus pertinet: Vt quando dico, Petrus nõ eſt albus: tunc enim tollo, & ſeparo, & abſtraho ab illo albedinem, quæ illi cõuenit per ſecundam operationem intellectus, & per propoſitionem negatiuam. Et ſi per hanc abſtractionem comparatiuã aliquid tollo à re, quòd ſit in illa, falſa eſt: Sicut ſi dicamus, Petrum non eſſe hominẽ, ſeu eſſe, & de hac intelligitur illud proloquium, Intellectus intelligens rem aliter, quàm eſt, eſt falſus. Quando verò conſideramus aliquid per abſtractionem primo modo, quæ dicitur abſtractio ſimplex, quia pertinet ad ſecundã operationem intellectus, quæ eſt ſimpliciũ apprehenſio, in qua per ſe non eſt falſitas, nec veritas, non eſt in illa falſitas, etiamſi intelligamus rẽ aliter, quàm eſt. Quia ergo intelligo hominem ſine Petro & Paulo, & nõ eſt ſine illis, quia nihil affirmo, nec dico eſſe ſine Petro & Paulo. De quo videatur D. Tho. 1 par. q. 85. ar. 1. ad primũ. Et hæc ſimplex abſtractio poteſt eſſe præciſiua, vel non præciſiua: Vt quando abſtraho animal, conſiderando illud cũ præciſione, vt non importet, niſi gradum ſenſibilitatis, & in potẽtia nihil aliud, & tũc per huiuſmodi abſtractionem non fit vniuerſale, quia vniuerſale eſt prædicabile de multis, quod illi animali præciſè cõſiderato non conuenit, cùm non poſſit prædicari de inferioribus: nam quod prædicatur, dicit totũ, quod eſt in re: ſed animal ſic præciſè conſideratum non dicit totũ, ſed partẽ inferioris ſolùm rei: ſed fit vniuerſale per abſtractionem nõ præciſiuã. Et hæc abſtractio non præciſiua, non ita ab eo, quòd ex neceſſitate cognoſcatur per illam abſtractionem. Verbi gratia, quãdo cognoſco animal abſtractione non præciſiua ſimplici a ſpeciebus, non eſt neceſſe per illam cognitionem cognoſcamus ſpecies, quia non fit abſtractio ab illis, vt à prius notis, ſed vt ab illo termino, cui cõiuncta erat natura animalis; Sicut quando potentia viſiua abſtrahit colorem à ſapore, non cognoſcit ſaporem. Abſtractio verò prout pertinet ad intellectũ agentẽ, nihil eſt aliud, quàm elicere ſpeciem rei vniuerſalis, & non conditionũ indiuiduatium, vel vti phantaſmate quoad naturã vniuerſalem, & nõ quoad conditiones indiuiduantes.

Per quam abſtractionem intellectus fiat vniuerſale

Abſtractio intellectus agẽtis quæ.

Præterea conſiderare oportet, ſpeciẽ duplicẽ eſſe, alteram expreſſam, alteram impreſſam: ſpecies expreſſa eſt verbum, ſiue rei cõceptus, quæ formatur ex actu intelligendi, qui ponitur in intellectu, vt terminus intrinſecus intellectiuæ actionis, in quo res ſciatur & videat. Alia eſt ſpecies impreſſa, & eſt quædã qualitas, quæ cauſatur ab intellectu agente in intellectu poſſibili, vt ſit principium intellectionis, actuando, & cõſtituendo intellectum in actu primo.

Et ſi quæras, An hæc ſpecies ſit ſimilitudo obiecti diuerſimodè: reſpõdẽt Doctores; Aliqui dicũt eſſe ſimilitudinẽ virtualẽ, & implicitã nõ formalẽ, ſed continet obiectũ in virtute, & ſimiliter verbũ: nã eſt potens cauſare verbũ, ſicut dicimus, quòd ſemẽ cõtinet arborem in virtute, nõ quòd ſit formaliter ſimile arbori: ſed quia potẽs eſt illud cauſare. Et ſi D. Tho. dicat ſpeciẽ eſſe ſimilẽ obiecto, eſt explicãdus de ſimilitudine virtuali, nõ formali, aliàs ſuperflueret verbũ. Huius ſententiæ eſt Torres ſuper materiam de Trinitate, folio 17 pagina 2. & eſt probabilis.

Controuerſia, nũ ſpecies impreſſa ſit formalis ſimilitudo obiecti.

1. Sentẽtia.

Torres.

2. Sentẽtia eſt, quòd ſpecies ſit ſimilitudo obiecti non ſolùm virtualis, ſed etiã formalis, licèt imperfecta. Et ſi inferas: ergo non eſt neceſſarium verbum, neganda eſt cõſequentia: nam ſpecies repræſentat obiectum imperfectè, & nõ vt terminus intellectionis, ſed vt principiũ efficiens: Verbũ autẽ repræſentat perfectè, vt terminus perfectus intellectionis: & ita requiritur, & eſt neceſſariũ ad intellectionẽ, vt ſit res intra intellectum in ratione termini. Et hoc videtur tenere D. Th. 1. par. q. 14 ar. 12. vbi dicit, quòd ſpẽs ẽ ſimilitudo obiecti, & quãdo põ debeat intelligi de ſimilitudine virtuali, prædicatur ſimilis, quia habet virtutem ad producendam ſimilitudinem rei expreſſam, cuiuſmodi eſt verbum. Patet, nam dicit in hæc verba, quòd ſpecies hominis eſt ſolùm ſimilitudo hominis

2. Sẽtentia aliorum.

minis:& ita per ipſam poſſunt omnes homines cognoſci, eſſentia verò diuina, per quam Deus cognoſcit, eſt ſimilitudo omnium, & ſic per ipſam omnia cognoſci poſſunt, vbi vides eodem modo loqui de eſſentia diuina, atque de hominis ſpecie, impreſſa: ſed eſſentia diuina eſt ſimilitudo formalis, & non ſolùm virtualis: ergo & ſpecies noſtri intellectus impreſſa. Et multi ſunt alii loci in D. Tho. de hac re loquentes. Videatur Capreolus 2. diſt. 1. q.1. ad 1. confirmationem, circa argumenta ſecundo loco adducta, vbi hoc expreſſè aſſerit.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. PRima concluſio: Vniuerſalia formaliter ſunt in ſolo intellectu fundamentaliter, remotè in reb. ipſis Hæc concluſ. liquidò colligitur ex dictis in præcedenti q. & eſt D.Th. opuſc. 55. & de ente. c.4 & 1.p.q.85.art.1. ad 1. & ad 2. q.30. art.1. & q 44 art.1. & in 1.d.21.q.1.art.3. Id ẽt tenet Caiet. c.4. de ente & eſſentia, Verſorius Bruxelenſis ſuper de ente & eſſentia, D.Th. loco citato, Ganda. q.24. Niph. q.17. Archiepiſc. Toletan. 1. de anima, q.3 Iandunus 1. de anima, p.8. Soto & Toleto, in hac materia locis citatis, Capreol. in 3.d.5.q 2 Durand. in 2.d.3.q.2.nu. 14. & q.7.nu.7. Soncinas 7. Metaphyſicæ. Et idem tenent antiqui Philoſophi, Ariſt. 7. Metaphyſicæ, & 6. Metaphyſico, c. 10. & 11. vbi dicit, nihil eſſe in reb. præter ſingularia: idem etiam docet 12. Metaphyſ. c.8. Auerroes 3. de anima, textu, 8. dicẽs, quod intellectus facit vniuerſalitatẽ; in rebus, Auicenna in ſua Logica, c. vlt. & 5. Metaphyſicæ, c.1. & 12. vbi ait vniuerſalitatem non accidere alicui, niſi cum acciderit in forma intelligibili, Beatus Damaſcenus lib.1.c.8 Bannes 1.p q.79 ar.2 in principio, & eſt cõmunis opinio Thomiſtarum, & Peripateticæ doctrinæ. Sed quomodo hoc fiat, eſt opinionum varietas, & ideò ſit

2. Concluſ. Secunda concluſio: Per actionem intellectus agentis, fit vniuerſale in eſſe obiectiuo, & Metaphyſicæ. Et cum dicimus, fieri vniuerſale, etiam dicimus fieri prædicabile: quia prædicabilitas paſſio eſt vniuerſalis. Vnde quo modo ponitur in vniuerſali ratio vniuerſalis, eodẽ modo eſt ponenda prædicabilis ratio: quia impoſſibile eſt eſſe vniuerſale ſine prædicabilitate de multis. Hæc concluſio eſt Capreoli, 3. & 5. in ſolutionib. argumẽtorũ, & Caietani ſupradicti, c.1. de ente, q.7. Soti, qu. 2. vniuerſalium, quinimo eſt D. Th. locis citatis. Et probatur rõne: Officium intellectus agentis eſt facere rẽ intelligibilẽ in potentia, intelligibilẽ actu, vt patet ex Ariſt. 3 de ani. tex.17. & ex D. Th.1.p.q.79.art 2 & per totã q 85. ſed nõ eſt actu intelligibilis res intellectione directa, niſi ſit vniuerſalis. ergo intellectus agens facit vniuerſale non formaliter, vt infrà patebit: ergo in eſſe obiectiuo. Præterea, Officium intellectus agẽtis eſt cauſare ſpeciem naturæ, & non conditionũ indiuiduantiũ, vt patet ex eiſdem locis: nam noſter intellectus intelligit per abſtractionem à materia, quæ abſtractio nihil aliud eſt, quã producere ſpeciẽ naturæ, & non conditionum indiuiduantium. Tunc ſic, illa ſpecies repræſentat naturã, & non conditiones indiuiduantes: ergo natura repræſentata eſt vniuerſalis. Probatur conſequentia: Quia ex ablatione conditionum indiuiduantium in repræſẽtatione, manet res indeterminata, & cõſequenter cõis, vnde manet vniuerſalis: nã conditiones indiuiduantes faciebant rem ſingularem: ergo illis per repræſentationem ſpeciei ablatis manet res vniuerſalis. Et ſi dicas, contrà: per ſpeciem vniuerſalis cognoſcitur ſingulare: ergo repræſentat conditiones ſingulares, quia non plus cognoſcitur per verbũ, quàm ſit in ſpecie, quæ eſt principium intellectionis. De hoc argumento vide Sapientiſſimum Magiſtrum Bannes prima parte q.79. art. 2. dub. 2. & 3. Et nota, quod eſſe vniuerſale in eſſe obiectiuo nihil aliud eſt, quam eſſe obiectum alicuius formæ vniuerſalis, quæ repræſentat aliquid, nõ prout determinatum eſt in re, & factũ ſingulare. Et cũ ſpecies illa repræſentet naturã ſine determinatione, natura ipſa eſt obiectũ alicuius formæ vniuerſalis, & ipſa manet ex neceſſitate obiectũ vniuerſale, quãobrẽ eſt vniuerſalis in eſſe obiectiuo: terminat. n. ſpeciem illã vniuerſalẽ, & ſpiritualẽ, in ratione formæ: & ita manet

Obiectio.

Solutio.

Vniuerſale in eſſe obiectiuo quid.

Digitized by Google

indifferens vt de pluribus affirmetur.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Etiam actione intellectus poſſibilis eſt vniuerſalis natura in eſſe obiectiuo. Hæc concluſio ex præcedenti ſequitur: Nam illa natura, quæ repræſentabatur per ſpeciem ſine cõditionib. indiuiduantib cognoſcitur ab intellectu poſſibili ſine illis, & formatur verbũ ex illa cognitione, quod repræſentat naturã ſine conditionib. indiuiduantib. ergo natura illa ſine illis cognita ex eo, qđ terminat ta'ẽ cognitionem, manet obiectum vniuerſale, & cõe, quia aufertur p illam cognitionem, quod naturam reddebat ſingularem: manet igitur obiectum vniuerſale: eſt ergo vniuerſalis obiectiuè. Hanc docet S. Tho. opuſc. 56. & ſecundo Phyſicorum, lect. 3. & de ente & eſſẽtia cap. 4 & 1. par. q 55. art. 1. & art. 2. ad ſecundum, & quæſt. 16. art. 3. ad ſecundum, & art. 2. q. 19. art. 6. Idem docet Ariſtoteles 10. Metaphyſicæ, & primo peri hermenias, c. 5. & Auicenna quinto Metaphyſicæ, cap. 1. & hæc, & præcedentes concluſiones ſunt communes inter Thomiſtas, & authores ſuprà citatos. Et ſi aliquando Diuus Tho. & alii viri grauiſſimi dicant, cognitionem ſeu abſtractionẽ eſſe formam vniuerſalis, intelligendi ſũt fundamentaliter, hoc eſt, cognitio & abſtractio ſunt fundamentum proximum vniuerſalitatis, & ſecundæ intentionis, quę eſt vniuerſalis forma. Et cum itidem dicunt, vniuerſale completiuè eſſe in intellectu dũ cognoſcitur, explicandis ſunt per reſpectum ad eſſe, quod habet ad extrà: Nam quia iam eſt poſitum fundamẽtum proximũ vniuerſalitatis per cognitionem & abſtractionem, quod non eſt in rebus conſtitutum, cùm parum illi deficiat, vt ſua tribuatur forma, vocant ipsũ vniuerſale completiuè per hoc, quod eſt cognitio ipſius naturæ vniuerſalis in intellectu.

Gloſſantur dicta Doctorum in contrarium.

4. Concluſ. Quarta concluſio: Perfectiori modo natura eſt vniuerſalis in eſſe obiectiuo per actionem intellectus poſſibilis, quàm per actionem intellectus agentis. Probatur concluſio: Nam tota rõ, quare ponitur vniuerſalis in eſſe obiectiuo, ſeu Metaphyſica eſt quia repræſentatur cõiter, & terminat ſpeciem, ſeu cognitionẽ cõmunem, & ſic eſt indifferẽs ad multa, ſed perfectiori modo repræſentatur per verbum, quàm per ſpeciem: ergo perfectiori modo eſt vniuerſalis per poſſibilis intellectus, quàm per agẽtis actionem. Præterea probatur concluſio: Nam per ſpeciem intelligibilem, ſeu per actionem intellectus agentis, res eſt intelligibilis in actu primo, per actionem intellectus poſſibilis, eſt intelligibilis in actu ſecundo: ſed actus ſecũdus comparatur ad actum primum, vt magis ad minus perfectum: ergo eſt perfectiori modo vniuerſalis p actionẽ intellectus poſſibilis, quàm agẽtis: & hæc maior, vel minor perfectio, nõ ſe tenet ex parte naturæ, ita vt natura ipſa ſit magis vel minus in ſuis inferiorib. ſed tenet ſe ex parte vnitatis ipſius vniuerſalis: quia magis accedit per huiuſmodi repræſentationem poſſibilis intellectus, ad hoc, vt recipiat intentionem vniuerſalis, quæ formaliter in eſſe vniuerſalis conſiſtit, quàm per actionem intellectus agẽtis, & ita eſt perfectiori mõ vniuerſalis. Nam ſine repræſentatione iſta, & cognitione intellectus poſſibilis, non poteſt ſuſcipere intẽtionem vniuerſalis natura, quę eſt facta intelligibilis in actu primo per actionem intellectus agẽtis. Vnde ſiquidem per hanc actionem accedit ad ſuſcipiendum ſuum complemẽtum, & formam vltimam in rõne vniuerſalis, perfectiori modo eſt vniuerſalis natura in eſſe obiectiuo, & fundamentaliter proximè; & etiam eſt perfectiori modo vniuerſalis: quia perfectiori modo repræſentatur.

5. Concluſ. Quinta cõcluſ. Vniuerſale logicũ, quatenus dicit formaliter ſecundam intẽtionem ſecundum ſuum eſſe formale, ex neceſſitate requirit cõparationem naturæ ad ſua inferiora, q̃ fit per actionẽ intellectus poſſibilis. Probatur conclu. authoritate D. Th. 1. p. q. 28. art. 1. in illis verbis. Eſt tantum in ipſa apprehenſione rõne conferentis vnũ alteri, &c. 2. de ente. Vbi dicit in hæc verba: Ex hoc, quod natura eſt in intellectu habet vniformem rationem ad indiuidua, & tunc intellectus adinuenit rationẽ ſpeciei, & attribuit illi. Vnde Commentator dicit, quod intellectus eſt q facit vniuerſalitatẽ in reb. Vbi D. Th. innuit, ex eo nos tribuere ſecundã intẽtionem ſpeciei naturæ, quia habet vnifor-

niformitatem ad indiuidua. Nō enim ha
bebat natura ſecundam intētionem, etiā
ſi diceret vniformem rationem ad indiui
dua, niſi intellectus illam ſibi tribueret,
& hac ratione tribuit, quia dicit vnifor-
mitatē ad indiuidua: ergo ſecūdū D. Th.
præceſſit actio comparatiua, qua hoc co
gnoſceret: nam ſine illa hoc cognoſcere
non poterat. Et hoc magis explicatur ſe-
quentibus rationibus. Primò: Nam vt ho
Maior explicatio præcedētium. mo ſit ſpecies formaliter, eſt neceſſe, qđ
habeat actu intentionem ſpeciei: ſed nō
poteſt habere actu intentionem ſpeciei,
niſi actualiter illā ei tribuat intellectus:
ad quod neceſſario requiritur cōparatio:
ergo per comparationem vniuerſale for
maliter fit. Maior clara eſt, quia ſicut albū
formaliter dicit actu albedinē, ita vniuer
ſale debet formaliter dicere ſecundā in-
tentionem, quæ eſt vniuerſalitas. Minor
probatur ex D. Th. loco proximè addu-
cto. Et probatur magis eadem minor: Nā
intellectus non tribuit intētionē ſpeciei
animali, ſed intentionem generis: nec tri
buit intētionem generis homini, ſed ſpe
ciei: & hoc non alia ratione, niſi quia vi
det animal eſſe in pluribus ſpeciebus, &
hominē eſſe in plurib. indiuiduis: ergo
neceſſaria eſt comparatio ad hoc, vt vni
uerſale formaliter fit. Præterea probatur
1. Confir. concl. magis. Quādo cognoſco hominē,
v.g. in cōi, ille homo non habet ſecundā
intentionem ſpeciei actu per illam co-
gnitionem, quia per illam non cognoſci
tur ſecunda intentio, & non pōt habere
eſſe, niſi dum actu cognoſcitur, vt ſuprà
viſum fuit; ergo per aliam cognitionem
dēt cognoſci, & tribui naturæ, vt ſit for-
maliter illa ſecunda intentio in natura:
ſed non poteſt tribui, niſi præceſſerit cō-
paratio; ergo comparatio eſt neceſſaria
ad formale eſſe ſpeciei, & vniuerſalis Mi
nor probatur; Nam quare tribuo homini
intentionem ſpeciei, & non tribuo illam
Petro, niſi quia video hominem eſſe in
pluribus indiuiduis, & non Petrum? Sed
non poteſt hoc cognoſci, niſi notitia cō-
paratiua; ergo &c. Itaq; tota vis huius au
thoritatis, & rationis, in hoc conſiſtit, qđ
ex cognitione hominis in cōi non reſul
tat formaliter ſecūda intentio ſpeciei.
Et idem eſt dicendum de aliis vniuerſali-
bus, vt viſum fuit q. 1. Vnde eſt neceſſe, vt
ſit formaliter, quòd cognoſcatur ſecun-
da intentio, & non quomodocūq;: ſed qđ
cognoſcatur & tribuatur naturæ, tanquā
forma illius Nam quādo cognoſco in cō
muni ſpeciem, non fit per illam cognitio
nem homo, vel equus ſpecies, quia non
cognoſcitur vt forma illorum, quod dēt
fieri per hoc, quod illi tribuatur ab intel
lectu: ſed nō poteſt tribui forma ſpeciei
homini, niſi videamus hominem eſſe in
plurib. indiuiduis tātùm, ſed hoc fieri ne
quit ſine comparatione: ergo cōparatio
neceſſaria eſt, vt fiat vniuerſale. Prætereà *2. Confir:*
probatur concluſio: Nam per abſtractio-
nem intellectus agentis, neq; per cogni-
tionē abſolutam naturæ non fit vniuerſa
le: ergo fit per cōparationē. Conſequen-
tia patet: quia nō reſtat, quo alio fiat mo
do. Probatur antecedens, de actione intel
lectus agentis: nam illa ſecundū probabi
liorem opinionem, non eſt intellectiua:
ergo per illā nō cognoſcitur ſecūda intē
tio: intentio ergo nō hēt formaliter eſſe
per illam, ſolum .n. eſſe formaliter haber,
dum cognoſcitur. Quod nec per actionē
abſolutam poſſibilis intellectus, etiā pro
batur: nam quando cognoſco hominem
vt ſic, non eſt cognitio alicuius entis ra-
tionis tunc: ergo non fit formaliter ſecū
da intentio, quæ ſolum habet eſſe, dum
cognoſcitur. Prætereà, vniuerſale forma
liter eſt vnum in multis: ergo debet for- *3. Confir.*
maliter reſpicere plura: ſed abſq; relatio
ne ad inferiora nō pōt reſpicere plura:
ergo non fit vniuerſale formaliter ſine re
ati ne [sic; type damaged] ad inferiora: ſed iſta relatio non
fit formaliter per ſolam abſtractionem,
neque per cognitionem abſolutam: er-
go, vt fiat formaliter, dēt præcedere cō-
paratio: ergo &c. Minor probatur: quia
natura de ſe non dicit ordinem ad infe-
riora, ſed per aliquid ſibi ſuperadditum
hoc habet. Conſequentia illa patet, ſecū
da minor probatur: quia abſtractio non
eſt cognoſcitiua, & abſoluta intellectio
intellectus poſſibilis, ſolùm terminatur
ad hominem, vt ſic, & non ad conditio-
nes indiuiduantes, nec ad aliquid am-
plius: ergo per illam non cognoſcitur
aliquod ens rationis: nō ergo fit vniuerſa
le formaliter per illam, quod fieret, ſi co
gnoſceretur vniuerſalitas. Sed dices, cō-
trà: Per comparationem non fit vniuer-

Digitized by Google

ſale formaliter: ergo nullo modo fit vniuerſale. Et antecedens probatur: Nam per notitiam, qua cognoſco hominem eſſe in Petro, vel in Paulo, verbi gratia, non cognoſcitur aliqua ſecunda intentio, ſed ſolùm natura hominis in communi & reflexè indiuidua, in quibus eſt: ergo non fit vniuerſale formaliter per illã comparatiuam cognitionem: nam ad hoc erat neceſſe cognoſci ſecundam intentionem. Pro hac explicanda difficultate ſit

6 Concluſ. Qua occurritur præcedenti difficultati.

Sexta concluſio: Notitia comparatiua requiritur ad vniuerſale formaliter, ad minus vt conditio neceſſaria, vt ſit vniuerſale formaliter: non verò fit vniuerſale formaliter per comparatiuam notitiam ipſius naturæ. Hanc concluſionem quantum ad illud, quod aſſerit, requiri ad vniuerſale formaliter notitiam comparatiuam, vt conditio ad minus, patet ex dictis, quia non poteſt fieri ſine illa. Et quemadmodum generatio eſt conditio ad relationem paternitatis, potentia verò generatiua eſt fundamentum, ita comparatio eſt conditio, vt ſit relatio vniuerſalis, fundamentum verò eſſe cognitũ ſeu eſſe abſtractum, vt iam viſum eſt. Quod verò vniuerſale non fiat formaliter per illam patet argumento ſupra facto. Cum enim cognoſco hominem eſſe in Petro, & in Paulo, verbi gratia, totum, quod eſt cognitionis obiectum, eſt aliquid reale; nimirum natura hominis & eius indiuidua: ergo non fit vniuerſale formaliter. Quia, vt fiat vniuerſale formaliter, neceſſarium eſt, quòd terminet ens rõnis cognitionem meam, per quam acquirat ſuũ eſſe formale ſecunda intentio, & quod tribuamus illã naturæ, vt eius formã, & ſatis patet ex dictis. Et ſi dicas, quõ ergo fit vniuerſale? hoc ſanè modo. Intellectus agens abſtrahit ſpecies naturæ, & nõ cõditionum indiuiduantium, & iam manet natura obiectũ ſpeciei vniuerſalis, & ita vniuerſalis, ſeu intelligibilis, in actu primo, & intellectus poſſibi is hac informatus ſpecie producit verbum & cognitionem hominis, & manet natura perfectiori modo vniuerſalis in eſſe obiectiuo, quia intelligibilis in actu ſecundo. Deinde hæc natura comparatur ad inferiora, & videns intellectus ſolùm eſſe in inferioribus ſibi indiuiduis, & ita ſolùm affirmari poſſe de illis, & cùm videat ſpeciem eſſe, quæ affirmatur de pluribus indiuiduis intentionem ſpeciei cognoſcit, & tribuit naturæ illi, & per illam formaliter refert naturam ad indiuidua. Et ita manet natura vniuerſalis, & ſpecies formaliter. Et ita in aliis fit vniuerſalib. Et ſecundũ iſtũ dicendi modũ ſoluuntur difficillima argumenta, quæ infrà adducemus, de ſimultate Relatiuorum rationis, Generis, & Speciei. Et hanc ſniam, quòd vniuerſale fiat per comparationẽ, tenẽt grauiſſimi authores, Diuum Thom. iam ſupra retulimus, 1 par. q. 28. art. 1. in corpore, & lectione 1. in Peri hermenias, & opuſc. 48. c. 1. & 4. Metaphyſicæ, textu 51. & de potentia, quæſtio 7. art. 11. Quinimò etiam Caiet. 4. de ente, q. 7. & 8. hoc videtur tenere. Hanc ſniam tenet Scotus libr. 7. Metaphyſicæ, quæſtione 18. Nam licèt alibi dixerit, vniuerſalia eſſe à parte rei, conuictus teſtimonio Ariſtotelis coactus eſt dicere naturam communem non eſſe completè vniuerſalem à parte rei, ſecluſa operatione intellectus, vt patet 2. Sententiarum, diſtinctione 3. quæſtio. 10. ad 2 obiectionem contra concluſionem. Sequuntur Scotum omnes eius diſcipuli, ſpecialiter Antonius Andreas 7 Metaphyſicæ quæſtion. 18. Trombeta quæſt. 1. art. 1. in fine in ſuis metaphyſicis quæſtionibus. Hanc ſententiam tenẽt Soncinas 5. Metaphyſicæ, quæſtione 27. Niphus 4. Metaphyſicæ, quæſtione 3. & libro 6. quæſtione 7. Ferrara lib 1. contra gentes, capite 11. Iauellus de tranſcendentibus, titulo 4. capit. 1. Tartaretus in principio proœmialium. Viguerus capite 2 ſuæ Summæ. Themiſtius libro 1. de anima, cap. 4. Canarienſis 1. par. q 28. folio 21. Copulata Louanienſis cap. de Genere, & eſt communis noſtris temporib. Sapientiſſimus Magiſter meus Frater Ioãnes Gallo, eandem ſententiam tuebatur.

Modus ſoluendi difficillima argumenta.

Obiectio. Solutio.

Et ſi fiat argumentum: Modò intentionem ſpeciei tribuimus homini ſine huiuſmodi comparatione, vt conſtat experientia: nam homine cognito in communi, ſtatim illi ſine noua cõparatione per intentionem ſpeciei conſtituo ſpeciem: Reſpondetur, quod modò iam eſt velut habitualis comparatio: ſæpiſſimè enim

enim cõparaui hominem ad indiuidua, & ex antiqua hac cõparatione attribuo illi intentionem ſpeciei. Semper enim eſt neceſſaria comparatio, ſiue formalis, ſiue habitualis, virtualiter manens, vt intẽtionem vniuerſalis alicui poſſimus tribuere naturæ.

7. Concluſ. Septima cõcluſio: Natura, quæ eſt vniuerſalis in eſſe obiectiuo, eſt prædicabilis de multis, licèt intentionem prędicabilis non habeat formaliter, ſed fundamentaliter ꝓximè. Prædicabilis verò formaliter, id eſt, habens intentionem prædicabilis, non fit niſi per cõparationem. Vt autem hanc intelligas concluſionem, notandum eſt, prædicabile de multis dupliciter ſumi poſſe. *Notãdum prædicabile de multis dupliciter.* Vno modo pro natura, quæ poteſt de multis affirmari in aliqua propoſitione. Alio modo, ꝓ natura, quæ de multis affirmari poteſt, & habet prædicabilis intentionem, ſecundum quam referatur ad illa multa formaliter: natura quæ eſt vniuerſalis obiectiuè, verbi gratia, homo communi conceptu cognitus, prędicabilis eſt de multis. Poteſt enim affirmari de Petro & Paulo, quia cognoſcitur ſine indiuiduantibus conditionibus, quæ erant obſtaculum talis prædicationis, quibus ablatis per intellectum manebit natura affirmabilis de multis. Cæterùm adhuc non habet intentionem prædicabilis, vſquedum intellectus videns quod eſt in multis tribuit illi intentionẽ prædicabilis, qua ipſum hominem refert ad indiuidua, vel inferiora, in quibus eſt, vt de ipſis affirmabilis. Et hæc ſecunda intentio prædicabilis præſupponit comparationem ſicut intentio vniuerſalis, quæ eſt paſſio vniuerſalis, & prædicabilitas formaliter, quæ eſt ſecunda intẽtio, & ens rationis. Et hæc concluſio patet eiſdem rationibus, quibus præcedentes duæ concluſiones ſunt probatæ, nam non poſſum alicui tribuere intentionem prædicabilis ſpecifici, niſi videam ipſum eſſe in pluribus indiuiduis: Nam quare non tribuo illi prædicabilitatẽ generis, niſi quia nõ eſt ĩ multis ſpeciebus, quod niſi per comparationem cognoſcere non poſſum.

8. Concluſ. Octaua concluſio. Delirium eſt maximum, & antiquum, ſæpiſſimè à grauiſſimis Logicis reprobatum, dicere formam conſtitutiuã vniuerſalis in eſſe vniuerſalis eſſe cognitionem, quæ realiter, ſed extrinſecè, naturã vniuerſalem denominat denominatione formali. Hæc cõcluſio ſuprà fuit probata, q. 2. lib. 2. conclu. 7. Et ſi fiat argumentum; D. Tho. opuſ. 56. dixit, cognitionem eſſe formale in vniuerſali, & formã vniuerſalis eſſe accidens in anima, iã reſpõſum eſt cõcluſio tertia. *Obiectio.* Vel reſpondeo, quòd dicit eſſe formam vniuerſalem cognitionem, quia accipit fundamentum pro ſecunda intentione vniuerſalis, quæ originaĩ ab illa, & nomẽ quaſi cauſæ tribuit effectui, quod frequentiſſimum eſt in rerum tractatione. *Solutio.*

Diſſoluuntur argumenta.

1. Reſpõſio. Ad primum reſpondetur, quòd per actionem intellectus agentis fit vniuerſale, ĩ eſſe obiectiuo, ſeu metaphyſicè: nã ſpecies intelligibiles repræſentant naturam ſine cõditionibus indiuiduãtibus, vt diximus in hac quæſtione. Secundò reſpondetur, quòd licet ſpecies non repræſentarent naturam vniuerſalem, illa natura eſt vniuerſalis, quia eſt intelligibilis in actu primo, & poteſt, quantũ eſt ex parte modi, quem habet in intellectu, affirmari de multis. *2. Reſpõſio.* Impoſſibile enim eſt, quòd ſit intelligibilis in actu primo, & quòd non ſit vniuerſalis natura, nã ex eo, quòd illa ſpecies eſt naturæ, & nõ cõditionũ indiuiduantium, eſt forma potens in actu primo producere verbum naturæ, & non cõditionum: quamobrem erit vniuerſalis. Illa enim forma intrinſecè importat ordinem ad naturam, & non ad conditiones indiuiduantes: Vnde ex hoc ordine natura manet vniuerſalis ĩ actu primo, & metaphyſicè. Quãdo verò ſpecies eius eſt in imaginatiua, illæ ſpecies ſunt ſingulares, & rei ſingularis, quæ ſolũ faciunt formare idolũ rei ſingularis. Vnde nõ eſt æqua ratio. Et per hoc patet ad replicam. Ad confirmationẽ argumenti reſpondetur, quòd per actionẽ intellectus agentis nõ fit vniuerſale formaliter, ſed in eſſe obiectiuo. *Ad Confir.* Secunda verò intentio formaliter fit per actionem intellectus poſſibilis, cuius exiſtere eſt cognoſci, vt dixi ſuprà quæſtione 23. Et quãuis nõ fiat ſecũda intẽtio formaliter, fit tamẽ fundamẽtaliter

Digitized by Google

proximè. Nam fundamentum proximum ſecundæ intentionis vniuerſalis, nõ ſolũ eſt eſſe cognitum per intellectũ, ſed etiã eſſe abſtractum, nam abſtractio operatio eſt etiam intellectus, licèt agentis; & ita eius fundamentum eſt aliquid conſequutum ad operationem intellectus.

. Argum. Ad ſecundum argumentum patet ex quarta cõcluſione. Et ad illud, quod dicitur in eodem argumento, quòd nõ perficeretur vniuerſale factum per intellectũ agentẽ ab operatione intellectus poſſibilis, quia eſſent duo vniuerſalia, imò ſpecie differẽtia, quia actiones ſpecie differunt. Reſpondetur, non ita rẽ ſe habere Nã illæ actiones, & quod ipſis correſpõdet in naturis, nimirum eſſe abſtractũ, & cognitum in rõne fundandi ſecundam intentionem, nõ differunt ſpecie, licèt alia rõne differant: nam vtrumq; fundat ſecundam intentionem, quatenus facit indifferentiam talem in natura, ſicut homo & equus in rõne ſpeciei logicæ, non differunt ſpecie, etiamſi fundentur illæ intẽtiones in diuerſa actione intellectus poſſibilis, ſcilicet in cognitione hominis & equi, quæ differũt aliqua ratione ſpecie: quia non fundatur quatenus differũt ſpecie, ſed quatenus feruntur in naturã, quæ eſt in pluribus indiuiduis Quod verò equus & homo in ratione obiecti differãt ſpecie, nihil ad rem, quia illa differentia ſpecifica per accidens ſe habet ad rationem fundamenti ſpecifici. Nec numero differunt illa vniuerſalia, quia ſubiectũ, quod denominatur vniuerſale, idẽ numero eſt in ratione denominati, & in ordine ad ſecundam intentionem. Et ita non poteſt ratio vniuerſalis eſſe numero diſtincta; nam differentia numerica ex ſubiecto numero diſtincto ſumi debet, quod ibi verum nequaquam habet.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quòd natura ex modo eſſendi, quem habet in intellectu per actionem intellectus agentis, eſt prædicabilis de multis ſine aliqua mutatione, quæ fieri debeat ex parte ſua, cùm ſit indifferens ex modo eſſendi, quem ibi ſeruat, & ita poterit per intellectum applicari multis. Verũ eſt tamẽ, quòd actualis prædicatio nõ fiet, niſi per intellectũ poſſibilem: habet ergo aptitudinem proximam, quãtum eſt ex parte modi eſſendi ibi. Sed hæc aptitudo reducenda eſt ad actum per poſſibilem intellectum. Reductio autem ad actum prædicationis accidens eſt vniuerſalis, & prædicabilitas paſſio propria. Aliam ſolutionem dabimus capite de Genere. Ad confirmationem reſpõdetur, vt patet ex loco ſuprà adducto ex ſapientiſſimo Magiſtro Bannes, multos Philoſophos negare talẽ relucentiam in phantaſmate: Et illuminari phantaſma ab agente intellectu, eſt cõfortari, vt cauſet ſpecies in poſſibili intellectu agens intellectus medio phãtaſmate, & data illa relucentia non eſt incõueniens dari vniuerſale correſpondens phantaſmati illuminato, quia correſpondet repræſentationi ipſius, quatenus illuminato, quod fit per actionẽ intellectus agentis, & ita non datur vniuerſale ſine actione intellectus. *Ad confir.*

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quòd ſolutio ibi data eſt optima. Et probat hoc argumentum noſtras concluſiones ſuprà conſtitutas, de quo videatur quæſtio vigeſimatertia toties iam citata. Ad confirmationem, cùm dicitur, quòd nec fundamentaliter proximè erit, quia non eſt fundamentum illius proximum, reſpondetur, quòd fundamẽtum proximum eſt tunc fundamentaliter & in virtute: Nam eſſe cognitum, vel eſſe abſtractum, eſt ratione cognitionis, & abſtractionis, in quibus fundatur, cognitio autem cõſtat tũc eſſe, in qua fundatur eſſe cognitum. De hoc etiam ſuprà diximus in tractatu intentionum: Nec dicimus intentionẽ non exiſtentem pro illo inſtanti denominare naturam, ſed naturam dici vniuerſalem ratione fundamẽti proximi poſiti in virtute actionis, vt verò ſit dicenda formaliter vniuerſalis, ſpectanda eſt ſua forma per actionem intellectus, quæ ipſam cognoſcat, & naturæ tribuat. *Ad confir.*

Ad 5. arg. 1. Reſpon. Ad quintum argumentum olim ita reſpõdebamus, quòd per actionem, qua cognoſco animal, non fit niſi genus, per actionem, qua cognoſco hominem, non fit niſi ſpecies, quia in hac cognitione non eſt, niſi ſpeciei fundamẽtum, in alia verò generis. Si autem vtrunque ſimul cognoſcerem, vtrumque ſimul fieret nõ formaliter, ſed in eſſe obiectiuo. Et cum dicitur in argumento, tunc non cognoſci, niſi

animal,

animal,concedo:ergo non fit niſi genus, etiam cócedo:ergo datur genus ſine ſpecie,& conſequenter vnum relatiuum, ſine alio,diſtinguo:Sine alio fundamentaliter remotè,nego;ſine alio fundamentaliter,concedo. Et hoc ſufficit,nam relatiua rationis conſequuntur ad diuerſam intellectionem: Et bene pôt vnum eſſe ſine alio fundamentaliter proximè,quia pôt eſſe actus rationis circa fundamentum vnius,& non circa fundamentū alterius; Nam quia animal prius natura eſt homine,bene poteſt ſine homine cognoſci. Et tunc animal erit fundamentaliter proximè genus, & homo non erit fundamentaliter proximè ſpecies. In relatiuis realib. videmus,quod ſecluſa operatione intellectus,creatura refertur ad Deū,& Deus ſecluſa operatione intellectus non eſt Dominus formaliter: Relatiua ergo rationis ſimul debent eſſe,cùm definiūtur, & ſimul cognoſcuntur ab intellectu.

8. Reſponſ. Secundò reſpondetur huic argumento, qđ cùm cognoſco, verbi gratia, hominē, homo,qui terminat meam cognitionem,nō eſt tunc relatiuum formaliter, nec ibi eſt aliqua relatio,quod probabilius iudico, vt iam viſum eſt. Vnde non eſt inconueniens,quòd non ſit correlatiuū tunc,ſed ſolùm eſt relatiuum fundamētaliter proximè. E relatiuum fundamentaliter proximè non exigit intrinſecè aliud fundamentaliter proximè tale, quia non refertur vt ſic,ſed in proxima diſpoſitione,vt referatur ab intellectu. Quādo igitur eſt formaliter relatiuum, & tribuit intellectus illi relationem,quia illa relatio conſiſtit in hoc,quòd ab intellectu referatur ad aliud ſibi oppoſitum correlatiuè, v.g. genus ad ſpeciē, intelligit intellectus in alio extremo oppoſitam relationem. Et ita ſunt ibi ſimul genus,& ſpecies formaliter, eo modo,quo eſſe poſſunt in rationis actibus. De qua re vide D.Thomam, prima parte, quæſtione decima tertia, articulo ſeptimo, & nos latè hoc diſputabimus cap. ad aliquid.

Ad 6. & 7. Ad ſextum, & ſeptimum argumentum cum ſuis confirmationibus reſpōdetur, quòd per abſtractionem,& cognitionem fit vniuerſale fundamentaliter proximè, & in eſſe obiectiuo,ſeu metaphyſicè, & de multis prædicabile, vt diximus ſuprà. Verùm comparatio requiritur ad minus, vt conditio ſine qua nō tribuetur illi naturæ relatio vniuerſalitatis formaliter, quamobrem non rectè ſectatores contrariæ opinionis argumentantur.

Ad 8. Ad octauum reſpondetur, quòd probat comparationem eſſe conditionem ſine qua non tribuetur naturæ relatio vniuerſalitatis, vt diximus in concluſionib.

Ad 9. Ad nonum patet ex dictis, in eadem.n. hæret ſalebra. Eſt quidem ante comparationem natura vniuerſalis obiectiuè, & affirmabilis de multis,quod habet ex indifferentia proueniente à cognitione: verum non habet relationem rationis vſq; dum præcedat comparatio,& intellectus tribuat relationem naturæ. Nos enim nō dicimus fieri vniuerſale in eſſe obiectiuo & metaphyſicè per notitiam comparatiuam,ſed vniuerſale logicum, & formaliter importans ſecundam intentionem, quod eſt per ſe de conſideratione logica

Ad confir. Ad vltimam confirmationem bene reſpōſum eſt ibi, & vnitas vniuerſalis metaphyſici prouenit à ſecunda intentione: ergo eſt forma vniuerſalis non exiſtente in ſe ſed in ſuo fundamento, vt ſupra diximus ſeu,quod idem eſt, reſpondetur, habere vnitatem vniuerſalis metaphyſicè à cognitione, ſeu eſſe cognito, quod eſt fundamentum ſecundæ intentionis, & quatenus eſt illius fundamētum, hoc eſſe & vnitatem imperfectam tribuit, quæ perficitur per relationem rationis, dum naturæ ab intellectu tribuitur.

Ad 10. Ad decimum reſpondetur, quod à potentia intellectiua res dicuntur prædicabiles remotè, proximè verò per relationem rōnis,quæ eſt ſecunda intentio, vel per illius fundamentum, nec eſt eadē rō de creatiōne, & de prędicatione, vt de ſe patet: Nā res dicitur prędicabilis ex paſſiua potentialitate, qua poteſt de multis affirmari,quod illi per rationem conuenit,& refertur relatione prædicabilis p relationem rationis, vt dictum eſt. Rationes verò, quas opinio vltima pro ſe adducit, iam ſolutæ manent. Vbi ſolùm eſt notandum,quòd ſingulare logicum, ſeu indiuiduum, formaliter eſt relatiuum rationis,& importat ſecundā intentionem, de qua cū diſputabimus de Specie dicemus. Vide quæ dicta ſunt, q. 21. & 23. hoc lib.

QVÆSTIO XXXV.

Quid eſt, quod correſpondet ex parte obiecti ſpeciei repræſentanti naturam vniuerſalem, & vtrum formale vniuerſalis ſit abſolutum, vel relatiuum.

Quoad primũ punctũ quæſiti.

QVātum ad primum attinet punctum quæſtionis, quidam Logici cenſent, rationem vniuerſalis non eſſe formam relatiuum ab intellectu cōfectam, ſed formam realem abſolutam deſumptam ab extrinſeca denominatione ab imagine exiſtente in intellectu repræſentāte multa per modũ vnius, ſeu à cognitione, qua multa per modum vnum cognoſcuntur, vel à conceptu repræſentāte hominem, vt ſic ſine indiuiduis, vel ab actu, quo cognoſcitur homo in cōmuni. Illa verè relatio rationis, quā in natura cognita fingimus per intellectum non eſt vniuerſalis forma, ſed potiùs eſt declaratio prædictæ denominationis extrinſecæ, ſeu veræ formæ vniuerſalis, & ad hoc fingũtur ab intellectu, vt declaremus veram vniuerſalis naturam. Itaque ſicut agens dicitur tale ab actione, quæ eſt ſubiectiuè in paſſo, eo modo natura humana vniuerſalis dicitur, vel à cognitione ipſius cōi, vel à conceptu illam repræſentante ſine conditionibus indiuiduantib. Cognitionem autem, & conceptum, ſatis cōſtat formas eſſe reales, quæ intrinſecè denominãt ſubiectum, & realiter, obiectũ verò reales, ſed extrinſecas. Hanc ſententiam iſti authores probant primo authoritate Angelici Doctoris opuſc. 56. vbi ſic dicit. Homo non eſt vniuerſalis, niſi quia cōſideratur vniuerſaliter: ergo ratio & cauſa vniuerſalitatis eſt cognitio & conſideratio: Illa. n. dictio, Quia, rōnem formalem importat: ſicut dicimus, Quia aliquid eſt rationale, eſt homo. Et inferiùs ſubdit D. Tho. Intellectus apprehendit hominem, & aſinum, in quantum conueniunt in vna ratione ſenſitiua vnico intellectu apprehendit, & ſi in re ſint multa, talis tamen vnitas non opponitur multitudini. Et quia res per idem eſt ens, & vnum, & è cōuerſo, oportet, quòd vniuerſale ſit vniuerſale per prædictam vnitatem, ita vt naturæ talis cognitio faciat vniuerſale eſſe in actu vniuerſale, & ſit quoddam formale in vniuerſali. Ex quo patet, quòd intellectus facit vniuerſalitatem in reb. ſicut ait Commentator. Quid clariùs dici potuit à D. Th. pro prædicta ſentētia. Et ſtatim dum ſubdit, vtrum vniuerſale ſit ſubſtantia vel accidens, dicit, quòd loquendo de vniuerſali, ſecundũ quod vniuerſale eſt, ſolum in anima eſt accidens, ſed loquendo de re ſubiecta, quandoque eſt ſubſtantia, quandoq; eſt accidens: ergo formale vniuerſalis eſt accidens, exiſtens in intellectu, & ita vel eſt actus, vel cōceptus, vel vtrumq; Et inferius dicit: non. n. vniuerſale eſt vnum in ſubſtantia, cùm aggreget in ſe accidens, ſ. intentionem ſecundam. Ecce vocat intentionem accidens: ergo eſt actus, vel conceptus: nam quid aliud eſſe poſſit, non videtur. Et concludit, quod vniuerſale eſt vnum vnitate cognitionis: ergo id, qđ tribuit vnitatem vniuerſali, eſt cognitio; & ita eſt eius ratio: nã vniuerſale eſſentialiter eſt vnũ in multis. Et inferius dicit, quod intentio generis, v. g. vel vniuerſalis eſt ſingularis, quia recipitur in materia ſingulari; ergo loquitur de accidenti inhærenti animæ, à qua ſumit indiuiduationē: ergo intentio vniuerſalis eſt accidens animæ inhærens: ergo eſt cognitio, vel conceptus. Et deniq; ne longũ faciã, intẽtum S. Thomæ in hoc toto opuſc. eſt probare, vel aſſerere, cognitionē eſſe vniuerſalis formam, prædicta ergo opinio ad mẽtẽ D. Th. procedit, & opuſc. 55. adducit Auerroem dicentem 1. de anima, quod vniuerſale eſt qualitas exiſtens in in materia, & videtur loqui de vniuerſali formaliter: ergo vniuerſale formaliter eſt qđ reale, & abſolutũ. Quinimò paulo antè dixerat D. Th quòd vniuerſale per cōparationem ad animam eſt accidens; non ergo debemus aſſignare vniuerſali tanquam eius formam relationem rōnis, ſed mentis cōceptum, vel cognitionem: & ita erit vniuerſale in p̄dicamẽto Qualitatis, accipiendo ipſum pro formali: q. illa cognitio, vel conceptus, ſunt in eo p̄dicamento in ſpecie diſpoſitionis, & sũt vniuerſalis forma, ſecundũ quod dicunt

Quorundã opinio.

1. Probatio præfatæ opi. ex doctrina D. Th.

vni-

vniformitatem ad multa inferiora.

2. Argum. Secundò: Illa relatio rationis, quæ dicitur ab aduerſariis conſtituere vniuerſale formaliter, eſt ſingularis, ſed per formã ſingularem non poteſt conſtitui formaliter vniuerſale. ergo non cõſtituitur per talem relationem. Conſequentia eſt bona: nam etiã ſunt in entibus rationis aliqua numero diſtincta, & ſpecieitas iſta, qua homo dicitur ſpecies, eſt quid ſingulariſſimum, & indiuiduum ſpeciei. Sed minor probatur: quia forma vniuerſalis conſtitutiua debet in ſe continere vniuerſalitatem, quod non habet illa forma relatiua, cũ formaliter ſit ſingularis: & formaliter eſſe ſingulare, & formaliter eſſe vniuerſale rationis, ſunt oppoſita. Conceptus autem & actus intelligendi, etſi ſint quid ſingulare in ordine ad intellectũ, quatenus illi inhærent, ſed ſunt formaliter vniuerſales, quatenus vniformem reſpectum ad multa dicunt, & eorũ ſimilitudo ducens nos in omnium cognitionem, vt elegantiſſimè docet D. Thom. allatis opuſculis, & ita conceptus hominis vocatur à Summuliſtis terminus mẽtalis communis. Et ſi dicas, quod pari ratione illa ſpeciei relatio, vt reſpicit ſubiectum, eſt quidem ſingularis, cæterum vt reſpicit plura inferiora eſt vniuerſalis, contrà: hoc nõ ſufficit, vt dicatur vniuerſalis, quia eadem paternitas, quæ eſt in patre, reſpicit plures filios, & tamen non eſt forma vniuerſalis, nec hac de cauſa inter illas eſt annumeranda: igitur idem in propoſito eſt dicendum.

3. Argum. Tertiò, Quia ſicut implicat, quòd forma, quæ non eſt ſingularis, recipiatur à ſubiecto ſingulari; ita etiam implicat, ꝙ forma, quæ eſt ſingularis, recipiatur in ſubiecto vniuerſali: ergo contradictionẽ inuoluit, quòd illa forma cõmunis, quæ eſt ſingularis, intelligatur quaſi inhęrere ſubiecto non ſingulari, quatenus eſt natura abſtracta à ſingularitatibus: quia forma & ſubiectum debent eſſe proportionata. Et ſicut illa relatio eſt quid ſingulare: ita ſubiectum quaſi recipiens ipsã debet eſſe illi proportionatum: nam inter ſubiectum & formam debet eſſe proportio, quæ non eſt inter relationem, & ſubiectum, cùm ſit ſubiectum denominatũ vniuerſale, & forma vniuerſalis. Quinimò nec harum relationum eſſentaim noſter poteſt intelligere intellectus: & ita vt friuolas reiicit ſapientiſſimus, & acutiſſimus Magiſter Cano, libro ſecundo de locis Theologicis; & eas vt portentoſas reiicit Viues, de corruptis diſciplinis lib. 3. fol. 112.

4. Argum. Quartò: Idem formaliter eſt, rem eſſe vniuerſalem, quod eſſe cognitam vniuerſaliter: ſed res denominatur cognita vniuerſaliter à cognitione reali, quæ eſt in intellectu: ergo ab ea denominatur etiã vniuerſalis. Maior probatur, quia rei cognitę vniuerſaliter, vt ſic, cõuenit prima & potiſſima paſſio vniuerſalis, ſcilicet, poſſe de pluribus inferioribus proximè prædicari: ergo, & vt ſic etiã cõuenit eſſentia vniuerſalis. Antecedẽs probatur: quia eo ipſo, quòd animal ſit repræſentatum in communi conceptu, eo ipſo eſt aptum affirmari de multis proximè, vt de leone, homine, & cæteris: cùm vt ſic non magis competat vni, quàm alteri, & vtrique poſſit immediatè applicari per actualem prædicationem. Et confirmatur hoc argumentum: nam eo ipſo, quòd aliquid ſit cognitum vniuerſali cognitione, eſt vnum in multis, ſecũdum quod terminus eſt illius intellectionis: ergo, & cæt. Conſequentia eſt nota, & antecedens probatur: quia cognitum cognitione vniuerſali, & indifferenti, vt terminus intellectionis, non eſt plura, quia vt ſic nihil concipitur, per quod diſtinguatur, nec eſt vnum numero, cùm ſecũdum quod terminat talem cognitionem, recipiat aliquam vnitatem, ſicut & recipit aliquod eſſe: hæc autẽ vnitas nihil aliud eſt, quàm vniuerſalis vnitas, & indifferẽtis poſitiuè ad plura: ergo &c.

5. Argum. Quintum argumentũ: Ab ea forma fit vniuerſalis illa natura, à qua fit vnum in multis formaliter: ergo ab illa habet eſſe vniuerſale formaliter, & non ab aliqua forma ficta. Probatur minor: quia natura non eſt vna in multis, niſi formaliter ab intellectione abſtractiua, & non à forma ficta. Dices, quod illa cognitio eſt conditio, vt fiat vniuerſale, & relatio ſuperioris ad inferiora eſſe rationẽ: ſed contrà: quia illa natura, etiãſi nõ cõſideretur vt ſuperior ad inferiora, poteſt eẽ ſuperior: ergo etiã ſine illa relatione, quæ fit per

com-

comparationem, poteſt eſſe ſuperior, & vniuerſalis. Antecedens probatur: quia eſſe ſuperior nihil eſt aliud, quàm magis patere, & ad plura ſe extendere, quàm in feriora, quod fieri poteſt, etiam ſine illa relatione, per hoc quod repræſentatur per conceptum communiorem, & ſuperiorem, quæ repræſentatio in conceptu eſt aliquid reale: ergo &c.

Vlt. argu. Vltimò: Natura hominis, vt abſtracta ab omnibus ſingularibus, non eſt formaliter plura, nec formaliter vna numero, vt de ſe patet: ergo eſt vna vnitate vniuerſali, atque adeo formaliter vniuerſalis. *Solutio.* Reſponſio communis Thomiſtarum eſt, per abſtractionem ſeu cognitionem fieri naturam vnam formaliter proximè, & negatiuè, non poſitiuè, ſic vt reſpiciat inferiora formaliter, ſed taliter, vt nō ſit contracta, & determinata, ſed abſtracta à ſingularibus: *Impugnatio.* Sed contrà; vnum non addit ſupra ens, niſi indiuiſionem: ſed illa natura in communi cognita non eſt diuiſa, ſed indiuiſa in inferiora; ergo eſt vna formaliter, non vnitate numerica: ergo vniuerſalis vnitate: ergo fit vniuerſale formaliter per illam. Omnes conſequentiæ patent, & antecedens illud primum probatur: quia illa non eſt diuiſa in ſua inferiora, & eſt: ergo eſt indiuiſa à negatiua ad affirmatiuam, variato prædicato, penes finitum & infinitum, & poſita cōſtantia ſubiecti: ſed eſſe, & non diuiſum eſſe eſt formaliter eſſe vnū: ergo illa non eſt formaliter vna per abſtractionem.

Quoad 2. pūctū quaſti. Quantum ad aliud quæſtionis punctū attinet, nimirum, quòd correſpōdeat ex parte rerum cōceptui vniuerſali homo, ſeu vniuerſali pro ſubſtrato, eſt etiā quorundā ſententia, quòd non correſpondet natura ſecundum ſe, ſed omnia ſingularia, ſecundum quod ſunt ſimilia inter ſe. Sic dicit Caietanus de analogia nominum, quod non dicant conceptum communem, verbi gratia, ens, non dicit aliquid abſtractum, & ſuperius à ſubſtantia & accidenti, ſed ſubſtantiā, & accidens, quatenus ſimilia in entis ratione. Ita ferè dicunt iſti Logici cōceptui homo correſpondere non aliquā rationem, præter omnium ſingularium rationes, ſed ipſa *1. Arg pro p quaſt.* ſingularia, quatenus ſimilia ſunt in ratione hominis. Et probant hanc ſententiam primò, quia illud quod immediatè reſpōdet cōceptui vniuerſali, eſt id, cui immediatè tribuitur forma vniuerſalis: ſed id, cui immediatè tribuitur forma vniuerſalis, ſunt res ipſæ ſingulares modo dicto: ergo &c. Probatur minor, quia inter conceptū, & omnia ſingula ia nihil mediat: ergo ipſa ſunt, quibus immediatè tribuitur forma vniuerſalis, tāquam immediato eius obiecto. Antecedens patet: quia ſi aliquid mediat, vel illud tenet ſe ex parte intellectus, & hoc nō, quia præter conceptum commnunem nihil de nouo eſt in intellectu; Vel ex parte rei, & hoc etiam non: quia quidquid eſt in re, eſt ſingulare: ergo &c. *Solutio.* Si dicas, quòd licèt quid quid eſt in re, ſit ſingulare, tamen nō terminat immediatè conceptum vniuerſalem, & communem, prout ſingulare eſt, nec recipit formā vniuerſalitatis, ſecundum modum eſſendi, quem ſingulare habet à parte rei, ſed per aliquid ratione ſaltem diſtinctum ab ipſa ſingularitate, & ab ipſo modo exiſtendi à parte rei. *Impugnatio.* Sed contrà, quia non eſt aliquid, quod faciat in obiecto talem rationis diſtinctionem, ad conceptum communem terminandum, ſed ipſe conceptus inuenit ſuū obiectum factum in re, & conſequenter eſt aliud ſingulare. Et ſi dicas, quod eſt aliquod eſſe, quod recipit formam communis, & vniuerſalis; contrà, à quo habuit illam communitatem, antequam reciperet vniuerſalis formam?

2. Argum. Secundum argumentum: Si id, quod correſpondet conceptui vniuerſali, eſt aliquid commune, & non aliquid ſingulare, ſequitur, quòd illud commune prædicetur de ſingularibus, & quòd ſit idem cum illis, & tunc ſequitur, quòd ſingularia ſint idem inter ſe: nam quæcumque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe. Antecedens patet, nam homo prædicatur eſſentialiter de Petro, & Paulo: ergo eſt idem cum illis: ergo ſingularia ſunt idem inter ſe. *Solutio.* Si dicas tu, non prædicari eandem entitatem ſecundum rem, ſed diuerſam, licèt ſit eadem ſecundum rationem; & ita non ſequi eſſe idem inter ſe, *Impugnatio.* contrà, implicat aliquid prædicari de multis, niſi ſit commune multis; ſed homo vt ſic vere prædicatur de Petro, & Paulo: ergo prædicatur de illis

illis aliqua entitas communis illis, & quæ ſit idem realiter cum illis, & quæ ſit communis ſecundum rem. Patet conſequentia: aliàs diceremus ens rationis prædicari eſſētialiter de ente reali, quòd eſt implicatio cōtradictionis. Dices, prędicari aliquid reale commune non ſecundum rem, ſed ſecundum rationem. Contrà, quia vel Petrus identificatur realiter cum hoc abſtracto, & communiter ſumpto, vel cum hoc contracto. Si primum des: ſequitur, quòd homo communiter ſumptus identificetur realiter cum Petro & Paulo, & ſic quòd identificentur realiter inter ſe. Si autem des ſecundum, cōtrà, quia illud nihil eſt aliud, quàm Petrū identificari cum Petro. Et hoc efficaciùs probatur: quia ſi Petrus identificatur realiter cum homine contracto, & non cū homine vt ſic: ergo realiter diſtinguitur ab homine, vt ſic, cùm non eſſe idem realiter, & eſſe, ſit idem quod eſſe diſtinctum realiter.

Alia ſolu.

Impugnatio.

3. Argum. Tertiò ſic argumentor: Id quod correſpondet conceptui abſtrahenti à conditionibus materialibus, non poteſt eſſe ens rationis; aliàs nō poſſet prædicari de ente reali, nec ēt poteſt eſſe aliquid reale. Nam aſſumo, verbi gratia, naturam humanam abſtractam à Petro, illa natura eſt idem realiter cum Petro: ergo illa natura non poteſt eſſe idem realiter cū Paulo, & prædicari de illis. Cōſequentia patet: nam vna & eadem res nō poteſt identificari ſuppoſitis realiter diſtinctis in creaturis. Antecedens probatur: nā p abſtractionem non ſeparatur vnum ab alio ſecundum rem, ſed cognoſcitur vnū ſine alio: non ergo eſt ponendum aliquod commune correſpondens, ſed omnia ſingularia.

4. Argum. Quartò conſtituo cauſam, quòd Petrus abſtrahat naturam à Paulo, & Ioannes à Martino. Tum ſic: Vel illi duo homines ſunt idem; vel non. Si non, ſed diſtinguuntur, iam datur ratio communis pluribus, quæ correſpondeat conceptui hominis, vt ſic. Si ſunt idem: ergo iam admittit vnam rationem eſſe identificatam cum duabus realiter diſtinctis. Imo gratis omnino videtur dici, quòd homo abſtractus à Paulo exiſtente Romæ, ſit idē cum eo, quem modò Petrus abſtrahit hic, Adde quod Angelus, qui intuetur naturā abſtractam à Petro dumtaxat, & non ab aliis inferioribus, intueē clarè, quòd illa natura eſt in Petro tantū, à quo fuit abſtracta: ergo intellectus prędicās illam de Paulo, & aliis, euidenter fallitur, & ſic ſunt tales propoſitiones falſę: vnde nihil commune correſpondet obiecto conceptus communis.

5. Argum. Quintò: vniuerſali vt ſic, nihil commune poteſt correſpondere, quia vel illud eſt reale, vel rationis, & neutrum horum, cùm etiā dentur vniuerſalia in entibus realibus, ſicut in entibus rationis, nec ſimiliter poteſt dari aliquid abſtractum ab illis: ergo &c.

Deciſio primæ partis quæſtionis.

1. Concluſ. contra exteros circa 1. punctum quæſiti. Sit prima concluſio. Non eſt ſententia D. Thomæ, quòd vniuerſalia habeant pro forma aliquid reale, cognitionem videlicet, vel conceptum, à quibus realiter extrinſecè denominentur talia. Hāc concluſionem ideo cōſtituo, ne nobis perſuadeant exteri cōtra noſtrum Magiſtrū docere, cùm dicimus, vniuerſalis formā eſſe ſecundam intentionem, & relationem rationis. Hanc concluſionem ſic probo, ex locis adductis ſuprà, quæſtione ſecunda, cùm de intentionibus ageremus, concluſio prima, & ſequentibus, ad quæ remitto lectorem. Sed vnum tantùm locum ex illis adducam ex eodem D. Thoma, opuſculo de natura Generis, capite 2. & 4. vbi ſic dicit; Ens autem rationis propriè dicitur de illis intētionibus, quas ratio in rebus adinuenit, ſicut & intentio generis & ſpeciei, quæ nō inueniuntur in rerū natura, ſed ſequuntur actiones intellectus, & rationis, & huiuſmodi ens eſt ſubiectum Logicæ, & illud ens æquiparaē enti naturæ, quia nihil eſt in rerum natura, de quo rō nō negotietur. Ecce ſecundū D. Thomā generis eſt ens rōnis, quod eſt obiectū logicæ: nō ergo ipſe ſapiētiſſimus Doctor ſibi poteſt eſſe contrarius, præcipuè cum opuſculum de natura Generis citra omnem controuerſiam habeat autorem D. Tho. & opuſcula hæc, de Vniuerſalibus al qui reuocant in dubium, an ſapiant D. Thomæ doctrinam.

Secun-

2. Concluſ. Secunda concluſio. Forma vniuerſalium eſt relatiua, & non abſoluta, ſicut *Contra eoſdem.* iſti exiſtimant. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Porphyrii capite ſecundo de Specie, textu ſecundo, in hæc verba: Quod ſi genus aſſignantes mentionẽ fecimus ſpeciei, genus id eſſe dicentes, quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, & tũc dicimus id eſſe ſpeciẽ quod ſub aſſignato genere collocatur: ſciendũ eſt, cùm & genus alicuius ſit genus, & ſpecies alicuius ſit ſpecies, neceſſariũ eſt in vtroque rationibus vtriuſque vti: communis autẽ omnium expoſitorũ eſt explicatio, quod ideo adinuicẽ ſe definiunt, quòd relatiua ſunt, & quia eſt cõmunis hæc doctrina, nolo plures expoſi- *Vrgentiſſimus locus. D. Thom.* tiones adducere. Et D. Thom. prima parte, quæſtione vigeſima octaua, articulo primo expreſsè dicit, genus & ſpeciem eſſe relationes rationis, cũ dicat in hæc verba: Aliquãdo verò reſpectus ſignificatur per ea, quæ dicuntur ad aliquid, eſt tãtum in ipſa apprehẽſione rationis cõferentis vnum alteri, & tunc eſt relatio rationis tãtũ, ſicut cum comparat hominẽ animali, vt ſpeciem ad genus: eſt ergo ſecundum Diuũ Thomam relatio rationis, relatio generis, & ſpeciei. Et in hac authoritate vide quõ noſtram concluſionẽ cõplectitur. Quinimo aduerte illud verbum, Eſt tantũ in ipſa apprehenſione rationis cõferẽtis vnum alteri, vbi relationẽ diſtinguit expreſsè ab actu intellect⁹, quem iſti formam faciũt, nec volo plures authores adducere, ſed ſufficiat grauiſſima hæc D. Thom. authoritas cõtra iſtos.

1. Confir. Et prætereà: Illa ſunt relatiua, quorũ totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere: ſed totum eſſe ſpeciei, verbi gratia, eſt ad genus, & ſic de reliquis vniuerſalibus: ergo ſunt relatiua, & non rèalia: ergo rationis. Maior patet ex Ariſtotele capite de Ad aliquid. Sed minor probatur: Nam non habet aliam eſſentiam genus, quam reſpicere ſpeciem, & nec ſpecies niſi reſpicere genus, & totum eſſe vniuerſalis eſt reſpicere inferiora: nam ſicut patris eſſentia tota eſt ad filiũ, ita ſimiliter tota horum eſſentia eſt ad aliud, vt ad terminum: nam non poteſt reperiri eſſentia in *2. Confir.* illis, quæ à termino abſoluat̃. Prætereà inter Logicos eſt diſtinctio aperta & clara inter vniuerſale in repræſentando, & vniuerſale in eſſendo: ſed ſi cõceptus eſſet forma vniuerſalis, omne vniuerſale eſſet vniuerſale in repræſentãdo, quia cõceptus cùm ſit quid ſingulare, nõ poteſt habere rationẽ, niſi vniuerſalis in repræſentando: ergo iſti non poſſent aſſignare vniuerſale in eſsẽdo. Prætereà ſequitur, *3. Confir.* quod ſi eſſe genus, verbi gratia in animali, vel eſſe vniuerſale in homine, ſit quædã realis denominatio, proueniens à forma extrinſeca reali, quæ eſt conceptus, vel actio intellectus, quòd hæc realis denominatio prius cõueniat ſingularibus, quã naturæ in cõmuni: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & illud ex quo ſequitur. Probatur ſequela: nam omne accidens reale, & eſſe reale exiſtentiæ, ſiuẽ eſſentiale ſit, ſiue accidentale, prius conuenit ſingularibus, & primis ſubſtantiis, quàm vniuerſalibus, & ſecundis, & hoc habet verum etiam in denominationibus extrinſecis realibus. Quia enim Petrus eſt agens, homo eſt agens: & quia Petrus eſt in loco, homo eſt in loco. In intrinſecis patet clarè: nam quia Petrus currit, homo currit: & quia Petrus eſt ſapiens, homo eſt ſapiens: Prima enim ſubſtantia eſt omniũ primũ ſubiectum. Probatur illa minor: quia ſi eſſe vniuerſale prius cõuenit vniuerſalibus, quàm ſingulari: ergo Petrus erit vniuerſalis: & quia Petrus eſt vniuerſalis, homo eſt vniuerſalis, quod eſt aperte contradictionem inuoluens, ſicut & illam hæc noua inuoluit opinio. Denominationes verò rationis, cuiuſmodi ſunt eſſe vniuerſale, &c. quia conueniunt (nam de iſtis loquimur) naturæ, prout cognitæ, & ſub tali conceptu nõ poſſunt ſingularibus cõuenire. ergo &c.

4. Confir. Prætereà, cognitio naturæ etiam in vniuerſali, ſolùm terminatur ad naturam in vniuerſali, & non cognitam: & ſic ſolũ refertur ad cognitionem, ſeu ad cognoſcentem: ergo vt ſic non habet formaliter rationem vniuerſalis, quia vniuerſale eſſentialiter dicit ordinem ad inferiora: ergo neceſſarius eſt alius in ipſa natura reſpectus, quo formaliter ab intellectu ad inferiora dicat̃ relata. Diſcurſus eſt clarus, & patent oẽs aſsũptæ præmiſſæ. *5. Confir.* Preterea per hoc, quòd natura cognoſcit̃ ſecundũ iſtos, manet vniuerſalis. Tũ

ſic

Digitized by Google

ſic argumentor;Illa non eſt in ſe vniuerſalis,& reſpiciens inferiora:ſed forma illa,cognitio,verbi gratia,vel conceptus, non reſpiciunt inferiora,ſed ſolũ habent pro termino naturã cõmunẽ: non enim conceptus homo vt ſic,repræſentat & dicit ordinem ad Petrum,vt ſic:ſed eſt diuerſus cõceptus hominis & Petri, & hominis conceptus abſtrahitur à Petro:ergo non poſſunt eſſe forma vniuerſalis, nã forma vniuerſalis debet dicere ordinem ad inferiora vniuerſalis,ſiquidẽ eſt illius eſſentia conſtitutiua. Si de eſſentia albedinis eſt diſgregare viſũ, debet albedo dicere ordinem ad viſum diſgregandum,& ſic in reliquis. *6.Confir.* Præterea, naturã eſſe vniuerſalẽ, eſt in ipſa natura aliquid nõ reale:ergo rationis:ergo forma illius conſtitutiua eſt aliquid rationis. Prima pars antecedẽtis probatur, quia ante cognitionem in cõmuni, vel abſtractionẽ, natura non erat vniuerſalis, & poſtmodũ eſt:ergo in ſe habet aliquid, quod antea nõ habebat: & in ipſa non eſt aliquid reale:quia per meam cognitionẽ incredibile eſt ponere me aliqd reale in natura Rhinocerotis abſtracta, quæ eſt apud Indos. Videantur pro hac cõcluſione rationes ſuperiùs allatæ, quæſt. vigeſima prima,concl. prima,& ſeptima,& Caiet. de ente & eſsẽtia,capite quarto circa illa verba: Relinquitur ergo & ex vniuerſis pręceptis logicalibus. Multę pro hac cõcluſione rationes adduci poſsũt,quia oppoſita doctrina omnib. illis cõtraria eſt.

3.Concluſ. Quoad 2. pũctũ quæſiti. Pro ſecundo puncto quæſtionis ſit tertia concluſio, quod repræſentat iſte cõceptus,Homo,qui eſt conceptus vniuerſalis,eſt natura humana ſecundũ ſe,& ſecũdum ea,quæ ſibi conueniunt, ſecundum ſuam eſſentiam. Et hæc natura ſecũdum ſe eſt,quæ affirmatur de indiuiduis,licèt habeat cõditionem vniuerſalis,vel ſuperioris,modo iã ſupra explicato,ex eo qđ eſt obiectum huius conceptus,quæ quidem vniuerſalitas eſt cõditio, vt de inferioribus affirmetur. Cõcluſio hæc eſt D. Thomæ expreſſa cap.4.de ente & eſſentia, & Domini Caietani ibidem. Vnde quod correſpõdet conceptui homo, qui eſt vniuerſalis, non eſt natura in aliquo modo particulari,ſed natura ſecundũ ſe, & ideo non eſt illius obiectum ſingulare aliquod,nec omnia ſimul, ſed ſolùm natura ſecundum ſe, & ſecundum ſua prędicata quidditatiua,quæ natura ĩ re eſt. Modus autẽ vniuerſalis,qui illi conuenit,habet ſanè ex eo, quòd ſic in intellectu repræſentatur. Videatur Caietanus ſupra dicto capite prope finem. *Probatio Concluſionis.* Hæc concluſio probatur:Nã quando dico, quòd Petrus eſt homo,idem eſt, quod dicere, Petrum eſſe animal rationale: ergo quod correſpondet huic cõceptui,eſſentia hominis eſt,& hæc eſt in omni homine,id eſt,non includit ſingularitatẽ,nec vniuerſalitatẽ in ſua ratione:ergo &c. *1.Confirm.* Et præterea probatur concluſio,nam conſtat quando intelligimus hominem per iſtum conceptũ homo,non intelligere nos ſingulare aliquod,nec omnia ſimul, ſed ſolùm hominis eſſentiã: ergo homo ſecundũ prædicata quidditatiua eſt obiectum illius cõceptus,& non ſingularia:nam illa intelligerẽtur in obiecto. *2.Confirm.* Præterea;de obiecto illius cõceptus habetur ſcientia:ſed ſciẽtia non habetur de ſingularibus, ſaltẽ primò & per ſe:ergo per ſe ſignificatum illius cõceptus non eſt ſingulare aliquod, ſed hominis eſſentia. Bene verũ eſt,quòd hæc eſſentia eſt in ſingularibus:ſed ſingularitas non repræſentatur per illum conceptum, nec ſimiliter vniuerſalitas, ſed conſequitur ad cognitionem, ſeu ad conceptum, vt diximus, & dicemus,conſequitur inquam:quia ponitur per illã eſſe cognitum, quod eſt proximum vniuerſalitatis fundamentum. Et hanc concluſionem non ampliùs probo,quia ſatis acutè explicatur à Domino Caietano,& probatur vbi ſuprà,doceturq; apertiſſimè à Diuo Thoma ibidem. Modò reſpondendum eſt ad argumenta.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Reſpondetur primò ad primũ argumentum deſumptum ex variis Diui Thomæ authoritatibus nunquã ſibi contrariis,quod cùm D.Thomas aſſerit, cognitionem eſſe vniuerſalis formam, idẽ eſt ac ſi dicat, eſſe fundamentum formæ vniuerſalis: nã quia eſſe cognitũ in cõr, quod fundatur in cognitione, eſt proximũ fundamẽtũ vniuerſalitatis, ideo cognitio vocaĩ à D. Th. forma vniuerſalis,

ſatis

ſatis vſitatum eſt apud Logicos, cùm agunt de intentionibus, quæ ſunt rationis entia, & minimæ entitatis, loqui de fundamentis, quæ ſunt clariora loco formarum, quæ in illis fundantur, & accipere fundamentũ pro re fundata. Et ſecundũ hanc rationem D. Thom. cognitionẽ loco ſecundæ intentionis, quæ eſt rationis relatio, accipit, dum dixit eſſe formã

1. Explicatio dictorũ D. Thom. vniuerſalis. Et cùm in primo loco dixit, hominẽ non eſſe vniuerſalẽ, niſi quia cõſideratur vniuerſaliter, accipit conſiderari & cognoſci, ſicut verè eſt, pro fundamento. Et dixit, quòd fundamentũ, & radix vniuerſalitatis eſt cognoſci: cõſtat autẽ optimè nos dicere, hominẽ eſſe patrem, quia generat: nam generatio fundamentũ eſt, & cauſa relationis in creaturis. Et ita ſunt ſequentes authoritates explicandæ.

2. Explicatio. Alia explicatio eſſe poteſt, ꝙ cognitio, & cõceptus eſt forma vniuerſalis in repræſentando: nã tota forma & eſſentia vniuerſalis in repræſentãdo eſt vniuerſalis conceptus. Et quando rurſus inferiùs dicit, quòd vniuerſale in anima eſt accidens, loquitur de vniuerſali in repræſentando. Cum verò vocat accidens intentionem ſecundã, accipit cognitionẽ loco ſecundæ intentionis, id eſt, ſecũda intẽtio fundatur in cognitione, & eſſe cognito. Et ita in ſequentibus explicandus eſt authoritatibus. Alias explicationes ſuprà dedimus ad hunc loquendi modum Doctorum quæſtione præcedẽti. Ad ſecundum iam reſpondetur, quòd licet ſecũda intẽtio generis cõſtitutiua ſit ſingularis in eſſendo, eſt tamẽ eſſentia-

Quomodo intentio generis eſt & vniuerſalis & particularis. liter vniuerſalis vt quo, & id quo cõſtituitur eſsẽtia vniuerſalis, quia habet virtutem & eſſentiam, ſecundum quam poſſit referre naturam denominatam ab illa ad ſibi inferiora formaliter, ſicut conceptus hominis in eſſendo ſingularis eſt: quia in ſubiecto ſingulari, ſcilicet in anima, & tamen in repræſentando eſt vniuerſalis, quia repræſentat naturam ſine conditionibus ſingularibus, quæ in multis reperitur. Nec exemplum adductum de paternitate aliquid valet, quia omnes illi filii ſunt vnus terminus, & non ſunt filii aliquid inferius ad patrem, vt pater eſt, metaphyſicè loquendo.

Ad 2. arg. Ad ſecundũ reſpondetur, quod intentio vniuerſalis, verbi gratia, intẽtio Generis, quæ fundatur in animali, quod ſingulariſſimum eſt, & ſubiectum cenſetur quid ſingulare per ordinem ad illam intentionem, animal, verbi gratia, quia nullũ magis particulare ſubiectũ poteſt illius intentionis dari. Nã etſi ſit quid cõmune in ordine ad inferiora animalia, non tamen in ratione fundandi intentionẽ huius generis communitatem habet: ſed quia illa fundatio fit mediante modo fundandi, vt indiuiſibile, eſt illa intentio ſingularis, nec inhæret illa intentio animali, ſed obiectiuè eſt in intellectu cognoſcente naturam, & illam intentionẽ. Et ita poteſt illam vniuerſalem denominare, & ipſam eſſe ſingularẽ in eſſendo, & vt diximus in intentionibus eſſentialiter eſt vniuerſalis, & vt quo, & accidẽtaliter eſt quid indiuiduum vt quod.

Ad tertium reſpondetur, quòd nõ eſt idem rem eſſe cognitam in vniuerſali, & formaliter eſſe vniuerſalem: quia ſic eſſe cognitum, vt ſæpè aſſeruimus, proximũ fundamentum eſt vniuerſalitatis: eſt tamen vniuerſalis illa natura metaphyſicè, & ita poteſt affirmari de multis. Et poſſe affirmari de multis, ſic non eſt paſſio vniuerſalis formaliter accepti, ſed vniuerſalis metaphyſicè. Nam paſſio vniuerſalis formalis, eſt prædicabilitas formalis, quæ eſt relatio rationis, & ſecunda intentio, quæ tunc formaliter non eſt in illa natura, ſed proximè, de quo ſuprà actum eſt. *Ad 3. arg. Non ſunt idẽ eſſe cognitum in vniuerſali, & eſſe vniuerſale.*

Ad Confir. Ad confirmationem reſpondetur, quòd eſt vnum in multis metaphyſicè, non logicè. Quid ergo eſt quod deficit vt ſit vnum in multis logicè? Reſpondetur, quod deficit relatio rationis, quæ eſt ſecunda intentio in eſſe formali, à qua natura habet vnitatem vniuerſalis formaliter: ſicut pater non habet relationem patris formaliter, vſque dum habet relationem paternitatis. Et ſi intelligatur in ſolo generandi actu, non intelligitur formaliter pater, & loquamur in hominis natura, vt clariùs pateat. Et per hoc patet ad quartum. *Eſſe vnum in multis dupliciter: logicè, & metaphyſicè.*

Ad 4. arg. *Ad 5. arg.* Ad quintum reſpõdetur, quòd ſolutio ibi data eſt ſufficiẽs. Et cũ dicitur, illa natura nõ eſt diuiſa in inferiora, cõcedo: ergo eſt indiuiſa, ſiquidẽ eſt; reſpondetur, quòd

Digitized by Google

quòd eſt indiuiſa fundamentaliter proximè,& ita non eſt diuiſa,ſit autem vna natura in ordine ad inferiora formaliter, cùm habet relationem rationis, quæ eſt ſecunda intentio.

Ad argumenta pro ſecunda parte quæſtionis.

Quodnam eſt fundamentū proximū vniuerſalitatis.

AD primū reſpondetur, quòd id, cui immediatè tribuitur forma vniuerſalis, eſt natura ſecundum ſe, hoc eſt, homini tribuitur eſſe ſpeciem, homini, inquam non ſecundum quod eſt ſingularis,ſed ſecundum quod homo, licèt vt habeat natura ſecundum ſe hanc intentionem vniuerſalis,ſit neceſſe eſſe in intellectu. Nam ſicut ſingularitas accidit naturæ hominis,prout in particularibus exiſtit: ita vniuerſalitas, prout in intellectu eſt obiectiuè. Et cum dicitur, quòd inter cōceptum,& ſingularia nihil mediat,negandum eſt hoc: nam mediat obiectum repræſentatum per conceptū, ſcilicet hominis, ideoque per rationem à ſingularibus diſtinguitur. Quinimo ſingularibus conueniunt hæc prædicata, eſſe riſibile,verbi gratia,p hoc medium, quod eſt homo, & homini conueniunt primò,& per ſe,& ratione illius conueniunt ſingularibus. Et homo primò,& per ſe cognitus,& ſingularia ſecundariò & reflexè cognita ſunt,& ſcita: Et homo,quantum ad naturam,quam dicit, tenet ſe ex parte rerum,ſeu eſt in rebus,& quantum ad modum vniuerſalitatis tenet ſe ex parte intellectus,& eſt in intellectu obiectiuè,& conceptus fertur in rationem hominis,vt ſic,& facit fundamētaliter proximè diſtinctionem in natura hominis,vt ſic, à naturis particularium hominum.

Quòd animal prædicatur de inferioribus, vt prædicata eſt natura animalis, cōditio autem præ dicādi vniuerſalitas.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd homo ſecundum ſe affirmatur de ſuis inferioribus, vt habet tamen conditionem vniuerſalis. Et iſta natura realiter eſt plurificata in pluribus,& ita prædicatur de pluribus,& eſt facta una per intellectum,& ita eſt cōditio eſſe in intellectu, ut affirmetur de multis una natura, una inquam, ſecundum rationem. Et cùm natura ſecundum ſe ſit aliquid reale, aliquid reale eſt, quod affirmatur de indiuiduis, licèt conditio affirmandi, & tribuens intentionem vniuerſalis, ſit aliquid rationis. Cum verò dicitur, ergo ſi aliqua entitas realis affirmatur de Petro & Paulo,ergo Petrus & Paulus ſunt idem cum illa reali entitate:ergo etiam ſunt idem inter ſe,reſpondetur, quòd entitas realis, nimirum natura ſecundū ſe affirmatur de Petro & Paulo, ſed multiplicata in illis affirmatur de illis,& facta vna per intellectum:ſed hæc conditio rationis proueniens ab intellectu, eſt conditio affirmandi, non quòd affirmetur, nam ſic aliquid rationis affirmaretur.

Petrus, & Paulus,identificati in natura humana, non identificantur & inter ſe.

Illa verò maxima: Quæcunque ſunt eadem vni tertio,ſunt eadem inter ſe,explicatur à D. Thoma prima parte, quæſtione 28. artic. tertio, ad primum, & habet verum in his, quæ ſunt eadem vni tertio re, & ratione. Conſtat autem Petrum, & Paulum non eſſe idem vni tertio re,& ratione: nam homo ratione diſtinguitur ab illis: & ita non ſequitur, quod ſint idem inter ſe.Licèt enim ſint idem cum homine, non tamen ſunt idem inter ſe: Quòd autem ſint idem cū homine, dixit Porphyrius,cùm aſſerit, omnes homines participatione ſpeciei eſſe vnū hominē. Videatur etiam Caietanus ſolutione ad primum ibidem.

Ad 3.

Ad tertium Reſpondetur, quòd natura ſecundū ſe eſt,quæ correſpondet huic conceptui,homo,& illa realis eſt.Vna tamen in omnibus ſecundum rationem, & realiter,plurificata in illis pro illa parte, qua plurificata reperitur in indiuiduis diuerſa,& pro illa parte, qua eſt vna, aliquid ſuperius eſt,& de illis vnum affirmatur, non tamen vnum in re, ſed vnum ratione.Eſſe tamen vnum ratione eſt conditio affirmandi,non quod affirmatur.

Natura vniuerſalis eſt vna in multis vnitate rationis, non reali.

Itaq; eſt vna in multis ſecundum rationem,& non affirmatur illud ens rationis de illis,ſed natura realis, quæ multiplex eſt in re,& vna in intellectu. Et profectò,ſi hoc ignoremus quid ſit, vniuerſale neſcimus, nec vnum exiſtens in rebus pluribus identificari poteſt, bene tamen vnum exiſtens ratione,& quod eſt vnum per rationem, quia omnis natura, quæ eſt in rebus multiplex facta, vna manet

per

per intellectum, ſublatis illis conditionibus diſtinguentibus. Et ita cùm ſit in rebus, multiplex manet in rebus, & vna in intellectu: Nam cognitio in vniuerſali non tollit naturam à rebus ipſis, ſed in cognitione ſeparat indiuiduales proprietates. Sicut color qui videtur a potentia viſiua, vel eſt color ſine ſapore, vel eſt color cum illo. Non ſine illo, quia non eſt in rebus color ſine ſapore, ſed cum illo non poteſt videri, quia non eſt obiectum viſus: hoc argumentum etiam nihil valet, quia color, qui eſt coniũctus ſapori, videtur à viſu, & eſt obiectũ eius color ſine ſapore, eſt tamen ſine ſapore in potentia viſiua, & cum ſapore in re, & illud eſſe ſine ſapore in potentia viſiua per ſuas ſpecies eſt conditio, vt videatur.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quòd eadẽ natura ſecundum ſe abſtrahitur a diuerſis hominibus, & cognoſcitur ab illis, quia ſpecies quælibet abſtracta eandem naturam ſecundum ſe repræſentat, ſicut cum albedo à pluribus videtur, verũ eſt, quod viſiones & cognitiones ſunt diuerſæ: & natura humana cognita in communi à Petro & à Ioanne in ratione cogniti eſt diuerſa, quia diuerſis entibus rationis cõſecutis ad diuerſos intellectus denominatur cognita. Et vtrum ſint diuerſa dicẽda vniuerſalia ſpecifica numero, vtrum, inquam, ſint dicendæ duę ſpecies ſecundæ intentionaliter, dicẽdum eſt de illis, ac ſi duo homines haberent eandem albedinem, vel duæ perſonæ ſanctiſſimæ Trinitatis ſumerent eandem humanitatem: de quo vide tertia parte, & hoc eſt difficile explicatu. Et ſiquidem eadem natura eſt, quæ cognoſcitur, & prædicatur, dicendum eſt de illa, ſicut dictum eſt de natura humana ab vno homine in communi cognita. Et hoc ipſum Angelus videt, vel ſi non videt hoc ipſum, voca ipſum in teſtem ad oppoſitũ probandum. Et profectò ſi natura abſtracta à Petro eſſet tantùm in illo, nõ eſſet vniuerſalis, quia non prædicatur de pluribus, ſiquidem non eſt in illis, & homo abſtractus à Petro exiſtente Romæ, idem eſt cum homine abſtracto hic, quia vniuerſalia abſtrahunt à loco & tempore: Nam ſi ab illis dependerent corruptibilia eſſent per ſe, nec poſſent ſciri per ſe. Ad vltimum dicam capite de genere.

Curioſa difficultas.

Deciſio.

QVÆSTIO XXXVI.

Vtrum natura habeat rationem vniuerſalis, quando ſpecies eius ſeruatur in memoria intellectiua, etiam ſine actuali conſideratione intellectus.

1. Argum. ET videtur quod non. Primò: Nam ex modo eſſendi, quem tunc habet in intellectu, non eſt intelligibilis in actu primo nec ſecundo: ergo non eſt vniuerſalis vllo modo. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens. Quod non ſit intelligibilis in actu primo, probatur, quia eſt neceſſe, vt intellectus ſe conuertat ad phantaſma ad hoc, quod intelligatur illa natura: ergo &c. Probatur antecedens, quia oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari. Conſequentia probatur: nam quælibet natura, etiamſi non habeat ſpeciem ſui in intellectu, eſt intelligibilis, ſicut ipſa, ſcilicet per conuerſionem intellectus ad phantaſma: ergo illa non eſt intelligibilis in actu primo, magis quam quælibet alia natura, quæ poteſt intelligi per conuerſionem intellectus ad phantaſma. *Confirm.* Et confirmatur hoc argumentum, & amplius eius vis explicatur. Nam ex modo eſſendi, quem habet natura illa in memoria, ita ſe habet, ſicut quodlibet accidens exiſtens in intellectu; quod non eſt intelligibile in actu primo, vt patet in ſcientiæ notitia: ergo non poteſt natura eſſe ibi vniuerſalis.

2. Argum. Secundum argumentum. Species vt eſt in memoria, ſolùm habet eſſe commune accidentis, quod eſt inhærere, & non habet prout ibi eſt proprium ſpeciei, ſcilicet, repræſentare obiectum, & concurrere ad cognitionem: ergo prout ibi eſt natura, non eſt vniuerſalis. Probatur conſequentia: Nam vt natura ſit vniuerſalis, eſt neceſſe quòd habeat ſpeciẽ ſui in intellectu ſecundum rationem propriam

priam

Digitized by Google

priam ſpeciei, quæ eſt concurrere ad intellectionem, vt principium ipſius, quòd ibi non habet.

3. Argum. Tertiò: Sequitur, quòd ſit concedendum, ſine actuali operatione intellectus eſſe vniuerſalia in intellectu, quod videtur falſum: nam vniuerſalia in fieri, & in conſeruari, dependent ab intellectu. Probatur ſequela: quia ſine actuali operatione intellectus ſunt ſpecies in memoria intellectiua.

Praambula ad quaſtionem.

Controuerſia Michaelis Magiſtri Authoris. 1. Opin. IN hac re ſunt duæ opiniones extremæ, & alia media. Prima opinio eſt, quam Magiſter meus Michael Adrianus, vir & ingenii acumine, & ſumma eruditione inſignis, virtutibus etiam clarus, ex cuius doctrina nonnulla in his quæſtionibus deciduntur, qui dicebat, vt homo poſſit dici actu vniuerſalis in eſſe obiectiuo, ſeu metaphyſicè (nam de iſto vniuerſali eſt ſermo) eſt neceſſe, quòd natura humana ſit in ſpecie intelligibili, cum vſu actuali illius ſpeciei, & actione actuali intellectus agentis: Nam ſpecies *Species dupliciter conſideratur.* dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo vt qualitas eſt inhærens intellectui, alio modo vt ſpecies eſt, & vt exercet rationem ſpeciei, repræſentando rem intellectui actu. Et requiritur vt ſit vniuerſalis natura, quod ſit in ſpecie hoc ſecundo modo, & non ſufficit eſſe primo modo. *Probatio præfata opinionis.* Et ratio eſt: nam vniuerſale in prædicando, & eſſendo debet eſſe obiectum vniuerſalis in repræſentando: Sed tunc quando ſpecies eſt in memoria intellectiua, non eſt vniuerſale in repræſentādo, quia nulli intellectui eſt repræſentatio in actu, & ita natura actus non eſt vniuerſalis, ſed benè in habitu ſicut eſt ipſius ſpeciei repræſentatio. *Solutio Argumētorū Caiet.* Et ſoluebat argumenta Domini Caietani dicendo, quòd natura ſecundum quod eſt in memoria repræſentatur intellectui actu, ſine conditionibus indiuiduantibus, & nec ſecundum modum eſſendi, quem ſeruat in memoria, eſt comparabilis, nec intelligibilis in actu primo.

2. Opin. Caietani. Altera opinio eſt Domini Caietani aſſerentis, illam naturam eſſe vniuerſalē actu in eſſe obiectiuo, ex hoc, quòd eius ſpecies eſt in intellectu, etiamſi actu non conſideretur illa natura ab intellectu, Et probat Caietanus primò: nam homo eſt in illa ſpecie repræſentatus ſine *1. Ratio.* conditionibus indiuiduantibus: ergo ſecundum eſſe, quod ibi habet, eſt vniuerſalis. Antecedens patet: nam illa ſpecies eſt ſpecies naturæ, & non conditionum indiuiduantium, quia ab illis conditionibus fuit abſtracta. Conſequentia patet: nam vt aliquid ſit vniuerſale, nihil aliud requiritur, quàm quòd repræſentetur ſine conditionibus indiuiduantibus. Præ- *2. Ratio.* tereà: eſſe naturæ in illa ſpecie eſt eſſe rationis, ſed hoc eſſe nullum aliud eſt quàm eſſe vniuerſalis & abſtracti: ergo &c. Præterea: rem eſſe vniuerſalem *3. Ratio.* in actu nihil eſt aliud, quàm eſſe intelligibilem in actu, ſed ratione ſpeciei exiſtentis in memoria res dicitur intelligibilis actu, licèt non ſit actualis conſideratio intellectus: ergo eſt vniuerſalis actu. Probatur antecedens, quia eſt in multis, ex eo, quod eſt ſine conditionibus indiuiduantibus. Quartò: Vt res ſit *4. Ratio.* vniuerſalis actu, ſatis eſt, quòd in potentia proxima ſine noua abſtractione ſit cōparabilis ad inferiora, & de illis prædicabilis, ſed res, quæ habet ſpeciem ſui in memoria intellectiua ratione illius habet hoc: ergo &c. Nam ratione illius ſpeciei, eſt intelligibilis actu: ergo comparabilis, & prædicabilis. Hæc ſunt huius opinionis argumenta.

3. Opinio media inter relatas. Tertia opinio, quam dixi mediam, aſſerit, naturam per ſpeciē ſui in memoria eſſe vniuerſalem in actu primo incompletè, completè verò eſſe cùm eſt ſpeciei actualis vſus; qua completur & perficitur ſpecies in ratione ſpeciei per reductionem illius ad actum.

Diſſoluitur quaſtio.

Deciſio controuerſia ad aures Caiet. SEd quamuis reputē Magiſtri mei ſubtilem, & probabilem opinionem, magis verò conformem cenſeo opinionem Caie-

Caietani. Maximè, quia, vt ſuprà viſum fuit, ſpecies eſt ſimilitudo formalis, licèt imperfecta, naturæ illius: ergo hæc ſimilitudo naturalis eſt: ergo, ſicut imago repræſentat Imperatorem, quantum eſt de ſe alicui, & eſt actualiter ſignum, licèt non exerceat actu eius rationem: ita illa ſpecies actu eſt ſignum formale naturæ humanæ, ſine conditionibus indiuiduantibus, & refertur ad illam, repræſentando illam, ſicut eius imago, ſine particularibus conditionibus, licèt hæc repręſentatio non exerceat vſum alicui intellectui, quod non eſt ex defectu ſuo. Quã obrem natura eſt repræſentata ſine determinatione. Et ita vniuerſaliter verum eſt, quòd non eſt actualis vſus ſpeciei, vt ſit vniuerſalis in actu primo, ſicut intelligibilis in actu primo, & in aptitudine proxima. Vnde non requiritur vſus ſpeciei, vt ſit vniuerſalis in actu primo, bene tamen vt ſit vniuerſalis natura in actu ſecundo. Et prætereà quia, quod actu res cognoſcatur, licèt ſit cauſa verbi, non tamen eſt cauſa ſimilitudinis alicuius in ſpecie, ſed ſolùm reductionis ipſius in actum ſecundum: ergo ſi modò eſt vniuerſalis propter repræſentationẽ actus ſine conditionibus, ita antè etiam erat vniuerſalis, & repræſentabat rem intellectui ex parte ſua, ſi intellectus vult conſiderare naturam per illam ſeu poteſt facere, quod repræſentetur actu natura intellectui in actu ſecundo per illam, quod ſufficit, vt ſit vniuerſalis. Videatur etiam ad hoc Diuus Thom. prima parte, quæſtione 57. articulo quarto, & Caietanus ibidem.

Quid requiratur, vt natura ſit vniuerſalis in actu primo, & quid in actu ſecũdo.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD argumenta in contrarium reſpondetur. Ad primum dicitur, quod illa natura ex modo eſſendi, quem ibi habet, non poteſt intelligi in actu primo, ſi autem debemus nos conuertere ad phantaſmata ſpeculanda, non eſt, propter quod natura ſic repræſentata, non ſit vniuerſalis, ſed quia eſt neceſſaria ex natura noſtri intellectus, quòd dum ipſe intelligit, ſit phantaſia in actu, & ita de ſe illa bene poterat ex ſua vniuerſalitate intelligi, vnde vniuerſalis eſt. Et nota, quòd licèt ſpecies nõ ſit ſimilẽ obiecto formaliter, ſufficit eſſe ſimilis obiecto virtualiter, tamquam potentẽ cauſare ſimilitudinem, vt res, cuius ſpecies eſt in intellectu, dicatur eſſe vniuerſalis. Nam ſecundum illam dicitur vniuerſalis in actu primo, & ſic habet in ſe vniuerſalitatem, non quæ proueniat à repræſentatione ſpeciei, ſed quæ proueniat ex hoc, quod habet ſpeciem ſui in intellectu, ſecundum quam poteſt proximè comparari, & cognoſci, & prædicari. Et hoc habet ex eo, quòd eſt abſtracta ſpecies naturæ, & non conditionum indiuiduantium: nam tunc hac de cauſa in natura reſultat aliqua denominatio, ſcilicet vniuerſalis in actu primo. *Obſerua.*

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrum hæc propoſitio ſit vera, Hæc natura eſt vniuerſalis, Hæc natura eſt ſpecies, oſtendendo hominem. *Controuerſia.*

IN hac quæſtione noſtrorum cauſa aliqua minutiora breuiter diſputabimus. Ad quæſtionem aliqui reſpondent, ſupradictas propoſitiones eſſe veras, ſi non ſit appellatio: nam ſi fiat appellatio, facit hunc ſenſum, quòd per conceptum huius naturæ, Homo eſt ſpecies, eſt vniuerſalis. Sed hoc eſt falſum: quia conceptus huius naturæ eſt ſingularis, & illi non poteſt competere prædicatum. Si non faciat appellationem eſt vera, quia hæc natura non per conceptum huius naturæ, ſed per conceptum communem hominis eſt vera. Sed reſpondetur, hanc propoſitionem eſſe veram, etiam ſtante appellatione: et ita dicimus, Omnis, cum concipimus hominem in communi, hæc natura ſic cõcepta eſt ſpecies. Et ſecũdo

1. Modus dicendi. *Refellitur.* *2. Modus dicẽdi Auctoris.*

quia

Digitized by Google

quia illa dictio, Hæc natura determinat hominem, verbi gratia, communiter conceptum: ſed homo ſic conceptus eſt ſpecies: ergo & illa dictio, hæc etiam poteſt demonſtrare naturam ſpecificam in communi, quæ Hæc vocatur, quatenus eſt diſtincta à natura equi. Et ita loquitur Diuus Thomas, cap. 4. de ente, vbi dicit, hæc natura habet duplex eſſe, &c. Et ita ad argumentum reſpondetur, quod appellat conceptum proprium illius naturæ, in communi tamen, qui dicitur hæc natura, & demonſtratur ad intellectum. Hæc vero propoſitio eſt neganda, Hic homo eſt ſpecies: quia iam ex communi modo concipiendi denotat hominem ſingularem, cui eſſe ſpeciem non conuenit.

Alia cõtrouerſia. Si inquiras, vtrum hæc propoſitio ſit neceſſaria, vel cõtingens, Homo eſt ſpecies, Animal eſt genus, eſt vniuerſale. Reſpondent aliqui ex noſtra ſchola eſſe neceſſariã, & ꝓbant. *1. Opinio.* Primò: quia propter appellationẽ facit hunc ſenſum, homo vt cõcipitur cõceptu communi eſt ſpecies: ſed hæc eſt neceſſaria, ſicut illa eſt neceſſaria, Homo, vt habeat albedinem eſt albus, ſeu diſgregat viſum: ſecundò: quia ſupra dictæ propoſitiones nunquã poſſunt eſſe falſæ: ergo ſunt neceſſariæ. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur: Nam cùm prædicatum appellet conceptum ſubiecti, ſemper affert ſecum cõditionem requiſitam, vt conueniat ſubiecto. *2. Opinio.* Alia opinio eſt oppoſita aſſerens eſſe contingentem, quia reddit hunc ſenſum, Homo, qui concipitur conceptu communi, eſt ſpecies: ſed accidit homini, quòd concipiatur conceptu communi: ergo & quod ſit ſpecies. Et præterea, quia ſi homo neceſſariò eſt ſpecies; ergo neceſſariò eſt vniuerſalis: & ita non accidit eſſe vniuerſale illi, quia cui neceſſariò conuenit prædicatum inferius, neceſſariò conuenient prædicata ſuperiora. Et præterea, D. Thomas capite quarto, de ente & eſſentia, dicit accidere homini eſſe ſpeciem ex eo, quòd eſt in intellectu: ſicut accidit homini eſſe album ex eo, quod eſt in ſingularibus.

Notandum in hac re, quòd propoſitionem neceſſariam vocamus illam, cuius prædicatum non poteſt ſeparari à ſubiecto, ex quacunque cauſa hoc proueniat; & propoſitionem contingentem, illam vocamus, per oppoſitum, quando prædicatum poteſt non conuenire ſubiecto.

Dico primò. Hæc propoſitio eſt accidentalis, Homo eſt ſpecies, & huic ſimiles. *1. Concluſ.* Probatur: quia homini conuenit eſſe ſpeciem ex eo, quòd à me cognoſcitur conceptu communi: ſed poteſt non cognoſci: ergo tunc non erit ſpecies. Et præterea: nam humillimus Doctor cap. 4. de ente & eſſentia in principio dicit in hæc verba: Hæc natura habet duplex eſſe, vnum in ſingularibus, aliud in anima: & ſecundum vtrumque conſequuntur accidentia dictam naturam, & infrà relinquitur; ergo quod eſſe ſpeciem accidat naturæ humanæ ſecundum illud eſſe, quod habet in intellectu: ergo eſſe ſpeciem eſt accidens naturæ: & conſtituitur ex hoc eſſe propoſitio non neceſſaria.

Dico ſecundò, Suprà dicta propoſitio, *2. Concluſ.* Homo eſt ſpecies, nõ facit hunc ſenſum, Homo vt cõcipitur conceptu communi, eſt ſpecies, ſed quòd eſſe ſpeciem conuenit homini: quamuis ad hoc requiratur quod conceptu communi concipiatur. Et quamuis non poſſit prædicatum competere ſine illo conceptu communi, non importatur ille conceptus communis in prædicato, & etiamſi importaret conceptum communem ille terminus, ſpecies deberet importare hoc modo, Homo, qui concipitur conceptu communi, eſt ſpecies: & ſicut homini accidit, quòd concipiatur conceptu communi: ita accidit, quòd ſit ſpecies. Et ꝑ hoc patet ad argumenta.

Hic etiam poterat diſputari, quid ſit reſpondendum ad quæſtiones, quas de vniuerſalibus quęrit Porphyrius, quę ſuo tempore erant difficiles: *Controuerſia a quib. ſuperſedetur.* ſed iam ſunt cuique peruiæ. Nam vniuerſale & dicit materiale, ſcilicet naturam & ſecundam intentionem. Et ſi natura quæ ſubſtat ſecundæ intentioni fuerit ſubſtantia, vniuerſale pro ſubſtrato erit ſubſtantia, ſi fuerit res incorpo-

rea, vt Angelus; vniuerſale erit id corporeum: ſi fuerit accidentalis, natura erit accidens. Et quando Ariſtot. 7. Metaph. text. 45. dicit, vniuerſalia non eſſe ſubſtã tiam, loquitur de vniuerſalibus Platonicis: quia nec erant primę ſubſtantiæ, nec ſecundæ: quia non erant in primis, Vide Diu. Thomam opuſculo, 55. & Soto hic.

Dubium. Poterat hic vltimo diſputari, An ſola Logica tractet de vniuerſalibus. *Solutio.* Sed reſpondetur, quòd de vniuerſalibus formaliter, hoc eſt, de forma vniuerſalis, vt de obiecto ſcito, ſola Logica tractat; vt de conditione ſciendi, ipſa Logica, & omnes aliæ ſcientiæ: quia omnes agunt de rebus in vniuerſali. Vide Caietanum libro primo, poſt. cap. 7.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS DE PRAEDICABILIBVS.

QVÆSTIO XXXVIII.

Quodnam ſit obiectum huius partis Logicæ, Prædicabile, an Vniuerſale; & quonam modo diſtinguantur inter ſe.

1. Argum. Videtur, quòd nullo modo diſtinguantur vniuerſale, & prædicabile: Nam hæc prædicatio eſt vera, Prædicabile eſt vniuerſale: & non alia ratione, niſi quia vniuerſale eſt ſuperius ad prædicabile: ergo nullo pacto formaliter, nec realiter diſtinguuntur: nam de iſta diſtinctione eſt ſermo. Minor probatur, nam prædicabile eſſentialiter dicit vniuerſale, & vlterius addit, affirmari de multis: ergo vniuerſale eſt ſuperius ad prædicabile. Probatur antecedens, quia non poteſt prædicari de multis, niſi ſit in illis: ergo eſſentialiter includit vniuerſale. Et quod addat illud, patet: quia vniuerſale vt ſic, ſolùm dicit eſſe in multis vnum, vbi non ponitur prædicabilitas, quòd ſi ſe habent tamquam ſuperius & inferius, nullo pacto diſtinguuntur, niſi ratione.

2. Argum. Secundò arguitur, & probatur, quod nec ratione diſtinguuntur. Nam prædicabile, vt dictum eſt, eſt vniuerſale: ſed vniuerſale eſſentialiter eſt prædicabile: ergo nec ratione diſtinguuntur. Minor probatur, nam conſequentia eſt euidens, quia prædicabile eſt, quod poteſt affirmari de multis; ſed vniuerſale vt ſic eſt affirmabile de multis: ergo vniuerſale, vt ſic, eſt prædicabile: ergo ſunt idem realiter, & formaliter. Et ratione minor probatur, quia non poſſumus ab vniuerſalitate ſeparare prædicabilitatem.

3. Argum. Tertiò, prædicabile eſt obiectum huius libri prædicabilium, & hic tractat de vniuerſalibus: ergo vniuerſale & prædicabile idem ſunt. Imo hic non tractatur niſi de vniuerſalibus: nam de obiecto fit tractatio in qualibet ſcientia & arte.

Quartò, idem eſt obiectum huius artis, & partis eius; ſed obiectum Logicæ eſt ſecunda intentio: ergo ſubiectum huius libri eſt ſecunda intentio, & non prædicabile, nec vniuerſale. 4. Argum.

Deciſio quæſtionis.

Prima concluſio: obiectum huius libri eſt vniuerſalitas, ſeu vniuerſale (& accipio vniuerſale propriè) Probatur iſta concluſio, nam in prædicabilibus nō agitur, niſi de quinque vniuerſalibus, & in hoc tota huius libri cura incumbit, demonſtrando paſſionem vniuerſalis, quæ eſt prædicabilitas; ergo vniuerſale eſt ſubiectum. Antecedens probatur ex Porphyrio in principio Prædicabilium, & in fine, vbi multum laborat, oſtendendo prædicabilitatem vniuerſalium, & quomodo in hac conueniant & differant. Ita cenſent Logici antiqui, vt Petrus Hiſpanus in principio prædicabilium, Verſorius ibidem, & alii multi moderni, quos pertranſeo. Sed antecedens illud probatur: Nam illud eſt obiectum in ſcientia aliqua, ſeu in parte alicuius ſcientiæ, de quo paſſiones demonſtrantur in tali ſcientia, & ſi vocetur iſte liber Prædicabilium, quia paſſiones ſunt notiores, vniuerſale, quod eſt huius libri obiectum, per prædicabile oſtenditur, & nominatur. 1. Concluſ.

Secunda concluſio: Eadem res, quæ eſt vniuerſalis, eſt prædicabilis: ſed prædicabilitas 2. Concluſ.

tionis poteſt claudi in ratione huius intentionis, quæ eſt genus. *Solutio.* Reſpondetur, quòd clauditur ſic paſſio in eſsentia, nõ vt pars eſſentialis eius. Quinimo et hoc, quod Diuus Thomas dicit, quòd poteſt claudi, facit diſtinctionem vnius & alterius intentionis.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Notitia vniuerſaliũ, ſeu prædicabilium neceſſaria eſt ad doctrinam prædicamentorũ, vt ſciamus illa conſtituere, quæ ex generibus & ſpeciebus conſtãt, & indiuiduis. Item eſt neceſſaria ad definitionum aſſignationem, quæ conſtat genere & differentia, & ſpecies eſt, quæ definitur. Itẽ ad diuiſiones, vbi genus per ſuas ſpecies & differẽtias diuiditur, & ſubiectũ aliquando per accidentia. Et ad demonſtrationẽ, vbi paſſio per definitionem demõſtratur de ſubiecto. Quæ omnia ſine horum vniuerſalium cognitione ſciri nequeunt, cùm hic tradatur, quid ſit genus, ſpecies, ꝓpriũ, differentia, & accidens. Et nõ loquor de cognitione, quæ habetur per hunc librũ, vel illum, quia ſic poterit eſſe vtilis; ſed de cognitione, quam habet abſolutè de illis. *Error quorundam.* Hinc ſequitur, quàm ſtultè errent illi, qui cenſent, ſcientias perfectè ſine Logica haberi poſſe, cùm ſine iſtis nequeãt haberi, quæ ſolũ in Logica docẽt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Ad primum reſpondetur, quòd illa prædicatio eſt vera: quia intentio prædicabilis & vniuerſalis eidem materiali conueniunt, vt ſuprà dictum fuit in intentionibus, quæſtione 27. Et non eſt vniuerſale ſuperius, ſed id, quod eſt vniuerſale, eſt ſubiectũ intentionis vniuerſalis, & prædicabilitas vt ad radicem conſequitur ad vniuerſalitatem, de quo etiã ſuprà diximus.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod vniuerſale per ſe eſt prædicabile, non verò eſſentialiter. Et cùm definitur, quòd vniuerſale eſt affirmabile de multis, definitur per ſuam paſſionem: & poteſt eſſe vniuerſale formaliter per formalem intentionem, & adhuc non habere illam naturam ſecundam intentionem prædicabilis formaliter, ſi non accedat actus intellectus, per quẽ formaliter habet eſſe, & etiam in quo fundatur, vt in formali fundamẽto. Nam in actu, in quo fundatur generis intentio, nõ fundatur prædicabilitas, vt in formali fundamento. Et hoc benè nota: nã fundamentũ formale prædicabilis eſt cognoſcere naturã, ſeu naturã eſſe cognitã, quatenus poteſt de multis affirmari, & tunc tribuit intellectus intentionem prædicabilis generici: Nam Petro non tribuas intentionẽ prædicabilis de multis, quia vides non poſſe de multis affirmari. Quamobrem benè poteſt per conſiderationem, quinimo & in eſſe formali, vnum ſeparari ab alio.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd hic tractatur de vniuerſalibus, & per ſua eſſentialia, & per ſuam paſſionem notiorem, quæ eſt prædicabilitas. Et ita dicitur hic tractari de prædicabilibus, ponendo paſſionem, vt tendamus in eſſentiam.

Ad 4. arg. Ad quartũ reſpondetur, quòd eſt idẽ obiectum formale, materiale verò eſt diuerſum, ſicut idem eſt obiectum Phyſicę & partium eius formaliter, ſed materialiter differunt. Vniuerſale autem eſt inferius ad ſecundam intentionẽ, & differt ab illa ĩ ratione obiecti partialiter, & materialiter: formaliter verò eadẽ eſt ratio cõſiderandi in vtroque. Hæc quæſtio ad librũ Prædicabiliũ vice ꝓlogi deſeruiet.

QVÆSTIO XXXIX.

Quot ſint prædicabilia, ſeu vniuerſalia.

IDEO hanc quæſtionem hic diſputo, vt futuræ tractationi terminum præfigamus, ne de tot prædicabilibus, quot aliqui multiplicant, perſcrutemur.

1. Argum. Videtur q̃ ſint plures quã quinque, Nam ens eſt vniuerſale, ſiquidem eſt prędicabile de multis, nimirum de hoc ente, & de illo, & tamen nullum quinque, quæ Porphyrius deſignat, eſt: ergo ſunt plures quàm quinque. Item accidens eſt affirmabile de multis: ergo eſt vniuerſale; nec tamen eſt aliquod eorũ. Et hoc argumentum habet maiorem difficultatem, ſi fiat ſermo de accidente completo: nam

Digitized by Google

eſt vniuocum,& de multis prædicabile, tamen non eſt aliquod ex Porphyrianis prædicabilibus. Nam ſi aliquod deberet eſſe,maximè genus:ſed hoc non,quia ſic non eſſet, niſi vnum prædicamentum omnium accidentium,& alterum ſubſtantiæ,quod eſt contra Ariſtotelis doctrinã, ponentis decem prædicaméta: ergo &c.

2. Argum. Secundum argumentum: Definitio, vt animal rationale,eſt predicabilis de multis vniuocè in quid,& non eſt aliquid ex numeratis à Porphyrio:ergo &c. & etiã homo albus de multis prædicatur, & non poteſt dici, quod ſit aliquod ex illis: ergo &c.

3. Argum. Tertiò: Materia prima,anima,punctũ, vnitas, de multis affirmantur, nec ſunt aliquod prædicabile poſitum: ergo &c.

4. Argum. Quartò: Aliquis homo prædicatur de pluribus in quale,ſiue in cuiuſmodi vniuocè:ergo eſt prædicabile, & non eſt aliquod de Porphyrianis præter illa: ergo alia ſunt prædicabilia:non ergo ſunt tantũ quinque. Idẽ eſt dicendũ de perſona, quæ prædicatur de pluribus in quid vniuocè:nam Petrus eſt perſona,Ioãnes eſt perſona,& idem de ſuppoſito:ergo &c.

5. Argum. Quintò.Non leo,non canis,prædicantur de pluribus,vt patet, quia Petrus eſt non leo,Ioannes ſimiliter,& non ſunt in aliquo ex illis quinque: ergo &c. Minor probatur:quia non videtur eſſe prædicatum: Tentiale hominis, cùm conueniat Angelo,& accidenti,vt albedini. Et non eſt prædicatum tranſcendens,nec etiam eſt accidens hominis,cùm non poſſit abeſſe ab illo:ergo nec predicatur in quid, nec in quale accidentale,nec eſſentiale: ergo in nullo prædicabilium Porphyrii eſt:in alio ergo debet collocari.

6. Argum. Sextò. Omnia prædicabilia ſunt ſpecies vniuerſalis, ita vt vniuerſale ſit genus ad illa:ergo non ſunt dicenda quinque prædicabilia,ſed vnum tantùm. Antecedẽs patet, & probatur conſequẽtia: Nam ſi omnia decẽ rerum genera haberent vnum genus commune,& nõ eſſent decem,ſed vnum genus rerum, ad quod omnia reducerẽtur; ſed ſunt hæc omnia reducta ad vnũ vniuerſale & prædicabile;non ergo ſunt quinque,ſed vnum. Et confirmatur: Nam prædicabile & prædicatum idem ſunt:Sed,ſecundum Ariſtotelem primo Topicorum, capite 4. tantùm sũt quatuor prædicata,& ibi numerauit definitionẽ:ergo tantùm ſunt quatuor prædicabilia. Et infrà videbimus multa arguméta,cũ tractabimus de quolibet prædicabili in particulari, ad probãdũ, quare ſunt plures quàm quinque, vt cum voluerimus probare differentiã atomam & ſubalternam ſpecie differre.

Septimò. Nulla eſt firma ratio ad inueniendum numerum prædicabilium: non ergo certus illorum ſtatuendus eſt numerus. Antecedens patet: Nam Soto dicit, quòd eſt ſumendus per ordinem ad primã ſubſtantiam,& ſi quis hoc negauerit, non eſt certa probatio illius præſuppoſiti. Albertus dicit per ordinem ad inferiora,& Caietanus alia procedit via,nec vllo certo nititur fundamento:nec ergo certum eſt, quinque tantum eſſe prædicabilia: nam licet Porphyrius dixerit eſſe quinque, ſed non probauit. *7. Argum.*

Deciditur quæſtio.

PRima concluſio: Tantùm ſunt quinque prædicabilia,nec plura,nec pauciora; & iſta ſunt genus,ſpecies,differentia,propriũ,& accidens. Hanc concluſionem, vt cõmunem omnibus fere grauiſſimis Logicis,aſſerimus. Illam tenet expreſsè D. Thom. opuſculo 48. cap. 1. Porphyrius in ſuis predicabilib⁹, Auerroes, Alexan.& Niphus primo Topicorum capite tertio, quarto, & ſeptimo. Simplicius in anteprædicamẽtis,citans Iamblichum,& alios antiquos. Albertus de vniuerſalibus ca. nono, Auicenna capite de ſpecie.& Scotus quæſt. 12. vniuerſalium. Ioannes Angelus Mãci quæſt. 91. Aimo, cap. de genere. Bruxelẽſis ibi quæſtio 1. Verſorius in prædicabiliũ principio, & ibidem Frater Petrus Hiſpanus ordinis Prædicatorum. Toletus quæſt. 3 prædicabiliũ. Soto in vniuerſalibus quæſt 5. Ayala quæſt. 1. vniuerſaliũ. Canterus in initio prædicabiliũ Mercado in fine prædicabilium. Fonſeca lib. 2 inſtitutionũ, capite ſeptimo ad finem. Et hanc concluſionẽ diuerſimodè probant authores. Soto illam probat ſumpta proportione à cõpoſita naturali: Nam ſicut in hoc compoſito ſunt quinque, ipſum compoſitum, *1. Concluſ.*

tum, materia & forma, proprium, quod competit ratione formæ, & accidentia, quæ accidunt ratione materiæ ſingularis: ita in compoſito metaphyſico ſunt alia quinque, quæ fundant quinque intentiones prædicabilium, ſeu vniuerſalium. Compoſitum, quod eſt ſpecies, vt homo, cui correſpondet ſecũdum prædicabile, Species. ſc. logica. Materia metaphyſica, quæ eſt genus. ſ. animal, ſupra quod fundatur, ſeu cui correſpondet genus, logicè loquendo. Forma, quæ eſt rationale, cui tertium prædicabile correſpondet, differentia. Sequuntur ad hoc compoſitũ ratione formæ & materiæ in communi aliquæ proprietates, & his correſpondet quartum prædicabile, & ſupra illas fundatur, vt ſupra riſibilitatem, corruptibilitatem; ratione materiæ indiuidualis ſequuntur accidentia communia, & his innititur quintum prædicabile. Nec aliquid quidpiam poteſt conſiderari, quod ad hæc non reducatur: ergo nec aliquod præter dicta prædicabile reperiri valet: Nam compoſitum logicum metaphyſico eſt proportionandum, & quod dicimus de hac ſpecie in particulari, de omni, ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidentalis, dicendum eſt. Sed ſi aliquis negauerit, non debere correſpondere prædicabilium numerum prædictis partibus ſpeciei, certè non habemus firmam rationem, quæ hoc conuincat. Secunda probatio doctiſſimi Magiſtri hæc eſt: Omne prædicatum (& loquimur de prædicatione directa) aut prædicatur de aliquo eſſentialiter, aut accidentaliter. Si eſſentialiter, aut quidditatiuè, aut qualificatiuè. Si primum, aut de pluribus differentibus numero, & illud eſt ſpecies: aut de pluribus differentibus ſpecie, & eſt genus. Si in quale eſſentiale, eſt differentia. Si accidentaliter, vel conſequitur ad eſſentiam, & eſt proprium; vel ad conditiones indiuiduales, & eſt accidens commune quinti prædicabilis, & non videtur quis alius ſit modus prædicandi: ergo &c.

Prima Ratio, quòd nõ ſint plura vel pauciora prædicabilia quĩque.

Inſtãtia inſolubilis.

2. Ratio.

Obiectio. Fuga.

Sed ſi aliquis dicat (vt dicit Caietanus) prædicationem illam eſſentialem in quale diuidendam eſſe: nam alia eſt de pluribus numero differentibus, & eſt differentia atoma; vel de pluribus ſpecie differentibus, & eſt ſubalterna. Et præterea, quòd eſt alius prædicandi modus, ſcilicet, in cuiuſmodi, quomodo prædicatur aliquis homo, certè non adduceretur conuincens argumentum contra illum, quamuis ſolueret argumenta probabiliter. Quamobrem hæc noſtra concluſio non eſt demonſtrata, nec certo probata, ſed ſolum topicè, & probabiliter multum.

Sol

Præterea probatur noſtra concluſio: quia vniuerſale eſt vnũ in multis (vt dictum eſt ſuprà ex Ariſtotele) quod ſecundum omnes conſtituitur per eſſentialem ordinem ad inferiora: ergo diuerſum ordinem reſpiciẽdi inferiora, in quibus eſt: Sed quod eſt in inferioribus, vel eſt eſſentialiter in illis, vel non eſſentialiter. Si eſſentialiter, aut dicendo totam eſſentiam illorum, & ſic erit ſpecies, quæ propterea dicitur prædicari in quid completè, quia prædicat completam, & adæquatam eſſentiam indiuiduorum, vt ait Boetius; Vel dicendo partem eſſentiæ, & tunc vel talis pars eſt eſſentialis, in qua eſſe ſpecificum habet inchoationem, & radicem, ſic erit genus; vel eſt pars formalis, & actualis, determinans prædictam partem potentialem, & ſic erit differentia. Si autem eſt in illis non eſſentialiter, ſed accidentaliter, vel dimanat ab eorũ eſſentia, & ſic erit propriũ: Vel prouenit ab extrinſeco, ſcilicet à cõditionibus indiuiduantibus, & ſic erit accidens: nam etiam accidens habet ſua inferiora accidẽtaliter, vt dicemus in quinto prædicabili.

3. R

Secunda concluſio: Numerus vniuerſaliũ debet ſumi in ordine ad ſibi inferiora, in quibus ſunt, & de quibus prædicantur ſecundum diuerſum modum eſſendi in illis, & non in ordine ad primam ſubſtãtiam, vt ait Soto, nam vniuerſale in eſſe talis conſtituitur in ordine ad inferiora: ſed prima ſubſtantia non eſt inferior omnium prædicabiliũ, & vniuerſaliũ: ergo &c. Probatur minor: Nã Petrus, v.g. non eſt inferior, niſi reſpectu ſpeciei humanæ & idem de omni alia prima ſubſtantia dicendũ eſt, quòd ſolùm eſt inferior reſpectu ſuæ ſpeciei. Præterea, in accidentibus ſunt etiam genera & ſpecies, & propriæ paſſiones, & ſua item accidentia quinti prædi-

2. C Co mi Sot

Pro 1.

Pro 2.

eſt vniuocum,& de multis prædicabile, tamen non eſt aliquod ex Porphyrianis prædicabilibus. Nam ſi aliquod deberet eſſe,maximè genus:ſed hoc non,quia ſic non eſſet, niſi vnum prædicamentum omnium accidentium,& alterum ſubſtantiæ,quod eſt contra Ariſtotelis doctrinã, ponentis decem prædicaměta: ergo &c.

2. Argum. Secundum argumentum: Definitio, vt animal rationale,eſt prędicabilis de multis vniuocè in quid,& non eſt aliquid ex numeratis à Porphyrio:ergo &c. & etiã homo albus de multis prædicatur, & non poteſt dici, quod ſit aliquod ex illis: ergo &c.

3. Argum. Tertiò:Materia prima,animæ,punctũ, vnitas, de multis affirmantur, nec ſunt aliquod prædicabile poſitum: ergo &c.

4. Argum. Quartò: Aliquis homo prædicatur de pluribus in quale,ſiue in cuiuſmodi vniuocè:ergo eſt prædicabile, & non eſt aliquod de Porphyrianis præter illa: ergo alia ſunt prædicabilia. non ergo ſunt tantũ quinque. Idẽ eſt dicendũ de perſona, quæ prædicatur de pluribus in quid vniuocè:nam Petrus eſt perſona, Ioãnes eſt perſona,& idem de ſuppoſito:ergo &c.

5. Argum. Quintò. Non leo, non canis, prædicantur de pluribus, vt pater, quia Petrus eſt non leo, Ioannes ſimiliter,& non ſunt in aliquo ex illis quinque: ergo &c. Minor probatur:quia non videtur eſſe prædicamentum: Tentiale hominis, cùm conueniat Angelo,& accidenti, vt albedini. Et non eſt prædicatum tranſcendens,nec etiam eſt accidens hominis,cùm non poſſit ab eſſe ab illo:ergo nec prędicatur in quid, nec in quale accidentale,nec eſſentiale: ergo in nullo prædicabilium Porphyrii eſt:in alio ergo debet collocari.

6. Argum. Sextò. Omnia prædicabilia ſunt ſpecies vniuerſalis, ita vt vniuerſale ſit genus ad illa:ergo non ſunt dicenda quinque prædicabilia,ſed vnum tantùm. Antecedẽs patet, & probatur conſequẽtia: Nam ſi omnia decẽ rerum genera haberent vnum genus commune,& nõ eſſent decem,ſed vnum genus rerum, ad quod omnia reducerẽtur; ſed ſunt hæc omnia reducta ad vnũ vniuerſale & prædicabile;non ergo ſunt quinque,ſed vnum. Et confirmatur: Nam prædicabile & prædicatum idem ſunt:Sed,ſecundum Ariſtotelem primo Topicorum, capite 4. tantùm sũt quatuor prædicata,& ibi numerauit definitionẽ:ergo tantùm ſunt quatuor prædicabilia. Et infrà videbimus multa argumẽta,cũ tractabimus de quolibet prædicabili in particulari, ad probãdũ, quare ſunt plures quàm quinque, vt cum voluerimus probare differentiã atomam & ſubalternam ſpecie differre.

Septimò. Nulla eſt firma ratio ad inueniendum numerum prædicabilium: non ergo certus illorum ſtatuendus eſt numerus. Antecedens patet: Nam Soto dicit, quòd eſt ſumendus per ordinem ad primã ſubſtantiam,& ſi quis hoc negauerit, non eſt certa probatio illius præſuppoſiti. Albertus dicit per ordinem ad inferiora,& Caietanus alia procedit via,nec vllo certo nititur fundamento:nec ergo certum eſt, quinque tantum eſſe prædicabilia: nam licet Porphyrius dixerit eſſe quinque, ſed non probauit. *7. Argum.*

Deciditur quæſtio.

PRima concluſio: Tantùm ſunt quinque prædicabilia,nec plura,nec pauciora; & iſta ſunt genus,ſpecies,differentia,propriũ,& accidens. Hanc concluſionem,vt cõmunem omnibus ferè grauiſſimis Logicis,aſſerimus. Illam tenet expreſsè D. Thom. opuſculo 48. cap. 1. Porphyrius in ſuis prędicabilib⁹, Auerroes, Alexan. & Niphus primo Topicorum capite tertio, quarto, & ſeptimo. Simplicius in antepraedicamẽtis,citans Iamblichum,& alios antiquos. Albertus de vniuerſalibus ca. nono, Auicenna capite de ſpecie. & Scotus quęſt. 12. vniuerſalium. Ioannes Angelus Mãci quæſt. 91. Aimo, cap. de genere. Bruxelẽſis ibi quæſtio 1. Verſorius in prædicabiliũ principio, & ibidem Frater Petrus Hiſpanus ordinis Prædicatorum. Toletus quæſt. 3 prædicabiliũ. Soto in vniuerſalibus quæſt. 5. Aya la quæſt. 1. vniuerſaliũ. Canterus in initio prædicabiliũ Mercado in fine prædicabilium. Fonſeca lib. 2 inſtitutionũ, capite ſeptimo ad finem. Et hanc concluſionẽ diuerſimodè probant authores. Soto illam probat ſumpta proportione à cõpoſita naturali: Nam ſicut in hoc compoſito ſunt quinque, ipſum compoſitum, *1. Conclu.*

tum, materia & forma, proprium, quod competit ratione formæ, & accidentia, quæ accidunt ratione materiæ ſingularis: ita in compoſito metaphyſico ſunt alia quinque, quæ fundant quinque intentiones prædicabilium, ſeu vniuerſalium. Compoſitum, quod eſt ſpecies, vt homo, cui correſpondet ſecūdum prædicabile, Species. ſc. logica. Materia metaphyſica, quæ eſt genus. ſ. animal, ſupra quod fundatur, ſeu cui correſpondet genus logicè loquendo. Forma, quæ eſt rationale, cui tertium prædicabile correſpondet, differentia. Sequuntur ad hoc compoſitū ratione formæ & materiæ in communi aliquæ proprietates, & his correſpondet quartum prædicabile, & ſupra illas fundatur, vt ſupra riſibilitatem, corruptibilitatem; ratione materiæ indiuidualis ſequuntur accidentia communia, & his innititur quintum prædicabile. Nec aliquid quidpiam poteſt conſiderari, quod ad hæc non reducatur: ergo nec aliquod præter dicta prædicabile reperiri valet: Nam compoſitum logicum metaphyſico eſt proportionandum, & quod dicimus de hac ſpecie in particulari, de omni, ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidentalis, dicendum eſt. Sed ſi aliquis negauerit, non debere correſpondere prædicabilium numerum prædictis partibus ſpeciei, certè non habemus firmam rationem, quæ hoc conuincat.

Prima Ratio, quòd nō ſint plura vel pauciora prædicabilia quā quę.

Inſtātia inſolubilis.

2. Ratio. Secunda probatio doctiſſimi Magiſtri hæc eſt: Omne prædicatum (& loquimur de prædicatione directa) aut prædicatur de aliquo eſſentialiter, aut accidentaliter. Si eſſentialiter, aut quidditatiuè, aut qualificatiuè. Si primum, aut de pluribus differentibus numero, & illud eſt ſpecies: aut de pluribus differentibus ſpecie, & eſt genus. Si in quale eſſentiale, eſt differentia. Si accidentaliter, vel conſequitur ad eſſentiam, & eſt proprium; vel ad conditiones indiuiduales, & eſt accidens commune quinti prædicabilis, & non videtur quis alius ſit modus prædicandi: ergo &c.

Obiectio. Fuga. Sed ſi aliquis dicat (vt dicit Caietanus) prædicationem illam eſſentialem in quale diuidendam eſſe: nam alia eſt de pluribus numero differentibus, & eſt differentia atoma; vel de pluribus ſpecie differentibus, & eſt ſubalterna. Et præterea, quòd eſt alius prædicandi modus, ſcilicet, in cuiuſmodi, quomodo prædicatur aliquis homo, certè non adduceretur conuincens argumentum contra illum, quamuis ſolueret argumenta probabiliter. Quamobrem hæc noſtra concluſio non eſt demonſtrata, nec certo probata, ſed ſolum topicè, & probabiliter multum.

Solutio.

3. Ratio. Præterea probatur noſtra concluſio: quia vniuerſale eſt vnū in multis (vt dictum eſt ſuprà ex Ariſtotele) quod ſecundum omnes conſtituitur per eſſentialem ordinem ad inferiora: ergo diuerſum ordinem reſpiciēdi inferiora, in quibus eſt: Sed quod eſt in inferioribus, vel eſt eſſentialiter in illis, vel non eſſentialiter. Si eſſentialiter, aut dicendo totam eſſentiam illorum, & ſic erit ſpecies, quæ propterea dicitur prędicari in quid completè, quia prædicat completam, & adæquatam eſſentiam indiuiduorum, vt ait Boetius; Vel dicendo partem eſſentiæ, & tunc vel talis pars eſt eſſentialis, in qua eſſe ſpecificum habet inchoationem, & radicem, ſic erit genus; vel eſt pars formalis, & actualis, determinans prædictam partem potentialem, & ſic erit differentia. Si autem eſt in illis non eſſentialiter, ſed accidentaliter, vel dimanat ab eorū eſſentia, & ſic erit propriū: Vel prouenit ab extrinſeco, ſcilicet à cōditionibus indiuiduantibus, & ſic erit accidens: nam etiam accidens habet ſua inferiora accidētaliter, vt dicemus in quinto prædicabili.

2. Concluſ. Contra Dominicum Soto. Secunda concluſio: Numerus vniuerſalii debet ſumi in ordine ad ſibi inferiora, in quibus ſunt, & de quibus prædicantur ſecundum diuerſum modum eſſendi in illis, & non in ordine ad primam ſubſtātiam, vt ait Soto, nam vniuerſale in eſſe talis conſtituitur in ordine ad inferiora: ſed prima ſubſtantia non eſt inferior oium prædicabiliū, & vniuerſaliū: ergo &c. Probatur minor: Nā Petrus, v.g. non eſt inferior, niſi reſpectu ſpeciei humanę & idem de omni alia prima ſubſtantia dicendū eſt, quòd ſolùm eſt inferior reſpectu ſuæ ſpeciei. Præterea, in accidētibus ſunt etiam genera & ſpecies, & propriæ paſſiones, & ſua item accidentia quinti prædi-

Probatur 1.

Probatur 2.

prædicabilis:ſed in iſtis hæc nō poſſunt deſumi in ordine ad primam ſubſtantiam vllo modo,quia illa nullo pacto eſt inferior reſpectu dictorum in accidentibus: non ergo rectè aſſignatur penes primam ſubſtantiam prædicabilium numerus.

Probatur tertio. Præterea: Vniuerſale eſt relatiuum rationis formaliter,& reſpicit inferiora:ergo penes diuerſum modū reſpiciendi illa,& penes diuerſos ſpecificos terminos formaliter debet ſumi eorū diuerſitas:nā relatiua ſpecie differunt penes diuerſos ſpecie terminos. Et hic de numero ſpecifico prædicabilium loquimur,non de generico,nec de indiuiduali. *Efficacia rationis Alb. Magni.* Ex hac concluſione patet,quòd ratio Alberti eſt optima, vt venemur prædicabilium,ſeu vniuerſalium numerum,quam etiam Diuus Thomas inſinuauit ſupra dicto opuſculo 47. capite 1.

3.Concluſ. Tertia concluſio: Ratio vniuerſalis, prout hic accipitur,dicit naturam vniuocam,& ſimplicem de materiali,loquendo de illis in particulari, & naturam conducentē ad artem prædicamentalē. *Explicatur doctrina Caiet.* Et quod non fuerit hoc modo vniuerſale, non eſt vniuerſale ꝓprium,ſed largo modo ſumptum,& vniuerſale tranſcendēs,vt diſtinguitur cōtra particularem. Ita tenent Soto, Verſorius,Petrus Hiſpanus in initio prædicabilium,& ſi voluerimus explicare Dominū Caietanū,capitulo de ſpecie, aſſerentē,plura eſſe prędicabilia,quàm illa quinque Porphyrii,dicendū eſt, quòd loquebatur de vniuerſali,& prædicabili largo modo,prout diſtinguitur à particulari,nō verò loquebatē de vniuerſali ſtricto modo,nā ſic nō poſuiſſet niſi quinq;.

1. Obiectio contra concluſionem. Et ſi fiat argumentum, quòd ſint plura,quàm quinque prædicabilia,quia iſta prædicabilia ad demonſtrationē ordinantur,vt ad partem logicalem potiorem,vt ſupra dictum eſt,ſed demōſtratio fit etiā metaphyſica,vbi ens,quod eſt eius obiectū,eſt analogū,&paſſiones demonſtratę, & demonſtrationis medium,nō ſunt vniuoca:ergo etiā analoga poſſunt eſſe prædicabilia;Nā in omni propria demonſtratione debet eſſe aliquod proprium prędicabile,ſiquidem demōſtratio eſt finis prędicabilium.

2.Obiectio. Et ſecundò: Multæ ſunt paſſiones coniunctæ, quæ demonſtrantur, vt par, vel impar,eſt paſſio numeri: ergo ꝑtinet ad quartum prædicabile:non ergo omne prædicabile debet eſſe ſimplex:& curuū, vel rectum,dicitur paſſio lineæ.

Solutio prima. Ad primum reſpondetur,quòd demonſtrationes,in quibus ſubiectum & paſſiones ſunt analoga,nō habent prædicabile aliquod proprium, & nihilominus illa prædicabilia tranſcendentia regulātur ꝑ propria & ſtricta:& ita etiam hæc tractatio horum propriorum prędicabilium deſeruit ad illas demonſtrationes, quia ex his colligitur regula ad procedendū in illis: ſicut cognitio illius, quod eſt proprium,deſeruit ad cognoſcendum minus proprium.

Solutio ſecūda. Ad ſecundū reſpondetē, quòd illa cenſetur ſimplex paſſio, & prædicabile ſimplex,quia nō conſtat ex duobus prædicabilibus, ex duabus ſcilicet paſſionibus, maximè quia totum illud complexum ponitur ad explicandam vnam ſimpliciſſimam eſſentiam propriæ paſſionis nobis ignotam.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primū reſpondetur,quòd illa ſunt prædicabilia largo modo. De accidēti completo dicā in materia de accidenti quinti prædicabilis,vel in antepræ dicamentis.

Ad 2. arg. Ad ſecundum idem eſt dicendū, quòd eſt prædicabile compoſitum,hic verò fit ſermo de ſimplici. Definitio enim duob. prædicabilibus cōſtat,genere ſcilicet,& differentia: vnde non eſt cēſendum vnū, ſed compoſitum prædicabile; Nā definitio in ſua ratione rei eſſentiam explicat, & nō dicit ordinē in ſua eſſentia ad prædicationem,ſed ad definitum,licèt prædicetur de definito. Et loquor de illa ſecundo intentionaliter. Vnde non eſt prędicabile, vt definitio, ſed vt genus dicit, & differentiam, quæ quidem complexa ſunt ibidem. Et homo albus eſt etiam duplex prædicabile,& prædicabile complexum.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſpondetē,quòd prędicatur vt quid incompletum,hic verò loquimur de prædicabili cōpleto. *Obiectio.* Sed cōtrà, differentia eſt quid incompletum: ergo &c *Solutio.* Reſpondetur, quòd ſi punctum. & linea,

Digitized by Google

linea,& materia prima, & forma, deberent prædicari propriè ex modo, quo ſignificantur, deberent prædicari vt ſpecies: & ſic non poſſunt prædicari, quia ſunt aliquid incompletum. Et hac ratione dicimus, agere de prędicabili completo: quia quæ vt genus, & ſpecies, & proprium, & accidens, deberent prædicari, vt quid completum deberent exercere hoc officium.

Ad 4. arg. Ad quartum dicemus in materia de ſpecie.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quòd loquimur de prædicabilibus, quatenus dicunt aliquam formam ex modo ſignificandi. *1. Solutio.* Nomina verò infinita, vt inquit Ariſtoteles, primo Peri hermenias, potius dicunt quid non ſignificent, quàm quid ſignificent, & non dicunt formam certam. Aliqui dicunt, quod illæ prædicationes ſunt *2. Solutio.* reducendæ ad prædicationes nominis infinitatis. Sed prima ſolutio eſt melior.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quòd hic ſit comparatio numeri prædicabilium ſecũdum naturas ſpecificas, quę quinque ſũt. *1. Solutio.* Albertus, & Bruxelenſis negant eſſe vniuerſale genus ad quinque prædicabilia. *2. Solutio.* Sed iam dictum eſt hoc ſuprà, quæſtione octaua intentionum. De differentia atoma, & ſubalterna, capite de differentia, vel de genere dicam.

Ad confir. Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd prædicatum eſt, id, qđ de alio affirmatur, ſiue ſit vniuerſale, ſiue non. *Quid inter ſit interprę dicatũ & prædicabile* Prædicabile verò, vt hic accipitur, eſt vniuerſale, quod de multis affirmatur vnde non ſunt idem. Et quamuis eſſent idem, Ariſtoteles ibidem loquebatur de prædicabilibus, per quæ reſpõdemus ad quæſtionem, quæ fit de ſpecie, vnde non numerauit ipſam ſpeciem. Et quia per definitionem reſpõdemus ad quæſtionem, quæ fit de ſpecie, nam quærenti, Quid eſt homo, optimè reſpondemus, eſſe animal rationale, ideo aliquando numeratur ab Ariſtotele inter prædicata. Modò deſcendamus ad rationem vniuerſalium in particulari.

Primum prædicabile, quod eſt

GENVS.

QVÆSTIO. XL.

Vtrùm genus in communi dicat vnum materiale adæquatum, cui conueniat ſecunda generis intentio.

Genus, cùm ſit connotatiuũ nomen, duo dicit, alterũ de materiali, alterum de formali: ſicut album de materiali importat corpus, de formali albedinẽ; & corpus eſt materiale adæquatum, albedo formale. *Explicantur ſenſus quæſiti.* Sic ergo inquirimus, vtrùm genus pro materiali dicat aliquam vnam naturam, cui adæquatè intentio generis conueniat, quæ eſt formale in genere. Et quæſtionis determinatio valebit pro materiali ſpeciei, differentię, accidentis, indiuidui, & ferè pro materiali cuiuſcunque intentionis in communi definitæ. Et videtur, quod dicat vnum adæquatum materiale, quod ſit ſuperius ad omnia materialia generica.

1. Argum. Et ſit primum argumentum: Nam iſte terminus, Genus eſt terminus connotatiuus: ergo hẽt materiale & formale: ſed formale eſt vnum: ergo & materiale. Minor probatur, quia materiale & formale proportionari debẽt: Si enim eſt vna forma, debet eſſe vna materia, & ſi eſt vnum accidens, vnum ſubiectum eſſe debet. Et *Confir.* confirmatur: Nam formale eſt vnum cõmune ad omnes formas genericas: ergo & materiale ſimiliter debet eſſe vnum cõmune ad omnia materialia, vt ſit proportio inter materiale & formale.

2. Argum. Secundo: Quando concipio genus in communi, concipio materiale aliquod & formale, cùm ratio generis importetur in concreto: ſed non concipio in particulari aliquod materiale generis, cui conueniat illa ſecunda intẽtio generis: ergo cõcipio aliquod cõe materiale omnibus materialibus generum. Minor probatur: quia experior per intellectum,

me

Digitized by Google

me non concipere animal,nec colorem, nec aliquod ex decem generibus:ergo ali quid commune.

3.Argum. Tertiò. Genus in communi eſt definibi le:ergo habet materiale & formale vnũ commune omnibus generibus inferioribus. Maior patet,minor probatur:nam definitum debet eſſe commune omnibus inferioribus definitis: non autem eſſet cõmune, ſi materiale non eſſet commune: quia definitum particulare vtrũque importat, & materiale & formale: ſicut ſi homo in communi non diceret materiã, non eſſet omnibus hominibus materiali bus communis.

4. Argum. Quartò: Hæc eſt vera prædicatio,Hoc genus eſt genus,demonſtrando ſubſtantiam:& iſta ſimiliter demonſtrando quãtitatem,Hoc genus eſt genus,& idem in aliis generaliſſimis:ergo dicit aliquid cõmune ad illa inferiora,& non ſolam intẽtionem,'quia eſt terminus concretus, & connotatiuus:ergo etiam importat materiale commune illis.

5. Argum. Quintò: Genus eſt ſpecies ad omnia genera,vt viſum fuit ſuprà,ſed ſolùm differt natura ſpecifica ab indiuiduali penes conditiones indiuiduãtes(& loquor de natura,quæ ſpecies denominatur) homo enim à Petro ſolùm differt, quia Petrus importat conditiones indiuiduãtes, quas non dicit homo:ergo generis natura,quæ dicitur ſpecies,ab hac generis natura ſolum differt penes conditiones indiuiduãtes: ſed hæc generis natura dicit materiale & formale particulare:ergo illa generis natura dicit vniuerſale,& formale commune:ergo &c.

6. Argum. Sextò. Sicut ex neceſſitate vna forma numero, debet dicere ordinem ad vnum materiale numero,ita vna forma ſpecie, ad vnum materiale ſpecie, & vna forma genere,ad vnum materiale genere:ſed illa forma intẽtionis generis in communi eſt vna forma ſpecie;ergo dicit ordinem ad vnum materiale ſpecie; ſed vnũ materiale ſpecie debet eſſe commune ad ſibi inferiora: materiale ergo generis commune eſt ad ſibi inferiora.

Deciſio Quæſtionis.

Prima concluſio: Genus in communi acceptum,non dicit de materiali aliquam naturam vnam abſtractam ab omnibus materialibus generum,cui conueniat, ſicut materiali adæquato ſecunda intentio generis. Hæc cõcluſio mihi eſt certiſſima. Et probo illam primò authoritate Porphyrii,capite de ſpecie, vbi aſſerit in hæc verba:In familiis, plerunque deſcendentes reducuntur ad vnum principium,vt Agamemnon, & Atrides, & Pelopides,& Tãtalides,& vltimũ Iouis. In generibus verò & ſpeciebus non ſic ſe habet,nec.n. vnum cõmune genus omnium eſt ens:nec enim oĩa eiuſdem generis ſunt ſecundum vnum ſupremum genus,ſicut dicit Ariſtoteles,ſed ſunt poſita,ſicut dictum eſt,in prædicamentis,prima decem genera, quaſi decem principia. Vides quõ Porphyrius nullũ genus cõe ponit omnibus generibus,ſed ſi illud materiale vnũ daretur,daretur certe vnũ genus cõe omnibus generibus,vt videbimus poſtea. Item:D.Th.cap.4.de ente,& eſſentia, & vbicũque de genere tractat, ſtatim ſubiungit exemplum in materiali generis particulari: vt ſi dicit, quòd genus prædicatur,ſtatim ſubiungit,vt animal:ſignum ergo eſt, non habere in cõi materiale abſtractum à particularib. Et prætereà probatur rõnibus; Nã ſi genus habet vnum materiale abſtractum ab omnibus naturis genericis, quod materiale ſubſternitur ſecundæ intẽtioni,& eſt ſubiectum adæquatum illius: ergo à decem generibus generaliſſimis abſtrahitur vna natura,& vnum ſubſtratum genericum: ſed hoc non poteſt eſſe: ergo &c. Maior clara eſt,& probatur minor:Nam illa natura non eſt ſubſtantia, cùm ſit abſtracta ab illa & reliquis prædicamentis,nec accidens eadem rõne:ergo non datur talis natura abſtracta. Dices,quòd eſt ens, contrà:nam ens nõ eſt genus, vt videbimus, & dicit Porphyrius:ſed eſſet genus,ſi eſt ſubſtratũ ſecundæ intentionis generis; quia ſicut eſt albũ,quod eſt ſubiectũ albedinis,ita eſt genus,quod ſubiectũ ſecundæ intentionis generis, nec poteſt dici, quod ſit accidens eadem etiam ratione.

1.Concluſ. *D.Thom.* *1.Ratio pro Concluſio.* *Fuga. Impugnat:*

Et

Confir. Et confirmatur hæc ratio, & magis probatur concluſio: Nam etiam in entibus rationis ſunt genera propriiſſimè, nam vniuerſalitas genus eſt ad genereitatem, ſpecieitatem, vt viſum fuit ſuprà quæſtione vigeſimaſeptima: ergo ſi datur vnum ſubſtratum genus in communi, quod ſit commune ad omnia genera, etiã erit cõmune ad genera, quæ ſunt rationis entia: & illud non poteſt eſſe reale, quia quod reale eſt, non eſt commune entibus rationis. Nec poteſt eſſe aliquid rationis, quia ſic non eſſet commune ad genera realia. Nec poteſt dari aliquod abſtractum, quia illud debet eſſe inferius ad ens, & cùm ens diuidatur per reale, & rationis, ſua prima diuiſione, dẽret eſſe ens reale, vel rationis: & ſic non eſſet commune, etiã ſi daretur aliquod abſtractum ab ente reali & rationis, illud non poteſt eſſe generis ſubſtratum, nam, vt probatum eſt, eſſet genus: ſed enti reali & rationis nullum datur genus commune, cùm ſint analoga, & duobus conceptibus ergo &c. Præterea, ſubſtratum illud ſecundæ intentionis omnibus generibus commune, vel eſt genus, vel non: non poteſt dici, quod nõ ſit genus, quia ſubiectum accidentis ab illo accipit denominationem, ſicut ſubiectũ Sapientiæ, ſapiens eſt, & cætera: ergo eſt genus: ergo non ſunt decem rerum genera generaliſſima, & primò diuerſa, quod eſt contra Ariſtotelẽ, & vniuerſam ſcholam Metaphyſicæ, & Logicæ, vt patet in prædicamentis inferius, & libro quinto Metaphyſicæ. Sed probatur conſequẽtia, quia omnia illa genera conueniunt in vna natura generica abſtracta, & ĩ vno genere, & ſic non differunt genere.

3. Ratio.

4. Ratio. Præterea ſequitur, quòd entia, & realia, & rationis, ſunt ſub communi genere, ſiquidẽ omnia ſub illo materiali continentur.

Quorundã opinio. Quia iſtæ ſunt demonſtrationes, dixerunt aliqui, dari ſubiectum ſecundæ intẽtionis in communi, quod eſt ſolùm ſubiectum, vt ita dicam, definitionis, & ſuſtentationis, non tamen quod ſit genus: nam quia erat definienda ſecunda intentio in concreto, debuit poni materiale, quod ſubſtaret definitioni, & cui intellectus applicaret ſecundam intentionem.

2. Conclus. Secunda concluſio. Hoc etiam ſubiectum commune impoſſibile eſt dari. Et probatur concluſio: Nam ſi illud ſubiectum non eſt genus, non poteſt eſſe materiale genereitatis, nihil enim quod non ſit album, poteſt eſſe materiale albedinis. Præterea: Nam ſubiectum omne cum ſua forma accidentali facit compoſitionem accidentalem, quia omnis forma accidẽtalis aliquod eſſe tribuit ſuo ſubiecto; ſed forma generis, vt ſic, non poteſt tribuere aliud eſſe, quàm eſſe generis: ergo illud materiale erit genus. Et magis miror, viros aliàs ingenio præditos, vt effugiant argumenta primæ concluſionis, in hoc tam apertum & abſurdum inconueniens incidere. *Contra præſentem opinionem.*

3. Conclus. Quid correſpõdeat intentioni generis in communi ſubiectũ vel materiale. Tertia concluſio. Materiale, quod correſpondet intentioni generis in communi, eſt omnes naturæ genericæ per modum vnius materialis coniunctæ, & adunatæ. Hæc concluſio ex dictis infertur: Nam genus habet materiale, & non ſuperius ad omnes naturas, nec aliqua natura generica in particulari ſolùm, quia conuenit formale generis aliis naturis genericis: ergo omnes cõiunctæ ſunt materiale illius, & cùm genus ſit aliquid commune intellectus, qui abſtrahit formale generis in concreto, per intellectum eiuſdem intellectus ope adunat materia es omnes naturas, vt ſubiectum denominatum ab illa intentione generis. Præterea probatur concluſio: Nam cùm definimus indiuiduum, quòd ſit prædicabile de vno tantùm, hæc definitio omni indiuiduo conuenit, & non habet aliquod ſubſtratum commune omnibus indiuiduis, quia omnia indiuidua nihil commune habent, niſi ſpeciem, quæ non eſt indiuiduum: ergo etiam dabitur hoc ipſum in genere, quandoquidem militat eadem ratio.

Obiectio. Et ſi dicas, ergo ſi omnes naturæ genericæ ſunt vnum ſubiectum; ergo debent habere aliquid quod faciat hanc vnitatem, quia plura non ſunt vnum, niſi per aliquid vnum.

Solutio. Reſpondetur, quòd ex eo, quod omnes conueniunt in hoc, quòd ſunt denominabiles ab illa generis intentione, habent aliquid commune, ratione cuius poſſint dici vnum ſubiectum. Voco commune aliquid, quod reperitur in omnibus, nam omnes ſunt denominabiles à generis

inten-

Digitized by Google

rea, vt Angelus; vniuerſale erit id corporeum: ſi fuerit accidentalis, natura erit accidens. Et quando Ariſtot. 7. Metaph. text. 45. dicit, vniuerſalia non eſſe ſubſtãtiam, loquitur de vniuerſalibus Platonicis: quia nec erant primę ſubſtantiæ, nec ſecundæ: quia non erant in primis. Vide Diu. Thomam opuſculo, 55. & Soto hic.

Dubium. Poterat hic vltimo diſputari, An ſola Logica tractet de vniuerſalibus. *Solutio.* Sed reſpondetur, quòd de vniuerſalibus formaliter, hoc eſt, de forma vniuerſalis, vt de obiecto ſcito, ſola Logica tractat; vt de conditione ſciendi, ipſa Logica, & omnes aliæ ſcientiæ: quia omnes agunt de rebus in vniuerſali. Vide Caietanum libro primo, poſt. cap. 7.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS
DE PRAEDICABILIBVS.
QVÆSTIO XXXVIII.

Quodnam ſit obiectum huius partis Logicæ, Prædicabile, an Vniuerſale; & quonam modo diſtinguantur inter ſe.

1. Argum. VIdetur, quòd nullo modo diſtinguantur vniuerſale, & prædicabile: Nam hæc prædicatio eſt vera, Prædicabile eſt vniuerſale: & non alia ratione, niſi quia vniuerſale eſt ſuperius ad prædicabile: ergo nullo pacto formaliter, nec realiter diſtinguuntur: nam de iſta diſtinctione eſt ſermo. Minor probatur, nam prædicabile eſſentialiter dicit vniuerſale, & vlterius addit, affirmari de multis: ergo vniuerſale eſt ſuperius ad prædicabile. Probatur antecedens, quia non poteſt prædicari de multis, niſi ſit in illis: ergo eſſentialiter includit vniuerſale. Et quod addat illud, patet: quia vniuerſale vt ſic, ſolùm dicit eſſe in multis vnum, vbi non ponitur prædicabilitas, quòd ſi ſe habent tamquam ſuperius & inferius, nullo pacto diſtinguuntur, niſi ratione.

2. Argum. Secundò arguitur, & probatur, quod nec ratione diſtinguantur. Nam prædicabile, vt dictum eſt, eſt vniuerſale: ſed vniuerſale eſſentialiter eſt prædicabile: ergo nec ratione diſtinguuntur. Minor probatur, nam conſequentia eſt euidens, quia prædicabile eſt, quod poteſt affirmari de multis; ſed vniuerſale vt ſic eſt affirmabile de multis: ergo vniuerſale, vt ſic, eſt prædicabile: ergo ſunt idem realiter, & formaliter. Et ratione minor probatur, quia non poſſumus ab vniuerſalitate ſeparare prædicabilitatem.

3. Argum. Tertiò, prædicabile eſt obiectum huius libri prædicabilium, & hic tractat de vniuerſalibus: ergo vniuerſale & prædicabile idem ſunt. Imo hic non tractatur niſi de vniuerſalibus: nam de obiecto fit tractatio in qualibet ſcientia & arte.

Quartò, idem eſt obiectum huius artis, & partis eius; ſed obiectum Logicæ eſt ſecunda intentio: ergo ſubiectum huius libri eſt ſecunda intentio, & non prædicabile, nec vniuerſale. 4. Argum.

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: obiectum huius libri eſt vniuerſalitas, ſeu vniuerſale (& accipio vniuerſale propriè) Probatur iſta concluſio, nam in prædicabilibus nō agitur, niſi de quinque vniuerſalibus, & in hoc tota huius libri cura incumbit, demonſtrando paſſionem vniuerſalis, quæ eſt prædicabilitas; ergo vniuerſale eſt ſubiectum. Antecedens probatur ex Porphyrio in principio Prædicabilium, & in fine, vbi multum laborat, oſtendendo prædicabilitatem vniuerſalium, & quomodo in hac conueniant & differant. Ita cenſent Logici antiqui, vt Petrus Hiſpanus in principio prædicabilium, Verſorius ibidem, & alii multi moderni, quos pertranſeo. Sed antecedens illud probatur: Nam illud eſt obiectum in ſcientia aliqua, ſeu in parte alicuius ſcientiæ, de quo paſſiones demonſtrantur in tali ſcientia, & ſi vocetur iſte liber Prædicabilium, quia paſſiones ſunt notiores, vniuerſale, quod eſt huius libri obiectum, per prædicabile oſtenditur, & nominatur. 1. Concluſ.

Secunda concluſio: Eadem res, quæ eſt vniuerſalis, eſt prædicabilis: ſed prędicabilitas 2. Concluſ.

tionis poteſt claudi in ratione huius in- *Solutio.* tentionis, quæ eſt genus. Reſpondetur, quòd clauditur ſic paſſio in eſſentia, nó vt pars eſſentialis eius. Quinimo ex hoc, quod Diuus Thomas dicit, quòd po teſt claudi, facit diſtinctionem vnius & alterius intentionis.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Notitia vniuerſaliũ, ſeu prædicabilium neceſſaria eſt ad doctrinam prædicamentorũ, vt ſciamus illa conſtituere, quæ ex generibus & ſpeciebus conſtãt, & indiuiduis. Item eſt neceſſaria ad definitionum aſſignationem, quæ conſtat genere & differentia, & ſpecies eſt, quæ definitur. Itẽ ad diuiſiones, vbi genus per ſuas ſpecies & differẽtias diuiditur, & ſubiectum aliquando per accidentia. Et ad demonſtrationẽ, vbi paſſio per definitionem demõſtratur de ſubiecto. Quæ omnia ſine horum vniuerſalium cognitione ſciri nequeunt, cùm hic tradatur, quid ſit genus, ſpecies, ꝓpriũ, differentia, & accidens. Et nõ loquor de cognitione, quæ habetur per hunc librũ, vel illum, quia ſic poterit eſſe vtilis; ſed de cognitione, quam habet abſolutè de *Error quorundam.* illis. Hinc ſequitur, quàm ſtultè errent illi, qui cenſent, ſcientias perfectè ſine Logica haberi poſſe, cùm ſine iſtis nequeat haberi, quæ ſolũ in Logica docẽt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quòd illa prædicatio eſt vera: quia intentio prædicabilis & vniuerſalis eidem materiali conueniunt, vt ſuprà dictum fuit in intentionibus, quæſtione 27. Et non eſt vniuerſale ſuperius, ſed id, quod eſt vniuerſale, eſt ſubiectũ intentionis vniuerſalis, & prædicabilitas vt ad radicem conſequitur ad vniuerſalitatem, de quo etiã ſuprà diximus.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod vniuerſale per ſe eſt prædicabile, non verò eſſentialiter. Et cùm definitur, quòd vniuerſale eſt affirmabile de multis, definitur per ſuam paſſionem: & poteſt eſſe vniuerſale formaliter per formalem intentionem, & adhuc non habere illam naturam ſecundam intentionem prædicabilis formaliter, ſi non accedat actus intellectus, per quẽ formaliter habet eſſe, & etiam in quo fundatur, vt in formali fundamẽto. Nam in actu, in quo fundatur generis intentio, nõ fundatur prædicabilitas, vt in formali fundamento. Et hoc benè nota: nã fundamentũ formale prædicabilis eſt cognoſcere naturã, ſeu naturã eſſe cognitã, quatenus poteſt de multis affirmari, & tunc tribuit intellectus intentionem prædicabilis generici: Nam Petro non tribuas intentioné prædicabilis de multis, quia vides non poſſe de multis affirmari. Quamobrem benè poteſt per conſiderationem, quinimo & in eſſe formali, vnum ſeparari ab alio.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd hic tractatur de vniuerſalibus, & per ſua eſſentialia, & per ſuam paſſionem notiorem, quæ eſt prædicabilitas. Et ita dicitur hic tractari de prædicabilibus, ponendo paſſionem, vt tendamus in eſſentiam. *Ad 3. arg.*

Ad quartũ reſpondetur, quòd eſt idẽ obiectum formale, materiale verò eſt diuerſum, ſicut idem eſt obiectum Phyſicę & partium eius formaliter, ſed materialiter differunt. Vniuerſale autem eſt inferius ad ſecundam intentionẽ, & differt ab illa i ratione obiecti partialiter, & materialiter: formaliter verò eadẽ eſt ratio cõſiderandi in vtroque. Hæc quæſtio ad librũ Prædicabiliũ vice ꝓlogi deſeruiet. *Ad 4. arg.*

QVÆSTIO XXXIX.

Quot ſint prædicabilia, ſeu vniuerſalia.

IDEO hanc quæſtionem hic diſputo, vt futuræ tractationi terminum præfigamus, ne de tot prædicabilibus, quot aliqui multiplicant, perſcrutemur.

Videtur q̃d ſint plures quã quinque, *1. Argum.* Nam ens eſt vniuerſale, ſiquidem eſt prędicabile de multis, nimirum de hoc ente, & de illo, & tamen nullum quinque, quæ Porphyrius deſignat, eſt: ergo ſunt plures quàm quinque. Item accidens eſt affirmabile de multis: ergo eſt vniuerſale; nec tamen eſt aliquod eorũ. Et hoc argumentum habet maiorem difficultatem, ſi fiat ſermo de accidente completo: nam

Digitized by Google

eſt vniuocum, & de multis prædicabile, tamen non eſt aliquod ex Porphyrianis prædicabilibus. Nam ſi aliquod deberet eſſe, maximè genus: ſed hoc non, quia ſic non eſſet, niſi vnum prædicamentum omnium accidentium, & alterum ſubſtantiæ, quod eſt contra Ariſtotelis doctrinã, ponentis decem prædicaméta: ergo &c.

2. Argum. Secundum argumentum: Definitio, vt animal rationale, eſt prędicabilis de multis vniuocè in quid, & non eſt aliquid ex numeratis à Porphyrio: ergo &c. & etiã homo albus de multis prædicatur, & non poteſt dici, quod ſit aliquod ex illis: ergo &c.

3. Argum. Tertiò: Materia prima, anima, punctũ, vnitas, de multis affirmantur, nec ſunt aliquod prædicabile poſitum: ergo &c.

4. Argum. Quartò: Aliquis homo prædicatur de pluribus in quale, ſiue in cuiuſmodi vniuocè: ergo eſt prædicabile, & non eſt aliquod de Porphyrianis præter illa: ergo alia ſunt prædicabilia: non ergo ſunt tantũ quinque. Idẽ eſt dicendũ de perſona, quæ prædicatur de pluribus in quid vniuocè: nam Petrus eſt perſona, Ioãnes eſt perſona, & idem de ſuppoſito: ergo &c.

5. Argum. Quintò. Non leo, non canis, prædicantur de pluribus, vt patet, quia Petrus eſt non leo, Ioannes ſimiliter, & non ſunt in aliquo ex illis quinque: ergo &c. Minor probatur: quia non videtur eſſe prædicatum: Tenciale hominis, cùm conueniat Angelo, & accidenti, vt albedini. Et non eſt prædicatum tranſcendens, nec etiam eſt accidens hominis, cùm non poſſit abeſſe ab illo: ergo nec prędicatur in quid, nec in quale accidentale, nec eſſentiale: ergo in nullo prædicabilium Porphyrii eſt: in alio ergo debet collocari.

6. Argum. Sextò. Omnia prædicabilia ſunt ſpecies vniuerſalis, ita vt vniuerſale ſit genus ad illa: ergo non ſunt dicenda quinque prædicabilia, ſed vnum tantùm. Antecedẽs patet, & probatur conſequẽtia: Nam ſi omnia decẽ rerum genera haberent vnum genus commune, & nõ eſſent decem, ſed vnum genus rerum, ad quod omnia reducerẽtur; ſed ſunt hæc omnia reducta ad vnũ vniuerſale & prædicabile; non ergo ſunt quinque, ſed vnum. Et confirmatur: Nam prædicabile & prædicatum idem ſunt: Sed, ſecundum Ariſtotelem primo Topicorum, capite 4. tantùm ſũt quatuor prædicata, & ibi numerauit definitionẽ: ergo tantùm ſunt quatuor prædicabilia. Et infrà videbimus multa argumẽta, cũ tractabimus de quolibet prædicabili in particulari, ad probãdũ, quare ſunt plures quàm quinque, vt cum voluerimus probare differentiã atomam & ſubalternam ſpecie differre.

7. Argum. Septimò. Nulla eſt firma ratio ad inueniendum numerum prædicabilium: non ergo certus illorum ſtatuendus eſt numerus. Antecedens patet: Nam Soto dicit, quòd eſt ſumendus per ordinem ad primã ſubſtantiam, & ſi quis hoc negauerit, non eſt certa probatio illius præſuppoſiti. Albertus dicit per ordinem ad inferiora, & Caietanus alia procedit via, nec vllo certo nititur fundamento: nec ergo certum eſt, quinque tantum eſſe prædicabilia: nam licet Porphyrius dixerit eſſe quinque, ſed non probauit.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima concluſio: Tantùm ſunt quinque prædicabilia, nec plura, nec pauciora; & iſta ſunt genus, ſpecies, differentia, propriũ, & accidens. Hanc concluſionem, vt cõmunem omnibus fere grauiſſimis Logicis, aſſerimus. Illam tenet expreſsè D. Thom. opuſculo 48. cap. 1. Porphyrius in ſuis prędicabilib⁹, Auerroes, Alexan. & Niphus primo Topicorum capite tertio, quarto, & ſeptimo. Simplicius in anteprædicamẽtis, citans Iamblichum, & alios antiquos. Albertus de vniuerſalibus ca. nono, Auicenna capite de ſpecie. & Scotus quæſt. 12. vniuerſalium. Ioannes Angelus Mãci quæſt. 91. Aimo, cap. de genere. Bruxelẽſis ibi quæſtio 1. Verſorius in prædicabiliũ principio, & ibidem Frater Petrus Hiſpanus ordinis Prædicatorum. Toletus quæſt. 3 prædicabiliũ. Soto in vniuerſalibus quæſt 5. Ayala quæſt. 1. vniuerſaliũ. Cancerus in initio prædicabiliũ Mercado in fine prædicabilium. Fonſeca lib. 2 inſtitutionũ, capite ſeptimo ad finem. Et hanc concluſionẽ diuerſimodè probant authores. Soto illam probat ſumpta proportione à cõpoſita naturali: Nam ſicut in hoc compoſito ſunt quinque, ipſum compoſitum,

Digitized by Google

Prima Ratio, quòd nō ſint plura vel pauciora prædicabilia quìnque.

tum,materia & forma,ſproprium , quod competit ratione formæ , & accidentia, quæ accidunt ratione materiæ ſingularis:ita in compoſito metaphyſico ſunt alia quinque,quæ fundant quinque intentiones prædicabilium,ſeu vniuerſalium. Compoſitum,quod eſt ſpecies,vt homo, cui correſpondet ſecūdum prædicabile, Species.ſc.logica.Materia metaphyſica, quæ eſt genus.ſ.animal, ſupra quod fundatur,ſeu cui correſpondet genus, logicè loquendo. Forma, quæ eſt rationale, cui tertium prædicabile correſpondet, differentia.Sequuntur ad hoc compoſitū ratione formæ & materiæ in communi aliquæ proprietates , & his correſpondet quartum prædicabile , & ſupra illas fundatur,vt ſupra riſibilitatem,corruptibilitatem ; ratione materiæ indiuidualis ſequuntur accidentia communia , & his innititur quintum prædicabile . Nec aliquid quidpiam poteſt conſiderari , quod ad hæc non reducatur : ergo nec aliquod præter dicta prædicabile reperiri valet:Nam compoſitum logicum metaphyſico eſt proportionandum,& quod dicimus de hac ſpecie in particulari , de omni, ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidentalis,dicendum eſt . Sed ſi aliquis negauerit,non debere correſpondere prædicabilium numerum prædictis partibus ſpeciei,certè non habemus firmam rationem,quæ hoc conuincat .

Inſtātia inſolubilis.

2.Ratio. Secunda probatio doctiſſimi Magiſtri hæc eſt : Omne prædicatum (& loquimur de prædicatione directa) aut prædicatur de aliquo eſſentialiter , aut accidentaliter. Si eſſentialiter, aut quidditatiuè,aut qualificatiuè. Si primum,aut de pluribus differentibus numero , & illud eſt ſpecies: aut de pluribus differentibus ſpecie,& eſt genus . Si in quale eſſentiale,eſt differentia. Si accidentaliter, vel conſequitur ad eſſentiam , & eſt proprium ; vel ad conditiones indiuiduales, & eſt accidens commune quinti prædicabilis , & non videtur quis alius ſit modus prædicandi:ergo &c.

Obiectio. Fuga. Sed ſi aliquis dicat (vt dicit Caietanus) prædicationem illam eſſentialem in quale diuidendam eſſe : nam alia eſt de pluribus numero differentibus,& eſt differentia atoma ; vel de pluribus ſpecie differentibus,& eſt ſubalterna . Et prætereà,quòd eſt alius prædicandi modus , ſcilicet,in cuiuſmodi , quomodo prædicatur aliquis homo,certè non adduceretur conuincens argumentum contra illum,quamuis ſolueret argumenta probabiliter. Quamobrem hæc noſtra concluſio non eſt demonſtrata,nec certo probata,ſed ſolum topicè,& probabiliter multum.

Solutio.

3.Ratio. Præterea probatur noſtra concluſio : quia vniuerſale eſt vnū in multis (vt dictum eſt ſuprà ex Ariſtotele) quod ſecundum omnes conſtituitur per eſſentialem ordinem ad inferiora : ergo diuerſum ordinem reſpiciēdi inferiora, in quibus eſt:Sed quod eſt in inferioribus, vel eſt eſſentialiter in illis, vel non eſſentialiter . Si eſſentialiter, aut dicendo totam eſſentiam illorum , & ſic erit ſpecies , quæ propterea dicitur prædicari in quid completè ,quia prædicat completam,& adæquatam eſſentiam indiuiduorum , vt ait Boetius ; Vel dicendo partem eſſentiæ , & tunc vel talis pars eſt eſſentialis, in qua eſſe ſpecificum habet inchoationem,& radicem , ſic erit genus ; vel eſt pars formalis , & actualis , determinans prædictam partem potentialem , & ſic erit differentia . Si autem eſt in illis non eſſentialiter,ſed accidentaliter, vel dimanat ab eorū eſſentia, & ſic erit propriū: Vel prouenit ab extrinſeco, ſcilicet à cōditionibus indiuiduantibus, & ſic erit accidens:nam etiam accidens habet ſua inferiora accidētaliter,vt dicemus in quinto prædicabili.

2.Concluſ. Contra Dominicum Soto. Secunda concluſio: Numerus vniuerſalis debet ſumi in ordine ad ſibi inferiora,in quibus ſunt,& de quibus prædicantur ſecundum diuerſum modum eſſendi in illis,& non in ordine ad primam ſubſtātiam,vt ait Soto,nam vniuerſale in eſſe talis conſtituitur in ordine ad inferiora: ſed prima ſubſtantia non eſt inferior omnium prædicabiliū,& vniuerſaliū: ergo &c.

Probatur 1. Probatur minor: Nā Petrus,v.g. non eſt inferior,niſi reſpectu ſpeciei humanę & idem de omni alia prima ſubſtantia dicendū eſt,quòd ſolùm eſt inferior reſpectu ſuæ ſpeciei.

Probatur 2. Præterea, in accidētibus ſunt etiam genera & ſpecies,& propriæ paſſiones , & ſua item accidentia quinti prædi-

prædicabilis:ſed in iſtis hæc nõ poſſunt
deſumi in ordine ad primam ſubſtantiam
vllo modo,quia illa nullo pacto eſt infe-
rior reſpectu dictorum in accidentibus:
non ergo rectè aſſignatur penes primam
ſubſtantiam prædicabilium numerus.
Probatur tertio. Prætereà: Vniuerſale eſt relatiuum ratio
nis formaliter,& reſpicit inferiora:ergo
penes diuerſum modũ reſpiciendi illa,&
penes diuerſos ſpecificos terminos for-
maliter debet ſumi eorũ diuerſitas:nã re
latiua ſpecie differunt penes diuerſos ſpe
cie terminos.Et hic de numero ſpecifico
prædicabilium loquimur,non de generi-
Efficacia rationis Alb. Magni. co,nec de indiuiduali. Ex hac concluſio
ne patet,quòd ratio Alberti eſt optima,
vt venemur prædicabilium,ſeu vniuerſa
lium numerum,quam etiam Diuus Tho-
mas inſinuauit ſupra dicto opuſculo 47.
capite 1.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Ratio vniuerſalis,
prout hic accipitur,dicit naturam vniuo
cam,& ſimplicem de materiali,loquendo
de illis in particulari, & naturam condu
centẽ ad artem prædicamentalẽ.Et quod
Explicatur doctrina Caiet. non fuerit hoc modo vniuerſale, non eſt
vniuerſale ꝓprium,ſed largo modo ſum
ptum,& vniuerſale tranſcendẽs,vt diſtin
guitur cõtra particularem.Ita tenent So
to, Verſorius,Petrus Hiſpanus in initio
prædicabilium,& ſi voluerimus explica
re Dominũ Caietanũ,capitulo de ſpecie,
aſſerentẽ,plura eſſe prędicabilia,quàm il
la quinque Porphyrii,dicendũ eſt, quòd
loquebatur de vniuerſali,& prædicabili
largo modo,prout diſtinguitur à particu
lari,nõ verò loquebatᷓ de vniuerſali ſtri-
cto modo,nã ſic nõ poſuiſſet niſi quinq;.

1. Obiectio contra conclusionem. Et ſi fiat argumentum, quòd ſint plu-
ra,quàm quinque prædicabilia,quia iſta
prædicabilia ad demonſtrationẽ ordinan
tur,vt ad partem logicalem potiorem,vt
ſupra dictum eſt,ſed demõſtratio fit etiã
metaphyſica,vbi ens,quod eſt eius obie-
ctũ,eſt analogũ,&paſſiones demonſtratę,
& demonſtrationis medium,nõ ſunt vni-
uoca:ergo etiã analoga poſſunt eſſe præ-
dicabilia;Nã in omni propria demonſtra
tione debet eſſe aliquod proprium prędi
cabile,ſiquidem demõſtratio eſt finis prę
dicabilium.

2. Obiectio. Et ſecundò: Multæ ſunt paſſiones
coniunctæ, quæ demonſtrantur, vt par,
vel impar,eſt paſſio numeri: ergo ptinet
ad quartum prædicabile:non ergo omne
prædicabile debet eſſe ſimplex:& curuũ,
vel rectum,dicitur paſſio lineæ.

Ad primum reſpondetur,quòd demon *Solutio prima.*
ſtrationes,in quibus ſubiectum & paſſio-
nes ſunt analoga,nõ habent prædicabile
aliquod proprium, & nihilominus illa
prædicabilia tranſcendentia regulãtur p
propria & ſtricta:& ita etiam hæc tracta
tio horum propriorum prędicabilium de
ſeruit ad illas demonſtrationes, quia ex
his colligitur regula ad procedendũ in il
lis: ſicut cognitio illius, quod eſt pro-
prium,deſeruit ad cognoſcendum minus
proprium.

Ad ſecundũ reſpondetᷓ,quòd illa cenſe *Solutio ſecunda.*
tur ſimplex paſſio, & prædicabile ſim-
plex,quia nõ conſtat ex duobus prædica
bilibus, ex duabus ſcilicet paſſionibus,
maximè quia totum illud complexum po
nitur ad explicandam vnam ſimpliciſſi-
mam eſſentiam propriæ paſſionis nobis
ignotam.

Diſſoluuntur argumenta.

AD primũ reſpondetur,quòd illa ſunt *Ad 1. arg.*
prædicabilia largo modo.De accidẽ
ti completo dicã in materia de accidenti
quinti prædicabilis,vel in antepræedica-
mentis.

Ad ſecundum idem eſt dicendũ, quòd *Ad 2. arg.*
eſt prædicabile compoſitum,hic verò fit
ſermo de ſimplici. Definitio enim duob.
prædicabilibus cõſtat,genere ſcilicet,&
differentia: vnde non eſt cẽſendum vnũ,
ſed compoſitum prædicabile; Nã defini
tio in ſua ratione rei eſſentiam explicat,
& nõ dicit ordinẽ in ſua eſſentia ad præ
dicationem,ſed ad definitum,licèt prædi
cetur de definito. Et loquor de illa ſecun
da intentionaliter. Vnde non eſt prędi
cabile, vt definitio, ſed vt genus dicit,
& differentiam, quæ quidem complexa
ſunt ibidem. Et homo albus eſt etiam
duplex prædicabile,& prædicabile com
plexum.

Ad tertium reſpondetᷓ,quòd prędica- *Ad 3. Arg.*
tur vt quid incompletum,hic verò loqui
mur de prædicabili cõpleto. Sed cõtrà, *Obiectio.*
differentia eſt quid incompletum: ergo
&c. Reſpondetur, quòd ſi punctum. & *Solutio.*
linea,

Digitized by Google

linea, & materia prima, & forma, deberent prædicari propriè ex modo, quo ſignificantur, deberent prædicari vt ſpecies: & ſic non poſſunt prædicari, quia ſunt aliquid incompletum. Et hac ratione dicimus, agere de prędicabili completo: quia quæ vt genus, & ſpecies, & proprium, & accidens, deberent prædicari, vt quid completum deberent exercere hoc officium.

Ad 4. arg. Ad quartum dicemus in materia de ſpecie.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quòd loquimur de prædicabilibus, quatenus dicunt aliquam formam ex modo ſignificandi.
1. Solutio. Nomina verò infinita, vt inquit Ariſtoteles, primo Peri hermenias, potius dicunt quid non ſignificent, quàm quid ſignificent, & non dicunt formam certam. Aliqui dicunt, quod illæ prædicationes ſunt
2. Solutio. reducendæ ad prædicationes nominis infinitatis. Sed prima ſolutio eſt melior.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quòd hic ſit comparatio numeri prædicabilium ſecũdum naturas ſpecificas, quę quinque ſũt.
1. Solutio. Albertus, & Bruxelenſis negant eſſe vniuerſale genus ad quinque prædicabilia.
2. Solutio. Sed iam dictum eſt hoc ſuprà, quæſtione octaua intentionum. De differentia atoma, & ſubalterna, capite de differentia, vel de genere dicam.
Ad confir. Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd prædicatum eſt id, qđ de alio affirmatur, ſiue ſit vniuerſale, ſiue non. Prædicabile verò, vt hic accipitur, eſt vniuerſale, quod de multis affirmatur vnde non ſunt idem. Et quamuis eſſent idem, Ariſtoteles ibidem loquebatur de prædicabilibus, per quæ reſpõdemus ad quæſtionem, quæ ſit de ſpecie, vnde non numerauit ipſam ſpeciem. Et quia per definitionem reſpõdemus ad quæſtionem, quæ ſit de ſpecie, nam quærenti, Quid eſt homo, optimè reſpondemus, eſſe animal rationale, ideo aliquando numeratur ab Ariſtotele inter prædicata. Modò deſcendamus ad rationem vniuerſalium in particulari.

Quid inter ſit interprędicatũ & prædicabile

Primum prædicabile, quod eſt

GENVS.

QVÆSTIO. XL.

Vtrùm genus in communi dicat vnum materiale adæquatum, cui conueniat ſecunda generis intentio.

Explicantur ſenſus quæſiti.

Genus, cùm ſit connotatiuũ nomen, duo dicit, alterũ de materiali, alterum de formali: ſicut album de materiali importat corpus, de formali albedinẽ; & corpus eſt materiale adæquatum, albedo formale. Sic ergo inquirimus, vtrùm genus pro materiali dicat aliquam vnam naturam, cui adæquatè intentio generis conueniat, quæ eſt formale in genere. Et quæſtionis determinatio valebit pro materiali ſpeciei, differentię, accidentis, indiuidui, & ferè pro materiali cuiuſcunque intentionis in communi definitæ. Et videtur, quod dicat vnum adæquatum materiale, quod ſit ſuperius ad omnia materialia generica.

1. Argum. Et ſit primum argumentum: Nam iſte terminus, Genus eſt terminus connotatiuus: ergo hẽt materiale & formale: ſed formale eſt vnum: ergo & materiale. Minor probatur, quia materiale & formale proportionari debẽt: Si enim eſt vna forma, debet eſſe vna materia, & ſi eſt vnum accidens, vnum ſubiectum eſſe debet. Et
Confir. confirmatur: Nam formale eſt vnum cõmune ad omnes formas genericas: ergo & materiale ſimiliter debet eſſe vnum cõmune ad omnia materialia, vt ſit proportio inter materiale & formale.

2. Argum. Secundo: Quando concipio genus in communi, concipio materiale aliquod & formale, cùm ratio generis importetur in concreto: ſed non concipio in particulari ali uod materiale generis, cui conueniat illa ſecunda intẽtio generis: ergo cõcipio aliquod cõe materiale omnibus materialibus generum. Minor probatur: quia experior per intellectum, me

Digitized by Google

Confir. Et confirmatur hæc ratio,& magis probatur concluſio: Nam etiam in entibus rationis ſunt genera propriiſſimè, nam vniuerſalitas genus eſt ad generitatem, ſpecieitatem, vt viſum fuit ſuprà quæſtione vigeſimaſeptima: ergo ſi datur vnum ſubſtratum genus in communi, quod ſit commune ad omnia genera, etiã erit cõmune ad genera, quæ ſunt rationis entia: & illud non poteſt eſſe reale, quia quod reale eſt, non eſt commune entibus rationis. Nec poteſt eſſe aliquid rationis, quia ſic non eſſet commune ad genera realia. Nec poteſt dari aliquod abſtractum, quia illud debet eſſe inferius ad ens, & cùm ens diuidatur per reale, & rationis, ſua prima diuiſione, deberet eſſe ens reale, vel rationis: & ſic non eſſet commune, etiãſi daretur aliquod abſtractum ab ente reali & rationis, illud non poteſt eſſe generis ſubſtratum, nam, vt probatum eſt, eſſet genus: ſed enti reali & rationis nullum datur genus commune, cùm ſint analoga, & duobus conceptibus ergo &c. *3. Ratio.* Præterea, ſubſtratum illud ſecundæ intentionis omnibus generibus commune, vel eſt genus, vel non: non poteſt dici, quod nõ ſit genus, quia ſubiectum accidentis ab illo accipit denominationem, ſicut ſubiectũ Sapientiæ, ſapiens eſt, & cætera: ergo eſt genus: ergo non ſunt decem rerum genera generaliſſima, & primò diuerſa, quod eſt contra Ariſtotelẽ, & vniuerſam ſcholam Metaphyſicæ, & Logicæ, vt patet in prædicamentis inferius, & libro quinto Metaphyſicæ. Sed probatur conſequẽtia, quia omnia illa genera conueniunt in vna natura generica abſtracta, & in vno genere, & ſic non differunt genere. *4. Ratio.* Præterea ſequitur, quòd entia, & realia, & rationis, ſunt ſub communi genere, ſiquidẽ omnia ſub illo materiali continentur.

Quorundã opinio. Quia iſtæ ſunt demonſtrationes, dixerunt aliqui, dari ſubiectum ſecundæ intẽtionis in communi, quod eſt ſolùm ſubiectum, vt ita dicam, definitionis, & ſuſtentationis, non tamen quod ſit genus: nam quia erat definienda ſecunda intentio in concreto, debuit poni materiale, quod ſubſtaret definitioni, & cui intellectus applicaret ſecundam intentionem.

2. Conclus. Secunda concluſio. Hoc etiam ſubiectum commune impoſſibile eſt dari. Et probatur concluſio: *Contra præfatam opinionem.* Nam ſi illud ſubiectum non eſt genus, non poteſt eſſe materiale genereitatis, nihil enim quod non ſit album, poteſt eſſe materiale albedinis. Præterea: Nam ſubiectum omne cum ſua forma accidentali facit compoſitionem accidentalem, quia omnis forma accidẽtalis aliquod eſſe tribuit ſuo ſubiecto: ſed forma generis, vt ſic, non poteſt tribuere aliud eſſe, quàm eſſe generis: ergo illud materiale erit genus. Et magis miror, viros aliàs ingenio præditos, vt effugiant argumenta primæ concluſionis, in hoc tam apertum & abſurdum inconueniens incidere.

Tertia concluſio. Materiale, quod correſpondet intentioni generis in communi, *3. Conclus. Quid correſpõdeat intentioni generis in cõmuni ſubiectũ vel materiale.* eſt omnes naturæ genericæ per modum vnius materialis coniunctæ, & adunatæ. Hæc concluſio ex dictis infertur: Nam genus habet materiale, & non ſuperius ad omnes naturas, nec aliqua natura generica in particulari ſolùm, quia conuenit formale generis aliis naturis genericis: ergo omnes cõiunctæ ſunt materiale illius, & cùm genus ſit aliquid commune intellectus, qui abſtrahit formale generis in concreto, per intellectum eiuſdem intellectus ope adunat materiales omnes naturas, vt ſubiectum denominatum ab illa intentione generis. Præterea probatur concluſio: Nam cùm definimus indiuiduum, quòd ſit prædicabile de vno tantùm, hæc definitio omni indiuiduo conuenit, & non habet aliquod ſubſtratum commune omnibus indiuiduis, quia omnia indiuidua nihil commune habent, niſi ſpeciem, quæ non eſt indiuiduum: ergo etiam dabitur hoc ipſum in genere, quandoquidem militat eadem ratio. Et ſi dicas, ergo *Obiectio.* ſi omnes naturæ genericæ ſunt vnum ſubiectum; ergo debent habere aliquid quod faciat hanc vnitatem, quia plura non ſunt vnum, niſi per aliquid vnum. Reſpondetur, *Solutio.* quòd ex eo, quod omnes conueniunt in hoc, quòd ſunt denominabiles ab illa generis intentione; habent aliquid commune, ratione cuius poſſint dici vnum ſubiectum, Vero commune aliquid, quod reperitur in omnibus, nam omnes ſunt denominabiles à generis

inten-

Digitized by Google

intentione,& in ordine ad hunc finē ſunt *Exempla.* vnum ſubiectum. Sicut ſanguis contentus ſub ſpeciebus, vel ſpecies vini continentes ſanguinem Chriſti,& ſpecies panis continentes eius corpus, vnum ſunt ſacramentum Euchariſtiæ, quia ad eundem finem ordinantur: qui eſt perfecta cibatio hominis i vita ſpirituali. Et omnes partes domus cū ſuis formis partialibus eandem faciunt domum, quia ad eundē finem ordinantur, qui eſt hominem à pluuia protegere.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quòd materiale eſt vnum, modo iam dicto in vltima concluſione, & non eſt neceſſe, quòd ſit ita vnum, ſicut eſt forma. Nam *Proportio ſumpta ex forma ternarij.* bene videmus nos, ternarii formam vnā ſecundum ſpeciem in tribus eſſe ſubiectis partialibus, & facientibus vnum,& ita in propoſito: Nam ſufficit quòd ſaluetur aliqua proportio inter ſubiectum & formam, & non omnimoda, maximè cùm illa formā non ſit, vt ſic, vt vniuerſalis eſt, in rebus ſubſiſtens, ſed in intellectu;& ita cùm habeat in intellectu vnitatē vniuerſalis, ipſe intellectus conſiderat omina materialia, quatenus denominabilia ſunt à generis intentione,& ſic iam vt habentia quandam vnitatē, & tribuit iſtis illam denominationem.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quòd concipio omnes illas naturas genericas aliquas explicitè, & alias in uirtute illarū, ſi concipio quid rei generis: Nam concipio animal, uel aliquid huiuſmodi, & dico, Animal,& ſimiles naturæ, ſunt generis ſubſtratum,& illi cum reliquis tribuo generis intētionem, vt ſubiecto adæquato, & vni illarum, vt inadæquato: Quamobrem, ſi ſubiectum adæquatum volo concipere, ita debeo intelligere. Si autem nullam naturam intelligo, non intelligo quid rei ipſius generis: Nam nō poſſum intelligere quidditatiuè, quid ſit album, & explicitè, niſi explicitè intelligam corpus, quia corpus ponitur generis loco. Vnde qui explicitè quid ſit genus voluerit intelligere, ſupra dicto intelligit modo. Si autem in communi,& confuſo intelligit quid eſt genus, in confuſo & in communi intelligit ſupradictas naturas, quæ ſunt illius materiale.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentū reſpondetur, quòd vt genus ſit definibile, ſufficit habere materiale vnum ſupra dicto modo, vt patet in exemplis de numero, de domo, de Euchariſtia adductis. Nec eſt neceſſe, vt partes potentiales,& totum, habeant ſubiectum eodem modo; & illud ſubiectum, quod aſſignamus generi in communi, ſufficit ut definiatur, quia quod eſſentialiter definitur, eſt ſecunda intētio in concreto, & materiale solùm ponitur vt ſubiectum,& non explicatur eius natura.

Ad 4. arg. Ad quartum patet inſtantia in definitione indiuidui: nam aliter correſpondet ſubiectum inferioribus, & aliter ſuperioribus.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quòd in cōpoſitis accidentalibus inter commune,& particulare etiam eſt differētia inter modum importandi ſubiectum, & eius vnitatem, quia cum ſit aliquid vniuerſale, quod commune eſt, colligit etiam plura ſubiecta, quæ ſi non poſſint eſſe vnum in aliqua natura, debēt eſſe vnum aliquo alio modo, vel ordine, vel fine, vt dictum eſt.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quòd illud dicitur vnum materiale ſpecie, non quia ſit commune omnibus, ſed quia adæquatè ſubſtat illi intentioni generis, quę eſt ſpecies. *Obiectio.* Et ſi dicas: Cū ergo dico, Hoc genus eſt genus, quid prædico? *Solutio.* Reſpondetur, quòd prædico formale generis in cōcreto de hoc genere in cōcreto, & importo illi ſecundam intentionem generis in cōcreto,& nō importo illi materiale aliqd̄ cōe, ſed illud qd̄ cōe eſt, ſcilicet generis intētio in cōcreto, applicat huic materiali, ſcilicet animali. Verbi gratia, ad eū modum, quo ſolet dici, corpus eſt album, album applicatur ſecundum formale ad corpus,& non importat aliud ſubiectū. Vide aliquid de hac quæſtione apud *Verſorius.* Verſorium de prædicabilibus, circa principiū, in diuiſione, cùm diuidit vniuerſale in ſuas ſpecies, notabili tertio, vbi dicit, quòd vniuerſale non importat vnam naturam pro materiali.

QVAE-

QVÆSTIO XLI.

Vtrum in definitione generis definiatur ſecunda intentio generis, ſic adeò vt conueniat illi definitio eſſentialiter, & quomodo.

[1. Argum.] Definitio generis ſic habet: Genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid; ſed ſecunda intentio generis non eſt id, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie; ergo non conuenit hæc definitio ſecundæ intentioni. Minor probatur: Nam ſecunda intentio non prædicatur, verbi gratia, de homine & equo, in quid, nec vllo modo de illis prædicatur; Nam iſtæ prædicationes falſæ ſunt, Homo eſt genus, Equus eſt genus. Et etiam falſæ ſunt, ſi ſumatur ſecunda intentio in abſtracto: ergo &c.

[2. Argum.] Secundò arguitur: Hic definitur illud, quod correſpondet huic conceptui obiectiuo Genus, quod eſt cõmune omni generi: ſed illud non eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid: definitio ergo iſta non conuenit definito, & ſic eſt mala; & conſequenter nõ cõuenit ſecundæ intentioni, nam illa definitur. Maior probatur: Nam hæc eſt definitio logica generis; ergo genus vt ſic, quatenus dicit ſecundam intentionem, definitur. Sed minor probatur: quia hæc non eſt quidditatiua, ſed falſa, Homo eſt genus, Leo eſt genus, &c. Si autem dicas, [Fuga.] Hoc genus eſt genus, iam non eſt prædicatio [Impugnat.] generis de pluribus ſpecie differẽtibus, ſed eſt illa prædicatio ſpeciei de indiuiduo ad minus reductiuè, vt ſuprà dictum eſt: nam genus ſpecies eſt ad omnia genera, vt ſic, acceptum cum ſecunda intentione.

[3. Argum.] Tertiò; Iſta definitio habet aliquod definitum, de quo prædicetur in primo dicendi per ſe modo; ſed hoc non eſt ſecunda intentio; ergo non conuenit hæc definitio ſecundæ intentioni. Maior clara eſt ex Ariſtot. in Poſter. vt infrà videbimus. Sed minor probatur: Nam ſecunda intentio, ſiue in concreto, ſiue in abſtracto, non eſt quod prædicatur in quid de pluribus ſpecie differentibus, vt iam viſum eſt. Nec etiam ſubſtratum prędicatur in primo modo dicendi per ſe: nam ſicut qualitas, verbi gratia, accidentaliter eſt genus, ita accidentaliter prędicatur in quid de pluribus ſpecie differentibus. Dices conuenire aggregato ex intentione & natura. [Solutio.] Sed contrà, quia illud eſt ens per accidens, cùm conſtet ex naturis, quæ pluſquam genere differunt: [Impugnat.] ſed ens per accidens non eſt definibile: ergo &c. Et etiam hoc ipſum probatur, q̃a illud aggregatũ nõ prędicatur de pluribus ſpecie differentibus, vt patet, & iã probatum eſt: ergo hæc definitio nullum habet definitum, nec ergo conuenit ſecũdæ intentioni.

Quartò arguitur. Hæc definitio nulli conuenit vniuerſali, niſi naturæ ſubſtratæ ſecundæ intentioni, quia illa ſola eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid: ergo non conuenit hæc vllo modo ſecundæ intentioni: ergo &c. [4. Argum.]

Quintò: Hic definitur illud, quod prædicatur de ſpecie formaliter, vt ſpecies eſt; ſed hoc non eſt ſecunda intentio; ergo ſecunda intentio non prædicatur. Maior patet; quia correlatiuum generis formaliter, eſt ſpecies formaliter, & per ordinem ad illam definitur genus: ergo de illa genus debet prædicari, ſiquidem ipſa formaliter in eius definitione ponitur & de ipſa dicitur quòd prædicetur. Minor probatur: quia ſecunda intentio generis & ſpeciei differunt ſpecie: ergo vnum non prædicatur de alio, ſicut nec equus prædicatur de homine, nam quidquid de alio prædicatur eſt in illo: ea verò, quæ ſpecie differunt, vnum non eſt in alio: ergo &c. Plura argumẽta ponemus in quæſtionis deciſione. [5. Argum.]

Præambula ad quæſtionem.

Hæc quæſtio valde neceſſaria eſt ad omnes logicales definitiones penetrandas, [Citrõuerſ.]

crandas, & ad ſciendum, quomodo ſuis conueniat definitis: nam eadem eſt ratio de hac, & de omnibus aliis definitionibus, & ideo accuratè eſt examinãda: ſunt que in illa ſatis variæ Doctorum ſententiæ in vtraque Schola. *1. Opinio Magiſtri, Soto.* Nam ſapientiſſimus Magiſter Soto in cap. de genere ad primum argumentum dicit, hanc definitionem logicam eſſe, cùm detur per terminos ſecundæ intentionis, & ita definire ſecundam generis intentionem; verũ non ſupponere pro ſecunda intentione, ſed pro natura communi, cui conuenit illa ſecunda intentio. Itaq. aliud definitur, & pro alio ſupponit, & de altero prædicatur. Definitur quidem ſecunda generis intentio, & ſupponit illa definitio pro natura animalis, verbi gratia, atque de illa prædicatur: & hoc quidem accidentaliter, nam accidit animali prædicari de pluribus &c. *Obiectio.* Et ſi arguas, definitur ſecunda intentio, ergo conuenit illi definitio, *Solutio.* diſtinguitur conſequens: Conuenit illi ſic, vt prædicetur de illa, negandum eſt: Conuenit illi, ideſt, explicat eius naturã, quod ſit id, quo mediante res ſubiecta intentioni prædicatur, verum eſt. Et hoc ſufficit, ſicut etiam hoc conſtat in omnib. aliis definitionibus accidentium: Nam quãdo definitur ſimus, quod ſit naſus curuus, ibi ſimitas definitur, & tamen non ſupponit pro illa, ſed pro naſo, cui denominatiuè conuenit definitio. Et hoc ipſum in omni definitione accidentis realis dicendum eſt. Et cum ſit eadem ratio de definitione accidentium rationis, erit *Corollariũ* idem de illa dicendum. Ex qua ſententia ſequitur, quòd definitio generis non prędicetur eſſentialiter de ſuo definito, nec de aliquo, licèt explicet eius eſſentiam. Hanc eandem ſententiam tenet Petrus Nigri in ſuo Clypeo, quæſtione 38. vnde deſumpta eſt hæc opinio Doctoris, & fundatur in eadem ratione. Idem tenet Paulus Venetus hic. Et Verſorius tractatu ſecundo, de prædicabilibus, notabili primo, in capite de genere, circa definitionem generis tenet eandem ſententiã: Nam dicit, quòd in hac definitione definitur genus ſub intentione communi pro ipſa re ſubiecta, cui conuenit prædicari in quid: & fuit inter antiquos Logicos hæc opinio frequens.

2. Opin. Scotiſtarum. Scotiſtæ acutiſſimi dicunt, definiri ſecundam intentionem. Et probant: nã hęc eſt logica definitio: ergo terminatur ad ſecundam intẽtionem, quæ eſt obiectum Logicæ. Secundò, quia illud, quod hic definitur vniuocè conuenit omnibus generibus, ſcilicet, colori, quantitati, &c. ſed impoſſibile eſt, quod aliqua res illis conueniat vniuocè: ergo conuenit intentio generis: ergo illa definitur. Minor probatur, quia nihil reale cõuenit omnibus generibus niſi ens, quod non eſt genus: ergo &c. Tertiò, quia ſi definitio conuenit rei, v.g. colori, eſt propter intentionem: ergo magis conuenit ſecundæ intentioni, quia propter quod vnumquodque tale, & cætera Et ſi hanc opinionem explicemus iuxta mentem Caietani, vera eſt.

3. Opinio. Alii dicunt, quòd definitur res ſubiecta intentioni, & non intentio ſecunda. Et probant iſti authores, quia res eſt, quę prædicatur, & non intentio; ergo illa definitur. *Scotiſtæ ſoluunt rationẽ præfatæ opinionis.* Et reſpondent Scotiſtæ huic argumento, quòd licèt ſecunda intentio non prædicetur, tamen res ſubiecta intentioni prædicatur ratione intentionis, & ita intentio eſt ratio prædicandi: & hoc ſufficit, vt definiatur, quia p̃dicatur vt quo, quæ ſolutio communis eſt multis Thomiſti, nec probabilitate caret.

4. Opin. Colonienſium Copulata Colonienſis dicit, hic definiri ſecundam intentionem per ſuam cauſam & fundamẽtum: Nam cum dicimus, Genus eſt, quod prædicatur, & cætera, sẽſus eſt, ſecunda intentio generis cauſatur & conſurgit ex prædicatione; ſicut etiã definimus iram, quod ſit accenſio ſanguinis circa cor, id eſt, cauſatur ex accenſione ſanguinis circa cor; & Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, id eſt, cauſatur ex omnium bonorum aggregatione.

5. Opinio Caiet. Doctiſſimus pater, & acutiſſimus Dominus Caietanus, capite de genere dicit ſecundam intentionem hic definiri, & illi competere quidditatiuè definitionem & eſſe id, quod prædicatur, formaliter tamen. Quę ſententia mihi ſummopere placet, quam ſicut intelligo & probare, & explicare intendo.

De.

Digitized by Google

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra tertiam opin. Probatur primò ratione Caiet.

PRima concluſio: Genus non definitur hic pro re ſubſtrata generis, ita vt definitũ definitionis ſit natura, quæ ſubſtat generis intentioni. Probatur iſta concluſio: Nam definitio eſt de eſſentia definiti, & prædicatur de illo in primo modo perſeitatis: ſed prædicari de pluribus ſpecie differentibus in quid, non eſt de eſſentia animalis, nec coloris, nec cuiuſuis alterius naturæ genericæ: ergo nõ definitur hic genus ſubſtratum. Maior eſt per ſe nota: Nam animal rationale de eſſentia hominis eſt, quinimo eſt ipſa hominis eſſentia, & de illo prædicatur in primo modo perſeitatis, & idem in omni alia definitione dicẽdum eſt. Sed minor probatur: Nam prędicari ſic, eſt aliquid rationis, & relatio quędam, ſi formaliter accipiatur: ſed relatio rationis nõ eſt de eſſentia alicuius entis realis, tãquam genus, aut differentia, aut tanquam quid intrinſecè incluſum in eſſentia: ergo &c. Si autẽ prædicari de pluribus, &c. accipiatur materialiter & fundamentaliter, etiam nõ eſt de eſſentia naturæ genericæ prædicari ſic: nã prædicari hoc mõ nihil eſt aliud, quàm naturam illam genericam eſſe cõnexam cum ſuis ſpeciebus, ſeu cum naturis ſpecificis; & de eſſentia animalis non eſt, quod ſit connexum hoc modo: ergo &c. Nec etiã definitio illa pro fundamento poteſt eſſe definitio materialis, & explicare eius eſſentiam. Minor illa probatur: quia de ratione animalis non eſt eſſe in homine, aut in equo, quia eſſentia animalis abſtrahit ab hoc, q́d eſt eſſe in homine, aut in equo, & ſolùm dicit eſſe viuens ſenſibile. Præterea probatur concluſio: *2. Probat.* Nã genus eſt aliquid formaliter pertinens ad Logicam conſiderationem: & ita eius definitio dẽt eſſe alicuius, quod formaliter pertineat ad logicam conſiderationẽ: ſed natura animalis, vel coloris, non pertinet per ſe ad logicam conſiderationem: ergo nõ ſunt definita in hac definitione. *3. Probat.* Pręterea: Prædicabilitas de pluribus ſpecie differẽtibus in quid eſt propria paſſio generis, licèt aliquando ponatur loco differentiæ, & demonſtratur de genere media eius definitione: ſed nõ poteſt demonſtrari de animali, nec eſſe eius paſſio: ergo animal, vel quælibet alia natura, non eſt genus. Minor probatur; quia eſſentia realis non poteſt habere eſſentias, quæ ſint aliquid rationis. *4. Probat.* Præterea, hic definitur aliquid vnum formaliter, cõmune ad omnia genera, ſed hoc non põt eſſe natura realis generica, quia hæc non poteſt eſſe quid commune ad omnia genera, aliàs omnia genera conuenirent in vna natura reali generica, quod eſt impoſſibile, vt ſuprà dictum eſt, quæſtione præcedenti: ergo &c. *Obſerua.* Cùm dico, non definiri hic naturam aliquam realem, loquor de formali definito, & de illo, cuius eſſentia explicatur per definitionem: nam naturæ genericæ omnes importãtur in hac definitione, vt materiale adæquatum ſecundæ intentionis generis.

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Genus non definitur pro aggregato ex genere & intentione, ſeu definitio generis nõ datur de aggregato ex genere & intentione ex æquo. Probatur iſta concluſio: Nam hic nõ definitur ens per accidens, quia ens per accidens non eſt definibile, vt dicitur 7. Metaphyſi. tex. 13. ſed illud aggregatum eſt huiuſmodi: ergo &c. Probatur minor, q̃a cõſtat ex ente reali & rationis, quæ plus quam genere differunt. Et præterea probatur Concluſio, nam ſubſtantia & accidens ex æquo definiri nequeunt vna definitione, quia vna definitio vnã eſſentiã debet explicare, & ſubſtantia & accidẽs habent duas eſſentias; ſed ens reale & rationis habent duas eſſentias plus differẽtes, ſeu magis diuerſas: ergo non poſſunt vnica definitione definiri. Præterea, ſi vtrumque definitur in hac definitione, ergo conuenit illi: ſed illud aggregatũ non poteſt prædicari de pluribus: ergo &c.

3. Concluſ.

Tertia concluſio. In definitione illa generis, definitum eſt genus, ſeu ſecunda intentio in concreto, quamuis genus non ſupponat, niſi pro materiali, & de genere prædicatur definitio in primo modo dicẽdi per ſe, ſicut prædicatur animal rõnale de homine; itaq; genus eſt prædicabile de pluribus differentibus ſpecie in quid (prædicabile, inquã, vt quid, formaliter tamen.) Hæc vltima particula inferius explicabitur. *Prima pars cõcluſionis probatur.* Probatur concluſió quãtũ

ad primam partem, quia non definitur ſecunda intentio in abſtracto, vt de ſe patet, quia per ly genus, non importatur ſecunda intentio in abſtracto, nec definitur materiale, ita vt eius ratio formalis & eſſentia explicetur, nec aggregatum ex materiali & formali, vt fuit viſum: ergo definitur ſecunda intentio generis in concreto, quia nihil aliud reſtat definiendum: quę ſecunda intentio nihil aliud eſt quàm genus, nam vt patet ex D. Thom. cap. vltim. de ente, accidentia in concreto etiam ſuas habent definitiones. Et de ſimo dicimus, quòd eſt naſus curuus, & de albo, quòd eſt diſgregatiuum viſus; ita etiam genus eſt vniuerſale, quod de differentibus ſpecie prędicatur in quid. Verùm ſicut album non ſupponit, niſi pro corpore; ita genus ſupponit pro natura habente ſecundam illam generis intentionem, quæ intentio in concreto eſt formale definitum, & de quo prædicatur definitio in primo modo dicendi per ſe, & cui conuenit, vt id, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, formaliter tamen. Probatur hoc ex illo principio Ariſtotel. capit. 4. libr. 1. Poſter. vbi definit, quòd quælibet pars definitionis, & ipſa tota definitio, prædicatur in primo modo perſeitatis de definito: Nihil enim aliud poteſt eſſe magis per ſe, quàm ſua eſſentia, quæ per definitionem explicatur; ſed prædicari de pluribus ſpecie differentibus eſt generis definitio: ergo per ſe prædicatur de genere: ergo verũ eſt dicere, Genus eſt quod prædicatur. &c. Prætereà: prædicari de pluribus differẽtibus ſpecie, vt quod eſt eſſentia alicuius, ſiquidem eſt definitio: ergo alicui conuenit eſſentialiter, & de ipſo prædicatur: nam quælibet eſſentia alicuius eſt eſſentia, ſed nõ eſt eſſentia niſi generis: ergo generi conuenit prędicari, &c. Probo min. quia non eſt eſſentia ſecundæ intentionis in abſtracto, nec materialis generis: ergo eſt eſſentia ſecundæ intentionis genericæ in concreto, quam ſignificat iſte terminus Genus. Impoſſibile enim eſt, quòd eſſentia alicuius rei nõ prædicetur, & conueniat rei, cuius eſt eſſentia eſſentialiter, & per ſe: ſed hæc eſt eſſentia generis prædicari de plurib. ſpeciebus in quid: ergo generi conuenit, & de illo prædicatur.

D. Thom.

Probat. 2.

Sed dices, quomodo ergo ſecundæ intentioni in concreto cõuenit prędicari vt quod de ſpeciebus? Reſpondetur, quòd prædicari accipitur, vt ad propoſitum attinet, dupliciter: Vno modo pro actuali affirmatione alicuius de aliquo, ſicut quãdo dicimus, Deum eſſe actum purum, de Deo affirmamus eſſe actum purum: & ſic actualiter affirmari non eſt eſſentia generis, nam ante iſtam actualem affirmationẽ intelligimus nos naturam generis ſecũdæ intentionaliter, cùm intelligimus ipſum eſſe affirmabile. Alio modo accipitur prædicari pro prædicabilitate: iſta autem prædicabilitas relatio rationis eſt, & ſecunda intentio. Et prædicabile eſſe hoc modo de pluribus ſpeciebus, nihil aliud eſt, quàm referri ad plures ſpecies tamquam prædicabile ad ſua ſubiicibilia. Cùm ergo genus ſit id, quod refertur ad ſpecies plures, vt quid prædicabile, eſt id quod de illis prædicatur, id eſt, quòd refertur ad illas relatione prædicabilis. Itaque non eſt eſſentia generis affirmari per actualem prædicationem de ſpeciebus materialiter, ſed eſt referri ad illas; & quia ipſum eſt quod refertur ad illas, vt prædicabile, dicitur pdicari vt quod, id eſt, referri relatione prædicabilis. Vnde dicit Caietanus vbi ſupra, non exigitur, vt id, cui quidditatiuè conuenit illa definitio, prædicetur id eſt, inſit illis, de quibus prædicari dicitur, ſed requiritur & ſufficit, vt prædicetur, id eſt, referatur ad illa; vnde accipitur prędicari, pro referri relatione prędicabilis. Affirmari verò de ſpeciebus conuenit ſubiecto, cui denominatiuè cõuenit hæc definitio. Et hoc probatur: Nam eſſentia generis in cõcreto eſt eſſe relatiuum quoddam rationis: ergo totũ ſuum eſſe eſt ad aliud referri, & non refertur niſi ad ſpecies, vt quid pdicabile de ipſis: ergo ſua eſſentia eſt referri hoc modo. Cùm ergo dicimus quod prædicatur, idem eſt, ac ſi dicamus, quòd refertur relatione prædicabilis. Et hoc eſt, quod non valuerunt intelligere, qui negarunt ſecundam intentionem in concreto prædicari de ſpeciebus: Accipiebant enim prædicari pro actualiter affirmari, non

Inſtantia.

Solutio.

Quodnam prædicari de plurib. ſit de eſſentia generis.

In quo hallucinentur aduerſarij.

pro

Digitized by Google

pro referri ad ſpecies, vt quid prædicabile. Nec eſt neceſſe, vt exercitium per actualem affirmationem cõueniat ipſi ſecundę intentioni in concreto, ſed ſufficit, quòd cõueniat materiali generis, quia eſſe prædicabile non eſt potentia quædã, ſed relatio, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere.

Obiectio.

Sed contra hoc eſt vnum argumentũ: Si hæc eſt bona definitionis genericæ explicatio, ſequitur illã definitionẽ nõ recte aſſignari, quia ibi dicitur, quòd prædicetur de pluribus differentibus ſpecie: nos autẽ explicamus, id eſt, quod referatur relatione prædicabilis ad plura differentia ſpecie: ſed non refertur genus ad plura differentia ſpecie, quia ſpecies, vt ſunt generis correlatiua, nõ differunt ſpecie, quia cùm relatio generis ſit vna ſpecie, debet referri ad vnum terminum ſpecie: ergo non refertur ad plura, quæ ſpecie differunt, nec prędicatur de pluribus ſpecie differentibus, accipiendo prædicari pro referri: ergo debet accipi pro affirmari.

Solutio. Senſus definitionis generis.

Reſpondetur, quòd ſenſus definitionis eſt iſte, Genus eſt, quod prędicatur, id eſt refertur relatione prædicabilis ad plura differentia ſpecie materialiter, nõ verò formaliter, quatenus terminus ſunt ſupra dictæ relationis, id eſt, terminãtur ad ſpecies, quæ ſpecie differunt, licèt nõ prout terminant dictam generis relationem, de quo infra dicemus latiùs; & ita deſeruit ad prædicamenta conſtituenda, ad definitiones, ad demonſtrationes, & cętera logicalia accipere prædicabilitatẽ hoc modo, ſicut ſi acciperetur pro actuali affirmatione: Nam eo cognoſco aliquid eſſe genus, quia referẽ ad plura ſpecie materialiter differentia: ſicut ſi definirem illud prædicari per actualem affirmationem de pluribus ſpeciebus.

Inſtantia.

Et ſi dicas contrà: prædicabilitas eſt paſſio generis: ergo non eſt de eius eſſentia.

Solutio.

Reſpondetur, quòd per paſſionem explicamus eſſentiam generis, & prædicabilitas à Porphyrio ponĩ loco differentiæ.

Prędicari de plur. etc. non eſt vera differentia eſſentialis generis.

Itaque illud materiale differenria ſpecie, explicat eſſentiã correlatiui generis, nã accidentia per additamentum definiuntur, & illud naturam eorũ explicat. Cùm ergo dicitur, quòd genus referẽ ad plura differẽtia ſpecie, ſenſus eſt, id eſt, ad terminũ, qui exigit plura differẽtia ſpecie pro ſubiecto & ſubſtrato, & hoc intelligimus alterius rationis eſſe terminũ generis, & ſpeciei, &c.

4. Concluſ. Quanã eſſet eſſentialis definitio generis.

Quod vt magis explicet, ſit quarta cõcluſio. Si eſſentialiter, & per proprium genus, & differentiam definiendum ſit genus, ita debet definiri: Genus eſt vniuerſale, qđ reſpicit, & refertur ad plures ſpecies ſibi inferiores, tanquam id, quod eſt in illis vt quid quidditatiuum, & eſſentiale: Nam genus eſt vniuerſale quoddam & ſpecies quædam vniuerſalis: ſed vniuerſale eſt vnum in multis: ergo tale vniuerſale, quod eſt genus, debet eſſe, quod taliter in multis ſpeciebus eſt, & quod taliter reſpicit illas ſpecies, vt quid de quidditate earum exiſtens, de quo infrà dicemus.

5. Concluſ. Quanam eſſet definitio genereitatis ſic in abſtracto.

Quinta concluſio. Si genereitas in abſtracto definienda eſſet, aliter definiret, ſcilicet hoc modo: Genereitas eſt vniuerſalitas, qua aliquid cõſtituitur ĩ eſſe talis vniuerſalis reſpicientis plures ſpecies. Vel ſi per paſſionẽ definiret, quæ eſt prædicabilitas, deberet ſic definiri: Genereitas eſt vniuerſalitas, qua aliquid cõſtituitur in eſſe talis prædicabilis de pluribus, ſcilicet, differentibus ſpecie. Et probatur concluſio ex cap. vltimo de ente & eſſentia Diui Thomæ, vbi aliter dicit definienda eſſe accidẽtia ĩ cõcreto, atq; in abſtractò: Nã in cõcreto ſubiectũ ponitur loco generis & in abſtracto definita, ſubiectũ ponitur loco differentiæ: ergo aliter debet genereitas ĩ abſtracto, atq; ĩ concreto definiri. Et huic ſecũdæ generis intentioni in abſtracto cõuenit prædicabilitas, vt rationi prædicandi, & vt formæ, ratione cuius ſubiectũ prędicatur, id eſt, refertur relatione prædicabilis: non vero ipſi cõuenit, vt quod: quia relatio non eſt quod refertur, ſed ſubiectũ refertur per ipſam: ſed genereitas eſt relatio quædam rationis: ergo genereitas eſt referendi & prædicandi ratio, & non quod refertur & prædicatur.

6. Concluſ. Pro quonã ſupponat nomen generis cum definitur genus?

Sexta concluſio: Quando in concreto definitur ſecunda intẽtio generis, quę dicitur genus, tunc genus nõ ſupponit pro formali, nec ꝑ aggregato ex materiali & formali, ſed ſupponit ꝑ materiali, cõnotando formale. Et hæc concluſio ſatis

patet ex capitulo terminorum connotatiuorum. An verò ſignificet materiale, vel non, vtrúque eſt probabile. Certum eſt tamen, quod importat illud, vt cui applicat ſuum formale. Verùm enimuero, etiamſi genus pro materiali ſupponat, hæc eſt eſſentialis, genus eſt vniuerſale tale, & hæc in ſecundo modo, genus eſt prædicabile tale. Et probatur concluſio: nam hæc eſt eſſentialis, & in primo modo, album eſt coloratum, etiamſi album ſupponat pro corpore: ergo idem de alia eſt dicendum. Et ratio hæc eſt: quoniam cùm definitio prædicatur, fit vel ſenſus formalis, vt cùm dicimus, album eſt coloratum, tale album ſtat pro corpore, ſub hac ratione, vt habet albedinem, & de ipſo vt habet albedinem affirmatur prædicatum. Verùm cùm dicimus, corpus eſt album, album conuenit corpori ſine determinatione alicuius formæ à parte ſubiecti, & ita non eſt eſſentialis, & neceſſaria, ſicut aliæ. Et ita vt conformiter Ariſtoteli loquamur, aſſerimus, quod cùm in definitione generis definiatur ſecunda intentio in concreto: nam logica agit de ſecundis intentionibus, adiunctis primis, & ſecunda intentio in cócreto ſit genus: nam includit ſubiectum, & cùm definitio generis prædicetur de genere, & ſupponat pro natura, vt habet generis intentionem, quod eſt definitum definitionis: hinc fit quòd conueniat eſſentialiter definito, & non accidentaliter, & debet explicari prædicari, vt dictũ eſt. Et hoc patet: nam definitio patris eſſentialiter conuenit patri, quamuis non ſupponat, niſi pro materiali, quia ſupponit pro illo, vt ſtat ſub illa forma paternitatis: ergo &c.

7. Concluſ. Cótra relatas opiniones. Septima concluſio: De opinionibus in principio relatis ita cenſendum mihi videtur. Opinio ſapientiſſimi Magiſtri hoc habet inconueniens apertum, quòd ponit definitionem, quæ nó prædicatur de ſuo definito, quod eſt contra ipſum lumen naturæ, & eſt aperta implicatio, *Reijcitur Magiſter Soto.* quòd ſupradicta definitio explicet naturam ſecundæ intétionis generis, & quòd non prędicetur de illa: nam ex eo explicat, quia dicit, quòd eſt in eſſentia ſecundę intentionis: ſi dicit quòd eſt in eſſentia ſecundæ intentionis: ergo prædicatur de illa, maximè, quia definitio, & definitum non differunt, niſi penes explicitum, & non explicitum. Et ſicut impoſſibile eſt, quòd hæc ſit falſa, Homo eſt homo: ita eſt impoſſibile, quòd hęc ſit falſa Homo eſt animal rationale. Vel ſicut eſt impoſſibile, qđ genus nó ſit genus: ita eſt impoſſibile, quòd genus non ſit prædicabile, vt quod: nam hoc aſſerit hæc definitio. Præcipuè, quia Soto videtur dicere, quòd hic non definitur genus, ſed ſecunda intentio veluti in abſtracto, & ipſi quidem non conuenit prædicari, vt quod, nec prædicari vt quod explicat eius naturam. Nos autem dicimus, definiri ſecũdam intentionem in cócreto, quæ genus eſt. Et præterea fit argu contra hanc opinionem, nam vel accipitur prędicari fundamentaliter, & vt conſtat ex Caietano hoc non eſt de ratione generis, cùm ſit aliquid reale. Vel accipitur pđicari pro hoc, quod eſt actualiter affirmari: & nec hoc poteſt accipi modo in hac definitione, quia actu affirmari merum eſt accidés, & verba in definitione non dicunt actũ, ſed aptitudinem: ergo accipit ſapientiſſimus Magiſter prædicari pro hoc, quod eſt eſſe prædicabile, quod nihil aliud eſt, quã referri relatione prædicabilis ad inferiora, cùm ſit relatio rationis. Et tunc ſic argumétor. Sicut hoc genus refertur relatione prædicabilis ad ſuas ſpecies, ita genus in communi: ergo ſicut hoc genus eſt prędicabile, vt quod, ita genus in communi: quia eſſe prædicabile vt quod, eſt eſſe referibile, ſeu relatum, quod ad ſuas ſpecies. Probo antecedens: Nam ſicut hic pater refertur ad ſuum filium, ita pater in communi: ergo ſicut hoc genus prædicatur, id eſt refertur, ita genus in communi. Præterea, genus in communi, cùm ſit ſpecies quædam relatiuorum, habet terminum: ergo refertur ad illum relatione prædicabilis: ergo accipiendo prędicari pro referri relatione prædicabilis prædicatur, ſiquidem refertur, vt quod. Verum eſt tamé, quòd actuale exercitiũ prædicationis, & relatio pdicationis actualis, non conuenit niſi animali, colori, & cæteris; accipiendo prædicabilitaté actualé pro relatione, quæ oritur ex actuali attributione animalis verbi gratia, homini, & equo, &c. De opinione *Obſerua.*

Digitized by Google

Reijciūtur Scotiſtæ.

hione Scotiſtarum, ſi loquantur de ſecunda intentione in abſtracto, falſum dicunt omnino, quia non definitur, niſi genus, quod ſecundam intentionem in concreto importat, & nec illi hæc definitio cōpeteret: nam hæc dicit genus eſſe, quod prædicatur, & non dicit qūo prædicatur, aliquid. Et ita cùm ipſa ſecunda intētio non prædicetur, vt quod, non poteſt hic definiri in abſtracto. Si verò loquatur de ſecunda intentione in concreto, illa definitur, vt iam diximus.

Explodi-tur tertia opinio.

Illi, qui dicunt, hic definiri rem, & nō intentionem, peccant etiam, quia non eſt de eſſentia rei prædicabilitas de plurib. & definitio debet eſſe de eſſentia definiti, & etiam quia logica ad ſecundam intentionem terminatur. Quamobrem definitiones logicales etiam debēt eſſe ſecūdarum intentionum, in concreto tamen.

Reijciūtur Coloniēſes

Ad opinionem Copulatæ ita dico, qđ ſi prædicari accipiatur pro referri relatione prædicabilis, conſtat non eſſe cauſam ſecundæ intētionis, ſed paſſionem; ſi accipiatur pro actuali exercitio prædicationis naturæ genericæ de ſpeciebus, eſt accidens naturæ genericæ conſequutum ad eſſentiam ſuam iam conſtitutam. Si verò accipiatur prædicatio pro comparatione, dico eſſe ad minus conditionem vt aliquid ſit genus. Sed reſtat illi rurſus explicare, quænam ſit eſſentia, & ratio formalis generis, & ſua quidditatiua definitio.

Obiectio ex D. Thom.

Sed contra ſupradicta eſt: Nam D. Th dicit, ca. 4. de ente & eſſentia, circa finē, quod prædicabilitas nō tribuitur ipſi intentioni generis, ſed animali: ergo genus formaliter, ſeu ſecunda intentio in concreto non prædicatur.

Solutio.

Explicatur teſtimoniū D. Tho.

Reſpōdetur, quod D Th loquitur ibi de actuali prædicatione de ſpecieb. & de iſta, vt cùm dico, Homo eſt animal, & verum eſt, quòd non tribuitur ſecundæ intentioni, verùm ſecundum quod paſſio eſt vniuerſalis cōuenit generi prædicabilitas. Nam id, quod eſt genus, ſeu genus ipſum, prædicabile denominatur: Sicut id, quod eſt itellectiuū, eſt admiratiuum; licèt iſta ſecunda paſſio non denominet intellectum admiratiuū, ſed habentem intellectum, vt ſic, denominat admiratiuum, eodem modo, licèt intentio prædicabilitatis non habeat pro ſubiecto intentionem generis, habet tamen pro ſubiecto genus in concreto, & ipſum denominat prædicabile. Et nota, quòd licèt prædicabilitas talis cōſequatur in radice ad genereitatē, formaliter tamen habet eſſe per actum diſtinctū intellectus, ab illo, quo habet eſſe intentio generis: nec eſt neceſſe, vt ſimul quoad formalem exiſtentiam habeāt eſſe, eſſentia & paſſio in entibus rationis ex eo, qđ cōſequitur ad diuerſos actus intellectus, & fundatur intentio prædicabilitatis in actu, quo cognoſcitur natura illa affirmabilis de multis ſpeciebus Nam ex eo, qđ cognoſcitur à me, vt in multis, eſt vniuerſale in eſſe obiectiuo, & accedente comparatione ponitur fundamentum proximum in ſua cōditione; ex eo verò quòd cognoſcitur à me vt dicibilis de multis, tribuitur illi intentio prædicabilis.

Obſerua.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Qūo 2. intētio prædicatur de plurib. & qūo non.

AD primum argumentum reſpondetur, quòd ſecunda intentio in concreto, prout importatur per illum terminum Genus, definitur, & illa prædicatur, id eſt, refertur ad plures ſpecies, non verò prædicatur, id eſt, affirmatur de ſpeciebus: Nam hæc affirmatio non eſt de eſſentia generis, ſed accidens illius, vtroq; .n. modo prædicari apud Logicos antiquos & doctiſſimos vſurpatū reperimus, licèt noſtro ſæculo frequētius accipiatur prædicari pro affirmari. Et cum dicimus, Genus p̄dicatur, hic terminus prædicatur, non dicit actualem prædicationē, & affirmationem vnius de altero, ſed dicit p̄dicabilitatem, prædicabilitas verò idem eſt, quod relatio, & prædicabile, quod relatiuum rationis: eſſentia autem relatiui eſt referri ad aliud, vnde eſſentia prædicabilis talis eſt referri ad ſpecies, quę sūt eius terminus, & ita prædicari, prout hic accipitur, eſt referri relatione prędicabilis. Quinimo vniuerſale ſic definitur, qđ eſt vnum in multis, & de multis, & formaliter vniuerſale eſt relatiuū, ad multa ſibi inferiora. Ita loquitur Dominus Caietanus, & alii logici Et per hoc patet ad ſecūdū, nā illud, quod correſpōdet cōceptui obiectiuo generis, referē ad plures ſpe-

Ad 2. arg.

ſpecies, quæ relatio prædicabilitas dicitur.

Ad 3. Arg. *Quomodo 2. intentio prædicetur in quid de pluribus.* Ad tertium patet ex dictis, & ſecunda intentio in concreto, ſeu genus, (nam idem voco) prædicatur in quid, id eſt, refertur vt quid quidditatiuum pro materiali ad plures ſpecies differentes. Illud enim, quod eſt genus materiale, eſt quidditatiuum prædicatum, & refertur relatione prædicabilis ad plura ſpecie differentia materialiter. Et ponere hęc materialia in his definitionibus conducit multum ad intelligentiam ſecũdarum intentionum, quæ ſunt quod principaliter conſideratur à Logico, ad quod tota eius cura dirigitur.

Ad 4. Arg. Ad quartum reſpondetur, quòd conuenit conceptui obiectiuo genus, vt dictum eſt, naturę verò verbi gratia animali, &c. referri ad ſpecies accidentaliter conuenit.

Ad vltim. Ad vltim. reſpond. quòd genus prædicatur de ſpecie formaliter, id eſt, refertur ad ſpecies formaliter. *Inſtantia.* Et ſi dicas contrà: ille non eſt vſitatus modus loquendi, Genus prædicatur de ſpeciebus, id eſt refertur ad ſpecies relatione prædicabilis. *Solutio.* Reſpond. quòd grauiſſimi Logici vtuntur hoc loquendi modo, vt Caiet. & multi alij moderni, quibus placet ſummopere opinio Caietani. Maximè, quòd Porphyrius per iſtum loquendi modum, quod prædicatur de pluribus, quod naturæ ſubſtratæ intentioni generis, verbi gratia, animali, colori, &cætera. accidentaliter conuenit, ſi accipiatur prædicari pro affirmari actualiter, voluit innuere illud reconditum ſecretum, quod genus eſt, quod prædicatur, id eſt, refertur relatione prædicabilis: nam etiam illa actualis prædicatio relatiuum quoddam eſt, & adaptatur illi materiali, cui conuenit, vt veſtito intentione referri ad ſpecies, & ſolum hoc quod eſt referri ad ſpecies ratione prædicabilis conuenit, cui illa prædicabilitas accepta pro actuali affirmatione tribuitur, & per illud voluit, vt venaremur generis eſſentiam: nam per illud accidens, quod eſt actualiter affirmari de ſpeciebus, quod conuenit materiali ſoli generis oſtendit nobis naturam ſecundæ intentionis generis. Et ſi dicas, quomodo prædicetur in quid, id eſt, refertur in quid, nam nulla relatio refertur ad ſuum terminum in quid. *Difficulta.* *Solutio.* Reſpond. quòd refertur in quid ad hunc ſenſum, id eſt, refertur ad intentionem, quæ fundatur in natura, quæ affirmatur in quid, per hoc enim natura correlatiui formaliter explicatur.

Satisfit rationib. Scotiſtarum. Ad argumẽtum verò opinionis Scoti reſpond. quòd quamuis non ſupponat, niſi pro materiali, terminus connotatiuus, ſed tamen eſſentialiter, & quidditatiuè prædicatur definitio albi de albo, & definitio ſimi de ſimo, in primo modo dicendi per ſe, & album eſt, quod eſt diſgregatiuum viſus: eodem modo, quamuis genus ſupponat pro materiali, ſed definitio de ipſo in primo modo dicendi prædicatur, & genus eſt, quod prædicatur, id eſt, refertur relatione prædicabilis, vt dictum eſt, definitur enim ſecunda intentio in concreto, & ſupponit pro materiali, vt ſtat ſub illa.

Ad Scotiſtas dicitur, quòd etiamſi nõ definiatur res ſubiecta intentioni, non tamen definitur intentio in abſtracto, ſed in concreto, & importatur in definito materiali, vt cui conuenit intentio.

Laus Caie. Hactenus de hac difficili quæſtione, quæ ad omnes alias logicales definitiones vtilis eſſe poterit. Et conſideret acutus Logicus huius opinionis Caietani rationes fortiſſimas, & quas per ſe oppoſita opinio relata à Soto adducit. & videbit, quonam modo hæc Caietan. opinio ſit & Logicis tractationibus, & veritati conformior, & ſola tenenda. *Obſeruatio Auctoris circa doctrinã Caietani.* Et nota, quòd cùm dicit quòd ſecunda intentio refertur, vt quod, formaliter tamen, non loquitur de ſecunda intentione in abſtracto, vt aliqui male intelligunt: nam ſecunda intentio in abſtracto non refertur vt quod, ſicuti nec paternitas refertur, vt quod; ſed loquitur de relatione in concreto, prout importatur per iſtum terminum Genus. Paternitas enim non eſt pater, & ita non refertur vt quod, ſed eſt id quo aliquid refertur, & genereitas non eſt genus, & ita non prædicatur, vt quod.

QVAE-

QVÆSTIO. XLII.

Vtrùm ſit rectè aſſignata definitio generis, & an ſit quidditatiua.

1. *Argum.* ET videtur non eſſe rectè aſſignatam. Primò, omnis bona definitio debet conſtare ex genere & differẽtia; ſed iſta non eſt huiuſmodi: ergo &c. Maior patet, & mi. prob. nam ſi genus conſtat ex genere & differentia, rurſus illud aliud genus conſtabit ex genere & differentia, & idem de iſto, & ſic erit proceſſus in infinitum, quod eſt impoſſibile dari in prędicatis ſuperioribus, & definientibus rẽ aliquam: nam ſic daretur in cauſis formalibus proceſſus in infinitum, à quo proueniunt illa prædicata, quod eſt implicatorium. *Confir:* Et confirmatur hoc arg. nam genus non poteſt definiri: ergo mala eſt iſta definitio. Probo anteced. nã nihil definitur niſi ſpecies, ſaltem definitione quidditatiua, quia nihil conſtat genere & differentia, niſi ſpecies. *Solutio.* Et ſi dicas, quod genus eſt ſpecies: *Impugnat.* contrà, definitio cõuenit generi in quantum genus; ſed genus in quantum genus non eſt ſpecies, ergo nõ definitur genus in quãtum ſpecies, & ſic non poterit definiri.

2. *Argum.* Secundò, in hac generis definitione nihil eſt, per quod differat genus à ſpecie; ergo eſt nulla. Anteced. prob. Nam illa particula, Differentibus ſpecie, non eſt ſufficiens diſtinguere genus à ſpecie in ratione vniuerſalis: ergo &c. Probo antecedens: quia hoc, quod eſt prædicari de hoc, vel de illo, ſi in modo prędicandi nõ ſit diuerſitas, non variatur ſpecies prædicabilis, vt patet in differẽtia, proprio, & accidente, quæ non variantur per hoc, ꝙ prædicantur de pluribus differentib. ſpecie, aut numero, ſed ex parte diuerſi modi prædicandi de illis; ſed in modo quo genus prædicatur de ſpecieb. non differt à modo, quo ſpecies prædicatur de indiuiduis: ergo non differt per hoc in rõne ꝓdicabilis eſſentialiter, ſeu in rõne vniuerſalis à genere. Prob. min. Nam tota radix prædicabilitatis vniuerſalis cõſiſtit in hoc, quod eſt ipſum vniuerſale cõtinere in ſe plura in confuſo, ita vt cuilibet eorũ à parte rei idẽtificetur, & in ſuo eſſe per illa determinetur: ſed quãtum ad hoc eodẽ modo ſe hẽt ſpecies reſpectu indiuidui, ac genus reſpectu ſpecierũ: ergo &c. Probatur min. Nã ſicut genus eſt in potentia ad ſuas ſpecies, ita ſpecies ꝓportionabiliter ad ſua indiuidua: & ſicuti ſpecies addunt aliquid ſupra genus, ita indiuiduũ ſupra ſpecies: ergo eodẽ modo prædicatur de illis. Si dicas, genus cõtrahi ad eſſe ſpecierum per differentias eſſentiales, ſpecies verò non contrahi ad eſſe indiuiduorum per differentias eſſentiales, & ita diuerſo modo continentur ſpecies in genere, atq; indiuidua in ſpecieb. nã per indiuidua non determinãtur ſpecies eſſentialiter in ſuo eſſe, nec additur ipſi ſpeciei aliquid eſſẽtiale in ſuo eſſe, quemadmodum per ſpecies additur generi: *Solutio.* Sed contrà, & inquiro, cui ſint eſſentiales differẽtiæ, per quas cõtrahitur genus ad ſpecies, neq; n. generi in ſe ipſo, quia genus in ſua rõne abſtrahit ab eſſe ſpecierũ, & loquor de genere pro materiali. *Impugnat.* Si dicas eſſentiales ipſis eſſe ſpecieb. quæ conſtituuntur per illas, cõtrà, quia & eſſentiale eſt in indiuiduo, vt ſic ratio indiuidui, vel conditiones illæ, per quas conſtituitur in eſſe indiuidui: ergo in hoc par eſt vtriuſque ratio. Reſpond. *Solutio.* quòd licèt cõcedamus indiuiduo vt ſic, eſſentialem eſſe rationem indiuidui, quia tamen non conſtituit vnam eſſentiam cũ natura ſpecifica, id eſt, nõ poteſt ſe hẽre reſpectu ſpeciei, tanquam inferius eſſentialiter ad illam, ad eũ modũ, quo ſe hẽt ſpecies reſpectu generis, & ita diuerſimodè eſt aptum genus: vt prædicetur de ſpeciebus, quàm ſpecies vt prædicentur de indiuiduis. De ſpecieb. n. poterit genus prædicari, tanquam de illis, quorum eſſentiã conſtituit partialiter, ſpecies autem de indiuiduis, tanquam de illis, quorum eſſentiam cõtinent totaliter. Et per conſequens genus habet ſe reſpectu ſpecierũ, tanquã pars eſſentialis reſpectu totius eſſentialis, ſpecies verò reſpectu indiuiduorũ, tãquã quoddã totũ eſſentiale reſpectu eiuſdẽ eſſe determinatiui ipſius quaſi accidentaliter, & materialiter; &

genus prædicatur de ſpecieb. tanquã de plurib. diuerſis eſsẽtialiter, ſpecies verò de indiuiduis, tanquam de diuerſis accidentaliter, & numericè tantùm. Vnde tã ex parte fundamẽti, & radicis, ex qua ꝓuenit vniuerſalis aptitudo proxima, vt prædicetur de plurib. quam ex parte pluralitatis, & diuerſitatis eorum, de quib. prædicantur, dicuntur inter ſe genus & ſpecies. *Impugnatio.* Sed contrà, quemadmodum genus ex ſua natura poteſt contrahi ad eſſe ſpeciei, ita ſpecies ex ſua natura poterit contrahi ad eſſe indiuidui, tanquam quid determinabile & actuabile per illud: Ergo eodem modo continet genus ſpecies, ac ſpecies indiuidua, & ita idem modus prędicandi conuenit vtriq;, *Confir.* Et cõfirmatur hoc arg. Nam indiuiduum non conſtituit ſimul cum ſpecie aliquid accidentale, aut habens eſſe per accidens: ergo eſſentiale, atq; adeo ſpecies contrahitur ad eſſe indiuidui per differentiam eſſentialem complentem potentialitatem aliquam eſſentialem, quam hẽt ipſa ſpecies in rõne vniuerſalis: reſpectu indiuiduorum. *Solutio.* Dices, rõnem conſtitutiuam ſpeciei differentiam, ſ. eſſentialem habere ſe reſpectu generis metaphyſicè loquendo, quemadmodum in phyſicis ſe habet forma reſpectu materiæ. Vnde ſicut ex forma & materia efficitur vnum ens phyſicum per ſe, ita ex genere & differentia efficitur vnũ ens, & compoſitum metaphyſicè per ſe, nempe, vna eſſentia cõpleta: vnde quidquid aduenit Phyſico cõpoſito ex materia & forma, eſt extra rõnem eſſentię completæ, phyſicè loquẽdo: ita quidquid aduenit Metaphyſico cõpoſito ex genere & differentia vltimis eſt extra rõnem eſſentiæ completæ; Nam ſicut potentiæ, & reliqua accidentia phyſica pertinent ad actum ſecũdum, ſi illas comparemus ipſi ſubſtantiæ rei, vtpote quæ intrinſecè ſupponunt ipſam ſubſtantiam conſtitutam iam in actu & eſſe completo, vt ipſa poſſunt ab ipſa profluere, vel illi inhærere, ita reliqua oia, quæ extra rõnem ſpeciei infimæ ſunt, ſupponũt intrinſecè ipſam eſſentiã, vt quid cõſtitutũ iã in actu, quo ad eſſe eſſentiale, & ita hẽt ſe reſpectu illius per modũ actus ſecũdi, & tanq̃ quid extrinſecè aduenĩes ipſi actui primo quoad ſuam rõnẽ formalem intrinſecam. Vnde eſt diuerſus modus, quo genus prædicatur de ſpecie, & ſpecies de indiuiduo. *Impugnatio.* Sed contra: Nam differentiæ indiuiduales, vel faciunt vnũ totum accidentale cum ſpecie; vel eſſentiale: accidentale dici non poteſt: ergo eſſentiale: ergo eodẽ modo facit ſicuti differentia, & ita genus eodem modò prædicatur de ſpeciebus, ſicut ſpecies de indiuiduis: ergo non rectè diſtinguitur genus per ſuam definitionem ab ſpecie, & ſic non eſt recta.

3. Argum. Tertiò arguitur: Genus diſtinguitur realiter ab ſpecie: ergo non prædicatur de illa in quid: Antecedens patet; quia homo & animal non diſtinguuntur ratione: ergo realiter, quia non eſt aliud genus diſtinctionis in noſtra ſchola. Antecedens probatur, quia cum diſtinctio ſit paſſio entis, diſtinctio rõnis erit paſſio entis rationis, ſicut diſtinctio realis eſt paſſio entis realis: ſed animal & homo nõ ſunt entia rationis ſecundum ſe: ergo nõ diſtinguuntur ratione. *Confir.* Et confirmatur: quia paſſio pręſupponit ſubiectum à quo dimanat: ſed diſtinctio rationis eſt paſſio entis rationis: ergo ſupponit ens rationis: ſed animal & homo non ſunt huiuſmodi: ergo ab illis dimanare non poteſt: non ergo ratione diſtingui poſſunt, ſicut nec poterunt diſtingui realiter, quæ non ſunt entia realia, quia illa paſſio, quæ eſt realis diſtinctio, præſupponit ſubiectum reale, à quo dimanet. *Solutio.* Si dicas, hoc argumentum initi falſo fundamento: nam ẽt eſt alia diſtinctio, quã ponit Scotus, quæ vocatur formalis ex natura rei. *Impugnat.* Contrà: quia hæc Scotica diſtinctio, vel eſt per operationem intellectus: & ſic erit rationis vel ſecluſa, & erit realis: & ſic nõ debet alia diſtinctio poni.

4. Argum. Quartò arguitur: A Petro & Brunello poſſum abſtrahere naturam animalis, quæ erit genus, & non poterit proximè prædicari de multis ſpeciebus: ergo illa definitio eſt nulla. Probatur antecedens: nam abſtracta natura generica ſiue ſpecifica, non erit natura generica pro illo ſtatu proximè prædicabilis de ſpeciebus, quia non ſunt ſpecies, cùm non ſit natura ſpecierum abſtracta: ergo &c. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: Nam viuẽs ſenſibile prædicatur de pluribus

bus ſpecie differentibus in quid, & tamen non eſt genus, mala eſt ergo generis definitio. Antecedens patet, & cõſequentia probatur: quia eſt animalis definitio, definitio verò genus non eſt. Et confirmatur ſecũdò: Nam accidens prędicatur in quid de omnibus accidentibus & vniuocè, & tamen non eſt genus: ergo &c.

5. Argum. Quintò arguitur. Genus nullo modo prędicatˀ in quid, ergo mala eſt definitio. Antecedens probatur: Id quod prædicatur, vt quæſt. præcedenti dictum fuit, eſt quod correſpondet conceptui obiectiuo generis, & eſt ſecunda intentio in concreto: ſed genus hoc mõ non prædicatur in quid: mala ergo eſt definitio. Probatˀ minor: nã prædicari ibidẽ accipitur pro referri relatione prædicabilis, ſed nõ eſt intelligibile, quomodo referatur ĩ quid, nã nulla relatio refertur in quid, ſed referˀ ad aliud; vel explica quid ſit referri in quid.

Confirma. Et cõfirm. hoc arg. Nã ſpecies, ſecũdũ quod ſunt terminus relationis genericè, nõ differunt ſpecie, ſed ſunt eiuſdẽ ſpeciei: ergo accipiendo prędicari p referri relatione prędicabillis, vt quęſt. pręced. fuit definitũ, genus nõ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, quia non refertur ad plura, quæ ſpecie differunt.

6. Argum. Sextò. Genus eſt pars ſpecierum: ergo nõ prædicatur de illis. Antecedens patet, quia nulla pars prędicatur de toto, ſed, quod prædicatur, debet eſſe totum reſpectu illius, de quo prædicatur.

Solutio. Si dicas, quòd eſt pars metaphyſica, quæ ſimul eſt totum, & ita prædicatur,

Replica. contrà: Nã animal ita prædicatur ſicut cõponit ſpeciẽ, ſed ſpeciẽ cõponit, ſic adeo vt nõ poſſit prædicari de illa, ſecundũ illã rationem, qua componit; ergo, &c. Ma. probatur, nã componit vt pars metaphyſica, & nõ vt phyſica. Min. probatur, quia cõponit præciſè, ſecundum illos gradus, quos explicitè dicit, ſed nõ poteſt prædicari ſecũdũ illos gradus, quos ſolùm explicitè dicit, quia vt prędicetur, debet totum qđ eſt in ſpecie dicere; at nõ dicit illud ſecũdũ illos gradus explicito; ergo &c.

1. Confirm. Et cõfirm. Quia genus eſt vnum, ſpecies plura; ſed vnum non prædicatur de pluribus: ergo &c. Min. probatˀ, quia vnũ nõ eſt plura, id autẽ quod prædicatur de alio, præcipuè quidditatiua prædicatione, debet eſſe illud.

2. Confirm. Et confirm. ſecundo, quia hæc eſt falſa, Genus eſt ſpecies, ergo genus vt ſic, qđ eſt definitũ, huius definitionis, nõ prædicatur de ſpeciebus; nulla ergo eſt definitio, quæ hoc dicit.

7. Argum. Septimò argu. quòd hæc definitio nõ ſit quidditatiua: Nam ſecundũ Ariſto. 7. Metaphyſ. text. 2. nihil habet quidditatẽ, niſi ſit ens reale: ſed genus non eſt aliquid reale, vt viſum eſt, ergo genus non definitur quidditatiuè.

1. Confirm. Et cõfirm. primò: nam prædicabile & vniuerſale ſunt idem formaliſſimè; ergo hæc definitio non datur per paſſionem, & ſic erit quidditatiua. Antecedens probatur, quia cùm dicimus, vniuerſale eſſe vnum in multis, non poteſt eſſe ſecundum rem; ſed per prędicationem: ergo idem eſt eſſe vniuerſale, & prædicabile.

2. Confirm. Et confirmatur ſecundò, quia genus eſſentialiter conſtituitur per ordinem ad ſpecies; ſed ille ordo explicatur, cùm dicitur prædicabile de pluribus: ergo &c.

8. Argum. Octauò arguitur, et probatur, quòd genus non prædicatur quidditatiuè: Nã genus & differentia diuerſum modũ habent prædicandi: ſed differentia prædicatur in quid; ergo genus non prædicatur in quid. Conſequentia eſt nota, & probatˀ minor ex Ariſtotele, ſeptimo Topicorum, cap. quarto, vbi hoc expreſſè dicit: & ratio huius eſſe poteſt, quia tota definitio prędicatur in quid: ergo partes definitionis: ſed vna pars eſt differẽtia: ergo &c. Cõſequentia prima probatur: quia ſi altera pars igrederetur aliud prædicationis genus, reſultaret in definitione alius prædicandi modus, diuerſus à partiũ prędicatione. Totum enim habet aliam eſſentiam, quàm quælibet pars cõponens ipſum, & ita deberet definitio nec prædicari in quid, nec in quale, ſed tertio modo; ſicut homo eſſentiam aliam diſtinctam habet quàm materia, & quam forma, non tamen habet aliam eſſentiam diſtinctam ab omnibus partibus ſimul ſumptis, & ita non eſt neceſſe, quòd definitio prædicetur alio genere prædicationis, quàm partes, quia illæ prædicantur in quid.

De-

Digitized by Google

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. *Ariſtot.* *Porphyr.* *D.Thom.* PRima cōcluſio: Generis definitio rectè eſt aſſignata. Probatur authoritate Ariſtotelis primo Topicorum, ca. 4. & Porphyrii in præſēti, & D. Thom. opuſ. 48. & alibi ſæpe, & authoritate omnium Logicorū tam antiquorum, quàm eorū qui modò ſcripſerūt, & quia nihil habet ſuperfluum, nec diminutū, definitumq́. ab omnibus aliis diſtinguit, & per notiora traditur, atque ex genere & differētia conſtat, vel aliquo, quod ſe habeat ad modum differentiæ, nam vniuerſale quod in illa definitione ſubintelligitur, in illa particula, quòd ſcilicet genus eſt vniuerſale, quòd &c. eſt genus in hac definitione, prædicari in quid, de differentibus ſpecie, habet rationem differentiæ, & ita eſt optima definitio: nam ex hoc à prima potētia metaphyſica, vſque ad vltimum actum rei eſſentiam explicat.

2. Concluſ. contra. Secunda concluſio: Hæc Porphyrii & Ariſtotelis definitio non eſt quidditatiua, ſed deſcriptiua: poteſt tamen quidditatiuè definiri genus. Probatur concluſio: Nam ad rationem quidditatiuæ definitionis & bonæ, quinque requiruntur. *Ad bonam definitionē quidditatiuā quinque cōditiones requiruntur.* Primò, quòd omnia, quæ in definitione collocantur, cōueniant eſſentialiter ipſi definito. Quod debet intelligi, niſi ſit definitio accidentis, quæ poteſt eſſe eſſētialis, licèt illud, qđ ponitur, vt additū, non prædicetur eſſentialiter de accidēti bus. Et propter hoc dicunt aliqui Metaphyſici, quòd accidens non habet definitionem quidditatiuā, quia datur per additamentum. Sed quamuis non ſit ita perfecta, ſicut definitio ſubſtantiæ, eſt tamen quidditatiua in ſuo genere, cæteris concurrentibus conditionibus. Secundum eſt, quòd differentia vltima ſit conuertibilis cum definito, vt patet in rationali reſpectu hominis. Tertium eſt, quòd primum poſitū in definitione ſe habeat ad ſequens, vt terminabile ad determinans ſecundum conceptum: & ſic magis commune debet præcedere minus commune, ſicut genus differentiam: Et hoc ipſum etiam patet in hominis definitione. Et ratio eſt, quia illud, quod eſt in potentia ſecundum modum intelligēdi, debet præcedere illud, quod eſt actus; genus autē eſt in potentia, differētia eſt actus. Quartum eſt, vt ea, quæ in definitione collocantur, ſint nota quærenti cognoſcere definitum, quia definitio eſt notificans definitum, & ita idem non poteſt ſe ipſum definire, nec ignotum æque ignotum, ſed magis debet eſſe notū ſemper quod definit. Vltimum eſt, quòd definitio procedat à prima potentia ſecundum rationem, ſcilicet, à primo genere vſque ad vltimum actum, id eſt, differentiā, quod debet fieri formaliter, vel eminenter, ſeu virtualiter, quantum attinet ad genera ſuperiora. Nam hominis definitio, cum dicitur, Homo eſt animal rationale, optima eſt, & ſuperiora genera ibi virtualiter intelliguntur, & ponuntur in animali: Nam vt rectè ſentiūt graues Logici, in arte definiendi, ſi proximum genus, in quo ſuperiora includuntur, collocetur, recta definitio eſt.

Probatur multipliciter definitionem generis non eſſe quidditatiuam. Ex his concluſio probatur: Nam illud prædicabile de pluribus differentibus ſpecie in quid, eſt paſſio generis, vt viſū fuit: nā genus vt genus, eſt vniuerſale eſſentialiter: ſed eſt paſſio vniuerſalis prædicabilitas, ergo talis vniuerſalis talis prædicabilitas. Paſſio autem non prædicatur eſſentialiter de ſubiecto: ergo hæc definitio non eſt quidditatiua: nam in quidditatiua definitione, omnia præter additum debent eſſentialiter prædicari. *1. Ratio.* Et præterea, definitio, quæ datur per paſſionem, deſcriptiua eſt, vt ſi dicā, Homo eſt riſibilis: ergo etiā hæc generis definitio erit deſcriptiua, quia datur per paſſionem. *2. Ratio.* Præterea, definitio quidditatiua, vt patet, debet dari per vltimum actum, & proximum genus: ſed hæc non datur per vltimum actum, nam non ponitur ibi vltima differentia, ſed paſſio, quæ eſt prædicabilitas, & ſatis conſtat ex dictis prædicabilitatem talem eſſe paſſionem generis, quia conſequitur ad eſſentiam eius: nam prius intelligo ego completam, & perfectam rationem generis per hoc, quòd eſt in pluribus ſpeciebus, tanquam aliquid vniuocum, & potentiale quoddam, quàm intelligam illud prędicari quidditatiuè de ſpeciebus: qui nimo conſequitur ad illud, quod eſt eſſentia vniuerſalis genericè, & conuenit omni, *3. Ratio.*

Quatuor definitiones quidditatiuæ, quæ dari poſſūt de genere. omni,& ſoli, & ſemper: ergo eſt paſſio. Si ergo quidditatiuè deberet definiri, ſic definiēdū eſſet, Genus eſt vniuerſale reſpiciēs plures ſpecies, vt quod eſt in illis tanquam pars illarū potentialis: nam ſic tota eius eſſentia generica & ſpecifica explicatur, & nō datur per aliquod accidens. Alii quidditatiuè ſic definiunt, Genus eſt vnum commune pluribus ſpeciebus in quid. Alii ita, Genus eſt vniuerſale, reſpiciēs plures ſpecies in quid. Alii ita, Genus eſt vniuerſale, cui ſubiiciūtur plures ſpecies quidditatiuè. *Modus defendendi Porphyriū verius ī ſe ipſo ſed nō concludūt intentum.* Aliqui defendunt Porphyriū, & Ariſtotelis definitionē generis, quæ datur per prædicari, quidditatiuā eſſe: & dicunt ibidē prædicari, & cætera, non importare prædicabilitatē, vt eſt paſſio vniuerſalis, ſed ,put eſt radix illius, ſcilicet pro ipſo formaliter vniuerſali, quod radicaliter eſt prædicabile, ad eundem modum quo animal rationale dicitur vt ſic riſibile radicaliter, vel ignis ſecundum ſuam ſubſtantiā radicaliter calidus. Sed quāuis hæc doctrina ſit vera, falſū eſt, quod probare intendunt: Prædicabilitas enim ſemper accipitur pro formali prædicabilitate, niſi adiungatur aliquod additū, dicendo ſcilicet, prędicabilitas radicaliter, vel quid ſimile. Et ita cū prædicabilitas, vt ſic, ſit paſſio, & ponatur in definitione, nō erit quidditatiua illa definitio. *Error Ammonij & aliorum.* Ex hac cōcluſione ſequit̄ doctrinā Ammonii, Boetii, Burlei, Alexādri, & aliorū, qui dicunt definitionē eſſe deſcriptiuā, nec quidditatiuè poſſe definiri genus, falſam eſſe: Nam eorū ratio hæc erat: quia vniuerſale non dicitur vniuocè de quinque prædicabilibus, quod falſum eſt ſuprà viſum eſt. Nam ita ſimpliciter eſt vniuerſale accidens, ſicut ſubſtantia, & proprium, ſicut genus: quia ita ſimpliciter eſt in inferioribus, & vniuerſale nō dicit in ſua ratione, niſi eſſe in multis quomodocunque.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Arg. An generis ſit genus, et quod. Ad primum reſpondetur, quòd generis genus eſt vniuerſale, & vniuerſale eſt ſecūda intentio, & genus intētionis relatio rationis, quod eſt generaliſſimum in coordinatione rationis, vt lib. 2. q. 10. viſum fuit. Quamobrē non eſt proceſſus in infinitū in huiuſmodi definitione. *Ad Confir.* Ad confirmationē reſpondetur, quòd genus definitur, & eſt ſpecies vniuerſalis denominatiuè, vt viſum fuit in præcedētibus quæſtionibus. Si dicas, definitur in quantum genus, concedo; Verùm in quantum genus conſtat ex genere, & differentia, ſicut quando definitur homo in quantum homo, quia vt ſic, cōſtat ex genere & differētia, pro ſubſtratis optimè definitur, itaque definiri in quantum genus, ſi in quantum ſpecificet formale generis in cōcreto, verum eſt, quia materiale illius ſolū importatur in definitione, vt ſubiectū, & non explicatur eius natura per definitionem. *Inſtantia.* Et cùm rurſus dicitur, quod omne definitum debet definiri in quātum ſpecies, diſtinguendum eſt ly in quantum: Nam ſi dicat conditionem, vt res, quæ definitur, poſſit induere intētionem ſpeciei, vt conditionē definiendi, vera eſt propoſitio. *Solutio.* Si autē ly in quātum, dicat rationem definitam, & ſpecificet ſecundā intentionem, falſū eſt: quia non ſemper definimus ſecundam intentionem ſpeciei, ſicut etiam ſolemus dicere, rem ſciri in quātum vniuerſalis, quia vniuerſalitas eſt conditio ſciendi, non quòd ſemper ſit obiectum ſcitum. *Doctrina obſeruāda.* Genus autē cùm definitur induit rationem ſpeciei: nam genus commune eſt ad omnia genera, licet non ita propriè, ſicut generitas. Et cōceptui obiectiuo de ly, genus conuenit, vt denominetur ſpecies, nō verò quòd eſsētialiter vt genus ſit ſpecies, niſi accepta ſpecie pro materiali, ſicut dicimus quòd homo eſt ſpecies animalis, id eſt, viuens, ſenſibile, rationale, quod eſt illi eſsentiale. *Obſerua.* Et nota, quod ſpecies eſt, quod principaliter definitur quidditatiuè, & aliæ res ſimiliter, ſed nō principaliter. *Obiectio.* Et ſi rurſus dicas: Si genus eſt ſpecies denominatiuè: ergo vniuerſale denominatiuè, ſed genus eſſentialiter eſt vniuerſale: ergo non denominatiuè: bene enim valet, quòd ſi aliquod eſt album denominatiuè, quòd eſt coloratum denominatiuè. *Solutio.* Reſpondetur, quòd genus eſt eſsētialiter vniuerſale, quia reſpicit plures ſpecies, & eſt denominatiuè vniuerſale ſpecificum, quatenus reſpicit plura indi-

indiuidua ſolùm numero differentia. Vnde aliud vniuerſale eſt eſſentiale, & aliud accidentale.

2. Argum. Ad ſecundum argumentum bene reſponſum eſt ibi, vſque ad vltimam replicam, ad quam reſpondetur, quòd genus cõtinet ſpecies, vt in quibus formaliter determinatur, ſpecies continet indiuidua, vt in quibus materialiter determinata reperitur. *Ad Confir.* Ad confirm: bene reſpõſum eſt ibi. Ad vltimam replicam reſpondetur, quod non faciunt totum accidentale neque eſſentiale, ſicut differentiæ, ſed efficiunt totum ſubſtantiale, ad eundem modum, quo exiſtentia facit vnum cum eſſentia, licèt non ſit paritas in omnibus.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur. Et priùs notandum, quòd Aureolus & Scotiſtæ tenent, quòd inter extrema realia non poteſt eſſe diſtinctio rationis, propter hoc tertium argumẽtum, & etiam quia actus ſecũdus præſupponit primum, ſicut eſſe album præſupponit eſſe, ſed actus primus eſt eſſe rationis, & ſecundus diſtingui ratione: ergo quæ non habent eſſe rationis, nõ poſſunt diſtingui ratione. Sed nihilominus dicitur, inter extrema realia poſſe eſſe rationis diſtinctionem; & patet in animali, & homine. Nam certè aliquo pacto diſtinguuntur, non realiter, nam aliàs vnum de alio eſſentialiter non prædicaretur: ergo per rationẽ ſunt diſtincta: & ſatis conſtat attributa diuina quid reale eſſe, nec tamen realiter, aut formaliter realiter diſtingui, ſed ſolùm opere intellectus. Et tandẽ, multi homines, qui re ſunt diſtincti, vt vnico cognoſcũtur conceptu, ſunt vnum in ratione: nam multi homines participatione ſpeciei vnum ſunt, & illa vnitas eſt rationis: ergo quæ ſunt vnum aliquod in re, poſſunt in ratione diſtingui, ſi diuerſis percipiantur conceptibus; & illa diuerſitas eſt relatio quædam rationis. Et probatur: Nam entia realia poſſunt habere eſſe cognitum, quod eſt relatio rationis: ergo poſſunt habere rationis diſtinctionem; nam cui conuenit primus actus, ſecundus conuenire poteſt; Maximè, quia ratione diſtingui nihil eſt aliud quã obiici diuerſis conceptibus; ſed poteſt eadem res diuerſis obiici conceptibus; poterit ergo & ratione diſtingui res repræſentata per vnum conceptum à ſe, quatenus per alium repræſentatur.

Controuerſia.

1. Opinio Scotiſtarũ.

2. Opinio Auctoris.

Reſpondetur ergo ad tertium argumentũ, quòd diſtinctio rationis quædã eſt, quæ eſt in mente fabricata ab intellectu formante diuerſos conceptus, & quædam eſt, quæ conſequitur ad entia rationis fabricata ab anima & ratione, ſicut diſtinctio, quæ eſt inter genereitatem, & ſpecieitatem, quas ratio per ſuam cognitionem fabricat, vt ſuprà dictum eſt. Et hæc diſtinctio eſt, quæ eſt paſſio entis, nam conſequitur ad entitatem rationis, nam vnum ens eſt, ſiue ſit reale ſiue rationis, quod eſt indiſtinctum in ſe, & diſtinctũ à quolibet alio. Et hoc entibus realibus competere non poteſt, nec hæc diſtinctio eſt relatio ſecundum eſſe, ſed quid tranſcendens in ſuo genere, nam eſt generaliſſima paſſio entis rationis. Prima vero illa diſtinctio, quia rebus non in ſe conuenit, ſed quatenus ſunt in ratione, & habent eſſe cognitum diuerſum, quibuſcũque rebus competere poteſt, cùm quælibet res diuerſis poſſit obiici conceptibus: & hæc diſtinctio eſt relatio rationis. Ad confirmationem reſpõdetur, quod probat de prima diſtinctione rationis. Ad argumentum adductum in hac ſolutione pro opinione Aureoli, reſpondetur, quod entia realia, licèt non poſſint habere eſſe ſubiectiuum rationis, habent tamen eſſe obiectiuum, quia terminant cognitionem; ex quo ſequitur, quòd habeant eſſe cognitum; & cùm obiiciuntur diuerſis conceptibus, habẽt diſtinctum eſſe cognitum, & ſic habent diſtinctionem rationis. Et cùm entia rationis nullo pacto poſſint habere eſſe reale, nullo modo poſſunt diſtingui realiter. Verum eſt tamen, quòd aliquando duo entia rationis dicuntur realiter diſtincta, verbi gratia, genereitas & ſpecieitas, quia ſi eſſent quid reale, eſſent duæ entitates reales. Verùm genereitas, & vniuerſalitas numquam poſſunt dici diſtingui realiter: quia etiamſi eſſent aliquid reale, eſſent eadem res. Et hoc loquendi modo Logici vtuntur, ad tollendam æquiuocationem in diſtinctione rationis, quãdo eſt ſuperioris entis rationis & inferioris, vt genereitatis, et huius genereitatis, vel quãdo eſt inter entia

Applicatur reſponſio ad arg. Duplex diſtinctio rationis, & qua eorum ſit paſſio entis rationis.

Soluitur ratio Scotiſtarum.

Quomodo duo entia rationis poſſunt dici diſtincta, vel vnum realiter.

Digitized by Google

entia rationis, ſpecie diſtincta, quia vera que eſt diſtinctio rationis, ſed diuerſa. Et ad hanc diuerſitatem oſtendendam vocant diſtinctionem, quæ eſt inter entia rationis ſpecie diſtincta, realem diſtinctionem ſaltem eminenter, & virtualiter.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum reſpondetur, quod natura illa animalis abſtracta à Petro, & Brunelo, eſt quidem genus in eſſe obiectiuo, genus autem vt ſic, non eſt neceſſe, quòd actu habeat ſecundam intentionem generis, & ſic non eſt relatiuum formaliter, quamobrem non eſt neceſſe, vt habeat correlatiuum formaliter. *Quando genus exigat correlatiuũ, & quãdo non.* Cùm verò fuerit ibi attributa relatio generis per comparationem, ſimul erit correlatiuum ſibi, modo poſſibili ſimultatis, vt ſupra dictum manet in ſuperioribus, quod ſufficit ad rationem relatiui rationis. Et quando abſtrahitur in communi ratio generis, vt ſit relatiuum in eſſe obiectiuo, ſeu fundamẽtaliter proximè, non eſt neceſſe, quòd actu ſint ſpecies abſtractæ: ſed ſufficit, quòd poſſint abſtrahi, & quòd genus ex parte modi eſſendi, quem habet in anima, poſſit de illis affirmari: quod habet ex illa indeterminatione proueniẽte ſibi à ratione. *Quorundã opinio.* Alii qui dicunt, genus eſſe relatiuum ſecundum dici, ſed horum opinio illorum eſt, qui dicunt, eſse generis, eſſe denominationem extrinſecam realem, quod iam exploſum manet ſuprà: nam totum eſse generis ad ſpecies eſt. *Ad 1. conf.* Ad primam confirmationem reſpondetur, quòd genus debet eſse natura quædam ſimplex, prędicabilis in quid de ſpecie differentibus. *Ad 2. conf.* Ad aliam confirmationem dicemus inferius.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quòd genus prædicatur in quid, quia refertur vt prædicabile quidditatiuum, ſeu vt id, quod dicit quidditatem ſpecierum, tanquam pars potẽtialis determinabilis in ſpeciebus per differentias ſpecificas. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpondetur, quòd genus prædicatur de ſpecie differentibus, id eſt, refertur ad ea, quæ materialiter ſpecie differunt, & nõ vt terminus ſunt. Nã generis relatio petit relationes pro termino, non quaſcunque, ſed illas, quæ fundãtur in naturis ſpecificis diuerſis. Et ſi dicas, contrà: vna relatio vnum terminum debet habere, vel ſi habet plures relationes pro termino, debet eſſe in quantum faciunt vnum terminum, quod nullo modo poteſt dici de illis relationibus ſpecierum, quia ſubiecta non habent inter ſe ordinem, ad inuicem, vt pater & mater. *Obiectio.* *1. Solutio.* Reſpondetur, quòd illæ rationes habent inter ſe ordinem vnius termini totalis, quatenus materiale generis determinatur in illis, ſic adeo vt tota eius potentialitas per diuerſas determinetur differẽtias ſpecificas, quæ ad minus duas requirit, & ex eo, quòd in illis eius determinatur potentialitas, ſunt vnus terminus formaliter. *2. Solutio.* Secundò reſpondetur, quòd illæ relationes numero ſolo differunt, ſicut ſunt plures filii, ad quos vnus pater refertur: & ita vnum relatiuum poteſt referri ad plura relatiua, & vnum genus ad plures ſpecies, quia omnes illæ ſunt totalis terminus.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur ex Ariſtotele quinto Metaphyſicæ, texu 8. & ex Diuo Thoma opuſculo 42. capite 6. quod ratio generis, animalis verbi gratia, vt comparatur ad diuerſa, eſt totum, & eſt pars. *Quomodo genus reſpectu diuerſorum ſit totũ & pars.* Totum quidem quatenus conſideratur abſtractum ab homine, & equo, & illos in potentia continens: ſed hac conſideratione eſt totum potentiale. Eſt autem quoddam totum actuale, quatenus ex viuenti & ſenſibili componitur. Hoc autem, quod in ſe eſt totum quoddam, eſt pars hominis & equi, quatenus cum aliis componit hominem &c. Videlicèt quando prædicatur animal de homine, prædicatur aliquid quod eſt pars hominis, non tamen prædicatur in quantum pars, ſed in quantum eſt totum quoddam potentiale. *Obiectio.* Sed dices, implicat, idem reſpectu eiuſdem eſſe partem & totum; ſed animal reſpectu hominis eſt totum, quia animal diuiditur in hominẽ, & equum, tanquam in partes: nam id, in quod aliquid diuiditur, pars eſt: ergo animal non poteſt eſſe pars hominis, &c. quia iam erit totum & pars. *Solutio.* Sed reſpondetur, quòd eſt totum potentiale, & pars actu, ſecundum diuerſam rationem, ſecundum illud, quòd actu dicit. Hoc autem non eſt impoſſibile, quòd aliquid ſit pars, & totum etiam reſpectu

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem diuerſa conſideratione. Sed de hoc dicam infrà. *Ad 1. conf.* Ad confirmationem reſpondetur, quòd genus eſt vnum ſecundum rationem, vnum autem ſecundum rationem poteſt bene de pluribus prædicari; vnum verò ſecũdũ rẽ de pluribus prędicari nõ poteſt, quia in rebus nõ ſũt vniuerſalia. *Ad 2. conf.* Ad aliam confirmationem reſpondetur, quòd genus, quod eſt definitum, non prædicatur, id eſt, affirmatur de ſpeciebus, & quod affirmatur de materialibus ſpecificis, eſt materiale genericum: ſed genus prædicatur, id eſt, refertur ad ſpecies, ſicut vniuerſale dicitur eſſe vnum in multis, & de multis, id eſt, referri ad multa, tanquam correlatiua. Quod enim in multis vnum eſt, materiale eſt vniuerſalis, nec aſſignatur vnum materiale vniuerſalis in communi, nec ſpeciei, ſicut diximus ſuprà, generi non aſſignari vnum materiale abſtractum ab inferioribus materialibus.

Ad 7. Arg. Ad ſeptimum reſpõdetur, quòd nihil, quod non ſit ens reale, vel habens analogiam, & ordinẽ ad ens reale, habet quidditatem, *1. Solutio.* entia verò rationis dicuntur entia per ordinem ad ens reale, & ita habẽt quidditatem in ordine ad illa realia entia. *2. Solutio.* Vel ſecundò reſpondetur, quòd Ariſtoteles loquitur de perfecta quidditate, & potente in rerũ natura exiſtere, ens autem rationis, licèt ſimpliciter habeat quidditatem, vt patet ex D. Thoma, prima parte, quæſt. 28. art. 1. & 2. non tamẽ eſt perfecta, & quæ in naturis rerum exiſtere poſſit, & ſicut habet entitatem, habet quidditatem, & totum eſt imperfectum; & ita poteſt definiri quidditatiua definitione explicante quidditatem, non ita perfectã ſicut realis quidditas *Quomodo ens rationis habeat quidditatem.* Ad primam confirmationẽ reſpondetur, *Ad 1. conf.* negando antecedens: iam enim viſum fuit, quomodo prædicabilitas talis ſit paſſio, & non eſſentia vniuerſalis. Et idem tenent viri grauiſſimi, D. Thomas tractatu Prædicabilium, c. 2. Alexãder, Ammonius, de Genere agẽtes, Toletus quæſt. 1. & Sotus capite de Genere, & alii plurimi. Nã bene poſſumus per intellectũ cõcipere naturam abſtractã eſſe in multis abſque eo, quod cognoſcatur formaliter, vt prædicabilis: ſed natura vt vna in multis eſt vniuerſalis: ergo ratio vniuerſalis nõ eſt eadem cum ratione prædicabilis, & ſic erit paſſio, nam cõuenit ratione eſſentię. Maior probatur, quia ratio vniuerſalis præcedit ordine rationis rationem prædicabilis de pluribus, ſicut eſſentia præcedit ſuam paſſionem: Nam ita ſe habet prædicabile de vno ad ſingulare, ſicut prædicabile de pluribus ad vniuerſale: ſed eſſe ſingulare præſupponitur tanquã ratio formaliter diſtincta ad eſſe prædicabile de vno: ergo & eſſe vniuerſale ad eſſe prædicabile de multis. Et præterea ideo res ſingularis inepta eſt, vt de pluribus prædicetur, quia eſt ſingularis: ergo vniuerſalis apta eſt, vt prędicetur de pluribus, quia vniuerſalis eſt: ergo eſt paſſio vniuerſalis talis prædicabilitas, ſicut eſt paſſio ſingularis prædicabilitas de vno tantùm, & ſic illa ſingularitas radix eſt, à qua prouenit iſta prædicabilitas, ita illa vniuerſalitas, à qua prouenit, vt ſit de multis prędicabilis talis natura: certiſſimum ergo eſt, non eſſe vniuerſalis eſſentiam prædicabilitatem talem. *Ad 2. conf.* Ad ſecundam confirmationem reſpõdetur, quòd genus conſtituitur eſſentialiter per ordinem ad ſpecies, in quibus eſt, non per ordinem ad ſpecies, de quibus prædicatur; & Porphyrius vocat generis definitionem deſcriptionem, & ita habetur in noſtra tranſlatione, quidquid alii dicant haberi in Græco.

Ad 8. Arg. Ad octauum argumentum reſpondetur, quòd Ariſtoteles idem 4. Topicorum cap. 6. & 5. Metaphyſicæ, textu 19. dicit, quòd differentia ſequitur qualitatem, & prædicatur in eo quod quale, cùm autẽ dicit, quòd prędicatur quidditatiuè, accipitur quidditatiuè pro eſſentialiter. Nam quidditatem eſſentiã vocamus, vel quia eſt pars definitionis, quæ prædicatur in quid, propter primam partẽ, quæ vt ſubſtãtia ſignificat in definitione, proptereà dicitur tota definitio in quid prędicari, & vt ſunt in illa ętiam partes quidditatiuè prædicantur, & ita in toto, quod eſt definitum, accipit differentia modum iſtum prædicandi in quid.

QVÆ-

QVÆSTIO XLIII.

Vtrum genus generaliſſimum, & ſubalternum ſpecie differant, & quodnam ſit perfectius.

Duo pūcta tanguntur in titulo quæſtionis. Circa 1. pūctum.

HAnc quæſtionem pro maiori intelligentia definitionis generis verſamus, & videtur quòd differãt ſpecie. Et arguitur primò, quia relatiua ſpecie

1. Argum. differunt penes terminos diſtinctos ſpecie: ſed generaliſſimũ, & ſubalternũ ſunt relatiua habentia terminos ſpecie diuerſos: ergo ſpecie differunt. Minor probatur: Nã generaliſſimum eſt, quod reſpicit ſpecies, ſic adeo, vt ſupra illud non ſit aliud genus, ſed illas vt primũ principiũ reſpiciat: Genus mediũ vel infimum non ſic reſpicit, ſed tãquam id, quod habet ſupra ſe aliud genus, ſed hoc eſt habere diuerſum terminũ formaliter; ergo & ipſa ſpecie differunt. Conſequentia prob. Nã paternitas & maternitas ſunt relationes ſpecie diuerſæ, quia quamuis eundem reſpiciant filium diuerſimodè, pater tãquã principiũ actiuum filii, mater vt paſſiuũ. Minor probatur. Nã ille modus reſpiciẽdi diuerſus expoſcit in termino diuerſã rationem, nam modus ille tendẽdi in terminum diuerſificat formaliter terminos.

2. Argum. Arguitur ſecundò. Generaliſſimum & ſubalternum differunt definitione; ergo ſpecie. Conſequentia patet: nam differre definitione, ſpecie differre eſt. Sed Minor probatur ex Porphyrio, capite de Specie, nam genus generaliſſimum eſt, quod ſupra ſe non habet aliud genus, genus infimum vel medium eſt, quod ſupra ſe habet; ergo &c.

3. Argum. Arguitur tertiò. Generaliſſimũ & ſubalternum differũt pluſquam duo genera ſubalterna; ſed duo genera ſubalterna numero differũt; ergo genus generaliſſimũ & ſubalternum ſpecie differunt. Conſequentia probatur, quia inter numericã differentiam & ſpecificã non datur medium, nec magis nec minus; ergo tãtùm aſcenditur ad differentiam ſpecificam.

4. Argum. Arguitur quartò: Formæ eiuſdem ſpeciei poſſunt tribuere eundem effectum formalem in ſpecie: ſed genereitas, quæ conſtituit animal genus, nõ poteſt habere eundem effectum formalem, quem tribuit genereitas, quæ cõſtituit ſubſtantiã genus: ergo &c. Maior patet, & Minor probatur: quia genereitas, quæ cõſtituit animal genus, tribuit eſſe genus infimũ, & quæ tribuit ſubſtantiæ eſſe genus, tribuit eſſe genus ſubalternum, & quod ſupra ſe non habeat aliud genus, quod non poteſt tribuere alia illa generalitas: ergo &c. Et cõfirmatur: Nã genereitas ſubſtantiæ tribuit ipſi, vt ſit ſuperius ad animal: ſed genereitas animalis non poteſt ſibi tribuere, vt ſit ſuperius ad animal, quia nihil poteſt ſibi eſſe ſuperius: ergo &c.

Circa 2. pūctum quæſiti. Circa ſecundã quæſtionis partem probatur, omnes vniuerſalitates generis eſſe æquè perfectas, & ita non habere locum quæſtio. & ſit quintum argumentum:

5. Argum. Quia in intellectu per rationẽ æquè fiũt vnum genera ſubalterna & ſuprema, cũ tamen hæc inter ſe quã illa inter ſe fiant vnum omnino. Ratio enim ſubſtantiæ tam vna eſt in generaliſſimo ſecundum rationem ad omnes ſubſtantias, quàm ratio animalis ad omnia animalia in ſubalterno: ergo verè omnia genera in ratione vniuerſalis ſunt æquè perfecta, nõ ſolùm ſpecificè, ſed etiam accidentaliter, quia ratio vniuerſalis generici in indiuiſibili videtur conſiſtere.

6. Argum. Sextò arguitur. Quia vnũ formaliter importat indiuiſionẽ, ſeu negationẽ multitudinis: ſed in meris negationibus non eſt magis, vel minus, neque enim vnus Angelus eſt minus albus, quam alius, ſed omnes æqualiter ſunt non albi: ergo inter vniuerſalia, & genera non poteſt vnũ eſſe magis vnum quàm aliud, & ſic non poteſt vnum eſſe magis perfectum: nam ob hanc cauſam eſſet magis perfectum, quia eſt magis vnum.

Confirmat. Et confirmatur, quia ſi aliquod eſſet conſtituendum magis perfectum vniuerſale, illud videtur, quod eſſet magis cõmune, et ſuperius ad ea, quæ ſunt ſimilia à parte rei, nã quod magis ſuperius eſt, magis vniuerſale eſt, ſicut id quod magis habet de albedine, magis album eſt: ergo quod vniuerſalius fuerit, perfectius erit ĩ rõne vniuerſalis.

Deciſio

Digitized by Google

gnitionis. Eſt ēt in re fundamentū, vt ſubſtantia cognoſcatur, vt ſupra ſe non habeat aliud genus. Et ſupra hanc cognitionem fundatur intētio generaliſſimi, qua generaliſſimū denominatur, q̄ denominatio accidēs eſt reſpectu rationis genericæ; itidē in ſubalterno eſt ratio generis, vt in generaliſſimo, cuius intentio in re habet fundamentū remotū, & in intellectu proximū: & ēt eſt fundamētum ſubalternitatis. Nā cū intellectus conſiderat rationem illā animalis, v.g. ſic referri ad ſpecies, vt ēt ſupra ſe genus aliud habeat tribuit illi intentionē ſubalterni, quod ēt eſt accidens ad generis rationem. Et ſi inquiras, verū in ſubalterno eſſe ſubalternum ſit alia intētio diſtincta à rōne ſpeciei? Reſpondeo, probabiliter vtrūq; dici poſſe, qđ per intentionē, qua ſubiicitur generi, ſuperiori, dicitur ſubalternum: ita vt idem ſit eſſe ſubalternum, quod eſſe ſpeciem generi ſuperiori ſubiectam. Et quia hæc intentio accidit rationi generis, dicitur eſſe accidens generi eſſe ſubalternū. Secūdus modus dicendi eſt, quod eſt diuerſa intentio ſubalterni vt ſic à ſpeciei mediæ intentione: Nam ex eo, quod conſidero ipſum, vt contrahibile per differentias, v.g. animal, vt contrahibile per differentias rationale, & irrationale, & vt id quod eſt in ſpeciebus, tribuo ei intentionē generis, ex eo verò, quod cōſidero ipſū vt ſecundū potētiale contrahibile, tribuo intentionē ſubalterni, & ita refertur vt ſic ad primū potētiale contrahibile, cuiuſmodi eſt generaliſſimū vt ſic: nā ſecūdū ad primū, & primū ad ſecundū referuntur, & ita generaliſſimum vt ſic ad ſubalternū refertur, & ſubalternum ad generaliſſimum: & hoc mihi placet. Sic explicata concl. 2. probatur; nā hęc differentia eſt penes aliquid extrinſecum ad generis rōnē: ergo eſt accidentaria. Anteced. prob. nā benè poſſum intelligere generis rationem nō intellecta ratione ſubalterni, aut generaliſſimi: ergo &c. Et prætereà, nā ſequeretur, quod eſſent duo prædicabilia generis, ſi differrent ſpecie eſſentiali ſubalternum genus, & generaliſſimum. Conſequens eſt falſum: ergo illud, ex quo ſequitur: iam enim viſum eſt, quod non ſint niſi quinque prædicabilia.

Difficultas

1. Solutio.

2. Solutio.

Probatur ſecunda Concluſio ex dictis.

Ad ſecundū punctū quæſt. deuenimus: & ſit tertia concl. In ratione vniuerſalis, & prædicabilis, id quod eſt magis vniuerſale & commune, & de pluribus prædicatur, habet vnitatem minus perfectā, q̄ id quod eſt minus vniuerſale, & ſic generaliſſimū habet vnitatem minus perfectā, q̄ ſubalternū, licet ſecundū quid excedat. Pro cuius intelligentia eſt ſupponendū, vnitatem dupliciter, quantum ad præſens attinet, poſſe cōſiderari; vno modo intenſiuè, alio modo extenſiuè. Et ſic vnitas numerica eſt intenſior generica & ſpecifica: quia magis vnit prædicata, vt fiat vnū ens indiuiſum. Vnde quò longius abeſt quæcunq; vnitas alia à numerica, eo minus eſt intēſa, tantò verò intēſior, quāto magis accedit ad illā, & huic vnitati oppoſita eſt diuiſio, ſeu diſtinctio extenſiua, quæ fit p plura inferiora indiuidua, vnde ſpecies, q̄ maiorē vnitatē intenſiuā habet, q̄ genus, minorē, quā illud admittit diuiſionē extenſiuā. Alio modo ſumitur vnitas extenſiuè, qñ ſcilicet plura diſtinctorum prædicatorum ſub vna ratione vnit, eoque magis vnitas eſt extenſiua, quantò magis extenditur ratio vna ad plura & diſtinctiora, & ita vnitas entis, & generaliſſimorum magis extenſiua eſt: & quantò magis deſcendit, minor eſt vnitas extenſiua. Hoc præmiſſo probatur noſtra 3. concluſio: quia ad tribuendum vnitatem per ſecundā intentionem attendendū eſt ad fundamentum, quod præbet natura ad recipiendum illam vnitatem: ſed ſic eſt, quod inter ea, quæ fundant vnitatem magis vniuerſalem, vt ſunt plures ſpecies, eſt minor ſimilitudo, quam inter ea, quæ fundant minus vniuerſale, vt ſunt plura indiuidua eiuſdem ſpeciei: ergo quanto vnitas fuerit vniuerſalior, eo erit imperfectior. Maior probatur: Nam intellectus nullo alio modo reddit vnum, quæ ſunt plura, quam faciendo vnitatem ſeu identitatem ſecundum rationem illorum, quæ re ſunt ſimilia, & non vnum: ergo ſicuti animalia ſunt à parte rei magis ſimilia, quā viuentia, qa conueniunt in pluribus prædicatis, quæ paucioribus conueniunt: ita animal factum vnum per rationem erit magis vnum quā viuens: quia minus diuiſibile,

3. Concluſ. Circa ſecūdum punctum quæſiti.

Eſſe magis vnum dupliciter.

Qua vnitas eſt maior: numerica an ſpecifica generica que.

Probatur concluſio.

quam viuens, & habet maius fundamentum à parte rei ad vnitatem vnum, quam aliud. Iam ſupra viſum fuit, quomodo vnitas, & ſimilitudo formalis eſt remotum fundamentum vniuerſalitatis: quia ergo generaliſſimum eſt magis diuiſibile non ità perfectam vnitatem recipit per ſecundam intentionem, & ita non eſt ita perfectum, ſicut ſubalternũ, quod perfectiorem habet ſimilitudinem & minus diuiſibilem in inferiora. Dixi, quod generaliſſimnm eſt ſecundum quid perfectius, quatenus eſt primum in illo genere, & reliquorum origo: & hoc ad perfectionem accidẽtalem genericã attinet.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum reſpondetur, quod & genera eundem formalem terminum habent & illa diuerſitas eſt in ratione generaliſſimi & ſubalterni, quæ ad rationem generis eſt accidentalis.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod differunt ſpecie accidentali, in quantum ſunt ſubalternum & generaliſſimum, & ſic differunt definitione.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod differunt magis generaliſſimum, & ſubalternum, quam duo generaliſſima accidentaliter: & ſic ſpecie accidentali differunt. Vnde illa maxima inſtatur in albedine, vt quinq;, quæ magis differt ab albedine vt quatuor, quam ab alia albedine, vt quinque, & ab alia differt numero: ergo ab iſta ſpecie, nihil valet: non tenet enim maxima in his quæ ſuſcipiunt magis, & minus.

Ad 4. Ad quartum reſp. quod vtraque genereitas tribuit eſſe genus: eſſe vero ſubalternum, vel infimum ab alia fit intentione, vt dictũ eſt. Ad confirm. reſp. ſi enim Ad confir. conſideratur animal, vt ſpecies, genereitas ſubſtantiæ tribuit ipſi, vt ſit ſuperius ad animal, quatenus eſt ſpecies. In ratione vero generis, ſi eſt ſuperior, illud habet per intentionem generaliſſimi diſtinctam à generis intentione, & radicaliter prouenit ex parte ſubiecti ex eo quod non tot inferiora vnũ, ſicuti aliud, habere poteſt. Hoc autem eſt merum accidens: effectus enim formales eſſentiales, quales ſunt in vtroque genere.

Ad quintum reſpond. quòd magis vnũ fiunt per rationem propter fundamentũ genera ſubalterna, quam generaliſſima. Ad 5.

Ad ſextum iam patet, quomodo vnum genus ſit magis diuiſibile, quam aliud, & minus vnum, ratione fundamenti & ſubiecti. Hæc autem differentia eſt accidentalis: & bene in illis vnitatibus generi- cis poteſt eſſe magis & minus: ſed ratione fundamenti, quæ differentia eſt accidentalis, ſicuti magis & minus, poteſt eſſe in priuationibus ratione fundamenti. Ad 6.

Ad confirm. reſp. quod magis vniuerſale eſt minus perfectum, quia eſt minus vnũ, ſicuti in materialibus, quod eſt magis materiale, magis imperfectum eſt, quia eſſe materiale eſt imperfectio: ita eſſe vniuerſale eſt minor perfectio, & quod magis vniuerſale eſt per prædicationem minus eſt perfectum, & eſt magis vnum extenſiuè. Ad confir.

QVÆSTIO XLV.

Vtrùm genus ſumatur à materia, & differentia à forma.

ET videtur quod non. Nam ſubſtantiæ ſeparatæ accidentia entia rationis habent genus & differentiã, cũ in illis detur definitio vera: & tamen nec genus ſumitur à materia, nec differentia à forma: ergo. Minor patet: quia carent materia & forma propriè dictis. Et maior, quod ſubſtantię ſeparatę definiantur, eſt Ariſt. 8. Metaph. tex. 9. dũ excludit errorem antiquorũ philoſophorũ de accidẽtib. & probatur ex D.Th. c. vlt. de ente & eſſen. Entia rationis ſatis conſtat definiri cũ illis detur vera ſpecies. Et confir. hoc arg. Nam ſi genus ſumitur à materia, ſequitur quod accidentia, quæ differunt penes ſubiectum, differant genere; conſequens videtur falsũ: ergo & illud, ex quo deducitur. Sequela probatur, quia differunt penes materiam, quę eſt ſubiectum, à quo ſumitur differentia generica. 1. Argum.

Confirmat.

Secundò, nam ſi genus ſumeretur à materia, & differentia à forma, maximè, quia id, à quo ſumitur genus, ſe habet vt materia, 2. Argum.

materia, & vt determinabile reſpectu illius, à quo ſumitur differentia, quod ſe habet vt forma, & vt determinans: ſed hoc eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. Minor prob. quia animal non poteſt ſe habere, vt materia, reſpectu rationalis, nec rationale, vt forma, reſpectu animalis: nam ſunt prorſus eadē res realiter & formaliter. Idem autem non poteſt ſe habere vt forma & materia, reſpectu ſui ipſius. Si dicas, quod illa compoſitio, in qua animal determinatur per rationale, non ſit realis, ſed fiat per intellectum concipientem vnum cōceptum vt determinabilem, & alium, vt determinantem, & conceptus genericus animalis eſt determinabilis per conceptū differentiæ, ſcilicet, rationalis, & ex eo, quod per intellectum fit illa diuerſitas & diſtinctio rationis inter animal & rationale, reſultat compoſitio per eūdem intellectus actum: Contra: Nam ſequeretur, quod in Deo dicamus reperiri genus & differentiam, & ſic cōponi Deum ex genere & differentia: quia concipimus nos in Deo cōceptum aliquem, qui ſe habet, noſtro modo intelligendi, vt determinabilis, & alium, qui ſe habet, vt determinans. Nam Deum dicimus eſſe ſubſtantiam intellectualem, infinitam, vbi conceptus ſubſtantiæ noſtro modo intelligendi concipitur, vt determinabilis per intellectualem: nam ſubſtantia indifferens manebat ex modo concipiendi ad omnes ſubſtantias, & per intellectualem manet determinata ad tale genus ſubſtātiarum: ergo. Dices, quod non ſit fundamentum in Deo huiuſmodi compoſitionis, ſed tota maneat in noſtro modo intelligendi, & teneat ſe ex parte illius, & propter ſuam imperfectionem. In compoſitione autem, quæ fit in homine, v. g. ex genere & differentia, eſt fundamentū in ipſo homine, quia ſunt illi gradus, qui concipiuntur, vt determinans & determinabile. Sed contra. Nam etiam in Deo eſt verè vna perfectio infinita fundans cognitionem ſubſtantiæ, & cognitionem intellectualis, & reuera noſtro modo intelligendi vnus conceptus habet ſe, vt determinans, & alius vt determinabilis: ergo erit etiam in Deo genus & differentia; & dicemus ſumi à materia & forma noſtro modo intelligendi, maximè cum Deus intelligatur ad modum rerum materialium, quæ genere & differentia conſtant. Et confirmatur hoc argumentum. Nā ſumi à materia non videtur eſſe proprium generis, cum conueniat alteri, & ſimiliter ſumi à differentia, & ſic poterit ſeparari: & ita non omne genus ſumetur à materia, nec omnis differentia à forma. Mai. patet: nam animalitas ſumitur à materia, & rationalitas à forma, & illorum neutrum eſt genus nec differentia.

Solutio. *Impugnatio.* *Solutio.* *Impugnatio.* *Confirm.*

Tertiò: Sequitur, quod ſi genus ſumatur à materia, quod vbicunq; fuerit diuerſa materia, ſit genus diuerſum, quia cauſa exiſtente diuerſa effectus ſimiliter debet eſſe diuerſus; ſed non, vbicumque eſt diuerſa materia, eſt generis diuerſitas: ergo non ſumitur genus à materia. Minor prob. quia in cœlo & in his inferioribus eſt diuerſa materia, quia illa eſt alterius rationis, cum dicat ordinem ad formam ſatiantem eius appetitum, quē non dicit materia horum inferiorum: & tamen corpora cœleſtia & inferiora non differunt genere, ſed ſunt in eodem prædicamento ſubſtantiæ, ſub eodem genere, corpore ſcilicet: ergo. Dices, quod differant genere phyſico, & dixit Ariſt. 10. Metaphyſicor. corruptibile, & incorruptibile differre genere. Sed contra: nam cum dicimus nos, genus ſumi à materia, & differentiam à forma, de genere logico loquimur: ergo logicum genus debet eſſe diuerſum, vbi eſt materiæ diuerſitas.

3. Argum. *Solutio.* *Impugnatio.*

Quartò: Id, à quo ſumitur genus, dēt eſſe diſtinctionis genericæ cauſa, & etiā cognitionis talis naturæ, quæ cōſtat tali generatione: quia genus iuuat & ad cognitionē eſsētiæ rei, cū ſit pars definitionis, & etiā ad diſtinctionē: nā hō differt à plāta per rationē animalis, qđ genus eſt hominis: ſed materia prima non poteſt eſſe principiū nec diſtinctionis, nec cognitionis, quia oīs diſtinctio eſt p aliquē actum, vt patet 7. Met. & vnūquodq; cognoſcitur in quantum aſt actu: ergo nec ab illa pōt ſumi generis ratio. Dices qđ ſumatur à materia in ordine ad formam. Cōtra: nā tūc ſequitur, quod à forma ſumatur genus, & differentia radicaliter,

4. Argum. *Solutio.* *Impugnatio.*

Digitized by Google

quia ipſa eſt radix, vt ſumatur à materia genus, & etiam eſt radix differentiæ, vt videbimus: ergo.

5. Argum. Quintò: In accidentibus genus ſumitur a ſubiecto: nam ſubiectum ponitur loco generis: differētia verò ſumitur à principiis cauſatiuis ipſius, vt ait D.Th.c.vlt. de Ente. Tunc ſic: Differentia in accidentibus ſumitur à cauſa efficienti: ergò non à forma, & ſubiectũ reſpectu accidentis habet rationem cauſæ efficientis, à quo ſumitur genus: ergo ſaltem in accidentibus genus nõ ſumitur à materia, nec à forma differentia. *Solutio.* Si dicas, quod ſumatur genus in accidētibus à materia: nam ſubiectum eſt materia & recipiens etiam accidentia: *Impugnatio.* Contra; ergo in accidentibus genus ſumitur à materia propriè dicta, & non à conceptu determinabilis, quia ſubiectum non habet conceptum determinabilis, ſed potius verè ſuſtentatiui materialiter. *Confirm.* Et confirm hoc arg. Nã ſi accidentia definiantur in abſtracto, vt ſimitas eſt naſi curuitas, ſubiectum eſt id quod ponitur loco differētiæ, & ab illo ſumitur differentia, ergo in accidentibus nunc à ſubiecto ſumitur genus, nunc differentia: ergo differentia nõ ſemper à forma, ſed aliquando à materia ſumitur.

6. Argum. Sextò arguitur; & probo quod nõ poſſit dici genus ſumi in ſubſtantiis materialibus radicaliter ex materia prima. Nam genus ex neceſſitate debet dicere gradum aliquẽ perfectionis, qui determinatur per vlteriorem, ſed omnis perfectionis gradus in ſubſtãtiis materialibus prouenit à forma, quæ eſt actus dans quamlibet actualitatem: ergo ab illa radicaliter ſumi debet ratio generis. Conſequentia eſt euidens. Nam ſi eſſe animal, prouenit à forma, & animal eſt genus: ergo generis radix forma eſt. Min. illa prob. Nam materia prima cum ſit pura potentia, nullum gradũ perfectionis tribuere poteſt, quod enim potētiale eſt, non poteſt aliquid in actu conſtituere. *Solutio.* Dices, quod in animali duo ſunt, & eſſe animal, & eſſe in potentia ad rationalitatē: forma ſpecifica dat eſſe animal: ſed quod animal ſit in potētia, prouenit à materia prima radicaliter, & cũ genus dicat id, ꝙ eſt in potentia ad differentias, meritò dicitur radicaliter ſumi à materia prima. *Impugnatio.* Contra: nam illa potentialitas animalis prouenit ex eo, quod ille gradus, non eſt vltimus, & ex eo, quod ſolum dicit vitã ſenſibilē, poteſt perfici per differentiã vltimã: ſed qđ dicat vitã ſenſibilē, habet à forma: ergo & potentialitatē. Quod.n. tribuit gradũ nõ vltimũ, tribuit gradũ potētialē: ſed aĩa tribuit gradũ nõ vltimum: ergo tribuit gradũ potētialē: potētialitas ergo illa etiam prouenit à forma: ergo forma eſt radix & generis, & etiã differētiæ.

Septimò. Nã genus ſumi dicitur a gradu potentiali, ſeu à tota eſſentia, vt dicit illum gradum potentialē, iſte autē improprius eſt loquendi modus: ergo male dicitur ſumi à materia hoc modo, ideſt a gradu potentiali. prob. min. Nam ab animali non ſumitur genus. Sed animal eſt genus, illud enim à quo genus ſumitur diſtinctũ debet eſſe à genere: nam genus à ſeipſo non ſumitur, nec ſit ſermo in præſenti de ſecunda intentione, quæ fundatur in animali, quæ ſimiliter à rebus ſumitur. *7. Argum.*

Octauò. Si differentia ſumitur à forma, ſequitur, ꝙ oĩs differentia penes formam ſit ſpecifica: nam eſt penes illud, à quo ſumitur differentia ſpecifica: conſequens eſt falſum: ergo. Prob. min. Nam aĩa Petri & Pauli differunt penes formã, quia differũt ſe ipſis, & ſolo numero differunt: & intellectus Petri & Pauli ſolo numero differunt, & differũt penes formam: quia vnus eſt huius animæ intellectus, & alius eſt alterius: ergo. Et confir. hoc argumentum: Nam ab eodem non ſumitur genus & differentia, ſed genus ſumitur à forma, quatenus dat eſſe animalis, verbi gratia: ergo ab illa non ſumitur differentia. *8. Argum.* *Confirm.*

Præambula ad quæſtionem.

IN hac q. ſit ſermo de genere pro natura denominata Genus, & non pro ſecunda intentione. Nam de ſecũda intentione, vnde ſumatur, vt à fundamento, & quid ſit ſuum eſſe, iam ſupra viſum fuit. Et eſt q. hæc ſummopere neceſſaria ad artem logicalē, vt ſciamus quid ſit genus, quid differentia, & quõ definitiones ſint conſtituendæ, tam in ſubſtantiis materialibus, quam ſpiritualibus, quã in accidētibus ac rationis entibus, valebitq; ad inquirendum, an Deus ſit in genere. In qua q. ſunt variæ ſētentiæ. Nam Gregorius, vt videbimus infra, & alii huius claſſis Doctores genus ſumit dicũt à cõceptu, qui noſtro modo intelli- *Explicatur ſenſus quæſiti.* *Controuerſia.* *1. Opinio. Gregorij & aliorum.*

telligendi ſe habet, vt quid determinabile, & differentia ab illo, quod ſe habet eodem modo, vt determinans, etiamſi vnum non ſit potentiale in re, nec aliud actuale: & etiamſi vnum non determinetur per aliud: quamobrem Deum collocant in prædicamento. Dominus Caiet. c. 6 de Ente & Eſſen. ſubtiliter hanc quæſtionem verſans, dicit idem, quod D. Th. docet, cum loquitur, vnde ſumatur genus formaliter. Verum cum pertractat, vnde proueniat genus radicaliter, affirmat, à materia prima in ſubſtantiis compoſitis deſumi genus radicaliter. Et probat Caiet. hoc dictum & ratione, & authoritatibus. Ratione quidẽ: Nam genus in potentia continet differentias, et dicit aliquid potentiale, & confuſum & perfectibile vlteriori perfectione: ſed radix huius potentialitatis eſt materia prima, quæ eſt pura potẽtia: ergo ab illa radicaliter ſumitur ratio generis. Minor patet in animali, quod eſt quid potẽtiale, & cõfuſum, & differentias continet, vt ait Porphyrius c. de differentia. Minor probatur. Nã primũ in vnoquoq; genere eſt radix, & principiũ aliorum eiuſdem generis, vt patet in Deo, qui eſt primum exiſtens, & actus purus, & ita eſt cauſa totius eſſe actualis, & exiſtentiæ, & totius actualitatis: cum ergo materia prima ſit pura potentia nullum includens actum, erit cauſa totius potẽtialitatis, & radix. Et ita dicit Ariſt. 8. Metaph. tex. cõment. 9. quod genus ſumitur à materia, & differentia à forma. Et 2. de cœlo, com. 49. ait, quod ſi corpora cęleſtia conueniãt in genere, & differant in ſpecie, ſunt compoſita ex materia & forma. Quaſi velit dicere, quod radix generis materia ſit, & radix differentiæ forma. In cæteris quæ Caiet. ponit, non cenſeo diſcedendũ eſſe ab illo. Sit ergo pro veritate explicãda

2. Opinio. Caietani.

Rationes Caiet.

Deciditur quæſtio.

1. Concl. cõtra Caiet.

Prima concluſio: Si fiat ſermo de ſubſtantiis compoſitis ex materia, & forma, genus non ſumitur radicaliter à materia prima, ita vt tota radix ſit materia prima, quæ concluſio, etiamſi ſit contra dominum Caiet. vera eſt mihi, & eſt expreſſa D. Th. 1. p. q 77. artic. 3. ad 4. in illis verbis. Quia igitur aĩa intellectiua virtute continet id, quod ſenſitiua habet, & adhuc amplius, poteſt ſeorſum ratio conſiderare, quod pertinet ad virtutem ſenſitiuæ, quaſi quoddam imperfectum, & materiale, & quia hoc inuenitur commune homini: & aliis animalibus, ex hoc ratio nem generis format. Id verò, in quo animam intellectiuam ſeu ſenſitiuam excedit, accipitur quaſi formale, & completiuum, & ex eo format rationem differentię, vnde radicem generis accipit animam, & eandem ponit radicem differentiæ, ergo & 5. Meta. tex. 10. Et illam mihi tenere videtur etiam D. Thom. de ſpiritualibus crea. ar. 1. ad 24. & de natura generis. c. 4. Vbi ſic dicit: In rebus compoſitis ex materia & forma genus ſumitur à materia, & differentia à forma, ita tamẽ, vt per materiã non intelligatur materia prima, ſed ſecundũ quòd per formam recipit quoddã eſſe imperfectum, & materiale reſpectu eſſe ſpecifici: ſicuti eſſe animalis eſt imperfectũ, & materiale reſpectu hominis eſſe, tamẽ illud eſſe duplex non eſt ſecundũ aliã, & aliam formã: Sed ſecundũ vnã formã, quæ homini dat, non ſolũ hoc quòd eſt eſſe animal, ſed & hoc q̃ eſt eſſe hominẽ: ergo. Si dicas D. Tho. hic loqui de genere ſecundum id, quod denominatur formaliter genus, & hoc verum eſt non ſumi à materia prima, non vero loqui de radice, vnde ſumitur genus: Contra. Nã ſemper, quando loquitur D. Tho. de genere, & differentia, vnde ſumantur, vt loco adducto, & de Potentia q. 3 ar. 1 in corpore, & c. 6. de ente & eſſentia: ſemper per materiam, cum dicit, genus ſumi ab illa, intelligit gradum illũ potentialem animalis ſc. corporis, & nõ materiã primã, & ſẽper quòd explicat, vnde proueniat huiuſmodi potentialis gradus, dicit eſſe à forma dante eſſe imperfectũ, & nõ à materia prima, vt patet in hoc loco adducto, ergo radix illius potẽtialitatis eſt à forma dante eſſe imperfectum, & nõ à materia prima. Nam qui explicuit differentiã ſumendã eſſe à forma dante illum gradum vltimum, & à gradu vltimo, vbi & radicem differentiæ explicuit, & formalem gradum differentialẽ, diceret etiã, ſumi genus à materia prima, & à gradu potẽtiali, vt vtrãq; rationẽ explicaret, & radicalẽ, & formalẽ,

Locus D. Tho. contra Caiet.

Alius locus D. Thomæ.

Explicatur loca D. Th. pro Caiet.

Refellitur præfata explicatio.

nec vnquam inuenies in D. Thom. genus ſumi à materia radicaliter Hanc concluſionem mihi perſuadent etiam 4 & 6 argumentum ſuprà facta Verum eſt tamen quod ad rationem genericam in rebus materialibus neceſſaria ſit materia prima, vt recipiens gradum illum imperfectum, & vt reſultet ratio animalis, vel corporis, quæ ex neceſſitate dicunt materiam & formam, vt partes ſui. Sed hoc non eſt eſſe radicem generis: nam etiam poſſet dici radix differentiæ materia prima, quia aia non poteſt facere rationale, niſi in materia dando ſuos gradus in illa. *Obſeruat.*

2. Concluſ. Secunda concl. Genus, præſuppoſita materia tanquam ſubiecto, ſumitur radicaliter à forma dante eſſe imperfectum, & determinabile, & potentiale, v.g. ſi in homine conſideres illud, quod genus determinat, nimirũ, animal, corpus, viuens, hoc inquam habet pro radice animam rationalem: nam anima rationalis, vna cũ ſit, eminenter continet reliquarum formarum perfectiones, & ita tribuit eſſe corpus, eſſe viuens, eſſe animal. Cum ergo hæc forma tribuit aliquem gradum eſſentiæ determinabilẽ per alium gradũ perfectiorem, tribuit eſſe genus formaliter pro ſubſtrato, & hic gradus oritur ab ipſa tanquam à radice in genere tamen cauſæ formalis. Hæc concluſio D. Th. eſt in loco citato pro prima concluſione, in illis verbis Illud tamen eſſe duplex non eſt ſecundum aliam & aliam formam, ſed ſecundum vnam formam, quæ homini dat, non ſolum hoc quod eſt eſſe animal, ſed hoc quoq; quod eſt eſſe hominẽ. Per hominẽ autem intelligit D. Thom. gradũ rationalis, & idem eſt dicendum in omnibus formis ſuo modo: ergo & gradus genericus, & ſpecificus à forma eſt: ergo radicaliter ab illa prouenit genus. Et probatur concluſio. Nam ab illo genus ſumitur radicaliter, à quo prouenit gradus determinabilis vlteriori perfectione, ſed à forma dante eſſe imperfectũ eſt huiuſmodi gradus: ergo ab illa genus prouenit radicaliter, & iſte gradus non prouenit à materia prima, licèt ſit ſubiectum recipiens illum gradum, ſubiectum, inquam, potentiale, & non inhæſionis. Et ſi dicas: ergo ſufficit hoc eſſe ſubiectũ ſuſcipiens tales gradus, vt dicatur ab illo ſumi genus radicaliter Negãdum eſt hoc: nam eadẽ ratione ſufficeret eſſe ſubiectũ, vt dicatur eſſe id, à quo ſumitur differentia, quia recipit etiã materia, eſſe equũ, hoc eſt, vltimum gradum, quem forma equi tribuit. Dices, tribuere illum gradũ vltimum, vt ſubiectum non actuabile vlterius per alium gradum: cum vero materia prima ſuſcipit eſſe animal, ſeu gradum animalis recipit illum, vt vlterius actuabilẽ per vlteriorem gradum, & ita ab illa, vt habet illũ gradũ potentialẽ, ſeu ab illa ſuſcipiente gradũ illum ſumitur radicaliter genus. Sed contra; quia ipſa non dat huiuſmodi gradus vllo pacto, licet ſuſcipiat genus: ergo debent ſumi radicaliter à dante & non à ſuſcipiente illos gradus, & à dante nõ in genere cauſæ efficientis, ſed formalis, quia illi gradus ſunt gradus eſſentiales, & formales tali rei habenti genus, & differentiam.

Locus D. Tho. obſeruandus. *Obiectio.* *Solutio.* *Fuga.* *Impugnat.*

Difficultas Sed contra illas duas concluſiones ſic argumẽtor. Primò, impoſſibile eſt, quod ab vno & eodẽ actu ſumatur genus, etiã radicaliter, & differentia: ergo non ſumitur à forma ſubſtantiali (quæ ſimpliciſſima eſt in omnibus) genus & differẽtia. Probatur antecedẽs, quia genus eſt quid potentiale, differentia quid actuale, ſed actus vt ſic nõ poteſt tribuere, niſi actũ, & non potentiam: ergo. Reſpondetur, quod eadem forma, quatenus ad præſens attinet, debet conſiderari vt duplex principium eminenter, ſeu vt vnum principium habens duplicem rationem: verbi gratia, anima rationalis præhabet in ſe virtutem, vt tribuat eſſe animal, & eſſe rationale, ab hoc ergo vno ſimpliciſſimo actu, quatenus tribuit eſſe animalis, ſumitur ratio generis radicaliter, quatenus verò conſideratur vt quid tribuens eſſe rationale, ſumitur differentia radicaliter, & ab eadem quatenus tribuit eſſe viuentis, ratio generis, quatenus ratio ſenſibilis differentiæ ratio, & ab eadem, quatenus tribuit eſſe ſubſtantiæ completæ, generis ratio, quatenus verò corporeæ ſumitur ratio differentiæ. Et ratio huius eſt, quia eſſe genus pro ſubſtrato nihil aliud eſt, quam habere imperfectum gradum eſſendi, omnis autem gradus tam perfectus, quàm imperfectus eſt à forma. *Solutio.*

Secun-

Digitized by Google

Obiectio ex D.Thom. Secundum argumentum. Nam D.Th. opuſculo 42. de natura generis c. 5. dicit in hæc verba; Potentialitas enim totius compoſiti in rebus materialibus eſt materia, & ideo ab illa ſumitur genus, perfectio verò totius eſt à forma, ideo à forma ſumitur differentia: per formā, enim ipſum contingit eſſe actu, ideo aliud & aliud in eſſentia eſt, vnde ſumitur ratio generis & ratio differentiæ in compoſitis, hoc autem dici non poteſt de genere, pro illo quod eſt genus ſubalternum: ergo loquitur de radice ſubſtrati generis, quæ eſt materia prima: nam rationale & animal non ſunt aliud & aliud. *1. Solutio. ex eodem D.Thom.* Ad hoc argumentum idem D.Tho. ibidē reſpondet, ſe explicando. Vnde ſubdit, ſed quia materia eſt materia totius, & non ſolum formæ, & forma eſt forma totius, & non ſolum materię, ideo nomen deſignans totum ſumptum à materia totius, eſt genus, & nomen deſignans totum ſumptū à forma totius, eſt differentia, materia autem totius vocatur animal verbi gratia, vel viuens, vel corpus, & formam totius vocat rationale ſenſibile. Nam in hac materia à D Tho. forma & materia vſurpātur pro potentiali quodam habenti actū imperfectum, & forma pro actuali quodam dicēti vltimam perfectionem. Cum verò dicit, quod eſt aliud & aliud ſecundum eſſentiam, vnde ſumitur genus, & vnde ſumitur differentia, accipit, vt contra ſe diſtincta materiam primam cum gradu viuentis, & animam ex alia parte verbi gratia, & hæc diſtinguuntur eſſentialiter & realiter, vt conſtat capit. 3. de ente: Nam animal verbi gratia, ab anima rationali realiter diſtinguitur. *2. Solutio.* Vel ſecundo reſpondetur, quod cum D Thomas dicit, genus ſumi à materia, accipit materiam vt ſubiectum recipiens perfectionem determinabilem vlteriori perfectione, & vt includit formam dantem illam perfectionem, materia enim cum anima dante eſſe animalis, eſt radix generis.

3. Concluſ. Tertia concl. Differentia radicaliter ſumitur à forma, itaq; radix, vnde prouenit in ſubſtantiis compoſitis differentia, eſt ipſa forma, quatenus dat gradum complentem, & determinantem gradum potentialem & imperfectum. Hæc concluſio prob. ex dictis. Et præterea: nam forma eſt radix totius actualitatis eſſentialis: quæ eſt in compoſito: ergo ab ipſa debet dimanare, quidquid eſt actus in ſubſtātia compoſita, & quidquid tribuit vltimam actualitatem differentiæ: nam non eſt, à quo alio deuenire formaliter imaginari poſſit. Et hac ratione 2. phyſic. vocat formas ſpecies, quia tribuunt ſpeciem rebus, & vltimum differentialem gradum Et in verbis allatis de natura generis, tangit D.Thom. hanc rationē. *Ratio ex D.Thom.* Ex eo enim, quod anima iungitur materiæ primæ, manet corpus, & viuens, & ſenſibile, & ita definitur libro ſecundo, de anima, quod ſit actus corporis phyſici, organici, &c. Et confirm. hæc ratio: nam actualitas differentiæ non prouenit à materia prima, quæ eſt pura potentia: ergo prouenit à forma, quia nullæ aliæ partes ſunt in compoſito ex materia & forma.

4. Concluſ. Quomodo genus ſumatur à tota ſubſtantia, non à parte. Quarta concl. Genus formaliter, hoc eſt illud, quod nomine generico primæ intentionis ſignificatur, vt animal, corpus, viuens, ſumitur à tota eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, quatenus habet rationem perfectibilis vlteriori perfectione ſpecifica, differentia verò à tota eſſentia, & quidditate, quatenus habet rationem perficientis, & determinantis genericum gradum, quæ vt potentia ſignificabatur. Hæc concl. ferè communis eſt. Illā tenet Ariſt. 8. Metaph. text. 9. vbi ſic dicit: Quare ſubſtantiæ eſt quidem cuius contingit definitionem & rationem eſſe (vt puta) compoſitæ, ſiue ſenſibilis, ſiue intellectualis ſit, ex quibus autem hoc primum non eſt, ſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio definitiua, & oportet hoc quidem materiam, illud formam eſſe. *Quomodo intelligendus Ariſt. cum ait, genus ſumi à materia, differentiā à forma.* Vbi ſua phraſi obſcura dicit genus ſumi à materia, differentiam à forma, ita ibidem explicante D. Thom. Per materiam autem, vt dicit Angelicus Doctor locis ſup. adductis, intelligitur id, quod habet eſſe potentiale determinabile, & per formam id, quod habet eſſe actuale determinans. Vide D.Thom. art. 1. de ſpirit. crea. ad 24. Et prob. concluſ. ratione. Nam natura, vt determinabilis, per vlteriorem gradum ſpecificum cum habeat rationem totius potentialis eſſen-

Digitized by Google

tialis prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, ergo eſt genus. A definitione ad definitum tenet conſequentia, & antecedens eſt euidens. Et natura, vt perficiens gradu ſpecifico, & formaliter, quia eſt qualitas eſſentialis, prædicatur de pluribus in quale: ergo eſt differētia. Etiā patet cōſquētia a defioitione. Et confir. hæc rō. Nā intētio generis v. g. nō denominat hoiem nec rōnale, ſed aial, aial ergo ē genus, & illud ē eſsētia rei ſignificata per modū perfectibilis: ergo. Et idē argm̄ fiat de dr̄ia, quia ſenſibile, & rōnale denominātur intentione differentiæ, & non animal, nec homo: ergo æſſentia, prout habet rationem perficientis ſpeciffcæ, differentia dicitur.

5. Concluſ.

Quomodo in Angelis non detur ſubalternū ſed unum tātū genus & una tātum differentia, & à quo ſumantur.

Quinta cōcluſio. In ſubſtantiis angelicis & ſeparatis genus non ſumitur à materia, & forma propriè dictis, & in ipſis non eſt genus ſubalternū, ſed ſolum hn̄t genus vnū, & vnā dr̄iam. Prima pars concluſionis ſatis patet, qa ſubſtantiæ angelicæ ſunt formæ ſubſiſtentes nō compoſitæ ex materia & forma, nā forma nō vnitur materiæ, niſi quia eſt imperfecta, vt acquirat ſciam à reb. quia in genere intelligibiliū eſt pura potentia, ſicut cōtingit aiæ humanæ, ſed ſubſtantiæ angelicę ſunt quid perfectum in genere intelligibiliū: ergo non cōponūtur ex materia & forma. Min. prob. quia ex quo datur forma imperfecta in genere intelligibili dari poterit perfecta in illo gn̄e, & ſic non indigebit materia. hęc āt perfecta forma angelus eſt, ergo &c. De hoc 1. p. q. 51. ar. 2. & in 2. d. 8 ar. 1. & 2. cōt. Gent. c. 48. & 89. & 90. & de potē. q. 6. ar. 6. & de malo, q. 16. a. 1. & de ſpir. crea. ar. 5. & opuſ. 21. ar. 3. c. 2. & opuſ. 15. c. 18. & de natu. generis, opuſ. 42 c. 5. Vbi etiam probat ſecundam concluſionis partē, ſic dicēs. Illæ ergo ſubſtantię ſimplices nullū genus ſubalternum hn̄t, & ideo vnica dr̄ia ſufficit earū perfectioni: quia nō colligitur earū perfectio ex multis & diuerſis diuiſionibus generū, & coniunctionib. dr̄iarū, & tanto perfectior eſt earū natura, quanto plura vnitè, & in vno ſimplici hēt. Hæc ille. Quia ergo ſubſtantiæ angelicæ ſimpliciſſimę ſunt perfectiſſimę, cum multa ſimplicitate ſuam poſſident eſſentiam: & ideo in illis non poſſumus reperire, niſi vnam rationem cōem genericam prædicamentalem, in qua omnes conueniunt, & vna in qualibet differentia, qua inter ſe diſtinguuntur, quę tanto eſt perfectior quanto ſubſtātia ſeparata eſt perfectior. Nam multitudo generum & differentiarum quæ in homine reperiuntur, & in ceteris ſpeciebus, eorum atteſtatur compoſitioni, & imperfectioni. Vnde autem ſumatur genus hoc, & differentiæ iſtæ in Angelis videndum eſt, quod D. Thomas cenſet difficile. Et ſit

6. Concluſ.

Sexta concluſio: In ſubſtātiis ſeparatis genus ſumitur à tota eſſentia ſecundum id, in quo ceteris aſſimilatur, & ſecūdum id, in quo cum ceteris conuenit; differentia verò à tota eſſentia ſcd̄m id, quod ſibi propriū eſt: Verbi grat. in Gabriele poſſumus conſiderare, eſſentiam ſuā ſm quod habet cum ceteris Angelis conuenientiā, vt ſi conſideremus rōnē ſpiritus, quæ eſt omnibus Angelis cōis, & ab hac rōne generis ratio ſumitur. Poſſumus ēt conſiderare id, quod eſt propriū Gabrieli, & conſiderando totā eſſentiam ſecundum illud ſibi propriū, ſumitur rō dr̄iæ: illud aūt nobis eſt ignotum, & vocetur ſpiritus. Radicem aūt vnde poſſumus elicere hoc prædicatum ſpecificum, duplicem aſſignant Doctores. D. Th. dicit eſſe receſſum à potētialitate, & acceſſum ad actum purū, quanto. n. vna ſubſtātia Angelica magis ad actum purum (qui eſt Deus) magis eſt actu, & magis eſt ſpiritualis. Et ita hæc maior ſpiritualitas eſt differentia Angelica, per quam magis à potentialitate recedit, quia minus eſt in potētia, & magis eſt in actu: quia habet maiorem ſimilitudinem cum actu puro. Et hęc maior ſpiritualitas eſt determinatio illius gradus cōis, tribuendo illi eſſe perfectius ſpecificum, & ita eſt differentia: & illud cōe eſt potētiale reſpectu huius proprii, & dicit totam eſſentiam Angeli, & ita eſt genus. Et ſi inquiras, quomodo illud commune colligitur eſſe genus? Reſpondet D. Th. opuſ. 42. c. 5. in hæc verba: quod colligimus genus eſſe, quia eſt aliquid in ipſis potentiale, & in potētia ad ſuum eſſe, & quia genus debet eſſe potētiale, illud cōmune eſſe genus colligim⁹, & conſtituitur in ſpecie per maiorem acceſſum ad Deum, qui maior acceſſus eſt

Doctrina egregia.

Difficultas 1. Solutio ex D. Th.

Occurritur inſtantia.

maior

maior actualitas illius potentialis metaphyſici determinatiua. Nam quid potentiale eſt in Angelis eſſe ſpiritum, qui de ſe nõ habet eſſe. Poteſt etiam ex verbis D. Thomæ ſumi alia radix ferè rediens in primam, colligendi genus, & differentiã in Angelis. Nam quãto illud magis recedit à Deo in Angelica eſſentia habet rationem generis: quanto vero propius accedit ad purum actum rationem differentiæ. Quia illud quanto magis recedit in ſua eſſentia, eſt magis potentiale, & ſic magis determinabile, vnde eſt genus, Quia generis proprium eſt determinari per differentias: Illud vero quanto propius accedit ad Deũ, hẽt rõnem actus: quia eſt magis purum, & ita determinat illud potentiale, quãobrem eſt differentia. Et ſi dicas, hæc maior vel minor perfectio non poteſt cauſare dr̃iam ſpecificã: ergo ex maiori acceſſu, vel minori non poteſt ſumi differentiæ ratio: probatur anteced. quia differentia penes magis, & minus non eſt ſpecifica, vt patet in albedine magis vel minus inteñſa. Reſpondet D.Th. de ente vbi ſup. qđ gradus pfectionis in recipiendo eãdẽ dr̃iam, nõ cauſat dr̃iam ſpecificam, vt patet in magis vel minus albo. Verum diuerſitas gradus perfectionis in ipſis naturis participatis, cauſat diuerſitatem ſpecificam, vt patet, q̃a homo perfectius participat vnã ſenſibilẽ, quam equus, & ita eſt alterius ſpeciei, quia ſpecies ſunt ſicuti numeri. Et ſicuti addita vnitate numero, mutatur ſpecies, ita addita uno pſectione generi, eſt alia ſpecies diſtincta ab alia, quæ nõ habebat illam perfectionẽ. Quia ergo homo hẽt vitã rationalẽ (q gradus rationalitatis, & perfectionis non eſt in equo) homo eſt perfectior, & alterius ſpeciei. Et ſi duæ animæ ſunt inæquales in perfectione, illud eſt indiuidualiter: illæ ergo formæ, q̃ ſecundum ſe magis participant de gradu perfectionis alicuius formæ, differunt ſpecie. Caietanus prædicto ca. de ente; & eſſentia, venatur rationẽ generis, & differentiæ in his ſubſtantiis, penes maiorem aut minorem acceſſum ad exiſtentiã. Vide ibidem. Nã eadem eſt ferè ratio de maiori acceſſu ad exiſtentiã, & ad actum purum quia qđ magis accedit ad actum purũ, vt pprius ipſius effectus, eſt exiſtentia, quæ eſt actualitas etiam ipſarum formarum, & differentiarum: eſt ergo genus in ſubſtantiis immaterialibus, quod naturam vt determinabilem importat, & differentia, quod naturam vt determinãtem dicit. Et radix huius, vnde id colligimus eſt accedere magis vel minus ad actum purum, & recedere à potentialitate modo iam dicto. Et Caietanus etiãm ponit radicem eſſe exiſtentiæ, vt magis Deo ſimile. Et huic doctrinæ quadrat illud Auguſtini: Duo feciſti Domine, vnum prope te, hoc eſt, Angelicam ſubſtantiam, & aliud prope nihil, quod eſt materia prima. Vnde tribuit nobilitatẽ eſſentialem Angelis per receſſum à potẽtialitate, & acceſſum ad ſe ipſum. Vide Diuum Thomam 2. Senten. diſtinctione 3 quæſt. 1. ar. 5. Vbi inuenies etiam modum dicendi Caietani, quod à potentialitate quidditatis ad eſſe ſumitur genus, differentia penes acceſſum ad ipſum eſſe, & etiam quod ſumatur per acceſſum ad Deum, vt dictum eſt. Cum verò dicit, quod ſumitur à materia ratio generis, explicandus eſt D.Thom. non quod materia prima ſit radix generici gradus, ſed quod eſt quid imperfectiſſimum, & potentiale, & illud quod ratione generis induit, debet imitari ipſam in potentialitate. Nam ſicuti ipſa perficitur per formam, ita gradus genericus debet perfici per differentiæ gradum; licet non ſit omnimoda ſimilitudo, & hac ratione dicit ſumi genus à materia. Alias ẽt explicationes ſup. dedimus. Colligamus ergo rationẽ pro concluſ. Nã illud quo magis accedit ad actũ purũ Angelus in eſſentia eius eſt magis actuale: ſed quod eſt magis actuale in eſſentia, eſt differentia: illud ergo quo magis accedit ad Deũ, eſt dr̃ia: & illud ipſum quo magis in eſſentia recedit à Deo eſt magis potentiale: & illud eſt genus, & eſt omnibus Angelis cõmune, q eſt eſſe ſpiritũ: quia in ipſis Angelis non ſunt, niſi duo prædicata eſſentiæ, vnum ſcilicet genericũ, & vnũ ſpecificum, & illud magis potentiale denominatur intentione generis, hoc vero magis actuale, intẽtione differẽtię. Quid autem ſit genus vel differentia eſt difficillimum, loquendo in particulari. Et ita dicit

2. Solut. ex D.Thoma.

Obiectio.

Solutio ex D.Tho.

Quãdo duæ animæ ſint inæquales in perfectione.

Penes quid ſumatur in Angelis ratio generis, & differentiæ.

Speculatio Caieta. ex D.Thoma.

Explicatur dictum Diui Thomæ.

Ex dictis probatur Concluſio principalis.

Dubiũ difficile.

dicit D.Tho.c.6.de ente,nec iterum neceſſum eſt,vt diuiſio intellectualium ſubſtantiarum ſit ſemper per differentias veras:quia hoc eſt impoſſibile in omnibus rebus accipere.

7 Concluſ. Quõ tota eſſentia accidentis ſundet genus & differentiam.

Septima concluſio. De accidentibus genus formaliter,ſeu,id quod habet rõnem generis,ſumitur ab eo, quod ſe habet vt materiale,ſeu à tota eſſentia accidentis, vt habet rationem potentialis:differẽtia verò à tota eſſentia, ſecundum quod habet rationem formalis,& determinatiui. Hæc cõcluſio probatur rationibus ſupra factis:& quia genus etiam in accidentibus dẽt eſſe quod affirmatur in quid de ſpeciebus:ergo debet dicere rationẽ materialem,ſeu eſſentiam, vt determinabilem per differentias. Differentia verò eſt quæ prædicatur in quale eſſentialiter & ita debet ſumi à tota eſſentia,vt habet rationem perficientis eſſentialiter. Nec in accidentibus eſt materia & forma propriè,& ita ab illis non ſumitur genus & differentia.

8. Concluſ. *Quę ſit prima radix genereitatis in accidentibus.*

Octaua concluſ. Radix vnde prouenit genus in accidentibus (ſi loquamur de primo genere)eſt ille modus,quo ens diuerſimodè de decem generibus prædicatur:itaque per illum modum,quo ens determinetur ad quantitatem,quantitas ipſa remanet genus,& in hac prædicamentali coordinatione, & illam dicit Diuus Thomas eſſe menſurabilitatem ſubſtantiæ:& loquitur de quantitate logico modo. Ex eo enim quod ens per illum modum determinatur, manet potens vlteriori perfectione ſpecifica determinari, nam ille modus conſtituit ens in ratione quantitatis, & conſequenter facit vt illa quantitas per tãlem menſurandi ſeu menſurabilitatis modũ determinari poſſit, genera vero quantitatis intermedia per aliquid ſimile cõſtituuntur, etiam radicaliter in generis ratione Idem eſt dicendum de ceteris prædicamentis & de primis eorum generibus:nam ratio entis determinatur in qualitate ad eſſe tale per hoc, quod eſt eſſe ſubſtantiæ diſpoſitionem,& in relatione per hoc quod eſt eſſe relatiuũ,& ad genus actionis per actiuum,&c. *Difficultas* Si vero inquiras,radix differentiæ vnde ſumitur in accidentibus in abſtracto conſideratis? *Reſponſio ex D.Tho.* dico cum D. Thoma quod ſumatur ex cauſis ipſorum. Et ita in definitionibus propriarum paſſionũ ponitur ſubiectum loco differentiæ,quia eſt cauſa,vnde accidentia cauſantur,non qđ ſubiectum ſit differentia,ſed quia eſt radix,vnde ſumitur. Et per ordinem ad ſubiectum ſumitur in ipſis differentia. Nam differentia accidentium nnn poteſt ſolui à ſubiecto,quia eſt ſua radix,& ita definitur, quod ſimitas ſit naſi curuitas, vnde naſus eſt radix differentiæ,& ordo ad illum eſt differentia. Non enim quælibet curuitas eſt ſimitas,ſed illa quæ eſt in naſo. *Obiectio.* Si vero in concreto definirentur licet non eſſet propria quidditatiua definitio generis,quia habet vicem materiæ,& potentialis poneretur loco generis,quia definiuntur ad modum ſubſtantiæ,in quibus quod materiale eſt habet rationem generis, id eſt, ſubiectum eſſet radix vnde ſumeretur eorum genus, & per ordinẽ ad illud deberet ſumi: quia ſubſtantia non poteſt eſſe proprium genus accidentis. *Solutio.* Et ſi fiat argumentum: Nam differentia accidentis ſumitur radicaliter à ſubiecto:ergo genus non poteſt ſumi ab illo. Reſpondetur,quod ſi definiatur eodẽ modo,verum eſt. Si vero definitur non ſecũdum ſuam naturam,non eſt mirum quod ſumatur etiã à ſubiecto generis rõ: quia diuerſimodè definitur, & per modum ſubſtantiæ,vnde de materiali debet prædicari, & ita in ordine ad illud genus ſumi noſtro modo intelligendi,ſaltem licet in re non habeat niſi vnam radicem.

9 Concluſ. Vnde ſumãtur genus, & differentia in entibus rõnis.

Nona cõcluſio. In entibus rationis definibilibus,genus & differentia debent ſumi ad modum, quo ſumitur in accidentibus,quia ſunt formæ quædam accidentales rõnis, & imitanẽ maximè accidentia realia pcipuè relationes,& priuationes.

Vlt. concl. Quę neceſſariò requirantur ad rationẽ generis per ſe atq. per accidens.

Vltima concl. Loquẽdo de genere per ſe,non prout eſt in hac,vel illa natura,& ſimiliter de differẽtia ſufficit & requiritur quod differentia explicet certum & determinatum gradum entis,non extraneæ naturæ à natura generis cuius eſt diuiſiua formaliter,genus vero explicet certã naturã determinabilem formaliter. Qđ verò radicaliter ſumatur à forma,vel ab aliquo potentia,& hoc eſt illi accidentale,& idem de Angelis & accidentibus dicendum eſt. Probatur concluſio: Nam in

Ange-

Angelis verè eſt genus, & tũ nõ eſt materia, neq; forma, & in hoïe eſt genus & differentia, & tamen non ſumitur ab illa radicali rõne, à qua in Angelis ſumitur: & ſimiliter in ſubſtantiis eſt genus & differentia, & nõ ſumitur radicaliter, vnde in accidentibus non ſumitur ab illa radicali ratione, à qua in ſubſtantiis: ergo loquendo per ſe de genere, & differentia, nihil horum includit, ſed illud ſolũ, quod concluſio tenet. Cætera enim accidunt ad generis rationem in communi, ſicut ſolemus de ſpecie dicere, quod ad ſuam rationem ſat fuerit eſſe principium intelligendi formale, reducens intellectum de potentia ad actum, quod verò ſit ſubſtantia, vel accidens, eſt illi accidentale.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum argũ rñdetur ex dictis: ſumitur. n genus in illis ab aliquo, quod ſe habet vt materia, & ab aliquo quod ſe habet vt forma, cuiuſmodi ſunt gradus determinabiles, & determinantes. Qđ vero ſumatur à materia vel forma radicaliter, eſt proprium ſubſtantiarum compoſitarum ex materia & forma.

Ad Confir. Ad confirmationem dicemus, cum de accidenti quinto prædicabili fiat ſermo.

Ad 2. Ad ſecundum dicemus qõne ſequenti, cũ diſputabimus, an cõpoſitio metaphyſica ſit realis, vel rõnis. *Ad Confir.* Ad confir. reſpondetur, quod generi accidit ſumi à materia, vel forma, etiamſi per materiã ſumamus materiam primam cũ gradu aliquo, vel vitæ, vel aïalis. Verũ ſumi à materiali, vel formali, non accidit generi, nec differẽtiæ. Animalitas verò, & rõnalitas nõ ſũt genus, quia abſtractè ſignificãtur; cõponant tamen humanitatem ad modũ generis, & differentiæ, & ita ſumũtur à materia & forma, modo iã ſupra expoſito.

Ad 3. Ad tertium iam diximus, genus ſumi à potentiali. Vbi ergo fuerit diuerſum potentiale vt ſic, erit diuerſum actuale, & ita erit & genus diuerſum, & differentia diuerſa. Et ſi loquaris de materia prima, vt patet 10 Metaph. corruptibile, & incorruptibile genere phyſico differũt, qa in illis eſt materiæ diuerſitas, cum vnius materia dicat ordinem ad formam ſatiantẽ eius appetitum, & nõ alterius, quia gẽnus phyſicũ ex materia diuerſa ſumitur, non verò eſt diuerſum genus logicum, quia corpus nõ dicit niſi ſubſtãtiã capacẽ trinæ dimenſionis, in quo corpora cæleſtia & inferiora conueniunt vniuocè, licet penes eſſe differant: quia vnum habet eſſe corruptibile, aliud incorruptum.

Ad quartum rñdetur, probare genus, non ſumi à materia prima, p̃cisè ſumpta, ſed à materia i. à potentiali, & determinabili. *Ad 4.* *1. Solutio.* Vel ſi fiat ſermo de genere radicaliter, ſumitur radicaliter à materia prima, quatenus habet actum determinabilẽ vlteriori perfectione. Et ſic prima radix in genere cauſæ formalis eſt forma, licet etiam in genere cauſæ materialis prima radix ſit materia prima. *2. Solutio.* Quia animal cũ dicat materiam & formam, & gradũ determinabilẽ vlteriori perfectione cõpoſitũ ex materia & forma, habet ille gradus aïalis ſuam radicẽ in gñe cauſæ formalis, & eſt forma, & ĩ genere cauſæ materialis, & eſt materia. Et forſan ad hunc ſenſum loquitur D. Th. cum dicere videtur locis adductis, genus ſumi à materia, quod explicat Caie. radicaliter. Et ſi hoc vult ſentire Caiet. quod in genere cauſæ materialis radicetur genus in materia prima, nobiſcum ſentit. *Trahitur. Caie. ad bonum ſensũ.* Si autem velit dicere illius, quod eſt genus, nullam aliam radicem eſſe, niſi materiam primam in ſubſtantiis compoſitis, ab illo diſſentimus, rõnibus ſupra factis. Et ita ſunt accipienda, quæ ſupra determinata ſunt à nobis.

Ad 5. Ad quintum argum. reſpõdetur, quod in accidẽtibus ſumitur formaliter genus à gradu potẽtiali, & determinabili, & differentia à gradu determinante. Radicaliter vero ſumitur, ſi definitur in abſtracto differentia à principiis cauſatiuis, & formaliter in ordine ad illa, & illa principia quodammodo ſunt forma, licet extrinſeca. Si verò definiatur in concreto, genus ſumitur radicaliter à ſubiecto, formaliter verò per ordinem ad ipſum, & tunc per ſubiectum explicamus veram radicẽ genericam, quæcunque ſit illa.

Ad 6. Sextum argumẽtum eſt pro noſtra prima concluſione.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondetur, quod quia genus dupliciter ſumitur, & radicaliter & formaliter, optimè dicimus, dum loquimur de generis radice, quod ab illa ſumitur, quia res in radice tali modo exiſtit, vt in principio radicali a quo res

prin-

principiata rectè dicitur ſumi, dum formaliter conſideratur. Nam ipſa vt formaliter talis in ſuo principio radicali exiſtit, à quo rectè dicitur ſumi. Et etiam ſi loquamur de genere pro illo, quod dicitur genus etiam rectè dicitur ſumi à materia, i. à tota eſſentia, vt hēt materialis, & potẽtialis rõnẽ in ordine ad differẽtiā determinantẽ illud potẽtiale. Et eſt ſenſus quod genus ſumitur à potentiali, i. ipſum potentiale genus eſt. Nam ſumi in noſtra conſideratione nihil aliud eſt quā accipi pro gñe, quod re vera genus eſt.

Ad 8. Ad octauū reſp. quod oīs differentia, quæ prouenit ex forma, ſpecifica eſt. Ita D.Th.2.contra Gent.c.93.cõcl.4.vbi dicit, quod differẽtia, q̃ ex forma prouenit inducit diuerſitatem ſpeciei: q̃ verò inducit differentiam numericā, non prouenit ex forma Sed hæc doctrina D.Th. dẽt intelligi, quod oīs differentia, q̃ prouenit à forma ea ratione qua forma eſt, ſpecifica eſt & formalis, prouenire aũt à forma, vt ſic, eſt prouenire ab illa, qua ratione tribuit eſſe formale: quia ſua rõ eſt, qđ ſit forma, aīa autem Petri & Pauli, nõ differunt, eo quod formæ ſunt, ſed quia dicũt ordinem ad talem materiam. Vnde diuerſitas in illis prouenit ex materia diuerſa, & ita eſt differentia numerica, & non differunt penes formam: quia diuerſum eſſe formale tribuunt.

Explicatur locus D.Tho.

Ad Confir. Ad confirmationē reſp. ex dictis, quod genus ſumitur radicaliter à gradu diuerſo ab illo, à quo ſumitur differentia, licet ab eadem forma, ſecundum aliam & aliam rationem. Et ille gradus includit etiam materiā, vt partem ſui, à qua dicendum eſt prouenire genus in genere cauſæ materialis radicaliter, quod nos etiam concedimus. Et ita eſt intelligendus D.Tho. vbi videtur dicere, quòd genus ſumitur à materia prima in genere cauſæ materialis. Quia cum genus dicat gradum formalem, & materiā primam, radix illius in genere cauſæ materialis eſt materia prima. Et hoc magis explicabitur, reſpondendo ad rationem illam Domini Cai. qui videtur cõtra nos tenere, quatenus dicit à nuda materia prima radicaliter ſumi generis rationē. Nā licet genus dicat aliquid potentiale & perfectibile vlteriori perfectione, & radix illius potentialitatis ſit materia aliquo modo non ſequitur, quod ab illa præciſè ſumatur radicaliter genus. Nam animal v.g. non ſolum dicit aliquid potentiale, vtcunque, ſed gradum cum actualitate aliqua & potentialitate permixta. Nam dicit gradum vitæ ſenſibilis determinabilem vlteriori perfectione, gradus ille non habet pro radice materiam primam ſolam, ſed materiam primam in genere cauſæ materialis & formam in genere cauſæ formalis. Et licet radix potẽtialitatis proueniat à materia prima in genere cauſæ formalis, ſed etiam ille gradus, qui eſt in potentia, prouenit à forma in genere cauſæ formalis. Et ita radix generis potiori modo eſt tribuenda formę quia ab illa dimanat, quod pręcipuum eſt in genere: licet etiam proueniat à materia in genere cauſæ materialis, & minus principaliter. Et non mihi eſt adeò compertum, quod illa potentialitas generis ſit eiuſdem rationis cum potentialitate materiæ primæ, vt hæc potentialitas ſit prima cauſa, quia potentialitas generis videtur fundari in actu imperfecto. Et quando ita eſſet, ſatis eſt, vt materia prima ſit generis principium in genere cauſæ materialis.

Soluitur ratio Caiet.

Doctrina egregia.

QVÆSTIO XLVI.

Vtrùm compoſitio metaphyſica ſit realis, an per opus intellectus.

1. Argum. ET videtur, quod non detur compoſitio metaphyſica. Nā cõpoſitio hæc eſt illa v.g. q̃ ſit in hoīe ex aīali & rõnali, ſed hæc nullo mō eſt compoſitio: ergo. Prob. min. q̃a nec eſt à parte rei, nec per intellectũ: ergo &c. Quod nõ à parte rei ꝓbo: Quia ſi ſic: ergo à parte rei hēt eſſe ſecluſo opere itellectus: ſed hoc eſt falſũ: ergo &c. Maior patet: Minor ꝓbatur: Quia ſi à parte rei hēt eſſe: ergo à parte rei hēt partes, quia cõpoſitio ſine partib. itelligi nequit: ſed nõ põt à parte rei habere partes: ergo nec eſſe. Min. ꝓb. quia aīal & rõnale non ſunt diſtincta ſecluſa operatione itellectus: ergo nec ſũt partes in reipſa. Quod verò nõ ſit per opus intellectus ꝓbatur: quia aliàs eſſet aliquid

rationis

rationis formaliter;ſed hoc eſt falſum:er
go.&c.Prob.min.quia ſic vel eſſet priua
tio,negatio, vel relatio: ſed nullum horũ
eſt:ergo &c.Prob.mi.quia,Hominem eſ-
ſe compoſitũ ex animali,& rationali non
eſt aliquid ſupra dictotũ:imo vero videt
Confir. eſſe aliquid reale.Et confir. argu. Nam ſi
hæc compoſitio eſſet aliquid rõnis, vide-
retur eſſe relatio totius ad partes,& par-
tium ad totũ;ſed hoc nõ:ergo &c. Prob.
min. quia nullum inconueniens eſſet po-
nere in Deo hanc compoſitionem meta
phyſicam, quia in Deo ponere relationẽ
rationis,non inconuenit.

2. Argum. Secundò:Nam ſi datur compoſitio me
taphyſica ex genere & differentia,v.g ex
animali & rationali,maximè,quia ratio-
nale ſe habet vt forma reſpectu materię,
ſcilicet animalis, & animal ſe habet vt
materia reſpectu differentiæ, per quam
contrahitur, & determinatur ad eſſe hu-
ius ſpeciei, recipiendo gradum ſpecifi-
cum:non ſic ſe habet res: ergo &c. Prob.
min.nam idem non poteſt ſe ipſum deter
minare, etiam per opus intellectus: ſed
animal & rationale ſunt idem: ergo non
põt rationale determinare animal. Mai.
prob.nam inter actum determinãtem &
potentiam determinatam debet eſſe di-
ſtinctio. Si dicas,quòd diſtinguantur rõ
ne: & ſic determinantur;ergo ante opera
tionem intellectus diſtinguentis animal
ab homine non eſt determinatio anima-
lis per rationale:ſed hoc eſt falſum.Pro-
bat.mi.quia ſecluſo opere intellectus ani
mal eſt rationale: ergo habet gradum ra-
tionalitatis, & ſic iam eſt determinatum
animal per rationale.

3. Argum. Tertiò;In homine non eſt niſi materia
& forma:ſed materia & forma non faciũt
compoſitionem metaphyſicam:ſed phy-
ſicam:ergo non eſt ponenda talis compo
ſitio in hoĩe.Maior prob. nam nõ eſt alia
entitas,aut pars eſſentialis in homine.Mi
nor prob.nam illa compoſitio,quæ fit ex
illis,eſt phyſica, & non metaphyſica, cũ
ex duab.reb.reſultet tertia res,& neutra
pars de toto prædicetur.

4. Argum. Quartò:In omni compoſitione reſul-
tat totum compoſitum ex partibus com
ponẽtibus:ſed hoc fit in hac compoſitio-
ne,quam dicunt metaphyſicam: ergo nõ
eſt compoſitio.Min.probat. quia nec re
ſultat ex duabus rebus tertia res, nec ex
duob. intellectibus, ſeu conceptibus ter-
tius intellectus, ſeu conceptus, ergo &c.
Quod non primum, probatur:quia ita aſ
ſerit D Th.c.de ente & eſſen.Et ratio eſt
quia tunc nõ prædicaretur animal de ho
mine,ſicut nec prædicatur materia de to
to.Quod verò non ſit ſecundum,proba-
tur,quia ex conceptu formali animalis,
& ex conceptu formali rationalis non re
ſultat iſte conceptus,Homo,quia conce-
ptus,Homo,eſt ſimplex qualitas, non cõ
poſita ex plurib.qualitatib. Et etiã quia
ſignificatio huius cõceptus,Homo,eſt na
turalis ſequens naturam cõceptus; ergo
non reſultat ex aliis.Dices quod ex con- Solutio.
ceptu obiectiuo,animal, & ex conceptu
obiectiuo,rationale, reſultat conceptus
obiectiuus,homo.Contra,nam illi cõce Impugnat.
ptus obiectiui, vel ſunt vna, & eadẽ res,
& ſic eſt impoſſibile, quod faciant com-
poſitionem,cum eiuſdem ad ſe ipſum nõ
ſit cõpoſitio.Vel ſunt tres res, & ſic erit
compoſitio,tãquam ex duabus rebus ter
tia res,quod eſt contra D.Th.Vbi ſup.&
contra veritatem,alioquin non prædica
bitur animal de homine.

Quintò:ſequitur,quod genus & diffe- 5. Argum.
rentia non prædicentur de ſpecie, quod
eſt contra naturam generis, & differen-
tiæ.Sed probatur ſequela. Cõpoſitio me
taphyſica eſt,quæ cõſtat ex genere & dif
ferentia,tanquã ex partib. ſed nulla pars
prædicatur de toto,vt dicit D.Tho.2.c.
de Ente & eſſen ergo nec genus,nec dif-
ferentia prædicantur de toto,ſi ipſum vt
partes componãt. Quod ſi prædicantur,
ergo ſunt quædam tota: nam prædicatũ
debet dicere totum,quod eſt in ſubiecto,
& ſi tota ſunt,non componunt:nam pars
eſt quæ componit.Confirm.nam animal Confir:
componit hominem ſecundum gradum
præciſum animalitatis, rationale ſecun-
dũ gradũ præciſum rationalitatis, nã nõ
cõponunt hominẽ quoad incluſũ de ma
teriali:nã cũ de materiali includerẽt ho
minẽ,ſequeretur,qđ homo ſe ipſum cõ-
poneret,ſed quòd formale ſe hẽt animal,
vt pars præciſè,& ſimiliter rationale,er
go vt ſic non prędicantur,quia vt ſic sũt
partes non dicentes totum, quòd eſt in
ſubiecto.Et confirm. ſecundò:nam vtra-
que pars compoſitionis metaphyſicæ ſe
habet

Digitized by Google

vſus rationis, & ſic ſumpta iſta vna formalitas non Includit alteram formalitatem: ergo diſtinguuntur realiter formaliter.

Quid ſit formaliter diſtingui.

Quid enim eſt aliud formaliter diſtingui, niſi habere diſtinctas formalitates, quarum vna non includit aliã? Et ſecundò probatur idem anteced. Nã Ariſt. 3. metaph. dicit, genus eſſe extra eſſentiã differẽtiarũ: ergo nec rationale includit animal, nec animal rationale: ergo vnum formaliter non eſt de eſſentia alterius, nec è conuerſo: ergo formaliter diſtinguũtur, & hoc ſecluſo opere intellectus: ergo realiter formaliter. Tertiò probatur idemmet antecedens:

Quar[...] non ſit genus.

Nam proptèrea dicimus ens nõ eſſe genus, quia licèt conceptus entis non includat in ſe formalitates omnium differentiarum, omnes tamen differentiæ includunt ens: ergo ſi animal eſt genus, nec includit differentias, nec differentiæ includũt ipsũ, & ſic inter ea erit realis, & formalis diſtinctio: ergo intentũ Quod vero cõponantur ſecluſa operatione intellect⁹, ꝓbatũ, quia ante noſtrã cõſiderationẽ homo eſt animal rationale: ergo animal, & rationale hominem realiter cõponunt, & determinatio generis ꝑ differentiã nõ ſpectat ad noſtrã conſiderationẽ: cũ animal in rebus ipſis reperiatur determinatum antequã nos cõſideremus, nõ enim in rebus reperitur genus ſine ſuis differentiis.

2. Probatur.

Secundò probatur eadem ſentẽtia: Nã compoſitio metaphyſica non habet eſſe per operationem intellectus, & habet eſſe: ergo à parte rei. Probatur antecedens. Quod enim rationale determinet animal, non eſt ex conſideratione intellectus, aliàs nõ determinaret, niſi intellectus conſideraret.

Confirm.

Et confirmatur, nã eſſe per rationale determinatum eſſet rationis relatio, ſi fit per intellectum illa determinatio, quod patet eſſe falſum: nam etiam non conſiderante intellectu eſt illa determinatio: eſt ergo realis ad eum modum, quo eſt determinatio materiæ, per formam.

3. Probatur.

Tertiò probatur, & explicatur hæc sẽtentia: Nã D. Thomas 1. p. q 76 art. 3. dicit, quod forma perfectior virtute continet quidquid eſt inferiorum formarum; & ideo vna & eadem exiſtens perficit materiã ſecundum diuerſos perfectionis gradus: vna enim, & eadem forma eſt ſecundum eſſentiã, per quã homo eſt ens, ſubſtantia, corpus, viuens, animal, & rationale, & Petrus, & iſti gradus, quos tribuit eadẽ forma, ſe habent ordine quodam, vt ipſe aſſerit, quæſt. 85. art. 3. primę partis, nam prius ponitur actus imperfectus, & gradus imperfectus, quam perfectus, quia hoc eſt proprium eorum, quæ procedunt de potẽtia ad actũ. Et ideo licet hõis generatio fiat in inſtanti, prius tñ generatur animal quàm homo, quia ſunt imperfectiora priora generatione.

In quo conſiſtat compoſitio Metaphyſica.

Vnde cõpoſitio metaphyſica in hoc conſiſtit, quod prior gradus perficitur per poſteriorẽ, tanq̃ minus perfectũ per magis perfectum, & reſultat compoſitũ quoddã ex coniũctione prioris, & poſterioris gradus Nec impoſſibile eſt intelligi compoſitionẽ in ipſis gradibus, quorum vnus eſt prior natura altero, & per eandem actionem realem, qua fit homo, fit compoſitum illud metaphyſicũ; quia nõ ſolum terminatur ad coniunctionem materiæ, & formæ, ſed etiam ad coniunctionẽ ſupradictorũ graduũ.

Obiectio.

Et ſi contrà hanc ſententiam fiat argumentũ; nam D. Th. dicit, quod ex animali & rationali nõ fiat homo, ſicut ex duabus rebus tertia res: ſed ſicut ex duobus intellectibus tertius intellectus.

Solutio.

Reſpondent velle D. Th. dicere, nõ fieri hominem ex animali, & rationali, ſicut fit homo ex materia & forma, quæ eſt tertia res, diſtincta ab illis: ſed eſt ex duobus gradibus quoddam tertiũ metaphyſicum, qui gradus diſtinguũtur formaliter, & proueniunt ab eadẽ forma. Et hæc eſt ſententia Cai. c. 3. de Ente & Eſſent. nã dicit quod homo componitur ex animali, & rationali, ideſt ex concepru obiectiuo animàlis, & rationalis formali. Et tunc falſum eſt dicere, quod homo eſt animal illo modo: nam tũc ſolũ dicit naturã ſenſitiuã præciſè animal. & ſe habet vt pars, & idẽ de rõnali dicẽdũ eſt, ſed verũ eſt dicere quod eſt ex animali & rationali, ſicut ex partib. quæ cõponunt metaphyſicè rotũ Et quia iſti gradus generici ſpecifici, ſecundum quod non ſe ineludunt, optimè explicantur per conceptus eos repræſentantes, dicit D Thomas, quod eſt tertius intellectus ex duobus intellectib. ideſt, eſt cõ-

poſi-

poſitio metaphyſica, ex illis, quos duo cō ceptus non ſe includentes ad inuicem ſignificant. Et qm̄ nos rectè intelligimus hanc compoſitionē in ordine ad intellectus, ſeu conceptus repræſentantes illos gradus dicimus, quod cōpletur per intellectū, & quod eſt cōpoſitio ex rōne. Probant ꝑtereà hāc opinionē; Quia Deus ꝑpterea nō eſt in prædicamēto, qa nō cōſtat ex gn̄e & differētia: quia genus eſt natura q̄dā determinata à parte rei per differētiā, q̄ natura nō includitur in differētia. At ſi diceremus, quod hoc ſolū dēt attēdi penes cōceptus, profectò in Deo eſſet cōpoſitio metaphyſica ex gn̄e & differētia, quia poſſumus formare vnū conceptū cōem, & aliū particularē. Confir. nā cōpoſitio metaphyſica nō cōſiſtit in conceptibus, niſi quia prius reperitur in rebus illa cōpoſitio, quā in intellectu, nā proptereà cōceptus aīalis, & rationalis cōponunt hoīs conceptū, quia rōnale, & aīal à parte rei cōponūt hominem: ergo prius fuit in rebus illa compoſitio, quā in intellectu: ergo eſt realis. Et hæc compoſitio nō eſt phyſica, quod poterat aliquis prætendere, ſiquidē erat ex partib. realibus: nō inquā eſt phyſica, quia nō fit ex vera materia, & forma, ſed ex aliquo proportionabiliter ſe habente, quod vocatur materia, & forma metaphyſica. Et ſi dicamus, ergo inter cōponentia metaphyſicè, & cōpoſitum eſt relatio realis, ſiquidem ibi eſt vera cauſalitas, & vera vnio, ſicut eſt relatio realis materiæ primæ ad formā, & ad totum compoſitum. Rn̄dēt dupliciter Primo, quod nō eſt relatio realis, quia relatio realis dēt eſſe inter entia realia realiter diſtincta, tāquam res à re, quod hic nō hēt locū. Secūdò rn̄dent, quod eſt relatio realis & fundatur in actione, qua materiæ vnitur forma: nā illa actio eſt fundamentū ſeu ratio fundādi relationē, qua materia refertur ad formā, & ſecūdariū, qua animal refertur ad rōnale. Alii dicunt vt Gabriel, & Okā in 1. d. 8. hanc cōpoſitionem ſolū conſiſtere in cōceptibus, quorū vnus ab alio determinatur, ita vt vnus importet aliquid qđ ſit cōe, & ita ſe habebit, vt materia res ſignificata, vt à me concipitur, & alius importat aliquid magis particulare, & veluti determinatiuum alterius, & ſic ſe habebit vt forma res ſignificata etiamſi à parte rei nec ſit materia, nec forma, nec eſt neceſſe vt ſit fundamentum in re ad hunc modum, quod res ſignificata per cōceptum genericum ſit magis imperfecta & indeterminata, & res ſignificata per illud quod habet rationem differentiæ, ſit magis perfecta, & determinans, ſed ſat fuerit quod concipiatur à nobis, per modum magis, aut minus communis. Et ita Deus eſt in genere ſecūdum ipſos. Et Caietanus videtur eſſe huius ſententiæ, dum dicit, Deum eſſe ſpeciem, quia concipitur à nobis, vt aliquid materiale ſpecificum. Sed vt, quod ego ſentiam, explicē, notandum eſt, quod quantum attinet ad propoſitum dupliciter eſt compoſitio: phyſica, & metaphyſica. Cōpoſitio phyſica eſt illa, quæ conſtat ex materia, & forma propriè dictis, vt patet in hominis cōpoſitione, ex materia prima, & anima rationali, quæ phyſica dicitur, quia materia & forma ſunt talia propriè, & pertinent ad phyſicam conſiderationem. Et fit huiuſmodi compoſitio per verā actionem phyſicam, per generationem ſcilicet, & eſt proprium huius cōpoſitionis, vt fiat ex duabus reb. tertia res, diſtincta, de qua partes ſeorſum ſumptæ non prędicentur in recto. De hac verò in hac quęſtione non ſuſcipimus tractationem, nam fit de hac ſermo in phyſica. Altera eſt cōpoſitio metaphyſica, quam ita vocant, propterea quod eius partes non ſint conſiderationis phyſicæ nec propriæ materiæ, & formæ rationem habēt, nec fit per motum propriè dictum: ſed conſideratio harum partium magis attinet ad metaphyſicum, cum non concernat, niſi quodammodo rationē actus, & potentiæ vtcunque, quod pertinet ad metaphyſicum tractare. Et oportet aduertere in hac quęſtione de omni compoſitione metaphyſica, ſiue ſubſtantiali, ſiue accidentali, ſiue materiali, ſiue immateriali ſermonem inſtituere.

Probatur. *Fuga.* *Impugnat.* *Confir.* *Obiectio.* *1. Solutio.* *2. Solutio.* *1. Opinio. Gabrielis, & OKam.* *…rica tis explicatione.* *Duplex eſt poſitio phyſica & metaphyſica.*

Decīditur quæſtio.

Prima concluſio: Nulla compoſitio ex genere & differentia, ſiue ex gradu generico, & ſpecifico, de qua hic loquimur, & quam metaphyſicam appellamus, realis eſt. Hæc concluſio eſt D. Th. de veritate quæſtio. 27. artic. 1. ad 8. vide tabu-

1. Concluſ. Contra primam opin.

tabulam auream, verbo, prædicamētum,
D. Thom. ibi D.Thom. vocat hanc compoſitionem
rationis. Præterea 1. cap. de Ente & Eſ-
ſentia dicit, quod hæc compoſitio nō ſit,
ſicut ex duabus rebus tertia res, ſed ſicut
ex duobus intellectibus, tertius intelle-
ctus. Et profectò, ſi eſſet ex duabus rebus
formaliter diuerſis, hoc dixiſſet D. Tho.
nam erat facilius dicere, & cum negauit,
quod erat compoſitio ex duabus rebus,
etiam negauit, quod eſſet ex duabus for-
malitatibus, ſeu rationib. formalib. quia
eadem ſequuntur inconuenientia. Quini
mo illæ duæ formalitates etiā ſunt duæ
res. Nam illa diſtinguūtur realiter in no-
ſtra ſchola, quæ diſtinguuntur formali de
finitione. Et cum dixit, quod erat tanquā
ex duobus intellectibus tertius intelle-
ctus, voluit dicere, quod erat compoſitio
per intellectum, vt nos ſumus explicatu
ri. Et ita intellexit illum Capreolus, in 1.
d.8. contra Greg. & Aureol. & alios. Et 1.
p.q.50.ar.4. ad 1. dicit, quod differētia eſt
nobilior genere, ſicut determinatū inde-
terminato, & proprium cōi, non autē ſi-
cut alia, & alia natura: ergo non differūt
formaliter genus & differentia: ergo nō
componunt tanquam duæ formalitates.
Prima conſequentia patet: nam ſi forma-
liter differunt, eſſet alia, & alia natura.
Solutio. Dices, quod D.Th. loquitur, ſi ſine præci
Impugnat. ſione ſumatur: ſed contra: nam accipi cū
præciſione, vel ſine illa, in noſtro eſt in-
tellectu, & hoc non facit diuerſam ratio-
nem formalem in rebus formaliter reali
ter diſtinctam, nam propter noſtrum affir
mare, vel negare, vel intelligere, nil rea-
le ponimus in re. Præterea. Nam ſi rōna-
le vt ſic ſecundum formule differt forma
liter ab animali, vt ſic; quomodocunque
accipiatur animal importat formalitatē
realem diſtinctam à rationali, ſicut ſimi-
litudo, & albedo differūt formaliter, quo
modocunq; accipiantur ſimilitudo, & al-
bedo formaliter differunt, quod ſi forma-
liter differunt, ſunt alia, & alia natura &
eſſentia, ſed D. Tho. dicit, quod nō: ergo.
D. Thom. Hæc opinio eſt contra Diuum Th. & no-
ſtra vera eſt. Præterea, nam D. Tho. dicit
1. par quæſt. 50. art. 2 ad 2. quod in ſub-
ſtantiis ſpiritualibus non eſt aliud, à quo
ſumatur genus, & aliud, à quo ſumatur
differentia: ſed genus, & differentia acci-
piuntur ſecundum idem, ſi autem differrēt
formaliter, aliud eſſet, à quo acciperetur
genus, & aliud, à quo acciperetur dif-
ferentia. Dices, hoc non habere verum *Fuga.*
in ſubſtantiis immaterialibus, ſed ſolū in *Impugnat.*
materialib. Sed contra: nā etiam ſubſtan
tiæ immateriales cōponuntur ex genere, *1. Ratio pro*
& differentia: ergo idem eſt dicendū in il *concluſione.*
lis, quātū ad hoc, quod in ſubſtātiis mate-
rialib. Sed probatur noſtra concluſio rō-
nib. Primo: Nā ſequitur, loquendo de ſub
ſtantiis materialib. quòd in cōpoſito ſint
plures formæ ſubſtantiales in homine. v.
g. ſed hoc eſſe falſum probatur 1. p. q. 76.
ar. 3. & diſputatur lib. 1. de Generatione:
ergo & illud ex quo ſequit̃. Sequela pro-
bat̃. Nā eſſe animal, & eſſe rationale, ſūt
effectus formales formæ, & formaliter di
ſtincti, & ſubſtantiales: ergo non poſſunt
prouenire ab eadem forma ſubſtantiali:
Probo conſequentiā: quia vnius formæ
ſubſtantialis, vnius rationis ſpecificæ vni
cus dumtaxat effectus prouenit formalis
primarius, & iſti dicunt, quod animal vt
ſic, formaliter à rōnali differt: ergo ſunt
duo effectus formaliter diſtincti: ab eadē
ergo forma non poſſunt prouenire. Præ- *2. Ratio.*
tereà ſequitur, quod animal non prędice
tur de homine: hoc autem apertè falſum
eſt: ergo illud ex quo ſequitur. Probatur
ſequela: nam prædicatum debet eſſe totū
reſpectu ſubiecti: ſed animal non dicit to
tum quòd eſt in homine: ergo nō prædi-
catur de illo. Probo minorem: quia pręci
sè dicit animalitatem, ſeu rōnem anima-
lis, & nullo modo dicit rationalitatem, ſi
quidem, diſtinguitur formaliter animal à
rōnali: ergo &c. Sicut. n. impoſſibile eſt
quod albū dicat ſimile formaliter, ita eſt
impoſſibile, quòd aīal importet rōnale, ſi
diſtinguitur formaliter ab illo. Et idē ara
gum fiet de rōnali, nā ēt non prædicabi-
tur de hoīe, cum formaliter ſolū dicat rō
nalitatē, quæ formaliter diſtinguitur ab
animali. Præterea ſequitur, quod hæc cō *3. Ratio.*
poſitio animalis, & rōnalis, ſi realis eſt &
in rebus reperitur, ſit totum reſultās ex il
lis, ens per accidens, hoc autē eſt falſum:
ergo & illud ex quo ſequitur. Probatur ſe
quela: nā rōnale aduenit enti iā conſtitu-
to i actu ſubſtātiali: ergo forma aduenīēs
rationalitas, ſ. cōſtituet ens per accidēs.
Antecedēs ꝓbatur: nā aduenit animali, &

tius,vt patet in materia & forma,& aliis
huiuſmodi:ergo ſi genus & differẽtia sũt
partes reales hominis: non prędicabũ
tur de homine,&idem de aliis dicendum
eſt,& ſic nõ erunt genera nec differẽtiæ,
quæ debent de toto prædicari, quinimo,
ſequitur,qđ definitiones hominis,& An-
geli,&c.nõ prædicãtur de definito,quod
eſt contra Ariſt.1.Poſt.& 8.Metaph.quia
nec partes reales ſimul ſũptæ (& loquor
de eſſentialibus)prędicãtur de toto in re
cto.Non.n.dicimus, quod homo ſit ma-
teria,& forma,ſed quod ſit ex materia &
forma.Nec Caiet.fuit oppoſitę ſnię,vt vi
debimus.Præterea ſequitur, quod homo
realiter diſtinguatur ab animali,quia to-
tũ realiter diſtinguitur à parte, & verè
animal dicit partem hominis,quia ſolum
dicit animalitatem.

2.Concluſ.

Secunda cõcl Cõpoſitio metaphyſica
ex genere & differẽtia fit per opus intel
lectus,ſiue accipiamus genus & differẽ-
tiã ꝓ natura generica, & differentiali in
cõmuni,ſiue in particulari. Poſſumus.n.
accipere generis naturam in cõmuni,cõ
ſiderando animal in cõmuni,ſine hac,vel
illa differentia,poſſumus autem & ipſum
cõſiderare in particulari, v.g.contracto
per hanc differentiã rationalẽ. Et idẽ eſt
de rationalitate quomodocũq; cõpoſitio
cõſideretur ex genere & differentia, ſiue
ĩ cõmuni,ſiue in particulari, eſt per opus
intellectus.Et hæc concluſio eiſdem ra-
tionibus probaĩ,quibus manet probatũ,
non eſſe cõpoſitionẽ realem,ex partibus
realib.formaliter diſtinctis:deinde vero
probatur eſſe aliquid rationis. Nã ex eo
quod eſt compoſitio,vt patet,& non rea-
lis:ergo per opus intellectus.Et ſi dicas,
vnde habemus,quod ſpecies ſit cõpoſita:
Reſp.quod quia eſt definibilis quidditati
uè,deberet habere partes,& eſſe quid cõ
poſitũ:nã definitio quidditatiua ſine par
tibus nequit intelligi.partes vero defini
tionis ſunt partes rei definitę.Et ita do-
cet Ariſt.8 meta. tex.9. Præterea probaĩ
cõcl.Nam anima rationalis, v.g. vnũ eſſe
formale dat,nimirũ eſſe hominẽ,intelle-
ctus autẽ tollet hoc,quod eſt, eſſe homi-
nẽ,qui eſt vnius formalis effectus formę:
per intellectũ partitur & cõſiderat id qđ
cõe hẽt homo cũ cæteris animalibus, &
hoc explicat per conceptũ animalis. Dein
de cõſiderat id ꝙ eſt ſibi ꝓpriũ & cõſti-
tutiuũ ſuę ſpeciei,& hoc explicat per cõ
ceptũ differentiæ rõnale, ſcilicet:rõnale
vero & animal idẽ ſunt realiter formali
ter & idẽ ſignificant;licet diuerſis conce
ptibus.Nã genus ſignificat totã eſſentiã
ſpeciei,vt determinabilẽ tamen,& nõ vt
eſt vltimo determinata,rationale vero to
tã rei eſſentiam ſignificat,vt eſt in vltima
determinatione ſpecifica.Et ex hoc intel
lectus cõficit hanc metaphyſicã cõpoſi-
tionẽ, quia coniungit animal,quod non
vltimate determinatũ importatur,& rõ-
nale,qđ importaĩ vt vltima rei determi-
natio.Hęc tamen cõpoſitio nõ eſt in reb.
quia in re nõ ſunt diſtincta rõnale,& ani
mal,niſi ſolũ fundamentaliter,& nõ ſunt
partes,niſi ſolũ per itellectũ,qui duobus
illa concipit conceptibus. Et hoc ipſum
in omni cõpoſitione metaphyſica dicen
dũ eſt.Genus.n.& differentia,vt dicit D.
Tho.c.3.de Ente & Eſſen.eandẽ vnã eſſen
tiã explicant:ſed genus illam, nõ vt de-
terminatã vltimò importat, quod facit
differẽtia,& intellectus ea coniungens,&
conſiderans,cõplet,& facit hanc,quã vo
camus metaphyſicã cõpoſitionẽ. Et hac
ratione habetur,quare ĩ Deo nõ ſit huiuſ
modi cõpoſitio ex genere & differentia;
quia etiamſi in Deo nos concipiamus rõ-
nẽ ſubſtantiæ infinitæ,& poſtea addamus
rationẽ intellectualis.neutra pars ſe ha-
bet vt genus,vel differẽtia, quia neutra
diuina cõcepta ſub rõne ſubſtãtię infini-
tæ,nõ cõcipiĩ vt aliquid,quod ſpectet vl
teriorẽ perfectionẽ,quiã ſemper intelli
giĩ ex parte rei.Deus ipſe,nõ vt perfecti
bilis vlteriori perfectione,ſed vt qđ om-
nino perfectũ,&infinitè perfectũ,licet il
lud ipſum multis,& variis explicemus cõ
ceptibus.Et qđ dixi, ſiue in cõi, ſiue in
particulari ſumamus naturã genericã,&
differentialem cõpoſitionẽ hanc eſſe per
opus intellectus,propterea dixi,quia ſi in
cõmuni ſumitur,cũ nõ ſit genus,nec dif-
ferentia niſi ꝑ intellectũ abſtrahentẽ,cõ-
ſtat qđ ſit illa cõpoſitio per intellectũ.In
particulari etiã ſumendo hominẽ hunc
cõponitur ex hoc animali,& hoc rationa
li eodẽ modo per intellectum,quia intel
lectus apprehendit partes diſtinctas.

3.Concluſ.

Tertia concluſio. Quando D.Tho c.3.
de ente,& de eſſentia dicit,quod ſi homo

Compoſitio ex genere, & differentia,quæ,& qualis.

Dubium.

Solutio.

Quõ intellectus format diuerſa prędicata eſſentialia de eadem re.

Quõ genus & differentia ſignificant eandẽ eſſentiã diuerſimodè.

Quare eſſẽtia diuina non fundet conceptum generis, & differentiæ ſicut eſſentia Angelorum.

dicatur eſſe ex animali & rónali aliquo mó erit, ſicut tertius intellectus ex duobus intellectib. loquitur D. Th. de animali, & rationali cum præciſione accipiẽdo animal per intellectum, vt ſtat ſub hoc cóceptu, animal, & nihil amplius dicit, quã quod formaliter importat animal, & rationale ſimiliter, & tunc quia nõ accipiũtur, vt in potentia, non importãt, totum, ſed partem ſolum: dicẽdum eſt, quod homo ex illis, vt ex duobus conceptibus obiectiuis, tertius obiectiuus conceptus cõponitur, id eſt, ex animali, & rationali. Et ſi à parte rei formaliter diſtinguerẽtur, pfecto non eſſet verũ dicere, quod homo ſit animal rationale, ſed ex animali & rationali, quia ſunt partes non dicentes totum. Et probatur concluſio, quia tunc sũt partes ſpeciei per intellectum noſtrũ diſtinctæ, & præciſæ: ergo non prædicabuntur de toto, & bene poteſt intellectus ſic ea accipere. Hæc autẽ acceptio nõ eſt in re ſed in noſtris cóceptib. & in acceptione intellectus. Et ita eſt intelligẽdus Cai.

Explicatur doctrina D. Tho.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum dicitur, quod res, quæ dicitur per intellectum compoſita, & partes cõponentes, vt animal, & rationale, quid reale ſunt, verum quod ille dicãtur partes diſtinctæ, eſt per opus intellectus, & in ipſis eſt relatio quædam rõnis ad totum: quod ex illis per intellectũ cõponitur, & totũ in ratione compoſiti ad partes componẽtes refertur, ſicut homo ex materia & forma cõpoſitus, quid reale eſt, & ſubſtantia, & ſimiliter partes cõponentes ſubſtantia ſunt: verum relatio totius ad partes, & partium ad totum, accidens quoddam eſt reſpectiuum. Ita proportionabiliter eſt loquendum de noſtra compoſitione.

Q̃uo cõpoſitũ metaphyſicũ ſit quid reale, partes eius ſimiliter, & tamen compoſitio metaphyſica ſit quid rationis.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum iam patet ex 2. concl. & ſecluſa operatione intellectus animal nõ eſt determinatum per rõnale, ſed eſt idẽ aliqđ animal cũ rõnali, & aliud animal cum irrationali, ſeu eſt aliquod animal rationale, & aliquod animal irrationale.

Ad 3. Arg.

Ad tertiũ reſp. quod eſt homo ex illis conſtitutus, quæ ſunt animal rationale & ſit compoſitio ſecundum quod conſideratur eſſentia tota vt determinabilis, & vt determinans per noſtrum intellectum, vt diximus in concluſionibus.

Ad 4. Arg.

Ad quartum reſp. quod eſt compoſitio ex natura generica & ſpecifica, quæ ſunt partes metaphyſicales, & dicunt totã naturã ſpeciei, ſed diuerſimodè, & reſultat vnum compoſitũ metaphyſicum, vt dicit D. Th. 3 c. ſupra dicto, quod genus & differentia habẽt proportionẽ ad materiã, & formã, & ſpecies ad cõpoſitũ. Vbi videtur expreſſe docere, quod ſpecies cõponatur ex genere & differentia, quæ ſunt partes metaphyſicæ, & tota quædã vt q. ſeq. videbitur, & ita dicit, hãc propoſitionẽ eſſe verã, homo eſt animal rõnale, & non ex animali & rationali. Et ſi hæc põt dici vera, homo eſt ex animali & rõnali, eſt ſecundũ quod accipiũtur præciſiuè p intellectũ: vnde tunc non eſt verum dicere, quod homo eſt animal rationale, vt dictum eſt 3. conclu. Vide D. Th. & Cai. vbi ſup. Nam quando præciſiuè accipiuntur, vt partes ſumuntur, non vt tota quędam. Ratio. n. totius quodammodo eſt de rõne partis metaphyſicæ, vt videbimus. Nam partes dicuntur quoad formale, & tota quoad formale, & iclusũ, & ita cõponitur per intellectũ rõne expliciti, & prædicatur ratione illius, & ratione etiam, quod implicitè importat. Quomodo autẽ fiat compoſitio in conceptibus vide Caiet. d. c. 3 de ente & eſſen.

In quo ſenſu ſit verũ dicere hominem eſſe animal rõnale, & in quo non.

Ad 5. arg.
Ad conf.

Et per hoc patet ad 5. & patebit magis q. ſeq. Ad confir. eius reſp. quod quãuis animal ſit forma reſpectu hois, logicè loquẽdo, eſt tamẽ metaphyſicè materia: Nã cũ ſit forma quædã perfectibilis nřo modo intelligendi vlteriore pfectione, & cũ ſit forma, q̃ dicat eſſentiã hois, non ita perfectã põt habere rationẽ materiæ in ordine ad noſtrã compoſitionẽ rationis. Vide D. Th. 5. metaph. textu 10.

Ad 6. arg.
Genus & differentiæ diſtinguũtur penes cõfusũ & diſtinctũ q̃uo intelligendum.

Ad Sextũ reſp. (& de tota hac q. vide acutiſſimũ Soncinatẽ 7. metaphy. q. 36. & Capreolũ in 8. d. primi ſent.) genus enim & differentia ſola ratione diſtinguũtur, vt cõfusũ, & indeterminatũ ab actuali, & determinato. Confuſio autem & indeterminatio non ſe tenet ex parte naturæ genericæ, vel ſpecificæ, q̃ à parte rei ſit cõfuſa & ſine determinatione, ſed ex parte noſtri intellectus ſic illam cõcipientis, & à parte rei nõ conueniunt in vna natura generica omnes ſpecies, quia illa cõmunitas ſolũ ſe tenet ex parte noſtri intel-

lectus

lectus. Vniuerſalia enim ſolum ſunt in rebus, nec natura generis datur contrahibilis in rebus, ſed prout eſt in noſtro cõceptu cognita per modum potẽtialis. In re vero eadẽ eſt & animalis, & rationalis natura, vt dictum eſt. Et hæc diſtinctio conceptuum præſupponit fundamentum in re, non tamẽ res diſtinctas realiter, vt patet de attributis diuinis, quæ diſtinguuntur in noſtro intellectu, non tamen in re. Et natura animalis eſt in re multiplicata, vna tamen rõne. Nec animal, & rationale differunt definitione, quia ſunt idem, & differentia ſolum eſt in conceptibus.

Ad 7. Arg. Ad ſeptimum reſpondetur, nullum eſſe inconueniens, quod probatur, quia qđ eſt ſpecies ſubalterna induit poſtea aliã conſiderationem, & hẽt generis rõnẽ, & ſicut homo eſt quoddã totũ ſpecificũ, nõ incõuenit hẽre partes metaphyſicas, quę rurſus ſunt tota qnædã & habent partes.

Ad argumenta primæ opinionis.

Ad 1. arg. 1. opi. quid ſit accipi cũ præciſione. AD argumẽta primæ opinionis reſpõdetur. Ad primũ, negando minorem. Ad probationem, cũ vult probare, quod diſtinguantur realiter formaliter, reſpõdetur, quod accipi cũ pciſione eſt in nr̃o intellectu: intellectus enim eſt qui cũ pręciſione accipit animal, vel ſine illa: nõ n. eſt in reb præciſè, ſed idẽ realiter formaliter cum ſua differentia, & indiuidualiter multiplicatum, ſed accipitur cũ pręciſione, cũ intellectus fingit præciſè aialitatem importare. Et ego fateor, quod ſic

Error primę opinionis. nõ prædicatur de rõnali, ſed ſic nõ eſt in rebus. Et in hoc fallũtur iſti authores. Cũ verò Ariſtoteles dicit, genus eſſe extra eſſentiã differentiarũ, vult dicere, qđ cõceptus obiectiuus aialis, vt obiicitur for-

Quõ differẽtię ſunt extra eſſentiã generis. mali conceptui, quo vt animal cognoſcitur, non includitur in cõceptu obiectiuo rationalis, vt obiicitur huic cõceptui rõnale, & hoc loquẽdo præciſè, quo ad formale importatũ. Et hac ratione animal põt eſſe genus, cõceptus vero obiectiuus entis includitur in conceptu obiectiuo rationalis: quia rationale eſt ens, & cognoſcibile, & ſic non eſt genus, quia non põt contrahi, id eſt, nõ poteſt importari vt determinabile per intellectum, per cõceptũ rationale, cũ iã in illo ſit incluſum. Quod enim à nobis debet accipi, vt determinabile per intellectum, nõ dẽt includi in cõceptu determinantis, ſicut nec debet includi in re realiter determinãte id quod realiter determinatur. Vnde patet, quam extra propoſitum adducatur authoritas ad probãdum diſtinctionem realem. Animal vero eſt à parte rei rationale, quia idẽ ſunt animal, & rationale, non quod à parte ſit contractum, nam idem ſe ipſo contrahi non poteſt, ſed contractio generis debet eſſe in ordine ad noſtrum intellectum. Huius opinionis ſecũdum argumẽ-

Ad 2. arg. tum ſolutum eſt iam maximè in noſtra ſecunda concluſione.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſpondetur, quod omnes illi gradus ſunt idem realiter, & formaliter, & ſolum per operationẽ intellectus ſunt diſtincti. Quomodo ergo recipiantur prius in materia gradus, quos nos vniuerſaliores intelligimus, & facimus per opus intellectus: vide 2. de Ani●, cũ explicatur animæ definitio.

Ad 4. arg. Ad quartã rationem de Deo iam ſupra reſponſum eſt, dum diximus, quare non fiat Deus cõpoſitus ex genere, & differẽtia, & dicemus ẽt de ea in ſequẽtibus. Ad

Ad conf. confirmationem reſpondetur, quod compoſitio metaphyſica præexiſtit in rebus fundamentaliter, nõ vero eſt realiter: qa in homine eſt fundamentum, & ſimiliter in Angelo, vt formemus cõceptum generis, ſine determinatione per differentias, & cõceptus differentiarũ determinantiũ genus. Per dicta autẽ excluditur opinio

Excluduntur Gabriel & Ocham. Gabrielis, & Ochã. Nam genus fundatur in natura perfecta à parte rei, quę põt cõcipi ſecundum quandã rationem, quæ poteſt intelligi perfectibilis per vlteriorẽ differerentiam, & de cuius ratione non ſit eſſe, quod in Deo non habet locum, nã ſecundum quemcũque gradum intelligatur, eſt de eius eſſentia eſſe, & non poteſt intelligi vt perfectibilis vlteriori perfectione, & ſic non intelligitur ſub ratione generis, & cõſequenter, nec ſub ratione differẽtiæ. Ratio enim generis, & differẽtiæ non pro libito fingitur, ſed intelligitur conceptus genericus eſſe illius rei, q̃ poteſt concipi, vt quid potentiale, & cõceptus differentiæ eſt illius rei, quæ põt concipi vt quid perfectiuum alterius rõnis, quod non cuilibet rei poteſt tribui.

QVÆSTIO. XLVII.

Vtrum partes metaphyſicæ genus, & differentia prædicentur de ſpecie, ſecundum quod componunt ipſam, vel alio modo.

Controuer. QVod eſt quærere, vtrum prædicentur ſecundum quod ſunt partes, an ſecundum quod ſunt tota quædam, & an ſit de ratione partis metaphyſicæ, quod ſit totum quoddam. Et quod non prædicentur ſecundum quod ſunt componentia ſpeciem, arguitur primo, argum. 5. præced. quæſt. cum ſua confirmatione.

1. Opinio. In hac qu. ſunt & logici & metaphyſici varii. Nam qui in ſuperiori q. dicebant hanc metaphyſicam compoſitionem realem eſſe, ex gradibus realibus formaliter realiter diſtinctis: dicunt etiam quod animal, & rationale componunt hominē ſecundū gradus explicitos quos includūt, ſcilicet, ſecundum quod important naturā ſenſitiuā & rationalem præciſè, & cū ſub hac ratione habeant ſe vt partes, non poſſunt prędicari in recto, ſed in obliquo Itaq; eſt verum dicere, quod homo eſt ex animali & rationali, non verò eſt verum dicere, quod homo eſt animal rationale. *1. Argum. pro præfata opinio.* Et cōuincitur arg. 5. q. præced. adducto: quia pars etiam metaphyſica in eo quod pars, nequit de toto prædicari, ſed ſēper in eo quod pars componit, non dicendo totum, quod eſt in ſubiecto. Aliàs ſi componeret, vt dicit totum, quod eſt in ſubiecto, cōponeret vt totum quod implicat: ergo nō poteſt prædicari, vt cōponit, ſed alia ratione prædicatur ab ea, qua cōponit, & nō præciſè, qua ratione componit.

2. Argum. Et probatur ſecundò, nam ſi animal ſecūdum quod dicit totum, quod eſt in homine, totum, ſcilicet, hominē cōponit: ergo idem cōponit ſeipſum: ſed hoc eſt inconueniens: ergo nō componit ſecundū quod dicit totū, quod eſt in homine, ſed non poteſt prædicari, niſi dicat totū, qđ eſt in homine: ergo non prædicatur ſecū dum quod componit, quia tunc nō dicit totum compoſitum. Et idem argumentū ſit de rationali. Alii aliter dicunt, & ferè eſt idem. *2. Opinio.* Dicunt enim, quod partes metaphyſicæ componant ſpeciem, & prędicētur de illa: ſed non prædicantur ſolum ſecūdum illud, quo cōponunt, ſed ſecundū illud, & aliquid amplius, quod in potentia includunt, v. g. animal, & rationale, prædicantur de homine, & componūt ipſum, componunt quidem quoad explicitū, quod dicūt, ſ. quoad animalitatem animal, quoad rationalitatem rationale, & non componūt ratione illius, quod in potentia dicunt, ſ. ſpeciē ipſam. Prædicantur vero ſecundum illud explicitū quod dicunt, & etiam ſecundum illud, quod in potentia important, quia debent eſſe tota quædam vt prædicentur, & partes vt cōponant, & vtrūq; reſpectu ſpeciei. Et cū ſit impoſſibile, ꝙ reſpectu eiuſdem ſit pars, & totū aliquid, non poſſunt ſecūdū illud, quo cōponunt, ſolū prædicari, ſed ſecundū illud & aliquid aliud amplius, & illud eſt tota ſpecies, quā in potētia dicūt.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima concluſio: Partes metaphyſicæ ſecūdū qđ partes metaphyſicæ ſunt, & cōponunt ſpeciē. i. prædicātur de ſpecie, & eſt eſſentiale parti metaphyſicæ, qđ ſit quoddā totū, nec pars metaphyſica poteſt intelligi ſine totius rōne. *Contra opinionem.* Hæc cōcluſio eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis, & D. Th. Et ideo latè eſt probāda. Nā Ariſtotel. 8. Metaphyſicorū, tex. 9. expreſsè dicit, definitionem ſubſtantiæ ſpecificæ, ſiue illa ſenſibilis fuerit, ſiue intellectualis, hēre dēre partes quæ ſint vt materia & forma: oēs autē explicant, quod ſint genus, quod à materia ſumitur, & differentia, quæ ſumitur à forma: ſed partes definitionis ſunt partes ſpeciei: ergo ſicut definitio prædicatur de ſpecie, etiam partes eius: ergo pars vt pars eſt metaphyſica prædicatur de ſpecie, & vt pars eſt totum, quia nihil directè prædicatur, niſi ſit totum. Et D. Thomas 1. parte, quæſtio. 85 art. 3. ad 2 dicit in hæc verba: Ad ſecundum dicēdum, quod vniuerſale magis cōmune comparatur ad minus cōmune, vt totum & vt pars. *Quo magis cōmune cō paretur ad minus cōe, vt totū & vt pars.* Vt totum quidē, ſecundum quod in magis vniuerſali non ſolum continetur in potentia minus vniuerſale,

Digitized by Google

uerſale, ſed etiam alia, vt ſub animali non ſolum homo, ſed equus, & alia continentur. Vt pars autem, ſecũdum quod minus cõmune continet in ſui ratione, non ſolũ magis cõmune, ſed etiã alia, vt homo nõ ſolũ animal, ſed etiã rationale includit. Sic ergo animal conſideratum in ſe, prius eſt in noſtra cogitatione, quã homo: ſed homo prius eſt in noſtra cogitatione, quã quod animal ſit pars rationis eius. Ecce ſecundum D.Th. animal eſt reſpectu hominis pars cõponens ipſum, & etiam eſt totum, & prædicatur de homine, ſiquidẽ reſpectu ipſius eſt vniuerſale: ergo pars metaphyſica eſt totũ & prædicatur, vt pars metaphyſica eſt. Et 3 p.q.90. quam Angelicus Doctor diuino dictante ſpiritu vltimã compoſuit, arg.2. in corp. dicit in hęc verba. Quod duplex eſt pars, vt dicitur 5.metaph.ſ. pars eſſentiæ, & pars quidditatis, partes autẽ eſſentiæ ſunt phyſicæ materia & forma, logicæ autẽ ſũt genus, & differentia. Vbi quas nos partes metaphyſicas vocamus, vocat Angelicus Doctor partes logicas, ſed genus & differentia ſunt tota quædã, & prædicãtur de ſpecie, & ea D.Th. vocat partes: ergo de rõne partis logicæ & metaphyſicæ, vt talis pars eſt, & vt cõponit ſpeciẽ logicæ: nam hoc eſt eſſe partẽ hẽre ratiõnẽ totius, & pdicari de toto. Innumera alia loca poſſem adducere ex D.Th. ſed hoc ſpecialiter 3.c. de ente & eſſentia, docet. Vbi ſic ait: Ex hoc patet rõ, quare genꝰ, ſpecies, & differentia ſe habeant proportionabiliter ad materiã & formã, & cõpoſitũ in natura, quamuis non ſint idẽ cũ illis, quia nec genus eſt materia, ſed ſumitur à materia, vt ſignificans totũ, nec differentia eſt forma, ſed ſumitur à forma, vt ſignificãs totum: vnde dicimus eſſe animal rationale hominẽ, & non ex animali & rõnali, ſicut dicimus eum eſſe ex corpore, & anima: ergo ſecundũ D.Th. genus quod hẽt rationem materiæ, & differentia, quæ habet rationẽ formæ prædicantur de homine, & ſunt partes metaphyſicæ: ergo partes metaphyſicæ prædicantur, & ſunt tota quædã ex conſequenti. Vide Ariſto. 1. Phyſic. ſtatim in princ. vbi hoc ipſum expreſſe tradit, & Caiet in princ. de ente & eſſen. Soto 1. Phyſic. de ordine cognitionis, & D.Tho. 10. Metaphy. tex.24. dicit,

Quõ de eſſentia partis logicę vel metaphyſicę ſit eſſe quoddã totum.

Quõ genus ſpecies & differentia conueniãt & differãt à materia & forma.

quod differẽtia additur generi, vt totum toti: ergo differentia, vt pars componẽs eſt, totum eſt, & ſic prædicatur de toto, vt pars eſt metaphyſica. Et prob. conclu. rationib. ex his authoritatib. deſumptis.

teſtimonia vrgens. D.Thom.

1. Ratio pro Concluſ.

Nam definitio conſtat ex genere & differentia, tanquã ex partib. itaque genus eſt pars, & differẽtia etiã, ſed genus eſt totũ quoddam ſiquidem prædicatur de ſpecie bus in quid, & differentia ſimiliter, ſiquidẽ prædicatur in quale: ergo pars metaphyſica, & logica, vt talis pars eſt, eſt totum quoddam & prædicatur de toto, & ita vt cõponit eſt pars, & prædicatur, & eſt totũ

Fuga. Impugnat:

Dices, quod ſunt quædam partes definitionis, ſed nõ ſpeciei. Sed hoc eſt ridiculũ: nã partes definitionis ſunt partes rei definitæ: ſicut definitio eſt definitio ſpeciei: explicat.n. & diſtinguit per ſuas partes, quod latebat in toto, & ſi definitũ nõ haberet partes, nec etiã definitio poſſet illas habere, & loquimur de definitione quidditatiua.

Confirm.

Et confirmatur hæc rõ: nã homo eſt animal rationale: ergo prędicatur definitio, & partes eius de homine, ſed partes eius ſunt tota q̃dam: ergo pars metaphyſica, vt pars, & vt cõponit prędicatur de ſpecie. Idẽ.n. eſt dicere, pars vt pars, & pars vt cõponẽs, qa i quãtũ pars cõponit, & vt totum cõponit aliud totũ: ſed vt totũ non dicens explicitè totũ qđ eſt in ſpecie, & hac ratione hoc totũ vocatur, & eſt pars logica, & metaphyſica.

2. Ratio.

Prætereà: Quare dicitur, quod genus ſumitur à materia, differentia vero à forma? niſi quia genus eſt pars materialis in compoſitione ſpeciei, differẽtia aũt pars formalis: ſed genus & differẽtia tota ſũt: ergo partes logicæ ſunt tota quędã: ergò vt componunt prædicantur, ſiquidẽ ſunt tota.

3. Ratio.

Prætereà. Hæc eſt differentia partis logicæ à parte naturali, nam pars naturalis non prędicatur de toto, & pars logica prædicatur: ergo vt cõponit prædicatur.

4. Ratio.

Prætereà. Natura generica, & ſpecifica abſtractæ ſunt partes alicuius, & non niſi ſpeciei: ergo componunt ſpeciẽ, & vt ſic prædicantur: ergo. Probatur maior, quia nõ dicunt naturam ſpeciei, ſed importãt aliquid, non vt cõpletum, & perfectum: ergo dicũt aliquid, quod re vera eſt pars.

5. Ratio.

Prætereà, quia ſpecies vocatur totum actuale reſpectu generis, & differentię, qa illa

illa actu includit: ſed nõ poteſt illa includere, niſi ſint partes eius: ergo quæ tota ſunt, partes reperiuntur: ergo, vt partes ſunt, prædicantur, quia ſunt etiam tota.

6. Ratio. Preterea, contra alias opiniones ſic argumentor. Genus & differentia prædicantur de ſpecie: ergo reſpectu illius habent rõnem partis, vel totius. Si dicas, quod totius: ergo prædicantur de ſpecie, & rurſus ſunt partes, q̃a ſpecies dicit plus quã genus dicat explicitè: ergo genus reſpectu illius eſt pars: ergo genus, vt ſic eſt pars, & totũ vt pars cõponit, & vt ſic eſt totũ: ergo vt ſic pdicatur: ergo ſm quod cõponit prædicatur. Et hæc cõcluſio magis patebit, ſoluendo argumẽta. Et ideò

Ratio. Specialis cõtra Aduerſarios.

Ad 1. Ad primum (quod erat quintũ præcedẽtis quæſtionis) reſpondetur, quod nulla pars phyſica prædicatur de toto, bene verò pars logica, ſeu metaphyſica. Et cũ dicitur, ſi prædicantur, ſunt tota quædã, fateor. Et cũ rurſus ſubditur, ſed nullum totũ cõponit, diſtinguo, nullum totũ naturale, fateor: nullum totũ metaphyſicũ, ſeu logicũ, nego. Animal.n. eſt totũ quoddam, etiam reſpectu hominis, & componit ipſum, & eſt pars reſpectu eiuſdem, & ita componit. Ex eo.n. animal eſt totũ, & ſimiliter differentia, quia dicunt totũ quod eſt in homine. Nam animal (vt inquit D. Th. c. 3. de Ente) dicit habens animalitatẽ, ſiue illud ſit homo, ſiue equus: & ita etiam in ſua potẽtialitate dicit differentias Et hoc ipſum accipitur per intellectum, vt pars, quatenus dicit totã eſſentiam hoĩs, vt nõ perfectã vltima perfectione ſpecifica: ſed vt quid potẽtiale, & adiungitur differentiæ per intellectũ, vt reſultet compoſitio logica, ſeu metaphyſica. Ex eo verò, quod per intellectũ adiungatur ſuæ differentiæ, nihil perdit de ſua totalitate: & ita vt totũ eſt pars. Et idẽ dicendũ eſt de differentia, quæ dicit totã ſpeciẽ; nam dicit habens rõnalitatẽ, quodcumq; ſit illud: & ita eſt quoddam totum, & accipitur ab intellectu vt perficiens naturam generis, & ſic, vt forma, & pars logica: & per hoc nihil deperdit de ſua totalitate. Et cũ dicis, ergo idẽ cõponit ſeipſum ſecundũ alium, & aliũ conceptum, quod Inconuenit. Nam cũ ſit cõpoſitio per rõne, bene poteſt idem accipi vt perfectibile, & vt perficiens ſecũ dũ varios conceptus, & facere, quod idẽ ſeipſum cõponat alia & alia rõne. Vide D. Tho. c. 3. de Ente, vbi expreſsè dicit, quod genus, quod eſt pars, eſt totũ reſpectu ſpeciei, cuius pars eſt, quia dicit totã ſpeciei eſſentiam. Alii dicunt, quod animal eſt totum potẽtiale reſpectu hoĩs, & eſt pars actualis reſpectu ipſius, & ita eſt totũ, & pars, & prædicatur vt totũ potẽtiale, & cõponit vt totũ actuale Sed quis hoc in genere dici valeat, neſcio, an tã bene in differẽtia, quæ reſpectu hominis nõ eſt totũ potentiale: quãuis ſupra hanc ſolutionẽ nos dederimus cuidã argumẽto.

Cui toti repugnet cũ alio cõponere, & cui non.

Quõ intellectus conſideret idem per modum totius & partis ĩ reſpectu eiuſdem.

Alius modus dicẽdi nonomnino ſecurus.

Ad 2. arg. Ad ſecũdum primæ opinionis, ex hoc patet, nec valet prædicari, niſi quã ratione componit, & loquimur de quidditatiua prædicatione. Si.n. non ingrederetur in hominis eſſentia animal, v.g. non prædicaretur de illo quidditatiuè, vel eſſentialiter. Ad ſecundum etiam patet.

Ad 3. arg. Ad aliorum modum dicendi reſpondetur & ad ſuum argumentum, quod prædicatur ſecũdum illud, ratione cuius componit explicitè, & rõne eius etiã, quod implicitè importat, quod concurrit, et ad compoſitionem, quatenus facit, vt cõponens ſit totum & componens logicæ, ſeu metaphyſicæ totum debet eſſe. Hæc autem quæſtio vtiliſſima eſt ad metaphyſicales diſputationes & ad definitiones ſpecificas & quidditatiuas cognoſcẽdas.

QVAESTIO XLVIII.

Vtrum genus per ſe prædicetur de differentijs, & an differentia ſuperior ſit genus reſpectu inferiorum.

Ad 1. arg. ET videtur, quod genus per ſe prædicetur de differentiis. Nam animal prædicatur de rationali, & aliis differentiis, et non per accidens: ergo per ſe: Conſequentia patet: quia non eſt alius prædicãdi modus. Et probatur minor: nam ſi animal prædicatur per accidens de rationali: ergo etiam prædicatur per accidens de homine: ſed hoc eſt falſũ: ergo. Probatur mai. Nam quidquid prædicatur per accidens de aliquo, prędicatur etiam per accidẽs de omni illo, in quo illud ipſum inclu-

includitur, ſed rationale formaliter includitur in homine: ergo prædicatur accidentaliter de homine. Mai. prob. Nam ſi album prædicatur accidentaliter de animali, etiam prædicatur accidentaliter de homine, in quo includitur animal.

1. Confir. Confirmatur hoc argumentũ. Nã hæc eſt bona cõſequẽtia expoſitoriè, hoc per ſe eſt animal, demõſtrato hoie, & hoc p ſe eſt rationale, eodem demõſtrato. ergo rõnale per ſe eſt animal. Conſequẽtia.n. bona eſt, & antecedẽs eſt verũ, & per ſe: ergo & cõſequẽs eſt per ſe. Confirmatur

2. Confir. ſecundò. Nã iſta eſt per ſe, rõnale eſt ſubſtantia, ergo & iſta, rationale eſt animal. Antecedens patet: nã rationale eſt per ſe ens, & non in alio: ergo eſt ſubſtãtia. Tũc vltra: ergo vel corporea, vel incorporea. Nõ incorporea: ergo corporea: ergo ſubſtantia animata, vel inanimata: non inanimata: ergo animata: ergo ſenſibilis: ergo eſt animal: nã illa eſt animalis definitio.

3. Confir. Confirmatur tertiò. Nam ſi iſta eſt per accidens, rationale eſt animal: ergo prædicatum poteſt ſeparari à ſubiecto: & ſic poteſt eſſe rationale ſine animali. Et con-

4. Confir. firmatur vltimò: Nam in omni prædicatione per accidens, aut prædicatur accidens de ſubiecto, aut ſubiectum de accidenti, aut accidens de accidenti, vt dicitur 5 Metaph. tex. 13. ſed non ſic prædicatur animal de rationali, ergo non prædicatur accidentaliter: ergo per ſe.

2. Argum. Secundò. Nã ſicut ex propoſitionib. veris non ſequit̃, niſi verũ & ex neceſſariis, niſi neceſſariũ, ita ex per ſe nõ ſequit̃ niſi per ſe: ſed iſta ꝓpoſitio, rõnale eſt animal, cõcluditur ex propoſitionib. per ſe: ergo eſt per ſe. Mi. prob. ſi ita arguam, omnis homo eſt animal: omnis homo eſt rationalis: ergo rationale eſt animal, quę eſt in Darapti primus tertiæ. Et cõfirma-

Confirm. tur. Nam oĩs propoſitio per accidẽs eſt cõtingẽs: ſed iſta nõ ẽ cõtigẽs: ergo. Probatur minor, quia nõ põt eſſe falſa. Mai. probatur. 1. Poſter. ca. 4. de modis per ſe.

Præambula ad quæſtionem.

Quadruplex modus perſeitatis. Quod ſit quadruplex dicendi per ſe modus, ſatis notum eſt, vt patet ex Ariſtot. 1. libro Poſter. ca. 4. Et ſuppoſito hoc, notandũ eſt genus, & differẽtiam pro naturis ipſarum (nam de his loquimur) dupliciter accipi poſſe, vno modo præciſiuè ſecundum gradus, quos explicitè tãtum dicunt in ſuis conceptibus, vt ſi acciperetur animal pro natura ſenſibili tãtũ, & rationale pro habente tantũ rationalitatẽ. Et ſic accipiendo genus & differen-

Genus & differentia dupliciter cũ & abſq; præciſione. tiam non prædicantur ad inuicẽ, nec de illis in hac cõſideratione tractamus: falſum enim eſt dicere, quod viuẽs ſenſibile tantũ ſit rationale, & quod rationale tantũ ſit viuens ſenſibile. Nã per intellectũ pręcisè accepta ſe habent, ac ſi formaliter & realiter diſtinguerentur, quantum ad prædicationẽ attinet. Et in hoc ſenſu

Explicatur ſenſus quæſiti. dixit Ariſtoteles, genus eſſe extra eſſentiã differentiæ. Nã ſic accipiendo cõceptum animalis non includitur in cõceptu rationalis. Et ſi ſolum cum illa formalitate, & pręciſione accipiantur, non prædicantur ad inuicem. Poſſunt ſecundo modo genus & differentia accipi ſine præciſione, ſecundũ quod animal dicit viuens ſenſibile, ſeu habens animalitatẽ, & rationale habens rationalitatem, quęcunq; illa ſint, & hoc ſecundo modo tractamus de genere & differentia: quia hoc ſecundo modo genus ſunt & differentia.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Prima concluſ. Genus nõ prædicatur per ſe de differentia in primo modo dicẽdi per ſe. Probatur authoritate Ari-

Ariſtot. *D. Thom.* ſtot. 4. Topic. c. 3. & 3. de ani. tex. 10 & ex D. Tho. de ente c. 3. in prin. vbi dicit, genus non prædicatur de differentia per ſe loquendo, niſi forte ſicut ſubiectum prædicatur de paſſione. Vel primum modum perſeitatis excludit à prædicatione generis reſpectu differentiæ. Et probatur ratione: nam qñ aliquid prædicatur de aliquo in primo modo dicendi per ſe, illud eſt de eſſentia ipſius: ſed genus nõ eſt de eſſentia differentiæ: ergo. Prob. min. Nã animal nec eſt definitio rõnalis, nec pars definitionis eius: ergo non prædicatur in primo modo. Prob. anteced. nã alias animal includeretur in differentia, & differentia non contraheret ipſum, quia contrahens debet eſſe extra cõceptũ contracti, & ſic nec aĩal eſſet genus. Et confirm.

Confirm. hæc rõ. Quia cõceptus animalis & rõnalis diſtinguũtur ratione, & loquor de obiectiuis: ergo vnũ nõ includitur in alio: ergo nõ prędicatur de alio in primo mõ dicẽdi, quia q̃ iſto mõ prędicatur, vnũ in alio

alio formaliter includitur, ſed quamuis genus non includatur in conceptu differentiæ formaliter, eſt tamen de ratione eius, ſicut ſubiectum eſt de paſſionis ratione. Nam dupliciter aliquid cadit in de finitione alicuius, vno modo vt pars quidditatis, alio modo vt ſubiectum eius: & hoc modo paſſionis ſubiectum ponitur in eius definitione, vt dicitur 7. Metaph. text. 19. Et hoc eſt quod voluit dicere Ariſtot. vbi ſup. quod non prædicatur per ſe de differentia, niſi forte ſicut ſubiectũ prædicatur de paſſione, non quod ſit omnino paſſio reſpectu eius.

2. Concluſ. Secunda concl. Genus non prędicatur de differentia in ſecundo modo perſeitatis. Prob. concluſ. Genus nõ eſt paſſio differentiæ: ergo. Probatur antecedens: Nã paſſio conſequitur ad eſſentiam, & ipſa eſt prior paſſione: ſed differentia non eſt prior animali, ſed è conuerſo: ergo. Itẽ: Nam ſi genus cauſſaret differentias, vt ſubiectum cauſſat paſſiones, vbicunque eſſet generis eſſentia, eſſent duæ differentiæ, quæ ſunt paſſiones: nam ſine paſſionibus non reperitur ſubiectum.

3. Concluſ. Tertia concluſio: nec in aliis modis dicendi per ſe prædicatur genus. Tertius modus non eſt modus prædicandi, ſed eſſendi. Quod neque in quarto, probatur. quia animal non eſt proprius effectus differentiæ, vt de ſe patet, cum ſint idẽ realiter, & formaliter, vt ſupra viſum fuit, & ſolũ per operationẽ intellectus diſtinguantur. Et hac eadem ratione probatur etiam, quod non prædicetur vt paſſio.

4. Concluſ. Quarta cõcluſio: Genus prędicatur de differẽtiis neceſſariò ratione illius, quod in concreto & de materiali includũt differentiæ. Nam rationale, v g. dicit habẽs rationalitatem, & hinnibile habẽs hinnibilitatem: & quia habens rationalitatem neceſſario eſt animal, hæc prædicatio eſt neceſſaria: rationale eſt animal, & ſic in reliquis: ita quod ratione rerum ſecundariò importatarũ genus prędicatur de differentia, nõ ratione conceptus formalis. Et idem dicendũ eſt de iſta, rationale eſt homo. Et alii dicũt idẽ de iſta idefinita, animal eſt rationale. Et prob. concl. Nam habẽs rationalitatem, neceſſariò eſt animal: ergo. Probatur antecedens: quia differentiæ non poſſunt in rerum natura reperiri, ſine ſuo genere: quia ſunt generis determinationes, & ita non poſſunt repeririſine eo quod determinant: ergo de eadem re, de qua dicitur, quod eſt rationalis, dicetur neceſſariò quod eſt animal.

5. Concluſ. Quinta concl. Differentia ſuperior, vt ſenſibile, non eſt genus reſpectu differentiarũ inferiorum, licet ratione rerũ per ſe prædicetur de illis. Nam habens rationalitatem neceſſariò debet eſſe ſenſibile, ſiquidem neceſſario eſt animal. Quod verò non ſit genus, probatur: quia genus neceſſariò debet includi in cõceptu ſpeciei: ſed ſenſibile non includitur in conceptu rationalis: quia conceptus rationalis eſt ſimpliciter ſimplex: ergo. Item: Nã genus & ſpecies debent eſſe naturæ completæ poſitæ in recta linea: ſed non ſunt huiuſmodi: ergo nec ſenſibile eſt genus, nec rationale & hinnibile ſpecies.

Obiectio. Sed contra ſecundam concluſionẽ eſt argumentum. Nã Ariſtoteles dicit, quod ponitur genus in definitione differẽtiæ, ſicut ſubiectum in definitione paſſionis. Nam ſi dicamus, quid eſt rationale, dicemus eſſe animalis, formã: ergo eſt paſſio rationalis reſpectu animalis, ſiquidem habet illam proprietatem paſſionis.

Solutio. Sed reſpondetur negando ſequelã: Nã Ariſtoteles voluit dicere, quod ſicut ſubiectũ, vt quid additũ ponitur in definitione paſſionis, ita animal in definitione differentiæ. Nam materia prima ponitur vt ſubiectũ in definitione formę ſubſtantialis. At non eſt eius paſſio. Nam vt aliquid ſit paſſio, eſt neceſſe, quod ponatur in definitione eius ſubiectum, nõ quomodocũque, ſed vt cauſſans ſuo modo paſſionem, cuius ratio eſt prior, ad quam, & ratione cuius paſſio conſequitur. Quãdo vero aliquid ponitur in definitione alterius ſolũ, vt ſubiectum, quod actuat per illam formam, ſicut ponitur ſubſtãtia in definitione accidentis, non ſequitur, quod ſit paſſio: & hoc modo ponitur animal in definitione differentię, licet quandã limitationem habeat ad ſubiectũ paſſionis. Et hoc voluit innuere Ariſtoteles, vbi ſupra.

Quid requiratur, vt aliquid dicatur paſſio alterius.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primũ. AD primum reſpondetur, quod hæc propoſitio, rationale eſt animal, ſi attẽdamus ad res ſignificatas, quia ſignificant eandem rem, ſit neceſſaria. Cæterũ ſi at-

Quomodo ha propoſitio: rationa

le eſt animal: ſit neceſſaria, & per accidēs.

ſi attēdamus ad formas ſignificatas, quia vna perfectio & forma, vt animal nō includitur in rationali, vt ſic, ſe habet per accidens, & ita rationale formaliū ſignificatorum eſt per accidens: ſicut ſi diceremus, corpus eſt album. Et cum dicitur, ſequitur quod per accidens prædicetur de homine, negatur: quia conceptus hominis eſt reſolubilis in conceptum animalis, & rationalis, quod non habet conceptus differentiæ, quia eſt ſimplex.

Ad 1. Cōf. Neceſſe non eſt, vt ſi pręmiſſa ſunt per ſe, cōcluſio etiam ſit huiuſmodi.

Ad primam confirmationem reſpōdetur, quod nō ſequitur, ſi pręmiſſæ ſūt per ſe in bona conſequentia, concluſio etiam ſit per ſe: ſed ſolū requiritur in illa, quod ſi antecedens eſt neceſſarium, conſequēs ſit neceſſarium Non enim requirit conſequētiæ bonitas, vt omne, quod reperitur in antecedenti, reperiatur in conſequēti. Nā animal per ſe primò eſt ſenſibile, & homo per ſe primo eſt animal: ergo homo per ſe primò eſt ſenſibilis, falſum eſt. Nā homo per animal eſt ſenſibile, & ita datur antecedens verum, & conſequens falſum, ſi requiramus in conſequēti omne illud, quod reperitur in antecedenti, bene tñ ſequitur, ꝙ homo ſit ſenſibilis. Eodem modo in illo ſyllogiſmo expoſitorio ſequitur, quod rationale ſit animal, non vero quod per ſe ſit animal.

Ad 2. Cōf.

Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quod rationale eſt ſubſtantia incōpleta, & ita non eſt neceſſe, vt participet genus, licet rationalitas ſit gradus quidā vitæ eleuatiſſimus. Secundò reſpōdetur, quod ſufficit, quia eſt ſubſtantia imperfecta, qđ ſit principiū ſubſtantiæ animatæ ſenſibilis & rationalis: ſicut materia prima eſt ſubſtātia, vt diſtinguitur cōtra accidens, & nec eſt corpus, nec viuens, nec animal, eſt tñ principiū illorū materiale.

1. Solutio.
2. Solutio.

Ad 3. Cōf.

Ad tertiā confirmationem reſpōdetur quod quia illa propoſitio eſt per accidēs ratione conceptuum, poteſt vnus cōceptus eſſe ſine alio. Quia vero eſt neceſſaria ratione rerum, vna res ſine alia eſſe non poteſt, ſcilicet, rationale ſine animali.

Ad 4. Cōf. Varij modi prædicandi per accidēs.

Ad quartam confirmationē reſpon. qđ præter illos modos prędicādi accidētaliter, qui ſumūtur ex parte rerum, eſt alius modus prędicandi per accidens: ſcilicet quando vnus cōceptus eſt accidēs alteri, & nō includitur in illo. Et ita quia perfectio, quā dicit aĩal eſt accidentaria perfectioni, quam dicit rationale, quia in ea non includitur per accidens, licet ratione rerum ſit neceſſaria. Et ita neceſſariū ratione rerum, quæ materialiter importantur per terminos & accidentale ratione conceptuum, non opponuntur, ſed eidem rei competere poſſunt.

Ad 2. Arg. Quę regula teneat ab antecedente ad conſequens.

Ad ſecundum argumentum reſpon. qđ non eſt aliqua regula cōſequentiæ: quod ſi antecedens eſt per ſe, conſequēs debet eſſe per ſe: ſed quod ſi eſt verū, cōſequēs debet eſſe verū: & ſi neceſſariū, cōſequēs debet eſſe neceſſarium, &c. De quibus vide Magiſtrū Soto in Sūmulis, c. de argumentatione. Multa enim cōueniunt antecedenti, quæ non pertinēt ad bonitatem conſequētiæ: & illa nō oportet, vt conueniant conſequenti. Nā illa eſt bona conſequētia: Deus ſciuit Antichriſtū peccaturum: ergo Antichriſtus peccabit. Antecedens eſt ſimpliciter neceſſarium, & non itidem conſequens: quia ſat fuerit habere conſequens talem neceſſitatem, vt poſito antecedenti ipſum ponatur, quā vocan alii neceſſitatē conſequentiæ. Et ita illæ propoſitiones per ſe indirectè poſſunt cōcludere propoſitionem per accidēs ratione ſignificationis terminorum.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpōdetur, quod quia eſt neceſſaria ratione rerū, quæ materialiter, & ſecundariò importantur, & per accidens ratione conceptuum, ideo non poteſt eſſe falſa: quia res illæ inſeparabiliter cōnectūtur, ſcilicet res quæ eſt animal, & res quæ eſt rōnalis: quia res, quæ eſt rationalis neceſſariò debet eſſe hō, & ita neceſſariò debet eſſe animal.

Obiectio.
Solutio.

Et ſi dicas, genus eſt principium differentiarum, principium, inquam, formale: ergo prædicatur per ſe de illis: dicemus ad hoc cap. de differentia.

QVÆSTIO. XLIX.

Vtrum genus conſeruetur in vna ſpecie, & ſpecies in vno indiuiduo, & an generis poteſtas ſit quid reale, vel rationis.

Tria puncta proponūtur i titulo examinanda.

OMnia hæc ſub vna quæſtione diſputare cōſtitui, quia multā inter ſe cohærētiā habent. Et à primo incipiēs probo qđ genus

Digitized by Google

Circa primum. nus ſaluetur in vna ſpecie: nã quæcũque ſunt idem eſſentialiter, poſito vno ponitur & aliud: *1. Argum.* ſed genus & ſpecies ſunt huiuſmodi: ergo ſpecie cõſtituta conſtituitur genus: ergo genus ſaluatur in vna ſpecie. Quinimo impoſſibile eſt, quod ſit homo, quin ſit animal: quia homo eſſentialiter eſt animal, ſed animal eſt genus: poſita ergo ſpecie humana, genus ſubinde ponitur: cõſeruatur ergo in ſpecie vna, quinimo ĩ vno ſpeciei indiuiduo. *Solutio.* Sed dices, ꝙ hic loquamur de genere, vt eſt quoddã totũ potentiale, & contrahibile per plures differẽtias. *Impugnat.* Sed contra: & ſit ſecundũ *2. Argum.* argumentum: Nam illa potentialitas, vel eſt aliquid reale, vel rõnis: Si eſt aliquid reale, ergo ſaluatur in vna ſpecie: nã qđquid reale cõuenit animali, reperitur, & ſaluatur in homine: eſſentia enim aĩalis cũ ſuis omnibus propriis paſſionibus in hoĩe reperiť, & determinatur per rõnale. *Solutio.* Si dicas, quod eſt aliquid rationis: *Impugnat.* Videtur hoc falſum: quia actu determinari aĩal per rationale, & recipere eſſe ſpecificũ, eſt aliquid reale: ergo potẽtia ad recipiendum hũc actum aliquid eſt reale: qua quãdo actus eſt realis & intrinſecus, illius potentia debet eſſe aliquid reale.

3. Argum. Tertiò arguitur. Nã hęc potentia, vel accidit aĩali, vel eſt de eius eſſentia, vel eſt ꝓpria eius paſſio. Si accidit animali, vel exiſtẽti in rerũ natura, vel in intellectu. Si in rerũ natura exiſtẽti in vna ſpecie accidit, imò in vno indiuiduo: omne enim accidens reale alicuius prius accidit & cõuenit indiuiduo: quia prima ſubſtãtia eſt, q̃ primò ſubſtat accidẽtibus. Si in intellectu, bene poterit accidere aĩali, prout cognoſciť in vna ſpecie, quinimo prout cognoſciť abſtractè. Si eſt eſſentiale, vel propria paſſio, vbicũque fuerit eſſẽtia aĩalis erit hæc potentialitas, & ita erit in vna ſpẽ, q̃nimo in vno indiuiduo.

4. Argum. Quartò arguitur: Nã ſpecies ſaluatur in vno indiuiduo, ergo & genus in vna ſpecie. Cõſequẽtia ꝓbať: nã antecedens cõceditur ab oĩbus Thomiſtis, vt iã videbimus. Nã ſicut genus eſſẽtialiter reſpicit plures ſpẽs, ita ſpẽs plura indiuidua. *Confir.* Et confirmatur hoc argumẽtum. Nã vel loquimur de genere, vt ẽ totũ potẽtiale, vel vt eſt totũ actuale. Hoc ſecundo mõ in vna ſpecie ſaluať. Si primo ẽt ſpecies vt eſt potẽtiale totũ ſaluatur in vno indiuiduo, ergo & genus in vna ſpẽ, ergo qui tenẽt ſpẽm ſaluari ĩ vno indiuiduo, dẽnẽt cõcedere genus cõſeruari in ſpẽ vna.

Quintò arguitur. Non minus materia prima eſt indifferens ſecundũ ſe & in potentia ad plures formas, quam genus ad plures differentias ſpecificas, nec minus formæ perficiunt materiã primam, quã differentiæ perficiant genus, ſed materia prima cum omni ſua potentialitate ſufficienter ſaluatur in vno indiuiduo actuata per vnam formam, ergo & potentialitas generis ſaluabitur in vna ſpecie, etiam ſi actuetur per vnam differentiam. *5. Argum.*

Et confirmatur hoc argumentum. Nam ſi loquimini de potẽtialitate generis ad ſuas differentias, cũ dicitis, quod nõ ſaluatur in vna ſpecie, etiam debetis cõcedere, quod neque in duabus ſalueť, quia potentialitas illa non ſolum eſt ad duas differentias, ſed ad infinitas ſyncategorematicè, vt patet in potẽtialitate numeri in ordine ad differentias ſpecificas numeri, ergo vel dicendũ eſt ſaluari in vna ſpecie, vel negãdũ eſt ſaluari in duabus. *Confir. 1.*

Et confirmatur hoc argumentum ſecundò. Nã ſequitur, quod nec Deus, qui ſua eſt potentia infinita, poſſet genus in vna eſſentia conſeruare, ſi fiat ſermo de potẽtialitate generis, ſed hoc videtur falſũ, quia Deus totã potẽtialitatẽ materię primæ ſatiat per vnã formã, vt patet in cęlo, ergo poterit vnã producere differẽtiã ita perfectã, qđ totã generis potẽtialitatẽ exhauriat, & tũc ſaluabiť in vna ſpẽ. *Confir. 2.*

Sextò arguitur. Eſſet poſſibile, nullum aliud animal eſſe pręter hominẽ in rerũ natura, ſaltẽ per diuinã potentiã, & tunc ſaluaretur genus in vna ſpecie. Quod probo. Nã verum eſſet dicere, homo eſt animal, ergo aĩal verè prædicareť de homine, & aĩal eſſet genus, ergo ſaluaretur in vna ſpecie, & ita videtur eſſe modo in hoĩe, ſicut eſſet tũc, ergo. Ita ſaluatur modo in hoĩe, ſicut tũc ſaluaretur, ergo, &c. *6. Argum.*

Quantũ ad ſecundum quæſtionis punctũ, an ſpecies ſaluetur in vno indiuiduo, licet ex parte videať probatũ, adhuc magis probo. *Circa ſecũdũ punctũ.* Et ſit ſeptimũ argumentũ. Et probo, qđ nõ poſſit ſaluari in vno indiuiduo ſpẽs. *7. Argum.* Nã ſpẽs, vt totũ quoddã potẽtiale, dicit ordinẽ ad plura indiuidua, vt

deter-

determinetur per eorum conditiones indiuiduantes, ſed eſt impoſſibile conditiones duorum indiuiduorum reperiri in vno indiuiduo: nam indiuiduū eſt, cuius proprietatū collectio non eſt in alio: ergo eſt impoſſibile ſpeciem ſaluari in vno indiuiduo. Et rōnes, quæ militant pro generis potentialitate, vt nō cōſeruetur in vna ſpecie, militant etiā pro potentialitate ſpeciei vt nō conſeruetur in vno indiuiduo. Nā quod determinatio ſpeciei fiat per diuerſas cōditiones indiuiduantes materialiter, hoc nō tollit, quin ſit totum quoddam potentiale, dicens ordinē ad plures conditiones incompatibiles in eodem indiuiduo: ergo non poteſt, vt totū potētiale eſt, ſaluari in vno indiuiduo.

Circa 3. pūctum. *1. Argum.* Quantum ad tertium quæſtionis punctū, vtrū generis potentialitas ſit aliquid reale, probo quod ſic. Et ſit octauū argumentū: Nā totū metaphyſicum eſt quid reale, nimirum ſpecies, homo, verbi gratia, & leo: ergo partes ex quibus cōponitur, ſunt aliquid reale: ſed partes ſunt natura generis & differentiæ: ergo illæ ſūt aliquid reale, & natura generica eſt potētiale, & natura differentiæ aliquid actuale: ergo potētiale generis eſt aliquid reale. Probatur antecedens, nam in omni cōpoſitione, vbi ſunt partes componentes, vna debet eſſe actus, alia potentia: ergo genus debet eſſe potentia metaphyſica, & differentia actus, ſed genus animal, ſcilicet, eſt aliquid reale: ergo & generis potentialitas quid reale eſt. Sed maior probatur: quia differentia non poteſt eſſe potentia, cum ſit determinans: ergo eſt genus illud potentiale, & habens potentialitatem metaphyſicam, quod conſtat eſſe reale. *Confirm 1.* Et confirmatur hoc & explicatur: Nam homo vt totum metaphyſicum cōponitur ex actu, & potentia, & ex materiali & formali: ſed hæc non poſſunt eſſe tia rationis; quia aliàs etiam homo eſſet ens rationis: ergo ſunt aliquid reale: ſed illud potentiale eſt genus generis: ergo potentialitas aliquid reale eſt: nam illa eſt quæ determinatur per rationalitatē. *Confirm 2* Et confirmatur ſecundò hoc arg: Nā rationale eſt quod determinat generis potētialitatē: ſed aliqd rōnis nō pōt determinari per rōnale: ergo eſt aliquid reale, quod determinatur: potentialitas ergo generis quid reale eſt. Et confirmatur tertiò: Nā abſurdum eſſet dicere, quod actus ſpecificus metaphyſicè ſit aliquid rationis in hic: ergo abſurdum eſſet dicere, quod potentia metaphyſica ſit aliquid rationis, quia actus & potētia ſemper debent proportionari: ergo generis potentialitas, ſeu generis potentia eſt aliquid reale. *Confirm. 3* Et cōfirmatur vltimò, quia nō videtur aliud eſſe potentialitas generis, quā genus ipſum, vt determinabile per differentias, quod conſtat eſſe reale: quid igitur, &c. *Confirm. 4.*

Ad primum ergo in quæſtione propoſitū, vtrū genus ſaluetur in ſpecie vna, eſt opinio doctiſſimi Scoti, ea de ſpecie, q. 18. dicentis tā genus in vna ſpecie, quā ſpeciem in vno indiuiduo cōſeruari poſſe. Scotum ſequitur Copulata Louanienſis cap. de ſpecie, parte quarta. Antonius Andreas, q. 4. & conuincuntur aliquibus argumentis ſupra à nobis factis. *Controuerſia circa 1. argumen. quæſt.* *Opinio Scoti.*

Deciditur quæſtio.

Prima concluſio: Eſſentia generis ſeu naturæ genericæ tota reperit in vna ſpecie, imo in vno indiuiduo, loquēdo de genere ſecūdum quod eſt quoddā totum actuale. Hæc concluſio patet argumento primo. Quia eſſentia generis hoc modo eſt eſſe viuens ſenſibile: ſed hō & Petrus ſunt viuens ſenſibile: ergo generis eſſentia in vna ſpecie & in vno indiuiduo ſaluatur. Et ſi iuxta hūc ſenſū loquatur Doctor ſubtilis, benè dicit, nec D. Thom. ſentit oppoſitum. Præterea probatur: Nam D. Thomas, 1. parte, quæſt. 77. art. 1. dicit: quod totū vniuerſale adeſt cuilibet parti ſubiectiuè ſecundum totam ſuam eſſentiam, & virtutem, vt animal homini. Loquēdo verò de genere, ſecundum quod eſt quoddam totum potentiale. *Opinio Authoris. 1. Concluſ.* *Trahitur Scotus ad bonum ſenſum D. Tho.*

Sit ſecunda cōcluſio: Natura generica, vt dicit potentialitatē, vt cōtrahatur per plures differētias, non poteſt in vna ſaluari ſpecie huiuſmodi potētialitas, nec determinabilis per plures differentias, nec determinata per illas: implicat. n. vtrunque. Hæc concluſio etiā eſt ſatis nota, & eſt communis etiam omnibus logicis. Prob cōcluſio. Quia impoſſibile eſt, vt vna ſpēs habeat plures differētias oppoſitas: ergo impoſſibile eſt, vt genus, vt *2. Concluſ.* *Probatur.*

quid-

quid potentiale & determinabile p plures differẽtias,ſic determinatũ in vna ſpecie. Antecedẽs probatur:quia vna ſpecies vnica eſt contenta ſpecifica differentia vltima, cum ſolum habeat vnũ eſſe ſpecificum.

2.probatur

Et ſecundò probatur hęc pars:Nam impoſſibile eſt, vt idem numerus ſit binarius,&ternatius:nã qualibet addita vnitate mutatur eſſentia & ſpecies numeri:ſed rerum ſpecies ſunt ſicut numeri ex 8. Metaphyſicę,tex.10.ergo impoſſibile eſt,vnã ſpeciem habere duas differentias: nã illa differentia ſecũda adueniens adderet nouum gradũ & mutaret ſpeciẽ.

3.probatur

Tertio:Diuerſificatur animalis,v.g.natura per aduentum differentiæ, ſic ideo, vt alia ſit animalitas in equo,&alia ĩ homine: ergo eadẽ generica natura animalitas, v.g.nõ poteſt ſubſterni duabus differẽtiis oppoſitis,& ita in eadem ſpecie non poteſt eadem animalis natura duabus differentiis determinari.Antecedens eſt D.Tho c.3. đ Ente

Probatur 2.pars concluſ.

Alia verò pars cõcluſionis, quod etiam ſi actu non poſſit reperiri huiuſmodi pluralitas differentiarũ,nec etiam poſſit reperiri in eadem ſpecie potentialitas ad plures differentias ſuſcipiendas, in eadem natura animalis.Probatur,quia natura animalis,quæ eſt in homine,v.g.iã eſt determinata ad eſſe hominis per vltimã hominis differentiã:ergo prout eſt in homine non manet determinabilis per aliã differentiã.Probatur cõſequentia. Quia natura animalis,cui per differentiã datũ eſt hominis eſſe ſeu rationalis eſſe,manet impotens,vt ſic,ad recipiendum eſſe per differentiã irrationalis, v.g.ergo nõ manet potens ſuſcipere aliam differentiam. Probatur antecedens. Nam ſi maneret potens,darẽ potẽtia aliqua quæ nullo modo ad actum poſſet reduci;fruſtra autem eſſet huiuſmodi potentia:ergo non eſt dãda. Maior patet:quia in homine, vt viſum eſt,duæ oppoſitæ differẽtię eſſe nequeũt. Et præterea: Si in homine ratione naturæ genericæ determinatæ in eodem eſt potẽtialitas ad alias differentias:ergo in homine eſt potentia, vt ſit equus,quo quid abſurdius;Antecedens probatur: quia in illo eſt potẽtia, vt determinatur eius animalitas per differentiam equi, imo in homine eſſet potentia ratione generis ſuperioris eadem ratione, vt determinetur p differentiam non viui & non ſenſibilis, quod eſt contra ſuam eſſentiam: impoſſibile ergo eſt hoc.

Corollariũ

Ex hoc ſequitur,multo minus in ſpecie eſſe potentialitatẽ, vt determinetur illa generis natura p omnes differentias:nec etiã eſt potẽtialitas in duabus ſpeciebus, vt determinetur genus omnibus ſuis differentiis eiſdem rationibus Pro hac ſecũda concluſione vide Caietanũ capite de differentia, ſolut.12.in magnis,qui ſubtiliter hoc pertractat.

Caietan.

3. Conclu.

Tertia concluſio.Genus determinabile p plures differentias eſt, quando ab intellectu cõſideratur ſine differentiis per abſtractionem a ſpeciebus. Hæc cõcluſio prob.Quia tunc ſolũ eſt quoddã totũ potentiale,& determinabile p differentias. Cũ vero conſideratur in ſpeciebus,iã nõ conſideratur vna natura,ſed plures,& nõ quidẽ determinabiles, ſed determinatę: & animal prout eſt in homine nõ eſt prędicabile de pluribus ſpeciebus, ſed ſolũ de vna ſpecie. Quinimo in vniuerſali ſolum eſt genus,& ita ſolum tunc genus eſt totum quoddam determinabile per differentias:quia determinabilitas per plures differentias ſolum generi conuenit.

Quando intelligatur genus vt quid determinabile per oppoſitas differentias.

4.Concluſ. Quõ implicet etiã per omnipotentiã Dei ſaluari genus in vnica ſpecie, & quõ non implicet.

Quarta concluſio:De potentia Dei abſoluta bene potuit de facto genus inueniri in vna ſpecie ſola, volo dicere,quod nõ neceſſitatur Deus ad productionem duarum ſpecierum eiuſdẽ generis,ſed potuit ſolum vnam ſpeciem producere,vt inter animalia ſolũ hominem:& tunc animalis natura non reperiretur,niſi in vna ſpecie. Hæc concluſio ſatis patet. Nam etiã ſi vt totum potentiale determinatũ ſecundũ ſuam potentialitatẽ reperiri nõ poſſit,niſi in pluribus ſpeciebus,tamẽ quod generis natura nõ reperiatur de facto coniuncta,niſi vni ſpeciei,nullam dicit implicationem,cũ ſpecies rerum liberè producãtur à Deo. Quinimo in reſurrectione vltima ſola ſpecies humana reparata inter naturalia reperietur,& tunc generis,quod eſt animal non dabitur, niſi vna ſpecies: hoc dicit M.Soto cap.de ſpecie.

Magiſter Soto.

5.Concluſ. De facto nullum genus ſaluatur in vnica ſpecie.

Quinta concluſio. Seruato vniuerſi ordine,nulla generica natura reperitũ in ſola vna ſpecie,ſed in plurimis. Hæc cõcluſio eſt D.Tho.primo Senten.diſp.19.q.1. artic.2 in corp. Vbi ſic dicit, vniuerſale

exigit pluralitatẽ in his, quæ ſub ipſo cõtinẽtur, vel in actu, vel in potẽtia. In actu ſicut eſt in genere, quod ſẽper habet plures ſpecies. Loquitur autem D. Tho. ordine ſeruato vniuerſi. Probaẽ præterea cõcluſio. *Multiplicatio ſpecierum eſt per ſe intenta à natura.* Nã multiplicatio ſpecierũ eſt per ſe intẽta à natura, & natura intendit prõducere multas rerũ ſpecies, & cõſeruare illas, vt ordo cõſeruetur vniuerſi, & eius pulchritudo, quæ in hac varietate & multiplicitate ſpecifica piſciũ, auiũ, & reptiliũ, & gradientiũ conſiſtit: quamobrem vniuerſi diſpoſitione ſeruata hãc multitudinẽ ſpecificã reperiemus neceſſario. Quod non ſolũ eſt verum in infimis ſpeciebus, ſed & in ſubalternis: in omni.n. ſpecie pluralitas reperitur. Nam ſicut in muſica ſeruãtur variæ vocũ conſonãtiæ, diſſonæ, vt vocũ multitudo mirificè delectet audientiũ animos, eodẽ modo concẽtum quendam, & harmoniã cauſant ſpecierũ differentes gradus, quibus ſummoperè delectatur animus & cõſulitur vtilitas vniuerſi; quid mundus eſſet, ſi ſolũ in quolibet genere vnica reperiretur ſpẽs? Hoc aũt vt iam videbimus non eſt neceſſe ſemper ſeruare in multitudine indiuiduorũ, q̃ per accidẽs intendũtur & ratione ſpecierũ. *D. Thom.* Vide D. Tho. 1. poſt. lectio. 1.

6. Concluſ. Sexta concluſio, Genus, vt totũ potentiale, implicat per quãcunque potentiã ſeruari in vna ſpecie, quia ſi genus dicit aliquid determinabile variis differẽtiis: ſed huiuſmodi determinabilitas nec actu coniuncta differentiis variis, nec vt poſſibilis coniungi reperiri valet in vna ſpẽ: ergo. Minor ſupra probata manet: implicat enim hoc, & ita nulla potẽtia fieri valet. *Controuerſia quare genus exigat plures ſpecies, ſpecies autem non item plura indiuidua.* Alii dixerunt, quando D. Th. dixit, genus requirere varias ſpecies, ſpeciẽ vero non requirere multitudinẽ indiuiduorũ, ſolũ loqui de illis ex parte fundamẽti ad abſtrahendã illam naturam, & conſtituẽdam in eſſe vniuerſalis: ita vt velit, quod ſpecies eſt fundamentaliter in rebus, ẽtſi vnum indiuiduũ tantum ſit, genus vero non ita bene, niſi ſint plures ſpẽs, vel plura indiuidua diuerſarũ ſpecierũ. Nã cognito vno indiuiduo, facile aduertit intellectus, q̃ ſimilitudinem & diſſimilitudinẽ habeat cum aliis rebus, imaginarique poteſt alia indiuidua poſſibilia, & ita illius indiuidui naturã meritò denominabit ſpeciem. At vero ex vno aut pluribus indiuiduis omnino ſimilibus & eorũ prędicatis eſſentialibus nullã per ſe loquendo, eſſentialẽ diſſimilitudinem percipit intellectus: & ita deficit ei fundamẽtũ, vt natura per illas genus denominetur. *Refellitur.* Verũ.n. vero in numeris facillimo negotio, etiamſi non exiſtãt, niſi indiuidua vnius ſpeciei ternarii, ſcilicet, poſſũ cõſiderare alias ſpecies, & indiuidua aliarũ ſpecierũ, & ab illis abſtrahere numeri rationẽ. Vnde non credo, quod hæc ſit D. Th. *Auctoris opinio.* mens. Maxime, quia etiã naturas ſpecificas nullo modo exiſtentes poſſum conſiderare per intellectũ, & ab illis naturã generis abſtrahere, quia abſtractio intellectus non ſemper, qđ ſit, requirit exiſtentiã indiuiduorũ: ſed ſufficit, vel fuiſſe, vel eſſe futura indiuidua, vel poſſibilia, vt abſtrahã ab illis generis naturam. Maxime: quia ab vno indiuiduo exiſtẽti, v.g. ab homine abſtraham ego rationem animalis, & corporis, & illa erit genus, quia prædicabilis de pluribus ſpeciebus, etiãſi ego neſcirem ſpecies, quia illud habet ex parte ſua, etiamſi ego neſcirem actualem prędicationem conficere. Vnde nõ videtur hæc ſententia vera. Et hęc de primo.

Controuerſia circa 2. pũctũ quæſtionis. Quantũ ad ſecundum pũctum attinet, ſunt etiam Doctores oppoſitũ ſentiẽtes. Petrꝰ Niger ĩ ſuo Clypeo, q. 26. & multi alii, qui non ſunt ex noſtra ſchola, dicunt *Opinio Petri Nigri & aliorũ.* quod potẽtialitas ſpeciei, vt determinetur per plures conditiones indiuiduãtes, non põt ſaluari in vno indiuiduo, ſed ex neceſſitate requirit plura indiuidua, vt cõſeruetur, quatenus eſt totũ quoddã potẽtiale reſpectu indiuiduorũ: quia conditiones duorũ indiuiduorũ in vno ſaluari nequeunt, aliàs vnũ indiuiduũ eſſet plura indiuidua. Eandem ẽt ſententiã tenet Petrus Bruxelẽſis ca. de ſpecie, in ſolutione penultimi argumenti huius q̃ſtionis.

Pro intellectu opinionis auctoris. Sed vt hãc difficultatẽ diſſoluamus, aduertendũ erit, ſpecies rerũ eſſe in duplici differentia. Aliæ namq; ſũt corruptibiles, vt humana ſpecies, cuius ſingularia primò. & per ſe corrũpunẽ. *1. Fũdam.* Aliæ ſunt rerum ſpecies, nequaq̃ corruptioni ſubiectæ, vt ſpecies angelicæ, quæ cũ ſint ipſę formæ ſubſiſtentes, vt aſſerit D. Tho. 1. p. q. 50. non poſſunt corrumpi. Corpora cœleſtia itidem incorruptibilia ſunt, quia

Digitized by Google

quia eorum formæ replent totã capacitatem materiæ. Aduerte, inſuper ex D Tho. 1. par. quæſt. 50. art. 4 ad vltimum, quæſt. 23. art. 7. quod multiplicatio indiuiduorum non intendatur per ſe ab agente, ſed intẽdatur per accidẽs, hoc eſt, per aliud, nimirũ in ordine ad ſpeciei cõſeruationem. Quod enim primò agens producẽs indiuidua intendit, illud nimirum eſt ſpeciem conſeruare. Verum, quoniã hæc cõſeruatio nequit fieri, niſi in indiuiduis, hinc fit, vt producat indiuidua, & ſic aliter intendit ſecundũ numerũ indiuidua in ſubſtãtiis corruptibilibus, aliter in incorruptibilibus: quia omne agens intendit agere aliquid finitũ, vt aſſerit Angelicus Doctor. 1. parte, q 7. Et ſic excogitat aliquem numerum & menſuram in partibus eſſentialibus, eius quæ per ſe requirũtur ad perfectionẽ totius. Non enim per ſe eligit aliquẽ numerum in his, quæ nõ principaliter requiruntur, ſed propter aliud: Sed in tantũ natura accipit hæc in quantũ ſunt neceſſaria propter aliud ſicut ædificator excogitat determinatam menſurã domus, & ẽt determinatam mẽſuram, & numerũ manſionum, quas vult facere, & determinatum numerũ parietum, &c. Non autem eligit numerum determinatum lapidum, ſed eligit tot, quot requiruntur ad implendam menſurã parietũ, &c. Ita eſt conſiderandum in Deo reſpectu totius vniuerſi, qui eſt eius effectus. Præordinauit enim in qua menſura haberet eſſe totum vniuerſum, & quis numerus eſſet conueniens eſſentialibus partibus, quæ ſcilicet, habẽt aliquo modo ordinẽ ad perpetuitatẽ, quot ſcilicet ſphæræ, quot elementa, quot ſtellæ, quot rerũ ſpecies. Indiuidua verò corruptibilia nõ ordinauit ad perfectionẽ vniuerſi, quaſi principaliter, ſed quaſi ſecũdariò, in quãtũ in eis ſaluatur bonum ſpeciei. Vnde licet Deus ſciat numerũ omnium indiuiduorum, non tamen numerus horum eſt per ſe ordinatus à Deo ad vniuerſi perfectionem, ſed horũ tot produxit, quot ad ſpecierũ cõſeruationem ſunt neceſſaria.

2 Fũdam. *Quomodo multiplicatio indiuiduorũ non intẽdatur niſi per accidens à natura.* *D. Thom.*

3 Fũdam. Præterea aduerte (de quo ſtatim dicemus) quod Angelorum ſpecies non habẽt, nec poſſunt habere niſi vnicum indiuiduum, quia non habent materiam, non poteſt in illis aſſignari ratio diuerſitatis numericæ, quæ eſt per materiam.

7. Concluſ. His ergo præhabitis ſit ſeptima cõcluſio: Potentialitas, quã dicit natura ſpecifica corruptibilis, vt determineẽ per plures conditiones indiuiduantes diuerſorũ indiuiduorum, nõ poteſt reperiri ſatiata in vno indiuiduo. Hanc concluſionẽ probat ſextum argumentum in principio, & ratio Petri Nigri proximè adducta. Nam quamuis ſpecies corruptibilis materialiter determinetur per indiuiduãtes conditiones, & quãuis indiuidua corruptibilia per accidens intendantur, ſed non poteſt illa potentialitas, vt materialiter indiuiduetur, & determinetur per plures cõditiones plurimorum indiuiduorũ in vno indiuiduo reperiri ſatiata, nec poteſt ibidem talis potentialitas reperiri, ſed reperitur vna potentialitas in intellectu abſtrahente naturã à conditionibus indiuiduãtibus, & reperitur natura cum variis cõditionibus in variis indiuiduis. Aliàs, idem indiuiduũ haberet cõditiones aliorum indiuiduorum, & eſſet duo indiuidua, & eſſet diſtinctum à quolibet alio, & quidẽ eſt indiuiduum: & non eſſet diſtinctum quandoquidem habet conditiones alterius indiuidui, quæ ſunt implicantia.

Corruptibiliũ quomodo ſpẽs ſaluari neque ant niſi in pluribus indiuiduis.

8. Concluſ. Octaua concluſio. Potẽtialitas ſpecierum rerum incorruptibilium, vt determinetur per cõditiones indiuiduãtes, quas poteſt habere in rebus, ſaluatur in vno indiuiduo Probatur hæc concluſio: quia illa natura non habet potentiam, vt determinetur per conditiones indiuiduantes oppoſitas, quia implicat contradictionẽ eſſe duos Angelos ſolum numero differẽtes: ſed ſolum habet potentiam vt determinetur per cõditiones vnius indiuidui, & hæc potẽtia reperitur cõpleta in Gabriele: ergo. Et Præterea: quia indiuidua non multiplicantur, niſi quãdo ſunt corruptibilia quia intenduntur propter ſpeciem, vt patet in notabilibus: ſed Angelicæ ſpecies ſunt incorruptibiles: ergo indiuidua earum non multiplicantur, ſed ſolum eſt vnum in qualibet ſpecie, ergo ſpeciei potentialitas in vno eſt completa indiuiduo. Vide Caietanum 1. p. quæſt. 50. artic. 5. Et zumel, ibidem, qui alias congerunt rationes.

Quomodo ſpẽs incorruptibiles ſaluantur in vnico indiuiduo duntaxat. *Caietan.* *Cotel.*

Ex hoc infertur, quod hæc propoſitio eſt veriſſima, ſpeciei potentialitas poteſt ſaluari

ſaluari in vno indiuiduo, quia eſt propoſitio indefinita, quæ habet vnam ſingularē veram, ſi referatur ad ſpecies Angelicas, cuius potentialitas vnico indiuiduo dumtaxat eſt determinata: quia non habet potentialitatē ad plura indiuidua, vt realiter ſit in illis etiam per diuinam potētiā, vt demonſtrat Diuus Thomas 1. parte, q. 50. articu. 4. Generis vero potentialitas non reperitur ſatiata in vna ſpecie, quia eſt ad plures differētias, & nulla ſpecies habet plures differentias vltimas, nec aliqua generis potētialitas reperitur, quę ſit ſolum ad vnam differentiam.

D. Thomas

Controuerſia circa 3. punctū quęſiti.

1. Opinio.

Ad tertium ergo punctum accedentes, verū generis potentialitas ſit aliquid reale, vel rationis, inuenimus etiam in hac re varias ſententias. Aliqui etiā ex Thomiſtis, qui dicūt, cōpoſitionē ex genere, & differētia eſſe aliquid reale, dicunt cōſequenter generis potentialitatē, vt contrahatur per plures differentias, eſſe aliquid reale. Imò dicunt idem de potentialitate ſpeciei, vt per plures conditiones indiuiduantes oppoſitas determinetur. Et probant, quia ſi eſt aliquid rationis, vel negatio, vel relatio, vel priuatio: ſed cōſtat nihil horum eſſe: ergo. Item: nam actus & potentia ſunt in eodem genere: ſed rationale & hinnibile sūt aliquid reale: ergo & potentialitas generis, quæ per illas differentias determinaī, eſt aliquid reale. Et dicunt potentialitatem hanc cōſequi ad naturam generis, verbi gratia, ad animalis naturam conſequitur, vt ſit determinabilis p varias differentias: & quia hæc potentialitas eſt ad actum completū & multiplicem, non poteſt ad actum eſſe reducta, niſi in multis ſpeciebus. Sicut potentialitas numeri, vt ſit par, & impar, nō poteſt in aliqua vna ſpecie numeri complete eſſe determinata: ſed ad ſuam completam determinationē plures requirit ſpecies, in vna tamen ſpecie incompletè determinata reperitur. Et ſicut potentia numeri ad par, & impar eſt in duabus ſpeciebus, & nō in vna: ita hæc potentialitas non eſt in vna ſpecie, ſed ī duabus ſpeciebus incomplete, & conſequitur ad animalis naturā in duabus ſpeciebus exiſtentē. Et per hunc modum argumenta ſoluunt, quæ contra hanc ſententiā fieri poſſunt.

2. Opin. Petri Nigri.

Nihilominus oppoſita ſententia, qđ non ſit potentia realis, eſt certiſſima & ſatis cōformis dictis Diui Thomæ tenentis genus & differentiam dicere eandē naturā. Adduximus vbi hoc dicit D. Th. quæſt. ſuperiori de compoſitione metaphyſica. Et hanc ſententiā ſequitur Petrus Niger, quæſtione 26. & Bruxelenſis, c. de ſpecie, & eſt cōmunis inter Scotiſtas plurimos. Illam tenet Caietanus, c. de differentia, & Soto cap. de ſpecie.

9. Concluſ.

Sit ergo nona concluſio. Licet eſſe animal ſit aliquid reale, tamen quod animal ſit quid determinabile per differentias, & ſit qđ potentiale in ordine ad illas, habet non in re, ſed prout accipitur à noſtro intellectu, vt quid abſtractum a ſpeciebus & differentiis. Hæc concluſio probatur: Nam animal & rationale, vt ſupra viſum fuit, ſunt idē realiter, & formaliter, & ſolum diſtinguuntur per opus intellectus: ergo nō poteſt animal eſſe aliquid determinabile per illam differētiam realiter: ergo illa potentialitas nō eſt aliquid reale, habens eſſe ſecluſa operatione intellectus. Conſequentia prima probatur: Nam vt illa potentia eſſet in rebus aliqđ reale, neceſſum erat, quod actus ad quem ordinabatur, eſſet ab ipſa realiter diſtinctus: ſed non ita ſe habet: ergo non eſt aliqđ reale: habet ergo quod ſit potentiale aliquid per opus intellectus. Minor pbatur: Nā itellectus eſt qui diſtinguit inter animal & rationale: itaque, qa genus realiter & formaliter eſt idem cum ſuis differentiis, non poteſt eius potentia eſſe aliquid reale in ratione potentiæ, in ordine ad differentias ſpecierum conſtitutiuas. Pręterea. Genus eſt quid potētiale determinabile p varias differentias, ſecūdū q accipitur, vt quoddam totū potentiale: ſed nō habet, quod ſit totū potētiale, niſi per intellectum abſtrahentē naturā animalis a ſpeciebus: ergo illa potentialitas in ratione talis ſit per opus intellectus, ad hunc ſenſum, quia itellectus eſt, qui facit vt animalis natura ſit quid in potentia ad differentias, & quid cōtrahibile, quod facit per abſtractionē non ad hunc ſenſum, quod faciat animalis naturam, quæ determinabilis eſt. Pręterea. Iſta potentialitas generis nihil eſt aliud, quā generis diuiſibilitas p plures drias, ſeu ſpecies: ſed generis diuiſibilitas pſupponit generis vnitatem,

Vnde hēat animal qđ ſit quid determinabile per oppoſitas differentias.

Quō potentialitas quam habet genus in ordine ad differentias & ſpecies non eſt aliquid reale, ſed rationis.

Digitized by Google

tatẽ,quia nihil eſt diuiſibile, niſi ſit vnũ, quia plura vt ſic non ſunt diuiſibilia: ſed diuiſa,iſta autẽ vnitas generis,qua eſt vnũ diuiſibile in multas ſpecies, ſeu differentias,eſt aliquid rationis, ſiquidem illi conuenit per opus intellectus: ergo potentialitas illa,& diuiſibilitas non conuenit animali ſine opere intellectus,non ergo eſt aliquid reale. *Quidquid exiſtit in natura eſt ſingulare.* Præterea:Si hæc potẽtialitas eſt quid reale:ergo exiſtit in rebus,ſiue in vna,ſiue in pluribus: ſed hoc eſt abſurdum:ergo.Probatur minor: Nã omne exiſtens in rebus debet eſſe in ſingularibus:ſed nec in vno ſingulari,nec in pluribus eſt hęc potentialitas, vt genus determinetur per plures differentias. ergo ſolũ eſt operante intellectu huiuſmodi potentia.Maior probatur:Omne enim exiſtens debet habere exiſtentiã:ſed exiſtẽtia eſt actus rei ſingularis: ergo quod exiſtit debet eſſe ipſũ ſingulare,vel pars eius,vel accidens eius:& ita erit aliquid ſingulare. Patet minor illa:quia nec ĩ Petro & Brunello eſt potẽtia formaliter determinabilis, pluribus differentiis, maxime cũ in Petro & Brunello nõ ſit differẽtia formaliter: quia differentia eſt quid vniuerſale,& Petrus & Brunellus sũt aliquid ſingulare:i ſingularibus aũt vniuerſalia non ſunt,niſi fundamẽtaliter. *Prima ſubſtantia primò ſubſtat accidẽtib. & prædicatis eſſentialibus quoad exiſtendum.* Et cõfirmatur hæc ratio: Nã prima ſubſtantia eſt, quæ primò ſubſtat accidentibus, & prędicatis eſſentialibus in exiſtẽtia:quia enim Petrus eſt albus, homo eſt albus, & quia Petrus exiſtit animal rationale, hõ exiſtit animal rationale, & quia Petrus exiſtit riſibilis,hõ exiſtit riſibilis: ergo ſi animal eſſe aliquid potẽtiale & determinabile per plures differentias, eſt aliquid reale:ergo prius cõuenit Petro, quod eſt falſiſſimum. Petrus enim rebus ipſis, nec vt Petrus, nec vt animal eſt determinabilis variis differentiis,& ita hęc potẽtialitas cõuenit generi per intellectum: *Dubium.* Et ſi inquiras,quomodo cõuenit illi per intellectum. *Solutio.* Reſpondeo,quod intellectus abſtrahens animal à ſpeciebus & differentiis facit illud prout eſt in intellectu, qđ nõ habeat actu illas differentias, & ita ꝙ poſſit illas habere, quamobrẽ facit illud totũ potentiale: cum vero coniungit illud differentiis, facit ipſum componi, & actuari per illas,& ita reſultat cõpoſitio metaphyſica: in rebus autem fundamentum eſt huiuſmodi,abſtractionis,& huiuſmodi coniunctionis, & cõpoſitionis metaphyſicæ.Et idem eſt dicendum de potẽtialitate ſpeciei in ordine ad plures cõditiones indiuiduantes, licet ſit differentia in hoc,quod illa potẽtialitas generis ſit, vt determinetur per plures differentias formaliter,ſpeciei vero potentialitas,vt determinetur per plures conditiones indiuiduantes materialiter, vt ſupra cõcluſione tertia oſtendimus.

10. Concl. *Quidnã ſit potentialitas generis.* Decima concluſio: Potentialitas generis eſt eius eſſentia cũ aptitudine,vt diuidatur per varias differentias:nõ enim dicit aliquid reale ſuperadditum eſſẽtię generis,quod ſit velut materiale huius poteſtatis, ſed dicit eſſentiã animalis abſtractam & determinabilem differẽtiis. Hæc concluſio ſatis patet:quia nihil aliud reale fingi poteſt, quo determinetur potentialitas generis cum illud per differẽtias contrahi debeat, nec huiuſmodi potẽtialitas ſupponit pro aliquo ente rationis, quod ſit determinabile,niſi in entibus rationis, cum in illis conſideremus rationem generis, & totius poteſtatiui.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD argumenta in principio quæſtionis. Ad primum reſpondetur,quod probat primam cõcluſionem. Probat.n. genus, vt totũ actuale eſt ſaluari in vna ſpecie,non vero vt totum potẽtiale,quia vt ſic eſt in multis: nam pars poteſtatis eius ad vnã deuenit ſpeciem,& pars poteſtatis eius ad aliam. Vide Caietanum, qui vbi ſupra de hoc loquitur eleganter.

Ad 2. arg. *Quomodo potentialitas generis ſit & quid reale & qd rationis.* Ad ſecundum reſpondetur, quod illa potẽtialitas formaliter eſt aliquid rationis,& aliquid reale materialiter: nã ſupponit pro eſſentia animalis determinabilis per plures differentias:eſſentia eſt aliquid reale, determinabilitas eſt aliquid rõnis:nã dicit,quod illa eſſentia ſit abſtracta ab inferioribus, ꝙ eſt quid rõnis, & vt formalius loquamur, dicit totũ potentiale logicũ,de materiali naturã genericã. de formali relationẽ totius vniuerſalis ad ſuas partes ſubiectiuas, ſeu ad ſuas differẽtias determinãtes,& ſi fuerit totũ potẽtiale ſpecificũ ad ſuas partes materialiter

rialiter

rialiter determinantes. Non verò dicimus nos totum potentiale pro materiali ſupponere ſēper pro aliquo rationis, nō enim hoc ſēper habet, niſi quando genus pro materiali eſt rationis ens, vt ſecunda intentio cum genus denominatur.

Ad 3. Sub qua ratione cōpetat generi habere potētialitatem ad inferiora.

Ad tertium reſpondetur, quod hęc potentialitas competat naturæ genericę ab ſtractæ a ſpecieb. Cæterum hęc nunquā reperitur in vna ſpecie nec actuata pluribus differentiis ſpecificis, quia ſunt repugnantes, & quadamtenus ratione oppoſitæ, & ſic eidem non poſſunt conueni re, nec vt potētia determinabilis eſt etiā in vna ſpecie, quia ibi etiam non poteſt duabus differētiis determinari, ſed reperitur actuata oppoſitis differētiis in pluribus ſpeciebus, actuabilis vero in intellectu abſtrahēre naturam à ſuis ſpeciebus.

Ad 4.

Ad quartum reſpondetur, quod potentialitas ſpecierū incorruptibiliū in vno indiuiduo ſaluatur, reliquarum corruptibilium minime, vt diximus in primo puncto. Nullum autem genus ſecundū quod eſt totum potentiale in vna ſpecie ſaluatur, quia dicit ordinem ad plures differentias, quæ quia repugnātes ſunt eidem competere non poſſunt, ſicut eſſe rationale, & hinnibile, & ita non poteſt in vna ſaluari ſpecie.

Ad confir.

Ad confirmationem iam patet ex concluſionibus.

Ad 5. Quid inter ſit inter potētialitatē materiæ ad formas, & generis ad differētias.

Ad quintum reſpondetur, quod eſt diſcrimen inter materiā primam, & potentialitatem generis, quia potētialitas materiæ primæ eſt alicuius, qđ eſt pars phyſica; & ita vbicūque eſt illa pars, erit eius potētialitas, ſed potētialitas generis eſt alicuius totius vniuerſalis poteſtatiui. Et ita cum determinatur ad vnam ſpeciem, licet quatenus eſt totū actuale totaliter terminetur, quatenus vero eſt totum poteſtatiuū non totaliter determinatur, ſed ſolū ſecundum partem poteſtatis eius, & ita nō manet tota eius poteſtas ī vna ſpecie. Vide Caietanum vbi ſupra elegāter.

Ad confir. Quę verū ſit qđ eſſentia cuiuſq; generis non ſaluetur, niſi in duabus ſpeciebus.

Ad confirmationē reſpondetur, concedendo genus ſecundū omnē ſuā poteſtatem nō conſeruari in duabus ſpeciebus, quia nullum eſt genus, quod non habeat pluſquam duas differentias veras. Ceterum quoniam ad eſſentiam totius intelligendam ſufficit eius duas intelligere partes, quod eſſentiale eſt in toto, dicimus nos eſſentiā totius poteſtatiui, vt ſic nō ſaluari, niſi ī duabus ſpeciebus, quatenus poteſtatiuum totum eſt, reliquæ differentiæ, quæ ſuperueniunt his duabus cenſentur, velut de perfectione totius poteſtatiui, non de eſſentia. Nam ſi ſolum duę reperirentur ſpecies alicuius generis, vere eſſentia generis illius ſaluaretur. Alia cōfirmatio eſt pro nobis, & patet ex concluſionibus, quid dicendum ſit.

Ad 6. Arg. Non datur ī creaturis aliquid cōmune mul tis, quod ſit vnum realiter.

Ad ſextū reſpondetur, quod animal, vt totū actuale ſaluaretur tūc in vna ſpē, vt totū vero potentiale nō poſſet ſaluari in vna ſpecie determinatū per plures differentias, nec vt determinabile, quia vt ſic ſolū eſt in intellectu abſtrahente ipsū à pluribus ſpeciebus. Quādo vero eſt in rebus determinatū, non eſt vnū aial determinatū, vnū inquā realiter, ſed plura animalia realiter, & ſi debeat eſſe vnum, debet eſſe vnū per ratione, nā vnitas multis communis non eſt, niſi in intellectu.

Ad 7.

Ad ſeptimū patet ex ſeptima & octaua concluſionibus.

Ad 8. Quid ſit totum metaphyſicum, qua eius partes, quō diſtinguantur ab inuicem.

Ad octauum argumentum reſpondetur, quod totum metaphyſicum quid reale eſt, & partes componentes aliquid reale ſunt, ſed non ſunt aliquid reale, & inter ſe diſtinctæ, & ita nec eſt potētia reale, nec actus realis, quāobrē, nec realiter cōponūtur, ſed per operationem intellectus. Vnde eſſe totū metaphyſicū, eſt eſſe aliquid reale, in quo intellectus diſtiguit partes cōponentes, & facit illas per ſuā actionē habere rationem actus, & potentiæ, dū accipit vnā, vt aliquid potētiale, & aliā vt aliquid actuale, vt dictū eſt, cū quæſtione anteriori diſputatū eſt, an cōpoſitio metaphyſica eſſet reale aliquid, oporteret ergo, vt potentialitas generis eſſet aliquid reale in rōne potentiæ eſſe diſtinctum ab actibus, quibus afficitur, diſtinctum, inquam, realiter, quod cum non habeat, non eſt potentialitas realis.

Ad 1. conf.

Ad cōfirmationem reſpondetur, quod actus & potentia, ſunt aliquid reale, nimirum, animal & rationale, ſed nō realiter diſtincta, & ſic non eſt vera potentialitas realis, ſed ſolum potentialitas logica: nam quæ verē eſt potentia realis ad actū realem in creaturis debet eſſe diſtincta realiter à ſuo actu.

Ad 2. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quod aliquid reale eſt, quod determinatur per rationale, non realiter diſtinctum, & ita nec realiter & à parte rei determinatur, & ſic à parte rei non eſt illa poteſtas generis aliquid reale in ratione potentialitatis, licet aĩal ſit quid reale.

Ad 3. Ad tertiã confirmationẽ reſpõdetur, quod actus metaphyſicus, ſeu logicus q̃d reale eſt, & ſimiliter aĩal, quod eſt poteſtatiuũ totũ, verũ non habet animal rõnẽ totius potentialis, nec differentia rõnem actus eius, niſi interueniat operatio intellectus diſtinguẽtis vnũ ab alio, & facientis, quod aĩal ſit ſine differentiis, vt poſſit determinari per intellectum, vt dictũ eſt.

Ad 4. Ad vltimam confirmationem patet ex vltima concluſione.

QVAESTIO L.

Controuerſia. *Vtrum animal ſit immediatum genus ad hominem, & ceteras ſpecies animalis.*

TRES referam in hac quæſtione ſententias, quid verò ſentiã poſtmodũ dicã.
1. Sentent. Prima ſentẽtia eſt aliquorum tenentiũ animal non eſſe genus immediatũ ad hominem, equum, &c. Et probant hanc ſententiam & authoritatibus & rationibus.
1. Argum. Pro ea. Prima ratio eſt. Nam in volatilibus aĩal & quamlibet ſpeciẽ infimam volatiliũ mediat auis, quod eſt genus, ergo aĩal non eſt immediatum genus ad omnia volatilia. Probatur antecedens: nã auis prædicatur in quid de pluribus ſpecie differẽtibus: ergo eſt genus, & mediat: ergo, &c. Maior probatur: nã interrogãti, quid eſt colũba, recte dicimus eſſe auem, quid eſt aquila, reſpõdemus ſimiliter optime, quod ſit auis: & colũba & aquila ſpẽ differũt: ergo. Hæc etiã eſt prædicatio quidditatiua, auis eſt animal: ergo vt genus coordinatur ad ſpecies, & ſubiicitur animali, vt quid, de quo animal prædicatur q̃ditatiuè: ergo eſt genus mediãs iter aĩal & reliquas volatilium infimas ſpecies.

Confr. Et confirmatur hæc ratio authoritate Ariſtot. qui 1. de hiſtoria animalium ponit auem tanquam genus immediatum ad eorum.

2. Argum. Secundò arguitur: Sub animali eſt canis latrabilis, & ſub cane latrabili ſũt plurimæ infimæ ſpecies, de quibus canis prædicatur in quid: ergo animal non eſt immediatum genus. Probatur antecedens: Nam quærenti, quid ſit canis leporarius, optimè reſpõdetur, quod ſit canis, & interrogãti, quid ſit canis moloſſus, ſeu pecuarius optimè reſpõdetur, quod canis: nec poteſt dici, quod hi canes ſint eiuſdem ſpeciei. Nam certè de cane Indico, qui teſte Ariſtot. 8. de hiſtoria animalium ca. 28. ex cane, & tigride non primo, aut ſecundo coitu, ſed tertio gignitur nõ eſt dicendum eſſe eiuſdem ſpeciei cum aliis canibus, quorum omnium tanta eſt proprietatum diuerſitas, vt certè non ab eadem eſſentia oriri omnes illas certiſſimũ ſit. Et ita Ariſtot. lib. 8. de hiſtoria animalium ca. 20. plura dicit eſſe canũ genera. Siue autẽ Ariſtot. accipiat genus ꝓpriè, ſeu pro ſpecie, apertè cõſequitur, animal non eſſe immediatum genus: nã ſi differũt ſpecie canes, ergo canis eſt genus ad illa, & de illo prædicatur aĩal: ergo &c.

3. Argum. Tertiò arguitur: Piſcis prædicatur in quid de pluribus piſciũ ſpeciebus, & de ipſo prædicatur animal in quid, ergo piſcis eſt genus immediatum ad omnia animalia aquatica, ſeu ad omnes piſces. Probatur maior: Nã cete, ſeu balæna, & tructa, remora, & alia huiuſmodi ſpecie differunt, cum ſint tam diuerſarũ proprietatum, quæ ab eadem ſpecifica natura oriri nequeunt, quas referre, & eſſet longum, & extra propoſitum logicale. Videatur Albertus de animalibus.

4. Argum. Quartò: Vermis prædicatur de pluribus ſpecie differẽtibus, ergo eſt genus: nã hæc etiã eſt quidditatiua, vermis eſt animal. Sed probatur antecedens: nã profectò bombycum natura ſine dubio differt ſpecie à vermibus, q̃ ex caſei putrefactione generantur, quod & diuerſiſſimus generationis modus atteſtatur, & diuerſiſſima vtriuſq; vermis proprietas, & vtriuſque natura ſatis diuerſa eſt ab illis vermibus, quos recenſet Ariſtot. 8. de hiſtoria animalium. ca. 27. & hi omnes ſine dubio ſpecie differunt ab illis, qui nocte lucẽt, quos alii vocant noctilucas, & hi omnes

ab

Digitized by Google

ab illis, qui in ventribus piſcium naſcuntur, & partum eorum expellunt. Ita docet Ariſt. 7. de hiſt. animalium cap. 17.

5. Argum. Quintò arguitur: Nam animal perfectè progreſſiuum immediatius eſt ad hominem, quàm ad animal vt ſic, ſicut immediatius eſt ad animal, viuens ſenſibile, quàm viuens, ergo animal non eſt immediatum genus ad hominē. Conſequentia eſt nota, & probatur antecedens, quia ſicut ſenſibile contrahit viuens, ita perfectè progreſſiuum cōtrahit animal: ergo, &c.

Confir. Et confirmatur hoc argumentum: Nā eſſe perfectè progreſſiuū eſſentialiter cōuenit homini, & equo, ergo vel illud pertinet ad genus, vel ad differentiam. Si ad genus, habetur intentum. Ad differentiam non poteſt pertinere, quia differentia hominis & equi ſunt primò diuerſa, & ita non poſſunt illis eſſe communes: & ita videtur eſſe prædicatum genericū commune. Nam rectè diuiditur animal perfectè progreſſiuum per rationale, & irrationale. Et ſi haberemus nomen ſimplex, ſignificaret illud immediatum genus.

vlt. Argu. Vltimò arguitur: Nam intra latitudinem animalis ſunt diuerſæ operationes, quæ præter conuenientiam in animali apertè ſubindicant conuenientiam aliquā in particulari alio gradu generico, vt repere ad ſerpentes, volare ad aues, perfectè gradi ad hominem, &c. ergo.

Confir. Confirmatur hoc argumentum: Nam ſpecies rerum ſunt ſicut numeri, & ita qualibet perfectione eſsētiali addita formæ variatur ſpecies: ſed conſtat ex effectibus animalium dictorū formas in perfectione ad inuicem excelli: conſtituunt ergo diuerſas ſpecies animalium, quæ connumerata ſunt.

2. Sentent. Magiſtri Soti & Porphyrij. Secunda ſententia eſt illorum, qui dicunt, inter animal & hominē, leonē, &c. nullū eſſe medium genus, ſed omnes ſpecies eſſe immediatas generis, quod eſt animal. Hanc tenet M. Soto, cap. de Specie ad 3. arg. & hanc tenet Porphyrius ca. de Specie: nam nullum medium genus ponit inter aīal & hominem, &c Et probatur hæc ſententia, quæ cōmunior eſt. Primò: Nam ſi inter aīal & hominem mediaret alia ratio generica, vitioſa eſſet illa receptiſſima definitio hoīs, qua dicitur hominem eſſe animal rationale: ſed hoc eſt falſum: ergo. Probatur maior. Nā ſecundum Ariſt. 6. Topi cap. 3. illa eſt vitioſa definitio, quæ datur per genus mediatum & non proximum: ergo hęc eſſet vitioſa, quod tamē nullus vnquam dixit: non ergo genus mediat. Et confirmatur hæc ratio. *Confirm.* Nam non haberemus ſcientiā de homine, quia qui neſcit reſoluere totum in ſuas partes, non habet ſcientiam totius: ſed ſi eſſet aliud medium genus inter animal & hominem, non reſolueremus hominem in ſuas partes; ergo de illo non haberemus ſcientiam. Probatur minor: nam nō reſoluimus, niſi in aīal & rationale, & aīal in viuens ſenſibile, &c. Vbi non ſit reſolutio hominis in illud genus & in differentiā immediatè illius determinatiuam, conſtat autem habere nos ſcientiā, qđ homo ſit riſibi is, ergo &c.

3. Sentent. Nominalium. Tertia ſententia eſt Nominalium, quā refert M. Soto cap. de Specie, quod à quibuſcūque duabus ſpeciebus pōt abſtrahi cōceptus quidditatiuus & eſsētialis, qui ſit genus ad illas, & ita dantur multa immediata genera inter animal & ſuas ſpecies. Sed hāc ſniam optimè impugnat ibidem Soto, de qua nolo in præſentiarum ſermonē facere, iam enim exulat a ſcholis. Et conſtitutiſſi nū eſt apud oēs, rerum veras differētias cognoſcere difficillimū eſſe, ac ſubinde eſt & difficile ſatis, genera vera veraſque quidditates ſpecificas penetrare, hoc.n ab illo dependet. Nā licet accidentia cōferant multū ad cognitionē, qđ quid eſt, non tamen ſufficiūt, vt illud nobis manifeſtè oſtēdant. Quamobrem in aſſignandis generibus omniū ſpecierum animalium, quia incōceſſum fere eſt, non multum laborabo. Solum dicam eſſe D. Tho ſententiam & Ariſtot. 7. Met. tex. 28. inter animal, & aliquas animaliū ſpecies aliquod mediare genus Nā ita dicit Ariſtot. In quibuſdam verò palam, quia generans tale quidem eſt, quale generatum, nec tamen idem, nec vnum numero, ſed vnum ſpecie, vt in phyſicis. Homo namque hominē generat, niſi qđ præter naturam fiat, vt equus mulum, & hoc quoque ſimile. Cōmune enim ſuper equū & aſinū non eſt nominatū proximum genus. Sunt autē ambo forſan velut mulus. *4. Sent. D. Tho. & Ariſt. ſecūdū quam deciditur cōtrouerſia.*

[illegible]

Ecce Ariſt. dicit ſuper equum, & aſinum non eſſe nominatum genus proximum: ergo animal non eſt proximũ genus, quia animal nominatum ſatis & conſtitutum eſt apud omnes. Quinimo ipſe dicit forſan eſſe genus mulum. Super quem textum ita dicit Diuus Thomas: Vnde in generatione muli eſt aliquo modo generans ſimile generato. Etenim aliquod proximum genus quod non eſt nominatum cõmune equo & aſino, & ſub illo etiam genere continetur mulus. Vnde ſecundũ illud genus poteſt dici, qđ ſimile generet ſibi ſimile. Vt ſi v.g. dicamus, quod illud proximum genus ſit iumẽtum, poterimus dicere, quod licet equus nõ generet equũ ſed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Ecce ſecundum D. Thom. proximum genus ad equum & aſinum eſt iumentum, & ad canem genitum ex tigride & cane eadem ratione, quia genitum, nec eſt tigris nec canis. Ponemus aliud genus immediatum. Et idẽ de aliis partibus præter naturam dicendum eſt. Et idem ſentit Niphus in præſentiarũ. D. Tho. 1. p. q. 72. arti. vnico ad 2. arg. dicit in hęc verba; poſtquam vnã adhibuerat ſolutionẽ. Vel dicendum, quod quadrupedia pręmi ſit quaſi genus, & animalia ſubiũgit quaſi ſpecies, vbi ad animalia, quæ gradiuntur, vt beſtias, pecora &c. dicit, quadrupes eſſe genus, quod cõſtat mediatũ eſſe. Et ſapientiſſimus magiſter Bannes ſuper eundem articulũ dicit in hæc verba. Ad tertium reſpondet Rupertus, qđ illa animalia pertineant ad adulteria naturę, quæ primus adinuenit Ana filius Sebeon, filius Eſau, vt docemur Geneſ. 29 Hic aũt refertur ſolum quod eſt ſecundum naturã. Vel dicendũ, quod vt docet Ariſt. 7. Metaph. in animalibus illis, quæ cum diuerſarum ſint ſpecierũ, poſſunt adinuicẽ generare, eſt quædã conuenientia eſſentialis, quæ nõ repetitur inter cetera animalia. Vnde cũ mulus ſit filius aſinæ, debet ab illa generari in ſimilitudine naturæ, non ſolum in natura generica omnibus cõi, aliàs vermes eſſent filii hominis, ſed in quadã natura magis particulari, & prædicato quodã eſſentiali illi magis ꝓprio. Et hoc ſufficit, vt dicantur ſecundum genus ſuũ. Hæc ille. Sed prædicatũ eſſentiale & illis magis proprium, quam animal, nõ poteſt eſſe niſi genericum, quia ſpecificum eſſe nequit: ergo ex ſentẽtia ſapientiſſimi Magiſtri Bãnes aliud genus magis propriũ quam animal, eſt aſſignandum.

Quo in generatione muli genitũ ſit ſimile generanti.

Verba Diui Tho. obſeruanda.

Doctrina Magiſtri Dominici Bãnes pulcra.

Obiectio. Solutio.

Et ſi dicas: ergo errauit Porphyrius in aſſignatione prædicamẽti. Reſpondetur, quod multum, ſiquidem errauit dum aſſignauit ꝓ genere hominis animal rõnale vel exiſtimãs, Angelos eſſe aĩalia rõnalia vel plures eſſe hominũ ſpecies, nõ enim eſſe poſſunt plures ſpecies hominum. Nã etſi ſub gradu intellectuali reperiãt plures Angelorũ ſpecies, non ită ſub gradu rõnali. Nã Angeli ſunt in ſupremo gradu intellectuali: & ita nõ habent terminum intrinſecum, ſed extrinſecum tantum ipſum, ſcilicet, Deum, cui nunquã perfectè aſſimilantur, & ita poſſunt in infinitũ ꝓduci Angeli eſſentialiter pfectiores, qui magis, ac magis accedant in perfectione eſſentiali ad Deũ. Et cum iſta latitudo ſit infinita, nunquam poteſt pertranſiri: & ſic ſemper ſunt creabiles Angeli alterius ſpeciei. Creatura autẽ rationalis dicit infimum gradum rationalitatis, & in iſto infimo gradu non eſt latitudo, quia infimũ eſt, & ita nõ poteſt ibi produci diuerſitas ſpecierũ, maximè cum modus rationalitatis, ſeu animę rationalis dicat ordinem ad materiam, quæ de ſe limitatiua eſt, & contractiua.

Quare ſub gradu intellectuali angelorum dari poſſunt infinitę ſpecies, ſub gradu autẽ rationali hominum nõ item.

Obiectio. 1. Solutio.

Et ſi dicas rurſus: ergo definitio illa, homo eſt animal rationale, eſt vitioſa; negatur hoc, quia cum proximũ genus facile ſubintelligi poteſt, cũ ponitur mediatũ, non eſt vitium, ſicut cũ definitur propoſitio, quod ſit oratio verum vel falſum ſignificans, genus mediatũ ponitur: quia genus mediatũ eſt oratio perfecta. Sed quia hoc de facili intelligitur, non cenſetur in arte definiẽdi definitio vitiũ habere: ita in propoſito. Vel ſecundo reſpõdetur, & melius, quod non eſt vitioſa, quia ſub dubio relinquitur, an ſit genus immediatum, cum ſint de hoc opiniones: & ita nõ debet poni in definitione, quod dubium, ſed quod certum. & ita ponitur animal rationale, & non aliud genus.

2. Solutio melior.

3. Solutio optima.

Alii reſpondent, quod licet animal nõ ſit immediatũ genus ad alias ſpecies animalis, eſt immediatum genus ad hominẽ. Nec eſt inconueniens, quod aliquod genus diuidatur in ſpeciem infimam immediatè,

Non inconuenit genus immediatè diuidi in duas ſpẽs, alterã atomam, alteram ſubalternam.

diatè,& in ſubalternam. Nã animal diuiditur per rationale,& irrationale,& irrationale eſt commune ad multas animalium ſpecies. Et intellectus creatus diuiditur per intelligere cũ diſcurſu, vel ſimplici apprehenſione, & ſub hoc manent multæ ſpecies Angelicorũ intellectuum, & ſub alio membro ſolum manet hominis intellectus, qui eſt ſpecies infima. Et aliam huiuſmodi diuiſionẽ reperies, cũ diuiditur ſcientia in abſtractam ab omni materia,& à materia ſenſibili, & à materia ſingulari. Sub primo membro eſt metaphyſica, quæ eſt ſpecies infima, ſub ſecundo mathematica, quæ eſt genus ſubalternum. Et hæc ſufficiant de his.

QVAESTIO LI.

Vtrum natura generica in abſtracto prædicetur de natura ſpecifica in abſtracto, ita vt hæc ſit vera, humanitas eſt animalitas.

1. Argum. ET videtur quod non ſint veræ dictæ propoſitiones. Et ſit primum argumentum. Humanitas eſt id quo homo eſt homo: ſed animalitas non eſt id quo homo eſt homo: ergo humanitas non eſt animalitas. Maior probatur, quia eſt hominis forma totalis,& minor probatur: nã per animalitatẽ ſolũ aliquid cõſtituitur in eſſe animalis: ergo per illã non poteſt cõſtitui in eſſe hominis: nam eſſe hominem magis dicit, quam eſſe animal Et

Confirmat. confirmatur. Nam homo, & equus non cõueniunt in humanitate, ſed conueniũt in animalitate: ergo humanitas nõ eſt animalitas: nam implicat hoĩem,& equum per illud ipſũ, in quo conueniũt, differre.

2. Argum. Secundum argumentum deſumptum ex poſito fundamento Scotiſtarũ; nã humanitas & animalitas diſtinguũtur formaliter, ſed quæ formaliter diſtinguunt͏̃, nequeunt ad inuicẽ prædicari: ergo animalitas non poteſt prędicari de humanitate. Conſequentia eſt certa: ſed minor probatur, quia faciunt ſenſum formalẽ. Falſum enim eſt dicere, albedinem eſſe ſimilitudinem. Sed probatur maior: nam humanitas & animalitas diſtinguuntur eſſentialiter, ſiquidẽ habent diuerſas definitiones, ſed idem eſt diſtingui eſſentialiter, qđ formaliter: ergo &c. Et ſecundò probatur eadem maior: Nam multa prædicari poſſunt de humanitate, quæ non poſſunt prędicari de animalitate: ergo diſtinguuntur formaliter. Antecedens probatur: nam humanitas eſt forma ſpecifica hominis,& animalitas non. Item & animalitas determinabilis eſt per aliam formalitatẽ, quod animalitati non cõuenit: nam animalitati poteſt adiungi rationalitas, & non humanitati, ergo,&c.

3. Argum. Tertium argumentum: Per terminos formales ſignificantur rationes formales,& ad hoc ſunt inuenti: ergo prædicatio per tales terminos eſt formalis, nec poteſt formalior effici, atque ſubinde formalẽ ſenſum reddit,& præciſum,& conſequenter falſum. Antecedens probatur, quia aliquis terminus poteſt ſignificare rationẽ formalẽ rei, & præciſam, ſed ad ſignificandã hanc reſpectu hominis non eſt alius, quã humanitas: ergo ſignificat rationẽ præciſam hominis. Et confirma-

Confirm. 1. tur. Nã hæc eſt differentia inter abſtracta & cõcreta, quod illa ſignificent rationem formalem cum præciſione: iſta vero non: ergo ſi ratio formalis animalis prædicetur de ratione formali hominis, erit falſa, quia fiet ſẽſus, quod ratio formalis animalis prædicetur de ratione formali

Confirm. 2. hominis,& confirmatur ſecundò. Nã hęc prædicatio, humanitas eſt animalitas, facit hunc ſenſum, quod ratio formalis animalis eſt ratio formalis hominis: ſed hęc prædicatio eſt falſa, ergo & illa. Maior probatur: quia ſunt formæ, quæ prædicãtur,& ſic faciũt formalem ſenſum. Min. probo, quia ratio animalis nullo modo includit rationem hominis, ſed præciditur ab illa, cum ad inuicem formaliter diſtin-

Confir. vlt. guantur. Et conf. vlt. Hæc eſt falſa, humanitas in quantum humanitas eſt animalitas in quantum animalitas, ergo & iſta, humanitas eſt animalitas. Patet cõſequẽtia. Nam reduplicatio, ſeu ſpecificatio ſolum variat ſenſum, quando prædicatum & ſubiectum duplex ſignificatum habet, & reduplicatio appellat ſupra vnũ,& nõ ſupra aliud. In abſtractis autem ſolum eſt vna ſimplex ſignificatio, quia ordinatur

Digitized by Google

abſtractum ad manifeſtandam naturam rei, & non rectè hoc præſtaretur, ſi haberet multiplicem ſignificationem.

4. Argum. Quartum argumentum. Hæc eſt falſa prædicatio;attributum iuſtitiæ eſt attributum miſericordiæ, etiamſi ſola ratione diſtinguātur, quia fit ſenſus formalis,ſed etiam fit ſenſus formalis in prædicatis,& ratione raciocinata diſtinguuntur:ergo etiam ſunt falſæ. Conſequentiā probo, quia maior identitas eſt inter attributum iuſtitiæ & miſericordiæ,quam inter humanitatem & animalitatem: ergo ſi illæ ſunt falſæ, & iſtæ etiam.

5. Argum. Quintò. Prædicatio,in qua pars prędicatur de toto,ab omnibus cōmuniter iudicatur falſa, etiamſi pars ſit eſſentialis ipſi toto,vt patet in his; homo eſt materia, homo eſt animal, ſed animalitas eſt pars humanitatis:quia humanitas ꝓpter animalitatem includit rationalitatē: ergo animalitas non poteſt prædicari de humanitate. *Solut.* Dices, quod animalitas eſt pars metaphyſica humanitatis,& ita prędicatur de illa, quia includit in confuſo totum quod eſt in humanitate:ergo etiā hęc erit vera,humanitas eſt rationalitas, quia etiam humanitas includit rationalitatem, & eadem ratione erit pars metaphyſica, ſicut etiam animalitas eſt pars metaphyſica: *Impugnat.* hoc autem videtur falſum; quia rationalitas dicit ſolum id,quo homo eſt rationalis, & humanitas, quo homo eſt animal, & rationale, ſed falſum eſt dicere,id quo homo eſt rationale tantum eſt id, quo eſt animal, & rationale, ergo &c. *Confirm.* Et confirmatur. Nam ſi hæc eſt vera,humanitas eſt animalitas,quia animalitas in cōfuſo includit totum,q́ eſt in homine:ergo etiam includit rationalitatem:ergo hæc erit vera,animalitas eſt rationalitas,ſiquidem in potentia includit animalitas rationalitatem; conſequens eſt falſum, & de ſe patet: ergo &c.

6. Argum. Sextò. Auicenna 5. Metaphyſic. dicit, quod equinitas eſt tantum equinitas:ergo nihil aliud ab equinitate: nō ergo eſt animalitas:conſequentia probatur, quia aliàs eſſet aliquid aliud, & non tantum equinitas. Scotus 1. Sētentiar. diſtinction. ſecunda, quæſtion. 7. & diſtinction. 1. quęſtione 5. cum ſuis ſequacibus negant illam propoſitionem; humanitas eſt animalitas. Et inter modernos Thomiſtas multi illum ſequuntur,dicentes, proptere a hanc propoſitionem & illi ſimiles, humanitas eſt animalitas, eſſe falſas,quia fit ſenſus formalis cum præciſione, faciunt enim hunc ſenſum, ratio animalis præciſè eſt ratio hominis, ſeu id quo animal eſt animal præciſè eſt id, quo homo eſt homo. Quem ſenſum patet ſatis eſſe falſum: nam per rationem,ſenſibilis,per quam animal eſt animal, non eſt homo conſtitutus in ſuo eſſe,ſiquidem addit ſupra rationem ſenſibilis rationalitatem.

Deciditur quæſitũ.

1. Concluſ. Prima concluſio: Hæc propoſitio, humanitas eſt animalitas,& illi ſimiles, ſi nihil amplius addatur, veriſſimæ ſunt. Probatur hæc concluſio multis rationibus, quæ eſt ſapiētiſſimi Magiſtri Soti in vniuerſalibus, quæſtione tertia & communiter inter Thomiſtas defenditur. *1. Ratio. Ariſtot.* Primò probo authoritate Ariſt. 7. Metaph. commen. 43. vbi vtitur huiuſmodi locutionibus circa differentias,quæ propoſitiones videbantur magis non concedendę Sic enim dicit; fiſſio,ſeu ſciſſio eſt pedalitas (accipit ſciſſionem pro quadam differentia animalium,& pedalitatē pro alia, & dicit illas propoſitiones eſſe cōcedendas) ergo ſecundum Ariſtotelem, vna ratio formalis in abſtracto accepta, prædicatur de alia,cũ ſe habeant in ratione continentis,& cōtenti, ſeu ſuperioris & inferioris, ſed etiam humanitas & animalitas ſunt huiuſmodi:ergo &c. *2. Ratio.* Præterea probo cōcluſionē. Primò animalitas eſt ſuperior forma reſpectu humanitatis,quā includit humanitas, & addit aliquid aliud:ergo prædicatur de illa:ergo hęc erit vera:humanitas eſt animalitas. Maior patet: prima conſequentia & ſecunda probantur: quia hac ratione concedimus hanc,homo eſt animal, quia animal eſt prædicatum quoddam ſuperius, quod includit homo. *Obiectio.* Dices eſſe differentiam, quia in iſtis abſtractis fit ſenſus formalis, quia prædicantur formæ, nō verò in concretis. Nam cum dicimus, humanitas eſt animalitas,fit iſte ſenſus, id quo

homo

homo eſt homo, eſt id quo animal eſt ani
mal,nã cũ aliquid de alio prędicatur,prę
dicatur ẽt definitio vnius de alterius defi
nitione. Nã ſi hæc eſt vera, homo eſt ani-
mal,etiam hæc erit vera,animal rationa-
le eſt viuens ſenſibile:ſed definitio huma
nitatis eſt,vt ſit forma,qua aliquid eſt ho
mo,& definitio animalitatis,vt ſit forma
qua animal eſt animal:ergo licebit dice-
re id,quo homo eſt homo,eſt id, quo ani
mal eſt animal,quod eſt falſum: Nam di-
ſtincta prędicata ſunt homo & aial,& ita
ſunt diſtinctæ formæ humanitas,& aiali-
Solutio. tas. Sed reſpondetur,quod ẽt illæ prædi-
cationes ſunt veræ, id quo homo eſt ho-
mo,eſt idquo aial eſt aial,nã eadẽ forma,
homo eſt & aial,& viuens, & corpus, &
ſubſtantia, & non ſunt diſtinctæ formæ,
niſi ratione,& non quomodocũq;,ſed tã-
quã forma ſuperior,& inferior, quamob
Obiectio. rem vna prædicatur de alia. Sed dices,fit
præciſiuus ſenſus, nam ſicut hęc eſt vera,
albũ eſt ſimile,hæc tamẽ falſa, albedo eſt
ſimilitudo,quia dicunt formalitates præ
ſcindẽtes ſe ad inuicẽ,ſic illa, humanitas
eſt aialitas eſt falſa,quia facit ſenſum prę
Solutio. ciſiuũ Sed reſpondetur,non facere talem
ſenſum, ſed quod humanitati conueniat
animalitas,quod veriſſimũ eſt. Nam hæc
prædicatio vera eſt,aĩa rationalis eſt for
ma ſubſtantialis, & tũ etiamſi anima ſit
forma hominis,non fit ſenſus prçciſiuus.
3. Ratio. Probo præterea hanc concluſionẽ. Nam
de humanitate bene põt prædicari,quod
ſibi eſſentialiter conuenit,ſed cõuenit il
li eſſentialiter aĩalitas, ergo prædicatur
de illa. Maior prob. Eſſentia. n. nõ poteſt
à re,cuius eſt eſſentia,ſeparari. Sed pro-
batur minor, nã humanitati eſſentialiter
conuenit facere hominem formaliter,eſt
enim quoddã cõpoſitum ex materia pri
Eadem forma,quæ facit hominẽ facit & animal. ma,& anima rõnali,ſed forma faciẽs ho-
minẽ eſſentialiter facit animal, ergo eſt
forma faciẽs aĩal,ſed aĩalitas nihil aliud
dicit q̃ formã facientẽ aĩal,humanitas er
go eſt animalitas eſſentialiter. Minorem
probo,quia non poteſt intelligi homo ſi-
Confir. ne animali. Et cõfirmatur, quia nequit in
telligi humanitas ſine animalitate,qm̃ in
cluditur in illa:ergo eſt de eius eſſentia,
& ſic p̃dicatur de illa. Probo antecedens
nã ſi intelligo eſſentialiter humanitatẽ ſi
ne animalitate,ergo intelligo, humanita
tẽ non eſſe principiũ formale animalis,
ergo intelligo nõ facere animal, ergo hu
manitas non facit hominem,ſiquidem nõ
facit animal,homo enim ſine animali fie-
ri non poteſt. Et confirmatur hæc ratio. *Confir.*
Nã Chriſtus aſſumpſit humanitatem, &
eſt verus homo,& animal verũ,ergo hu-
manitas includit animalitatem. Præterea *4. Ratio.*
humanitas & equinitas ſunt formæ tota-
les ſpecificæ conſtituentes naturã ſpeci-
ficam atomam,ergo habent aliam formã
ſuperiorem,in qua conueniant eſſentia-
liter & ſuo modo quidditatiuè, ſed hæc
nulla alia eſt,quæ ſit forma proxima,niſi
animalitas,ergo hæc eſt ſuperior, ergo
p̃dicabitur de illis,oẽ.n. ſuperius de ſuis
prædicaẽ inferiorib. Et ex eo,quia ſe ha-
bent vt ſuperius & inferius, non eſt falſa
prædicatio,cũ nulla interueniat appella
tio in dicta propoſitione. Et confirmatur *Confirm.*
hæc rõ. Nã animalitas abſtrahitur per in
tellectũ ab humanitate & equinitate, q̃a
animalitas,vt ſic,nõ eſt in re,ſed quod ab *Quidquid abſtrahitur ab alio poteſt prædicari de eo.*
ſtrahitur à ſuis inferioribus prædicatur
de illis, ergo animalitas de humanitate
& equinitate prædicatur: veræ ergo ſunt
dictæ propoſitiones Præterea hæc eſt ve
ra propoſitio;hæc humanitas eſt humani
tas,oſtenſa humanitate Chriſti Domini, *5. Ratio.*
ergo abſtracta ſuperiora bene prædican
tur de inferiorib. ergo eadẽ rõne prædi-
cabiẽ animalitas de humanitate,q̃a eſt for
ma ſuperior. Primũ antecedẽs p̃bo,quia
ſua contradictoria eſt hęretica,hęc huma
nitas nõ eſt humanitas,aliàs Chriſtus Do
minus nõ aſſũpſiſſet humanitatẽ,nec eẽt
homo. Nec eſt intelligibile,q̃ hæc huma
nitas nõ ſit humanitas,cũ includat huma
nitatis rõnẽ determinatã per conditio-
nes indiuiduantes,ſicut nõ eſt intelligibi
le,quòd hic homo nõ ſit homo. Cõſequẽ
tiã illã primã probo,nã verè eſt ſuperior
humanitas ad hãc,ſicut animalitas ad hu
manitatẽ,licet earũ determinatio ſit di-
uerſa,cũ vna ſit per principiũ formale,al
tera p̃ materiale determinata. Præterea *6. Ratio.*
animalitas eſt terminus cõis diuiſiuus,er
go plura ſignificat diuiſim,ergo pro mul
tis ſupponere poteſt,& de multis prædi
cari,ergo prædicabitur de hac animali-
tate,& de illa,ſ. de animalitate hominis,
& de animalitate equi,ſed animalitas ho
minis non eſt aliquid aliud, niſi humani-

tas,

tas,& animalitas equi equinitas,ſicut homo eſt hoc animal: ergo de illis prædicabitur: ergo intentum Præterea,ſi quæratur,quid ſit humanitas,an ſit ens,vel non ens,diceturſanè quod ſit ens. Et ſi quęratur,an ſit ens in alio, vel per ſe, conſtat eſſe ens per ſe.Et ſi corporeum quid, vel incorporeum,non eſt dubitãdum eſſe corporeum aliquid.Si dicatur: vel eſt ratio viuendi vel non, nõ poteſt abſque errore dici nõ eſſe rationem viuendi,eſt ergo & viuendi ratio,& ſimiliter ſentiendi: ergo eſt animalitas.Et hæc maximè verum habent in doctrina Diui Thomæ,qui cenſet vnicam tantum formam eſſe, in homine vnicam partialem, & cõſequenter cenſetur etiam eſſe vnicam totalem,qua homo & ſit homo,animal,& viuens Præterea:

7.Ratio efficax.

8.Ratio. Quo humanitas,& animalitas diſtinguantur.

Nam humanitas,& animalitas non diſtinguuntur formaliter,ſed ſolum per operationem intellectus, ita vt à parte rei ſint idem realiter,& formaliter,ergo propoſitio, quæ dicit vnum eſſe aliud, vera eſt in diuinis,vnum attributum prędicatẽ de alio,ſcilicet,ſapientia de iuſtitia,quia nõ diſtinguũtur realiter,nec formaliter: ergo ſi animalitas,& humanitas ſunt idẽ formaliter vnũ prædicabitur de alio,pręcipuè,cũ nõ ſit aliqua appellatio,nec ſenſus formalis variatus Præterea: Nã aliàs abſtractũ de nullo eſſet prædicabile, qđ eſt abſurdum,cum ſit quid commune:nõ enim prædicatur de concreto, vt docet DiuusThomas capi.tertio, de ente: Hęc enim eſt falſa,homo eſt humanitas, quia humanitas præſcindit à materia ſignata, quod non facit homo. Imò qui tenent, quod ſuppoſitum addit aliquam entitatẽ realem conſtitutiuam & completiuam illius realiter diſtinctam à natura, dicunt hanc eſſe falſam,homo eſt res,quæ eſt humanitas. Qui vero nullam realẽ entitatẽ diſtinctam dicunt addere,ſed ſolum modum quendam,& ordinem ad exiſtentiã illam,concedunt,de quo vide Magiſtrum Bañes prima parte,quæſtione tertia, articulo tertio,dubio ſecundo: nec prædicatur de abſtractis, ergo de nullo prædicatur. Omnis autem res communis,cuiuſmodi eſt animalitas, intrinſecè eſt prædicabilis, quia prædicabilitas eſt propria paſſio vniuerſalis, ergo. Præterea hęc prædicatio eſt vera,humanitas eſt entitas

9.Ratio: Omne abſtractũ de nullo debet de aliquo prædicari cũ ſit aliquid cõmune.

Vlt.Ratio.

ergo etiam eſt animalitas,quia inconueniens,quod ſequeretur ex hac prædicatione,etiã ſequeretur ex illa.Sed probo antecedens, quia eſt habẽs eſſe & ens,ergo eſt entitas,ens enim entitas eſt.

Secunda concluſio: Si animalitas accipiatur cum præciſione,non prædicabitur de humanitate. Pro cuius intelligẽtia nõ ta,quod animalitas bifariam ſumi poteſt, vno modo, vt præcisè dicit animalis formã,vt ſic,& nihil aliud,alio modo vt dicit hanc formã,& in potentia quod habet animalitatẽ,& inferius quidditatiuè ad ipſam,ſicut de animali dicitur,quod poteſt accipi vt dicit viuens ſenſibile tantũ, & ſic accipitur cũ præciſione,& vt dicit vlterius inferiora i potẽtia.Cõcluſio ergo dicit,ꝙ ſi animalitas accipiatur pciſiue, nõ prædicatur de humanitate.Et probo, quia faceret iſtũ ſenſum,quod humanitas eſſet animalis forma præcisè,quod eſt falſum,ſed eſt aĩalis forma,&aliqđ aliud,ſcilicet ſimul cũ hoc hominis forma.Et ſecũdo probatur cõcluſio,quia nulla pars prędicatur de toto,ſed ſi accipiatur cũ pręciſione erit pars,quia dicitur ſolũ ex modo,quo accipitur ab intellectu eſſe animalis formã tãtum, quod eſt pars humanitatis:nã ipſa & eſt animalis forma,& hominis:ergo.Et tandẽ probatur, nam animal non prædicatur cũ præciſione, ergo nec animalitas, ſi quidem eſt eadem ratio.

2.Concluſ. Quod animalitas nequeat prædicari de humanitate.

Et qui cenſent oppoſitum, exiſtimant quod animalitas,vt hic prædicatur, accipiatur cum præciſione,quod non probant certe, licet illud dicant:nam entitas non dicit præciſionem,ſiquidem prędicatur de omnibus, & tamen in abſtracto ſignificatur.

Tertia concluſio: Illæ formæ,quæ non ſe habent tanquam ſuperius & inferius, & diſtinguũtur formaliter,non prædicãtur ad inuicem in abſtracto, bene tamen in concreto,vt albedo & ſimilitudo. Hęc enim eſt falſa,albedo eſt ſimilitudo, quia id,quo aliquid eſt album,non eſt id, quo aliquid eſt ſimile,quia ſunt formæ differẽtes formaliter realiter,&ita cum vna prędicatur de alia ſit ſenſus,quod id, quo aliquid eſt albũ,eſt id,quod eſt ſimile,quod eſt falſum cũ ſint diuerſæ formalitates,in cõcreto vero bene affirmantur,quia eidẽ ſuppoſito accidunt,eſt enim albũ ſimile,

3.Concluſ. Quæ formę prædicētur de ſe inuicem,& quę non.

hæc

hęc tamen vera eſt, albedo eſt color, quia eſt ſuperior forma, & non diſtinguitur niſi ratione ſolum. Quinimo hæc forſan eſt vera, animalitas eſt rationalitas. Et ex hoc acceperunt anſam oppoſitum opinā di aduerſarii, quia videbant ita res ſe habere in his, non tamen eſt eadem ratio, vt iam vidimus, quia ſe habent vt ſuperius & inferius.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum reſpondetur, quod ſenſus illius prædicationis ſit, quod humanitati conuenit quod ſit animalitas, & qđ formæ conſtitutiuæ hominis conuenit, quod ſit forma conſtitutiua animalis, nō tamen facit ſenſum, quod animalitati, vt ſic, conuenit conſtituere hominem, niſi ſecundum gradum genericum. Quinimo conuertens etiam eſt vera, animalitas eſt humanitas, nā aliqua forma, qua aliquid cōſtituitur in eſſe animalis, eſt forma, qua conſtituitur aliquid in eſſe hominis, oſtē dendo humanitatem: ſicut etiam vera cōceditur, animal eſt homo. Et confirmatio

Ad confir. nihil valet: & fiat argumentum de homine, & equo: equus, & homo non cōueniūt in homine, & conueniunt in animali: ergo homo non eſt animal. Nihil valet conſequentia, quia homo dicit aliqua prædicata communia per intellectum homini, & equo, & aliqua propria hominis, ita in humanitate dicendum eſt.

Ad 2. Ad ſecundum reſpōdetur, quod nō differant formaliter, nec differant definitione. Nā differre definitione eſt, qđ vnius definitio non ſit alterius definitio, nec è conuerſo. Et licet definitio animalitatis ſit diuerſa aliquo modo à definitione humanitatis, ſed includitur in definitione illius, ſicut homo & animal, non differunt formaliter, etiamſi habeant diſtinctas definitiones, quia vna in definitione alterius includitur; nam animal eſt viuens ſenſibile, homo vero viuens ſenſibile rationale. Ita animalitas eſt forma animalis, &, humanitas eſt forma animalis rationalis; vnde non formaliter diſtinguuntur, ſed ratione.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod abſtracta præſcindant à ſuppoſitis, non tamen à formis, quæ in illis includuntur, & ita non dicit rationem formalem hominis præciſam humanitas, ſed dicit ēt animalitatem; non .n. humanitas eſt id, quo homo præciſè eſt talis, ſed quod etiā eſt animal, vt patet, quia humanitas dicit cōpoſitum ex materia & forma rationali, quæ ſunt propria animalis rationalis. Nec animalitas dicit præciſè formam animalis, ſed in potentia includit formas inferiores. Dicuntur vero illi termini formales, quatenus ſolū dicunt formas, & non ſuppoſita. Et per hoc patet ad confirmationem. Ad ſecūdam probationem patet ex dictis in ſecunda concluſione. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quod ſi reduplicet vltimam differentiam humanitatis, eſt falſa, ſi vetò totam rationē formalem, eſt vera: ſicut de iſta dicitur, homo in quantum homo eſt animal. Alii dicūt, quod ſemper ſit vera, quia humanitas non habet niſi vnicum ſignificatum. Sed prima ſolutio eſt vera. Ad 1. conf. Ad 2. conf. 1. Solutio. 2. Solutio.

Ad quartum reſpōdetur, quod falſitas illius propoſitionis eſt, quia facit hūc ſēſum, quod iuſtitia vt ſtat ſub iſto conceptu, ſtet ſub cōceptu miſericordiæ, quod eſt falſum. Verum, cum dicimus, quod humanitas eſt animalitas, nō eſt talis appellatio; hæc verò eſſet falſa, definitio animalitatis eſt definitio hominis, quia facit hunc ſenſum, quod genus ſit differentia hominis, ſicut viuens ſenſibile, quod eſt falſum. Verum eſt tamen dicere, quod homo ſit animal, ita eſt verum dicere, quod humanitas ſit animalitas. Ad 4.

Ad quintum reſpōdetur, quod eſt pars metaphyſica, quæ de ſuo toto p̄dicatur. Ad replicam reſpondetur, quod eſt vera, humanitas eſt rationalitas, ſicut eſt vera homo eſt animal, niſi accipiatur præciſiuè. Ad aliam replicam concedo totum; Quia ſicut animal in potētia includit hominem, ita animalitas rationalitatem. Ad 5. Ad replicā.

Ad ſextum reſpondetur, quod vult dicere Auicenna, quod non eſt ſuppoſitum aliquod, itaque quod ly, tantum ſolum excludit ſuppoſita formaliter, nec equinitas eſt equus, nec equus eſt equinitas. Ad 6.

DE SPECIE

Secundo prædicabili.

VAriis modis accipitur ſpecies in præſentiarum. Solum de ſpecie logica hic tractādum eſt: & vocatur ſic per analogiam ad ſpeciem ſumptā pro pulchritudine. Nam ſicut pulchritudo tollit & actuat informitatem corporis, eo modo ſpecies logica actuat, & tollit generis deformitatem, & potentialitatem, rōne ſuę differentiæ: ſecundum vero, quod ſpecies logicè accipitur, tripliciter definitur à Porphyrio. Prima definitio eſt; ſpecies eſt quæ ſub aſſignato genere ponitur; ſecunda, ſpecies eſt de qua genus in eo quod quid prædicatur. Aliqui dicunt, hanc, & præcedentem eandem eſſe definitionem: Tertia definitio eſt: Species eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in quid. De his ergo ſuccedit tractatio.

QVÆSTIO. LII.

Vtrum prædictæ definitiones ſint rectè aſſignatæ.

1. Argum. ET videtur primo, quod nō ordine congruo Porphyrius tractationem de ſpecie ſuſceperit, & ita nec debitum ordinem ſeruaſſe in definiēda ſpecie. Nā ſpecies quoddam totum eſt: ſed totius p tractatio ex partiū pertractatione, & cognitione reſultat: prius ergo debuit agere de differentia, quæ eſt altera pars ſpeciei, quā ageret de ſpecie. *Quod perperā agatur prius de ſpecie quā de differetia.* *Solutio.* Si dicas, quod ſpecies ſit generis correlatiuū, & cōgruè poſt relatiui vnius tractationem, alterius correlatiui tractatio ſuccedat, cōtra: *Replica.* Nā genus & differentia ſe habēt, ſicut actus, & potentia, vt materia & forma: ſed poſt tractationem materiæ ſtatim eſt tractandum de forma, & poſt tractationē potentiæ de actu eſt agendum: imo vero prius de forma & de actu, quam de materia & potentia videbatur tractādum: ergo &c.

2. Argum. Secundò. Nam duæ illæ definitiones, quas vt duas collocamus, ſunt vna solū, vt dicunt logici fere omnes in præſenti: malè ergo dicimus duas eſſe. *Confir:* Confirmatur Nā ſi illa eſt ſpeciei definitio, de qua genus i quid prædicatur: ergo Petrus eſt ſpecies: nam de ipſo genus in quid prædicatur: ergo nō ſūt duæ, ſed vna definitio.

3. Argum. Contra 1. definitionē ſpeciei. Tertiò, contra illam definitionem ſpeciei, ſpecies eſt, quæ ſub aſſignato genere ponitur: nā Socrates ponitur ſub aſſignato genere, quod eſt animal: ergo vel Socrates eſt ſpecies, vel prædicta definitio eſt nulla. *Fuga.* Si dicas, quod illa definitio dēt intelligi, ſpeciem eſſe, quæ ſub aſſignato genere ponitur immediatè, Petrus autē & quodlibet indiuiduū ponitur ſub aſſignato genere mediante ſpecie, Contra: *Impugnat.* nā indiuiduū genericum, vt hoc animal, hæc ſubſtantia, hoc corpus, &c. immediatè ponitur ſub genere, & tamen non eſt ſpecies: ergo prędicta definitio eſt nulla. Probo mai. Nam ponitur ſub genere, cū ſit inferius ad illud in recta linea, & non mediante aliquā ſpecie: nā mediante qua ſpecie ponitur hoc animal ſub genere animalis? Si dicamus quod mediante ſpecie humana, etiam ponetur mediante ſpecie equina: quia non eſt maior rō de vna quā de alia. Si dicas, quod mediantib. omnib. ſpeciebus, hoc eſt impoſſibile: quia non poteſt vnum indiuiduum eſſe indiuiduū omnium ſpecierum: & ita non poteſt mediantibus omnibus collocari ſub genere.

4. Argum. Cōtra 2. definitionem ſpeciei. Quarto contra illam ſpeciei definitionem, ſpecies eſt, quæ prędicatur, &c. Omnis definitio debet competere definito, in quantum huiuſmodi, ſed iſta non conuenit: ergo non eſt bona. Maior patet: quia definitio hominis cōuenit homini vt ſic, definitio circuli ſimiliter, & ſic de aliis: erg. Min. probo; Nam ſpecies vt ſpecies eſt, non eſt prædicabile: ergo nō cōuenit illa definitio ſpeciei, vt ſic, nam definitio dicit, quod ſit prædicabilis de plurib &c. Antecedē prob. Nā ſpecies, vt ſpecies eſt, eſt ſubiicibilis gñri: ergo ſpecies vt ſpecies eſt non eſt prædicabilis. Cōſequētia probatur: quia ſubiicibile diuersā rationem dicit a prædicabili. Sed antecedens patet: quia ſpecies, vt ſpecies eſt, reſpicit genus: ergo ſpecies vt ſpecies eſt generi eſt ſubiicibilis: non ergo eſt prædicabilis Si dicas, qđ ſpecies hēat reſpicere genus, & indiuidua, vt ſpēs eſt: Cōtra: *Solutio*

nam

Impugnat. nam vnicum relatiuum ex vnico fundamento ſolum refertur ad vnicũ terminũ. Sed fundamẽtum ſpeciei ſolum eſt vnũ: ergo ſolum habet reſpicere vnicum terminum: ergo ſolum reſpicit genus, & nõ indiuidua. Maior probatur: nam ſimile ſolum refertur ad ſuum ſimile, quia eſt vnicum fundamentũ relationis, & ſic in omnibus aliis, & ſi filius refertur ad patrem, & matrem, ex eo fit, quia vnicum fundamentum vtrunque reſpicit, ſcilicet generatio paſſiua ipſius filii, ad quod, & mater & pater concurrit. Sed illam minorẽ probo. Nam non poteſt dari idem fundamentum in ſpecie, per quod reſpiciat indiuidua & genus, quia fundamẽtum reſpectu indiuiduorum eſt abſtractio ab illis, ſeu comparatio ad illa, fundamẽtum verò reſpectu ad genus eſt cognitio ipſius naturę vt in ſe determinat genus per cóceptũ differentiæ: iſta autem diuerſa ſunt fundamenta, ergo nõ poteſt in illis vnica relatio fundari: refertur ergo diuerſis relationibus ad diuerſa, ſiquidem vnum fundamentum dari nõ poteſt reſpectu generis & indiuiduorum.

Confirmat. Et confirmatur hæc ratio: Nam ſpecies reſpectu generis hẽt rationem ſubiicibilis, reſpectu indiuiduorum habet rationem pręedicabilis, ſed iſtę ſunt diuerſæ relationes, & ſpecie differẽtes. ergo non poſſunt ſpeciei, vt ſpecies eſt, cõuenire: nam & in ratione ſpecifica non poſſunt duo reſpectus ſpecie differẽtes competere: aliàs iam non eſſet vnica ratio, ſed plures.

5. Argum. Quintò: Anima humana, & equina p̃dicantur de pluribus differentibus numero, nimirum de hac anima humana, & de illa, quæ differunt numero, & de hac anima equi, & de illa, quæ ſimiliter differũt numero, & tamen non ſunt ſpecies: ergo illa definitio eſt nulla. Et idem dicẽdum de aliis partibus ſpeciei. Et punctum ſimiliter de hoc, & de illo puncto prædicatur, quæ numero differunt, & tamen non eſt ſpecies: nam in nullo directè prædicamento collocatur.

Confirm. 1. Et cõfirmatur hoc: Nã Deus prædicatur de pluribus differentibus numero: nam prædicatur de Patre, Filio, & Spiritu ſancto, qui numero differunt, ſiquidem ſunt tres perſonæ, quæ faciunt Trinitatem. Trinitas autem numerum dicit: ergo.

Confirm. 2. Et confirmatur hoc, nam perſona prædicatur de hac, & de illa perſona, q̃ numero differunt, vt de Petro & Thoma, & in quid. Nam quærenti, quid ſit hæc perſona, optimè reſpondetur, q̃d perſona, & tamẽ nõ eſt ſpecies, quia non eſt aliquod genus ſub quo immediatè collocetur, & idem eſt dicẽdum de ſuppoſito: ergo &c.

Sextò: Species diuiditur in ſpeciẽ atomam, & ſubalternam, vt conſtat ex Petro Hiſp & Verſorio ibidẽ: ergo debuit Porphy definitionem vnam adhibere ſpeciei in communi, quæ conueniret ſpeciei atomæ, & ſubalternæ: ſed hoc non fecit: malè ergo proceſſit. Prius enim cõmune vniuocũ eſt definiendum, & poſtmodum ad eius membra deſcendẽdũ. *6. Argum.*

Si dicas, quod definitio communis eſt iſta: ſpecies eſt, quæ immediatè reſpicit genus, & poſtmodũ, atoma & ſubalterna differunt penes hoc, quod eſt immediatè reſpicere genus tantum, de qua genus prædicatur, & per hoc quod eſt reſpicere genus: & vlterius indiuidua ſolo numero differẽtia, & hoc eſt ratio ſpeciei atomæ, illa ſpeciei ſubalternæ. *Solutio.*

Contra: quia ſpecies atoma, vt ſic, reſpicit ſolũ indiuidua, ergo reſpicit genus: ergo ibi nõ aſſignatur definitio cõis. Antecedens primũ probo, quia vniuerſale reſpiciens indiuidua, ſolo numero differentia eſt ſpecies, ſimiliter eſt atoma ſpecies: ergo: ſed vt eſt reſpiciẽs indiuidua non reſpicit genus: ergo vt eſt ſpecies atoma, non reſpicit genus: ergo &c. *Impugnat.*

Septimò: Nã hæc definitio, ſpecies eſt quæ prædicatur &c. conuenit generi: ergo eſt mala. Probo antecedẽs: Nã animal prædicatur de plurib. differentib. numero, ſ. de Petro & Paulo, & in quid. *7. Argum.*

Si dicas, quod ſpecies dẽat prædicari de pluribus differentib. numero ſolũ genus, genus verò prædicatur de plurib. differẽtibus numero, & ſpecie. *Solutio.*

Cõtra: nã Petrus & Paulus ſolũ differũt numero: ergo prædicatur genus de plurib. differẽtib. numero ſolum. Et confirm. hoc arg. Nã indiuidua ſunt cõtingentia, ſed ſpeciei definitio debet dari perpetua, cum ſit eorum, quę nõ corrumpuntur: ergo definitio malè aſſignatur per ordinem ad indiuidua. *Impugnat.*

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima concl. Definitiones Porphyrianæ de ſpecie ſunt optimè aſſignatæ, quia

Digitized by Google

quia optimè explicant naturam definiti, & nihil habent ſuperfluum, nec diminutum, & quia definitiones à priori probari nequeunt, patebit eſſe bonas, dum ſoluamus argumenta.

2. Concluſ. Secunda concluſ. Iſtæ definitiones dantur de ſecundis intentionib. Probo concluſionem: quia iſtæ ſunt definitiones logicæ, & logicæ obiectum eſt ſecunda intentio, vt viſum fuit, vnde debent definire ſecundam intentionem: quomodo aũt conueniant ſpeciei ſecundò intentionaliter acceptę, probatur ex his quę diximus ſuperius de definitione generis. Nam ſpecies eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, ideſt, refertur relatione prædicabilis ad plura differentia numero, ſicut ſupra diximus, qđ genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, id eſt, refertur relatione prædicabilis ad plura differentia ſpecie, & quod hic definitur, eſt ſecunda intentio ſpeciei in cõcreto. Cum vero dicitur, ſpecies eſt quæ ſubiicitur generi, ſeu, quæ ſub aſſignato genere ponitur, ſẽſus eſt, ſpecies eſt, quæ refertur ad genus relatione ſubiicibilis. Et cum dicitur, ſpecies eſt de qua genus in quid prædicatur, ideſt, ſpecies eſt, ad q̃ genus refertur vt ad ſuum ſubiicibile immediatum, de qua prædicatur, ideſt, ad q̃ refertur relatione prædicabilis. Verũ eſt quod natura harum intentionum per ſua fundamenta, & ſubſtrata tum à Porphyrio, tum à viris doctiſſimis explicatur, vtpote quæ nobis & notiora & manifeſtiora ſunt.

Quõ definitiones ſpeciei conueniant ei ſecundò intẽtionaliter acceptę.

3. Concluſ. Tertia concluſ. Ratio generis ſubalterni, & ratio ſpeciei ſubalternæ ſunt diuerſę formaliter loquendo, licet eidem materiali conueniant. Nam licet animal in cõmuni conſideratum ſit genus, & idem animal ſit ſpecies, eſt tamen ſpecies quatenus dicit ordinem ad genus ſuperius, verbi gratia, ad viuens, vt quid ſubiicibile ipſi immediatè, eſt tamen genus quatenus importat relationem ad ſpecies, quæ ſub ipſo ſunt, ad hominem & leonem, &c. Diuerſa autem eſt ratio ſubiicibilis ſuperiori generi, & prædicabilis de inferiorib. ſpeciebus: ergo &c. Preterea: Nam genus & ſpecies differunt ſpecie: ergo ſecundũ aliam rationem habet animal, quod ſit genus, & quod ſit ſpecies, vnde illæ relationes ſunt ſpecie differẽtes. An verò in ſpecie atoma relatio, qua ſubiicĩ generi, & qua refertur ad indiuidua, ſit eadem vel diuerſa, iam dicemus. Hanc concluſionẽ præmitto hic, quia erat neceſſaria ad ſubſequentia intelligenda. Et ſi dicas, quare ergo datur ſpecies atoma, & ſubalterna? reſpondetur, quia differentia, verbi gratia, ſenſibilis, & quælibet ſubalterna non conſtituit id, quod actuat, in vltimo gradu perfectionis, relinquit in ſpecie, cuius eſt differentia, quandam potẽtialitatem, vt poſſit vlterius differentiis ſpecificis determinari. Et hinc eſt, quod quamuis viuens, verbi gratia, determinatum per ſenſibile in ordine ad ſuperius, habeat rationem ſpeciei, quia in viuenti ſenſibili, ſeu in animali genus viuens reperitur determinatum: quia tamen eſſentia conſtituta eſt in quadam potentialitate, vt vlterioribus differentiis determinetur, hinc fit, vt illud ipſũ ſit genus in ordine ad illas ſpecies, in quibus reperitur perfectionibus aliis ſpecificis determinatum. Cum verò iam ſic ſit genus determinatum, & illud ipſum conſtitutum ex illo, & vltima differentia formaliter non fiat amplius determinabilis, eſt iam ſpecies atoma, & vltima, quę nulla ratione habet generis rõnem, ſed ſolum ſpeciei. Verum non dicitur ſpecies ſubalterna reſpectu inferiorum, ſed reſpectu ſuperiorũ, reſpectu quorum habet in ſua eſſentia differentiam determinantem illius potentialitatem.

Quare dentur ſpecies atoma & ſubalterna

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum reſpondetur, ſolutionem ibi datam optimam eſſe, & ad replicam reſpõdetur, quod hic nos non agimus de genere, & differentia ſecundum ſuas naturas reales, ſed prout eſt vnum alterius actus, & potentia ſecũdum ſuas relationes rationis in ipſis fundatas, & ita optimè poſt conſiderationẽ generis ſuccedit de ſpecie tractatio.

Ad 2. arg. Controuer. 1. Opi. Cai. Ad ſecundum reſpondetur, duplicem verſari opinionem de hac re. Caietan. 1. cap. de ſpecie, cum videat ſpeciem triplicem reſpectum dicere, ad genus enim refertur, vt ſubiicibile ad ſuum quidem prędicabile,

dicabile,& vt inferius in recta linea ad ſibi ſuperius,& vt ſuperius ad ſua inferiora indiuidua,triplicem dicit hic poni definitionem. Et ſi cõtra ipſum argumenteris: nam ſecunda deſcriptio includit primam;ergo non ſunt tres definitiones, reſpondet tres fuiſſe poſitas à Porphyrio, & licet ſecunda includat primam,refert ab ipſo,vt diſtincta,quia ipſe non conficit definitiones,ſed eas refert,quas apud Peripateticos inuenit: inuenit aũt dictas tres definitiones, & ita illas tres refert Caiet. multi ſequuntur. *1. Opinio Verſorij,& Soti.* Alii dicunt ſolũ eſſe duas definitiones, etiamſi in tribus capitis partibus referantur à Porphyrio. Hunc ſequuntur Sot.& Verſorius,& alii, *Placitũ Auctoris.* mihi magis placet illum reſpectum triplicem differẽtiæ tribus explicari deſcriptionibus, ſed ſecũda definitio,vt rectè aſſignetur, & vt ab alia diſtincta, ſic debet dari, ſpecies eſt, de qua genus in quid prædicatur. *Ad replicã.* Et ad replicam argumenti reſpondetur,quod Petrus non ſit ſpecies: nam definitio ſpeciei debet ſic explicari. Species eſt de qua genus immediatè in quid prædicatur, de Petro animal mediatè prædicatur; ſpecies.n. eſt,quæ immediatum reſpectum dicit ad genus loquendo de ſpecie per ordinem ad ſuperiora.

Ad 3. Arg. Ad tertium argumentum reſpõdetur ab aliquibus,quod non ſint indiuidua generica,ſed ſolum indiuidua ſpecifica; *1. Solutio.* & ſic in hoc loquendi modo non habet argumentum difficultatem. *2. Solutio.* Sed etſi concedenda ſint hæc indiuidua,de quo infra dicemus, argumentum habet ſolutionẽ, quæ ſolutio ibi data eſt optima. *Ad replicã.* Ad replicam reſpondetur, quod ſi hoc animal accipiatur demonſtratiuè, ponitur ſub genere mediante aliqua ſpecie, nam neceſſariò debemus demonſtrare, vel hominem particularem, vel equum,vel aliquid ſimile. *animal duplicitsr accipi poteſt.* Si verò accipiatur non demonſtratiuè, ſed prout dicit animal particulare, reſpondetur,quod immediatè ponitur ſub aſſignato genete, non poſitione formali, ſed materiali; ſpecies.n. ponitur ſub genere poſitiõe formali ad hunc ſenſum,quod includit genus ipſum & differentiam, qua abundat à genere, accipit à genere. Nam genus eſt differentiarum principium. Indiuiduum vero non ponitur poſitione formali, ſed materiali, quia illud, ratione cuius indiuiduum ponirur ſub aſſignato genere, oritur ab extrinſeco,& non à generis eſſentia: nam conditiones indiuiduantes non oriuntur à genere. *Pro difficultatis ſolutione optimum fundamẽtum.* Et vt hoc percipias, notandum eſt, quod ordo prædicamentalis,vt aliqua prædicata ſint ſuperiora, & alia inferiora, non eſt formaliter ſecluſo opere intellectus: quia hoc opere ſecluſo non ſunt vniuerſalia ſuperiora formaliter. Eſt tamen hic ordo fundamentaliter in rebus: nam homo, verbi gratia,dicit naturam ſenſibilem contractam per rationale: & ita ſi abſtrahamus hominis naturam, & animalis, animalis natura ſuperior erit,quia minus contracta: hominis vero natura erit inferior, quia magis contracta eſt per ſuam differentiam,& fundamentum, quare natura hominis ſit inferior ad naturam animalis eſt ſua vltima differentia: fundamentum verò, & ratio, quare indiuiduum ſit inferius ad animal ſunt conditiones indiuiduantes, quæ illud determinant ad hic,& nunc. *Quid requiratur vt aliquid dicatur ſpecies.* Vt ergo aliquid ſit ſpecies, neceſſarium eſt, quod ſit ſub aſſignato genere,ſic quod illud,per quod ſub tali genere eſt, & inferius ponitur, ſit principium formale,& à genere originem trahens, quales ſunt omnes differentiæ indiuidui,aut generis, taliter eſt ſub aſſignato genere,quod illud, per quod ſub tali genere collocatur, & inferius eſt ad illud, non ſit quid veniens ab eſſentia generis cum ſint conditiones materiales, quæ accidunt generi & ab intrinſeco proueniunt. *Alia ſolut.* Alia ſolutio adhibetur, quod debet poni ſub aſſignato genere, vt quid vniuerſale,non vt particulare aliquid & fere redit in idem. Nam ſi eſt vniuerſale, abſtrahitur à conditionibus materialibus;& ita illud,per quod eſt inferius,debet eſſe principium formale.

Ad 4. Arg. Ad quartũ reſpondetur,quod ſpecies, & dicit relationem ſubiicibilis & prædicabilis. Sed quomodo hoc ſit verum, vide ſequentem quæſtionem.

Ad 5. arg. 1. Solutio. Ad quintum reſpondetur,quod de ſpecie poſſumus loqui dupliciter, propriè & communiter. Species propriè ſolum dicit illud,quod prædicatur de pluribus differentibus numero,& ponitur in recta

linea,

Digitized by Google

linea, & ſic illa quę connumerantur in argumento, non ſunt ſpecies, ſed reducuntur ad ſpeciem, vt quid incompletum, & impropriùm ad completam, & propriam ſpeciem. Si vero accipiatur ſpecies impropriè pro quodam prædicato ſpecifico, ſic non inconuenit vocari illam impropriè ſpeciem.

2. Solutio. Auctoris. Hæc eſt ſolutio Caietani: ſupra iam diximus ad hoc argumentum, cum de numero prædicabilium ageremus, quod hæ ſpecies non ſint, quia ſunt quid incompletum & imperfectum Quod enim intẽtionem ſpeciei accipit, debet eſſe quid completum & perfectum cū ſpecies in recta linea collocetur. Nec vllo igitur modo iſta poſſunt ſpeciei rationem habere, nec ſecundum quod ſpecies à Porphyrio conſideratur, nec alio modo.

Ad 1. conf. Quare Deus non ſit ſpecies cōparatione ad Patrem, filiū, & Spir. ſanctum. Ad primam cõfirmationem reſpõdetur, quod hic Deus non eſt ſpecies, neque vniuerſalis, quia natura, quam dicit, ſingulariſſima eſt eadẽ numero in Patre & Filio, & Spiritu Sancto. Quod verò eſt ſpecies, debet eſſe commune ad plures naturas, ſeu ad plura ſuppoſita, in quibus natura ſit numero diſtincta. Cum enim dicitur: ſpecies eſt quę prędicatur de pluribus differentibus numero, illa debent eſſe plura numero in ratione ſignificata per cóceptum communem. Quamuis autem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt tres perſonæ realiter diſtinctæ, ſed non diſtinguuntur in natura diuina ſignificata per li Deus. Eadem enim eſt in illis numero: ſed ſunt diſtinctę ſuis relationibus conſtitutiuis perſonarum.

Ad 2. conf. Ad aliam confirmationem de perſona dicemus infra. Vt enim eſſet ſpecies, deberet aliquã naturam importare ſuis inferiorib. quod non facit perſona.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod non poſſit vna ratio aſſignari ſpeciei, quæ ſit communis ſpeciei, vt ſubiicibilis, & vt prædicabilis eſt. Quomodo verò ſit diuidenda ſpecies, videbimus illico.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondent aliqui, quod cum genus prædicetur de pluribus differẽtibus numero, vt de hoc animali, & de illo, quæ ſolo numero differunt, induat rationem ſpeciei prædicabilis. Et ratio eſt quia ſicut homo dicit totam eſſentiam

Solutio. huius hominis, & illius, & ideo eſt ſpecies; ita animal dicit totam rationem animalis huius & illius, quã ob cauſam erit ſpecies. Verumtamen hæc doctrina falſa eſt, quia ſequeretur, quod genus generaliſſimum eſſet ſpecies prædicabilis, quia prædicatur de hac, & de illa ſubſtãtia, quę numero differunt, & dicit totam indiuiduorum naturam. *Reijcitur.* Quo quid abſurdius? Si enim ſpecies eſt, profectò alicuius generis debet eſſe ſpecies, & ſic non eſſe generaliſſimum: non enim poteſt intentio ſpeciei prædicabilis alicui competere, niſi habeat etiam illud materiale rationẽ ſpeciei ſubiicibilis; quia omnis ſpecies, vt ſic, quoddam totum eſt ex genere & differentia compoſitum: & ſic debet ex neceſſitate eſſe ſub aliquo genere, quod in ſe determinat, & contrahit, & cui ſubiicitur ratione huius contractionis.

Fuga. Cum vident iſti logici hoc abſurdum, dicunt conſimiliter eſſe ſpeciem imperfectam, ſed impoſſibile eſt etiã, quod ſpecies imperfecta non habeat genus imperfectum eadem ratione. *Impugnat.* Maximè, quia ſubſtantia eſt quid directè poſitum in recta linea: & ſic eſt quid completum, id eſt, non pars aliqua, & ideo hæc ſolutio nihil valet.

Alia Solutio Auctoris. Ideo reſpondetur ad argumentum, quod etiamſi prædicetur de pluribus differentibus numero, ſed etiam poteſt prædicari de pluribus differentibus ſpecie, & maximè ſpecies non eſt, quia quod eſt ſpecies prædicabilis, non debet eſſe contrahibile per plures differentias: animal autem quid eſt contrahibile per plures differentias; quamobrem ſpecies non eſt. Lege Porphyrium cap. de ſpecie, & videbis quomodo dicit, quod genus generaliſſimum ſolum ſit genus: ergo non eſt ſpecies. Et quomodo dicit, quod genera generaliſſima, & ſubalterna prędicantur de indiuiduis: ergo reſpectu illorum habent generis rationem.

Ad confir. vlt. Ad confirmationem vltimam reſpondetur, quod etſi indiuidua ſunt contingẽtia, tamen æternum eſt ſpeciem importare ordinem ad illa, quia eſt definitio, & eſſentia ſpeciei prædicabilis. Connexiones verò prædicatorum eſſentialium æternæ ſunt, vt videbimus.

QVÆ-

QVÆSTIO. LIII.

Vtrum ſpecies, vt ſpecies eſt, ſit vniuerſalis.

Tria diſcu tiẽda ſunt in hac quæ ſtione. TItulus quæſtionis licet videatur ſolum vnũ præ ſe ferre, quod ſit determinã dum, plura tamen implicitè continet diſcuſſione digna. Primũ eſt, an in rõne ſpeciei, vt ſic, includatur vniuerſalitas an ſit illius paſſio. Secundum, an ſpecies, vt eſt ſubiicibilis generi, induat rõnẽ vniuerſalis. Tertium eſt, an ſpecies vt ſic dicat ſolũ vnam relationẽ, an vero plures. Hęc oĩa ſub hac quęſtione ſunt de ſpecie diſputãda Et à ſecundo incipientes, videtur qđ ſpecies, vt ſubiicibilis eſt, ſit vni-

Quod ſpecies vt ſubijcitur generi ſit quid vniuerſale uerſalis. Primò ſpecies, quatenus ſubiicibilis generi, & vt diſtinguitur contra ſpeciem prædicabilem, cõſtat genere & differentia: ergo ſimpliciter eſt vniuerſalis.

1. Argum. Conſequentia patet: Nam quando partes ſunt vniuerſales, totum ex illis cõſurgẽs debet eſſe vniuerſale, ſicuti ſi partes ſũt ſingulares, totum ex illis reſultans eſt ſingulare. Sed antecedens probo: Nam animal, v.g. vt generi ſubiicitur viuentis, dicit ipſum genus: & præterea addit differentiam ſenſibilis, & idem in viuenti reſpectu corporis, &c. ergo.

Confir. 1. Et confirmatur hoc argumentum. Nã ſpecies, vt ſubiicibilis, eſt definibilis, ergo vniuerſale; omne. n. definitum eſt vniuerſalis natura. Et confirmatur ſecundò,

Confir. 2. quia non poteſt, v. g. animal immediatè ſubiici corpori in recta linea, niſi in vniuerſali ſumatur, ergo quatenus eſt ſubiicibile immediatum generi, eſt vniuerſale. Antecedens probatur, quia in recta linea inter ſpeciem, & generaliſſimum nullum ſingulare mediat, ſed ſingularia ponũtur ad pedem arboris.

2. Argum. Secũdò, homo, vt eſt ſubiectum in propoſitione, eſt communis pluribus vniuocè, atque adeo vniuerſale, ergo homo vt eſt ſpecies ſubiicibilis intrinſecè, eſt cõmunis & vniuerſalis. Cõſequentia eſt nota: quia ſubiectum, & ſubiicibile habent ſe tanquam actus & potentia; ergo ſi ſubiectum eſt commune, & etiam eſſe ſubiicibile, aliàs latius extẽderetur actus quã potẽtia, quod eſt impoſſibile. Antecedẽs autem probatur, quia ſubiectum ſubiicitur omnibus his prædicatis, nimirũ, animali, & rationali, & riſibili, cum hæc omnia petant per ſe prædicari de illo, ergo verè homo eſt ſubiectum commune pluribus.

3. Argum. Tertiò: Species ſubiicibilis reſultat ꝑ intentionem, per quam conſtituitur in eſſe generis, ſed hæc intentio eſt vniuerſalis: ergo & ſpecies, quæ per illam conſtituitur. Conſequentia eſt nota, & maiorẽ probo: Quia ſpecies non poteſt antea eſſe formaliter ſubiicibilis, quam genus ſit prædicabile de ſpecie; ſed genus non eſt formaliter prædicabile de ſpeciebus, niſi, vt ſubiectum ſecundæ intentioni: ergo nec ſpecies erit ſubiicibilis formaliter, niſi vt ſubſtat ſecundæ intentioni. Minorem probo. Quia intentio illa indifferenter ſe habet ad omnia indiuidua, cum denominationem ſpeciei ſubiicibilis nõ recipiãt ipſa indiuidua, ſed natura ab illis abſtracta, & in virtute continens illa.

4. Argum. Quartò: Nam eſſe vnũ proximum aptum de pluribus prædicari, conſtituit illud in rõne vniuerſalis prædicabilis de multis: ergo eẽ aptũ plurib. ſubiici cõſtituit vniuerſale ſubiicibile. Probatur conſequentia, quia quodlibet illorum reſpicit ſeorſum ſecundum ſuam naturam plura; ergo eſt cõmune illis, & ita vniuerſa-

Solutio. le. Dices, ſpeciem ſubiicibilem reſpicere plura ſuperiora, ad rõnem tamen vniuerſalis oportet, vt reſpiciantur ab illo plu-

Impugnat. ra inferiora. Contra: Nam ſpecies ſubiicibilis, vt reſpicit illa plura ſuperiora, non eſt ſingularis: aliàs eſſet indiuiduũ, & ſic indiuidua immediatè ſubiicerentur generi, quod eſt abſurdum, ergo eſt vniuerſalis. Patet conſequentia: quia ſi ſpecies ſubiicibilis, vt ſic, non eſt ſingularis, neceſſum eſt, vt abſtrahat ab indiuiduantibus, & conditionibus materialibus, & ſic erit vniuerſalis, quia vniuerſale fit per abſtractionem ab illis.

5. Argum. Quintò, ſpecies ſubiicibilis generi denominatur talis à forma genereitatis, ſed illa forma eſt vniuerſalis: ergo denominat ſpeciẽ ſubiicibilem, vt ſic, vniuerſalẽ. Maior probatur. Quia ab eodẽ forma

denominatur animal continens ſpecies, & homo contentus,& generaliter à continentia,qua vnum dicitur cõtinens denominatur alterum extrinſecè cõtentũ. Conſequentia probatur, quia cũ illa forma generis ſit vniuerſalis, & denominet ſpeciem ſubiicibilem, illã conſtituet vniuerſalem, quia dabit illi ſuum formalem effectum. *Solutio.* Et ſi dicas,quod forma generis habeat duo,alterum eſt primum quod facit,& eſt reddere genus vniuerſale,&iſte eſt primarius effectus eius:alterum eſt cõtinere ſpeciem,& huic tribuit ſecũdariũ effectum,qui eſt illam ſubiicibilem facere ex eo, quod illam continet, & non eſt hoc,facere illã vniuerſalem, ſed ſub alio *Impugnat.* contentam & ſubiicibilem:Contra: quia ſpecies ſubiicitur generi, cum tota illa indiuiduorum collectione, quam ſub ſe habet:cum nulla alia ratione animal prædicetur de indiuiduis,niſi quia hęc ſub ſe homo continet,quæ eſt ſpecies ſubiicibilis animali,ergo verè ſpecies ſubiicibilis *Solutio.* ſubiicitur animali, vt vniuerſalis.Et ſi dicas, quod ſpecies ſubiicibilis contineat plura indiuidua,& ſit vniuerſalis ſecundum rem,non ramen ſubiiciatur, vt vniuerſalis,& vt ſuperior ad indiuidua, ſed *Impugnat.* vt inferior generi : Contra:nã indiuidua ſubiiciuntur generi,& non,niſi rõne ſpeciei,q̃ illi ſubiicitur,ergo ſubiicitur illi, vt ſuperior eſt ad indiuidua,& vt vniuer*Controuer.* ſalis;ergo.Propter hęc argumẽta quidã, *1. Opinio. Toleti.* & Thomiſtæ,& alterius ſcholæ,quib.ſubſcribit Tolerus capite de ſpecie, dicunt ſpeciẽ ſubiicibilem, vt ſubiicibilis eſt, eſſe formaliter vniuerſalem, itaq; in hoc, quod eſt ſpeciem ſubiicibilem eſſe,includitur formaliter rõ vniuerſalis. Et videntur loqui de ſpecie atoma,quæ eſſentialiter includit,vt ſubiicibilis eſt,rõnem vni*2. Opinio Caiet.* uerſalis:nam de ſubalternis nihil loquuntur. Dominus Caietanus capite de ſpecie dicit,ſpeciem,ſecundum quod ſubiicibilis eſt,non habere rõnem vniuerſalis,ſed hoc quidẽ habet, quatenus prædicabilis eſt,&reſpicit inferiora,ſed reſpectus iſte ad inferiora oritur tanquam propria paſſio ex reſpectu,quem ſpecies dicit ad ſuperiora,vt ſubiicibilis. Nam ex eo, quod homo ſic ſubiicitur generi tali poſitione, quod totum,quod habet,nõ ſit extraneũ naturæ generis,pullulat in re ſic ſubiecta reſpectus quidam ad inferiora, qui reſpectus eſt reſpectus prædicabilis,&propria paſſio prioris reſpectus. Et probat Caietanus,& ſit

6. Argum. Sextum argumẽtũ,quia ſpecies,vt ſpecies eſt,nõ eſt aliud quam ſubiicibile generi,ſed ratio ſubiicibilis diuerſa eſt à ratione prædicabilis,&vniuerſalis;ergo vt ſubiicibilis ſpecies nõ eſt vniuerſalis.Maior eſt cõis doctrina omnium logicorũ, quia genus,vt genus, refertur ad ſpeciẽ, ergo ſpecies, vt ſpecies, refertur ad genus,& non alia ratione,niſi vt ſubiicibile;ergo ratio ſpeciei eſt eſſe ſubiicibilem generi. Nec põt dici, inquit Caieta. quòd *Fuga.* referatur ad genus,& ad indiuidua vnica relatione, quia vnũ relatiuũ nõ refertur bis, nec ad duos terminos, niſi ex vnico fundamento ordinetur ad illos,ꝙ in ſpecie non hẽt locũ. In diuerſo.n.actu fundã*Impugnat. ex Caiet.* tur rõ ſubiicibilis & rõ ꝑdicabilis. Quia rõ ſubiicibilis fundatur in actu intellectus,quo apprehenditur ſpecies, vt quid inferius ad genus,vel vt quid,de quo genus prædicari põt,& vt quid ſub genere collocatũ,vt determinans genus; relatio vero prædicabilis,in eſſe cognito ſine cõditionib.indiuiduãtibus,vel in eſſe comparato, vt ſupra dictũ eſt;ergo vnica relatione ad illa referri nõ põt.Petrus Niger *Quorundã Scotiſtarũ.* in ſuo Clypeo,quęſt.34.refert opiniones *3. Opinio.* quorundam Scotiſtarum, aſſerẽtium, ſpeciẽ per ſe primò referri ad genus,& hoc quidem ſecũdum ſuã eſſentiã : Ceterum per ſe ſecundò referri ad indiuidua. Vt explicemus hanc ſniam,notandũ erit, illud cõpetere ꝑ ſe primò alicui, quòd cõpetit ratione ſuæ vltimæ differẽtiæ. Hoc *Explicatur præfata opinio.notabili diſtinctione.* modo eſſe rationale cõuenit homini per ſe primo Illud vero quod cõuenit alicui ratione ſui generis,dicitur competere ꝑ ſe ſecundò ratione naturæ genericæ, & hoc modo cõuenit homini eſſe ſenſibilẽ rarione naturæ animalis.Ita dicunt,quod ſpeciei conueniat rarione ſuæ differentię reſpicere genus. Differt enim ſpecies ratione ſuæ vltimæ differentiæ à reliquis prædicabilibus,q̃a reliqua ſunt talia vniuerſalia,ſpecies vero eſt tale vniuerſale; illud tale eſt reſpicere genus;eſt ergo vniuerſale reſpiciens genus. Vniuerſale hẽt cõe cũ ceteris,quod ſit tale, eſt ſibi propriũ.Et hoc eſt ſua differẽtia vltima,quę

conſi-

Digitized by Google

conſiſtit in reſpicere genus, vt quid ſubiicibile ſuo ſuperiori & prædicabile de ipſo. Conuenit vero per ſe ſecundo reſpicere inferiora, ſed ratione ſui generis, ſ. ratione vniuerſalis: quia vniuerſale eſt qđ inferiora reſpicit, & ſpecies eſt vniuerſalis: & ita ratione generis inferiora reſpicit. Ipſe vero Petrus Niger dicit ſpeciem per ſe referri ad genus, & ad indiuidua, duabus tamen relationibus. Ceterum an ſit vnica ſpecies reſpectu vtriuſq; relationis, nõ dicit. Alii iuniores explicãtes Caietanum, dicunt ſpeciẽ eſſe in rõne ſubiicibilis vniuerſalem, non formaliter, ſed radicaliter. Et probant: quia ex eo, quod ſpecies ſubiicitur generi tali poſitione, ſ. formali ex neceſſitate excludit, ſeu nõ includit conditiones indiuiduantes: ergo quatenus habet illã ſubiicibilitatem, eſt in radice, vt attribuamus illi intentionẽ vniuerſalis. Et hoc ſit

4. Opin. Petri Nigri.

5. Opi. quorundam recentiorum explicãtiũ Caietanũ.

7. Argum. Septimum argumentum Et eſt differẽtia inter eſſe fundamentaliter vniuerſale, vel radicaliter. Nã fundamẽtaliter remotè habet natura ſecluſo opere intellectus ratione vnitatis formalis. Ceterum radicaliter habet natura hoc per actum intellectus, quo poſito in radice habet illã vniuerſalitatem: quia non eſt aliquod impedimentum, vt ſit prædicabilis de multis. Quod etiam poteſt dici quadam ratione fundamentaliter proximè in eſſe obiectiuo. Nam illa natura vt eſt obiectum illius actus intellectus nõ habet aliquod impedimentum, vt poſſit affirmari de multis.

Deciſio quæſtionis.

Auctoris calculus.

1. Concluſ. PRima concluſio: Species ſiue atoma, ſiue ſubalterna, non cõſtituitur formaliter vniuerſalis per relationem ſubiicibilis, ſiue per ordinem ad genus. Hæc cõcluſio ſatis communis eſt inter logicos, illamque tenet Caietanus capite de ſpecie, & Soto ibidem, & probo concluſionem.

Probat. 1. Illa relatio conſtituit aliquid in eſſe vniuerſalis, quæ illud refert ad plura inferiora, in quib. eſt, ſed relatio ſubiicibilis non eſt huiuſmodi: ergo non conſtituit illud, quod denominat vniuerſale: ergo ſpecies ſubiicibilis, vt ſic, non eſt vniuerſalis. Maiorem probo: Nã vniuerſale eſt vnũ in multis, & de multis, & refertur ad i.la vt ſuperi*: ſed ſpecies, vt ſubiicibilis eſt, nõ refertur ad illa inferiora, nam genus non eſt inferius ad ſpeciem, nec ſpecies eſt in genere, vt in inferiori, ſed è conuerſo: ergo relatio ſubiicibilis nõ conſtituit rem in eſſe vniuerſalis. Maior probatur, quia vniuerſale eſt vnum in multis & de multis: ergo dẽt eſſe ſuperius reſpectu illorũ: ergo &c.

Probat. 2. Præterea: Nã ſpecies vt ſubiicibilis eſt, refertur ad ſuperiora: ergo non ad inferiora: ergo, vt ſic, non eſt vniuerſalis, quia vniuerſale eſſentialiter reſpicit inferiora.

Fuga. Si dicas, non eſſe vniuerſale prædicabile, eſſe tñ vniuerſale ſubiicibile:

Impugnat. Contra: nam vniuerſale, vt diſtinguitur à ſingulari, eſſentialiter conſtituitur per aliquẽ ordinẽ rõnis. Sed hic ordo nõ ẽ ad ſuperiora, aliàs oẽ vniuerſale importaret ordinem ad ſuperiora, quod eſt falſum: & patet in generaliſſimis, quæ nõ important ad ſuperiora reſpectum, & in ente quod eſt vniuerſale, vt diſtinguitur à parte, & tamen non dicit ordinem ad ſuperius: quia non habet ſuperius: ergo dicit ordinẽ ad inferiora, de quib. eſt prędicabile: ſed ſpecies, vt ſubiicibilis eſt, non dicit ordinẽ ad inferiora, nec vt ſubiicibilis eſt, eſt prædicabilis: ergo nõ eſt vniuerſalis vt ſic; alia n. eſt ratio ſubiicibilis, & alia prædicabilis.

Confirm. 1 Et confirmatur hæc ratio: Nam vniuerſalis paſſio eſt prædicabilitas, vt viſum eſt: ergo, ſi vt ſubiicibilis eſt vniuerſalis, vt ſubiicibilis, eſt prædicabilis, quod apertè eſt falſum, cum ſint oppoſitæ rationis.

Confirm. 2. Et cõfirmatur magis hęc ratio. Nam quod aliquid ſubiiciatur diuerſis prædicatis, & multis, nõ dicit, nec expoſcit vniuerſalitatem: ergo ẽt in rõne ſubiicibilis non poteſt eſſe vniuerſalis. Antecedẽs probatur: nam Petrus ſubiicitur iſtis prędicatis, homo, animal, corpus, viuẽs, ens, riſibile, rationa'e, & tamen eſt ſingulariſſimum quid: ergo dicere quod aliquid ſit vniuerſale ſubiicibile quia multis ſubiicitur in pdicatione, eſt abſurdũ: ergo rõ vniuerſalis venanda eſt ex ordine ad inferiora, ad quæ cũ ſpecies ſubiicibilis, vt ſic, nõ dicat ordinẽ, nõ eſt vt talis vniuerſalis.

Probat. 3. Pręterea, qa ſi ſpecies ſubiicibilis eſſet intrinſecè vniuerſalis, variato ordine ſuo proprio variaretur eſſẽtialiter ſpẽs ſubiicibilis vt ſic Et ita ratio ſpeciei ſubiicibilis, q̃ competit natu

rę genericę diuerſa eſſet eſſentialiter à ratione ſpeciei ſubiicibilis, quæ cōpetit naturæ ſpecificæ atomæ, ſed hoc eſt apertè falſum: ergo ſpecies in ratione ſubiicibilis nō dicit vniuerſalitatē. Probatur minor: Quia ſi ſpecies infima & ſubalterna ſpecie differunt ī ratione ſubiicibilis: ergo & genera ſubalterna inter ſe ſpecie differunt eſſentialiter, quia referunt ad ſpeciē ſubiicibilem, vt ad propriū terminū: ſed termino variato ſpecificè, variatur ēt ordo ad illū ſimiliter ſpecificè, quia relatiua differūt ſpecie penes diuerſos terminos ſpecie diſtiĉtos: ergo nō dicit ſpecies ſubiicibilis ī ſua ratione vniuerſalitatē. *Probatur 4* Præterea: De ratione vniuerſalis eſt reſpicere multa: ergo de rōe talis vniuerſalis taliter reſpicere multa: ſed ſi ſpecies ſubiicibilis ē vniuerſalis, erit tale vniuerſale: ergo taliter reſpiciet multa: ſed reſpectu generis nō reſpicit multa, quia genus vnū eſt: ergo nō reſpicit reſpectus illorū taliter multa: ergo nec ē vniuerſalis.

2. Concluſ. Secūda cōcluſio: illud, quod eſt ſpecies ſubiicibilis, eſt vniuerſale, licet nō qua ratione eſt ſpecies ſubiicibilis. Cōcluſio ꝓbatur inductione facta ī arbore prædicamentali. *Sub qua ratione ſpecies induat rationem vniuerſalis.* Nā corpus eſt ſpecies ſubiicibilis reſpectu ſubſtantiæ, & viuens reſpectu corporis, & animal reſpectu viuentis, & iſta omnia ſunt vniuerſalia: ergo &c. Prętereà ſpecies ſubiicibilis eſt, quæ immediatè ponit̄ ſub genere poſitione formali, ſed nō poteſt poni ſubiectione formali ſub genere, niſi abſtrahat à cōditionibus indiuiduantibus: ergo eſt vniuerſale, quod eſt ſpecies ſubiicibilis. Maior probat̄, ex q̄ſtione præcedenti, & ex domino Caietano, capite de ſpecie, & ex Alberto relato à Caieta. Minor probatur: nā ſi aliquid importat cōditiones indiuiduātes, iā ponitur materiali poſitione: nam conditiones indiuiduantes ſunt quid materiale, nec ex genere oriuntur. Differentia verò eſt aliquid formale, & originē trahit ex genere, hoc tamen non habet in quantū ſubiicibile, ſed alia ratione, quæ eſt abſtracta à conditionibus indiuiduantibus. *Difficultas curioſa cui ſatisfit per ſequentem concluſionē* Et ſi inquiras, cum in ſpecie, quæ ſubiicitur, reperiantur duo, & ſubiicibilitas, & prædicabilitas, ſeu vniuerſalitas, & nō ſe habeāt omninò per accidēs in ſpecie, qđ nā præſupponat alterū, & quid ſit quod noſtro modo intelligendi prius intelligamus nos, an ratio ſubiicibilis, vel ratio vniuerſalis, & prædicabilis. Et ſit

3. Concluſ. Tertia cōcluſio: Prius intelligimus hoc in qualibet ſpecie rationē vniuerſalis, & prædicabilis, quam intelligamus rationē ſubiicibilis. Et probatur hæc concluſio: *1. Ratio* Nam non poteſt ſpecies poni & ſubiici generi poſitiōe formali, & referri taliter ad genus niſi ſit abſtracta à naturalibus conditionibus: ergo prius noſtro modo intelligēdi intelligimus nos, illā eſſe vniuerſalē ſaltem in eſſe obiectiuo, quin intelligamus eſſe ſubiicibilem generi. Antecedens patet. Nā vt ponatur hac poſitione debet eſſe ſine conditionibus naturalibus, quod non poteſt habere ſine abſtractione, & ita abſtractio prærequiritur vt via ad hoc, vt collocetur vt quid formale ſub genere, & vt quid in quo genus reperitur formaliter determinatū. *2. Ratio* Præterea: nihil particulare pōt poni formali poſitiōe, & vt ſpecies ſubiicibilis ſub genere: ergo prærequirit̄ ad hoc, vt ſit vniuerſale. Antece. patet, q̄a nihil ēt particulare poteſt eſſe ſpecies ſubiicibilis, cū debeat eſſe immediatus terminus relationis genericæ, quæ primò & ꝑ ſe ad aliquid vniuerſale terminatur. Cōſequētia probat̄, q̄a nō eſt dare mediū inter vniuerſale & particulare, quod mediū ī recta collocetur linea, vt ſpecies. Ex hoc ſequitur, nō bene dici ſpeciem atomā, Verbi g. habere rationē prędicabilis, & vniuerſalis, ex eo ꝙ ponitur ſub genere poſitione formali, *Corollariū* tāquā à radice, & eſſe vniuerſalē, eſſe velut ꝓprietatē illius, quæ ad illā poſita tali poſitione cōſequitur, cū è cōuerſo eſſe ſubiicibilē præſupponat vniuerſalitatē ſaltē obiectiuā. Nā à ſingularib. abſtrahenda, & venāda eſt illa rō ſubiicibilis formaliter. Si.n. illæ ſpēs deſcēderēt à ſuperiorib prius ītelligeremus nos rōnē ſubiicibilis formaliter, q̄ rationē vniuerſalis, ſicut prius cauſa, q̄ effectus eſſet intelligēda. *Auctoris ſpeculatio.* Verū cū ab īferioribus colligamus illa ſubiicibilia rectæ lineæ, prius intelligēda eſt ratio vniuerſalis, obiectiuè ſaltē, q̄ intelligamus rationem ſubiicibilis formaliter. Et hoc benè notent quiſque adhuc cum Caietano ſenſerunt. Ex quo ſequitur eſſe vniuerſalem, nō eſſe paſſionem, neq; proprietatem ſpeciei, vt ſubiicibilis eſt.

Quarta

Digitized by Google

4. Concluſ. *Contra 3. opin.* *Probatu. 1.*

Quarta concluſ. Vnica & eadem relatione refertur ſpecies ſubiicibilis ad genus & ad ſua inferiora, verbi gratia, leo ad animal, & ad indiuidua. Probatur iſta concluſio, quæ etiam eſt Caiet. & aliorũ: Nam alia eſt relatio ſubiicibilis, & alia relatio prædicabilis. Sed ſpecies ea ratione qua refertur ad genus, eſt ſubiicibilis, ea ratione qua refertur ad indiuidua, ſeu inferiora, eſt p̃dicabilis: ergo duas relationes hẽt ſpecies. Maior probatur: Nã terminus ſubiicibilis, & terminus prędicabilis ſunt ſpecie diſtincti, ergo relationes terminatæ ſpecie differunt; nã in illis diuerſitas ſumitur ex terminis, diuerſitas, inquam, ſpecifica. Antecedens probatur, nã ſub alia ratione terminat genus ſuperius relationẽ ſpeciei, & ſub alia ratione inferiora terminãt; ergo in rõne termini eſt diuerſitas.

Obiectio.

Dices hanc rõnem nihil valere, nã paternitas, & maternitas ſpecie differũt, & relatio filii ad eas relationes terminatur.

Solutio. *Quare eadẽ filiatio terminari poſſit ad maternitatẽ et paternitatem ſpecie differẽtes: eadẽ verò ſpecietas non itẽ ad genus ſuperius, & ad indiuidua inferiora*

Sed reſpondetur quod ẽtſi ſpecie differant, quia pater, & mater per vnicũ totale fundamentum concurrunt ad eſſe filii, filius vnica relatione ad illos terminatur, at vero nõ eſt vnicum fundamẽtũ, & vna natura relationis ſubiicibilis, & prædicabilis, ſeu vniuerſalis, quia relatio & reſpectus ad inferiora in ſpecie fundatur in eſſe abſtracto cognito, vel comparato, prout varię opiniones dicunt: Relatio vero ſubiicibilis fundatur in actu intellectus, quo cognoſcitur illa natura vt continens generis naturam determinatã per differentiam, ex quo tribuit illi intẽtionem ſubiicibilis, iſta vero diuerſa sũt in ratione fundandi: ergo ſi fundamenta ſunt diuerſa, & relationes.

Probat. 2.

Præterea: Relatio vniuerſalis diſtincta eſt à relatione non vniuerſalis in bona logica, ſed relatio ſpeciei ad indiuidua, ſeu inferiora eſt relatio, vniuerſalis relatio ipſiuſmet ad genus eſt relatio nõ vniuerſalis: ergo sũt diſtinctæ relationes, nam intentio diuiditur per intentionem vniuerſalem, & non vniuerſalem tanquam in membra oppoſita vt in ſuperioribus notum fuit.

Probat. 3.

Præterea. Nam ſi eadem relatione refertur ſpecies ad genus, & ad indiuidua, & genus ſubalternum ad genus ſuperius, & ad ſpecies, ſequitur, quod eadem ſit ratio generis, & ſpeciei ſubiicibilis, & tamen eſt falſum: nam genus non refertur ad genus, ſed ad ſpeciem, & tamen ſi eſſet eadẽ ratio, referretur genus ad genus, quinimo ſequeretur, quod ſpecies iſima & ſubalterna in ratione ſpeciei differrent ſpecie, quia haberent terminos ſpecie diuerſos: nam ſubalternum genus, vt viuens, refertur ad genus, & animal referẽ ad ſpeciem, & homo ad indiuidua, hoc autẽ eſt habere diuerſos terminos formaliter, ergo &c. Sed hoc eſt falſum: Nã omnes ſpecies ſubalternæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & infima etiam in ratione ſubiicibilis, ergo duæ ſunt relationes ſpecie differentes.

5. Concluſ.

Quinta concluſio. Hoc nomen ſpecies eſt nomen æquiuocum ad ſpeciem in rõne ſubiicibilis, & in ratione vniuerſalis, & prædicabilis. Hæc eſt ſententia ſapientiſſimi Magiſtri Soto, capite de ſpecie, & Petri Nigri, vbi ſupra. *Magiſter Soto, & Petr. Niger.* Probatur concluſ. euidenter meo iudicio. Primò ex definitione æquiuocorum, vt definiuntur à Sũmuliſtis; æquiuocum nomen eſt, quod ſignificat ſua ſignificata duobus conceptibus, ſed hoc nomen ſpecies eſt huiuſmodi, ergo. Minor. prob. Nam relatio ſubiicibilis & prædicabilis nõ poſſunt vnico conceptu repræſentari, cũ ſpecie diſferant, vt viſum eſt, magis q̃ homo, & equus, qui ẽt ſpecie diuerſi ſunt. Præterea probatur concluſ. à definitione æquiuocorũ ab Ariſt. tradita: æquiuoca ſunt, quorũ nomẽ eſt cõe, ratio vero nomini accõmodata eſt diuerſa omnino, *Ariſtot.* ſed relatio ſubiicibilis, de quo modo loquimur, & p̃dicabilis ſeu vniuerſalis habent idem nomen, vt patet ex Porphyrio c. de ſpecie, *Porphyr.* qui genera ſubalterna ſpeciem vocat, & etiam infimam ſecundum quod prædicabilis eſt, cum dicit ſpeciem eſſe, quæ de plurib. nu. differentib prædicatur. Quod vero rõ nomini accõmodata ſit oĩno diuerſa, patet, quia alia eſt eſſentia ſubiicibilis & p̃dicabilis, vt dictum eſt, & aliter definitur. Præterea demus, q ſit ꝓprietas ſubiicibilis prædicabilitas talis, ꝓbo qđ ẽt ſit æquiuocã ſpecies ad alia. Nã ſi homo ſignificaret hominẽ, & riſibilẽ, eſſet ęquiuocũ nomẽ, nã hoi & riſibili nihil importatur cõe per iſtud nomẽ homo, cum homo & riſibilitas ſint diuerſarũ naturarũ prædicamẽtaliũ, qb. hoc nomẽ homo nihil cõe importat: ergo ſpecies eſt nomen

mē æquiuocum, etiamſi ſignificaret eſſentiam ſpeciei, & eius paſſionem, quæ eſſet prædicabilitas, quia nihil illis commune importare poteſt.

6. Concluſ. contra Caietan. Sub qua ratione ſpēs cōſtituat ſecūdum prædicabile.

Sexta concluſio. Species cōſtitutiua eſt huius prædicabillis ſecundi, nō qua ratione eſt ſubiicibilis, ſed qua ratione eſt vniuerſalis & prædicabilis de pluribus differentibus numero. Itaque ſicut genus prędicabile conſtituitur per prædicabilitatē de pluribus differentibus ſpecie in quid, tanquam quædam natura completa, ita hoc prædicabile conſtituitur per hoc, qđ natura cōpleta, in qua genus determinatum reperitur, de plurib. numero diſtinctis in quid prædicatur. Ratio enim ſubiicibilis nullū prædicabile cōſtituit, etiā ſi denominetur ſpecies, & ita vocetur. Hæc concluſio videtur eſſe contra Caietanum, c. de Specie, cuius determinatio ſibi viſa eſt difficilis, ſed tēporis ſucceſſu veritas eſt manifeſtata: & ob hanc cauſam temporis filia dicitur veritas. Pro- *1. Probatur* batur hæc cōcluſio. Hic tractat Porphyrius de quinque vniuerſalibus, ſeu prędicabilibus, ſed ſpecies nō eſt vniuerſalis, nec prædicabilis, vt ſubiicibilis eſt: ergo cōſtituit hoc prędicabile, vt vniuerſalis, *2. Probatur* & vt prædicabilis, & per ordinem quem dicit ad inferiora. Præterea. Vniuerſale eſt, quod diuidit in quinque vniuerſalia: ergo quod pertinet ad aliquod vniuerſale debet eſſe taliter vniuerſale; ſed ſpēs per ordinem ad ſuperius genus non eſt vniuerſale: ergo non eſt tale vniuerſale: ergo nō cōſtituitur hic prædicabile per ordinē ad ſuperius genus; eſt verò tale vniuerſale in ordine ad indiuidua: ergo per ordinē ad illa illud conſtituitur, nec genera ſubalterna per ordinem, quem dicunt ad inferiora, illud cōſtituunt, quia *Corollariū.* vt ſic, ſunt genus, vt patet. Et idem argumentum fieri poteſt de prædicabili: quia quod conſtituit aliquid ſpeciale prædicabile, debet eſſe taliter prędicabile, qđ nō habeat ſpecies per ordinē ād ſuperiora, & ita ſpecies ſubiicibilis ab hoc prædi- *3. Probatur* cabili excluditur, & ſolū relinquitur ſpecies prædicabilis. Ex hac concluſione, etiam ſequitur, quod ſpecies, in quātum ſpecies eſt, conſtituat hoc prædicabile ſecundum, ſi li in quantum ſpecies reduplicet ordinem ad indiuidua, non ad genus, nam illa eſt relatio, ſeu intentio conſtituēs hoc prædicabile, cuius intētionis paſſio eſt prædicabilitas de pluribus numero differentibus: ſed iſta eſt paſſio intentionis, ſecundum quam refertur ad īdiuidua, vt quid exiſtens ī illis, dicens totam illorum eſſentiam, & non eſt paſſio illius ſubiicibilitatis generis: ergo &c. Maior patet. Nam propria paſſio huius prædicabilis eſt prædicari de pluribus, &c. Sed minor probatur: nam cum per illam relationem ſubiicibilis non ſit in multis, formaliter ſequitur, quod nec de multis prædicetur. Et ſi fiat argumentum: Nam *Obiectio.* genus refertur ad ſpeciem, vt ad terminum ſuæ ſpecificationis: ſed ſpecies, quæ eſt correlatiuū generis, videtur, quod ſit *Solutio.* huius prædicabilis conſtitutiua. Reſpondetur negando minorem. Nam non eſt neceſſe, qđ terminus relationis alicuius prædicabilis cōſtituat aliud prędicabile, vt patet in ſpecie, quæ refertur ad indiuidua, & non conſtituunt aliquod prædicabile indiuidua, vide D. Thom. in compen- *Locus Diui Tho. obſeruandus.* dio logicæ cap. 3. vbi rationem ſecundi prędicabilis dicit eſſe prędicabile de pluribus differentibus numero.

7. Concluſ. contra tertiam opin.

Septima concluſio. Species, vt ſubiicibilis etiam per ſe ſecundo, non eſt vniuerſalis, & loquimur de illa vt ſubiicibilis eſt. Nam ſi per ſe primò non eſt vniuerſalis, nec per ſe ſecundo poteſt eſſe. Ratio enim generica ſemper determinatur per vltimam differentiam. Vnde ſi de rōne generica ſpeciei ſubiicibilis eſt eſſe vniuerſalē vt quid ſuperius, ratio ſpecifica debet eſſe determinatiua huius, & p illam debet conſtitui in eſſe talis vniuerſalis; Ratio enim ſpeciei conſtitutiua non debet eſſe oppoſita rationi genericę, ſed debet eſſe quid determinatiuū illius: ſed ſubiici oppoſitum eſt huius, quod eſt eſſe vniuerſale, quia ī ratione ſubiicibilis non eſt vniuerſalis, ſi ratio generica viuentis eſt habere vitam, non poteſt eſſe ratio ſpecifica non viuere: ergo ſi ratio generica eſt eſſe vniuerſalem, ratio ſpecifica non poteſt eſſe nō vniuerſalis. Eſſe enim ſubiicibile generis eſt eſſe non vniuerſale, quia non importat reſpectum ad inferiora. Præterea ſubiicibile generi eſt oppoſitum cum hoc, quod eſt eſſe vniuerſale: ergo non poteſt per ſe ſecundo

vniuer-

Digitized by Google

vniuerſale competere, & per ſe primo ſubiicibile, quia ſubiici dicit ordinẽ ad ſuperiora, prędicari ad inferiora: ergo. &c.

8. Concluſ. contra fautores Caiet. in 5 opin. Octaua concluſio. Subiicibile generi non eſt radicaliter vniuerſale. Et probatur iſta concluſio. Nam taliter ſubiici, oritur, ex vniuerſalitate & abſtractione talis naturæ à conditionibus indiuidantibus, vt viſum fuit: ergo non poteſt eſſe radix vniuerſalitatis, nec in radice vnum continetur in alio. Præterea, quia ſubiici & pdicari ſunt oppoſita: ergo vnum in alterius ratione non continetur radicaliter.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpõdetur, probare, id, quod eſt ſpecies ſubiicibilis, debere eſſe vniuerſale, non verò eſt vniuerſale vt ſubiicibilis eſt generi. Et nota quod *Obſerua.* ſpecies conſtat ex genere & differentia, ideſt, ex natura, quę denominatur genus, & differentia. Et idem probat prima & ſecunda confirmatio.

Ad 2. arg. Secundum argumen. nihil valet, quia prima ſubſtantia ſubiicitur multis prædicatis, & non eſt vniuerſale, vt enim eſſet, deberet dicere ordinem ad plura inferiora, quod non habet.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſpondetur, quod alia eſt intentio ſubiicibilis, & alia prædicabilis, & prius intelligitur naturam illam habere rationem vniuerſalis ſaltem metaphyſicæ, quam habere rationem ſubiicibilis.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod nunquam Ariſtot. poſuit vniuerſale ſubiicibile, ſed omne vniuerſale debet eſſe vnũ in multis; & ita debet eſſe vniuerſale prędicabile. Subiici enim etiam multis: nullam dicit vniuerſalitatem, vt probatur in prima ſubſtantia, & in Petro, quinimo eſt ratio oppoſita rationi vniuerſalitatis, rõ ſubiicibilitatis. Et in hoc innitũtur iſti, *Error quorũdã, quod Angelus ſit uniuerſalis & tamẽ nõ pdicabilis de plurib.* vt contra Diuum Thomam, vt iam videbimus, dicãt ſpecies Angelorum eſſe vniuerſalia, & ſpecies ſubiicibiles, non vero prædicabiles, quia non ſunt in multis indiuiduis. Nõ intelligentes eſſe ſpeciem, ſubiicibilem non eſſe formaliter vniuerſale: vt ſubiicibile eſt, & impoſſibile eſſe quod ſit ſpecies ſubiicibilis, quin ſit vniuerſale id q̃ eſt ſpecies ſubiicibilis, & qđ natura Angelica Gabrielis eſt vniuerſalis, quia quantum eſt ex modo eſſendi i intellectu, poteſt de multis affirmari.

Ad 5. Ad quintum reſpõdetur, quod ſpecies ſubiicibilis denominatur talis à quadam relatione, & ſecunda intentione, quæ dicitur ſubiicibilitas, & non à generis intẽtione, quæ ſpecie differt ab illa, nec ab intentionibus ſumendæ ſunt denominationes. Sic in formis realibus, quia vna ſecũda intentio & relatio non continet aliã, nec hoc eſt verum in realibus formis, locatum enim non dicitur tale intrinſecè, niſi à locatione paſſiua, & vbicatione, q̃ forma eſt alterius rationis, & prædicamẽti à loco.

Ad 6. Arg. Caiet. Ad ſextum Caietani reſpondetur, quod ſpecies eſt nomen æquiuocum, & ſignificat relationem ſubiicibilis, & relationẽ vniuerſalis. Si accipiatur primo modo, non eſt vniuerſalis, ſecundo modo maximè, ſed non eſt proprietas prioris reſpectus eſſe vniuerſalem, & referri ad indiuidua, ſed eſt alia relatio, quæ noſtro modo intelligendi præcedit priorem.

Ad 7. Ad ſeptimum, ex hoc, & ex dictis patet quomodo ſpecies vt ſubiicibilis non eſt vniuerſale, nec radicaliter. Sed benè verũ eſt, quod illud quod eſt ſpecies ſubiicibilis eſt vniuerſale, vt patet in homine, & in animali. Quinimo illa ſubiicibilitas ſubſequitur ad ſpeciem vt vniuerſalis eſt, vt dictum eſt in 3. concluſione. Sed contra ea quæ proximè dicebamus eſt argumentum quintuplex. *Contra hactenus dicta probatur 1. rõnibus aliquid poſſe eſſe uniuerſale & tamen non prædicabile de pluribus.* Nam Gabriel eſt ſpecies ſubiicibilis generi ſubſtantiæ, & non eſt ſpecies prædicabilis: ergo nõ eſt neceſſe vt id, quod eſt ſpecies ſubiicibilis ſit vniuerſalis, nec præſupponat rationem vniuerſalis. *2. Ratio.* Secundò. Nam quod recipit denominationem ſpeciei ſubiicibilis, eſt natura ſecundum ſe, ſed natura ſecũdum ſe non includit vniuerſalitatem, ergo non eſt neceſſe, quod habeat vniuerſalitatẽ, vt ſit ſpecies ſubiicibilis. *3. Ratio.* Tertiò natura humana, v. g. per prius fundat reſpectum ad genus, quam ad inferiora, ſed ille eſt reſpectus ſubiicibilis, iſta vniuerſalis & prædicabilis, ergo ad eſſe ſubiicibile non dẽt præcedere natura, vt vniuerſalis. Probo maiorem. Nam tota eſſentia homi-

hominis oritur à genere, non ſolum propter participationem rationis genericæ, ſed etiam propter rationem ſuam ſpecificam, cum differentia claudatur in potẽtia generis: ergo per prius homo debet reſpicere genus cum ab illo accipiat ſuã eſſentiam, & non indiuidua, à quibus illã non accipit. Probatur ſecũdò eadem maior. Nam prius conuenit naturæ humanæ ſua actualitas, quam potẽtialitas ſua: ſed eſſe apta contineri ſub genere conuenit naturæ humanæ ratione ſuæ actualitatis: eſſe apta vt attribuatur vniuerſalitas cõuenit ratione ſuæ potentialitatis, quæ licet ſint idem à parte rei, per intellectum tamen prius intelligimus conuenire illi vnum, quam aliud. Probatur minor. Quia ex eo quod natura humana continet genus actu eſt apta illi ſubiici, ex eo verò quod continet indiuidua in potentia poteſt de illis prædicari: ergo.

4. Ratio. Quartum argumentum. Quod prius præſupponitur in ſpecie eſt ſubiicibile ad rationem vniuerſalis, & prædicabilis: ergo non præſupponitur vniuerſale ad rationẽ ſubiicibilis. Antecedens probatur, quia ſpecies vt prædicabilis præſupponit cõſtitutũ qđ dẽt prædicari, ſed hoc eſt ſpecies ſubiicibilis, ergo. Probo minorem, quia præſupponit conſtitutum ex genere & differentia, ſed ſpecies ſubiicibilis eo ſubiicibilis eſt generi, quia præſupponitur conſtituta ex genere, & differentia, & contracta ratione generica per differentiam ſuam: ergo.

5. Ratio. Quinto: nam eſſe prædicabile & ſubiicibile ſunt oppoſita: ergo ſubiicibile nõ præſupponit prædicabile ad ſuum eſſe, ſicut nec calor ſupponit neceſſario frigiditatem.

1. Soluitur Ratio. Ad primum iam dictũ eſt & dicemus latiſſimè: eſt enim prædicabilis, vt eſt in intellectu, & ex modo, quem ibi ſeruat hoc illi conuenit.

2. Soluitur Ad ſecundum reſpondetur, quod licet natura ſecũdum ſe recipit denominationem ſubiicibilis ſpeciei, ſicut & recipit denominationem prædicabilis, cum de Petro & Paulo dicitur, vt aſſerit Caietanus, c.4. de Ente, prærequirit tamẽ vt cõditionem neceſſariam, vt recipiat denominationem ſubiicibilis, & rationem vniuerſalis, ſaltem metaphyſicè. Nam quod formaliter habeat ſecundam intẽtionẽ vniuerſalis, non videtur neceſſarium, ſicut vt natura affirmetur ſecundum ſe, & ſua prædicata quidditatiua, requirit vt conditionem vniuerſalitatem.

3. Soluitur. Ad tertium reſpondetur, negando maiorem, & ad probationem, tranſeat antecedens. Nam quia tota illa eſſentia ſuſcipitur in ſingularibus vt poſitione formali ſit ſub genere prius dẽt ab illis abſtrahi, & ita ratio vniuerſalis p̃ſupponitur. Si autem darentur vniuerſalia, ſicut Plato imaginatur, faterer ego, qđ illa prius reſpicerent genus, quàm indiuidua: quia non ſuſcipiebantur in rebus naturalibus, à quibus eſſent abſtrahendæ. Et eodem modo reſpondetur ad ſecundam probationem maioris, dato quod ita eſſet, quia in illa actualitate præcisè non fundatur ſecunda intentio ſubiicibilis, ſed in actualitate ſine conditionibus indiuiduantib. quia debet formaliter ſub genere poni, prius intelligimus eſſe vniuerſalem metaphyſicè, ſeu in eſſe obiectiuo, quàm intelligamus eſſe ſubiicibilem generi.

Si darẽtur vniuerſalia Platon. quæ prius reſpicerent genera ſuperiora, vel indiuidua inferiora.

4. Soluitur. Ad quartum reſpondetur, quod etiam ratio vniuerſalis prærequirit ſpeciem cõſtitutam ex genere, & differentia ad hũc ſenſum, vt in eo, quod abſtrahitur reperiatur gradus ſenſibilis, & rationalis. Verum cum poſtea attribuimus intẽtiones ipſi ſpeciei, non poſſumus tribuere intentionem ſubiicibilis, niſi præceſſerit abſtractio à ſingularibus.

5. Soluitur. Ad quintum argumentum reſpondetur, quod etiam eſt contra ipſos: nam ipſi dicunt, quod vniuerſale præſupponit ſubiicibile, & dicam ego eſſe impoſſibile, quia ſunt oppoſita. Vnde quamuis ipſi teneantur illud ſoluere, pro ipſis ſoluam. Reſpõdetur ergo, quod ſubiicibile & prædicabile ſunt oppoſita ratione differẽtiarum, ſicut albedo & dulcedo ſunt oppoſitæ ratione ſuarum differentiarũ, quæ formaliter diſtinguuntur: & ita opponuntur quodammodo, non tamẽ ſunt contraria: vt eidem ſubiecto conuenire nequeant maximè, quia ſunt oppoſita relatiuè, quæ eidem diuerſorum reſpectu conuenire poſſunt, vt paternitas, & filiatio, & vnum prærequiritur ad aliud. Et ſi inquiras: Quomodo ergo ſit diuiſio ſpeciei? Reſpondetur, quod hoc modo, ſpecies, alia prædi-

Retorquetur arg. in aduerſarios.

Dubium.

cabilis

cabilis alia ſubiicibilis. Et hęc eſt diuiſio vocis in ſua ſignificata æquiuoca. Et rurſus, ſpecies ſubiicibilis, alia ſubiicibilis gñri vltimo, alia generi medio. Et hęc diuiſio eſt p accidentales rationes, omnes enim ſpecies ſubiicibiles ſunt eiuſdem rationis. Species vero prædicabilis eſt diuiſibilis per hanc & illam ſpeciem, quæ numero differunt.

Solutio. Varia diuiſiones, & ſubdiuiſiones ſpeciei.

QVÆSTIO LIV.

Vtrum dentur indiuidua generica.

SVpta ſæpius dictũ eſt, quod indiuidua generica ponũt ſub genere poſitione materiali, vt hoc aĩal, hoc corpus, & ita nõ ſunt ſpecies ſubiicibiles. Modò inquirimus, vtrum ſint ponenda hæc indiuidua. De qua re duę ſũt opiniones. Altera opinio negat hæc indiuidua his innixa argumentis. Primò, quia ſi hęc indiuidua ſunt danda, maxime per intellectũ, qui in Petro, verbi gratia, diſtinguit hunc hominẽ ab hoc animali, & ab hac ſubſtantia &c. Sed hoc nõ: ergo &c. Probaĩ maior, quia in rebus indiuidua ſemper ſint in aliqua ſpecie vltima, & ita nõ reperitur generis indiuiduum diuerſum realiter ab indiuiduo ſpecifico. Sed min. prob. Nã intellectus non poteſt, niſi falſo coniungere rõnali, cum viuenti, ita vt ex viuenti & rõnale reſultet vna ſpecies: ſed prius debet illud coniungere cum ſenſitiuo: ergo etiam non poteſt coniungere dẽterminatam ſingularitatem cum animali, v. g. vel cũ corpore, ſed prius debet intelligere eſſe hominis, & tunc cum illo iungere ſingularitatem: ergo non dabuntur generis indiuidua, ſed ſpeciei: nam cõditiones indiuiduantes iungendæ ſunt homini, & nõ aĩali, ſi verè iungi debeant, quia præſupponitur, vt animali iungatur eſſe rationalis, ſicut eſſet rationalis, vt iungatur viuẽti, ſupponit eſſe animalis, & ſenſibilis.

Controuerſia.

1. Opinio negat dari indiuidua generica.

1. Argum.

2. Argum.

Secundum. Eſſe prædicabilis, & ſubiicibilis, fundatur intrinſecè in ipſis naturis rerum, ita vt de illis prędicetur immediatè ratio ſuperior ad quorum eſſe immediatè cõtrahitur à parte rei, de illis verò mediatè, quorum eſſe mediatè contrahitur: ſed animal non contrahitur ad eſſe huius animalis indiuidui, niſi mediàte ratione hominis: ergo nec prædicatur animal immediatè de hoc animali, niſi mediante ratione hominis: & ita non erit indiuiduum immediatũ animalis, ſed mediante homine. Minor illa pbatur. Quia animal, vt ſic, dicit naturam incompletam, ideſt, non vltimatè perfectam, ſed vlterius contrahibilem: ergo repugnat immediatè cõtractã eſſe indiuidualiter, ſed prius ad eſſe eſſentiale, poſtmodum ad eſſe indiuidualiter debet contrahi. Patet cõſequentia, quia eſſe indiuiduale habet ſe vt actus ſecundus reſpectu eſſe eſſentialis, qui ſe habet vt actus primus: ſed actus ſecundus non poteſt competere ei, qui non eſt completus quoad actum primum: ergo nec animali poteſt cõpetere eſſe hoc animal, niſi compleatur prius per eſſe differentiale: ergo hoc animal non eſt immediatè ſub genere, ſed ſub homine. Minor probatur, quia ex neceſſitate ſecundum præſupponit primum, & ideo dicitur tale.

Tertium argumentnm. Non eſt cognoſcibile hoc animal, quin cognoſcatur hic homo, vel ille equus, vel quidpiam ſimile: ergo non eſt aliquod indiuiduum generis, quin formaliſſimè ſit indiuiduum ſpeciei vltimæ, atque adeo non erit immediatum generi, ſed ſpeciei vltimæ: Antecedens probatur, quia ſi cognoſco diſtinctè hoc animal, hoc ipſo cognoſco diſtinctè hunc hominem, vel hunc equũ, & cetera, cum re vera repugnet, eſſe hoc animal, quin ſit hic homo, vel quid ſimile. Si autem cognoſco confusè hoc animal, vt quando video illud à longe, ſimiliter cognoſco confusè hunc hominem, & cetera. Et confirmatur hæc ratio. Nam illa pronomina, hic, & hæc, & hoc, vltimam indiuiduationem præ ſe ferunt: ergo deſignant ſpeciei vltimę indiuidua, & ita non poterit intellectus concipere hanc ſubſtantiam, hoc viuens, & cætera, quin ſimul ſaltem in confuſo concipiat rationem vltimam, per quam ſunt indiuidua in re, videlicet Petri, Brunelli, & cetera. Et confirmatur. Nam quando dico hoc viuens, hoc corpus, & cætera, iam

3. Argum.

1. Confirm.

2. Confirm.

pono

pono ipſum exiſtens in re: ergo pono omne, quod eſt neceſſarium, vt exiſtat, & ita dico petreitatem, vel aliquid ſimile.

4. Argum. Quartum argumentum: Cum animal prædicatur de hoc animali, vel prædicatur de illo tanquam de aliquo indifferẽti ad eſſe huius hominis, vel leonis, vel & cæt. vel tamquam de aliquo determinato iam ad eſſe illorum alicuius. Si primum: ergo hoc animal dicit iam aliquã rationem ad rationem hominis, vel leonis cõtrahibilem, & iã erit genus, ſicut ipſum animal eſt genus, quia dicit naturam contrahibilem, per differẽtiam hominis, vel &c. Si autem dicas ſecundum: ergo iam hoc animal, formaliter loquendo, conſtituitur in eſſe animalis huius per eandem rationem, formaliter loquendo, per quã conſtituitur Petrus in eſſe Petri, cum non aliter animal prædicetur de illo niſi vt determinato ad eſſe huius hominis.

5. Argum. Quintum argumentum: Indiuiduum, vt docet Porphyrius, eſt immediatum ſub vltima ſpecie, ſicut ſpecies ſub immediato genere, vt patet ex arbore prædicamentali: ergo ſicut vltima ſpecies intrinſecè includit rationem generis, ita indiuiduum intrinſecè includit rationẽ vltimæ ſpeciei: ergo ſicut non datur vlla ſpecies vltima, quæ non includat rationem animalis, ita non dabitur vllum indiuiduum, quod non includat rationem veræ ſpeciei, & ita erit immediatum indiuiduum illius, & non generis, nam quod includit rationem vltimæ ſpeciei, vel eſt hic homo, vel hic equus, &c.

6. Argum. Sextum: Quia cum ex doctrina Diui Thomæ non ſit diſtinctio formalis inter hominem & animal, fruſtra ſingũtur plura indiuidua illarum rationum, cum vna differentia indiuidualis ſufficiat ad vnam rationem ſingularis conſtituendam, per quam Petrus ſit hoc viuens, hoc animal,
Solutio. & hic homo. Dices, quod quamuis indiuidua generis, non diſtinguantur ex natura rei formaliter, diſtinguuntur tamen ratione ratiocinata, & ſic de illis imme-
Impugnat. diatè poteſt prædicari genus. Contra. Nam ſi ratio indiuidualis huius animalis à parte rei eſt eadem formaliter in ratione huius hominis ſolum ratione diſtincta: ergo omnino repugnat, quod animal fiat hoc animal, quin formaliſſimè fiat hic homo. Patet conſequentia, quia ratio indiuidualis hominis eſt vna, formaliter à parte rei adueniens homini, & quaſi ſuperaddita ſuæ quidditati: ergo repugnat eſſe hoc animal, quin ſaltem in confuſo intelligatur eſſe hoc, vel illud indiuiduum ſpecie vltimæ, dum inter rationem genericam, & indiuidualem, mediet ratio hominis.

7. Argum. Septimum argumentũ ſit pro hac ſententia: Nam ſi datur indiuiduum genericum, vel ponitur ſub genere immediatè, vel mediatè ſpecie. Neutro modo poteſt poni: ergo &c. Non mediatè: nam tunc eſſent indiuidua ſpecifica, & non generica. Nec immediatè: nam in recta linea prædicamentali ſolum immediatè ſub genere ponitur ſpecies: homo enim, & hoc animal non ponitur in eadem coordinatione æqualiter: nam ſi ponitur in recta linea in eadem diſtantia æqualiter, erunt profecto vniuerſalia, ſiquidem æqualiter
Confir. 1. ſunt abſtracta. Et confirmatur hoc argumentum: Nam cum dicimus: Petrus eſt hoc animal, hoc viuẽs, hoc corpus; vel dico totum, quod eſt in Petro, vel non, ſed ſolum partem. Si dico non totum, quod eſt in Petro, ſed partem: ſolum ergo hæc eſt falſa: Petrus eſt hoc animal, &c. quia pars non prædicatur de toto. Si dico totum quod eſt in Petro, vel dicitur illud actu, vel potentia. Si actu: ergo eſt ita ſub ſpecie immediatè, ſicut Petrus. Si in potentia: ergo eſt ſuperius ad Petrum, ſiquidem non dicit actu vltimam indiuidualitatem. Et ſic erit vniuerſale, ſi quidem omne ſuperius ad Petrum eſt vni-
Confir. 2. uerſale in recta linea poſitum. Et confirmatur: Nam hoc animal prædicatur de Petro & Paulo &c. Vel æquiuocè, & ſic dicit totum, quod dicit Petrus & Paulus in ratione indiuiduorum. Et hac ratione eſt æquiuocum nomen, quia conditionibus indiuiduantibus nihil poteſt commune vniuocum importari per li hoc animal. Vel vniuocè, & ſic importat illis aliquid commune, vel aliquem modum: vnde non erit ſingulare, ſed commune, & ſic non erit indiuiduum generis.

2. Opi. affirmat dari indiuidua generica ſequentibus arg. Alia ſentẽtia oppoſita eſt præcedẽti, quæ dicit dari indiuidua generica. Et hæc pb. & authoritatib. & rõnibus. Nã Ariſtot. in
1. Argum. Poſtprædicã. c. 13. dicit genera eẽ priora

Specie-

Speciebus, & q̄d natura generica prius eſt in materia, quam ſpecifica, cum enim generatur homo, prius eſt in materia gradus viuētis, gradus corporis, gradus animalis, quàm gradus hominis; ſed illi gradus ſunt indiuidui, ergo in materia cōſtituunt indiuiduū genericū, ergo illud erit immediatè ſub ſpecie. Et confirmat̄ hoc:

Confir. 1. Nam Ariſt. 2. de generat. animal. c. 3. docet, hominem prius viuere vitam vegetatiuā, deinde ſenſitiuā, tandem rationalē, & hoc prius tempore: ergo tūc erit illud hoc viuēs, hoc animal, & nihil amplius: ergo dantur indiuidua generica. Et hoc dicit ſæpiſſimè D. Thom nam dicit, prius embryonem viuere vitam ſenſibilem, prius, inquam, tempore, quàm homo viuat vitam rationalem, & quod per aduentum animæ rationalis expellit formam embryonis, ergo embryo tunc erat hoc animal, & ita erat indiuiduum genericū immediatè collocatum ſub animali. Et probatur hæc ſententia ratione, & ſit

2. Argum. Secundum arg. Nam ratio animalis habet exiſtentiam rationi diſtinctā ab exiſtētia, qua exiſtit hominis rō, ergo ēt habet diuersā ſingularitatē diſtinctā ratione. Probatur cōſequētia. Quia eo modo, quo duo habent diuersā exiſtētiā, debēt habere diuerſam ſingularitatem, cum ſingularitas neceſſariò cōcomitetur exiſtētiā, & implicet contradictionē aliquid intelligi vt exiſtens, quin ſit ſingulare. Sed antecedēs probatur, quia rō animalis in Petro, vt diſtincta à ratione hominis exiſtente in illo intelligitur vt entitas actualis cū nō concipiatur, vt entitas in potentia, & in cauſis, ſed extra cauſas, ergo vt diſtincta à ratione hominis importat ſuā exiſtentiā, ratione etiam diſtinctā à ratione hominis. Patet conſequentia. Quia rō animalis cōcipitur vt actu determinata per rationem hominis, & ratio hominis intelligitur, vt determinans rationē animalis, ſed nihil poteſt actu intelligi determinans aliud, niſi actu exiſtat, ergo &c.

3. Argum. Tertiò. Nam ſicut rationale, & animal ſunt partes cōponentes hominē, ita hoc rationale, & hoc animal ſunt partes componentes hunc hominem in particulari: ergò ſicut rationale, & animal diſtinguūtur ratione, ita hoc rationale, & hoc animal. Cōſequētia patet & prob. anteced. quia cum totum non conſtet ex aliis partibus, quam ex ſuis, ſicut eſſe eſſentiale completum conſurgit ex ſuis partibus: ita eſſe indiuiduale compoſitum conſurgit ex ſuis partibus indiuiduatis.

Quartò. Nam ſi in hoc homine eſſent diſtinctæ animæ, ſenſitiua, & vegetatiua, & rōnalis, ſingulæ eſſent formæ ſingulares, atque adeo vegetatiua conſtitueret immediatè hoc viuens, ſenſitiua hoc animal, & conſtituerent plures entitates, indiuiduas realiter diſtinctas: ergo modo, quādo vna anima illud præſtat, intelligimus nos prius ſaltē rōne cōſtituere indiuidua viuētis, & poſt indiuiduū aīalis, & poſt indiuiduū hominis, ergo iſta rōne diſtinguūt̄, & ita dātur indiuidua generica rōne diſtincta ab indiuiduis ſpecificis. *4. Argum.*

Quintò. Quia non minus pōt præſcindi hoc animal ab hoc homine, q̄ aīal ab homine, nō conuenit intrinſecè eſſe hoc animal mediante ratione hominis: aliàs non poſſet concipi hoc animal, quin cōciperetur hō, quod patet eſſe falſum. Nā cum video venientē à longè, concipio eſſe animal, & non hominē, ergo indiuidua generica ratione diſtinguuntur à ſpecificis. Et confirm. hoc. Nam ſicut Petrus, & Paulus ſunt hi homines, ita ſunt hæc animalia: ergo poſſum ab illis abſtrahere rationē huius animalis illis communis, nā à quacunque conuenientia cōceptus cōmunis illis abſtrahi poteſt, ergo diſtinguitur ratione ab illis, & ita indiuiduum genericū rōne eſt diſtinctum a ſpecificis. *5. Argum.*

Sextò. Nam in Deo diſtinguitur ratione hæc eſſentia ab hac paternitate, ſeu hæc ſapientia ab hac miſericordia, ergo & in homine, qui non eſt tam vnus, ſicut Deus, diſtinguitur ratione hic homo ab hoc animali, dantur ergo indiuidua generica, ratione diſtincta a ſpecificis. *6. Argum.*

Septimò Nā Petrus, & hoc animal sūt diſtincti termini, & non ſunt ſynonymi: ergo ſignificant diuerſimodè indiuiduū hoc: ſed hæc diuerſitas non pōt eſſe alia, niſi quia Petrus ſignificat Petrum indiuiduum ſpecificum, hoc animal ſignificat eundem Petrū in rōne indiuidui generici; ergo diſtinguunt̄ rōne hæc indiuidua; ſiquidē ſub alia rōne ſignificantur. Dicā, ꝙ hoc animal formaliter ſignificet habētē hāc animalitatē, & Petrum ſignificat, *7. Argum.*

qui

qui habet hãc aĩalitatem, & rõnalitatẽ & has carnes, & hæc oſſa, vbi eſt diſtinctio rationis & in re ſignificata, & diuerſus modus ſignificandi in terminis. Difficile tamen iudico de his opinionibus cẽſere.

Deciſio quæſtionis.

Auctoris placitum. *1. Concluſ.* DIco ergo primò, vt meam proferã ſententiam: Indiuidua generica non ſunt aſſignanda vt aliquid realiter diſtinctum ab indiuiduis ſpeciei: Patet. nã nullum indiuiduum in recta linea cõſtitutũ reperiſ realiter, qnod nõ ſit alicuius ſpeciei indiuiduũ: rõ enim generica ĩ rebus non reperiſ ſola: nihil enim eſt directè in genere, qđ non ſit in ſpẽ. Et prætereã: qa hæc eſt falſa: Petrus eſt hoc aĩal, cum hoc aĩal diſtinguatur realiter à Petro, nec in ipſo ſit, ſicut in ſubiecto: & cũ embryo viuit vita aĩalis tãtum, non eſt directè in recta linea, nec hic embryo directè in illa collocatur, ſed ad latus, quia ſunt quædã imperfecta, & diſpoſitiones ad generatione hominis, ſed de hoc alibi dicemus.

2. Concluſ. *Contra primam opin.* Dico ſecundò: Indiuidua generica verè dãtur & ſunt illa quæ dicũt naturã generis particularizatã, vt hoc aĩal, hoc viuens, & his ſimilia Et prob. concl. Nã cũ Petrus ſit hõ, hoc aĩal, hoc viuens benè põt intellectus illũ ſignificare ſub cõceptu huius animalis, ſicut illum põt ſub illo concipere & experitur ſe ita illũ concipere. *D. Thom.* Et huic videtur maximè fauere D. Th. 3. p. q. 78. art. 5. ad 1. & 2. vbi ſic dicit. Ad primũ ergo dicendum, qđ hæc dictio hoc, ſignificat ſubſtãtiã: ſed abſque determinatione propriæ naturę. Ad ſecũdũ dicendũ, ꝙ hoc pronomen hoc, non demõſtrat ipſa accidentia, ſed ſubſtantiam ſub accidentibus contentam: ergo poteſt hõ concipere per intellectum, & ſignificare rationem genericam particularem.

3. Concluſ. Dico tertiò, quod hæc indiuidua generica non reponuntur in recta linea immediatè ſub animali. Hoc dictũ patet, quia non reperitur talis ordo in conſtitutione lineæ prædicamentalis: ſed omnia indiuidua ad arboris radicem collocantur, & in 1. opin. hoc fuit probatum.

4. Concluſ. Dico quartò: Hęc generica indiuidua dicunt & important rationem animalis, v. g & hominis, & Petri, & dicunt idem, quod dicit indiuiduum ſpecificum, licet ſub alio conceptu: nam Petrus hæc omnia importat dicendo velut de formali, conditiones indiuiduantes, & ſignationẽ naturæ, vt dicit D. Th. c. 1. de ente. Hoc animal vero dicit idem: ſed veluti de formali importat hanc animalitatem, quod eſt hęc per has cõditiones indiuiduãtes. Et idem de aliis indiuiduis eſt dicendum. *Indiuidua generica ſub quo immediatè ponenda ſint an ſub genere, vel ſub ſpecie?* Vnde indiuidua generica, ſi quoad illud, quod de formali, veluti importat, cõſiderentur, deberet collocari immediatè ſub genere, ſcilicet, hęc ſubſtãtia ſub generaliſſimo, hoc corpus ſub genere corporis, &c. Verũ, quia ſimul dicunt, & importãt actu reliquas oẽs conditiones indiuiduãtes indiuidui ſpecifici, referũtur ad genera media ſpecie. *Satisfit ar. vtriuſque opin.* Per hoc etiã patet, quid dicendum ſit ad argumẽta de indiuiduis generis, q. præced. allata. Argumẽta verò 1. opin. hoc dictum probant. Argumenta verò ſecundæ dictum primum, & ſecundum, & quatenus à noſtris aſſertionibus diſſonant facile ſunt ſolubilia. *Obſerua.* Et nota, ꝙ hoc animal, vel hoc viuens, & dicit actu totum, quod dicit Petrus, licet diuerſimodè, & quod hoc viuens non dicit ſolum, v. g. gradum viuentem cum præciſione aliorum. nam ſic eſſet pars, & non indiuiduum prædicamenti ſubſtantiæ, quod debet eſſe quoddam totum, & directè poſitum in recta linea. Nam ſic in pręſentiarum de indiuiduo ſubſtantiali loquimur, pro ſuppoſito. Et proportionaliter eſt dicendum in aliis prædicamentis.

QVAESTIO LV.

Vtrum aliquis homo ſit ſpecies.

1. Argum. VIdetur quod ſic: Nam prædicatur de Petro & Paulo, qui differunt numero: ergo eſt ſpecies, nam ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. *Fuga.* Dices nõ prædicari in quid, *Impugnat.* contra: nam quærẽti quid eſt Petrus, optimè reſpondetur, quod eſt aliquis homo: ergo. *Cõfirmat.* Et confirm. hoc arg. Nam aliquis homo eſt vniuerſale, ſiquidem eſt in multis: ergo ſub aliqua ſpecie vniuerſalis continetur, non ſub genere, nec differentia, nec proprio, nec accidẽti: ergo ſub ſpecie: ergo eſt ſpecies.

Controuerſia. De hac re variè opinatum fuit. Quidã

viri

Digitized by Google

1. Opin.

viri doctiſſimi magiſtri mei tenuerunt, hoc nomen, aliquis homo, reſpectu multorũ eſſe nomẽ æquiuocũ; & ita non prædicatur de multis, niſi æquiuocè, quamobrem nõ eſt ſpecies, ſed indiuiduũ. Sicut enim Petrus de multis nõ niſi æquiuocè affirmatur, ita aliquis homo.

Obiectio.

Et ſi contra illũ modũ dicẽdi fiat arg. Nã aliàs iſtę nõ erunt ſubcontrariæ, aliquis homo currit, aliquis hõ non currit, quia ſubiecta ſunt ſingularia, ſi æquiuocè accipiant, & ſi ęqui uocè non ſũt oppoſitæ, cũ non cõueniãt in ſubiectis, quod tamẽ eſt contra omnes aſſignãtes ſubcõtrarias, qui per illos terminos illas aſſignãt, vt patet ex Ariſt. in Peri hermen. Petro Hiſp. Mag. Soto, & aliis. Itẽ ſequeretur, iſtas nõ eſſe cõtradictorias, oĩs homo currit, aliquis hõ non currit, nã illud ſubiectũ, aliquis homo, nõ põt eſſe cõis terminus. Vt verò eſſent cõtradictorię, erat neceſſe, quod eſſet terminus cõis.

Alia obiectio.

Satisfit vtrique obiectioni.

Reſpondent ad hoc, ꝙ qñ Ariſt. & alii logici dicũt, illas eẽ ſubcõtrarias, & contradictorias, vtuntur illo termino, aliquis hõ accõmodatiuè, qui ſignificat tunc aliquẽ hominẽ in cõi. Sed in rei veritate ſingularis eſt ille terminꝰ, licet vtãtur illo, vt termino cõi, qđ ſæpiſſimè contingit. Quinimo Porphyrius, & omnes logici ponunt ad radicẽ arboris prædicamentalis, tanquam ſingularem hominis, aliquis homo, vt patet, cũ dicitur indiuiduè, vt aliquis homo, &c. Et probant iſti authores hanc ſententiã hoc argumẽto. Nam terminus communis eſt, cui ex modo ſignificandi non repugnat ſupponere pro natura in cõmuni, ſed huic termino, aliquis homo, repugnat, ergo non eſt cõmunis, & conſequẽter nec ſpecies, & ita nec res per ipſum ſignificata eſt cõis, nec ſpecies. Minor probatur. Nam aliquis homo ex neceſſitate debet ſupponere pro hoĩe particulari. Hanc ſententiam multi Theologi ſequuntur 1. p. q. 29. art. 4.

Obiectio.

Et ſi dicas, nã modus eſſendi particularis eſt cõis omnibus hominibus, ergo eſt aliqˢ homo; conſequẽtia patet, quia aliquis homo ſignificat illũ modum.

Solutio.

Reſpondetur, negãdo conſequentiam, quia aliquis homo ſignificat illũ modũ, ſed indiuiduum, cui cõuenit ille modus, iſti vero termini modus eſſendi particulariter, vel habẽs modum eſsendi particularem cõmunes termini ſunt, & de pluribus prædicãtur, non tamen aliquis homo. In hac opinione ſatis patet, nõ eſſe ſpeciem aliquis hõ.

2. Opinio.

Alia eſt aliorum opinio, qui dicunt ex D. Th. de potentia, q. 9. ar. 2. quod in ſubſtantia Petri eſt tria conſiderare, quorum vnum eſt natura generis & ſpeciei in ſingularibus exiſtens, & eſt illud quod per definitionẽ explicatur.

In quolibet indiuiduo tria, natura, modus exiſtẽdi, principium cauſatiuũ talis modi.

Secundũ eſt modus exiſtendi talis naturæ, quia in ſingulari ſubſtantia exiſtit natura generis, & ſpeciei, vt propria huic indiuiduo, & nõ vt cõis multis. Tertiũ eſt principiũ, vnde cauſatur talis modus exiſtẽdi. Sicut autẽ natura conſiderata per abſtractionem à ſingularibus, ꝙ D. Th vocat in ſe in hoc loco communis eſt, ita & modus exiſtendi naturæ; nam natura hominis ſẽper reperitur in aliquo homine, & oĩs homo exiſtens ſemper eſt aliquis homo. Quamobrem modus ille eſt cõmunis, ſed principium talis modi exiſtẽdi, quod eſt principium indiuiduationis, non eſt commune, ſed aliud eſt in iſto, aliud in illo. Hoc enim ſingulare indiuiduatur per hãc materiam, & illud per illam, iſta autẽ materia non eſt communis, nec poteſt concepu cõmuni, vt iſta eſt, & vt eſt principiũ indiuiduationis abſtrahi. Sicut ergo nomẽ qđ ſignificat naturã, eſt definibile, vt hõ animal, ita etiam nomen, quod ſignificat naturam cum tali modo exiſtẽdi, vt hypoſtaſis & perſona. Illud verò nomen, quod ex ſua natura includit determinatũ indiuiduationis principium, non eſt cõmune, nec diffinibile, vt Socrates, Plato.

Corollariũ ex doctrina D. Tho.

Ex hoc quod D. Tho. eleganter dicit, deducitur hæc opinio, quod aliquis hõ, cũ non ſignificat illum modũ particularem, ſed principium indiuiduationis, licet in ipſo indiuiduo ponatur ille particularis modus exiſtendi, quod non ſit terminus communis. Nam Diu. Thom. hypoſtaſi perſona ſuppoſitũ ſupponit, vt nomina, quæ ſignificant illam naturã cum modo communi, nõ verò aliquis homo, vt talis ponit. Et ſecundum hanc opinionem ẽt conſtat, quod non ſit ſpecies.

3. Opinio Caiet.

Dominus Caietanus cap. de ſpecie, dicit quod aliquis homo eſt terminus cõmunis. Et fundat ſe in ꝓdicta authoritate. D. Tho. quia ſignificat naturam particulariter exiſtẽtem. Natura autem & modus communia

ſunt

ſunt,& dicit eſſe prædicabile: ſed nõ eſt ſpecies, quia prædicatur in cuiuſmodi. Nec fuit diminutus Porphyrius, etiamſi non egerit de omnibus prædicabilibus: quia nõ promiſit ſe niſi de quinque actu rum. Verum licet non fuerit infidelis Porphyrius, quia non fregit promiſſum, fuit tamen parcus & diminutus in promittendo, quandoquidem non omnia tractauerit prædicabilia.

Reijcitur quedam gloſ. Caiet.

Deciditur quæſtio.

1 Concluſ. Contra primam opin. PRima concluſio. Aliquis homo eſt terminus communis, ſicut ly, perſona, & ſignificat aliquid commune pluribus. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia D.Th. 1. par. quæſt. 20. art. 4. Vbi ſic dicit. *Locus D. Thom. obſeruandus.* Et ideo dicendum eſt, quod etiam in rebus humanis, hoc nomen perſona, eſt nomen commune cõmunitate rationis, non ſicut genus, & ſpecies, ſed ſicut indiuiduũ vagum. Nomina enim generũ & ſpecierum, vt animal & homo ſunt, impoſita ad ſignificandum ipſas naturas cõmunes, non autem intentiones naturarum communium, quæ ſignificantur his nominibus genus, vel ſpecies, ſed indiuiduum vagum, vt aliquis homo ſignificat naturam cõmunem, cum determinato modo eſſendi, qui competit ſingularibus, vt ſcilicet ſit per ſe ſubſiſtens quid diſtinctum ab aliis: ſed in homine ſingularis deſignati ſignificat determinatum diſtinguens, ſicut in nomine Socratis, hæc caro, hoc os. Vbi D. Th. dicit perſonam eſſe communẽ ſicut indiuiduum vagũ, & ad probandum cõmunitatem perſonæ ſupponit vt certiſſimũ indiuiduum vagum commune eſſe: & dicit ſignificare aliquid cõmune, nimirum naturam humanam cum determinato modo eſſendi, qui cõuenit ſingularibus: ergo eius ſignificatum com- *Quid inter ſit inter indiuiduum vagũ et deſignatum apud D. Thom.* mune eſt, ſiquidem competit pluribus. Et vltimò ponit differentiam inter indiuiduum vagũ, & determinatum, quod vocat ipſe deſignatum, quod indiuiduũ deſignatum dicit aliquid determinatum diſtinguens, ſicut hanc carnem & hoc os, quod nullo modo alicui eſt commune: & idẽ docet quæſt. proximè allegata: ergo *Error quorundã Thomiſtarum.* contra D.Thom loquuntur ſui diſcipuli, qui dicunt, aliquis homo, & indiuidua vaga non eſſe communia. Et ſi cõtra hoc *Obiectio.* fiat argumentum. Nam aliquis homo eſt incõmunicabilis pluribus, ſicut perſona: propterea enim indiuiduum vagum dicitur indiuiduum, quia eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum a quolibet alio, & perſona dicitur indiuidua ſubſtantia: quia eſt incõmunicabilis: ergo nec perſona nec indiuiduũ vagũ ſunt communes termini, nec ratio per ſe, & indiuidui vagi, eſt aliquid commune. Reſpondetur, quod licet per- *Solutio.* ſona ſit incommunicabilis, tamẽ ipſe modus exiſtẽdi incommunicabiliter poteſt eſſe cõmunis, quia pluribus cõuenit, quia omnes perſonæ incommunicabiliter exiſtũt, & id eſt, quod perſona ſignificat formaliter incommunicabilitatem exiſtẽdi, ſeu incommunicabiliter exiſtens in natura rationali. Et idem dicẽdũ eſt de termino, aliquis hõ. Licet enim id, quod eſt aliquis hõ ſit, incõicabile, et indiuiduum, ſed natura incommunicabiliter exiſtens communis eſt, & ipſa incommunicabilis exiſtentia naturæ communis eſt. Sed di- *Obiectio.* ces, ſunt omnino idem indiuiduum vagũ & perſona? Reſpondetur, quod D.Thom. *Solutio.* vbi ſupra, ait in hæc verba. Hoc tamẽ in- *Quid inter ſit inter aliquẽ hominem & perſonã apud D.Thom.* tereſt, quod aliquis homo ſignificat naturam, vel indiuiduũ ex parte naturę cũ modo exiſtendi, qui competit ſingularibus. Quod eſt dicere, quod ſignificat naturã particulariter exiſtentem, & indiuidualiter exiſtentem & naturam ſic exiſtẽtem eſſe in indiuiduis. Hoc autem nomen perſona, non eſt impoſitum ad ſignificãdum indiuiduum ex parte naturæ, ſed ad ſignificandum rem ſubſiſtentem in tali natura, ita vt in illa natura ſubſiſtat diſtincta ab illis. Et hoc etiam eſt commune omnibus perſonis. Et ſi contra dicas: Nullum ſin- *Obiectio.* gulare definitur, ſed perſona eſt aliquid ſingulare: ergo non definitur: Reſpondet *Solutio.* Diuus Thom. art. 1. quæſt. 29. in hæc verba, quod licet hoc ſingulare, vel illud definiri non poſſit, tamen id, quod pertinet ad rationem communem ſingularitatis definiri poteſt. Et ſic Ariſt. definiuit ſubſtantiam primam, non hanc, vel illam, ſed quæ pertinet ad rationem communem ſingularitatis.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Indiuiduũ vagum, & perſona non ſunt ſpecies. Hæc concluſio habetur à Diuo Thoma, quæſtio. 31. art. 4.

art.4.in ſolutione ad vltimum. Et ratio eſt:nam quod eſt ſpecies, debet ſignificare naturam aliquam prædicabilē de pluribus differentibus numero in quid: ſed perſona & indiuiduum vagum non ſunt huiuſmodi:ergo &c.Probat minor: quia indiuiduum vagum & perſona non ſunt impoſita ad ſignificandum naturam abſolutè, ſed ad ſignificandam naturam cum certo modo, indiuiduum vagum ad ſignificandam naturam particulatiter, & incommunicabiliter exiſtentem Perſona verò eſt impoſita ad ſignificandum rem ſubſiſtētem in tali natura, vt diſtincta ab aliis. Vnde dicunt, quoſdam modos additos naturæ, & naturam cum quodam modo: ergo non ſunt ſpecies. Præterea. Nā quod eſt ſpecies,prędicatur in quid: ſed aliquis homo nō prædicatur in quid, ſed in quale, quia dicit quendam modū, veluti qualificatiuum.Si quæras,quid eſt Petrus,homo,qualis homo,eſt aliquis homo,ideſt, homo particularis. Et perſona etiam dicit quandam naturæ determinationem pertinentem ad dignitatem: & ita non prædicatur in quid. Suppoſitum etiam non eſt ſpecies, vt de ſe patet.

Quare indiuiduum vagum & perſona nō ſint ſpecies tum ſint communia multis.

3.Concluſ. Tertia cōcluſio. Perſona dicta de Deo non eſt ſpecies. Probatur ex D.Thom. quæſt.31.art.4.in ſolut.ad vlt.Vbi ſic dicit. Reſpondetur,quod licet ſit communitas rationis & non rei, tamen non ſequitur,quod in diuinis ſit vniuerſale,vel particulare, vel genus,vel ſpecies. Tum quia neque in rebus humanis communitas perſonæ eſt communitas generis, vel ſpeciei. Tum quia perſonæ diuinæ habēt vnum eſſe,genus autē & ſpecies & quodlibet vniuerſale prædicantur de pluribus ſecundum eſſe differentibus. Ecce iam expreſsè tenet Diuus Thomas, & nos ſupra cū diffiniremus,quid eſſet vniuerſale,hanc doctrinam tenuimus. Vniuerſale enim eſt vnum in multis,ita vt illa multa ſint talia in ordine ad naturam, quam vniuerſale importat,& habeāt eſſe diuerſum,vt homo eſt vniuerſale,quia prędicatur de multis hominibus, in quibus reperitur ratio hominis partita,& multiplicata,& eſt alia in alio homine,& alia i alio: & illi homines ſicut diuerſam habēt hominis eſſentiam numero,ita habēt diuerſum eſſe. In Deo autem natura diuina nō habet diuerſum eſſe in Patre,& Filio, & Spiritu Sancto, nec eſt alia,& alia natura in illis, ſed vna & ſimpliciſſima.

Quid requiratur vt aliquid verè dicatur vniuerſale.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primū reſpond.quod non ſit ſpecies, quia non dicit naturam abſolute,ſed cum mōdo:dicit enim naturam particulariter exiſtentem in indiuiduis. Vt.n.eſſet ſpecies, deberet abſolutè importare naturā, & non cum modo, & ob hanc cauſam nō prædicatur in quid, ſed in quale,vel cuiuſmodi, quærēti,quid eſt Petrus?reſpondetur,quod homo,& qualis homo eſt?aliquis homo, ſeu particularis,& indiuiduum. Ad confirm.reſpond. quod eſt vniuerſale vt diſtinguitur à particulari,non vero eſt vniuerſale propriè, & quod determinat vniuerſale ad aliquā ſpeciem, quia dicit imperfectum modū prædicationis, cum dicit naturam cum quodam modo. Eſt autem vniuerſale ſicut ens,eſt vniuerſale,ſicut aīa,eſt vniuerſale, vt ſcilicet diſtinguitur à particularibus.Et de hoc etiā ſupra diximus,dum colligeremus prędicabilium ſufficientiā.

Doctrina pulcra ex Caiet.

Ad conf.

Ad argu. 1.opin. Ad argum.primæ ſentēt. iam ſatis conſtat eſſe contra D. Th. quē non legerunt ſic opinātes: reſp.quod aliquis homo eſt terminus cōmunis, & ſupponit pro natura cum particulari modo exiſtendi.Naturæ autē modus cōmunis eſt, quia conuenit omnibus indiuiduis: Petrus enim eſt aliquis hō,& Paulus, ſicut ſunt perſonæ. Indiuidua vero ſignata ſunt illa, quibus conuenit ſignificatū cōe de ly,oīs homo.

Ad argu. 2.opin. Ad rationem ſecundæ opin. etiam reſpon quod eſt contra Diuum Thom.vt viſum fuit.Facit enim Diuus Thom.diſtinctionem inter indiuiduum vagum,& indiuiduum deſignatum,quod indiuiduum deſignatum dicit aliquid,quod nullibi ſibi conuenit, vt hanc carnem, & hoc os. Indiuiduum vero vagum ſignificat naturā cū determinato modo eſſendi,qui cōpetit ſingularibus, & ſic ſignificat aliqd cōe,& non ſignificat formaliter illud,qđ omnino eſt determinatū diſtinguēs,ſicut illud ſignificat hoc nomē Socrates. Caietanus aūt pro quanto dicit eſſe plura, q̄ quinque pdicabilia,quæ ſūt propriè prędicabilia,nō admittitur,vt ſup. vidimus.

In quo vitiatur Caietanus, et i quo acceptatur.

QVÆ-

QVÆSTIO LVI.

Vtrum definitio ſpeciei conueniat naturis angelicis, ſuppoſito, quod non poſſint plura indiuidua in eadem ſpecie eſſe.

1. Argum. VIdetur, quod non. Primò: Quia intellectus noſter nõ poteſt pro libito quamcũque naturam denominare ſpeciem, ſed attendere debet ad fundamentum, quod habet res ad ſuſcipiendam talem, vel talem, denominationem, ſed natura angelica, cui repugnat multiplicatio in plura indiuidua nõ prębet fundamentum intellectui ad hoc, vt denominet illam ſpeciem prædicabilem: ergo repugnat denominari ſpeciẽ. Probatur minor: quia fundamentum eſt vnitas formalis, quæ reperitur in pluribus indiuiduis, quod fundamentum non poteſt eſſe in natura angelica: ergo &c.

Solutio. Dices, quod licet natura Gabrielis, v.g. non habeat fundamentum ſecundum ſe, quia non habet phyſicam aptitudinẽ ad eſſendum in pluribus: habet tamen fundamentum ex parte modi cõcipiendi, quia concipitur ad modum rerum materialium, & contrahibilium, & hac ratione habet aptitudinem logicam, vt dicatur de pluribus, & tribuatur ei intentio ſpeciei prædicabilis.

Impugnat. Sed contrà. Nã vel intellectus tribuit denominationẽ ſpeciei naturæ Gabrielis, vt Gabrielis eſt, & ſic tribuit denominationẽ rei ſingulari, vt ſingularis eſt, quia natura Gabrielis intrinſecè eſt ſingularis ex opinione Thomiſtarũ: Sed hoc eſt abſurdũ & impoſſibile non minus, quã Petrũ denominari ſpeciẽ; Vel tribuit illã denominationem ſpeciei prædicabilis naturæ ipſi Gabrielis, vt pręſcindit à ſua ſingularitate, & ſic denominat ſpeciẽ infimam naturã eſſentialiter, vlterius contrahibilẽ, quod eſt impoſſibile: ergo &c. Prob. min. nam natura Gabrielis, vt pręſcindit à ſua ſingularitate, eſt eſſentialiter vlterius contrahibilis per ſingularitatẽ, cũ ſingularitas ſit ſecũdũ Thomiſtas aliquid pertinens ad rationẽ ſpecificã naturæ Gabrielis. ergo &c.

Solutio. Dices nõ conſiderari naturã tunc, vt vlterius eſſentialiter contrahibilẽ per ſingularitatẽ illã, ſed conſiderari per ordinem ad res materiales, quæ licet præſcindant à ſingularitate, non ſunt vlterius eſſentialiter contrahibiles.

Impugnat. Sed contra. Nã id, cui tribuitur intẽtio ſpeciei prædicabilis, eſt natura angelica, vt conſideratur illo mõ ſine ſingularitate per ordinem ad res materiales, ſed tunc iã non tribuitur verè denominatio ſpeciei naturæ Angeli cum illa eſſentialiter ſit hæc, ſed alicui vt materiali, loco Angeli, nã ablato aliquo prędicato eſſentiali iam non manet natura rei eadẽ. Conſtat aũt ſecundũ Thomiſtas ſingularitatem eſſe de intrinſeca quidditate illius naturæ: ergo ſi illa denominatio ſpeciei tribuitur illi, vt p̃ſcindit à ſingularitate, iã nõ tribuitur illi naturę, ſed alteri loco illius apprehenſæ: ergo, &c.

2. Argum. Secundò arguitur. Intellectus non poteſt naturæ humanæ tribuere denominationẽ generis, quia repugnat illi naturæ ſecundum ſe communicari pluribus ſpeciebus: ergo ſi repugnaret illi eſſe in pluribus indiuiduis, vel communem illis nõ poſſet tribuere illi denominationem ſpeciei prædicabilis. Patet, quia ſicut genus contrahitur per plures differentias eſſentialiter & verè, ita ſpecies per plures differentias indiuiduales verè determinatur, licet materialiter.

Solutio. Dices eſſe diſparem rationem, quia humanæ naturæ non ſolum deficit fundamentum reale ex parte ſua ad ſuſcipiendam denominationem generis, ſed etiam fundamentum rationis ex parte intellectus, quia non poteſt concipere naturam humanam per habitudinẽ ad ea, quæ dicunt ordinem ad varias ſpecies, aptaque ſunt cõtrahi per plures differentias eſſentiales. Naturam autem Gabrielis cõcipere poſſumus per ea, quæ dicũt ordinẽ ad varia indiuidua. Et hac rõne naturæ humanæ non poteſt tribui intentio generis. Naturæ Gabrielis aũt poteſt tribui intentio ſpeciei prædicabilis.

Impugnat. Sed contrà, quia in Thomiſtarum opinione tantum repugnat, eandem naturã Angeli ſpecificã cõtrahi per varias differentias indiuiduales, quantũ naturam noſtrã per varias differentias eſſentiales: ergo in eo, quod cõcipiat naturam Angeli in ordine ad naturas, quæ ſecundũ ſe ſũt aptæ recipere denominationẽ ſpẽi non

ſit

ſit ipſa ſtatim apta ſuſcipere denominationem ſpeciei Sicut ex eo, quod natura concipiᵗ ad modũ cuiuſdã naturæ realis *Solutio.* nõ ſit cõſequens, vt ipſa ſit ens reale. Dices: quod non efficiaᵗ ipſa natura verè & realiter contrahibilis per differentias numerales, ſed tñ prout eſt in rõne, efficiatur, vt ſit apta logicè, & ſecundũ rõnem, & ita vocetur illud vniuerſale rationis, quia illius fundamẽtum ſolum eſt in rõne. *Impugnat.* Sed contra; quia in natura humana defectus aptitudinis phyſicè ad exiſtẽdum in pluribus ſpeciebus eſt ſufficiẽs, vt logicè nõ poſſit eſſe apta prædicari de pluribus ſpeciebus, nec ei tribui poſſit intẽtio generis; ergo cum ſimiliter defectus aptitudinis ad exiſtendum in pluribus indiuiduis phyſicè reperiaᵗ in natura Gabrielis, nõ poterit habere aptitudinẽ logicã, vt p̃dicari poſſit de pluribus indiuiduis. Maxime, quia huiuſmodi aptitudo logica non debet eſſe aliquid in re fictũ, ſed habẽs fundamẽtũ in natura reali ipſius rei. *Confirmat.* Et confirmatur, nam ſi Gabriel logicè eſt aptus prædicari de pluribus indiuiduis, aut illa indiuidua ſunt realia, vel poſſibilia, vel ab intellectu conficta. Si realia & poſſibilia natura Gabrielis erit multiplicabilis phyſicè in plura indiuidua cõtra ſuppoſitionẽ factã. Si conficta ab intellectu, tunc ſequiᵗ primò, ꝙ natura Gabrielis, quæ eſt realis & ſubſtantia, p̃diceᵗ de ente rõnis, qualia ſũt illa indiuidua, ſiquidẽ ſũt fictiones. Secũdò ſequitur, ꝙ id, ꝙ eſt ſpecies, non prędicaretur vniuocè de omnibus indiuiduis ſuis, ꝙ eſt abſurdũ. Sequela patet, quia Gabriel prædicareᵗ de ſuo indiuiduo reali, qđ eſt in mundo, & aliis fictis, quæ ſunt entia rationis, cũ enim ſit prædicabilis de illis, ſecundũ illas nullum erit inconueniens, quod actu prędicetur. Implicat autem, aliquam ſubſtãtiã vniuocè prædicari de ſubſtãtia reali & ficta, ergo non p̃dicabitur vniuocè.

3. Argum. Tertiò arguiᵗ: Ex oppoſita ſñia ſequitur; Deum ẽt eſſe ſpeciem, conſequẽs eſt abſurdũ: ergo &c. Probaᵗ ſequela, qa nõ obſtante, quod natura Gabrielis ſit eſſentialiter ſingularis, & ſecundũ ſe incõmunicabilis pluribus indiuiduis, poteſt cõcipi ſecundum illos, vt præciſa à ſua ſingularitate, tãquã ſpecies prædicabilis, ergo licet natura diuina ſit eſſentialiter ſingularis, poterit cõcipi eodem modo, cũ par ſit vtrobique ratio, ſcilicet modus noſter cõcipiendi res ſpirituales per ordinẽ ad res materiales, quæ à parte rei habẽt fundamentũm, & de pluribus poſſunt prędicari. Falſitas autẽ illius conſequentis probaᵗ, quia ſi Deus eſſet ſpecies: Deus ſubiiceretur alicui generi, & ita cõponereᵗ ex genere & differẽtia, & aliqđ reale de Deo & creaturis vniuocè diceret, & eſſet in prędicamẽto, quæ omnia ſunt abſurda. Et ſi dicas, eſſe inconueniens, Deũ *Solutio.* denominari ſpẽm ſecundum ſe, nõ verò prout eſt obiectiuè in intellectu: Cõtra, *Impugnat* ergo vt in intellectu poterit cõcipi vt genus: nam non habet maiorem repugnantiam, vt apprehẽdatur vt communis pluribus differentibus numero, quàm ſpecie, quæ omnia ſunt impoſſibilia.

Quartò: Impoſſibile eſt, ꝙ Petrus nu- *4. Argum* detur à ſua ſingularitate, & intelligaᵗ vt Petrus: ergo impoſſibile eſt ẽt, ꝙ Angeli nudentur à ſua ſingularitate & intelligãtur, vt ſũt eſſentialiter in ſe: ergò natura Angelica nõ eſt magis denominabilis ab intentione ſpeciei, quã Petrus. Probatur cõſequentia, quia tã eſſentiale eſt ipſi hãbere ſingularitatem, ac Petro vt Petrus eſt. Dicet ita eſſe, ꝙ ſi cognoſcaᵗ natura *Solutio.* angelica diſtinctè, & vt eſt i ſe, nõ põt eſſe vniuerſale, cũ illi vt ſic, multiplicitas indiuiduorũ repugnet; qa nõ ſic à nobis cõcipiᵗ, ſed cõfusè & per cõceptiuũ cõnotatiuũ ad res materiales cõtrahibiles p varias drias indiuiduales, ideo applicari põt illi intẽtio ſpeciei: Cõtra, qa *Impugnat* repugnat aliquid, niſi falſo cognoſcatur, cõcipi diſtinctã, aut cõfusè, cũ oppoſito ei⁹, ꝙ eſſẽtialiter & qdditatiuè ſibi cõuenit: ſed ſingularitas conuenit eſſẽtialiter naturæ Gabrielis ẽm illos, ergo oĩno repugnat, ꝙ verè cõcipiaᵗ cũ vniuerſalitate, qa vniuerſalitas repugnat ſingularitati Gabrielis eſſẽtialiter ſibi cõuenienti.

Quinto arguitur: Nullũ datur actu ge- *5. Argum* nus, qđ non habeat ſub ſe plures ſpecies ſaltem poſſibiles: ergo nulla dabitur ſpecies actu, quę nõ habeat ſub ſe plura indiuidua, ſaltẽ poſſibilia. Prob. conſequẽtia: alias ſpẽs intelligibilis expreſſa, vel impreſſa reprę ſẽtãs illã nõ põt dici vniuerſalis, & cõis in repręſentãdo, quia nõ ſũt aliqua actu, vel potentia, quæ in illa ter-

tia ratione repræſẽtata cõueniãt, nec poteſt dici, qđ illa plura indiuidua ab intellectu cõfecta repræſentẽtur in mẽte per vnicam imaginem, quatenus inter ſe conueniunt, tũ, quia cum illa ſint entia ficta, non poſſunt per illam ſpeciem repræſentari, & nec dabilis eſt ratio vna cõmunis indiuiduo ficto, & vero, vt iam dictũ eſt.

Confirm. Cõfir. quia ſpecies ſupponit plura indiuidua, à qbus abſtrahat natura, ſed in caſu ſpeciei angelicę nõ hẽnt plura idiuidua.

Argum. Sextò: Species ſẽper refertur ad ſingularia, vt poſſit illis cõmunicari, ſed natura Gabrielis nõ poteſt cõicari pluribus indiuiduis phyſicè ex ſuppoſitione facta, nec ẽt logicè per p̃dicationẽ affirmatiuã vnius de alio, quia hæc eſt falſa; hoc indiuiduũ à me fictũ, eſt Gabriel, vel eſt *Solutio.* naturæ Gabrielis: ergo &c. Qđ ſi dicas, naturæ Gabrielis applicari ab intellectu intentionem ſpeciei, tñ ex eo non reddi naturã Gabrielis aptam prędicari de plu*Repugnat.* ribus, quia eſt incapax. Sed cõtra; ergo ſi eſt incapax prędicabilitatis de pluribus, erit ĩcapax denominationis ſpecificę, qa cui repugnat paſſio, & eſsẽtia repugnat.

Septimò. Nã ſi Gabriel eſt ſpecies: ergo habet relationẽ ſpeciei, ergo illa relatio terminatur ad aliquẽ terminum, quia conſtituit relatiuum in particulari: ergo vel ille terminus sũt plura indiuidua, vel plures ſpecies, nõ plures ſpecies, qa eſſet genus, nec plura indiuidua, quia actu non ſunt, ergò nõ terminatur ad plura indiuidua actu, nec sũt in potẽtia, quia etiã implicat, poſſe eſſe plura indiuidua ſub eadẽ ſpẽ, nec ſunt in apprehẽſione intellectus, quia implicat intellectũ apprehẽdere plures Angelos numero diſtinctos ſub *Solutio.* eadẽ ſpecie. Si dicas, ꝙ illa ſpẽs ex modo eſſendi, quem habet in intellectu, poſſit de multis affirmari indiuiduis, ſi eſſent: *Repugnat.* Contra, nam actu eſt ſpecies: ergo actu debet habere terminum, ad quem relatio illa ſpeciei terminetur, & hic terminus ſunt plura indiuidua, ſed non eſt talis terminus: ergo nec Gabriel eſt ſpecies.

Argum. Octauò arguitur: Iſtę relationes ipſius vniuerſalis fiunt per comparationem intellectus: ſed natura, cui repugnat iſta cõmunicabilitas naturæ ſubſtratæ, nequit verè comparari ad inferiora plura; ergo nec intellectus poterit illi tribuere relationem ad plura. Et confirm. argum. quia *Confirm. 1.* fundamentũ ſpeciei eſt communicabilitas naturæ ſubſtratæ, ſed hæc repugnat Angelicæ naturæ, ergo & eſſe ſpeciẽ repugnat. Et confir. amplius, quia Petro re *Confirm. 2.* pugnat eſſe ſpeciẽ ex eo, quod nec hẽt, nec poteſt habere inferiora, ſed ſic repugnat Angelo: ergo nõ poteſt eſſe ſpecies.

9. Argum. Nonò arguitur: Si Angelus cõciperetur, vt in ſe eſt, nõ poſſet concipi, vt vniuerſalis: ergo repugnat naturæ Angelicę eſſe ſpeciem. Antecedens patet, quia illa per ſeipſam & eſſentialiter eſt ſingularis: ergo ſi ſecundum ſe cognoſceretur, non poſſet cognoſci ſine ſingularitate, & ita non poſſet eſſe vniuerſalis. Conſequẽtia probatur, quia ſi non repugnaret, etiamſi illa natura quidditatiuè cognoſceretur, poſſet vt ſpecies cognoſci, vt patet in homine. Nam etiamſi quidditatiuè cognoſcitur, poſſet ſpẽs eſſe, & vt talis cognoſci. Et confirmatur argumentum hoc: Nã *Confirma.* aliàs non ex ſe præbet fundamentum, vt ſit ſpẽs, ſed hoc fundamentum ſolum eſt in noſtro intellectu, qui imperfectè Angelum cognoſcit; ergò ẽt Deus erit ſpecies, quia cognoſcit ad modũ rerũ, quæ ſunt ſpecies, & in ſe nõ eſt neceſſe, vt prębeat fundamentum ad hoc, ꝙ ſit ſpecies.

10. Argu. Decimò: Nam quamuis cognoſcamus Angelum ad modum rerum materialiũ, benè videmus nos, illam imperfectionẽ ſe tenere ex parte noſtri intellectus, & nõ ex parte Angeli; ergo licet cognoſcamus nos Angelũ, vt aliquid, qđ abſtrahit à ſingularibus, & vt aliquid cuius natura nõ dicit intrinſecè ſingularitatẽ, bene videmus nos, illud nõ eſſe in Angelo, ſed in noſtro modo cõcipiendi; ergo non denominabit ſpeciei relatio ſpeciem Angelũ, ſed ſolum rem illam, ad cuius ſimilitudinem Angelum cognoſcit. Et cõfirmatur hoc argumentum: Nam relatio ſpeciei, cum denominat hominem ſpeciem, verè hæc denominatio tribuit ipſi naturæ hominis, licet exigat hanc conditionẽ, vt ſit in intellectu in communi cognita; ergo ſi Angelus eſt ſpecies verè, hęc denominatio ipſum Angelũ denominabit ſpeciem, licet requirat hanc conditionem, quod ſit in intellectu, ſed ipſa natura Angeli nequit in ſe denominari ſpeciẽ, quia in ſe nõ dicit ordinem ad plura indiuidua,

nec

nec in ſe habet rationem ſpecificam, quæ poſſit cognoſci ſine ratione indiuiduali: ergo nō erit ſpecies ipſa ī ſe, ſed aliquid aliud, quod cognoſcitur, vt quid abſtrahibile ab inferioribus.

Præambula ad quæſtionem.

Controuerſia.
1. Opinio.

IN hac quæſtione propter argumenta propoſita multi multa dicunt. Illi, qui faſtidiunt vetera, dixerunt Angelicā naturā Gabrielis, & cuiuſuis alterius, ſuppoſito, ꝙ plura indiuidua eſſe nequeunt in illa ſpecie, nulla ratione debere dici ſpeciē: qa intrinſecū eſt ſpeciei prędicabilis indiuiduorū pluralitas in quibus ſit, & de quibus prędicetur. Quinimo cenſent, nō ſatis modeſtè, reiiciēdā eſſe à ſcholis illā opinionē, quæ aſſerit, eſſe vniuerſa ē naturā illā. Et nunquam ego cenſebā Angelici Doctoris opiniones a ſcholis reiiciendas, niſi forte vt tenebris luce expulſa cōcedať graſſandi locus, ſed ne arguātur, dicunt eſſe opinionē D. Th naturam Angelicā non eſſe prædicabilē ſpeciē, & adducunt D. Th. 1. Sententiarū, diſtinctione decimanona, articulo ſecundo, & clarius 1. Peri hermen. lectione decima. Vbi inter alia ſic dicit: Dupliciter poteſt contingere, vt id, ꝙ ſignificatur per nomē, nō ſit aptū natum prædicari de pluribus vno modo, quia nomen ſignificat formā ſecūdū ꝙ determinata eſt ad hanc materiā, ſicut hoc nomen Socrates. Alio modo ſecūdum ꝙ nomen ſignificat formā, quę non eſt nata in materia recipi. Vnde ſatis apertè idicat Diuus Thomas, nomina illa, quę non ſignificant formā receptibilē ī materia, ſignificare aliquid, ꝙ non pōt de multis prædicari. Cū verò Gabriel, & huiuſmodi alia ſignificēt formas, quæ nō ſunt in materia receptibiles, ſignificabunt aliquid, ꝙ non pōt de multis affirmari, & ita ſignificabūt aliquid, ꝙ nō eſt ſpecies.

Aduerſariorum D. Tho. audacia.

Locus Diui Tho. adductus ab aduerſarijs & eorum opi.

2. Opinio. Species duplex, alia ſubijcibilis & prædicabilis ſimul, alia ſubijcibilis tātū.

Alii dicunt, Gabrielē, & alia huiuſmodi, eē quidē ſpeciē ſubiicibilem, nō vero ſpeciē ꝑdicabilem. Nā ad rōnem ſpeciei ſubiicibilis ſufficit, ꝙ ponatur ſub genere, ad rationem vero ſpeciei prædicabilis requirūt plura idiuidua, quę nō habet illa natura.

3. Opi. Fer. Eſſe prædicabile de multis duplicíter poſitiuè, & nō repugnanter.

Alii dicunt, naturā Gabrielis eſſe ſpeciem prædicabilem de multis. Nā quāuis hoc repugnet illi in quantū talis ſpecies eſt, ſed non repugnat illi inquātū ſpecies eſt, aliàs repugnaret omni ſpeciei, ſicut ſolemus dicere de minimo naturali, ꝙ repugnat illi diuiſibilitas, in quantū tale, quātū eſt nō verò in quantū quantū eſt. Hāc opinionē ſequitur Ferrara quarto cōtra Gent. c. 35. Et Caietanus dicit de differētia atoma, quod ſit prædicabilis de pluribus differentibus ſpecie in quale ꝑ nō repugnantiā, qa nō repugnat illi hoc, ī quātū differentia eſt, licet repugnet illi ī quātū talis differentia eſt.

4. Opi. quorundā Thomiſtarum.

Thomiſtæ verò, q cenſent per Dei potētiā poſſibilia eſſe plura indiuidua Angelica intra eādē ſpeciē, debent dicere verè eſſe ſpeciem prædicabilē, quia natura hęc Gabrielis affirmatur de Gabriele, & de aliis indiuiduis poſſibilibus, ſicut natura humana affirmatur de hoībus poſſibilibus. Nā eſt verū dicere: Antichriſtus eſt homo, & ſic de aliis ſimilibus, & dicere ordinē ad plura īdiuidua, quæ quāuis nō ſint, poſsūt tñ eſſe per Dei omnipotentiā, & natura Gabrielis abſtracta æqualiter reſpicit oīa illa indiuidua.

Deciſio quæſtionis.

Authoris placitum.
1. Concluſ. cōtra quartam opin.

SED vt ego meā explicē ſniam, ſit prima cōcluſio, impoſſibile eſt per quamcunque potentiā plura indiuidua eſſe formarū ſeparatarū, & oppoſitū implicat cōtradictionē. Vnde qui tenent, Deū poſſe indiuidua plura in eadem ſpecie Angelica facere, & multiplicare, apertè loquūť cōtra Diuū Thomā. Hanc cōcluſionē multis demonſtrationibus docet Diuus Thomas, quoad primā partē, in prima parte, quæſtione 50. art. 4. & quæſt 15. arti. 9. & 2. contra Gentes c. 93 & de ſpiritualibus creaturis, in diſputatis quæſt. 8 & ſecūdo ſent. 2. diſt. 3. art. 4. Et rō D. Th. demōſtratiua eſt. Nam ſi dantur duo Angeli in eadē ſpecie, ergo differūt numero, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo &c. Probatur minor. Nā q̄ differunt ſolū numero in ſubſtātiis, conueniunt forma, & differunt ſolū materia, ſed in Angelis non eſt materia, ergo nec differētia numerica ſolū, ergo nō dātur duo Angeli eiuſdē ſpēi. Alias rōnes vide in Diuo Thoma locis adductis, quæ quia hæc diſputatio nō eſt huius loci, nō adducuntur. Quod vero ſit ſenſus Diui Thomę, quod oppoſitum implicet cōtradictionem, patet, quia ſolum differentia,

Probatur multis rationib. implicare contradictionem, dari plura indiuidua ſub vna ſpecie ſubſtantiarum ſeparatarum.

numerica in ſubſtātiis non poteſt eſſe niſi à materia, vel ex parte materiæ: illa ergo ſublata nō poteſt inueniri ratio diſtinctionis numericæ ſolum. Et maximè quia cum Diuus Thomas dicit in ſua doctrina aliquid eſſe impoſſibile, accipit impoſſibile, niſi aliquid addatur pro illo, cuius oppoſitum fieri nequit vlla potentia. Et præterea probatur hæc ſecunda pars: Nā ſi eſſent poſſibilia quomodocunque alia indiuidua eiuſdem ſpeciei, non diceret D. Thom. ſpeciem angelicam eſſe ſpeciē, ſecundū quod à nobis cognoſcitur ſolū, ſiquidem illa natura abſtracta etiam importaret ordinē ad indiuidua poſſibilia, & nomina ſignificātia illas naturas ſpecificas eſſent nomina cōmunicabilia ſecundum rem, licet de facto non fuerint communicata. Et maximè, quia D. Thom. non erat neceſſe adducere pro ratione ſubſiſtentiam formarū, & earū ſpiritualitatē, vt oſtenderet non eſſe plures formas numero, diſtinctas in eadē ſpecie, ſiquidem & in rebus corporeis in ſole, luna, &c. & ſi ſint corporea, nō datur niſi vnū indiuiduum vnius ſpeciei, nec ſubſtantiæ ita perfectè priuarentur cōſortio indiuiduorum ſuæ ſpeciei, ſi eſſent quomodocunq; poſſibilia. Et ſi contra fiat hoc argumentum: Nam poteſt Deus, quæ ſua eſt potentia, facere, quod natura Gabrielis, quāuis de facto habeat omnem perfectionē ſibi debitā, habeat aliam maiorem perfectionem etiā ſubſtātialem, ſicut poſſet Deus augere & perficere lumen Solis, quamuis habeat de facto omnē perfectionem ſibi debitam ratione luminis, quia in hoc nulla apparet implicatio: ergo pōt ſimiliter naturā Gabrielis in alio conſtituere indiuiduo. Probatur conſequētia, quia ſuppoſito, quod eadem natura ſpecifica pōt eſſe magis, aut minus perfecta ſubſtantialiter, nihil vetat, qđ ſit in pluribus indiuiduis, ita quod in vno ſit magis perfecta, & in alio minus. Secundò: nam D. Thom. opuſcul. 16. dicit, quod licet intellectus agēs non multiplicaretur in plurib. hominibus, vt putauit Auerroes, non inde colligitur, quod per Dei potentiam non poſſet multiplicari ſecūdum numerum, ſed eadē eſt omnino ratio in angelis, ergo &c. Et tertiò: Nā Deus pducit plures alias, quæ ſunt ſubſtātiæ ſpirituales intra eandē ſpeciem cōtētas: ergo poterit plures producere eiuſdem ſpēi angelos. Sed ad primū reſpondetur, quod implicat cōtradictionē, naturam ſpecificam Gabrielis habere maiorē perfectionem ſubſtantialem, quia habet omnem poſſibilē per quamcunque potentiā, quia cum angelica forma ſe ipſa ſit indiuidua cum omni perfectione poſſibili, ſeipſā indiuiduat. Vnde nō pōt aliud indiuiduū dari illius ſpeciei, quādoquidē iam habetur natura ſecundū omnem modum poſſibilem, & oppoſitū habet apertam implicationem, qnod ſcilicet, eſſet illud indiuiduum habens omnem perfectionem poſſibilē, & non habens omnem perfectionem poſſibilem. Nā ex eo, quod eſſe Dei eſt ſubſiſtens, & nullo modo receptū in aliquo, ſequitur euidenter habere infinitā perfectionē, & ei non poſſe fieri additionē: ergo ſi aliqua forma eſt ſubſiſtēs, & indiuidua ex ſe ipſa habebit omnē perfectionē illi ſpēi poſſibilem, & ſic non poterit ab alio indiuiduo haberi maior: & ex cōſequēti, ſi ſit aliud indiuiduū, in quo ſit natura magis perfecta ſubſtātialiter, iā non habebit oēm pfectionē ſibi debitā, & ita erūt duæ contradictoriæ, & ſi natura Gabrielis ex propria eſsētia habet quod ſit indiuidua, oēm indiuiduationē ſibi poſſibilē omninò hēt, quia nihil obſtitit quo minus haberet. Nec eſt intelligibile ꝙ ſi hēt oēm perfectionē ſuæ ſpēi ſubſtantialē, addatur à Deo aliqua proprietas indiuidualis naturæ, q̄ perficiat ipſā ſubſtantialiter, quia iā primū indiuiduū habebat totā hāc plenitudinē pfectionis eſsētialis. Quinimo cū illæ eſſent duæ formæ ſubſtātiales, & ſubſiſtētes, nō dicētes ordinē ad extrinſecū, & vna eſſet perfectior altera ſubſtantialiter, differrēt ſpecie; quia differunt formaliter: & oīs diſtinctio à forma pueniēs eſt ſpecifica & formalis. Dicere vero, ꝙ habebat omnē perfectionē ſibi debitā naturaliter non in ordine ad Dei potentiam abſolutam, eſt gratis dictū, nec fundamentū habet in vera metaphyſica. Habet tñ noſtra ſententia firmiſſimū fundamentum, qm̄ eſt forma ſubſiſtens, & habet ex cōſequenti, quidquid ſibi quacūque potentia poteſt haberi, quia non eſt, vnde limitetur perfectio ſubſtantialis illius indiuidui Gabrielis, nec p vllam

Vera ſententia D. Th.

Obiectio. 1. contra concluſionem. Prima.

Secunda.

Tertia.

Ad primū.

Poſſit nenatura Gabrielis fieri perfectior quam eſt, ſaltem per omnipotentiam Dei.

Quomodo verum ſit quod Angelus habeat omnē perfectionē ſibi debitā naturaliter tantū, vel etiam ſupernaturaliter.

1. Modus dicendi voluntarius, & irrationabilis.

2. Modus dicendi Auctoris translatus in D. Thom.

lam potentiam, quia implicat, poſſunt eſſe plura principia indiuiduantia in eadem ſpecie Angelica, quia ab eodẽ principio eſſentiali habet Gabriel, quod ſit hæc ſpẽs, & hoc indiuiduum, licet noſtro modo intelligendi prius ſit hæc ſpecies, quam hoc indiuiduum. Sunt enim formę non dicentes ordinem ad aliquid extrinſecum, & ita ſe ipſis indiuiduantur. Vide quæſt. 10 art. 9. par. 1. Sol itidem non poteſt perfici ſubſtãtialiter, quin mutet ſpeciem ex eo, quod eius materia non eſt capax maioris perfectionis ſubſtantialis, & conſequenter eius lumen vt propria ipſius paſſio augeri nequit.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur: quod D. Th. ibi ſolum vrgeat conſequentiam, & videtur illam non eſſe bonam conſequẽtiã. Dicit enim in hæc verba. Si quis autẽ obiiciat, quod ſi multiplicantur ſecundũ corpora, ſequitur, quod deſtructis corporibus non remanent multæ animæ, & cõſequẽter nec multi intellectus. Patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt. Vnumquodque enim ſic eſt ens ſicut vnũ, vt dicitur quarto Metaph. Sicut igitur eſſe animæ eſt q. dem in corpore, in quantũ eſt forma corporis, nec eſt ante corpus, tñ deſtructo corpore, ita vnaquæque anima remanet in ſua vnitate, & per conſequens multæ animæ in ſua multiplicitate. Valde aũt ruditer argumentãtur ad oſtendendũ, quod Deus facere nõ poſſet, quod ſint multi intellectus eiuſdẽ ſpeciei, credentes hoc includere contradictionẽ. Dato enim quod nõ eſſet de natura intellectus, quod multiplicaretur, non propter hoc oporteret ꝙ intellectũ multiplicari includeret contradictionẽ. Nihil. n. prohibet aliquid nõ habere in ſua natura causã alicuius, qđ tamẽ habet illud ex alia cauſa. Sicut graue habet in ſua natura, quod non ſit ſurſum, tamẽ graue eſſe ſurſum nõ includit contradictionẽ: ſed graue eſſe ſurſum ex ſua natura contradictionem includeret. Sic ergo, ſi intellectus naturaliter eſſet vnus omniũ, quia non haberet naturalẽ cauſam ſuæ multiplicationis, poſſet tñ ſortiri multiplicationẽ ex ſupernaturali cauſa, nec eſſet implicatio contradictionis, qđ non tñ dicimus propter propoſitum, ſed magis, ne hæc argumentãdi forma ad alia extendatur. Sic enim poſſent concludere, quod Deus non poſſit facere quod mortui reſurgant, & quod cæci ad viſum reparentur. Hæc D. Tho. vbi nihil aliud vult concludere, niſi quod hæc cõſequentia formaliter loquendo non valeat, hoc nõ poteſt fieri naturaliter: ergo non poteſt fieri. Verum non hoc dicit D. Tho. propterea quod ſemper ſit mala cõſequẽtia in materia. Nã benè valet. Duæ contradictoriæ nõ poſſunt dari veræ naturaliter: ergo nec ſupernaturaliter, quia eſt ita impoſſibile, vt per nullã potentiã fieri poſſit. Ita in propoſito valet, materialiter plures angeli in eadem ſpecie nõ poſsũt multiplicari naturaliter: ergo nullo modo, nec ſopernaturaliter, quia eſt implicans contradictionem, cum careãt materia, & habeat Gabriel v. g. & quodlibet aliud indiuiduum omnem perfectionem poſſibilem illius ſpeciei.

Explicatur teſtimoniũ quoddã D. Tho. cui aduerſarij innituntur.

Ad tertiũ. Quare non multiplicãtur angeli in eadẽ ſpecie, animæ autẽ rationales ſic. Ad tertium reſpondetur, quod animæ numero multiplicantur, quia indiuiduantur per ordinem ad materiam, & ita per ordinem ad illã poſſunt partiri, & diuerſimodè participare naturam animæ ſecũdum diuerſitatem numericã. Nam ex eo, quod ſe ipſis non indiuiduantur, non habent totam plenitudinem perfectionis ſpecificæ. Hanc concluſionem ideo hic conſtitui, vt aduerſarii non vltro exiſtiment admittere debere ſententiam D. Thom. ſed neceſſariò.

2. Concluſ. Contra primam opin. Secunda concluſio. Natura Gabrielis & quæuis alia angelica, vt à nobis pro hoc ſtatu cognoſcitur per intellectũ, ſine conditionib. indiuiduantibus eſt vniuerſale & ſpecies. Hæc concluſio habetur à D. Tho. de Ente & Eſſentia capite ſexto, & prima p. quæſt. 13. artic. 9. & quæſt. 50. art. 4. & ſecundo contra Gentes cap. 93. & alibi ſæpe, & de ſpiritualibus creaturis, art. 8. ad 4. quẽ ſequuntur omnes eius diſcipuli. Et probatur cõcluſio variis rationibus. *Probat. 1.* Primò: Gabriel, v. g. eſt in prędicamento ſubſtantiæ: ergo vel tanquã genus, vel tanq̃ ſpecies, vel tanq̃ indiuiduũ. Non tãquam genus, vt patet de ſe: quia nequit intelligi diuerſitas ſpecierũ ſub ipſo: ſi tanquam indiuiduum eſt ſub aliqua ſpecie immediata, illa autem nequit eſſe aliqua, niſi Gabrielis natura: nõ enim habemus nomen, vt illam explicemus: ergo iã Gabrielis natura eſt ſpecies

Digitized by Google

in prædicamento cōſtituta: ſed omnis talis ſpecies prædicamentalis de pluribus eſt prędicabilis, & eſt vniuerſalis, ergo nec poteſt dici, quod Gabriel, vt eſt indiuiduum quoddam, ſit ſpecies. *Fuga Aduerſarior.* Dicunt qui hoc argumento conuincuntur, quod ſit tanquam ſpecies ſubiicibilis: & hoc etiã nos fatemur. Sed euidenter conſequitur, ſi eſt vt ſpecies ſubiicibilis, quod ſit etiã vt ſpecies prædicabilis. *Impugnat.* Nam vt quæſtione quinquageſimaquarta ꝓbatũ fuit, ex neceſſitate, ꝙ eſt ſpecies ſubiicibilis, eſt prædicabilis, ſpecies, & vniuerſalis, licet hoc nō habeat, vt ſpecies ſubiicibilis: nã ſpecies ſubiicibilis eſt, quę immediatè ſubiicit̃ generi. Nullum autẽ indiuiduũ immediatè ſubiicitur generi, maxime ſi ſit indiuiduũ non genericum, ſed in recta linea inter indiuiduum, & vniuerſale non datur medium quod nec ſit vniuerſale, nec particulare: ergo ſi ſubiicit̃ generi, & nō vt particulare: ergo vt vniuerſale vt vniuerſale, vt particulare verò nō poteſt immediate ſubiici. *Probatur 2* Præterea. Nã natura Gabrielis & cuiuſuis Angeli cōponit̃ ex genere & differentia vltima: ergo eſt ſpecies prędicabilis. Impoſſibile eſt n. vt aliquid ſic componatur, quin ſit vniuerſale, vt patet indirectè in omnibus. Nam illa compoſitio generis, & differentiæ eſt compoſitio cuiuſdam conceptus vniuerſalis, & qui ſe habet vt materia reſpectu conceptus differentialis, qui etiã eſt vniuerſalis conceptus, & ſe habet vt forma: ſed quod ex conceptibus vniuerſalibus componitur ex neceſſitate, debet eſſe vniuerſale: ergo. Videatur D.Tho. cap.6. de Ente & Eſſentia, & quæ nos ſupra diximus de compoſitione metaphyſica. *Probatur 3* Præterea probatur concluſio. Nam natura, cuius multiplicatio per idiuidua repugnat, poteſt concipi ſine ſin[illegible]laritate, ſed omnis natura ſine ſin[illegible]te cōcepta, quantum eſt ex modo concipiendi eſt apta eſſe in pluribus indiuiduis: ergo vt ſic verè eſt prædicabilis de multis indiuiduis, & in quid, & ita erit ſpecies Diſcurſus legitimus eſt, & conſequentia eſt nota, & probatur maior: nam noſter intellectus pro hoc ſtatu intelligit rerum naturas per abſtractionem à ſingularibus, & ita, ſi vult intelligere naturã Gabrielis, & cuiuſuis alterius Angeli, hoc modo debet concipere, quo res materiales cognoſcit, ſcilicet: per abſtractionẽ a ſingularibus. Minor probatur. Nam natura illa concepta per abſtractionem a ſingularitate nō intelligitur, vt determinata ad aliquid ſingulare, cum præter intellectum illius cōceptus abſtracti, vt ſic vnũ aut plura ſingularia: ergo ĩtelligitur vt apta eſſe ĩ pluribus, quantum eſt ex vi illius modi concipiendi, & ſi eſſent, de illis prædicaret̃: ergo eſt vniuerſalis: nã vniuerſale eſt qđ poteſt affirmari de multis, vt habent eſſe in intellectu. Et confirmatur hæc ratio. *Confirmat* Nam Gabrielis natura cognita per intellectum ſine conditionibus indiuiduantibus, ſi per impoſſibile haberet multa indiuidua à Deo producta, poſtquam eſt ſic concepta ĩ meo intellectu, poſſet de illis affirmari, & eſſet in illis ſine noua mutatione ex parte cōceptus obiectiui, vt terminat meam cognitionem: ergo & modo eſt vniuerſalis, cũ nihil de nouo acquirit vt ſit vniuerſalis. Et hæc eſt demonſtratio Diui Thomæ prima parte, quęſtione 13. articulo 9. dũ docet quę nomina ſint communicabilia & quæ non. Et confirmatur hæc ratio. *Confirma.* Nam vniuerſale & particulare ſunt proprietates rerum, vt exiſtunt ĩ intellectu: ergo natura Gabrielis, vt cognoſcitur ſine conditionibus indiuiduantibus debet eſſe vniuerſalis, vel particularis, ſed non eſt particularis, cum nō dicat in ſuo conceptu aliquod indiuiduũ: ergo vniuerſalis, quia non eſt dare mediũ, reſpectu noſtri modi cōcipiendi: ergo ſpecies, ſiquidem eſt quid cōpoſitum ex genere & differentia. Præterea ſubſtantia *Probatur 4* ſpiritualis eſt genus ad omnes ſubſtãtias immateriales: ergo ſunt aliquæ ſpecies huius generis: quia impoſſibile eſt dari genus, ꝙ nō reſpiciat ſpecies: ergo natura Gabrielis, & Michaelis ſunt ſpecies illius generis, quia non videtur quodnam aliud ſit ſpecies. Primũ antecedens probatur, quia omnes ſubſtantiæ immateriales in prædicamento collocantur. Dicunt *Fuga.* quod ſunt ſpecies ſubiicibiles. Cōtra, qa *Impugnat.* impoſſibile eſt, quod ſpecies ſubiicibilis non ſit vniuerſalis, vt dictum eſt: ergo ex eo ꝙ ſit ſpecies ſubiicibilis erit vniuerſalis. Præterea ſumo illum conceptum ob *Probatur 5* iectiuum naturæ Michaelis, & vocetur, a, & prædicetur de Michaele dicendo, hic

Michael

Michael eſt, a, hęc prędicatio eſt ſuperioris de inferiori: ergo natura illa eſt ſuperior ad Michael, & ſic vniuerſale: & conſequenter ſpecies. Antecedens probatur: Nam non dicit conceptus ille conditiones indiuiduãtes Michaelis: nec eſt ita determinatus ſicut conceptus Michaelis: ergo eſt vniuerſalis, & habet ſe ad hunc modũ, ac ſi diceremus: Hic homo eſt homo: ergo &c. Præterea Gabriel & Michael ſpecie differunt: ergo illorum naturę poſſunt ſpecifico conceptu concipi: nam dicere, quod ſint diuerſæ ſpecie, & quod illorum naturæ non poſſint concipi ſpecifico conceptu, eſt implicatio in dictis, ſicut dicere, quod ſubſtantia ſpiritualis & materialis differant genere, & quod non poſſint concipi generico conceptu. Prętereà: Verè Michael induit intentionem indiuidui ſubſtantialis, & in prædicamẽto ſubſtantiæ exiſtens: ergo refertur ad ſpeciem prædicabilem, quia correlatiuũ indiuidui ſpecies prædicabilis eſt: nam ſpecies ad plura indiuidua refertur: ſed non poteſt eſſe alia ſpecies, ad quam referatur, niſi natura Gabrielis: ergo natura Gabrielis eſt ſpecies.

Probat. 6.

Probat. 7.

3. Concluſ. Contra relatas opiniones.

Tertia concluſ. Natura Gabrielis non ſolum propter cognitionem noſtram totaliter eſt ſpecies, & quia cognoſcitur ad modum rerum materialium, ſed quia in re eſt etiam aliquod fundamentum, vt illi attribuamus hanc intentionẽ ſpeciei, volo dicere, quod noſter intellectus non tribuit intentionem ſpeciei, cuicunque voluerit, etiamſi illud cognoſcat ad modũ rei materialis ſpecificæ: ſed debet eſſe in aliquod fundamentum, vel præſuppoſitum, cui accedente conceptione intellectus noſtri in vniuerſali fiat ſpecies. Et hoc eſt in naturis Angelicis habere compoſitionem generis, & differẽtiæ ſaltem fundamentaliter. Ex eo enim quod poſſunt admittere iſtam compoſitionẽ, poſſunt ſpecifico concipi cõceptu. Gabriel enim conuenit in ratione generica cum Michaele, & differt ab illo ratione ſpecifica. In hoc eſt fundamentũ, vt, ſi ſine conditionibus indiuiduãtibus cognoſcatur, & ad modum rei materialis, ſit ſpecies. Hæc concluſio probatur: nam non poterit noſter intellectus naturæ diuinæ tribuere denominationẽ ſpeciei, etiamſi cognoſcatur ad modũ rei materialis, quia nec in Deo eſt potẽtialitas ad eſſe, nec cõpoſitio etiam fundamẽtalis ex genere & differentia: ergo &c. Et ſi tribuit Gabrielis naturæ intentionem ſpeciei, ex eo fit, quia habet iſtam cõpoſitionẽ, & cũ illa natura ſic compoſita in communi concipiatur, reſultabit vniuerſale: & quantum eſt ex modo concipiendi affirmabilis de multis indiuiduis in quid: & ita erit ſpecies. Quamuis enim non requirat, vt ſit ſpecies in noſtro intellectu multitudinẽ indiuiduorum, requirit tamen in re compoſitionem ex genere & differentia fundamentaliter, qua prǽſuppoſita per meã cognitionem, dum illam cognoſco ad modum rei materialis, fiet ſpecies.

4. Concluſ.

Quarta concluſio. Naturæ Angelicæ ſi intelligerẽtur ſecundum quod ſunt in ſeipſis, non poſſent concipi, vt ſpecies, nec vt communes. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ, prima parte, quæſtione 13. articulo 9. vbi ſic dicit: Formæ vero quæ non indiuiduãtur per aliud ſuppoſitum, ſed per ſe ipſas, quia ſcilicet ſunt formæ ſubſiſtentes, ſi intelligerentur ſecundum quod ſunt in ſe ipſis, non poſſent communicari, nec vna ratione. Hæc concluſio eſt communis diſcipulis Diui Thomæ, illã habet Caietanus loco proximè citato, & Magiſter Cumel prima p. quæſtione 50. artic. 4. concluſione 6. Et probatur ratione. Nam ſecundum Diuum Thom. per idem principium ſpecificum quo cõſtituitur Gabriel in eſſe ſpecifico, conſtituitur etiam in eſſe numerico, licet ſecũdariò: ergo non poteſt intellligi ſecundum ſe, vt Angelus habens naturam ſpecificam, quin ſimul intelligatur vt hic angelus: ſiquidem idem eſt principium vtriuſque conſtitutiuum: ergo ſi ſecundũ ſe conciperetur quidditatiuè, & non ad modum rerum materialium, cum concipitur, vt angelus concipitur, vt hic angelus: ergo non erit vniuerſalis: vt enim eſſet vniuerſale, deberet cognoſci vt angelus, ſine cõditionibus indiuiduãtibus, & ſine eo quod cognoſceretur vt hic angelus. Si enim Petrus homo eodẽ principio eſſet homo, & hic homo, nunquam poſſet cognoſci, vt vniuerſalis, quia ſẽper quod cognoſceretur, vt homo, cognoſceretur, vt hic homo, quia idem eſſet vtriuſque,

D. Thom.

Sub quanã conditione poteſt Angelus concipi vt ſpecies, & ſub qua non?

Quare Petrus poteſt ſecundū ſe quidditatiuè cognoſci in vniuerſali ſine ſua petreitate, Gabriel autē non itē ſine ſua Gabrielitate.

principium. Prеterea, natura angelica ſe ipſa eſt indiuidua: ergo ſi cognoſceretur quidditatiuè, ſemper cognoſceretur, vt indiuidua eſt, quia sēper cognoſceretur, vt eſt talis natura, & vt talis natura indiuidua eſt. Prætèrea. Nam quamuis natura ſpecifica Petri concipiatur ſecundū ſe & quidditatiuè, & per propriam ſpeciē, bene poteſt cōcipi in vniuerſali, quia illa natura eſt indiuidua nō per ſe ipſam, ſed per ſuas indiuiduales conditiones, per materiam ſignatā, vel per aliquid huiuſmodi, & ita poteſt concipi ſine illa ſignatione: ſed forma angelica per ſe ipſam, & nō per aliquid aliud eſt indiuidua: ergo non poteſt quidditatiuè & propria ſpecie cognoſci, quod eſt cognoſci ſecundum ſe, ſine indiuiduitate, & ſic non poterit cognoſci vt vniuerſalis. Et explicatur concluſio hoc exemplo.

Exemplū.

Nam Deus clarè & quidditatiue cognoſci non poterit, vt vniuerſalis, quia per ipſam formā, & eſſentiam diuinam Deus eſt Deus, & hic Deus: ſed angelus per idem principium eſt angelus, & hic angelus, & intrinſecè eſt hic angelus. ergo ſi quidditatiuè cognoſcitur, non cognoſcitur ſine indiuidualitate, & ſic non cognoſcitur vt vniuerſalis.

Duæ obiectiones contra præfatam concluſionem.

Sed contra Nam illa differentia ſpecifica naturæ angelicæ eſt tantæ virtutis, & perfectionis, vt illa ſola præſtet id qđ plures differentiæ rerum materialium efficiunt, nempe totaliter illam indiuiduā reddere, ſic adeo, vt non poſſit communicari alteri indiuiduo: ergo in ipſa eſt fundamentum. Verum etiamſi ſecundum ſe cognoſcatur, vt Angelus formet diuerſos conceptus, vnum naturæ, & alium indiuidui, ſed ſi cognoſcatur natura ſola erit vniuerſalis, quia cognoſcitur ſine indiuiduatione: ergo &c.

Secundo ſequitur, quod natura Angelica ſecundum ſe non ſit in prędicamento, quia non habet rationem ſpeciei ſecūdum ſe, nec poteſt poni etiam vt indiuiduum, quia omne indiuiduum eſt alicuius ſpeciei indiuiduum, & ſi non habeat ſpeciem, quæ ſit in prædicamento, nec indiuiduum erit in prædicamento.

Tallit. 1. obiectio.

Reſpondetur ad primum, quod etiamſi illa differentia ſpecifica faciat vtrūque quidditatiuè cognitum ex neceſſitate, debet cognoſci vt eſt in rebus, & ita vt particularis, quandoquidē idē eſt principiū vtriuſque, & indiuiduationis, & ſpeciei, ac ſi Deus ſecundū ſe cognoſceretur, nō poſſet cognoſci, niſi vt ſingulariſſimus, quia eadē Deitate eſt Deus, & hię Deus.

Tallit. 2.

Ad ſecundum profectò videtur ita dicendum, quod non eſſet in prædicamēto Angelus, ſecundū ſe cognitus, vt probat argumentū: nam coordinatio prædicamentalis correſpondet noſtro modo concipiendi pro hoc ſtatu in quo cōceptus genericos, & ſpecificos, & indiuiduales diſtinctos habemus rerum immaterialium.

Speculatio Auctoris.

Et ſi aliquando non hoc modo res cognoſceremus, non eſſet prædicamētum, quod eſt prædicabiliū coordinatio, & ſi aliquādo ſolas res materiales hoc modo cognoſceremus, ſolæ illæ eſſent in hoc prędicamento. Itaque cum poſſumus res per diuerſos cōceptus vniuerſaliores, & minus vniuerſaliores concipere in ratione generum & ſpecierum, & illorum indiuiduorum, poteſt coordinari prædicamentum, & res in illo conſtitui: cum vero hoc modo non poſſunt concipi, non poſsūt in eo collocari, etſi ſint res finitæ.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1.

AD primum reſpondetur, quod intellectus tribuit denominationem naturæ, quæ in ſe habet aliquid, ratione cuius formaliter poſſit ſpecies denominari, antecedēte autem noſtro modo concipiendi res ſpirituales ad modū rerū materialium, quod præſupponitur ex parte naturæ Gabrielis, vt concipiatur tanquā ſpecies vnitas formalis ipſius eſt. Illa.n. natura indiuiſibilis per principia formalia, & habet fundamentum in ſe compoſitionis ex genere & differētia, & ex alia parte concipitur ad modum rerum materialium, & ita concipitur per abſtractionem à ſua ſingularitate, vt ſpecies.

Quod non eſt fundamētum in Angelis, merito concipiuntur & denominantur ſpecies.

Ad argumētum ergo concedo maiorem; & nego minorem, & ad probationē dico, qđ vnitas formalis, ſeu ſimilitudo, quę eſt in indiuiduis multis, eſt fundamētum, vt natura ſit vniuerſalis, ſecundum rem, & rationem, fundamentum, inquam, remotū; vt res vero ſit vniuerſalis ſecundum rationem tantum, ſufficit habere pro funda-

men-

Digitized by Google

mento remoto vnitatem formalem, quo illa natura ſit formaliter indiuiſibilis, & pro fundamento proximo eſſe cognitam per abſtractionem, ſeu eſſe comparatam. Et hoc habet, quia cognoſcitur ad modū rerum materialium, vnde reſultat in noſtro intellectu ex vi huius cognitionis vniuerſale in eſſe cognito, ſic adeo, vt quātū eſt ex parte modi eſſendi, quem ſeruat in intellectu, poſſet de multis affirmari, ſi eſſent, indiuiduis. Et cū vlterius dicitur, vel denominatur ſpecies indiuiduum, vel natura, reſpondetur, quod natura. Et cum dicitur, ergo denominatur ſpecies vlterius cōtrahibile, reſpondetur, quod ex noſtro modo intelligendi eſt vlterius cōtrahibile per conditiones indiuiduantes, nō vero per differentiam ſpecificam, ſicut intelligimus ſubſtantiam, quæ eſt genus eſſe ſpecificè contrahibilem. Et iſtæ ſunt veræ ſolutiones, non quas ipſi in argumento fingunt.

Ad 2.

Quare natura humana denominari genus, ob id, quod nequit habere ſub ſe ſpecies, & non repugnat Angelo vocari ſpeciē, quod nec habeat nec aptus ſit habere ſub ſe plura indiuidua.

Ad ſecundum reſpondetur, quod natura humana non poteſt vllo modo cōcipi vt genus, quia, quod importat in conceptu obiectiuo, eſt quid compoſitū ex genere & differentia vltima, & ſic repugnat vllo modo, etiā vt eſt i intellectu de pluribus ſpeciebus dici. Verum natura Gabrielis cōcepta ſine conditionibus indiuiduantibus, cū nullam indiuiduantem conditionem dicat in ſuo coceptu, & habeat in illo quandam naturam realem ſpecificam, quæ cōuenit cum aliis naturis in genere, & differt propria differentia, eſt ſpecies, quia quantum eſt ex parte modi, quo eſt cōcepta poſſet affirmari de multis indiuiduis, cum ſit cognita in communi, & per abſtractionem à ſingularitate. Natura vero humana non eſt cognita, nec poteſt cognoſci per abſtractionē à propria differentia, & ſic non pōt eſſe genus. Nō enim concipitur ex modo cognoſcendi, vt aliquid contrahibile ꝑ plures differentias, & ita nec vt quid cōmune ad plures ſpecies. Aptitudo verò, vt cōtrahatur ꝑ plures cōditiones īdiuiduantes, facit quidē vt ſit natura vniuerſalis ſecundum rē, & ſecundum rationem, ſi communi conceptu cognoſcatur. Non verò eſt neceſſe, vt ſit vniuerſale ſecūdū rōnē habendi plura indiuidua. Et per hoc patet ad hoc argumentum, quo multos vidi cōuictos

Ad confir.

Ad confirmationē reſpondetur, quod non ponimus nos plura indiuidua ficta, de quib. prędicetur, nec exercemus prædicationem reſpectu indiuiduorum fictorum ſed dicimus, ꝙ natura illa habet talē eſſendi modum, quod ſi illa per impoſſibile darentur, prædicarer de illis illa natura, nam cōcepta eſt ſine conditionibus indiuiduantibus. Cōditionalis verò, quæ ponitur reſpectu indiuiduorum, nihil ponit in eſſe, ſicut hęc cōditionalis eſt vera, ſi Chimæra volat, habet alas,

Ad 3.

Quare Deus nequeat vocari ſpecies.

Ad tertium reſpondetur, Deum non eſſe ſpeciē, licet aliqui hoc falsò dixerint, quia licet concipiatur ad modum rerum compoſitarum, non eſt in Deo eſſe diſtinctum à ſua eſſentia, quod eſt neceſſariū, at aliquid cōcipiatur vt ſpecies, nec ſimiliter eſt compoſitum ex genere & differentia, quod eſt neceſſariū vt ſit ſpecies. Gabrielis vero natura vtrūque habet, & ita ſecundum quod à nobis concipitur, ſpecies eſſe poteſt

Ad 4.

Ad quartum reſpondetur, quod ſolutio ibi data ſufficit. Ad replicam reſpōdetur ſecundum aliquos, quod licet natura Gabrielis ſe ipſa ſit indiuidua, nō tamen eſt eſſentialiter indiuidua, quia hoc eſt propriū naturæ diuinæ, & ꝙ ſit eſſentialiter indiuidua, & ſicut ipſa natura Gabrielis ſe ipſa eſt ſubſtantia, & talis ſubſtātia, tamē non eſt de ratione eius, vt ſubſtātia, quod eſt de ſua ratione, vt talis ſubſtantia, ita nō eſt de ratione eius, in quantū talis ſubſtantia, quod ſit hæc ſubſtantia, licet quid intrinſecum ſit ipſi ad hunc ſenſum, quod non ſumitur per ordinem ad aliquod extrinſecum indiuiduatio; & ita reſpondetur, quod eſt intrinſecū illi naturę eſſe indiuiduam, ideſt, nō ſumptum ab aliquod extrinſeco, nō tamen eſt intrinſecum, id eſt, de eſſentia eius, & ita poteſt à nobis cōcipi vt vniuerſalis, & nō cōcipitur cū oppoſito eius, quod illi conuenit in ſua eſſentia, in quantum natura ſpecifica eſt. Secundò reſpondetur ex Diuo Thoma 1. p. q. 13. ar. 9. Quod probat hoc argumētū, dato, quod eſſet de eſſentia naturæ eſſe ſingularē naturā, nō eſſe vniuerſalē, & communicabilem in rebus ipſis, nō vero probat, ꝙ vt à nobis cōcipitur nō ſit vniuerſalis, quia concipimus illam naturam ad modum rerum compoſitarum, quorſ

ſu

Digitized by Google

indiuidua multiplicantur, ſed prima ſolutio melior videtur. Quia ſi eſſentialiter eſt ſingularis, non poteſt concipi cũ oppoſito ſuæ rationis ex parte obiecti, nec poteſt concipi ſine ſingularitate, niſi ſuppoſito errore aliquo, & ignorãtia. Et hæc replica tangit totius difficultatis pũctum.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod diuerſa ratio eſt de genere & de ſpecie, vt ſupra dictum eſt, cum diſputaremus, an genus ſaluaretur in vnica ſpecie. Vide ibidem. Et cum dicitur: ergo ſpecies intelligibilis non erit vniuerſalis, negatur cõſequentia, nam eſt vniuerſalis, quia ſignificat naturam, cui ex modo, quo concipitur ab intellectu, non repugnat ſupponere pro pluribus, ſi eſſent illa plura.

Ad confirmationem; negatur antecedens. Sat fuerit habere vnum indiuiduũ, cuius natura per abſtractiõnẽ cognoſcatur, & quod illi naturæ vt ſic cognitæ nõ repugnet prædicari de pluribus, ſi eſſent illa plura.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod quantũ eſt ex modo eſſendi, quem habet in intellectu, poteſt de multis affirmari, & poſſet cõicari multis indiuiduis, ſi eſſent illa indiuidua, quod ſufficit, vt ſit vniuerſale ſecundum rationem, nec eſt neceſſe, vt hęc prædicatio ſit vera; hoc indiuiduũ à me confictum eſt hæc natura Gabrielis, ſed ſat fuerit, quod ſit vera hæc conditionalis, quod ſi daretur illud indiuiduum hęc natura prout à me cõcipitur, prædicareẽ de iſto. Et ſolutio, quam arguens aſſignat non placet: fingunt. n. ſæpe ſolutiones falſas, vt conuincant monſtra à ſe conficta.

Ad 7. Ad ſeptimum, reſpondetur, quod terminus illius relationis eſt Gabriel, ad illud. n. actu refertur, & quantũ eſt ex parte ſua ad plura indiuidua, ſi eſſent poſſibilia: ſicut ẽt patris relatio refertur ad vnũ filiũ, & ad plures, ſi eſſent, eadẽ relatione referretur. Sicut. n. eſt ſpecies ex eſſe, qđ habet in intellectu: ita ex eſſe illo refertur ad plura indiuidua, ſi eſſent, & actu dicitur hẽre terminum, ſiquidem habet vnum indiuiduum; & cõſidera intellectus naturam, quæ ex modo eſſendi, quem ibi hẽt, plura indiuidua reſpicit, ſi illa eſſẽt.

Ad 8. Ad octauum reſpondet Magiſter Cumel vbi ſupra, quod non ideo dicitur cõparatio actio intellectus, qua producuntur huiuſmodi relationes, quia tunc comparet intellectus naturã ad inferiora, quæ poſitiue reſpicit, ſed quia producitur relatio, quæ eſt quædam habitudo & comparatio ad inferiora. Sed ſupra iam viſum fuit, quod comparatio eſt neceſſaria, ſaltem vt conditio ad hoc, quod vniuerſale ſit, & ita hæc relatio ſpeciei reſultat per notitiam comparatiuam, quia intellectus apprehendit naturam Gabrielis, & refert illam ad ſuum indiuiduum, & videt, quod, ſi eſſent alia plura indiuidua, ita referretur, & tribuit illi intentionem ſpeciei.

Ad confirmationem reſpõdetur, quod communitas per non repugnantiam, ſeu eſſe cognitum, vt communem per non repugnantiam, quantum eſt ex parte modi eſſendi, quem habet in intellectu, eſt fundamentum, vt tribuamus illi relationem ſpeciei, & hanc habet natura.

Ad aliã confirmationem reſpondetur, quod Petro repugnat, quia eſt eſſentialiter ſingularis, nec habet compoſitionem, ex genere & differentia, & cognoſcitur in propria ratione, angelus verò cognoſcitur ad modum rerum materialiũ, & eſt compoſitus ex genere & differentia. Et quãuis ſeipſo ſit indiuiduum, ſed non eſt de intrinſeca rõne ſpeciei angelicæ ſeu naturæ angelicæ ſingularitas, ſicut de eſſentia Petri verũ eſt, quod eſt intrinſeca, ideſt, nõ ſumpta ex alio extrinſeco, vt in formis, quæ informat corpus. Aliam ſolutionem habes ſuperius ad tertium.

Ad nonum patet ex quarta concluſione. Eſt enim illa forma intrinſecè indiuidua, ideſt, ſeipſa, & ita, ſi ſecundum ſe cognoſceretur, non eſſet vniuerſalis, quia tamen illam nos cognoſcimus ad modum rerum materialium, habet rationem ſpeciei, vt ſæpiſſimè dictum eſt. Et ad confirmationem etiam patet ex dictis. Aliquid enim præbet ex ſe, vt accedẽte noſtra cognitione fiat ſpecies ipſa natura, ſcilicet, habere fundamẽtum vt ſic compoſita ex genere, & differẽtia habere eſſentiam diſtinctam ab eſſe; & per hoc patet ad decimum. Nam ipſa natura eſt ſpecies, licet ad hoc requiratur cognitam eſſe ad modum rerum materialium. Ad 9. Arg. Ad 10. arg.

D E

DE INDIVIDVO.

QVAESTIO LVII.

Vtrum definitiones indiuidui ſint rectè aſſignatæ.

Quatuor aſferuntur à Porphyr. de indiuiduo.

De indiuiduo hæc dicit Porphyrius: Indiuiduũ eſt illud, quod de vno ſolũ prędicatur. Aliter ẽt definit: Indiuiduum eſt illud, cuius collectio proprietatum, quæ ſunt in vno, nunquam erunt in alio, & hæc dicunt, eſſe ſeptem, forma, figura, locus, tẽpus, nomẽ, ſanguis, patria. Dicit vlterius, quod tripliciter ſignificatur, & nomine ſingulari, vt Socrates, & cũ pronomine addito nomini cõi, vt hoc album, & cum circumlocutione, vt Sophroniſci filius. Dicit vltimò, quod indiuiduũ ſub ſpecie cõtinetur, ſicut ſpecies ſub genere. Hæc ergo quæſtio illud inquirit, an rectæ ſint definitiones ſingularis, & indiuiduui Et vr̃, quod non. Nam indiuiduum ſiue accipiatur primè intentionaliter, ſiue ſecũdè intentionaliter, eſt aliquid ſingulare, ergo non poteſt definiri. Probatur cõſequentia: nam ſingularia nõ habẽt aliam definitionem, quam ſpeciei & ſui vniuerſalis, ergo propria definitione nequeunt definiri. Et probatur antecedens, quia omnis definitio debet cõſtare ex genere & differentia, vel ex aliquo ſe habente ad modũ generis, & differentiæ, & hæc ex neceſſitate debẽt eſſe cõia: ſed nihil commune poteſt importari Petro & Paulo, vt ſic, præter communitatẽ ſpeciei, vel generis, ergo vt indiuidua non ſunt definibilia. Et confirm. hoc argumentum: Omnis definitio debet eſſe communis, & indiuiduum non eſt commune, ergo non poteſt definiri. Antecedẽs probatur rõne ſupra facta, quia debet conſtare ex aliquo, quod ſit genus, vel ſe habeat ad modum illius, & ex aliquo conceptu communi, & alio magis particulari. Minor patet, & cõſequentia probatur, quia ſi definiretur, cum definitio ſit communis & definitum particulare, ad plura ſe extenderet definitio, quam definitum, quod eſt impoſſibile.

1. Argum. Quod definitiones in diuidui nõ ſint legitimæ.

Confir:

2. Argum. Secundò arguitur iam, quod ſi indiuiduum eſſet definiendum, deberet definiri in ordine ad ſecundam intentionẽ: ſed illud Porphyrius definit ſecundum naturam realem: ergo malè illud definit. Ma. patet, ſed minor probatur, nã habere collectionem proprietatum, quam aliud nõ habet, totum eſt quid reale: ergo &c.

Confirmat. Confirmatur hoc argumẽtum: nam indiuiduum eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quolibet alio, ſed hoc totum eſt aliquid reale, quod habet eſſe ſecluſa operatione intellectus: ergo non pertinet conſideratio indiuidui ad logicam.

3. Argum. Tertiò, quod hic definitur, ſiue definitio accipiatur primè intẽtionaliter, ſiue ſecundè intẽtionaliter, debet eſſe quid cõmune, ſed ſi eſt quid commune, non põt eſſe indiuiduum, quia indiuiduum eſt, qđ eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio, commune verò non eſt diſtinctum à quolibet alio, ſed eſt in multis, ergo indiuiduum definiri nequit.

4. Argum. Quartò indiuiduum ſecundè intentionaliter eſt ſpecies ad omnia indiuidua, hæc enim eſt prædicatio ſpeciei de indiuiduo; hoc indiuiduum eſt indiuiduum, & hoc, &c. ergo quod hic definitur, ſpecies eſt, & non indiuiduum. Si dicas, definiri id, quod eſſentialiter eſt indiuiduum & denominatiuè ſpecies. Contra, nam eſſentialiter indiuiduum eſt, quod prædicatur de vno tantum: ſed indiuiduum in communi non prædicatur de vno tantũ, ergo non definitur, quod eſſentialiter eſt indiuiduum. Probatur minor: nam prædicatur indiuiduum in communi de pluribus, cum ſit commune & ſpecies.

Solutio.

Impugnat.

5. Argum. Quintò nam ſi definitur ſecunda intẽtio, quæ communis eſt omnibus indiuiduis, debet habere aliquod ſubiectum cõmune, cui conueniat. ſed nõn habet ſubiectum commune: ergo nequit aliqua ſecũda intentio communis omnibus indiuiduis definiri. Maior prob. nam hic definitur ſecunda intentio in concreto & ita debet expoſcere ſubiectum, ſed minor ꝓbatur: nam ſubiectum commune ſecundę intentionis indiuidui debet eſſe indiuiduum, ſed non poteſt eſſe indiuiduum, & commune, ergo ſecunda intentio non habet ſubiectum, & ita non definitur. Maior patet, quia ſubiectum ſecundæ intentionis

nis indiuidui debet denominari indiuiduum: impoſſibile enim eſt, quod ſit forma in proprio ſubiecto, & non tribuat illi ſuum effectum formalem.

6. Argum. Sextò. Indiuiduum vagum, vt aliquis homo eſt indiuiduum, & tamen prædicatur de pluribus: ergo definitio nulla eſt. Idem eſt dicendum de indiuiduo ex ſuppoſitione, vt Sophroniſci filius, ſi Sophroniſcus non habeat multos filios.

7. Argum. Septimò: A prima ſubſtãtia, vt dicitur in prædicamento ſubſtãtiæ, nulla eſt prędicatio, ergo indiuiduum ſubſtantiæ non poteſt de aliquo prædicari: malè ergo dicitur, quod indiuiduum de vno prædicatur tantum. Et confirmatur: Nã dicit Ariſtoteles, quod prima ſubſtantia nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto; ergò indiuiduum ſubſtantiæ non prædicatur de ſubiecto: ergo malè dicitur, quod indiuiduum eſt prædicabile de vno tantum. *Confirm.*

8. Argum. Octauo: Nam ſi datur indiuiduum accidẽtis, ſequitur, quod indiuiduum analogicè dicatur de indiuiduo ſubſtantiæ, & accidentis, quia indiuiduum accidẽtis indiuiduatur per indiuiduum ſubſtantię: ergo prius conuenit ratio indiuidui indiuiduo ſubſtantiæ, quàm accidentis, ſed hoc eſt falſum, quia aliàs etiam indiuiduũ ſecundæ intentionaliter ſumptum, diceretur analogicè, quod eſt falſum, cum indiuiduum ſit ſpecies ad omnia indiuidua.

1 Funda. Indiuiduũ dupliciter apud D. Thom. In hac quæſtione multa definiemus, quę peculiarem expoſcerent quæſtionem, ſi maioris eſſent põderis. Antequam ad cõcluſionem accedamus, notandum erit, indiuiduum dupliciter accipi. Vide Diuũ Thom. 2. Metaphy. lect. 4. Accipitur indiuiduum pro ſingulari, hoc eſt pro indiuiduo in ſe, & diuiſo à quolibet alio, & hoc aliquando eſt ſubſtantia, aliquando eſt accidens. Accipitur rurſus indiuiduum, vt dicit formaliter ſecundam intentionem, & de indiuiduo his duobus modis accepto eſt agendum in præſentiarum. Præterea eſt notandum, indiuiduum duplicem importare reſpectum, ſi ſecũdè intentionaliter accipiatur. Importat enim reſpectum ſubiicibilis ad ſpeciem, & prædicabilis reſpectu ſui ipſius, & de vtriuſque reſpectibus eſt agendum. *Indiuiduũ ſe undè intentionaliter duos reſpectus includit.*

Diſſoluitur quæſtio.

1. Concluſ. Quo nomẽ indiuiduiſit æquiuocum Indiuiduum importat duas relationes ſpecie inter ſe differentes, & ita reſpectu vtriuſque eſt nomen æquiuocum hoc nomen indiuiduum. Probatur iſta cõcluſ. nam indiuiduum ſecundum Porphyrium eſt, quod de vno tantum prædicatur, qa indiuiduũ ſua ratione dicit relationem prædicabilis de vno tantum. Præterea ſecundum eundẽ Porphyriũ indiuiduũ continetur ſub ſpecie, vt patet c. de ſpecie, ergo dicit relationẽ ſubiicibilis. Et præterea probo hoc ipſum: nã ſpecies vt prædicabilis eſt, refertur ad indiuiduũ, cũ definiatur in ordine ad ipſum, nã ſpecies eſt &c. de plurib. differẽtib. numero: ergo & indiuiduum refertur ad ſpeciẽ. Nã ſi pater refertur ad filiũ, filius refertur ad patrem, quia terminus relatiui eſt ſuum correlatiuũ. Quod verò ſpecie differant, patet: quia termini ſunt formaliter differentes, ergo & ſpecie differũt relationes. Nã ſpecificat differẽtia in relationib. ex terminis ſpecie diuerſis ſumitur. Quod nomen indiuiduũ ſẽ ſecundẽ intẽtionaliter acceptũ ſit æquiuocũ, patet, qa ſignificat illas duas relatiões ſpecie diuerſas. Quia vt hoc nomine ſignificãtur, in nullo conueniunt, & ita nomen eſt cõe, & rõ nominis diuerſa, vnde ſunt æquiuoca. Et cõfirmatur, nam ſpecies ad ſpeciem ſubiicibilem, & prædicabilem eſt æquiuocum: ergo indiuiduum ad indiuiduum ſubiicibile & prædicabile. Antecedens ſupra fuit probatũ, & conſequentia probatur, quia eadẽ eſt vtriuſq; rõ. Ex hoc ſequitur aliã habere definitionẽ indiuiduũ, vt ſubiicibile, quam vt prædicabile, & quod ſi definiatur, vt ſubiicibile, ita erit definiendũ: Indiuiduũ eſt, qđ ſubijcitur ſpeciei ſubiectione materiali, i. vt quia in quo ſpeciei rõ naturaliter determinatur. Quod ſi dicas, indiuiduũ dici ab indiuiſione, non ergo ſignificat id, q ſubiicibile eſt, reſpõdetur quod indiuiduum, quantũ ad rationẽ realem dicitur indiuiduum. Ceterum, ſi ſecundè intentionaliter accipiatur, dicitur etiam, quod ſubiicibile ſit ſpeciei. *Aliter deſiniendum indiuiduũ vt ſubiicibile, aliter, vt prædicabile. Obiectio. Solutio.*

Curioſa difficultas. Quod ſi inquiras, quænam harum intẽtionum aliã præſupponat. Profectò nõ facile dixerim, qa nullus videtur eſſe ordo

do inter illas. Verum vt intentio, qua indiuiduum ſubiicitur ſpeciei eſſe prior: poſtmodum verò ſequitur vt ſit prædicabile de vno tantū: nec eſt eadem ratio de indiuiduo & ſpecie, quantum ad ordinē intentionum. Quia cum indiuiduum materiali ſubiectione ſubiiciatur, prius hęc intentio eſt intelligēda, quinimo ex eo, quod naturaliter determinat ſpeciē, efficitur, vt ſit de vno tantum prædicabile.

Solutio.

Error quorundam.

Sequitur vltimò in hac quæſtione, falſum eſſe illum dicendi modum quorūdã, qui dicūt, indiuiduum denominari ſubiicibilem ſpeciei ab ipſa ſecunda intentione ſpeciei, nã contentum denominatur à forma continēte. Hoc, inquam, falſum eſſe, q̃a diſtincta eſt vtriuſq; relatio, vt ſuprà de ſpecie dictū ẽ. Nec relatio ſpeciei eſt forma cõſtituēs, ſed referēs ad aliud.

2. Concluſ. Definitio indiuidui competat eſſentialiter, primę vel ſecundę intentionis.

Secunda conclu. Hæc definitio indiuidui conuenit ſecundæ intentioni in concreto, & non habet hæc ſecunda intētio vnū materiale, quod denominet, ſed omnia indiuidua per modum vnius eius ſūt materiale. Indiuiduum tamen nō ſupponit pro ſecunda intentione, ſed pro habēte illam ſecundam intentionem: & cõuenit hæc definitio eſſentialiter ſecūdæ intētioni, in concreto, & de illa prædicatã. Hanc concluſionē intelliges eiſdē rõnibus quib. probauimus ſupra, definitionē generis conuenire ſecundæ generis intētioni, & prædicari de illa, & illud qđ dr̃ nō habere indiuiduū vnū ſubſtratum: ſed omnia indiuidua importari vt vnum materiale cõpletum, ſ. Petrum & Paulum, & Ioannem. Et hanc albedinem & nigredinem, &c. intelliges per ea quæ ibidem diximus de generis ſubſtrato in primo libro, quæſt. 2. & 3 Modò reſtat in hac concluſione explicare, quō accipiatur prædicari, & accipitur, vt ibidē diximus pro eo, quòd eſt referri relatione p̃dicabilis de vno tãtum. Itaq; ſenſus eſt, indiuiduū eſt quod de vno tãtū prædicatur, i. quòd refertur ad ſuum correlatiuum relatione prædicabilis de vno tantū. Et hoc probatur: indiuiduo conuenit, & indiuiduū in cõi etiam refertur ad ſuū correlatiuū relatione prædicabilis de vno tantū: Nã ſi indiuiduum in cõi prædicatur de pluribus, illud eſt in quantum ſpecies & accidentaliter, eſſentialiter verò habet referri relatione prædicabilis de vno tantū. Et ſi ſecunda intentio indiuidui conſideretur in abſtracto, eſt id quo aliquid refertur relatione prædicabilis de vno tm̃. Si verò conſideretur vt ſubiicibile, eodē modo eſt explicanda definitio: eſt. n. qđ ſubiicitur ſpeciei, i. refertur relatione ſubiicibilis ad ſpeciem: actu verò affirmari de vno tm̃ eſt accidens indiuidui. Et ſi inquiras, an p̃dicabilitas de vno ſit paſſio indiuidui, ſicut prædicabilitas de plurib. eſt paſſio vniuerſalis. Reſpondetur, quòd vt, quod ſic. Eſſentia. n. indiuidui eſt referri ad ſe ipſum, vt id quod eſt idē ſibi, ex quo ſequitur, vt paſſio prædicabilitas de vno tãtū. Et per hanc prædicabilitatē explicamus eius eſſentiã. Et qui voluerit oppoſitum dicere, nihil abſurdi dicet. Hæc quæ ſic dicūtur nō amplius probo: quia manēt p̃bata ex diſputatis ĩ c. de genere.

Quō intelligēdū, quod indiuiduū de vno ſolo prędicatur.

Difficult.

1. Solutio.

2. Solutio.

3. Concluſ.

Tertia cõcluſio: Vtraq; definitio indiuidui ſiue cõſideretur vt ſubiicibile, ſiue vt p̃dicabile, rectè aſſignata eſt. Hæc concluſio ſatis p̃batur: nã p illas definitiones, ſ. indiuiduū eſt quod de vno tantum prædicatur, & indiuiduū eſt, quod ſubiicitur ſpeciei, rectè natura & eſſentia indiuidui explicatur, & nihil hẽt ſupfluū, nec diminutū: ergo ſunt optimę definitiones. Et magis patebūt ſoluēdo argumēta, quę contra illas ſunt. Ex hac cõcluſione ſequitur, erraſſe Auerr. qui dixit, Porph nō rectè definiſſe indiuiduū, quia hæc definitio nō conuenit indiuiduo ſubſtãrię. Cõuenit ſanè cum de vno tantum prædicet, vt ſupra videbimus. Errauerunt etiã qui dixerunt, optimã eſſe hanc definitionē, ſed non competere, niſi indiuiduo accidentis, conuenit vtriſq;, cum vtrumque prædicetur de vno tantū. Quinimo Porphyrius expreſsè hanc definitionem ẽt dedit indiuiduo ſubſtãtiæ, quod ſi illi nō competeret, mala eſſet: conſtituitur. n. p̃dicamentum in genere ſubſtantiæ, vbi genera, & ſpecies, & indiuidua collocauit. Quib. ſi ſua nō cõuenit definitio quid abſurdius facere potuit? Ex hoc ſequitur, ridiculã eſſe illã definitionē, quã aliqui indiuiduo tribuūt dicētes, ĩdiuiduū eſſe, q̃ repræſentatur ſingulari notitia, & hãc notitiã dicūt eſſe ſecūdã intētionem indiuidui. Iã. n. ſupra viſū fuit, quomodo ſecunda intētio non ſit conceptus intellectus, nec

Error Auerrois reprahendentis Porphyr.

Error aliorum.

Exploditur quædam definitio indiuidui ab alijs aſſiſtẽ.

nec

Digitized by Google

nec aliquid reale. Dicunt ſimiliter alio, modo indiuiduum eſſe, quod eſt imprędicabile de plurib. Et hæc imprædicabilitas aliquid poſitiuum debet oſtendere, q̃ ſit indiuidui eſſentia. Et hoc nihil aliud eſt, quã prædicabilitas de vno tantũ, vel quod per hanc paſſionem oſtendimus. Et ita definiuit Ariſtoteles primo peri hermenias, cap. 5. ſingulare eſt, quod non eſt prædicabile de multis. Quod enim ꝑ negationẽ declarauit Ariſtoteles, explicuit per affirmationem Porphyrius. Et ſi inquiras, quidnam eſt fundamentum huius ſecũdæ intentionis indiuidui. Reſpondetur, quod ſi conſideremus indiuiduum, vt ſubiicibile, eſt actus intellectus ſeu eſſe cognitum vt quid, quod determinat ſpeciei naturam, per materialia principia: & ex hoc quod ſic conſideratur, tribuit illi intentionem ſubiicibilis. Quia verò intellectus conſiderat naturam Petri, vt in ſe ipſo, tantum tribuit illi intentionẽ Prędicabilis de vno tantum.

Difficult. *Solutio.*

4. Concluſ. Quarta concluſio, probabile eſt, quod illa definitio, indiuiduũ, cuius collectio proprietatũ, q̃ ſunt in illo, i alio eſſe nõ poſſunt, quod detur pro ſecunda intẽtione. Nam proprietates reales, quæ ſunt aliqualiter fundamentum ſecundæ intentionis, ponuntur ad explicandam naturã ſecundæ intentionis, quæ fundatur remotè ſuper illas. Ex eo n. quod iſtæ proprietates non ſunt in alio, fundant remotè naturam ſecundę intẽtionis, vel dicatur, q̃d hæc definitio explicat quod reale eſt in indiuiduo in ordine ad ſecũdam intẽtionem, quæ poſtea eſt fundanda in hoc indiuiduo, quia habet has proprietates nulli alteri conuenientes. Ex hoc infertur, q̃d hæc definitio non conuenit accidentis indiuiduo, ſi comprehendãtur nomine proprietatum illæ ſeptem ſupra commemoratę, licet verum ſit, quod indiuiduum accidentis aliquid habeat ſibi proprium, quod quidem aliis indiuiduis non conueniat, vt eſſe in hoc ſubiecto: hoc nomine deſignare, &c. Diſputare vero, an aliqua ratio realis indiuidui detur cõmunis omnibus indiuiduis, & quomodo difficultatem habeat, dicemus ſtatim.

Primus modus explicãdi cõcluſionem. *2. Modus.* *Corollariũ. obſeruãdũ.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſp. quod licet illud, q̃d eſt indiuiduum definiri non poſſit, puta, Petrus, aut Paulus, nihilominus tamen indiuiduum ſecundè intẽtionaliter benè põt definiri, quia dicit formaliter ſecundam intentionem indiuidui omnibus communem. Et illa importatur, com munis oĩbus indiuiduis: & ita omnia ſingularia, vt ſtant ſub illa definiuntur. An vero etiam aliquid reale importet indiuiduum omnib. indiuiduis, dicemus infra. Ad confirmationem reſpondetur, q̃d formale definitum commune eſt nimirũ ratio conſtitutiua indiuidui ſecundè intentionaliter, & materiale adæquatum ſunt omnia indiuidua particularia, & ita definitio non excedit definitum.

Quo indiuiduũ indeſinibile definiatur ab Ariſt. *Ad confir.*

Ad 2. arg. Ad ſecũdũ arg. patet ex ſecunda cõcl.

Ad confir. reſp. quod materiale, & ſubſtratũ ſecundæ intentionis indiuiduo aliquando ſit aliquid reale, vt quando eſt indiuiduum ſubſtantiæ, vel accidentis, aliquando vero ſit aliquid rationis, vt hæc ſecũda intentio: formale vero ſemper ſit aliquid rationis. Et logicus de realitate indiuidui tractat in ordine ad ſecundam intentionem.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſp. quod definitum eſſentialiter eſt indiuiduum denominatiuè, & accidentaliter eſt ſpecies & cõmune: & ita id, quod eſt indiuiduum, non refertur niſi ad vnum tantum, de quo prædicatur. Non autem inconuenit, vt, quod eſſentialiter eſt indiuiduũ denominatiuè, ſit ſpecies, ſicut quod eſſentialiter eſt genus denominatiuè eſt ſpecies. Eſſe verò eſſentialiter indiuiduum, eſt, quod de ſua ratione habet referri vnum tantum: eſſe vero denominatiuè ſpeciem, eſt, quod hæc rõ in communi conſiderata, quia conuenit multis, induat ſpeciei rationem.

Ad 4. arg. Ad quartum reſp quod ſolutio ibi data eſt optima. Ad replicam reſp. quod indiuiduum in cõi prædicetur de vno tantum, id eſt referatur relatione prædicabilis de vno tantum ad ſuum correlatiuũ. Si autẽ prædicatur de multis, eſt accidẽtaliter, hoc eſt, quatenus eſt ſpecies. Hãc autẽ denominationẽ ſuſcipit id q̃d eſſentialiter eſt indiuiduũ, ſicut quod eſſentialiter eſt homo ſuſcipit accidẽtaliter ſpeciei

Ad repli.

Quo ſit poſſibile, & impoſſibile idē eſſe indiuiduum, & ſpeciem. eiei intētionem. Si autem idem eſſet ſpecies eſſentialiter & indiuiduum eſſentialiter, erat impoſſibile, nec in cōmuni eſt neceſſe, vt affirmetur de vno tantum, ſed quod referatur, relatione pdicabilis de vno tantum ad ſuum correlatiuum, & illud habet in communi: ſicut genus in cōmuni prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, i. refertur relatione prædicabilis ad multa differentia ſpecie. Si autē accipiatur indiuiduum, vt ſubiicibile, iā patet, quid dicendum ſit.
Aliorum opin. Alii reſpondēt eſſe aliquas differentias, quarum verificatio non debet fieri reſpectu definiti immediati, & proximi, ſed mediati & remoti, vt contingit in omnibus, quæ inuoluūt aliquod exercitium, quod nō niſi inferioribus conuenire poteſt. Vnde cum prędicati de vno dicat quoddam exercitiū, ſatis erit, quod quantum ad verificationem conueniat particularibus indiuiduis. Sicut cū dicimus, propoſitio eſt quæ ſignificat verum vel falſum, nō pōt exercitiū huius conuenire niſi propoſitioni in particulari: verū prima ſolutio, eſt ſolutio: nam hæc eſt fuga. Non .n. eſſentia nec propoſitionis nec indiuidui eſt exercere prędicationem, vel ſignificationem veri, vel falſi, ſed ſunt accidētia ipſius: quamobrē ante hoc exercitium, & in communi dēt habere eſſentiam, & indiuiduo referri relatione prædicabilis talis ad ſuum correlatiuum propoſitionis referri relatione ſigni veri, vel falſi ad ſuum ſignificatum, & hoc in communi habet, ſicut in communi ſeruat ſuam eſſentiam.

5. Argum. Ad quintum reſpōdetur, quod ſubſtratum illius & ſubiectum, ſunt omnia indiuidua per modum vnius materialis, vt de ſubſtrato generis dictum eſt.

6. Argum. Ad ſextum dicemus infra, vtrum ſit indiuiduum ſimpliciter, & contentū in hac definitione: indiuiduum verò ex ſuppoſitione non eſt indiuiduum, niſi ſecundum quid, ex parte illius, pro quo ſupponit, quia ex ſuppoſitione nō accipitur niſi ꝓ vno, nec niſi de vno prædicatur, quia non habet Sophroniſcus, niſi vnicum filium. Ex forma tamen ſignificationis eſt communis, & poteſt ſupponere pro multis, ſi ſunt multi Sophroniſci filii.

Ad 7. & 8. Ad ſeptimum & octauum argumentum infra dicam.

DE DIFFERENTIA tertio Prædicabili.

QVAESTIO LVIII.

Vtrum illa diuiſio in communem, propriam, & propriiſſimam ſit accipienda primè intentionaliter, vbi ſimul duæ diuiſiones ponuntur, & explicantur cum ſuis definitionibus.

ET quantum ad id, quod quæritur in quæſtio. attinet, varię ſunt opiniones. *1. Opinio.*
Quidam cenſent, prædictam diuiſionem nullo pacto accipi poſſe ſecun- *1. Argum.*
dè intentionaliter. Et probant ſuam ſententiam ex Porphyrio, capite de differentia: nam cum explicat huiuſmodi diuiſionem, ſemper illam explicat per differentias pertinentes ad primam intentionem, vt conſtat ex exemplis adductis ab ipſo: ergo nullo modo datur de intentionibus. Et confirmatur hæc ratio: Nam *Confir:* hæc diuiſio eò tendit, vt colligamus veram differentiam conſtituentem hoc prędicabile: ergo vſque dum de illa fiat ſermo, non tractat Porphyrius de intentionibus.

Secundò. In illa diuiſione non diuiditur differentia, vt induit ſecundam differentiæ intentionem: ergo hæc diuiſio non eſt accipienda ſecundè intentionaliter. Conſequentia eſt nota, & probatur antecedens: quia duo membra huius diuiſionis propria ſcilicet, differentia & propriiſſima, non poſſunt induere denominationem iſtius prædicabilis, cum illorum neutrum ſit propriiſſima differentia, quæ eſt huius prædicabilis conſtitutiua, & quæ ſola induit intentionem illius. *2. Argum.*

Tertium argu. Nam ſequitur, quod ſi hic diuidatur intentio differentiæ in propriam, & propriiſſimam, quod vniuerſale non ſit genus immediatum ad quinque vniuerſalia: conſequens eſt falſum: ergo &c. Maior probatur: quia inter intentionem *3. Argum:*

tionem vniuerſalis,& differētiæ propriiſſimæ mediat intentio differentiæ, quæ diuiditur per propriam,cōmunem,& propriiſſimam:ergo &c.

4. Argum. Quartò:nam illud quod plerique affirmant,hanc diuiſionem poſſe accipi ſecūdè intentionaliter,& primè intentionaliter,non poteſt vlla ratione ſtare:nā aliàs illa diuiſio non eſſet vna, ſed multiplex, cum haberet duplex diuiſum, ſ. primā & ſecundā intētionem,quarum quælibet ꝑ ſe ſeorſum diuideretur adæquatè, illa in membra realia,iſta in membra intentionalia:ſed hoc eſt inconueniens:ergo &c. Patet minor: quia illa diuiſio tunc eſſet æquiuoca, quod pugnat cū natura bonæ diuiſionis,quæ ordinatur ad remouendā æquiuocationem:natura ergo realis differentiæ eſt,quæ diuiditur,& non ſecunda intentio. Et argumenta quæ infra ſunt circa diuiſionē acceptā ſecundè intētionaliter. poterūt adduci ꝓ hac ſententia.

2. Opinio. Secunda opinio in alio conſtituta extremo aſſerit,prædictā diuiſionē ſolū ſecundè intētionaliter eſſe accipiēdā, nec aliter cōuenienti modo explicari poſſe. Hanc quidam dicuut eſſe cōem Thomiſtarum cum Caietano & Soto, cap. de differen. Et probatur hæc ſnīa,primo. Nam

1. Argum. membra illius diuiſionis non opus eſt vt re ipſa diſtinguantur nā eadē differentia reſpectu diuerſorum poteſt eſſe cōis,propria,& propriiſſima,vt diſgregatiuum viſus reſpectu hominis eſt differentia communis,reſpectu niuis eſt propria, reſpectu albi,vt ſic,eſt propriiſſima: ergò ex parte rei primè intentionaliter ſumptæ eadem res ſuſcipit omnes illas denominationes,& ita nō poteſt illa diuiſio primè intentionaliter ſumi:quin membra ſic accepta non differunt, ſed differunt ſolum ſecundè intentionaliter:ergo ſic eſt accipienda.

2. Argum. Secundò: Nam hæc diuiſio dēt accipi eo modo,quo traditur ab eius autore:ſed autor eius Porphyrius accipit eam ſecūdò intentionaliter: ſic ergo à nobis eſt accipiēda. Probatur illa minor,quia Porphyrius tractat de ſecundis intentionib. ergo diuidit ſecundam intentionē, cum hic procedat vt logicus,cuius munus eſt ſecundas intentiones explicare: quod ſi aliquando agit de primis intentionibus id totū eſt referēdū ad ſecūdas:ergo &c.

3. Argum. Tertiò, Vnum membrum diuidens huius diuiſionis eſt aliqua ſecunda intentio ergo omnia membra ſunt ſecundæ intētionis. Probatur conſequentia,quia aliàs non haberent vnicum commune diuiſū, quod repugnat bonæ diuiſioni. Probatur antecedens:nam differre differentia propriiſſima dicit aliquam ſecundam intentionem:ergo &c. Probatur antecedens: quia idem eſt differre differētia propriiſſima,& differre differentia ſpecifica. Rō autem ſpeciei non eſt niſi a ſecunda intētione,& illa differentia ſpecifica non poteſt ſine intentionibus eſſe:ergo &c.

4. Argum. Quartum argumentum. Differētia opponitur identitati:ſed identitas plurium tantum eſt per intellectum,nec enim plures homines aliter fiūt vnum,& idem, niſi per intellectum, & mentis conceptionem,& ſecundam intentionem:ergo neque differētia plurium erit, niſi per operationem intellectus,& ſecundam intentionem. Patet conſequentia,quia oppoſita per oppoſitas rationes debent conſtitui, ſed identitas plurium & differentia eorundem opponuntur. ergo ſi eorū idētitas conſtituitur per intellectum, & eorum diuerſitas & differentia.

Praeambula ad quæſtionem.

SED antequam,quid ego ſentiam, diſcam,omnes diuiſiones,& definitiones differentiæ explicabo. Summoperè enim conducit ad veram ſcientiam habendam, notitiam exactam differentiarum tenere,vt cognita propriiſſima differentia rerum eſſentiā & proprietates quaſuis cognoſcamus. In his.n cognoſcendis etiam ſapientiſſimi falluntur ſæpe. Et cum logica ſit ſciendi ars;& modus docendi verā differētiæ naturam multum nos adiuuat ad ſciendum. Porphy. verò quinque tradit differentiæ diuiſiones. Fuit enim eximius in tradendis diuiſionibus, vt patet ex tota eius doctrina, & capite primo de communitatibus.

1. Diuiſio differentiæ. Prima diuiſio eſt,in differentiā cōem, propriā,& propriiſſimā. Differētia cōis eſt accidens ſeparabile, per quod vnū ab alio,vel à ſe aliqualiter differt,vt Petrus ſedens à nō ſedente differt per ſeſſionē.

Et

Et vocatur differentia cõis, quia vtriq; extremorum differentium, põt competere. Differentia propria eſt accidens inſeparabile, vt cæſio oculorum, quæ nunquã à ſubiecto ſeparabitur, dum ipſum fuerit. Drĩa propriiſſima eſt, qua vnum ab alio eſſentialiter differt, vt rationale, per quod homo differt ab equo. Et hæc vocatur diffetẽtia propriiſſima, quia per illã differunt res in eo, qđ ſibi eſt ꝓpriiſſimũ, nimirũ in eſsẽtia.

2. Diuiſ.

Secunda diuiſio differentiæ vel expoſitio præcedentis drĩæ: alia, quæ facit diuerſum accidentaliter: alia, quæ facit diuersũ eſſentialiter, & in eſſentia quæ facit aliud. Oĩs.n. differentia diuerſum facit, verum ꝓpria, communis accidentaliter diuerſum, propriiſſima diuerſum in eſſentia. Duæ.n. differentiæ, propria, & communis, non trãſcendunt limites diuerſitatis accidentalis, differẽtia propriiſſima maximè, quia facit aliud in eſſentia. Et ideo in hac ſecunda diuiſione non ponuntur niſi duo membra. In prima tria harum differẽtiarum duæ ſunt proprietates, altera quod differentiæ propriiſſimæ dicuntur differẽtiæ ſpecificæ, & conſtitutiuæ eſſentiæ. Sed differentiæ per accidens dicuntur ſolum differentiæ, non quia ſint ſimpliciter differentiæ: ſed quia caremus alio nomine, quo illas nominemꝰ. Secunda proprietas eſt differentiarũ propriiſſimarũ, quia ſunt quib. genera diuidũtur, & ſpecies conſtituuntur. Et circa has duas diuiſiones oportet conſiderare circa ſecundã, quod illud relatiuũ aliud, vt colligitur ex D.Th. 1. diſt. 24. qu. 1. art. 1. ſignificat duo, ſi ſumatur ſubſtantiuè, diuerſitatẽ in eſſentia formalẽ, & diuerſitatẽ in eſſentia materialẽ. Equus.n. eſt aliud ab homine, & hoc certiſſimũ eſt, & ſimiliter Ioannes eſt aliud a Paulo: & hanc ſecundã acceptionẽ innuit D.Th. in hoc loco, vbi ſic dicit: Non.n. omne quod eſt aliud à Socrate, eſt aliud ab homine, quia videlicet Petrus eſt aliud à Socrate, & non eſt aliud ab homine. Nã hoc exemplum videtur ibi innuere. Vnde aliud dicitur de eo, qui hẽt diſtinctam eſſentiã num. & neutro modo põt ſumi in diuinis reſpectu perſonarum Trinitatis Filius non eſt aliud a Patre, neq; primo neq; ſecundo modo, quia neq; hẽt diuersã eſſentiã, neq; num. neq; ſpecie, ſed eſt eiuſdem eſſentiæ num. cum Patre: eſt tñ aliud ſuppoſitum, accipiendo aliud adiectiuè, & coincidit iſta: Filius eſt alius à Patre, quia alius dicit quãcumq; diuerſitatem, etiam ſuppoſiti: & dicere eſt alius, eſt dicere eſt alia perſona, & alter ſimiliter dicit quãcũque diuerſitatem. Cum autem Porphyr. & expoſitores eius dicunt propriiſſimam differentiam facere aliud, i. diuerſum in eſſentia, loquuntur de diuerſitate eſſentiæ formaliter, nõ numerica. Cũ vero Ariſt. dixit 2. Phyſ. cã eſt ad quod aliud ſequitur, vero que modo accipitur: nã aliquando cã producit aliam eſſentiã formaliter, vt patet in cauſis æquiuocis: aliquando aliã eſſentiam numero vt patet in cauſis vniuocis cum Petrus generat Paulum. Nota etiam circa iſtã diuiſionem ex D.Th. 5. Metaphyſicæ, lect. 12. explicante differẽtiæ rõnem, quod ibidem ab eodem Doctore ſancto ponuntur iſta duo mẽbra primæ diuiſionis cõis, & ꝓpriiſſimæ, ibi etiam explicat quare dicantur drĩæ. Dicit.n. hæc verba: Aliquid propriè dicitur differens ſecundum quod aliqua duo, quæ ſunt in aliquo vno cõuenientia, ſunt diuerſa, ſiue conueniant in aliquo vno ſecũdũ numerum, ſicut Socrates ſedẽs differt à Socrate uon ſedente: ſiue conueniant in aliquo vno ſpecie, ſicut Socrates, & Plato in homine: ſiue in aliquo vno genere: ſicut hõ, & aſinus in aĩali, ſiue in aliquo vno ſm̃ proportionẽ: ſicut quantitas, & qualitas in ente. Ex quo patet, quod differens oẽ eſt diuerſum, ſed non econtra. Nã illa, quæ in nullo conueniunt, non poſſunt dici propria differẽtia, quia nõ diffetũt aliquo alio, ſed ſeipſis: differens aũt, dicitur qund aliquo alio differt. Dicitur alio mõ differens prout idẽ eſt, qund diuerſum. Et ſic diffetentiæ dicuntur illæ, quæ hẽnt diuerſum genus, & in nullo conueniunt, &c. Vbi vides mirabilẽ doctrinã. Ad hoc. n. vt aliqua ſint differentiæ propriè, & non adiectiuè, dẽnt in aliquo cõuenire, & aliquo alio differri: quã verò ſunt vnius ſpeciei, nõ poſſunt differre, niſi accidẽtalib. differẽtiis Et hinc eſt, qđ ſi Petrus, & Panlus differant, dẽt eſſe vel ꝑ accidens cõe vtrique, & ſic differũt differẽtia cõi. Voco accidẽs cõe, quod põt vtriq; ſecundũ ſpeciem conuenire, vel accidẽti inſepatabili, & ſic differunt differentia propria. Quinimo idẽ Petrus a ſe ipſo differt pet ſeſſionẽ, vel ꝑ ſtationẽ: quia ſedens Petrus, & ſtãs Petrus cõuenit in ſubiecto, ſcilicet in eſſe Petrum,

Cõueniẽtia & diſcrimẽ inter differentias.

Quare differentia per accidens dicãtur tales.

Aliud dupliciter accipitur.

Not. ex D.Th.

& differt à ſeipſo per accidẽtia diuerſa. Et Petrus albus, & equus niger etiã differunt dr̃ia cõi in rõne aĩalium: quia etiamſi ſint animal, ſed vnũ eſt albũ, & aliud nigrũ, & ita aſcẽdendo per genera, & prædicata ſuperiora. Quæ verò ſunt idẽ genere, & ſpẽ differunt propriiſſimis dr̃is. Differunt, videlicet per dr̃iam ſpecificã propriiſſimã. *Qũo differãtque ſunt idẽ genere.* Et rõ eſt, quia differũt ſecundũ eſſentiam, & ſicut eſsẽtia eſt propriiſſima, ita hæc differẽtia eſt propriiſſima. Et quia non eſt intelligibilis alius differendi modus, niſi accidentaliter vel eſſentialiter, & accidens vel debet eſſe proprium, vel cõe. hinc fit, quod illa diuiſio differentiæ ſit optima.

Nota ẽt qũo diuerſum vocetur differẽs, & hoc impropriè, & abuſiuè: nã ad diuerſitatem non requiritur conueniẽtia: & hæc maximè requiritur ad differentiam.

3. Diuiſio. Tertia diuiſio: Differentia in communi alia ſeparabilis, alia inſeparabilis, & propria, & propriiſſima ſunt inſeparabiles licet diuerſimodè. Cõmunis verò eſt ſeparabilis: nã ꝓpriiſſima nec re, nec rõne, põt ab eo, cuius eſt dr̃ia, ſeparari. Propria vero cõſideratione ſeparari põt ab eo, cuius eſt dr̃ia. Cõis verò re, & ratione ſeparari põt ab eo, cuius eſt dr̃ia. Hoc magis clarè videbitur in capite de accidenti.

4. Diuiſio. Quarta diuiſio dr̃æ ẽ tertii mẽbri ſupra poſiti, non. n. diuiditur dr̃ia in tota ſua latitudine, dr̃ia inſeparabilis, alia eſt per ſe, id eſt, de eſſentia rei, & alia ineſt per accidens, i. non eſt de eſſenria rei. Et hæc ſecunda ſuſcipit magis aut minus, vt ſimitas naſi, aquilitas, oculorum cæſio, vnus. n. magis cæſius eſt altero, & magis ſimus, & magis aquilus. Qũo verò accidentia intendãtur, & remittantur, & an etiam eorum dr̃iæ intenſionem ſuſcipiant, non eſt huius loci, ſed lib. 1. de generatione tractatur.

5. Diuiſio. Quinta diuiſio dr̃æ eſt differentiarum per ſe. Differentia per ſe alia eſt, per quam genus diuidimus, alia eſt, per quã ſpeciem conſtituimus. Vbi nota, qũo & generis diuiſio, & conſtitutio ſpecierum ſint per noſtros cõceptus, vel compoſitio ſpeciei ex genere, & dr̃ia, & diuiſio ipſius per ſuã differentiam fit noſtris conceptibus, & ita dixit diuidimus, & conſtituimus. Et nota, ꝙ hæc diuiſio poteſt eſſe etiã reſpectu eiuſdem differentiæ, & reſpectu diuerſarũ. Volo dicere, ꝙ eadem differentia poteſt eſſe generis diuiſiua, ſc. rationale, & conſtitutiua ſpeciei, ſc. hominis. Nam illa differẽtia, vt modò explicabimus, habet duos actus, quorum vnus eſt diuidere, alius conſtituere. Et in hac diuiſione accipitur diuiſio eiuſdem differentiæ per rationes formales diuerſas ipſius, vel poteſt accipi diuiſio reſpectu diuerſarũ differentiarũ, vt alia ſit generis diuiſiua, v.g. viuens diuiditur ꝑ ſenſibile, & inſenſibile, & cõſtituitur ꝑ animatũ in ratione viuentis. Vnde alia differentia eſt animatũ, alia ſenſibile. Et pro huius diſtinctionis intelligentia aduerte, ꝙ ſupra *Nota.* diximus de cõpoſitione metaphyſica, ꝙ ſe habet proportionaliter ad cõpoſitionẽ ex materia, & forma, quod & Porphyr. c. 5. dicit. Vnde ſicut forma dicitur phyſicè cõſtituere ſpeciem, quia dat illi ſuam formalẽ actualitatem, ita & differentia metaphyſice cõſtituit ſpeciem cõferens illi actualitatem quandã metaphyſicam. Et ſicut forma phyſica non ſolum conſtituit ſpeciẽ, ſed cõſequenter illam diſtinguit ab aliis, & prius ſecundũ rationem illam conſtituit, quã illam diſtinguat, quia diſtinctio eſt rerum in earũ eſſentiis iam cõſtitutis: ita in propoſito eadẽ differentia primè intentionaliter conſtituit ſpeciẽ, & ſtatim ab omnibus aliis ſecernit, & prius ſecundũ rationem intelligitur conſtituere, quã diſtinguere: quia neq; diſtinguere, niſi conſtituendo. Vnde hoc præſupponitur noſtro modo intelligendi. Et ſi quæras, an ſit idem in differentia diuidere genus, & cõſtituere ſpeciem: *Quæſtiũ.* Quidam dicunt eſſe idẽ, quia diuiſio generis nõ eſt diuiſio phyſica: *Reſponſio aliquorũ.* qua totũ aliquod diuiditur in partes ſuas actuales: ſed eſt totius potẽtialis diuiſio, qua diſtinguuntur ea, quæ in potentia generis continentur. Hæc autem diuiſio fit ꝑ ſpeciei cõſtitutionẽ. Vnde idẽ eſt ſpeciem conſtituere, & diuidere genus. Alii dicunt, quod ſunt duo noſtro modo in- *Alia reſponſio.* telligendi diſtincta: nã prius cõſtituit ſpeciem, & per hanc conſtitutionẽ determinat genus ad hãc ſpeciem, & ab aliis diſtinguit. Hæc de ſpecierum cõſtitutione ꝑ differentias nõ ſunt itelligenda de differentiis priuationis, quia illæ cum loco differentiarũ verarum ponantur, nõ conſtituunt ſpeciẽ, quia nõ dicunt gradũ perfectionis. Sed de hoc infra. Poſt differentiæ diuiſionẽ ponit Porphyrius quinque etiã definitiones differentiæ. Et hoc totum negotiũ ſuſcipit Porphy-

Digitized by Google

phyrius, vt declaret nobis naturam ſubſtrati ſecundæ intentionis huius prædicabilis, vt veram cognitionem de ipſa ſecunda intẽtione habere poſſimus, quia cum ſit res tam minimæ entitatis ſecunda intẽtio, per ſuum fundamentum cognoſcitur.

1. Defin. Prima definitio eſt: Differentia eſt, qua ſpecies genus excedit. Dicit.n. homo pluſquam animal Rationale: Nam illud genus nõ hẽt actu ſpecies maximè, verũ ſpecies hẽt dñiam à genere, quod illã in potentiã continebat. Vide hic Soto, & Caietanum.

2. Defin. Secũda definitio differẽtiæ eſt huiuſmodi: Differentia eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale. De hac dicemus infra.

3. Defin. Tertia definitio differentiæ eſt, quæ ſeparat ea, quæ ſunt ſub eodem genere, vt rõnale diſtinguit inter hominem, & bruta, quæ ſunt ſub animali. Vnde ſupra viſum fuit ex D.Tho. 5. metaphyſicæ, quõ ea, quæ differunt, debent conuenire in aliquo, & in aliquo diſtingui, ita, quæ propriiſſimè differunt, debent in genere conuenire, & differre differẽtiis propriiſſimis. Et ita propriiſſima differentia eſt ea, quæ ſeparat ea, quæ ſub eodem genere ſunt.

4. Defin. Ex hoc ſequitur quarta definitio differẽtiæ, vt ſit, qua differunt à ſe ſola: nam per rationale homo differt ab equo.

5. Defin. Quinta, & vlt. definitio differẽtiæ eſt, q ſit conſtitutiua eſſentiæ diuidendo ea, quę ſub genere ſunt. Iſtas verò deſcriptiones differentiæ nõ oportet multum ſolicitè diſtinguere: nam oẽs ad ſecundæ intentionis eſſentiam explicandam ordinantur. Quod ſi quæras, quæ ſit definitio differẽtiæ: in cõmuni eſt quidem id, quo differunt ea quæ in aliquo conueniunt. An verò hæc definitio ſit vniuerſalis, dicetur infra. Et hæc definitio oĩ differentiæ tã cõi, quam propriæ, quã propriiſſimæ cõuenit. Dñia verò cõis eſt, quæ cum ſit accidens cõe, facit aliquã conuenientiam in aliquo, & differre accidentaliter: & differentia propria eſt, quæ cum ſit accidẽs proprium facit differre taliter ea quæ conueniunt in aliquo. His ſuppoſitis ad quæſtionem propoſitam reſp.

Deciditur quæſtio.

1. Concl. Cõtra 2 opinionẽ Prima concl. Prædicta diuiſio differentiæ põt accipi primè intẽtionaliter: & ex hoc nihil abſurdi ſequitur. Hãc cõcluſionẽ probant argumenta facta pro 1. opi. Et prob. nam bene põt ſubſtratum differentię diuidi in ſubſtratum dñiæ cõis, propriæ, & propriiſſimæ. Sed hęc erit primè intentionaliter diuiſio: quia ſubſtratum per ſe pertinet ad primam intẽtionem. Et loquimur modo de realib. ſubſtratis differentiarum: ergo. Patet maior, nam faciens realiter differre, aliud eſt faciens differre cõiter, & tãquam cõe accidens, aliud faciens differre vt accidens proprium, aliud vt propriiſſima differentia realis, & cõſtitutiua ſpeciei: ergo. Sed min. prob. quia ibi nõ fit diuiſio alicuius ſecundæ intẽtionis, ſed ſubſtrati illarũ. Quinimo ſi accipiamus dñiam in ſua tota latitudine, vt ſe extendit etiam ad differentias rõnis, poteſt fieri diuiſio primè intentionaliter, i. pro ſubſtratis fundantib. ſecundam intentionem, ſed tunc differentia pro ſubſtrato non dicit vnã rõnẽ cõem vno conceptu ad differẽtiã realẽ, & ad differentiam rõnis, quia enti reali, & rõnis, vt 4. lib. fuit viſum, non datur vnus conceptus cõis: ſed tunc ſubſtratum differentiæ dicit ſuos conceptus proportione quadam ſe habentes, & differentia accepta pro ſubſtrato analogicè dicitur duobus conceptibus.

Et vt melius percipias, vide quæ ſupra diximus de diuiſione intẽtionis per primã, & ſecundam. Et præterea probatur concl. Nam ſine eo, quod nos tribuamus intentionem differentiæ ſubſtratis, illa, in quib. sũt, faciunt differre ſine illa intentione: ergo hæc diuiſio põt etiam eſſe ſubſtratorum ſecundæ intentionis ſine ſecunda intẽtione, quæ hic diuidatur. Prob anteced. Nam etiã ſine differentiæ intẽtione albedo facit differre hominem album, & nigrum: & cicatrix ſine ſecunda intentione dñiæ, ſimiliter & rõnale etiam ſine hac intentione, facit hominem ab equo differre, & idem eſt dicẽdum de intentionib. rationis: ergo põt hęc diuiſio eſſe eius, quod facit differre, ſine intentione aliqua in hæc membra. Nam ab illis põt abſtrahi rõ differentiæ pro ſubſtrato, cuius rõ ſit faciens differre, ſiue vnico, ſiue duob. conceptib. importet. Nam hoc parũ facit ad propoſitum, & conſtat ſane qđ ab accidenti cõi, & proprio, & ab vltima hominis differentia poteſt abſtrahi rõ differentiæ realis cõis ad illa; ergo poteſt diuidi in illa, & a differentiis rationis; nam etiã in illis ſunt ſuæ differentiæ. Poteſt ab

ſtrahi ratio cõis ab omni bus differẽtiis rõ
nis pro ſubſtratis,& ita poterit diuidi in il
la.Prob.Nam formæ quæ differentię deno-
minantur,etiamſi non ponatur ſecunda in
tentio differentię,circa illam faciũt differ
re,vt patet inductiuè in oib.vt in differen-
tiis realib.patet.Nam albedo etiã ſine dif
ferentiæ intentione facit differre,& ſimili
ter rõnale:ergo bene poterit ſine differen
tiæ intentione diuiſum diuidi in illa quæ
ſunt dña propria,& propriiſſima, & cõis,
vel vno conceptu vt in differentiis realib.
vel pluribus.Prætereà; Nam nõ põt poni ali
qua forma in aliquo,quæ cum alio conue-
niat in aliquo,quin ipſa faciat ipſum differ
re ab illo,ſi ille alius nõ hẽat il am, ẽtſi nõ
ponatur ſecunda intentio dñę. Et loquor
de facere differre realiter, & pro ſubſtra-
to,vt ſi ponatur albedo in Petro, q̃ nõ eſt
in Paulo,& cicatrix in Frãciſco,quæ nõ eſt
in Ioanne,& rationalitas in hoie,quæ non
eſt in equo: ergo ab iſtis formis poterit ab
ſtrahi rõ differentiæ,& diuidi in illas for-
mas,quæ faciunt ſic vel aliter differre. Et
vltima:Nam differentia metaphyſicè cõſi-
derata hẽt ſuas partes ſubiectiuas,& infe-
riores.ſ.hanc & illã dñam cõem propriã,
& propriiſſimã,ſed,vt metaphyſicè cõſide
ratur,nõ dicit ſecũdã intẽtionẽ dñæ: ergo
poterit illa metaphyſica rõ dña diuidi in
ſuas partes ſubiectiuas,& in ſua inferiora.

2.Concl. Secunda concl.Logicus ẽt conſiderat hu
iuſmodi diuiſionem differẽtiæ pro ſubſtra
to in ordine ad ſecundam intentionẽ.Hæc
cõcluſio ſatis prob.quia logicus agit de ſe
cundis intentionib.adiunctis primis:ergo
etiã conſiderat primas intentiones,vt ſun
damenta ſuarum intentionum,quas forma
liter conſiderat.Metaphyſicus.n.& logi-
cus circa idem verſantur diuerſimodè,me
taphyſicus cõſiderãdo entis rationem rea-
lem,& logicus fundando in ipſo ſuas intẽ
tiones,& ita cum tractat de ſubſtratis dif-
ferentialibus,habet hoc in ordine ad ſecũ
dam differentiæ intentionem.

3.Concl. Cõtra primam opinionem. Tertia concluſ. Hæc diuiſio differentiæ
fit etiam ſecundè intentionaliter ad hunc
ſenſum,quod intentio differẽtiæ diuiditur
in concreto in intentionem differẽtiæ cõ-
munis propriæ,& propriiſſimæ.Hanc pro
bant etiã argumenta primo loco adducta.
Et prob.prætereà:Nam intellectus tribuit
rationali intẽtionẽ dñæ propriiſſimæ, ex
eo quod cognoſcitur in cõi,vt quod eſt in
multis,vt qualitas ſubſtantialis faciens dif
ferre,& ſimiliter tribuit intentionem dif-
ferentiæ propriæ cicatrici,ex eo quod vi-
det illud eſſe rationem per quã differt Pe-
trus à Paulo Et idem eſt de differẽtia cõis
ergo ab iſtis intentionib. in concreto põt
abſtrahi ratio differentiæ in cõcreto,& di
uidi in illa. An verò differentia cõis, & p̃-
pria ſint prędicabilia in quale,vt ſunt diffe
rentia,dicemus infra.Prætereà: Nam ſi ſe-
cundè intentionaliter in ratione differen-
tiæ conueniant,quis dubitare poteſt ab il-
lis abſtrahi poſſe rationem cõem in illas di
uiſibilem.Prætereà:Nam hæc diuiſio diffe
rentiæ per ſe conſideratur à logico, vt pa-
tet in hoc c.ergo dicit formaliter ſecundã
intentionem,quæ diuiditur. Nam obiectũ
formale logicæ eſt ſecunda intentio in cõ-
creto. Hic fieri poterat argumẽtũ quoddã *Arg. difficile.*
difficile.Nam intẽtio differentiæ in cõi nõ
dicit,quod ſit vniuerſale,& intentio diffe-
rentiæ propriiſſimæ,maximè:ergo non eſt
cõmune ad differentiam communem,pro-
priam,& propriiſſimam.Et probatur ante-
cedens:nam intentio differentiæ cõis non
dicit quod ſit vniuerſale, cũ verè ſaluetur
ratio differentiæ cõis,& propriæ in acci-
denti quodam particulari,quo Petrus diſ-
fert à ſe ipſo:ergo. Sed de hoc arg. in ſequ.

Diſſoluuntur argumenta.

AD primum arg.in prin reſp.quod Por *Ad 1. argu.*
phyr.explicat ſecundas intentiones
per ſua fundamẽta Et ita diuidẽdo ſubſtra
tum diuidere docet ſecundam intẽtionem,
quę in illo fundatur:& per hoc patet ad cõ
firmationem.

Ad 2 reſpon.quod licet differentia pro *Ad 2. argu.*
pria,& propriiſſima non induãt intẽtionẽ
huius prædicabilis,induunt tamen intẽtio
nem differentiæ cõis,& propriæ.Et ita in-
tentio differentiæ poteſt diuidi in intẽtio
nẽ cõis,ppriæ,& propriiſſimæ differẽtiæ. *Intentio differẽtię quõ diuidi poteſt.*
Alii dicunt, quod hic diuidatur differen-
tia,vt prædicabilis abſtrahendo à differen
tia prædicabili in quale accidentali,vel eſ
ſentiali communiter vel inſeparabiliter.Il
la autem duo membra,licet non pertineãt
per ſe ad hoc prædicabile,pertinent tamẽ
ad illud,ſecundum quod iuuant ad cogno-
ſcendam naturam differentiæ ſimpliciter.

Ad

Ad 3. argu. Ad tertium aliqui reſpondent, quod nullum eſt inconueniens cõcedere, vniuerſale non eſſe genus immediatum: nam accidẽs *Solutio aliquorum refellitur.* inſeparabile 4. prædicabilis & 5. prædicabilis accidens conueniunt in vna rõne cõi accidẽtis inſeparabilis, quæ immediatior eſt illis, quã vniuerſale, vt ſic, & eſt genus. Sed hæc ſolutio ignorans eſt: nã accidens inſeparabile 4. prædicabilis profluit a rei eſſentia, & vt ſit fundat intentionem 4 prędicabilis. Aliud verò accidens inſeparabile 5. prædicabilis, quod non profluit à rei eſſentia, non poteſt fundare intentionẽ 4. *Quid ſit cõe 4. & 5. prędicabilis.* prædicabilis, ſed 5. Ad intentionem verò 4. & 5. prædicabilis non põt dari aliquid cõe, quod ſecunda intentio ſit vniuerſalis, niſi ipſum vniuerſale, vt ſic. Reſpondetur *Alia ſol. auctoris.* ergo, quod differentia vt communis eſt ad propriam, propriiſſimam, & communem, non ſit genus, quia nõ eſt vniuocũ, & quod eſt ita immediatum genus eſt vniuerſale.

Ad 4. argum. Ad 4 reſp. quod duplex eſt diuiſio, ſi fiat diuiſio differẽtiæ pro ſubſtrato, & pro formali. Verum diuiſio ſubſtrati, vt à logico conſideratur ordinatur ad 2. intẽtionẽ diuidẽdã, & cognoſcendã, tm̃ abeſt, vt obſit.

Ad arg 2. opinio. Ad argumenta ſecundę opin. reſp. ad 1. *Ad 1.* quod illa membra, vt Soto ẽt obiter innuit in hoc c. ſunt accipienda aliquando, nõ vt realiter diſtincta, ſed ſufficit, vt diſtinguantur formaliter. Et ita exemplũ adductum ſecundum aliam rationẽ eſt differentia cõis, & ſecundum aliam propria, & ſecundum aliam propriiſſima, etiam pro ſubſtrato accipiendo differentiam. Hoc autem non inficit diuiſionem: nam bonũ diuiditur in vtile, delectabile & honeſtum, & aliquando hæc membra ratione ſola diſtinguuntur.

Ad 2. argu. Ad 2. reſp. quod etiamſi Porphy. non diuiſerit differentiam pro ſubſtrato, bene poteſt à nobis diuidi, quanto magis quod vnquam inſinuat diuiſionem.

Ad 3. argum. Ad 3. reſp. differentiam propriiſſimam poſſe ſumi dupliciter pro ſubſtrato, & metaphyſicè, & etiam logicè, vt induit ſecundam intentionem. Et cum fit diuiſio pro ſubſtrato accipitur metaphyſicè: cum vero fit diuiſio per ſecundas intentiones, accipitur, vt habet illam intentionem.

Ad 4. argum. Ad 4 reſp. ſicut identitas formalis datur in intellectu cũ plura faciũt vnum per rõnem: ita in re datur identitas fundamentalis, qñ aliqua plura in re ſunt ſimilia in vno vel plurib. prædicatis eſſentialib. Differentia ergo, quæ opponitur illi identitati formali, quia plura fiunt, idem eſt cũ differentia formaliter ſumpta, qua intellectus denominat vnũ diuersũ ab alio. Differentia vero q̃ opponitur ſecundæ idẽtitati, quatenus plura fiunt vnũ per ſimilitudinẽ eſt differentia ex parte ipſius rei. Nã ſicut ea primè intentionaliter dicũtur eſſe idem, quæ non habent diuerſam eſſentiã, ita ea dicuntur primè intentionaliter differre, quando habent diſſimiles eſſentias, aut diſſimilia p̃dicata. Vnde ſolum conuincit argum. quod ſicut non põt dari identitas formalis plurium, niſi per ſecundam intẽtionem: ita neque differentia formaliter loquendo, prout prædictam denominationem dicit.

QVÆSTIO. LIX.

Vtrum differentia, quæ communis eſt propriæ, & propriiſſimæ, & communi, dicat rationem vniuerſalis in ſuo conceptu eſſentiali, & idem ſit de omnibus differentiis.

ANtequam diſputem, quę diuiſio ſit iſta differentiæ, in cõmunẽ, propriã & propriiſſimam, neceſſarium iudicaui inquirere, an differentia in ſuo conceptu & ratione dicat vniuerſalis rõnem, ita vt hoc ipſum eſſentialiter cõueniat cuilibet diuidenti mẽbro, qua rõne eſt differentia. Nã ſi hoc non conſtat prius, non bene poſſumus naturam diuiſionis ſupra dictæ inquirere. Et in hac q. non dubito, an id quod diuiditur, differẽ *Separantur certa ab incertis.* rentia. ſ. habeat annexam vt conditionem, vt diuidatur, vniuerſalis intẽtionẽ. Nã certiſſimum ẽſt nihil diuidi poſſe, niſi ſit vniuerſale, ſi propriè accipiatur diuiſio, & nõ ſit partitio quædã, ſeu ſeparatio. Nec enim dubitamus, an differẽtia communis, & propria accipiantur aliquando, vt abſtrahunt ab hac, vel illa differentia cõi, & propria, & ſic in communi cognoſcantur, & conſequẽter ſint vnuerſales, ſicut vniuerſalis eſt homo in cõmuni cognitus. Sed hoc dubitamus, an ſint de eſſentia differentiæ ꝓpriæ & differentiæ cõis, quod quidem ſatis hẽt difficultatis, & nunquam ab aliquo ex profeſſo diſputatum vidi. Et videtur quod ſit de eſſentia differentię in cõi, & cuiuslibet

membri diuidentis, eſſe vniuerſalem.

1. Argu. Primo. Nam de eſſentia vnius mẽbri diuidentis eſt, quod ſit vniuerſalis in quantũ differentia eſt, v.g. de eſſentia differẽtię ꝓpriiſſimæ: ergo de eſſentia differẽtię in cõi & conſequenter, de eſſentia reliquorũ mẽbrorum diuidentium Prob. conſequentia: Nam differentia propriiſſima in quantum differẽtia eſt, habet quod ſit vniuerſalis, & hoc eſt illi eſſentiale: ergo oĩ differentiæ in quantũ differentia eſt, conuenit eſſe vniuerſale. Prob. anteced. Nã non conuenit illi, in quantũ talis differentia eſt: nã in quãtum talis differentia eſt, ſolum habet, quod faciat differre eſſentialiter, & per hoc differentia propriiſſima dicitur: ergo &c.

2. Argu. Secundò: Nã ſi de eſſentia differentiæ in cõi non eſt, quod ſit vniuerſale tale, quod prædicatur faciens differre: ergo ſolũ ſua eſſentia eſt facere differre, & eſſentia differentiæ cõis facere differre cõiter, & propriæ facere differre taliter, & propriiſſimę facere differre eſſentialiter: ergo eſſe prædicabile, cùm ſit extra rationẽ huius, quod eſt facere differre, ſeu eſſe tale vniuerſale. Nam etiam eſt extra eſſentiam huius quod eſt facere differre eſſentialiter, erit accidẽs differentiæ propriiſſimæ: ſed hoc eſt falsũ: ergo Prob. mai. Nam benè ego poſſum intelligere huiuſmodi differentiam eſſentialem ſine vniuerſalitate. Petrus. n. eſſentialiter differt a Brunello per hãc rõnalitatẽ, & tamen hæc rõnalitas, per quam eſſentialiter differt à Brunello, non eſt vniuerſalis neque eſſe poteſt: ergo eſſe vniuerſale, eſt extra eſſentiam huius quod eſt differre eſſentialiter. Min. prob. quia cum differẽtia propriiſſima eſſentialiter conſtituat hoc prædicabile, eſſentialiter eſt vniuerſalis.

Tertiò: Differentia propriiſſima ſolum a differentia cõi & propria, per hoc quod propriiſſima, facit differre eſſentialiter, cõmunis, & propria non ita, ſed cõis cõiter, ſeu per accidens cõe, & propria per accidens proprium tali rei: ergo non differunt in ratione vniuerſalis, quia ſolum in prædictis differunt: ergo reliquæ differentiæ ẽt ſunt vniuerſales: quod ſi ſunt vniuerſales, profectò illis conuenit vniuerſales eſſe, in quantũ differentiæ ſunt. Nã cũ illud ꝑdicatũ illis trib. differentiis cõueniat ꝑ aliquid ſuperius, & cõe illis cõpetere dẽt, & hæc eſt ratio differentiæ in communi.

Præambula ad quæſtionem.

IN hac q. dicit prima ſent. has propoſitiones. Prima, ratio differentiæ in cõi eſt ens rationis. Et probat hanc propoſitionẽ. Nam hæc eſt vera prædicatio, differentia propriiſſima eſt differentia: ſed differentia propriiſſima eſt ens rõnis, quia eſt tertium prædicabile: ergo & differẽtia in cõi. Probà conſequentia: Nã ſi exiſtat in inferiori aliquid rationis, ſuperius ad ipſum eſſentialiter dẽt eſſe aliquid rationis, quia ens reale nõ poteſt eſſe de quidditate entis rõnis, quod eſt ſuum oppoſitum, ſicut nec ſubſtantia de quidditate, & eſſentia accidẽtis. 1. Opini. in 4. propoſitionibus.

Secũda prop. Differentia cõis ad cõem, propriam, & propriiſſimam, eſt relatiuũ rationis, & ſecũda intẽtio. Quod ſit relatiuũ rõnis prob. Eſt ens rationis, non negatio nec priuatio: ergo relatio. Quod vero ſit ſecunda intentio prob. nam eſt relatiuum rationis fundatum in eſſe cognito: ergo eſt ſecunda intentio. Conſequentia eſt clara, & patet ex dictis in tract. intentionum. Anteced. probabitur ſtatim. Et probo modo: nã ex eo quod apprehenſum eſt à me id, per quod aliquid ab alio differt, illi ſtatim ſecundam intentionem tribuo, vt patet inductiuè in omnibus differentiis, in rationali, & in cicatrice. 2. Prop.

Tertia propoſitio: Illorum rõ differentiæ in cõi eſt eſſe id, quo aliquid ab alio differt vel à ſe ipſo, abſtrahendo ab hoc ꝙ eſt differre cõmuniter propriè & propriiſſimè. Et vt hoc magis explicetur formaliter, & logicè, propria ratio differentiæ in concreto eſt eſſe relationem rationis, & ſecunda intentio, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, vt terminũ a quo facit differre, ſeu a quo differt id quod refertur. Hæc propoſitio probatur: quia non poſſumus huic relationi rationis, & quod eſt aliquid pertinens ad ſecundam intentionem aliam eſſentiam tribuere. 3. Prop.

Quarta propoſitio: Ratio formalis drĩæ communis, vt diſtinguitur a propria & propriiſſima, eſt facere, vt aliquid differat ab alio taliter, l. accidenti communi Et ſi hoc formaliter & magis logicè explicetur, eſt relatiuum rationis, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud à quo accidenti communi differret, vel ad ſeipſum. Et rõ differẽtiæ propriæ ẽ referri ad aliud, à quo differret accidenti 4. Prop.

denti

denti inſeparabili. Et ratio differentiæ pro priiſſimæ eſt eſſe relatiuũ rationis, cuius to tum ſuum eſſe eſt ad plura ſibi inferiora re ferri, in quibus eſſentialiter eſt, & tanquam actus illorũ faciens ea ꝓpriiſſimè, & eſſen taliter differre.

5. Propo. Vltima propoſitio: Licet ratio differentię proprijſſimę ſit prędicari de pluribus ĩ quale eſſentiale, ſed ratio differentiæ in cõmuni, & propriæ, & cõmunis non eſt prędicari de pluribus, ſed ſolũ eſt facere differre, vt iam explicatum eſt.

2. Opinio Secũda ſentẽtia aſſerit, propriiſſimã differentiam, propriam, & cõmunẽ eſſentialiter eſſe vniuerſalia, differentiã verò in cõmuni ſumptã nõ dicere vniuerſalitatem in ſua eſſentia. Et ratio huius opinionis eſt huiuſmodi: Nam differentia communis, & propria pertinent ad quintũ prędicabile, & ad quartum, vel ſaltem ad quintum, ſed quartũ, & qnintũ prædicabile eſſentialiter ſunt vniuerſalia: ergo &c.

Deciditur quæſtio.

Auctoris calculus. VErùm, vt quod ſentio iam explicẽ, ad- *Not.* uertendũ duxi differentiã poſſe ſumi, & metaphyſicè, & logicè. *1. Concl.* Si metaphyſicè ſumatẽ differentia non dicit in ſuo cõceptu vniuerſalitatem, ſed ſolum dicit id, quo aliquid ab alio differt, cum quo in aliquo cõuertit, vt cõſtat ex D. Th. & Ariſt. locis adductis, quæſtione præcedenti, & hæc eſt ratio differentiæ in cõi acceptæ, accipiendo verò differentiæ propriiſſimæ rationẽ eſt id, quod ea quæ in genere conueniũt eſſentialiter differunt. Nec metaphyſicus cõſiderat vniuerſalitatem, licet ille, vt cõditionẽ expoſcat, q͂a res ĩ vniuerſali pertractat. Ratio verò differentię propriæ in hac etiã conſideratione eſt id, quo aliqua cõuenientia differunt ſecundum accidens propriũ, & differentię cõmunis ratio eſt, quod ſit id quo ea etiam, quę conueniunt, accidẽti differunt cõi. Hoc præſuppoſitum ſatis conſtat: nã metaphyſicus entitates reales conſiderat, & differentiam vel conuenientiam, quatenus quid reale ſunt. Non verò habet conſiderare ſecundam intentionẽ vniuerſalis, vt ſic, licet forſitan eas conſideret qua ratione ſunt rationis entia per ordinem ad ſuum principale conſideratum.

2. Concl. Dico ſecundò. Si differentia logicè cõſideretur loquendo de differentia in cõmuni eſſentialiter eſſe vniuerſale, itaq; ratio differentiæ eſt eſſe [illegible] niuerſale quoddã, ꝙ de aliquibus prædicatẽ faciens ea differre. Et ratio different[illegible] iiſſimæ eſſe tale vniuerſale, ꝙ prędicatur de multis faciens ea eſſentialiter differre ab aliis, & differentia cõis eſt eſſe vniuerſale quoddam, quod de multis prędicatur faciens ea cõmuniter differre, & propria differentia eſt eſſe vniuerſale quoddã, quod de multis prædicatẽ faciens ea differre ꝑ accidens ꝓpriũ. Hoc ſecũdum dictum hac ratione mihi pſuadeo probabiliter, ꝙ differentia propriiſſima eſſentialiter eſt vniuerſalis; non quatenus ꝓpriiſſima eſt, quia ſic ſolũ habet quod faciat differre eſſentialiter, & quod eſsẽtialiter ꝑdicetur. Iã ergo quatenus differentia habebat quod faceret differre, & quod de multis prædicaretẽ, quod verò quatenus talis additur eſt quod [illegible]iter prędicetur, & taliter faciat differre: ergo reliquę differẽtiæ ſunt vniuerſales, & quatenus tales ſunt talia vniuerſalia facientia taliter differre, quando q̃dẽ differẽtia cõmunis eſt eſſentialiter vniuerſalis quod debet omni inferiori differentiæ cõpetere; nõ enim eſt intelligibile eo ſolũ differentiã eſſe vniuerſale, quia differentia propriiſſima eſt.

Sed cõtra; Nam hæc prædicatio, Petrus eſt albus, Ioannes [illegible] albus, ſunt prædicationes quinti prædicabilis, qua ratione ſunt prædicationes vniuerſalis: ergo non ſunt prædicationes differentiæ, qua ratione ſunt vniuerſales. *Obiectio.* Reſpondetur ꝙ in iſta prædica[illegible] poſſumus duo conſiderare, alterũ eſt [illegible]a prædicata ſint extra rationẽ ſubie[illegible] poſſ[illegible] abeſſe, & adeſſe pręter ſubie[illegible]orruptionẽ, & hac ratione pertinent ad 5. prædicabile. *Solutio.* Poteſt alterũ conſiderari, ꝙ ſcilicet, per illa prædicata ſubiecta de quibus aſſumuntur ab aliis differunt cõmuniter, vel propriè, & ſic pertinent ad differentiã communẽ, vel propriam; nec incõuenit idem variè conſideratum varias induere ĩtentiones. Et nota quod ſi ſumas hanc differentiam, vt hanc rationalitatem ſingularẽ eſt differentia metaphyſicè nõ logicè, q͂a differentia logicè debet eſſe aliquid vniuerſale, ſicut hęc albedo eſt accidens metaphyſicè nõ logicè. *Obſeruat.* Eadẽ ratione ex dictis ſequitur ſecũdam illam opinionem falſam eſſe, prima vero opinio nõ eſt vndequaque improbabilis, & qui voluerit, illam defendat, & ideo non ſoluo eius arg.

QVAESTIO LX.

Quæ diuiſio ſit illa differentiæ in communem, propriam, & proprijſſimam.

ō rou. Opin. IN hac q. eſt opinio quorundā aſſerentium magna cum aſſeueratione, prædictam diuiſionem, ſi accipiatur ſecūdè intentionaliter, eſſe generis in ſpecies, & probāt primò: Argu. nam vbi reperitur aliqua analogia, reperitur aliqua depēdentia vnius analogati ab alio, vel vtriuſque ab alio tertio: ſed hæc non reperitur inter illa membra, ſi ſumantur ſecundè intentionaliter: ergo ratio differentiæ non dr̄ analogicè de illis, & nec æquiuocè: ergo vniuocè tāquam genus de ſuis ſpeciebꝫ. conſequentia cum maiori eſt nota, & min. prob. quia prædictæ ſecundæ intentiones habent eſſe ꝑ operationem intellectus, ſed pōt itellectus pro libito facere vnam ſine alia, vt ſi denominet albedinem differentiam cōem non denominando aliquam aliā, nec ēt præbet intellectus denominationem propriæ, & propriiſſimæ, & cōis per ordinem ad aliquod tertium cū nulla alia ſit differentia præter iſtas: ergo bieāio. dicitur vniuocè, & genericè. Et ſi rurſus dicas, contra: nam fundamenta intētionis differentiæ analogantur, dicit. n. differentia primò intētionaliter ſumpta analogicè d[illegible] propria cōi, & propriiſſima: ergo ēt [illegible] da intentio, quæ fundatur ſuper illas [illegible] tur analogicè. reſpōdet hæc opinio, quod benè poſſunt primè intentionaliter analogari, vniuocari vero ſecundè intentionaliter; Nā animal, & color in rōne entis analogantur: vniuocātur vero in rōne generica. Nā genus ſm̄ eādē rōnem dicitur de illis. Et confir. hoc arg. Nā Porphy. in hoc c. differentiā ꝓpriā, cōem, & propriiſſimam vocat ſpecies differētiæ: ergo ſm̄ Porphy. differentia genus eſt ad illas. Sed confirmemus hanc ſententiam maiorib. rationibus.

Argu. Et ſit 2. arg. Nā intētio differentiæ cōis, propriæ, & propriiſſimæ differūnt ſpecie: ergo intentio dicitur de illis vniuocè, & genericè. Cōſequentia ſatis patet: quia ſpecies ſine genere vniuocè eſſe non poſſunt, & ad illas ſpecies differentiæ non videtur aliud genus aſſignari poſſe, niſi differentiæ in cōi. Sed probatur anteced. Nam differentia cōis, propria, & propriiſſima prædicantur de plurib. differentib. numero in quid: ergo ſunt ſpecies. Conſequentia patet ex ſpeciei definitione. Sed probatur anteced. Nam hæc differentia cōis eſt differentia, & hæc differentia communis eſt differentia, prædicatio eſt in quid de plurib. quæ numero differunt: & idem dicēdum de differentia propria, & propriiſſima: ergo &c.

Tertium arg. Relatio rationis eſt genus, 3. Argu. & aliquid vniuocum ad oēs relationes rōnis: ergo & differentia ad oēs differentias eſt genus. Antec. ſatis patet ex dictis ſuperius ex conſtitutione prædicamenti rōnis: ſed conſequentia probatur. Nam quando aliquid cōius eſt genus ad aliqua, illud, qđ continetur ſub illo cōi, & eſt cōe ad eadē debet etiam eſſe genus, & vniuocū. Sicut ſi corpus eſt vniuocum ad hominē, & leonem, & genus: & animal ſimiliter debet eſſe vniuocum ad hominem, & leonem, & genus illorum: ergo ſi relatio rationis eſt genus ad omnes relationes differentiæ, & differentia erit genus ad eaſdem, quia eſt ſuperior reſpectu illarum, & de differentia in cōi eſſentialiter prædicatur relatio. Cō Confir. firmatur, & explicatur hoc arg. Nam intentiones differentiæ eſſentialiter ſunt relationes rōnis: ergo relatio rationis eſt genus ad illas, & intentio differentiæ in cōi eſt inferior quidditatiuè ad relationes rō[nis] & ſuperior ad illas eſſentialiter: ergo [inte]ntio differentiæ eſt genus reſpectu in[tent]ionum differentiæ, quia illud, quod eſt medium inter genus, & ſpecies eſſentialiter dēt eſſe genus reſpectu ſpecierū, & ita in conſtitutione ꝑdicamentali intentio differentię dēt ſumi, vt genus reſpectu intentionū differētiæ cōis, ꝓprię, & ꝓpriiſſimę.

Secunda opinio cenſet, differētiā in cōmuni æquiuocam eſſe ad differentiam cōmunem, propriam, & propriiſſimam, ſumēdo illas ſecundè intentionaliter. Et ꝓbatur 2. Sent. hoc argumento. Et ſit quartum. Nā rō differentię propriiſſimę eſt prędicari de pluribus in quale eſſentiale: ratio differentię cōmunis, & propriæ nō eſt prædicari, ſed facere differre cōiter vel propriè: & rō differentiæ in cōi eſt ſolum facere differre: ſed hæc ratio non poteſt eſſe cōmunis ad prædicari, & facere differre: ergo nec rō Argu. 4. diffe-

drīæ in cōi pōt eſſe,niſi æquiuoca. Quod ſi dicas,de ratione drīæ in cōi eſſe prædicari de pluribus faciendo differre,& ita iã illa ratio eſt cōis omni drīæ, contra: nam hæc prædicatio v.g.Petrus eſt albus,Ioannes eſt albus,eſt prædicatio quinti prædicab.& non drīæ cōis:ergo de ratione drīæ ī cōi nō eſt prædicari de pluribus,ſiquidē non conuenit omni differentiæ.

5. Argu. Et probatur magis hoc.Et ſit quintū argu.Nam ſequitur,quod nunquā poſſit ſaluari ratio differentiæ cōmunis,& propria, niſi cōueniat pluribus:vel i ordine ad plura,hoc autē videtur falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur.Probat ſequela,quia eſſentialiter,& vniuerſale non ſaluatur, niſi in pluribus,vel ꝑ ordinē ad plura, cū ſit vnū ī multis,& de multis.Sed mi.probatur:Nã per albedinem etſi eſſe nō poſſet in multis verè Petrus albus, differret cōiter a Paulo non albo.Quinimo per hanc albedinē, quæ nequit eſſe cōmunis,verè Petrus differret à Paulo nō albo, & intellectus tribuit illi albedini ītētionē differentiæ cōis: ergo de ratione differentiæ in communi nō eſt prædicari de multis,ſed ſolū facere differre.Et cum differentia propriiſſima eſſentialiter ſit prædicabilis,& cōmunis,aliquando ſit eſſentialiter particularis,ratio differentiæ æquiuocè dicitur de illis.

Confirm. Et confirm. hoc arg. Nã Petrus ſedens differt à ſeipſo ſtante per ſeſſionē hanc,& hæc nequit eſſe communis reſpectu Petri: ergo verè ſaluatur ratio differentiæ cōis cū repugnãtia ad vniuerſalitatē: ergo vniuerſalitas nō eſt de ratione differentiæ cōmunis,aliàs nō repugnaret alicui inferiori membro. Et ita videtur dici æquiuoce de communi propria,& propriiſſima,cum hæc eſſentialiter ſit vniuerſalis.

3. Opinio Medinæ in quatuor propoſitionibus. Tertia opinio eſt ſapiētiſſimi magiſtri Medinæ, qui ita ſolebat voce tenus hanc explicare diuiſionem.Dicebat enim,quod ſi diuiſum,& membra diuidētia ſumerent materialiter ꝑ rebus denominatis à ſecūda intētione differentiæ,tunc nō erit diuiſio,ſed potius partitio,ac ſi partiremur ſic

1. Propo. differentias,res quæ eſt differentia,interdū eſt res,quæ eſt differentia cōis, vt albedo, interdū eſt res,quæ eſt differentia propria, vt naſi curuitas:interdū eſt res,quæ eſt differentia propriiſſima,vt rationale. Vult dicere hæc opinio,quod cū dicimus,differentia alia communis,alia propria,&c.idē eſt ac ſi diceremus,differentiarū aliæ ſunt cōmunes,aliæ propriæ,aliæ ꝑpriiſſimæ,ſicut ſi partiremur aceruum lapidum,& diceremus,lapidum alii magni,alii parui.Exiſtimat enim hæc opinio ad materiale differētiarum nihil commune dari poſſe,cū materiale interdum ſit ens reale, interdū rationis,interdū ſubſtãtia,interdum accidens. Et ita materialiter dr̄ia ſūpta partiri pōt, diuidi in inferiora non pōteſt.quia nō datur cōe. Dicit ſecundò,ꝙ ſi differentia ſu- *2. Propo.* matur formaliter,hoc eſt pro ſecunda intentione in concreto,& diuidentia ſumantur materialiter pro ſubſtratis drīalibus, eſt diuiſio accidētis in ſubiecta. Sicut ſi diceremus:generis intentio in concreto aliqñ eſt in animali, aliqñ in colore,&c.ita in propoſito,dr̄ia alia cōis,i.intentio differentiæ aliqñ denominat colorē drīam, aliqñ cicatricem,aliqñ rationale. Dicit *3. Propo.* tertiò,ꝙ ſi diuiſum ſumatur materialiter in determinato ſubiecto,& mēbra diuidētia formaliter, eſt diuiſio ſubiecti per accidentia.Sicut ſi diceremus, habēs albedinē eſt aliud nix,aliud lac,&c.Ita hic,vt diſgregare viſum, interdum denoīatur intētione drīæ cōis reſpectu Petri,& Ioãnis, interdum à ſcdã intētione drīæ propriæ reſpectu niuis,& cygni; interdū ab intentione drīæ ꝑpriiſſimæ reſpectu albedinis ipſius. Dicit quartò,ꝙ ſi diuiſum formali- *4. Propo.* ter ſumatur,& mēbra diuidētia ſimiliter, eſt probabilis opinio Caie.& Sot.ꝙ dicitur analogicè,licet ſit probabilis illa quæ aſſerit eſſe vniuocā.Quod ſit analoga probatur: quia differenria cōis ſimpliciter & per prius eſt differentia cōis, & propria per poſterius,& ſecundū quid.Et præterea,quia differentia propriiſſima eſt ſpecies vniuerſalis:ergo non pōt eſſe ſpecies differentiæ,& loquimur de illa in quantū differentia eſt propriiſſima.Probatur conſequentia: quia vna res ſecundum eãdem rationem non poteſt eſſe ſub pluribus generibus non ſubalternatim poſitis: ergo eſt diuiſio analoga.

Ad 1. Soluuntur hæc argumenta, dicendo ad primum, ꝙ licet drīa propriiſſima perfectiori modo ſit drīa ſimpliciter:tamē differentia cōis, & propria ſunt differentiæ,& non differunt,niſi ſecundum perfectum magis, & minus intra idem genus, ſicut

ſicut differunt hō,& equus in rōne aīalis.

Ad 2. Ad ſecundum reſpōdetur; quod eadem ſpecies ſub diuerſis generibus cōſtitui poteſt diuerſis rationibus; & ita differētia ꝓpriiſſima,quatenus eſt vniuerſalis,cōtinetur ſub genere vniuerſalis,quatenus verò facit differre,ſub genere differentię.Vnde hęc argumenta ſolū ſunt probabilia,& nō tollunt probabilitatē alterius partis.Et ratio probans eſſe vniuocā diuiſionē eſt ſolutio primi argumenti. Ita cenſebat ſapiētiſſimus magiſter meus optimè meritus de literarū ſtudiis; & hanc opinionē ſequuti ſunt multi.Si verò faciamus ſermonem de differentia primè intentionaliter ferè oēs conueniunt eſſe analogi in ſua analogata.

Deciſio quæſtionis.

1.Concl. SIt in hac parte prima concl. Subſtratis omniū differentiarum non datur vnus conceptus cōis,qui vnus conceptus differentia in cōi dicatur,quia ab omnibus differentiis impoſſibile eſt vnum abſtrahere cōceptū.Hæc concluſ.ex dictis lib.1.ſatis probata manet:ſed mō probatur breuiter. Enti reali,& rōnis non poteſt dari vnicus cōceptus: ſed multæ differētiæ ſunt entia realia,& multa entia rōnis(& loquor pro rebus denominatis differentiæ:)ergo illis vnus non pōt dari conceptus . Minor illa probat̃. Quia entia rōnis ſuas habēt differētias,cū verè vnū ens rōnis ſpecie ab alio differat,vt genereitas à ſpecieitatē:et etiā habent ſua accidentia cōia,& ita cōſequēter ſuas differentias cōes. Ex quo ſequitur differentiā pro ſubſtrato nō poſſe eſſe vniuocā,nec genus ad oēs differentias,ſed neceſſitate debet eſſe analogum , & duobus conceptibus,ſicut ens analogū eſt duobus conceptibus ad ens reale , & rationis . Et de his multa diximus in ſuperioribus Loquendo verò de differentia,prout communis eſt ad differentias omnes reales.

2.Concl. Sit 2.concl.Differentia realis nō poteſt eſſe vniuoca ad differentiam cōem , propriam,& propriiſſimā.Hæc concluſio certa eſt:nam aliqua differentia eſt accidens , aliqua ſubſtātia,vt patet in rōnali,ſed ſubſtantiæ,& accidenti nihil reale commune vniuocum dari poteſt : ergo nec differentiæ communi, propriæ, & propriiſſimæ .

Præterea, differētia vt abſtrahit à differentia reali ſubſtātiali,& à differētia reali accidētali,includit ens:ſed ens nō eſt vniuocū ad differentiā accidentalē,& ſubſtantialē:ergo nec differētia,q̄ includit ens qđ nō eſt vniuocū ad illas differētias, poterit ad eas eſſe vniuocū quid:nā ſēper ex neceſſitate dēt deſcendere ad inferiora,cum illa inæqualitate q̄ hēt ens.Et de hoc magis dicemus in argumētorū ſolutionibus.

3.Concl. Tertia concl. Differentia realis cōis ad communē,propriam,& propriiſſimam,eſt analogum ad illas,& non vniuocum Quæ concl.etiam habet verū,ſi omnes differentiæ eſſent accidens , dummodo vna eſſet cōis, alia propria, alia propriiſſima,quod verificari poterit in differentiis cōibus,ꝓpriis,& propriiſſimis accidentiū.Hanc cō cl.tenent cōmuniter omnes logici, Albertus, Ammo. Caiet. Sot. Iouan. & Colon. in hoc c.de differen. Qui poſteaq̄ probauit, eſſe cōe omni differentiæ facere diuerſū, addit,ſed cōmunis,& propria faciunt per accidens,ideſt,ſecundū quid. Vbi inſinuat̃ facere differre ſecundū quid competere differentiæ propriæ,& cōi,ſimpliciter vero propriiſſimæ.Præterea probat̃ rō differentiæ pro materiali accipiendo differentiā,pro hoc ſcilicet,quod eſt facere differentiā aliq̄,ſimpliciter conuenit differentiæ propriiſſimæ, differentiæ vero cōi, & propriæ ſecundū quid : ergo dicit̃ de illis analogicè. Conſequentia eſt nota ex proprietatibus analogorū.Quod vero ſecūdū quid conueniat cōi,& propriæ,& ſimpliciter propriiſſimæ,probatur. Nā illa ſolū eſt ſimpliciter differentia,quæ eſt ſecundū eſſentiā,quæ vero eſt ſecundum accidens, non eſt ſimpliciter differētia,quia idē à ſe ipſo nō ꝓpriè differt,& ſimpliciter,& tū differt cōis differentia, & propria,ſimiliter,vt ſi habeat cicatricem,q̄ prius non habebat,& ſedeat mō qui prius ſtabat:ergo ītentū.Et confirm.hæc ratio:Nā ſola differentia ſpecifica dat eſſe ſimpliciter, ſiquidē dat eſſentiā; reliquæ vero non dāt eſſe ſimpliciter:ergo ſola differentia propriiſſima facit differens ſimpliciter.Nā differētia ad eſſe ſequit̃,& eſſe ſimpliciter nō voco eſſe ſubſtātiale,ſed eſſe eſſentiale,et qđcunque eſſe ad eſſentiale ſequitur cōparatū ad illud,habet rōnem eſſe ſecūdū quid. Et cū D.Th q.23.præcedēti in loco ex metaphyſica ibi adducto dicit, ea quæ differunt ſecundum accidens cōe,propriè differre,loquitur de differre,prout diſtingui *Explicatur locus D.Tho.*

tur a

Digitized by Google

tur a diuerſo. Non vero vult dicere, quod ſit æqualitas vniuoca in differentia cõi,& propriiſſima:nã diuerſa impropriè dicunt differẽtia,quia in nullo cõueniũt vniuoco.

Quare ens dicatur analogicè de ſubſtãtia & accidente.

Probatur præterea concluſio;Nam propter dependentiã accidentis à ſubſtantia, ens dicit analogicè de illis,at ſimilis depẽdẽtia inuenitur inter differentiã propriã, & cõem ex vna parte,& differentia eſſentialẽ ex alia:ergo rõ differentię erit analoga illis. Minor probatur. Nã ſicut accidẽs dicitur ens per ordinẽ ad ſubſtantiã:ita accidens cõe, & inſeparabile dicuntur facere differre per comparationẽ ad differẽtiã propriiſſimam.Nam ſicut differentia propriiſſima ideo eſt differentia,quia dat eſſe ſpecificũ diſtinctũ ab omni alio eſſe,& determinat genus, in quo cũ aliis ſpeciebus cõuenit ad hoc eſſe ſpẽi,ex quo ſeparat,& diſtinguit propriiſſimè ab aliis: ita differẽtia cõis, & propria differentia dicuntur, quia diſtinguunt ad modũ,quo differentia propriiſſima diſtinguit. Nã ea quæ in aliquo cõueniunt in aliqua rõne, ſeparantur ab aliis.Vnde quo magis differẽtia acceſſerit ad modũ diſtinguendi,& faciẽdi differre propriiſſimè;magis accedit ad rõnẽ differentiæ,quia magis participabit rõnẽ differẽtiæ.Nec ſolũ eſt diuerſitas inter ſuprà dictas differentias penes magis, & minus intra idẽ genus,vel ſpẽm,ſed penes acceſſum ad participandũ rõnem differentię,ſecundũ quid,vel ſimpliciter.Nec illa diuerſitas in differentiis prouenit ex rõne differentiarũ ipſarum,ſed ex ipſamet rõne differentiæ, quæ participatur ſimpliciter à propriiſſima, ab aliis aũt ſecundum quid.

Diſcrimẽ inter analoga, & vniuoca.

Pręterea:Nã inter analoga, & vniuoca hæc eſt differentia,quod in vniuocis rõ importata per nomen nõ ſolũ inuenitur ſimpliciter in inferioribus, ſed oia inferiora præciſis differẽtiis æqualiter perfectè ſunt in rõne illa vniuoca,æqualiterque illã participant,vt patet in aiali reſpectu ſuarum ſpecierũ,quod tñ è contra accidit in analogis. At præciſis propriis differentiis rõ differentiæ primè intentionaliter ſumpta non æqualiter perfectè participatur à differentia propriiſſima,& cõi: ergo non eſt illis vniuoca. Minor prob.quia eandẽ analogiã ſeruant paſſiones entis,ac ipſũ ens: ſed rõ entis non æqualiter participatur à differentia ſubſtantiali, & accidentali,cũ nihil reale ſit vniuocum ſubſtãtiæ, & accidenti,ſed omne cõe debet eſſe analogum: ergo nec rõ differentię æqualiter participatur ab eiſdem cum differentia,& diſtinctio ſit paſſio entis. Nec huic doctrinæ diſſonat Porphyrius ca.de differen.vbi dicit, differentiam cõem,& propriam appellari ſimpliciter differentias: quia talia dicũtur propter earum imperfectionem,quia ferè nihil perfectionis addit ſupra rõnem illã cõem. Quomodo vocamus multa aialia; animalia ſine addito, quia puriſſimam perfectionem ſupra rõnem aialis addunt:eodem modo dicuntur differentiæ ſimpliciter cõis, & propria, quia imperfectiſſimæ ſunt.Nec exiſtimandum eſt,talia dici propter eorum perfectiones,quia hoc non eſt dubitandũ de illis. Et ſi aliquando res perfectiſſimæ cõibus nominibus nominari ſoleãt,vt magis eorum denotetur perfectio. Idem ergo eſt dicere,quod dicuntur differentiæ ſimpliciter,ideſt,non amplius, quã differentiæ ſolent vocari aliqñ. Vel ſecundò reſpondetur, quod dicantur differentię ſimpliciter,ideſt propriè,& metaphoricè, ſed non ſimpliciter .i.vniuocè. Quomodo loquitur D Thom.in loco ſup.adducto.Ex hac concluſione ſequitur, differẽtiam non eſſe æquiuocam primè intentionaliter, ad cõem,propriam, & propriiſſimam,vt falsò aliqui opinati ſunt . Et ſi loquamur de differentia ſecundè intentionaliter, & vt importat ſecundã intentionẽ formaliter.

Explicatur locus Porph.

Alia explicatio.

Corollarium.

4.Concl. Contra recentiores.

Sit quarta concl.Differentia hoc modo accepta eſt analoga ad cõem , propriam , & propriiſſimã.Quæ concl.ſtatuitur contra quandam opinionem his temporibus ſummoperè receptam,& probatur eiſdem rõnibus,quibus fuit probatum,differentiã primè intentionaliter eſſe analogã: nã idẽ ẽt de differentia ſecundè intentionaliter accepta conuincunt . Nam intentio dfiæ propriiſſimæ ſimpliciter participat rõnẽ intentionis dfiæ, reliquæ verò ſecundum quid,& in ordine ad ipſam. Sed nouis præterea probatur rationibus. Prima : quia ſi ſubſtratum denominatũ differentia in cõi, & propria primè intentionaliter acceptũ eſt ſecundum quid differẽtia: ergo non poteſt denominari per intentionem differentia ſimpliciter: quia quod ſecũdũ quid eſt tale,non poteſt ſuſcipere, denominationẽ formæ,quæ dat eſſe ſimpliciter tale: cũ ergo diffe-

Ens ſecũdũ quid vocari poteſt genus ſimpliciter.

go differentia cõis, & propria ſint ſecundum quid differentiæ, non poterũt ſimpliciter dici differentiæ: & ita nec differẽtia erit vniuocum, nec genus ad illas. Ego quidem libenter fateor, quod poteſt ſimpliciter denominari genus, quod ſecundũ quid eſt ens, v.g. color, quantitas, &c. ſecundum quid ſunt entia, vtpote affectiones ſubſtantię, quæ ſimpliciter eſt ens, & ita ens dicĩt de illis, & de ſubſtãtia analogicè, ſed cum hoc optimè ſtabit, qđ color dicatur ſimpliciter genus ſicut ſubſtãtia. quia ita ſimpliciter p̃dicat̃ in quid de ſuis inferioribus, ſicut ſubſtãtia, licet non ita perfectè. Et ita fundat intẽtionẽ generis, ſicut fundat ſubſtantiæ, quia non inconuenit id quod ſecũdũ quid eſt ens ſimpliciter eſſe genus. Veruntamen qđ id dicatur differentia ſimpliciter ſecũdè intentionaliter, quod eſt ſecũdum quid differentia primè intẽtionaliter implicat, ſicut implicat, vt id denominet̃ propriũ ſimpliciter ſecũdè intẽtionaliter, quod eſt ſecundũ quid proprium primè intentionaliter. Et quod eſt ſecũdũ quid ſpecies metaphyſica, & realiter, vt anima rationalis denominetur ſimpliciter ſpecies, quod valde miror, cur nõ aduerterint, qui tam ſubtiliter ſibi placent diſſerere oĩa.

In quo fundetur intentio differentiæ.

Præterea: Intentio differentiæ fundatur in cognitione paſſiua intellectus, qua cognita eſt natura quædã in pluribus exiſtens, faciẽs ea differre: ſed intentio differentiæ cõis, & propriæ non poſſunt ab intellectu deprehendi, vt quid exiſtens in pluribus inferioribus, faciens ea differre abſolutè, & ſimpliciter, ſed vt quid faciens ea ſecundum quid differre: ergo nec intellectus põt illis tribuere intentionem differentiæ ſimpliciter, & ſic differentia, nec erit genus, nec quid vniuocum. Conſequentia probatur: nam maior, & minor certæ ſunt. Non enim poteſt intellectus intentionem differẽtiæ ſimpliciter ꝓ libito rebus tribuere, ſed debet præſupponere fundamẽta, rõne quorum fundamentorum illæ intẽtiones, quę relationes ſunt, rebus conueniãt: ergo ſi rõ faciendi differre, quod eſt fundamentum neceſſarium remotũ, & eſſe cognitum vt tale, quod eſt fundamentũ proximum ſecundũ quid differentiæ cõis, & propriè conuenit, vt rei veritas habet, & ipſi ẽt fatemur. Et intentio differentiæ fundata in ipſis ẽt ſecundum quid cõuenit, & ita nõ poterit differentia eſſe vniuocũ quid, & genus reſpectu illarum, ſed erit analogum.

Præterea: Nam ſequitur, quod ſi differentia ſit genus ad cõem, propriam, & propriiſſimam, ita vt omnes iſtæ ſint ſpecies, quod debeant dari tria prædicabilia differentiæ: Hoc autem eſt contra omnes logicos, ſolum vnum, quod eſt tertium prædicabile differentiæ conſtituentes. Et probatur ſequela: nam differẽtia propriiſſima cõſtituit prædicabile differentiæ vnũ: ſed ẽt aliæ differentiæ ſunt ſpecies differentiæ, & quæ ſimpliciter participant rõnem differentiæ: ergo ẽt conſtituent alia duo prædicabilia differentiæ: nam profectò non eſt de vna maior ratio, quàm de aliis.

Fuga.

Dices, quod differẽtia in cõi conſtituat hoc prædicabile, & non differentia propriiſſima. Sed contra. Nam hoc eſt contra oẽs: & dato quod ita ſit, ſolũ ſequitur qđ ſit vnum prædicabile differentiæ in genere, in ſpecie verò erunt tria. Et præterea: Nam relatio prædicabilis conſtitutiua eſt vna ſpecie atoma, vt patet in genere, in ſpecie, in proprio, & in accidente: ergo ſi iſtæ differentiæ ſunt ſpecie diſtinctæ, conſtituent tria prædicabilia. Illum enim numerũ prædicabilium inquirimus, cum dicimus tantũ eſſe quinque, qui non poſſit vlterius partiri, & diuidi formaliter. Et ita cũ inquirimus, an ſint tãtũ quinque prædicabilia, idem eſt ac ſi diceremus, ideſt, an ſin tantũ quinque ſpecies atomæ prædicabilium, ſeu vniuerſalium. Nam ſi de generis ſolum fieret ſermo, cũ genera multas habeant ſpẽs, non ſatis determinatum relinqueremus numerum prædicabilium, cũ rurſus eſſent alia prædicabilia ſecũd ſpeciem inquirenda. Quod ſi de numero ſpecierũ atomarũ fiat ſermo, vt fit, & dicatur eſſe tantum quinque, ſi ſpecies differẽtiæ ſunt tres, iuxta hanc, q̃ impugnamus opinionẽ, profectò prædicabilia non erunt tãtũ quinque. Et hæc doctrina congruit maximè doctrinæ Porphyrianæ, & omniũ logicorum, qui ideo dicunt agi de differẽtia cõi, & propria, vt ad veram differentiam perueniamus, quæ eſt propriiſſima, & quæ ſolum hoc conſtituit prædicabile. Et de hoc rurſus redibit ſermo, cum oſtẽdemus, ſolum illã differentiã hoc prædicabile cõſtituere, q̃ genus determinat, quæ vocatur ſimpliciter differẽtia, non verò reliquæ, q̃

Impugnatio.

Quo ſenſu nõ dẽtur plus quã quinque prædicabilia.

non;

Digitized by Google

nõ hoc modo ſunt generis determinatiuę, nec ſpecierum cõſtitutiuæ, quare nec ſunt differentiæ ſimpliciter.

Vlt. cõcl. Vltima cõcluſio: Hæc analogia, quæ reperitur inter cõmunem, & propriã in ordine ad propriiſſimam, ſiue accipiantur ſecundè intentionaliter, ſiue primè, eſt analogia ꝓportionalitatis. Nam ſicut ſe habet differẽtia propriiſſima in ſuo actu, qui eſt facere differre, & ꝑdicari vt talis: ita ſimiliter ſe habent ſupra dictæ, licet nõ adæquent modum ſupra dictum, ſed diminutè imitẽtur. Poteſt etiã eſſe analogia attributionis, & ad vnũ finem. Ordinantur enim differentia cõis, & propria ad propriiſſimam, vt ad finẽ, cuius rationẽ imperfectiſſimè participant. Hæc omnia patent ex naturis analogorum De quibus vide infra libro 4. in Ante prædicamentis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Ad primũ i principio reſp. quod impoſſibile ſit aliquid habere rationẽ differentiæ cõmunis, & proprię, niſi in ordine ad propriiſſimam, ſicut impoſſibile eſt, ꝙ floriditas dicaẽ riſus, ſine ordine ad riſum hominis. Nec itelligi valet ratio differentiæ cõis, & propriæ, quæ eſt imperfecta, & ſecundũ quid, niſi in ordine ad differentiã propriiſſimam, quæ eſt ſimpliciter differentia. Nam quamuis hæc entia rationis conſequantur ad opus intellectus, iudicandũ eſt de illis, ſicut de aliis analogis, quæ ſiunt ꝑ operationẽ realem. Et ſi iquiras, an debeat *Dubium* eſſe differẽtia propriiſſima i eſſe obiectiuo *Solutio.* cum eſt differentia communis, & propria, videtur ꝙ non. Quia ſicut floriditas prati dicitur riſus, & nõ eſt neceſſe, ꝙ ſit ſimul cum prati floriditate hominis riſus, licet nõ poſſit intelligi, vt riſus, niſi i ordine ad riſũ hominis: ita nõ eſt neceſſe ꝙ quando tribuo intẽtionẽ differẽtiæ albedini, ſimul tribuã illã rationali, verbi gratia, licet nõ poſſit intelligi quidditatiuè relatio illa differentiæ cõis in ratione differentiæ, niſi i ordine ad differentiam propriiſſimã. Sufficit enim ꝙ ſit vel aliquando habeat eſſe differẽtia propriiſſima, vt tribuatur albedini intẽtio differentiæ cõmunis Sed de hoc *Alia ſolutio.* in materia analogorũ amplius. Alii dicunt, quod ſimul intellectus poſſibilis ſimultate tribuit intentionẽ differentiæ cõmunis, & propriæ rebus, & differentiæ propriiſſimę, vel ſaltẽ primò tributa, fuit intẽtio differẽtiæ propriiſſimæ, & poſtmodũ aliis per ordinem ad ipſam. Et ꝙ intellectus nõ poſſit alio ordine procedere. Reſpondetur ad argumentum, quod ſufficit, quod ipſa intẽtio differentiæ cõis, & propriæ i ſe dependeat à differentia propriiſſima in ſuo eſſe.

Ad ſecundũ reſpondetur, negando antecedens. Ad probationẽ negatur antecedẽs, & ad probationẽ reſpondetur, illas ꝑdicationes nequaquã eſſe de pluribus numero differentibus in quid, ſed ſunt analogati de ſuis iferioribus. Sicut ſi diceremus, hoc accidens eſt accidens, & cetera: vel ſicut hęc: hæc vrina eſt ſana, & hæc vrina eſt ſana, q̃ eſt prædicatio non ſpeciei, ſed analogi de aliquo ſuo analogato inferiori. *Ad 2.*

Ad tertiũ argumentũ reſpondetur, quod licet relatio rationis ſit genus ad omnes relationes rationis, non tamen differentia, qa differentia addit aliquid ſupra relationẽ rationis, & ratione illius, quod addit, participatur ſimpliciter à dñia propriiſſima, & ſecundum quid ab aliis, quod ſufficit vt ſit analogum. Nam ad rationẽ analogię ſufficit, & eſt neceſſe, quod ratio importata cũ identitate nominis, nõ æqualiter participetur ab inferioribus. Et ita cõtingit in ꝓpoſito, quia ratione illius, quod differẽtia addit ſupra relationẽ nõ ſimpliciter participaẽ ab inferiorib. Quãobrẽ ſtat optimè, ſuperiora eſſe vniuoca, & inferius analogũ: ſicut ratio ſubſtantię eſt vniuoca oſſi & ſpinę, ratio vero ſuſtẽtantis carnẽ hominis, & fructus alicuius analogicè dicitur: & riſus hominis, & floriditas prati videntur eſſe in prædicãento actionis, & actio eſt illis vniuoca, riſus vero, qui eſt inferior ad actionẽ, & in ꝑdicamento eodẽ eſt analogũ. Si tamẽ ſuperius eſt analogum, ex neceſſitate debet inferius eſſe analogum ad ea, ad quæ ſuperius eſt analogum: Nam inferius includit illud ſuperius, & cõmunicat illud inferioribus ſuis, & ita debet communicare cũ illa imperfectione analogica, & cũ illa inæqualitate; ad rationẽ verò analogiæ ſufficit, quod illa ratio importata vndecunque proueniat, non æqualiter participetur ab inferioribus. Maxime quia ſuperiore exiſtente analogo, cũ illud ſibi inferius commune eẽ inferioribus ſuis iam ratio importata ꝑ nomen nõ erit eadem, & ita poterit eſſe analogia, quia ratio nõ militat in ſuperiori vniuoco. Et ꝑ hoc ad confirmationẽ conſtat. *Ad 3.* *Quid requiratur ad verã analogiã*

Ad

Ad 4. Ad quartum ſuperiori q. reſponſũ fuit, non eſſe æquiuocam differẽtiam ad cõem, propriam, & propriiſſimam, quia ratio differentiæ in communi eſt eſſe vniuerſale, faciẽs differre ſua inferiora ab aliis. Et ita illa rõ ſimpliciter participatur a differẽtia propriiſſima, & ſecundũ quid ab aliis. Ad replicam reſp. quod hæc prædicatio: Petrus eſt albus, Ioannes eſt albus, ſi conſideretur, quatenus prædicatum eſt extra rationem ſubiecti, & poteſt ab illo abeſſe, & illi adeſſe præter corruptionem ſubiecti, eſt quinti prædicabilis, & ſi conſideretur, vt aliquo modo facit ſubiectum differre ab aliis, quibus illa forma accidentalis non conuenit, eſt differentiæ communis.

Ad 5. ar. Ad quintum argumentum reſpondetur, concedendo totum, quod probat. Cum verò ſolus Petrus haberet albedinem, & intellectus illam in communi conſideret, tribueret illi differentiæ intentionem: quia iam in intellectu cõmunis eſt, & de ſe poſſet de pluribus prædicari, faciendo ea differre. Si verò conſideretur hæc albedo in particulari, eſt quidem differentia metaphyſicè, & non logicè. Et per hoc patet ad confirmationem argumenti. Quid verò dicendum ſit ad rationes opinionis ſapientiſſimi magiſtri, pro quanto pugnet contra nos, liquet ex noſtris concluſionibus, & *Dubiorũ ſolutio.* argumentorum ſolutionibus. Quem autem conceptum habeat differentia in communi, iam videbis ex dictis, in capite de genere, & quomodo differentia in communi faciat differre, ſenſus eſt, quod refert relatione facientis differre: ſicut genus dicitur prædicari, id eſt referri relatione prędicabilis. Et quantum attinet ad id, quod diuiditur, omnes differentię per modũ vnius materialis ſunt adæquatum materiale intentionis differentiæ. Et ſi diuidas hoc materiale, vt habet vnam formam intentionis, facilis eſt diuiſio. Si verò diuidas ipſum materiale, quod includit differentias reales, & rationis, eſt diuiſio non vnius cõceptus, ſed analogi duorum conceptuum, de quibus in analogis redibit diſputatio.

Alia ſolut. Reſpondetur vltimò, quod ſi differentia particularis conſideretur, eſt tertium prędicatum, non vero tertium prædicabile: & poteſt illi intellectus tribuere intentionem tertii prædicati.

QVÆSTIO LXI.

An propria paſſio ſit differentia propria, & differentia indiuidualis communis.

QVæſtionẽ hanc nemo ſuperfluam exiſtimabit: multum enim cõducit ad penetrandam quidditatem differentiæ communis, & propriæ, in qua nõ deſunt etiam variæ ſententiæ. *Contrĩuerſiacir ca 1. partem quæſiti.* Quidã enim dicunt ad primam quæſtionis partem, quam primo loco diſputauimus, propriam paſſionem eſſe differentiam propriam. Et hæc ſententia variis rationibus perſuadetur. *1. Opin.*

1. Arg. Primum argumẽtum: Nam Porphyrius capite de differentia, textu tertio dicit, differentiam eſſe diſciplinæ ſuſceptiuam: ſed non eſt differentia propriiſſima, quia non conſtituit eſſentiam, nec communis, vt de ſe patet, eſt igitur propria.

2. Arg. Sit ſecundum argumentum: Nam riſibile, v. g. eſt verè differentia: ergo vel propriiſſima, vel propria, vel cõis. Conſequentia eſt euidens, ſed probatur antecedens. Nam differentia eſt, quæ facit differre tanquã forma quædam dans aliquod eſſe: ſed propria paſſio eſt forma quædã ſæpiſſimè, quæ dat aliquod eſſe: ergo propria paſſio eſt differẽtia, & facit differre. Probatur minor: quia riſibilitas dat eſſe riſibile: ergo per illud eſſe, quod tribuit, facit vt ſuſcipiens eſſe illud differat à non habente illud, riſibile enim differt à re, quę non eſt riſibilis. Profecto mirũ eſt, quod albedo, & cicatrix per illud eſſe quod tribuũt, cũ ſint formæ quædã faciant differre ſubiecta, quibus cõueniunt, & quod intellectus, cũ det altius eſſe, nõ faciat differre rẽ, cui tribuit illud eſſe, a re non habente illud eſſe, & conuenienti ſecum in aliquo prædicato ſuperiori. Et cõfirm. Nam hæc diuiſio eſt optima, *Confir.* licet non generis per ſuas ſpecies, nec differentias, aial aliud aptum ad nauigandũ, aliud minimè aptum: ergo per hãc paſſionem, quæ eſt aptitudo ad nauigandum diſtinguetur homo ab aliis animalibus; ergo per hoc differt ab illis: ergo hoc per quod differt, cum ſit forma, erit differẽtia, & nõ cõis: ergo propria, qa propriiſſima nõ eſt.

Confirm. Et confirm. Nam per intellectum differt homo per ſe in ſecundo modo perſeitatis ab hinnibili, ſiquidē propria illa paſſio p̄dicat per ſe in ſecundo mō: ergo erit dr̄ia ꝓpria ſiquidē facit differre in ſecūdo mō.

2. Opinio. Secūda opinio aſſerit, propriā paſſionē verè eſſe dr̄iam, non propriiſſimam, quia nō conſtituit eſſentiam, nec cōem, quia nō eſt accidēs ſeparabile, nec propriam, quia non eſt accidens inſeparabile ratione conditionū indiuiduantium conueniens, ſed eſt alia differentia, q̄ Porphyrius non numerauit, ſcilicet, propria, & per ſe in ſecūdo mō perſeitatis. Et hæc opinio eiſdē argumētis ſuadetur, & licet ſit quartū probabile, quatenus eſt aliquid conueniens rōne eſſentiæ, & ab illa dimanās, & ēt dr̄ia propria, & per ſe ſecundo, quatenus taliter facit differre, vt aliquid dimanās ab eſſētia.

3. Opinio Caiet. Soto & Auctoris. Tertia ſententia eſt, quæ aſſerit non eſſe differentiam cōem, nec propriam, nec propriiſſimam reduci vero ad differentiā propriiſſimam, quia eſt aliquid cōſecutum ad propriiſſimā dr̄iam, eſt ratio illius rei conueniens. Hanc opinionem reperio magis probabilem, quam tenent Caietanus, & Soto, & alii logici minoris notæ. Et probat̄: *1. Ratio ꝑ Caiet. &c.* Nam cum Porphyrius diuidit differentiā, accipit differentiā pro hoc, quod facit differre, vt differre accipitur prout diſtinguitur à diuerſo, ea autē, q̄ propriè differunt, vel cōueniunt in genere, & diſtinguuntur ſpecie. Et iſta differētia propriiſſima differunt, quæ ſpeciē cōſtituit, & non differūt per propriam paſſionē ſpecie, vt expreſsè Porphyrius teſtatur: quia propria paſſio non cauſſat dr̄iam ſpecificā, ſed conſequitur ad illā, vel conueniunt in ſpecie, & diſtinguūtur indiuidualibus accidētibus. Et hæc accidentia ſi ſunt tranſmutabilia cauſſant dr̄iam communē. Et ſi ſint inſeparabilia cauſſant propriam differentiā. Nec poteſt imaginari alius proprius modus differendi, cū ea, quæ differunt, in aliquo vniuoco cōuenire debeant. Vnde non erunt aliæ dr̄iæ præter enumeratas à Porphyrio.

2. Ratio. Et præterea: Nā cum propria paſſio naſcatur ex eſſentia, & ibi ſit in radice, ſi q̄ differentiam facit ad illā ſpecificam eſt reducenda, & non propriam rōnem differentiæ cōſtituet. Prętereà: *Confirm.* Nam Porphyrius, cum agit de differentia cōi, & propria, ſolum has differentias cōſtituit inter indiuidua eiuſdē ſpeciei, quia ſolum agit de differentia, quæ poteſt eſſe in his quæ cōueniunt in aliquo vniuoco. Et cum indiuidua eiuſdem ſpeciei non conueniant in rōne ſpecifica, ſolū reſtabat differētia penes accidentia indiuidualia: ſed hæc hoc nō ſunt niſi propria, & cōia: ergo propria paſſio non conſtituit ſpecialē dr̄iam. Et ſi dicas, contra: *Inſtātia.* Nam equus, & hō differunt per albedinē, & tamen non ſunt indiuidua eiuſdē ſpeciei: ergo falſum eſt dicere, quod differentia cōis debet aſſignari inter indiuidua eiuſdem ſpeciei: quinimò etiam poſſūt accidēti inſeparabili differre, vt per cicatricem, & per oculorū colorem diuerſū.

Alia inſtantia. Et confirmatur hoc argumentum: Nam Petrus differt à ſe ipſo, & differentia cōi, vt ſi modo ſtet, & poſtea non: & etiam differt differentia propria, vt ſi modo habeat cicatricem, & tamen illam antea non habebat. Conſtat aūt, Petrum vtroque tēpore nō eſſe indiuiduum alterius rationis: ergo iſtæ differentiæ non conſtituunt differentiam inter indiuidua eiuſdem ſpeciei.

Aliorum ſolutio. Ad hoc argumentū reſpondent aliqui, quod quādo eſt alia ratio differendi inter ea, quæ habent accidētia cōia, & propria, hæc accidentia in illis non habent rōnem differentiarum, quia accidens cōe, & accidens proprium rōnem differentiæ habent, cum conſiderantur in rebus, quæ aliàs nō differebant in aliquo eſſentiali, quia rōnē differentiæ habent, quatenus conuenientia diſtinguuntur. Cum vero aliàs iam differebant maiori differentia, non cenſentur dr̄iæ. *Solutio Auctoris.* Sed hæc ſolutio nō mihi placet, quia Petrus etiamſi habeat cicatricem ſine dubio differt a Paulo, qui non habet cicatricē per albedinē, qua caret Paulus. Et idem reſpondetur quod albedo in illis eſt dr̄ia cōis, quia ſunt indiuidua generis: & in quātum hæc animalia ſunt particularia, ſcilicet non differunt ſpecie: & hoc ſufficit.

Ad confirmatiōnē reſpōdetur, quod cū dicimus facere differentiā inter indiuidua eiuſdē ſpeciei, intelligendum eſt, vel inter vnum indiuiduum eiuſdē ſpeciei ſecūdum diuerſos ſtatus conſideratū: quia quantum ad hoc ita ſe habet, at ſi eſſet à ſe diſtinctū. *3. Ratio* Prętereà probatur hæc tertia ſentētia: Nā ſi paſſio eſſet verè dr̄ia, aut eſſet ſeparabilis, aut inſeparabilis, ſed neutrū habet: ergo &c. Conſequentia eſt nota ex doctrina

Digitized by Google

Porphyrii, qui vniuerſaliter diuidit dr̃iã in ſeparabilẽ,& inſeparabilem. Maior probatur, quia ſeparabile, & inſeparabile repugnant reſpectu eiuſdẽ.ergo alterũ illorũ differentiæ cõpetere debet. Minor probatur, quod non ſit ſeparabilis: quia ꝓpria paſſio habet connexionem neceſſaria cum eſſentia, cũ ab illa profluat, & ita per naturã ab illa diuidi nequeat. Quinimo qui dicũt diuina potentia ſeparari poſſe propriã paſſionẽ, non hoc de omnibus concedunt, ſed de illis ſolũ, quæ realiter ab eſſentia diſtinguuntur. Quod non vero ſit inſeparabilis, patet. quia oĩs differẽtia inſeparabilis, aut eſt per ſe, aut per accidens, vt conſtat ex Porphyrio, ſed non eſt per ſe, quia differentia per ſe conſtituit eſſentiã: nec per accidens, quia differentia per accidens ſuſcipit magis, & minus: ſed propria paſſio non ſuſcipit magis, & minus. ergo &c.

4. Ratio. Præterea: Nam Porphyrius differentiã propriã ſemper diſtinguit contra propriã paſſionẽ: ergo propria paſſio non eſt differentia propria. Probatur antecedens. Nã ſẽper ponit exẽpla de accidẽte quinti prędicabilis, propria vero paſſio ad quartum pertinet. Et certè maximũ mihi argumentũ eſt in ſententia Porphyriana, hanc noſtrã ſñiam eſſe ſuſcipiendã ex eo, quod cũ propriarũ paſſionum exempla ſint ita patentia, ſi propria paſſio eſſet differẽtia ꝓpria, Porphyrius illius meminiſſet, cũ eſſet potiori iure differentia propria, quã aquilum, vel huiuſmodi. Nec exiſtimand eſt, hanc differentiã eſſe prætermiſſam à Porphyrio, nec egiſſe de omnibus differentiis, quandoquidem ita fuit accuratiſſimus in tradendis variis rerum differentiis.

5. Ratio. Præterea: Nam teſte Boetio in hoc cap. dr̃ia cõis, & propria sũt, quibus indiuidua differunt, propriiſſima verò quibus ſpẽs, & genera differunt. Et ita vocat dr̃iam cõmunẽ, & propriã dr̃ias indiuiduorum, & propriiſſimã differentiã generũ, & ſpecierũ. Sed per propriam paſſionẽ nec genera nec ſpẽs differunt, cum per illã non cõſtituantur nec determinentur: nec ẽt indiuidua eiuſdem ſpeciei, quia oĩbus conuenit: ergo nec eſt propriiſſima, nec communis, nec propria, ſed reducitur ad propriiſſimã vt effectus illius, qui arguit, & infert propriiſſimã diſtinctionem; licet ratione inſeparabilitatis poſſit reduci ad propriam.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primum. AD primum argumentum, contra hãc tertiam opinionem reſpondetur, Porphyrium ibi accipere diſciplinæ ſuſceptiuum pro radice illius ſuſceptibilitatis diſciplinæ, quæ eſt vera, & ꝓpriiſſima differentia, & eſt gradus vitæ, à quo naſcitur intellectus. Et ſi quandoque inter graues authores accipiatur propria paſſio pro dr̃ia, explicãdũ eſt ratione radicis, & principii, quia cum paſſiones nobis ſint notiores, accipiuntur ſæpe pro veris differẽtiis nobis non ita notis, & ſæpiſſimè ignotis.

Modus explicandi auctoritates ĩ cõtrariũ.

Ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur. Quod propria paſſio, nec eſt differentia, nec facit differre, vt hic accipitur differentia, licet reducatur ad aliquam differentiã. Non enim eſt differentia propriiſſima, quia non facit differentiam eſſentialem, nec propria, & communis, quia teſte Boetio hæ ſunt differentiæ, quibus indiuidua eiuſdem ſpeciei inter ſe differunt. Conſtat autem per propriam paſſionem non differre eiuſdẽ ſpeciei indiuidua: Vnde nec eſt differentia: quia non dat tale eſſe, & facit taliter differre, vt poſſit determinari illud differre aliquo horum modorum faciẽdi differre: ſed dat quoddam eſſe natũ ex vltima differentia, & ita facit differre tali modo, qđ reducitur ad modum faciendi differre illius cauſæ, ſcilicet, vltimæ, & propriiſſimę differentiæ, & facit differre per quandam reductionem: & ita habet quod ſit differẽtia per reductionẽ, & non per ſe: quia modus ille, quo differre facit, non eſt accidentalis quinti prædicabilis, nec eſsẽtialis, ſed reductiuè: & ita eſt differentia reductiuè.

Propria paſſio quare non ſit vna differẽtia, nec ꝓpriè nec cõmuniter.

Et homo quidem differt à bruto per riſibile, ſed imperfecto modo; & ita reducitur hæc differentia ad propriiſſimam, quæ ſimpliciter facit illum differre: ſicut anima rationalis non conſtituit in prædicamento nouam ſpeciem ſubſtantiæ; nec eſt in noua ſpecie ſubſtantiæ, quia habet eſſe per ſe imperfectum; ſed reducitur ad ſpeciem hominis, cuius eſt forma; ita riſibile non conſtituit ſpeciem vel modum differentiæ, etiamſi alio modo faciat differre, ſed reducitur ad ſubſtãtialem differentiã, & propriiſſimã, quia nõ dat ſimpliciter eſſe eſſentiale, ſed reducit ad illud eſſe ſuum eſſe, vt quod illius, nec poteſt reduci ad alias differentias, ita propriè, niſi forte ad

pro-

propriã, ratione inſeparabilitatis. Et per hoc patet ad reliquas confirmationes.

Ad 2. pin. Ad ſecundam opinionem iam dictum eſt, non eſſe poſſibilem aliam differentiam, quæ ſub his non contineatur, vel ad has non reducatur.

Controuerſia circa 2. partem quæſiti. Quantum attinet ad ſecundum quæſtionis punctum, vtrum principium indiuiduationis ſit aliqua dictarum differentiarum, dicunt quidam indiuiduationis principiũ non eſſe differentiam communem, cum verè ſit inſeparabile, nec propriiſſimam, cũ non conſtituat eſſentiam; ſed eſſe differentiam propriam; quia licet non ſit accidens habet tamen rationem accidentis, quantum ad cognoſci, in quantum eſt aliquid extra eſſentiam rei: & ita cum ſit inſeparabile, erit propria differentia. Bene enim poteſt deſumi prædicatio differentiæ cõmunis, & propriæ ab aliquo ſubſtantiali. *Aliorũ opin.*

Mẽs Auctoris. 1. Propoſitio. Sed reſpondetur, quod principium indiuiduationis non eſt differentia logica. Probatur: nam differentia logica eſſentialiter eſt vniuerſalis, vt ſupra viſum fuit; ſed principium indiuiduationis eſt ſingulare: ergo non eſt differentia logica, & ita nec communis, nec propria, nec propriiſſima.

2. Propoſitio. Dico ſecundò, quod nec eſt differentia metaphoricè, quia eſt hæc materia in genere cauſæ materialis: Et hæc forma in genere cauſæ formalis; & ita non eſt differẽtia aliquo modo loquendi in ſubſtãtiis, ſed reducitur ad differentiam propriam, quia habet quendam modum propriæ differentiæ, in quantum prædicatur inſeparabiliter. Ita fatetur Toletus hic, & idem eſt dicendum de principio indiuiduationis accidentis; Nam iſte ordo ad hoc ſubiectum cum prædicatur de albedine, ad propriam etiam reducitur.

Dubiũ. Quod ſi inquiras de quantitate, ad quã differentiam ſpectabit, ſi ſit propria paſſio corporis, vt propria paſſio, iam dictũ eſt, ad quod referatur. Si vero conſideretur, vt bicubita, vel tricubita, eſt communis vel propria differentia. Nam ſi illa bicubita quantitas ſit inſeparabilis, erit propria, ſi ſeparabilis, erit communis, de Petro autẽ iuuene, & ſene, quid dicam, cum iam hæc difficultas ſenuerit. *Reſpõſio.*

QVÆSTIO LXII.

Vtrùm hæc definitio, differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quale eſſentiale, conueniat etiam differentijs vltimis.

Reducitur quæſtio ad duo capita. IN hac quæſtione, quæ in hac materia celeberrima eſt, duplex difficultas occurrit Prima quam quæſtio mouet. Secunda quid Porphyrius ſenſerit. Et ita duo erunt diſputanda, & quid rei veritas habeat: & quid ſenſerit Porphyrius, licet de hoc vltimo non ſit æquũ mul tum nos eſſe ſolicitos, & ita breuiter per tranſeam. Quidã dixerunt hanc definitionem & differentiis atomis cõuenire, quia rationale prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie: nã prædicatur de Petro, & Paulo, qui ſpecie differunt, non inter ſe ſed ab aliis, ſcilicet, ab equo, & leone. Hanc autẽ ſubtilitatem nimis groſſam cẽſeo: quia de illis ipſis, de quibus prędicatur, dicitur, qđ ſpecie differant. Falſum autẽ eſt, quod Petrus, & Ioannes differant ſpecie, cum ſint eiuſdẽ ſpeciei. Et patet hoc per expoſitionem verbi, differt, nam ſic exponitur, Petrus, & Ioannes differunt ſpecie, Petrus eſt alicuius ſpeciei, & Ioannes ſimiliter, & Petrus nõ eſt eiuſdem ſpeciei, cuius eſt Ioannes, quod apertè eſt falſum. Quamobrem relinquatur hæc opinio tã ſubtilis, cũ nos diſputemus quæſtionẽ in hoc ſenſu, an prędicari de pluribus, quæ inter ſe differunt ſpẽ conueniat omni drĩæ, etiam atomæ, & cõi loquendi modo ſit receptiſſimum, Petrum, & Paulũ non differre ſpecie. Alii tenuerunt eandem cõcluſionem, ſed ratione diuerſa, quod illa definitio conueniat omni drĩæ, etiam vltimæ. Nam vltimæ differentiæ in quantũ differentia eſt, non repugnat prædicari de pluribus ſpecie differentibus. Eſt hæc ſñia antiquiſſima, vt tradit Toletus cap. de differentia, nã fuit Iamblichi, illamque ſecutus eſt Auicẽna, ca. de communitatibus, quam e'iã illuſtrẽ fecit doctiſſimus dominus Caiet. quem hiſce temporibus multi ſequuntur. Nec diſplicet Caiet. ſententia Toleto, vbi ſupra, Magiſter Soto c. de differentia in eã cõſentit. *Controuerſia circa primum caput quæſtionis. 1. Opin.* *Refellitur.* *2. Opinio Caietani deſũpta ex antiquis.*

Dd Et

Obiectio. Et ſi dicas, quonā modo poteſt hæc definitio atomis differentiis cōpetere,cū ipſæ ſolū vnius ſpeciei ſint cōſtitutiuæ:nam rōnale hoīem ſolū conſtituit. *Solutio. Caiet.* Dicit Caiet. quod ſi dña atoma ſecundum propriā rōnem differentiæ conſideretur,v.g.conſideretur rōnale,qua rōne eſt differentia prædicabilis, eſt de pluribus ſpecie differentibus,per non repugnantiā. Hoc.n.illi nō repugnat,vt differentia eſt:aliàs omni repugnaret differentiæ,& conſtat non ita rē ſe habere,ſiquidem dña ſubalterna prædicatur de pluribus ſpecie differētibus. Quod ſi repugnat vltimæ differentiæ, rationali v.g.prędicari,hoc habet,non quatenus eſt dña,ſed quatenus atoma eſt,nam in atoma differentia duo conſiderare poſſumus, & quod ſit differentia,& quod ſit vltima differentia,& conſtitutiua ſolum vltimæ ſpeciei. *In differētia atoma duo conſiderantur.* Si conſideretur in rōne atomæ,non pōt prædicari de pluribus ſpeciebus: ſed illi repugnat hoc,quia vt atoma eſt,nō dicit ad plures ſpēs ordinē. Si vero in rōne differentiæ conſideretur prædicabile eſſe de pluribus ſpēbus, non illi repugnat, ſed quātū eſt ex parte illius,in quantū differētia eſt, prædicari pōt de pluribus ſpeciebus,quia hoc illi non repugnat hac rōne. Quod ſi de facto non prædicetur, hoc hēt rōne adiunčti,ſcilicet,rōne atomitatis, vt ita dixerim. *Exēplū.* Sit exēplū: Nā cęlo, qua rōne quantū eſt, non repugnat diuidi in partes quātas,licet illi repugnet diuiſio rōne incorruptibilitatis. Si conſideretur namque qua rōne quantū eſt,diuidi pōt, ſi verò cōſidereť ratione incorruptibilitatis,diuidi repugnat. Sicut & minimum naturale ſimiliter, qua ratione quantum eſt, diuidi pōt. Si vero conſideretur, vt minimū eſt, non poteſt diuidi rōne formæ:& ita diuiſibilitas conuenit illi per non repugnantiā, quatenus eſt quantum: quia ex ſua radice diuidi poterat. Quod ſi illi repugnat diuiſio, rōne formæ minimi repugnat, quæ in minori ſaluari nequit quantitate. Hęc opinio ſic explicata probať. Et ſit primū arg. *1. Arg.* Nam Porphyrius ſic tradidit id, in quo cōſiſtit eſſentia tertii prædicabilis, vt eſt vniuerſale,& prædicabile,ſed nihil aliud docuit, quā quod differentia ſit, quæ prędicatur de pluribus ſpē differentibus in quale: ergo hoc eſt eſſentia illius, qđ pertinet ad hoc prædicabile, ſed dña atoma ſecūdum oēs pertinet ad hoc prædicabile: ergo illius eſſentia eſt prædicari de pluribus ſpecie differētibus ī quale: ergo illa definitio cōuenit omni differentię,ēt atomæ. Maior huius diſcurſus ſatis aperta eſt. Nā cū tradiderit oīum prædicabiliū eſſentiā, ēt certū eſt,hāc tradidiſſe, præcipuè cū in toto hoc capit. hic fuerit ſcopus,& finis, quid ſit dña, vt cōſtituit rōne prædicabilis huius,docere. Illa minor patet, quia reliquæ oēs definitiones non ita explicant eſſentiā prædicabilis,ſicut iſta, ſed dantur per fundamēta,quod differētia atoma ad hoc prædicabile pertineat,nemo dubitabit,cū ſimpliciter ſit differētia,& vniuerſalis, & ſpeciei conſtitutiua, atque diuiſiua generis.

Secundò:Differentiæ atomæ,in quantū differentia eſt, non repugnat prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quale: ergo hæc definitio conuenit illi in quantum differentia eſt,per non repugnantiā. *2. Arg.* Antecedens patet: Nam ſi repugnaret in quantum differentia eſt prædicari taliter:ergo omni differentiæ in quantū talis repugnaret,& ſic nulli competeret,quod patet eſſe falſum in ſubalterna. Et confirmatur hoc argumentum;Nam ſi differentia atoma ſolum intelligeretur, vt differentia, & non vt atoma, nō repugnaret illi prædicari de pluribus ſpecie differentibus: ergo repugnantia ſolū illi ratione atomitatis,vt ita dicā, conuenit, & non quatenus differētia eſt:ergo illi non repugnat,quatenus differentia,ſed quatenus atoma. *Cōfirm.* Antecedēs patet: quia intelligitur tunc, vt quid non habens aliquam conditionem coarčtantem rationem differentiæ: ergo intelligitur vt quid,cui poteſt competere omnis differentiæ proprietas ſaltē per non repugnātiā.

Tertium: Nam quod res per non repugnantiā definiātur, vſitatiſſimum eſt apud probatos auctores. *3. Arg.* Quinimò quod definitiones nō niſi hoc modo cōpetere poſſint, apertiſſimum eſt. Minimum enim naturale,& quantitas cęli diuiſibilia ſunt,nō poſitiuè,cū illis nequeat diuiſio competere: ergo per non repugnātiā conuenit illis diuiſibilitas in infinitum:quia quantū eſt ex parte quantitatis, non repugnat diuidi in infinitū,licet ex parte formæ repugnet diuiſio:ergo definitio ſupra dicta per non repugnātiam conueniet differentiæ atomæ, ſiquidem eadem eſt ratio. Et confirmatur *Cōfirm.* hoc

Digitized by Google

hoc argumentum: Nam illa ratio vltimæ differentiæ, vt ſic, eſt extra differentiæ rationem in ſua tota latitudine: nam atomum eſſe omnino eſt extra differentiæ rationem, ſicut minimum eſſe extra rationē quantitatis: ergo ſi rationi illius atomi nō conuenit prędicari de pluribus ſpeciebus, nō tollit, quin dña ipſa, vt ſic, poſſit prędicari in quā tum dña: quia vt ſic, illi non repugnat, ſed aliunde, ſicut quanto cæleſti repugnat diuiſibilitas ratione formæ cęli, nō ratione formæ quantitatis: & ita per nō repugnantiā ex parte formæ quantitatis diuiſibilitas in infinitum illi conuenit: ergo, &c.

1. Concl. cōtra Caietanū. Prima concluſio: Impoſſibile iudico ſupra dictam definitionem cōuenire poſſe vllo modo differentiæ atomæ, quod pace tantorū virorum, oppoſitum qui tenent, dixerim.

1. Ratio. Et probatur primò: Nam prædicari de pluribus ſpecie differentibus cōuenit differentiæ vltimæ, in quantū vltima eſt, vel in quantum differentia, vel ratione vtriuſque ſed nullo modo ex dictis cōuenit: ergo nō cōuenit illi prędicari de pluribus ſpecie differentibus. Quod nō cōueniat vt vltima differentia eſt, etiam contrariū ſentientes habent. Et probatur: Quia, vt vltima eſt, ſolum vni ſpeciei cōuenit, illiuſque eſt cōſtitutiua, & implicat plures ſpecies conſtituere vel pluribus conuenire ſpeciebus: ergo implicat de pluribus ſpeciebus pdicari, etiā p nō repugnantiam. Quod nō cōueniat hoc, in quantum differentia eſt, probatur: quia in quantū differentia abſtrahit ab hoc, quod eſt prędicari de pluribus differētibus numero, vel ſpecie: aliàs ſi non abſtrahit ab his, ſequitur, quod etiam differentia poſſit ita definiri, vt ſit prędicabilis de plurib. differentibus ſpecie in quale, & de pluribus differentibus numero in quale: quia vtrūque in ſua ratione includit. Quo quid abſurdius?

Solutio. Dices, ſolum illi cōpetere, in quantū differentia eſt, prædicari de pluribus ſpeciebus in quale.

Impugn. Contra: Nam ratio differentiæ ſubalternæ nō eſt ratio differentiæ in communi, vt abſtrahit ab illa: ergo neque definitio differentię ſubalternę eſt definitio differentię in communi. Conſequentia eſt nota, & probatur antecedens: Nam ratio differentiæ ſubalternæ addit ſupra rationem differentiæ ſubalternitatem, (vt ita dicā) ſed ratione iſtius conuenit prædicabilitas de pluribus ſpeciebus: ergo non ratione differentiæ, vt ſic, vt differentia eſt huius prædicabilis cōſtitutiua: ergo vt differentia eſt, non prædicatur de pluribus ſpeciebus in quale. Neque itidem conuenit ratione vtriuſque, quia illæ duæ rationes ſimul non poſſunt dare illam prędicabilitatem, cum importent rationē differentiæ determinatam ad vltimam differentiam, quæ vt ſic implicat prædicari ſubalternè.

Merito eius cōueniat differentia ſubalternæ prædicari de pluribus differentibus ſpecie? *(margin, partly cut off: "Merito eius cōue niat dif" / "ferētia ſubalter næ prędi cari de pluribus differen tibus ſpe cie?")*

Solutio Caiet. Et ſi dicas cū Caietano, quod ratio atomæ eſt extra rationem differētiæ, & cōditio extranea illi, & ſic non debuit per illam definiri, neque debet tollere rationem differentiæ.

Impugnatio. Contra: nam etiam eſſe ſubalternam eſt conditio extra rationem differentiæ, ita vt illam actu nō includat, neque illam in ſua ratione poſtulet: ergo, ſi, quia eſſe vltimam, quæ eſt ratio extrinſeca differentiæ, non poteſt definiri per illam, & per prædicari de pluribus numero differentibus, eadem ratione non potuit definiri per prædicari de pluribus ſpecie differentibus, cum etiam hoc ſit illi extraneum ad hunc ſenſum, quod non includat actu in ſua ratione.

2. Ratio. Secundò probatur: Nam differentia, vt eſt prædicabile, neceſſariò habet aliquem ordinem ad inferiora, vel ergo differentia, quatenùs conſtituit hoc tertiū prędicabile, dicit ordinem ad plures ſpecies, de quibus in quale quid prædicatur, vel non. Si hoc ſecundum: ergo mala eſt illa definitio, quandoquidem illa definitio importat ordinem ad plures ſpecies, & ſic non conueniret rei definitæ, quæ talem ordinem non dicit. Si primum: ergo omnis differentia dicit ordinē eſſentialem ad plures ſpecies, de quibus poſſit pdicari, atque adeò vltima, quæ propriè habet rationem differentiæ. Patet hæc conſequentia: quia, vbi inuenitur res aliqua, ibi inuenitur tota ſua eſſentia, & quidditas. Tum, quia quod eſt de eſſentia ſuperioris, poteſt conuenire inferiori ex propria ratione, cum impoſſibile ſit aliquid eſſentialiter, & poſitiuè conuenire ſuperiori, & repugnare inferiori: ergo ſi eſſentia differentiæ, vt ſic, eſt dicere ordinem ad plures ſpecies, de quibus prædicari poſſit, id etiam erit de ratione inferioris differētiæ, & ita erit de ratione differētiæ atomæ, vt atoma differentia eſt.

3. Ratio ducēs de inconuenientia. Tertiò: Nam ſi quia non repugnat differentiæ in communi, vt differentia eſt, prædicari

dicari

dicari de pluribus ſpeciebus in quale hoc illi per non repugnãtiã cõuenit, & eſt ſua definitio, ſequitur, quod etiam ſit ſua definitio prædicari de pluribus numero differentibus in quale: quia hęc illi non repugnat, in quantũ differẽtia. Quinimò ſequitur, quod hæc ſit definitio anilis, viuens, ſẽſibile, rationale: quia hoc non repugnat illi, in quantum animal eſt, ſiquidem in aliqua ſpecie illius conuenit. Imò ſequitur, quod hęc ſit definitio equi, eſt animal rõnale, quia hoc illi non repugnat in quantum animal, licet repugnet ratione hinnibilitatis. Quinimò ſequitur, quod homo albus ſit congregatiuus viſus, quia licet hoc illi repugnet, quaten⁹ albus eſt, nõ repugnat, quatenus homo, quin potius illi poteſt conuenire, quæ omnia ſunt indicibilia.

4. Ratio. Quartò: Nam ſi de ratione differentiæ eſſet, quod non repugnet illi prædicari de pluribus ſpeciebus in quale eſſentiale, impoſſibile eſſet, quod rõ talis dñæ coniungeretur cum aliqua re, ratione cuius repugnaret illi de pluribus differẽtibus ſpecie prædicari. Sicut ſi ratio animalis eſt eſſe ſẽſibile, impoſſibile eſt aliquid addi animali, ratione cuius repugnet illi eſſe ſenſibile: ergo in propoſito cum differentiæ hoc ipſo, quod eſt vltima, repugnet prędicari de pluribus ſpeciebus, apertè cõuincitur illã non repugnantiam non eſſe de ratione differentiæ, ſiquidem coniungitur c. aliquo, rõne cuius illi talis p̃dicabilitas repugnat.

Solutio. Dices, quod differentia vltima habeat duo, & eſſe differentiam, & eſſe vltimã, & prædicari de pluribus ſpeciebus repugnare illi, qua ratione eſt vltima, non qua rõne eſt differentia. *Impugnatio.* Sed contra hanc ſolutionem eſt argumentum factum Et præterea, quia hac ratione etiam poſſet dici, quod animal rationale ſit prædicabile de pluribus differentibus ſpecie; quia licet hoc repugnet ei, quatenus tale animal eſt, ſcilicet, rationale, non tamen repugnat illi, quatenus animal eſt. Conſtat autem illam locutionem eſſe abſurdiſſimam: nã quod ratione vltimæ differentiæ repugnat, abſolutè repugnat: ergo ſi vltimæ differentiæ, quia vltima eſt, repugnat prædicari de pluribus ſpeciebus, abſolutè repugnat.

5. Ratio. Quintò. Nam differentia eſt rationis relatiuum. ergo ſua eſſentia non eſt prædicari per non repugnãtiã, ſed poſitiuè referri ad ſuum correlatiuũ. Conſequentia eſt euidens, cum hæc ſit eſſentia relatiui, & nullum relatiuum per non repugnantiã refertur, ſed actu ad ſuum correlatiuum refertur: ergo differentia vltima, ſiquidẽ habet eſſentiam relationis differẽtiæ, actu debet referri ad ſuas ſpecies, quæ ſunt eius correlatiuum; ſed nõ refertur actu ad plures ſpecies differentia vltima, ſcilicet, rationale: ergo nec eſt prædicabile de pluribus ſpeciebus. Minor probatur: nam ad quas ſpecies refertur rationale, actu non ſunt dabiles profectò illæ ſpecies, etiamſi detur fingendi licentia. *Explicatio maior rationis facta.* Explicatur magis hæc rõ. Si hæc differentia vltima habet eſſentiam differentiæ, actu debet illam habere; ſed eſſentia differentiæ eſt reſpicere plures ſpecies, vt prædicabile in quale eſſentiale, ſed hæc vltima dña non reſpicit plures ſpẽs: ergo nõ eſt p̃dicabilis de pluribus ſpẽbus.

Solutio. Dices, quod reſpiciat per non repugnãtiã, quia quantum eſt ex parte ſua nõ repugnabat illi eas reſpicere actu, verum rõne adiuncti non reſpicit. *Impugnatio.* Contra, Hæc eſſentia huius differentiæ in quantũ differẽtia eſt relatiua: ergo actu conuenit illi hæc eſſentia, ergo definitio eſſentiæ relationis, quod eſt reſpicere aliud: ergo actu reſpicit aliud correlatiuũ, quia hæc eſt eſſentia relatiui. Tunc vltra; Vel illud aliud sũt plura indiuidua, vel plures ſpecies: ſi ſunt plures ſpecies: ergo actu refertur ad plures ſpecies: ergo rõnale actu, vt differẽtia eſt, refertur ad plures ſpẽs. Et da tu, quæ ſunt iſtæ; referretur ad hominem, & equum. Quo quid ſtultius dici poteſt? ergo, &c. Explicatur magis hoc, & probatur, & ſic

6. Ratio. Sextum argumentum: Si vltimæ differẽtiæ, v.g. rationali, quatenus differentia eſt, cõuenit prædicari de pluribus ſpeciebus: ergo rationale, quatenus differentia, eſt in pluribus ſpeciebus: quia non poteſt aliquid de aliquo prædicari, quin ſit in illo: ſed rationale non eſt in pluribus ſpeciebus, quia cum ſit vnius conſtitutiua ſolũ, non poteſt in multis eſſe: ergo nec in quantum differentia eſt prædicabilis de pluribus ſpeciebus. Sed illa minor probatur: quia licet animal ſit in pluribus ſpeciebus, animal rationale non item: ergo licet differentia ſit in pluribus ſpeciebus, differentia vltima non erit in pluribus.

Solutio. Dices, quod probat hoc argumentum, quod

ꝙ rationale quatenùs differentia vltima, non eſt in pluribus ſpeciebus, ſed nō quatè *5. Impu.* nùs differentia. 5. Sed contra: Nam vel loquimur de differentia atoma, quando dicimus eſſe prædicabilem de pluribus ſpeciebus, ſecundū quod dicit rationem differentiæ, & rationē atomæ ſimul, vel ſolū ſecundum quod dicit rationē differentiæ, abſtrahēdo rationē differentię à ratione atomę. Si hoc ſecūdo modo loquimur, eſt dicere, quod differentia, vt ſic, eſt prædicabilis de pluribus ſpeciebus Et licet eſſet prædicabilis, non includitur hoc in ſua eſſentia, quia abſtrahit à p̄dicari de pluribus ſpeciebus, & de pluribus numero dr̄tibus: Sicut licet hæc ſit vera, animal eſt rationale, ſed rationale nō eſt de animalis eſſentia, vel loquimur de differentia atoma, & de ratione differentiæ, vt eſt in atoma, & ſic impoſſibile eſt, ꝙ ſit p̄dicabilis de pluribus ſpeciebus, *6. Impu.* cū nō ſit in illis. Prȩterea, quādo ratio dr̄ię atomæ abſtrahitur, non abſtrahitur à pluribus ſpeciebus, nec poteſt abſtrahi: ergo nec de illis poteſt p̄dicari; ergo repugnat illis talis prȩdicatio Probatur cōſequentia: q̃a nihil prædicari poteſt, de quo nō eſt abſtrahibile, quia nou erit in illo, & ſic nec poterit prȩdicari.

7. Ratio. Prȩtereà 7. Nā licet aliquis actus poſſit alicui per non repugnantiam competere, ſicut diuiſibilitas minimi, & cȩli quantitati, verū eſſentia rei eſt impoſſibile, ſicut nec definitio, quod cōueniat per nō repugnantiā, cū eſſentia ſit rei intima, & definitio cōueniat in primo modo perſeitatis: ergo ex neceſſitate debent poſitiuè cōpetere. Vnde miror, quō iſte error tm̄ percrebuerit, vireſque ſumpſerit, & toties i ſcholis defendatꝰ.

2. Cōclu. cōtra eū ad Caiet. & alios. Secunda cōcluſio. Supra dicta definitio, tantum eſt definitio differentiarū ſubalternarum. Hæc eſt cōmunior ſententia, & ita illā docet Scotus. q 17. vniuerſalium, Ioannes Angelicus, & Mauri. q. 24. Albertus tractatu 1. logicæ. Simplicius tractatu 7. antepredic. regula. 2. Louani. c. de ſpecie, & ibi Burleus, Mercadus Câte, Villalpandus. Fon*1. Ratio quorundam.* ſeca lib. 1. capite 5. Hanc cōcluſionē aliqui probant, quia differentia vltima nō eſt verè differentia, & ita non definitur, ſed definitur differēria ſubalterna, quæ verè eſt differentia, quia relinquit rem vlterius cōtrahi*Reijcitur* bilem. Sed hæc ratio eſt nulla, quia differentia atoma propriiſſimè eſt differentia, cum perfectiori modo diuidat genus, & conſtituat ſpē nānā illā cōſtituit in vltima actu à litate eſſentiali, & dat nobiliſſimum gradum eſſendi eſſentialē. Alii dicunt, hanc *2 Ratio aliorū refellitur.* definitionē ſolum differētiis genericis cōpetere, q̃a ſpecificas atomas Porphyrius non cognouit, quæ ſunt difficiles cognitu. Sed hæc ēt ratio non multū vrget: nā licet illas omnes in particulari definire, & cognoſcere difficillimum ſit; ſed cognoſcere rationē dr̄iæ atomæ in cōi, & illam definire nō eſt multum difficile, cum poſſit hoc fieri vnius differentiæ atomę natura cognita, ex qua ratio cōis logica ad omnes alias ſumi poteſt. Vnde ratio potiſſima eſt, quare ibi ſit definita differentia ſubalterna ſolum, quia hæc definitio ſolū illi conuenit. *3. Ratio ppria auctoris.* Quare aūt Porphyrius hoc voluerit, nolo inquirere, quia nihil eſt vtilitatis in hac p̄ſcrutatione. Dicūt aliqui, quod ſi velimus definitionem tradere, quæ omni differentiæ conueniat, poſſumus definire: differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus differē*Definitio data à quibuſdā cōueniens quibuslibet differentijs.* tibus ſpecie, vel numero. Et iſte modus de finiendi per diſiunctionem communis eſt Ariſtoteli, & Porphyrio. Nam Ariſtoteles definiuit propoſitionē, quæ ſignificat verum vel falſum. Et Porphyrius accidens, *Alia definitio datur ab auctore.* quod poteſt adeſſe vel abeſſe, &c. Sed vt inferius videbimus, melius definitur quadam definitione omni differentiæ competenti, ſcilicet, differentia eſt, quæ prædica*Definitio cōueniēs ſoli differētia atoma.* tur de pluribus in quale eſſentiale. Definitio verò, quæ conuenit atomæ differentię, eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in quale eſſentiale.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primum. AD primum reſpōdetur, ſatis imperfectè Porph. tradidiſſe definitiones omniū dr̄iarū: verū ex dictis ab illo in hoc capite optimè poſſe colligi, quæ ſit dr̄iæ rō, nimirum, quod ſit vniuerſale prædicabile de pluribus in quale eſſentiale, abſtrahendo ab hoc, quod eſt prædicari de pluribus numero, vel ſpecie differentibus, & dicēdo hoc ipſum ſuæ ſatisfeciſſe intentioni.

Ad ſecundum. Ad ſecundū reſpondetur, quod ſi differentia atoma, in quantum dr̄ia eſt, accipiatur ſic, vt ſumatur ratio differentiæ coniuncta atomæ differētię rationi, repugnat prædicabilitas de pluribus ſpecie diffe-

Digitized by Google

rentibus illi rationi. Sicut rationi hominis coniunctæ indiuidualibus conditionibus repugnat prædicabilitas de pluribus. Si verò ſumatur ratio differentiæ abſtracta a ratione contrahente, & determinante illā ad rationem differentiæ atomæ ſic, non repuguat illi prædicari de pluribus ſpecie differentibus; ſed nec hoc actu includit in ſua ratione, ſicut nec animal includit rationale in ſua ratione communi, quamuis hoc illi non repugnet. Vnde non ſequitur, quod ſit definitio, & ratio differentiæ in communi, ſicut nec rationale eſt ratio animalis in communi.

Doctrina pulcra.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, quod definitio quāti poſitiuè conuenit quantitati mi nimi, & quantitati celeſti, quia illæ ſunt diuiſibiles in ſemper diuiſibilia, ſeu habent partem extra partem, quæ eſt ratio quantitatis, quod ſi actu diuidi non conueniat illis, illud ſit ratione formæ: actu autem diuidi non eſt eſſentia quantitatis, ſed quidam actus illi accidentalis. Vnde eſſentia illis poſitiuè conuenit, quinimò alio modo, quam poſitiuè, eſſentiæ rerum nequeunt rebus ipſis competere, cùm ſint illis tam intimè. Actus autem, qui non ſunt de eſſentia, benè poſſunt non realiter competere, & poſitiuè, ſed per quandam nonrepugnātiam. Vnde dixit Diuus Thomas. 1. Phyſicor. lectio. 9. & 2. de anima, text. 41. Corpus autem naturale eſt in infinitum diuiſibile, at quod diuidi non poſſit, ex penuria contingit idoneorum.

Definitio quantitatiuè cōuenit quātitati, & non non repugnāter.

Ad confirm. Ad confirmationē reſpondetur, quod ratio atomæ differētiæ eſt quidam modus differentiæ determinās illam ad rationem talis differentiæ, & nō eſt quid extrinſecum omnino ad differentiam, licet verum ſit, quod non conſtituat aliam ſpeciem differentiæ, ita quod atoma, & ſubalterna ſpecie differant: ſed ſunt modi ipſius accidentales ad rationem huius prædicabilis, licet in ratione atomæ, & ſubalternæ ſpecie differant, non tamen in ratione differentiæ.

Obiectio. Solutio. Sed contra: ergo eſt quid accidentale ad differentiæ rationem eſſe atomam: ſiquidem non conſtituit nouam ſpeciem. Reſpondetur, eodem modo eſt quid accidentale eſſe ſubalternā, & ita eſſentialis ratio huius prædicabilis eſt prædicari de pluribus in quale eſſētiale. Et accedit huic rōni, qđ illa plura ſpecie, vel numero differant.

QVÆSTIO LXIII.

Vtrùm differentia ſit vniuerſalis per ordinem ad ſpeciem, quam conſtituit, an per ordinem ad indiuidua.

Controuerſia. IN hac ſubtili quæſtione dicunt plurimi, differētiā vniuerſalem eſſe reſpectu ſpēi, ſpeciemque eſſe proprium eius ſubiicibile, quatenus eſt ipſa vniuerſalis, & prædicabilis.

1. Opinio. Huic ſententiæ fauet Caietanus, Toletus, & Soto capite de differentia dicētes, hoc. 3. prædicabile definiendū eſſe per ordinē ad ſpeciem, reſpectu cuius eſt vniuerſale.

1. Argu. præfata opinio. Et probaī rōne hæc ſententia, primò: Nam rationale, in quantū dfīa, eſt vniuerſale, ſed eſt dfīa per ordinē ad ſpeciē, quā conſtituit: ergo eſt vniuerſale per ordinē ad eandē ſpēm. Maior probatur: Nā differētia ponitur ab oībus tertium prędicabile, ſeu vniuerſale: ergo ſub illa rōne poni debet, nec alia pōt in illa conſiderari, ſecū dum q̄ vniuerſale dicatur. Minor patet: Nā differentia eſt, quæ genus diuidit, & ſpeciem conſtituit, quinimo ſpeciē conſtituē do diuidit genus.

Confirm. Et confirmatur hoc argumentum: Nam rationale, v. g. prædicatur immediatè de homine, mediatè vero de indiuiduis: ergo habet rationem vniuerſalis reſpectu hominis. Antecedens probatur: quia ideò Petrus eſt rationalis, quia homo eſt rationalis, nec enim rationale eſſet in multis indiuiduis, niſi prius conueniret homini. Conſequentia probatur, quia vniuerſale, & prædicabile cōſtituitur per immediatum ordinem ad ea, de quibus eſt aptum prædicari. Et cum rationale hominē immediatè reſpiciat, de illoque immediatè prędicetur rationale, vniuerſale erit per illū ordinem ad hominem, qui eſt ſpecies conſtituta ab ipſo.

Fuga. Si dicas, rationale poſſe comparari dumtaxat cum ſpecie, q̄ conſtituit, & ſic eſſe prędicatū immediatū ęquale cum illa, & nulla ratione ſuperius: vnde nec vniuerſale eſt reſpectu illius. Poteſt etiam comparari ad inferiora indiuidua, & ſic habet rationē vniuerſalis, & immediatè prædicaī de illis p̄dicatione vniuerſalis, & non mediatę homine. Sed contra:

Digitized by Google

Impugnatio. tra: Nã in hoc ſyllogiſmo; omnis homo eſt rõnalis: Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt rationalis, probamus rõnale de Petro mediãte hoĩe: ergo illa prædicatio, Petrus eſt rõnalis, non eſt immediata prædicatio vniuerſalis: ergo prius, vt vniuerſale prędicabatur de hoĩe. *Fuga.* Dices ineſſe rei, & primò intentionaliter loquẽdo conuenire Petro eſſe rationale mediante hoĩe. Nam hæc cauſalis eſt vera, quia hõ eſt rationalis, Petrus eſt rationalis. Tamen ſecundò intentionaliter loquendo, & in eſſe vniuerſalis immediatè prædicatur rõnale de Petro, & Paulo tanquam vniuerſale de ſuis immediatè inferioribus, à quibus eſt abſtractũ, nec id conuenit ei mediante aliqua alia prædi- *Impugnatio.* catione vniuerſali. Sed contra, quia modus prædicandi ſequitur modum eſſendi, & fundatur in illo: ergo ſi in eſſe rei Petro conuenit eſſe rationale mediante homine: ergo in eſſe prædicabilis, atque adeò illa erit mediata; Petrus eſt rationalis, illa autem immediata: homo eſt rationalis.

2. Arg. Secundò: Quia differentia, aut rõnale, verbi gratia, primò prædicatur de ſpecie: ergo primò eſt prædicabilis de illa. Conſequentia patet arguendo ab actu ad potentiã; ſed prædicabilitas eſt paſſio vniuerſalis: ergo per ordinẽ ad ſpeciẽ eſt prædica- *Solutio.* bile, atque adeò vniuerſale. Reſpondebis, prędicationẽ de pluribus eſſe paſſionẽ vniuerſalis, non verò prędicabilitatẽ de vno; cuiuſmodi eſt prædicabilitas differentiæ *Impugnatio.* reſpectu ſpeciei, quæ vna solũ eſt. Sed obſtat hoc argumentũ: nam quando illud vnũ eſt vniuerſale, prædicabilitas de illo, ſi ſit adæquata, eſt vniuerſalis prædicabilitas, ſed ſpecies eſt vniuerſalis: ergo dr̃iæ prædicabilitas reſpectu illius erit vniuerſalis. Probatur maior: quia ordo, ſeu reſpectus ſuam ſpeciem ſumit à termino, quem reſpicit: ergo ſi ordo prædicabilitatis differentiæ reſpicit ſpeciem ſibi æqualem, tanquam aliquid vniuerſale, ille ordo erit vniuerſalis. Dices, hunc ordinem vniuerſalis *Solutio.* non tam ſpecificari à termino, quam à modo reſpiciẽdi illum terminum. Vnde licet terminus, qui eſt ſpecies, vniuerſale ſit, q̃a tamen non reſpicitur à dr̃ia modo vniuerſali tamquam quid inferius, ſed tanquam quid æquale & conuertibile cũ illo; ideo ille ordo, quem habet differentia ad ſpeciẽ, non eſt vniuerſalis, ſed potius non vniuerſalis. *Impugnatio.* Sed contra: quia eodem genere prædicationis prędicatur rationale de homine, & de ſingulis indiuiduis, ſcilicet, prædicatione differentiæ in quale quid; ſed hic prædicandi modus eſt vniuerſalis: ergo &c. Probatur minor: quia prædicatio differentiæ eſt vniuerſalis.

3. Arg. Tertiò: Nam cum prædico differentiam de ſpecie, aut indiuiduis, non muto conceptum prædicati: nam rationale ſub eodem cõceptu prædico, de vtriſque: ergo nec variatur modus prædicandi, cum iſte nõ poſſit variari, niſi variato modo concipiendi rem prędicatam; ergo ſicut eſt vniuerſale differentia reſpectu indiuiduorum, ita ẽt eſt vniuerſale reſpectu ſpeciei; & cùm iſta ſe habeãt ordine quodam, & prius rõnale conueniat ſpeciei, quam indiuiduis, ratio vniuerſalis in dr̃ia prius erit reſpectu ſpeciei, quam indiuiduorum. *1. Confir.* Et confirmatur: Nam non ſolũm manet idem cõceptus in rationali, cum prædicatur de hoĩe, & indiuiduis, ſed idem conceptus cum eadẽ intẽtione; quia non mutatur fundamentũ intẽtionis, cũ qua prædicatur de indiuiduis, cũ prædicatur de ſpecie; ſed cùm prædicabatur de indiuiduis, habebat intentionẽ dr̃ię ergo eandem habet reſpectu ſpeciei: ergo reſpectu illius eſt vniuerſalis. Et cũ iſta debeãt ordine quodã prędicari, prout rerum fundamenta exigunt, & in eſſe rei prius rationale conueniat homini, quã Petro, eſſe vniuerſale prius conueniet rationali reſpectu hominis, quam reſpectu Petri. *2. Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: Nã iſta prædicatio, homo eſt rationalis, eſt alicuius prædicabilis, non niſi tertii: ergo eſt vniuerſalis reſpectu illius, quandoquidem ad tertium prædicabile pertinet.

4. Arg. Quartò: Nam ſi aliqua ratione rationale non eſſet vniuerſale reſpectu ſpeciei, maximè, quia ſpẽs eſt vna ſolũ, vniuerſale verò ſecundum intrinſecã rationem ſuam formalem reſpicit plura ſibi inferiora; ſed hęc nulla eſt rõ: ergo &c. Probatur minor: Nam hoc ipſo, quod reſpicit ſpeciem ſibi adæquatã, in illa reſpicit plura inferiora ſpeciei, quæ ibi vnitè cõtinẽtur: ergo per reſpectum ad ſpeciem, ſiquidẽ ibi reſpicit plura virtualiter & vnitè, erit vniuerſalis. *Solutio.* Reſpondebis forſan, licet ex hoc ipſo, q͛d dr̃ia reſpiciat ſpeciem, reſpiciat inferiora ſpeciei, veram conſtitui vniuerſalem

per reſpectũ ad inferiora, & non per reſpectum ad ſpeciẽ: nam ad rationem vniuerſalis requiritur reſpectus plurium in ſe. Sed contra: Nam in definitione vniuerſalis nõ dicitur, niſi quod ſit vnum in multis: ſed hæc definitio verè ſaluatur, ſi ſit vnum in multis, ſiue illa multa ſint vnita, ſiue diuiſa: nam ad quodlibet illorum, ſiue vt eſt in ſpecie, ſiue vt eſt in ſe, erit tunc differentia ſuperior: ergo erit vniuerſalis tunc. Et confirmatur hoc argumentum: Nam rationale cum reſpicit hominem ſibi adæquatum, reſpicit omnia indiuidua ſpecie, prout ſunt vnita, & vnũ in ſpecie; ſed ad quodlibet hominis indiuiduum, vt eſt in ſpecie rõnale eſt ſuperius: ergo ad multa indiuidua, vt ſunt in ſpecie eſt ſuperius, quinimò ad oia diuiſiuè: ergo reſpectu omnium diuiſiuè, prout ſunt in ſpecie, rõnale eſt ſuperius: & ita verè vniuerſale erit: nã qđ reſpiciat illa, vt vnita, vel vt diuiſa parũ retulerit.

Impugnatio.

Confirm.

5. Arg. Quintò: Quod inquirimus, ſupponit vnũ falſum illud nimirum: quod rationale immediatè reſpiciat hominẽ, mediatè indiuidua: ergo quæſtio noſtra non habet locum. Probatur antecedẽs: Nam tam immediata prædicatio eſt iſta, Petrus eſt rationalis, q̃ iſta, Petrus eſt homo. ergo &c. Probatur antecedens: Nam ideo hęc eſt immediata, Petrus eſt homo, quia homo dicit totã eſſentiã Petri, ſed rõnale dicit immediatè partẽ eſſentiæ Petri. ergo reſpectu Petri eſt immediata. Nam cũ totum nihil ſit aliud, quam ſuæ partes ſimul ſumptæ, ſi totũ immediatè prædicabiẽ, & partes ſimiliter immediatè prædicabũtur ẽt diuiſim.

1. Opin. Dicunt alii, hanc quæſtionẽ decidentes differentiam formaliter quidẽ eſſe vniuerſalẽ per reſpectum, quẽ ſeruat ad inferiora, vt rationale ad Petrum, & Ioannem, & Franciſcum: & ſenſibile ad hominem, & equum, & leonem, ſed radicaliter in ordine ad ſpeciem. Et probant duabus rationibus.

1. Ratio. Primò; quia proprium radicaliter eſt vniuerſale reſpectu ſpeciei: ergo ſimiliter differentia, quia eadem eſt ratio.

2. Ratio. Et ſecundò: quia ex eo, quod differentia eſt æqualis ſpeciei, cum ſpecies ſit communis pluribus, ſequitur, quod ipſa radicaliter ex hac adæquatione ſit communis pluribus, & quod illa adæquatio ſit radix, vnde naſcitur in ipſa vniuerſalitas.

3. Opin. Alii dic. nullo modo, nec per ordinem ad ſpeciem, nec per ordinem ad indiuidua ſpeciei differẽtiam vniuerſale eſſe, ſed per ordinem ad propria indiuidua, ſcilicet, rationale per ordinem ad hoc rationale, & illud rationale. Et probant hoc argumento: Nam vniuerſale dicitur in ordine ad particulare illius vniuerſalis; ſed nõ eſt particulare huius differentiæ rationale, v.g. Petrus; ergo nec reſpectu illius dicitur vniuerſalis. Maior clara eſt ex definitione vniuerſalis, & patet exemplo: Nam hõ non dicitur vniuerſalis, reſpectu Brunelli, & Iauelli, ſed reſpectu Ioãnis, & Petri; quia illi non ſunt eius particularia, hi autẽ maximè. Minor illa probatur: Nã illud dr̃ particulare, qđ dicit naturã vniuerſalis determinatam, & contractam: ſed Petrus non dicit naturam rationalis contractam, ſed naturam hominis: ergo non eſt particulare rationalis, ſed hominis. Probatur minor: Nam illud dicitur naturam cõtrahere, quod dicit illam cum quodã modo particulari: ſed hoc rationale eſt huiuſmodi, & non hõ: ergo &c. Et ſecundò probatur illa minor: quia duo vniuerſalia particularia diuerſa expoſcunt: ſed hõ, & rationale ſunt duo vniuerſalia ſpecie diuerſa: ergo expoſcũt ſingularia diuerſa: ergo ſi Petrus eſt ſingulare, & particulare hois, non erit ſingulare rationalis, & quamuis homo, & rationale ſolũ ratione differant, hoc ſufficit, vt habeant diuerſa inferiora.

Deciditur quæſtio.

Sed pro veritate explicanda ſit prima conclusio: Dr̃ia non dicitur formaliter vniuerſale per reſpectũ, quem dicit ad ſpeciem, v.g. rationale non dicitur vniuerſale per ordinem ad hominem vt ſic. Hæc concluſio mihi videtur demonſtrata, & tenent illam viri graues, Diuus Thom. in Sũma logicæ, capite. 4. Albertus titulo. 3. capite. 4. Ammonius capite de genere. Verſorius quæſt. 3. notabili primo. Louaniẽſ. Titelmanus, & Iauellus capite de dr̃ia, & illã expreſè tenet Porphyrius capite de differentia, definiens differentiam, nõ per prædicari de vna ſpẽ, neque in ordine ad vnam ſpeciem ſolam, ſed per prędicari de pluribus ſpeciebus, & in ordine ad plures ſpẽs. Nã quod dicit de ſpecie ſubalterna, de atoma etiam dicendum eſt. Et ſicut ratio

1. Concl. cõtra Caiet. & alios.

tio

tionem differentiæ ſubalternæ cõſtituit in ordine ad plures ſpecies: ita ratio ſpeciei atomæ eſt conſtituenda in ordine ad plura indiuidua. *1. Ratio pro concluſione.* Et probatur ratione. Primò: Nã vniuerſale in ſua ratione formali, & quidditatiua importat ordinẽ ad multa: ergo dĩa nõ poteſt cõſtitui in eſſe vniuerſalis per ordinẽ ad ſpeciem, ſed per ordinẽ ad inferiora ſpeciei: Maior patet: Nã Ariſt. libro primo Peri her. definit vniuerſale, lectione 10. apud Diuum Thomam hoc modo, quod de pluribus aptum eſt prædicari: ergo per ordinẽ ad plura definitur, & ſua quidditas eſt reſpicere plura. Conſequentia illa pbatur: quia ſpecies eſt ſolũ vna; & nõ plures. Præterea; Vniuerſale importat eſſentialẽ ordinem ad inferiora, ſed ſpecies non eſt inferior reſpectu differentiæ: ergo dĩa reſpectu ſpeciei nõ eſt vniuerſale. Maior patet: Nam vniuerſale ſe extendit ad plura: ergo quodlibet illorum eſt ſibi inferius. Et patet inductiuè in omni vniuerſali. Minor probatur: quia ſpecies æqualis eſt differentiæ: ergo non eſt illi inferior.

2. Ratio. Præterea: Natura, quam vniuerſale importat, debet reperiri partita, & diuiſa in inferioribus, & hac ratione dicimus, Deũ nõ eſſe vniuerſale: qa natura diuina nõ reperitur partita & diuiſa ĩ Patre & Filio, & Spiritu ſancto eſſentialiter: ſed ſpecies reſpectu dĩæ non dicit naturam dĩæ partitam, ac diuiſam, reperitur verò partita ac diuiſa in inferioribus ſpeciei: ergo reſpectu illius eſt vniuerſalis, & nõ reſpectu ſpeciei.

3. Ratio. Præterea: Si reſpectu ſpeciei dĩa eſt vniuerſalis: ergo reſpectu illius ſaluat in dĩa eſſẽtialis ratio vniuerſalis: ergo reſpectu illius eſt vnũ in multis, & de multis: ſed hoc apertè cõſtat eſſe falſum, quia ibi non ſunt multa, ſed ſolũ eſt vera ſpeciei natura: ergo. *Solutio.* Dices, ꝙ ibi ſunt plura in virtute, & *Impugn.* vnito quodã modo. Sed cõtra, qa potius natura ſpecifica abſtrahit à pluralitate ĩdiuiduorũ eius, qa abſtrahit à conditionibus indiuiduantibus, & omnia indiuidua in ſpecie ſunt vnũ, & nõ multa. Vnde dixit Porphyrius illud celebre dictũ, ꝙ omnes homines participatione ſpeciei ſunt vnꝰ homo.

4. Ratio. Præterea probatur concluſio, ſi reſpectu ſpeciei dĩa eſt vniuerſalis: ergo omni alio circumſcripto habet reſpectu illius eſſentiam & paſſiones, quæ conſequuntur ad eſſentiam, ſed hoc non: ergo. Patet minor: quia reſpectu ſpeciei, vt non eſt prædicabilis de multis, quæ eſt paſſio vniuerſalis, cũ reſpectu ſpeciei impoſſibile ſit dari plura, ſi ipſa vt ſic intelligatur, quia plura vt dentur, debent cognoſci, quatenus naturã ſpecificã p materialia principia determinant.

5. Ratio. Præterea, vt differentia ſit vniuerſalis, neceſſe eſt, vt interueniat abſtractio vniuerſalis: ſed abſtractio, qua differẽtia abſtrahitur ab homine, eſt vniuerſalis; quæcunque differentia à ſua ſpecie non eſt abſtractio vniuerſalis: ergo nec differentia per ordinẽ ad ſpeciẽ erit vniuerſalis. Probatur minor: quia eſt abſtractio formalis ſolum, cũ ſolum abſtrahatur, vt forma, & non vt totũ quoddam à ſua parte ſubiectiua. *Confir.* Et confirmatur hoc argum. nam cum abſtrahitur rõnale ab homine, non abſtrahitur, vt à pluribus, quia ibi non extant plura, cum ibi non ſint principia determinantia naturam rõnalem ad pluralitatem: ergo ſolum abſtrahitur vt forma, & non vt totum vniuerſale. Nam quod abſtrahitur hac rõne, dẽt abſtrahi à plurib. *Fuga.* Si forte dicas, differentiam eſſe vniuerſale per reſpectum, quem dicit mediatè ad plura, quẽ habet in virtute ex eo, ꝙ immediatè reſpicit ſpeciẽ, & ſic per reſpectum immediatũ ad ſpeciẽ, qui eſt cã reſpectus mediati ad multa, eſt dĩa vniuerſalis. *Impug.* Cõtra: Nam ſequeretur, quod genus, animal, v. g. eſſet ſpecies atoma, quia ex eo quod reſpicit plures ſpecies, reſpicit plura indiuidua ſolo numero differẽtia: ergo eſſet ſpecies. Maximè vt dictum eſt, quia ad hoc, quod ſit vniuerſale reſpectu ſpeciei erat neceſſe, vt ille reſpectus eſſet ad inferius ſibi, quod non ita ſe habet. Quinimò reſpectus ille ad ſpeciem, quando differentia illam reſpicit, naſcitur ex abſtractione ab inferioribus ſpeciei, & ita prius eſt vniuerſale ex eo quod reſpicit inferiora, & noſtro modo intelligendi reſpicit poſtea ſpeciem ſibi æqualem: & hoc magis infra explicabitur. *Solutio.* Dices cum aliis differẽtiam eſſe vniuerſale, quia cum differentia prædicatur de ſpecie, quæ eſt vniuerſale vnũ, huiuſmodi prædicatio æquiualet prędicationi de multis: & ita erit prædicatio vniuerſalis. *Impug.* Sed contra, quia dũ prædicatur differentia de ipſa ſpecie, ſpecies hẽt rõnẽ ſubiicibilis: vt autem eſt ſubiicibile non continet plura inferiora, ſed ſolum, vt eſt prędicabilis, illa cõtinet. Et præcipuè, qa non

continet plura, vt plura, ſed vt vnum, & ſic non poteſt in ordine ad illam ſortiri vniuerſalis rationem.

6. Ratio. Præterea probatur concluſio: quia ratio vniuerſalis de illis immediatè dicitur, à q. bus immediatè abſtrahitur, & quæ immediatè vnit in aliqua vna ratione, at rõnale immediatè abſtrahĩt ab indiuiduis ſpeciei, & illa immediatè vnit, & non abſtrahitur à ſpecie, nec vnit in aliqua ratione, ſed illã conſtituit: ergo immediatè dicitur de indiuiduis ſpeciei, vt vniuerſalis, & ita reſpectu illorum habet vniuerſalis rationem.

Confir. Vlt. rat. Et cõfirm. hæc ratio & probatur vltimò concluſio: Nam vniuerſale in cõi conſtituitur in ordine ad inferiora, & hæc ſua eſſentia inferiora reſpicere, quib. vnam naturã cõem importat: ergo hoc vniuerſale cõſtituitur in ordine ad inferiora: rationale ergo non in ordine ad ſpeciem, ſed in ordine ad indiuidua conſtiruitur. Conſequentia ꝓbatur: quia quidquid eſt de ratione vniuerſalis, eſt de rõne huius vniuerſalis, cũ includat vniuerſalis rõnem cõem, & illi aliquid addat. Antecedens primum prob. Nam vniuerſale terminum hẽt in ordine ad quod ſuam habeat eſſentiam: ergo vel ille terminus eſt æqualis, & hoc non; aliàs non eſſet reſpectu illius vniuerſalis, vel inferior, vel habeo intentũ, quod cõſtituitur in ordine ad inferius: nã ſuperiorem terminum hẽre non põt. Et quamuis ille terminus non ſit id, de quo vniuerſale affirmatur, eſt tñ id, ad qđ refertur, vt de gñre ſupra dictũ eſt.

2. Concl. cõtra nõ paucos Doctores Prob. 1. Secunda concluſio: Differentia nõ eſt radicaliter vniuerſale in ordine ad ſpeciem. Probatur concluſio hæc, quæ contra multos eſt Doctores, neſcioq; qua ſunt ducti rõne. Nam vel loquimur de radice proxima, vel remota vniuerſalitatis: Sed radix proxima vniuerſalitatis differentiæ nihil eſt aliud, quàm eſſe abſtractum à ſuis inferiorib. vel eſſe cognitum, vel ſaltem cõparatũ eſſe. Modò. n. in omni loquor opinione: ſed hoc non habet ex reſpectu ad ſpeciem, vt conſtat, ſed per operationem intellectus: nec reſpectus ad ſpeciem ad fundamẽtum remotum: quia hoc nihil aliud eſt, quã vnitas formalis, quàm ſeruat in ſuis inferioribus, in quib. reperitur ſecundum eandẽ rõ-

Prob. 2. nem fundamentalẽ: ergo &c. Præterea: Nã quando differentia reſpicit ſpeciem, vt aliquid ſibi æquale, iam eſt facta vniuerſalis ꝑ actionem intellectus, ſaltem fundamentaliter proximè: ergo non habet tanquã ex radice eſſe vniuerſale à ſpeciei reſpectu. Cõſequentia eſt euidens, & antecedens probatur: Nã impoſſibile eſt, quod ſit differentia æqualis ſpeciei, quin ſit vniuerſale: qa ſpecies vniuerſalis eſt tunc, & de multis ꝑdicabilis. Præterea: Nam reſpectus, quẽ hẽt ad ſpeciem, eſt reſpectus rõnis: ergo ſibi tributus ab intellectu, non vt eſt hæc rõnalitas, & particularis: ergo vt eſt vniuerſalis, & æquata ipſi ſpẽi. & eſt tũc reſpectus tertii ꝑdicati, vt nimirũ, qđ eſt affirmabile de ſpecie, vt de ſibi æquali, cuius dña forma eſt. *Prob. 3.*

Tertia concluſio: Inferiora differentiæ non ſunt iſtæ, & illæ differentiæ, v. g. inferiora rationalis non ſunt hoc rationale, & illud rationale: & inferiora ſenſibilis non ſunt hoc & illud ſenſibile, ſed ſunt, v. g. inferiora rationalis Petrus, & Ioannes, & cætera indiuidua naturæ humanæ, & inferiora ſenſibilis, homo, & equus, & cæteræ ſpecies animalis. Probatur: Nam hoc rationale, & Petrus ſunt inferiora veluti ſpecifica. Sed hic non loquimur de prædicatione ſpecifica, ſed de prædicabilitate differentiæ: ergo non ſunt illa, ſed iſta. Explicatur hoc à ſimili: Inferiora riſibilis non ſunt hoc riſibile, aut illud, quia iſta ſunt inferiora ſpeciei riſibilis, ſm̃ quod dicit naturã quandã ſpecificam, ſed ſunt Petrus, Ioannes, &c. q. ſunt inferiora ſubiecta proprii ipſius, ad quorum naturam ſpecificam conſequitur; ergo differentiæ inferiora erunt inferiora ſpeciei ipſius: qm̃ habent naturam ſpecificam per ipſam differentiam conſtitutam: Nã cum hic loquamur de prędicatione differentiæ, ſumere debemus pro inferiorib. illius illa inferiora, quæ habẽt naturã ſpecificam ab ipſa dña: ſicut inferiora generis conſtitutiua illius non ſunt hoc, & illud ſẽſibile: ſed homo, & equus, ĩ quib. natura generica reperitur determinata ad ſpecies, ſicut & accidentis inferiora nõ ſunt hoc & illud album, ſed Petrus, & Ioãnes, quib. accidentaliter conuenit albũ. Et hoc magis patebit in ſolutione argumentorũ. Et hoc nota bene pro intelligenda quidditate differentiæ tertiæ prædicabilis. Nã iam ex ſuperiori quæſtione hẽs, eſſentiã eius eſſe ꝑdicari de plurib. in quale eſſentiale. Et ex hac quæſtione hẽs iam, hæc plura eſſe illa, quæ habent naturam ſpecificam cõſtitutã,

3. Concl. Quæ ſint īferiora, de quib. differentia prędicatur.

Obſeruatio Authoris valde neceſſaria.

&

& diſtinctam per formam differentialem. Et ſic fundamentum remotum huius relationis p̄dicabilis eſt vnitas formalis multorum, quatenus inter ſe ſunt in forma ſpecifica ſimiles, & diſſimiles ab oĩbus aliis, in quo differt a proprio, & accidente. Nã illorum vnitas, & diſſimilitudo non eſt in eſſe ſpecifico, ſed in eſſe accidentali, proprio vel cõi. Et differt hæc vnitas ab vnitate generis formali, quæ eſt fundamentum remotum intentionis generis, ex eo quod in illa conueniunt, in natura cõtrahibili formaliter, & vnitas talis naturæ eſt fundamentũ remotum intentionis generis. A ſpecie ẽt differt hæc vnitas: nã ſpeciei vnitas eſt naturæ completæ, & perfectæ, differentiæ verò eſt vnitas multorum in gradu ſpeciei cõſtitutiuo formaliter.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Differentia dupliciter, metaphyſicè, & logicè.

AD primum reſp. quod rõnale, & quælibet alia differentia hẽt rõnem drĩæ p ordinem ad ſpeciem, quam cõſtituit, ſi differentia ſumatur metaphyſicè pro actu dãte vltimum eſſe ſpecificum, & ſpeciem cõſtituente. Si verò drĩa ſumatur pro tertio p̄dicabili, & vniuerſali, nõ hoc hẽt in ordine ad ſpẽm, ſed ĩ ordine ad inferiora ſpẽi.

Ad conf.

Ad confirmationem reſpondetur, quod differẽtia vt vniuerſale eſt. prædicatur immediatè de indiuiduis, de ſpecie vero nõ prædicatur vt vniuerſale, ſic quod habeat rõnem vniuerſalis reſpectu ſpeciei. Sed licet differentia vniuerſalis prædicetur de ſpecie, non hẽt hoc in ordine ad illã. Quando verò conſideratur in ordine ad ſpeciẽ, tertium prædicatũ denominatur: i. eſt tertium prædicatum ſumptum à differentia, quæ ſecundũ aliã conſiderationẽ eſt 3. prędicabile. Et licet eſſe rõnale prius conueniat homini, quam Petro, ſed quod rõnale habeat rõnem vniuerſalis, nõ eſt in ordine ad hominem, ſed in ordine ad Petrum, & Ioannem. Et patet ex inſtantia in proprio. Nam eſſe riſibilem prius conuenit homini, quã Petro: ſed quod riſibile ſit vniuerſale, non hẽt in ordine ad hominem, ſed in ordine ad inferiora hominis. Eſſe. n. rationale prius conuenit homini, quàm Petro: ſed qđ rationale ſit tertiũ vniuerſale nõ cõuenit in ordine ad hominem, cui prius conuenit, ſed ĩ ordine ad inferiora hominis, q̃a vt ſit vniuerſale, nõ ſufficit prius competere, ſed competere vt ſibi inferiori.

In ordine ad quid differentia hẽat rõnẽ vniuerſalis?

Ad 2.

Ad ſecundum argumentũ bene reſponſum eſt ibi. Et nota prętereà, quod licet differẽtia, cum prædicatur de ſpecie, debeat eſſe vniuerſalis, cũ prædicatur, inquam, vt æqualis ſpeciei, ſed non habet rationẽ vniuerſalis per ordinẽ ad ſpeciẽ, ſed per ordinem ad inferiora. Et ad vltimam replicam dicitur, ꝙ diuerſo prædicationis genere prędicetur de ſpecie, & indiuiduis. Nam de ſpecie prædicatur, vt prædicatũ formale, nõ vniuerſale, de indiuiduis verò prędicatur vt vniuerſale.

Ad replicam.

Ad 3. 1. Solut.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod vniuerſale ſit, quod p̄dicatur de ſpecie, & de indiuiduis; ceterum nõ habet rationem vniuerſalis in ordine ad ſpeciẽ, ſed in ordine ad indiuidua. Et præterea dico, quod ex eo, qđ prædicatur de ſpecie, accipiat intentionẽ quandã prædicati nõ vniuerſalis reſpectu illius, reſpectu verò ĩdiuiduorum ſit prædicatum vniuerſale. Ad primam confirmationẽ patet ex hac ſolutione, & ſimiliter patet ad ſecundã confirmationem ex dictis.

2. Solut.

Ad confirmat.

Ad 4.

Ad quartum iam patet ex dictĩs; quod in ſpecie non ſint plura, vt plura, ſed vt vnũ, ꝙ erat neceſſarium, vt eſſet vniuerſale differentia reſpiciẽdo ad ſpeciem: præterquã ꝙ prius quam reſpiciat differentia ſpeciẽ, vt quid vniuerſale, iã hoc habet per reſpectum ad inferiora. Ad confirmationem reſpondetur, quod in ſpecie nõ ſit pluralitas indiuiduorũ actu, quia abſtrahit à cõditionibus indiuiduantibus.

Ad cõfir.

Ad 5.

Ad quintũ reſpondetur, quod rationale vt differentia eſt metaphyſicè, & quatenus eſt actus dans eſſe ſpecificũ prius intelligitur cõuenire noſtro modo ĩtelligendi ſpeciei, quam illius indiuiduis. Qua ratione vero eſt tertiũ prædicabile, prius dicit reſpectum ad indiuidua, quinimo in ratione vniuerſalis nõ importat ad ſpeciẽ ordinẽ, licet hoc vniuerſale tertiũ poſſit noſter intellectus de ſpecie affirmare, & tunc dicet rõnis ordinem ad illam, vt prędicatum tertium, & vt quid vniuerſale, qua ratione de ſpecie dicitur. Hæc quæ dicta ſunt de differentia, conducunt omnia ad enucleationẽ quæſtionis illius, verũ proprium ſit vniuerſale per reſpectum ad ſpeciem, an vero per reſpectum ad indiuidua ſpeciei.

QVÆ-

QVÆSTIO. LXIV.

Vtrum differentia atoma, & ſubalterna ſpecie differant in ratione prædicabilis, ſeu vniuerſalis.

Ad quid diſputetur quæſtio præſens. QVæſtio hæc ideò inueſtigatur, vt cognoſcamus, an ſint duo differentiæ prædicabilia cõſtituenda. Et videtur pars affirmatiua vera: *1. Argu.* nam dr̃ia atoma, & ſubalterna habẽt diuerſos terminos ſpecie: ergo differunt ſpecie. Conſequentia eſt euidens, quia cum ſint relatiua, & relatiua penes terminos ſpecie diuerſos ſortiantur diuerſitatem ſpecificam, atoma, & ſubalterna dr̃ia erunt diuerſæ ſpeciei. Antecedens prob. Nam terminus differentiæ atomæ ſunt plura num. diſtincta, terminus verò differentiæ ſubalternę ſunt plura, quę ſpecie differunt: ergo ſunt formaliter diſtincta in rõne termini: ergo &c. Prob. antecedens: Nã ſpecies differt formaliter ſpecificè à genere, quia terminatur ad plura differentia numero, & genus ad plura differentia ſpecie: ergo hoc ſat eſt, vt terminus ſit formaliter diſtinctus.

2. Argu. Secundum argum. Plus differunt differẽtia atoma, & ſubalterna, quam duæ differẽtiæ atomæ, vel duæ ſubalternæ: ſed iſtæ differunt numero: ergo illæ ſpecie. Prob. conſequentia: quia inter diſtinctionẽ numericã, & ſpecificã non eſt dare mediũ, nec differẽtia numerica ſuſcipit magis, & minus.

3. Argu. Tertiò ſic argumentor: Prędicari de plurib. differentib ſpecie in quid, & de plurib. differentib. numero in quid, cõſtituit duas ſpecies prædicabilium, ſ. genus, & ſpeciẽ: ergo prædicari de pluribus differentibus numero, & ſpecie, in quale, etiam cõſtituet duas ſpecies differentiæ: differũt ergo ſpecie differentia ſubalterna, & atoma. *Solutio.* Dices, quod diuerſa ſit ratio: Nã genus & ſpecies non differunt ſpecie: quia de plurib. differentibus ſpecie vel numero prædicantur: ſed quia ſupponũt aliquid, in quo differũt, nimirum, quia dicit ſpecies totam indiuiduorum eſſentiam formalem in actu, & genus non item, ſed partẽ eſſentiæ. Et ita prædicari in quid de pluribus differentibus numero, dicendo totam indiuiduorum eſſentiam ſpecificam, & formalẽ, ſpecie differt à prædicari de plurib. ſpecie differẽtibus, dicendo partem eſſentiæ ſpecificę, quomodo prædicatur genus. Sed contra: nam quare conſtituit hæc aſſignata differentia ſpecificam diſtinctionem inter genus, & ſpeciem, & non conſtituit eandem ſpecificam diſtinctionem prædicari de plurib. ſpeciebus? dando eſſe determinabile vlterius, & de plurib. numero differentibus, dãdo eſſe completum, & vlterius nõ determinabile, ſed ſufficit prædicari vt pars ſpecierum, vt ſit diſtincta ſpecies prædicabilis à ſpecie quæ prædicatur, vt dicẽs totam indiuiduorum eſſenriam, quare nõ ſufficit prædicari de pluribus ſpecieb. vt actus illarum dans eſſe vlterius determinabile, vt ſpecie differat ab illo actu, qui de plurib. num. differẽtib. prædicatur, & conſtituit eſſentiam non vlterius determinabilem formaliter. *Impug.* Nam quamuis ſemper prædicetur vt pars, ſed diuerſimodè vt pars cõpletam eſſentiam cõſtituens, & vltimò determinans, quod facit differentia atoma, vel vt pars cõſtituens eſſentiam non vltimò determinatã, ſed vlterius contrahibilẽ. Nã iã præſupponit illud prædicari de plurib. ſpecieb. vel de plurib. indiuiduis, in eo quod prædicatur diuerſitatem aliquam in actuandi modo, quod ſufficit ad diuerſitatem ſpeciei, maximè cum hæc diuerſitas reperiatur in forma, quæ videtur ad ſpeciem referri.

4. Argu. Quartò Accidens quarti, & quinti prædicabilis ſpecie differunt ex eo ſolũ, quod vnũ oriatur a principiis eſſentialib. aliud ab extrinſeco, ẽtſi vtriq; conueniat prædicari de plurib. in quale accidentale, & illa diuerſitas ſolũ cauſat hanc diuerſitatẽ ſpecificam: ergo diuerſitas, quæ eſt in dr̃ia atoma, & ſubalterna in modo actuandi ſpeciẽ quam conſtituunt, ſ. relinquendo in illa potentialitatem, vt vlterius formaliter contrahatur, vel non contrahatur, ſufficiet ad diuerſificandam ſpeciem differentiæ, maximè cum non conueniant in prædicabilitate: nam vna de plurib. ſpeciebus, altera de pluribus indiuiduis ſolum prædicantur.

Auctoris calculus. Non dubium eſt, illũ, qui diceret ſpecie differre differẽtiam atomã, & ſubalternã, nihil dicere improbabile, quia nulla rõ euidens eſt in oppoſitũ, præcipuè cum innitat oppoſita opinio vel creditis, vel ad ſũmũ

pro-

Inueniũtur ne plura quam quinque prædicabilia.

probabilibus principiis ſolũ. Et ſi inferas, ergo plura ſunt quã quinque prædicabilia, Caietanus libenter concederet hanc cõcluſionem, capite de ſpecie: verum etiã poſſet negari, quia differentia in genere vnũ prædicabile conſtituit, quia prædicabilia penes diuerſum prædicandi modũ ab aliis numerantur. Et hic modus prædicandi diuerſus eſt in dñia, in genere: nã prædicatur in quale eſſentiale, & hoc prius eſt, quàm modi prædicandi ſpecierum differentiæ, & ita cõſtituit diuerſitatem prædicabilis ab aliis. Sed ne à communi doctrina diſcedamus, ſit

1.Concl. Prima cõcluſio: Differentia atoma, & ſubalterna nõ differunt ſpecie in ratione differentiæ, quæ eſt tertiũ prędicabile, nec prædicari de pluribus ſpecie differentibus, vel numero conſtituit duo prædicabilia differentiæ.

Proba.1. Hæc cõcluſio probatur auctoritate Scoti in ſua logica, q. 17. Ioannis Angeli, & Mauric. quæſtione 24. & Bruxel. & aliorum

Proba.2. recentiorum. Præterea probatur ratione, nam tã differentia ſubalterna quàm infima ſeruant eundem modum eſſentialem prædicandi, vtraque enim prædicatur in quale quid, & per modum alterũ qualificantis eſſentialiter: ergo in ratione pdicabilis eſſentialiter nõ differunt, & ita non cõſtituunt duo prædicabilia. Conſequentia probatur:

Prob. 3. Nam ſi ſpecie differrent, diuerſum modum prędicandi ſeruare deberent. Præterea probatur: Nam genus generaliſſimum, & medium, & infimum eiuſdẽ ſpeciei ſunt in ratione prędicabilis, etiamſi vnum dicat naturam magis cõtrahibilẽ, & determinabilẽ, quàm aliud. Nam ſubſtantia magis determinabilis eſt, quàm viuens, & viuens quàm animal, quia hoc eſt prorſus illi accidentale in ratione generis: ergo etiam erunt eiuſdẽ ſpeciei atoma, & ſubalterna, etiãſi hæc nõ determinet naturam ita cõpletè ſicut alia,

Explicatio vberior præfatæ rationis. quia hoc eadẽ ratione eſt prorſus accidentale ad rationem differentiæ. Et explicatur magis hæc ratio, & confirmatur: Nam accidẽtale eſt ad generis rationẽ, prout eſt primi prædicabilis cõſtitutiuam eſſe ſubalternam, vel non eſſe: ergo pari ratione erit accidentale ad rationẽ differentiæ, prout conſtituit tertium prædicabile eſſe atomã vel ſubalternam. Præterea illud, quod accidit

Proba.4. rationi dñiæ propriiſſimæ, nõ poteſt aliud prædicabile conſtituere, ſed prædicari de pluribus numero vel ſpecie differentibus, eſt huiuſmodi: ergo &c. Maior patet: Nã genus non debet determinari ad ſpecies per differentias accidentales. Minor probatur: Nam de ratione differentię propriiſſimę ſolũ eſt prædicari de pluribus in quale eſſentiale abſtrahendo ab hoc, quod eſt illa plura eſſe ſpecie, vel numero diuerſa: ergo &c.

2.Concl. Quo differentia ſubalterna, & atomæ differãt inter ſe?

Secunda concluſio. Differentia atoma, & ſubalterna i ratione differẽtiæ differunt accidentaliter, ſicut homo albus, & homo niger, licet ſi conſiderentur in ratione atomæ, & ſubalternę, ſint diuerſę ſpeciei. Exemplum eſt patentiſſimum: Homo albus, & homo niger accidentaliter differunt in ratione hominis, ſi vero conſiderentur in ratione albi, & nigri, diſtinctæ ſunt ſpeciei. Hæc cõcluſio quo ad primam partẽ patet: Nã eſſe atomam, & ſubalternam nõ eſt de eſſentia dñiæ tertii prædicabilis, ſed ſunt extra rationem illius: ergo conueniunt illi accidentaliter, nec eſſe atomam conſequitur ad eſſentiam dñiæ, vt ſit eius paſſio, nec ſimiliter eſſe ſubalternã. Si verò accipiatur disiunctim eſſe atomam, vel ſubalternã, forſitan eſt propria paſſio differentiæ tertii prędicabilis, vel ſaltem habet eſſe ad modũ illius. Secunda pars concluſionis probatur: Nã in ratione atomæ, & ſubalternæ habent diſtinctas definitiones, ſicut homo albus, & niger in ratione albi, & nigri habent diſtinctas definitiones: ergo ſunt diſtinctæ ſpeciei: quia quę definitione differunt, ſpecie differre certum eſt, ſi definitio ꝓpriè ſumatur. Antecedens notiſſimum eſt, & hæc magis patebunt, dum aſſignabimus argumentorũ ſolutiones.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1.arg. Diſtingui ſpecie ſimpliciter, & ſpecie eſſentiali, & accidentali.

AD primũ reſpondetur, quod differunt accidentaliter, & in hoc accidente, ſi vt ſic cõſiderentur, ſpecie differunt, & natura, ſicut ſupra habitum eſt, dum de genere ſermonem inſtituimus: quod alia eſt intentio, à qua denominatur atoma, & ſubalterna, & alia à qua denominatur differentia, ſicut alia eſt forma, à qua denominatur homo albus, & alia à qua denominatur homo: ita eſt quædam intẽtio tertii prædicabilis cõſtitutiua à qua denominatur ſenſibile differentia, & alia intẽtio eſt à qua denominatur ſubalterna, & hæc eſt accidens differentiæ ipſius. Et hoc manifeſtum eſt, cum ab eadem forma nõ poſſit prouenire formaliter eſſe ſubſtantiale, & eſſe accidentale: ergo nõ poteſt

pro-

prouenire ab eadem forma eſſentia differẽtiæ,& accidẽs illius,quod eſt eſſe ſubalternam differentiam. Prouenit ergo ab alia forma,cum iſti effectus formales eſſe differentiam,& eſſe ſubalternam ſint diſtincti.

Ad 2.argumẽ. Ad 2.reſpon quod in ratione atomę,& ſubalternæ differentiæ ſpeciei ſint diſtinctæ, & in ratione differentiæ non itẽ, vnde magis differunt. Et eſt exemplum patens in *Exẽplũ.* homine albo,& nigro.Nam magis differũt homo albus,& niger,quàm duo homines: ſed duo homines numero differunt: ergo plus homo albus,& niger;verum eſt, quia differunt ſpecie in illa ratione.

Ad 3. Ad replicam. Ad 3.reſpondetur, ſolutionem ibi datã eſſe optimam,& communem. Et ad replicam dicitur,quod illa aſſignata differentia conſtituat diuerſitatem ſpecificam, quod vnum prædicetur diuerſimodè ab alio, ſc. vt totum,vel vt pars.Differentia vero ſemper prædicatur vt pars qualificans genus eſſentialiter. Quod vltimò vel non vltimò qualificet,& actuet,hoc eſt illi accidẽtale: quia hoc pertinet,non ad rõnem differentiæ,ſed ad rõnem talis,ſ.atomæ, vel ſubalternæ,& ſẽper prædicat̃, vt pars in quale q̃d de plurib.quod eſt differentię eſſentia.

Ad 4. Ad 4.reſp.quod accidens ex eo,quod dimanat ab eſſentia rei,habeat cũ illa connexionem maiorem, & ita diuerſimodè prædicetur de indiuiduis ſpecierum,quàm accidens non dimanans à rerum eſſentiis:nã hac de cauſa alio modo prædicari dẽt: & ita,cum ſit diuerſa cõnexio cum ſubiectis, de quib.prædicatur,eſt diuerſus prædicandi modus,& ſic diuerſum prædicabile conſtituitur. *Auctoris obſeruatio.* Ego quidem fateor, has rõnes nõ eſſe demonſtrationes,ſed opinatiuas tãtũ. Qui oppoſitum ſequi voluerit, non veto.

QVAESTIO LXV.

Vtrum differentia prædicetur per ſe de genere.

NIhil aliud inquirimus, niſi,an iſta ſit per ſe, animal eſt rõnale. Et videtur quod ſit prędicatio per ſe.Omnis differentia per ſe alicuius prędicatur per ſe: ſed rõnale eſt differentia per ſe animalis: ergo prædicatur per ſe de illo.Diſcurſus eſt legitimus, & minor clara;maior probatur: Nam ideò vocatur differentia per ſe,quia prędicatur per ſe.Et probatur eadem maior ſecundò, nam differentia per accidens prædicatur accidentaliter,& per accidens, vt patet in albedine reſpectu hominis:ergo differẽtia prædicabitur per ſe ab oppoſita ratione.

Deciditur quæſtio.

1.Concl. DIco primò:Differentiæ non prædicantur de genere in primo modo dicendi per ſe.Et probatur:Nam illud prædicat̃ in primo modo dicendi per ſe,quod eſt definitio illius,vel pars definitionis; ſed differentia non eſt generis definitio,nec pars definitionis illius:ergo &c. Maior patet ex Ariſt.1.Poſter.c. 4.Sed minor proba. Nam definitio animalis,v.g.(& idem eſt de aliis generib.) non eſt rationale, nec etiam eſt pars definitionis illius:aliàs in eſſentia animalis includeretur; & idem eſſet de omni alia differentia,& ſic omnes differentiæ eſſent de ratione generis, vnde ſequeretur, quod homo,qui eſt animal,eſſet rõnale, & irrationale,quod eſt abſurdum: ergo, &c. Sequela probatur:quia rationale,& irrationale ſunt eius differentiæ; & ſumo rationanale loco omnium differentiarum animalium non habentium rationem.Quod autẽ ſit abſurdum, probatur: quia genus differentias non dicit actu,ſed potentia.Item, quia ſolum de ratione generis eſt illud,qđ in ſua definitione explicatur, vt de ratione animalis ſolum eſt,quod ſit viuens,ſenſibile,& nihil amplius.

2.Concl. Dico ſecundò:Differentia non prædicatur in ſecundo modo perſeitatis.Probatur: Solum prædicantur in ſecundo modo perſeitatis paſſiones alicuius de eo,cuius ſunt paſſiones,ſed rationale,& irrationale, v.g. non ſunt paſſiones animalis:ergo &c.Probatur minor:Nam ſequitur,quod ſint,vbicunque ſit animalis eſſentia,& ſic quod homo ſit rationale,& irrationale.

3.Concl. Dico tertiò:Differentia non prædicatur de genere in tertio modo perſeitatis.Probatur: quia tertius modus perſeitatis non eſt modus prædicationis.

4.Concl. Dico quartò.Probabile eſt,quod prædicetur de genere in quarto modo perſeitatis.Et hoc ſecũdum aliquos;licet mihi probabilius videatur oppoſitum.

Pri-

Digitized by Google

Prima pars probatur: quia eſt differẽtia effectus formalis generis, quia differentiæ omnes in genere continẽtur, in genere cauſæ formalis, & rationale eſt effectus formalis ipſius, vt ait Soto c. de genere, vel de differentia: nec enim in aliam cauſam formalem reduci poſſunt. Secuunda pars probat. Nam poſito animali, non ponĩtur oẽs eius differentiæ: ergo non reducuntur in genus tanquam in cauſam formalem. Impoſſibile eſt enim poni formalem cauſam, & non poni effectum formalem. Et licet in quarto modo perſeitatis differẽtia de genere prædicaretur, eſſet tamen accidentalis, & non perpetuæ veritatis: Sicut iſta eſt accidentalis, i. non perpetuæ veritatis, ædificator ædificat. Licet enim, quãdo ædificium fit, ab ædificatore fiat, ſed nõ ſemper fit ædificiũ, & fit contingenter.

5. Concl. Dico 5. Differentia prædicatur accidentaliter de genere. Et probatur; nam accidit animali cõiungi cum rationali: bene. n. põt illius eſſentia ſaluari, ſine rationalitate, vt patet in equo.

Dubiũ. Vtrùm autem omnes differẽtiæ prædicentur per ſe de genere, vtrũ iſta ſit per ſe, animal eſt rationale, vel irrationale, dicemus infra. Vtrum autem genus ꝑ ſe prædicetur de differentia, ſupra viſum fuit, dum ageremus, de generis quęſtionib.

Ad arg. *quare rõnale dicatur per ſe differẽtia.* Ad argum. reſpon. quod rationale dicatȓ per ſe differentia, non quia prędicatur per ſe, ſed quia vt ait D. Tho. 10. metaphyſicæ, determinat, & contrahit animal per intranea, & illud ad eſſe ſpecificum trahit, & nõ trahit illud, nec determinat ad eſſe accidẽtale. Et hac ratione albedo dicitur differẽtia accidentalis, & non per ſe animalis. Vide plura lib. 1. Poſter. c. 4.

Q V Æ S T I O. LXVI.

Vtrum differentia ſuperior eſſentialiter incl datur in inferiori.

1. Argu. ET videtur pars affirmatiua vera Primò: quidquid prædicatur de aliquo in abſtracto eſt de eſſentia illius: ſed differentia ſuperior prædicatȓ hoc modo de inferori: ergo eſt de eſſentia illius. Mai. prob. i quia abſtractum ſolũ dicit, & includit id, quod ad naturam rei pertinet: & ita nihil de illo ꝑ dicari poteſt, niſi ſit de illius eſſentia. Sed minor prob. Nã Ariſt. 7. Metaph. c. 12. dicit, quod fiſſio eſt pedalitas: ſed fiſſio eſt differẽtia inferior, pedalitas ſuperior: ergo &c.

2. Argu. Secundò: Nam rationale ſecundũ ſuam propriam rationem vel eſt ſubſtantia, vel accidens. Hoc ſecundum eſſe nõ poteſt, cũ ſit actus ſubſtantialis immediatè cõtrahẽs rationem ſubſtantialem animalis. Eſt ergo ſubſtãtia, vel corporea, vel incorporea. Nõ hoc ſecundum, quia eſt differentia contrahens id quod eſt eſſentialiter corpus, nẽpe animal Et non poteſt eſſentialiter corpus determinari per incorporeũ: eſt ergo corporeum aliquid: ſed corporeum eſt differẽtia determinatiua ſubſtantiæ ad eſſe corporis, ergo differentia ſuperior includitur in inferiori. Et idem eſt, etiamſi rationale ſit aliquid incorporeum, quod põt dici, cum eſſe rationale ſit eſſe intellectiuum cũ diſcurſu. Eſſe autẽ intellectiuum aliquid ſpirituale eſt, cum dicat principium operationis eleuatæ ſupra materiam. Dico ergo, qđ idem eſſet, quia incorporeum eſt differentia determinans ſubſtantiam ad eſſe ſubſtãtiarum immaterialium, & clauditur in differentia rationali: ergo &c.

3. Argu. Tertium arg. Rationale includit eſſentialiter rationem intellectiui: ſed hæc eſt differentia ſuperior cõis Angelis, & hominibus. ergo iam datur ſuperior differentia, q̃ ſit de eſſentia inferioris. Mai. prob. quia rõnale formaliter eſt intellectiuum cũ diſcurſu. Vnde includit duo, & intelligere, & diſcurſum. Sed illa minor probatur: quia angelica differẽtia eſt intellectiuum: ergo iã includitur in differentia hominis.

Quorundam ſolutio. Aliqui reſpondent huic argumento, quod intellectiuum hominis vel Angeli non cõtrahitur per aliquas differentias, aut modos illis ſuperadditos, ſed ſeipſo ſolũ, vt eſt in homine facit illum intellectiuum, cum diſcurſu: in Angelis verò facit ſine diſcurſu ntellectiuũ eſſe, quẽ effectum non facit in homine pr pter diuerſam proportionem, q̃ hẽt ad hominem, & ad Angelum, ſeu ad cõtrahens rõnem intellectiui. Nam ſecundũ qđ contrahitur in animali, dicit rõnẽ intelligendi, ſeu rõnem cognoſcendi dependẽtẽ, à ſenſib quia oĩs noſtra cognitio ortũ hẽt à ſenſibus, ſecundum verò quòd contrahit ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritum,dicit rationem intelligendi independenter à ſenſibus.

Reijcitur. Sed contrà: Nam diuerſitas effectus formalis non poteſt eſſe niſi à diuerſa cauſa formali:ergo ſi illa ratio intellectiui, vt ſic eſt vna,tàm in homine,quã in angelo, nec contrahitur per aliquam rationem ſibi superadditam, non poterit cauſare in illum diuerſum illum effectum formalem intellectiui cum diſcurſu,& ſine illo. *Fuga.* Dices, ab eadẽ cã formali poſſe prouenire diuerſos effectus formales ꝓpter diuerſitatẽ ſubiecti formalis, vt patet in ſpecieb. viſibilib. quæ vt ſunt in oculo, conſtituunt illum in actu primo ad videndum,non verò hoc faciunt in aere. *Impug.* Sed contra: quia in forma eſt effectus formalis,vt in cã: ergo ſi forma eſt eadem formalis, effectus erit idẽ. Maximè, quia proportionatur effectus formalis formæ,vt patet in albedine,quæ in quocunq; ſubiecto ſit, habet eundem formalem effectum. Maximè,quia diuerſitas,quæ ſe tenet ex parte ſubiecti,eſt materialis diuerſitas, & diuerſitas effectus formalis pẽſanda eſt ex parte formæ. Et ad inſtantiam de ſpeciebus reſpondetur, quod eundem effectum cauſſent formaliter in potẽtia viſiua, & in aere, quod ſi aer non dicitur conſtitutus in actu primo,ſicut potentia,hoc eſt,quia nõ poteſt habere actum ſecundum quod requirebatur, vt diceretur eſſe in actu primo.

4. Argu. Quartò: Nam ſi differentia vltima non includit ſuperiorem:ergo differentia vltima eſt differentia ſuprema:quia differẽtia ſuprema dicitur, quæ non habet aliam ſupra ſe,quã includat,ſicut dr ſupremum genus,quod non hẽt ſupra ſe aliud genus:cõſequens eſt falſũ,quia dria vltima eſt,quæ ſupra ſe hẽt aliam,quæ ſubalterna dicitur, & quidem hac ratione ſubalterna dicitur.

5. Argu. Quintò, nam rationale dicit gradum vitæ rationalis, ſecũdum quem animal eſt viuens,vita rationalis:ſed quod dicit vitã rõnalem,dicit vitam,& eſt viuens:ergo rationale eſt viuens;ſed viuens eſt corporis differentia:ergo rationale includit ſuperiorẽ differentiam : differentia ergo inferior ſuperiorem includit.

Praambula ad quaſtionem.

Contro. 2. Opin. Nominalium. IN hac quæſtione notiſſima eſt nominaliũ opinio,differentiam inferiorẽ includere ſuperiorem, & coordinari differẽtias infimas in ratione generis & ſpeciei:quib.ſuffragatur Scotus 1 Poſter.q.24.& 1.d 3.q.3. vbi ait,quod rationale poſſit cõſiderari, in quantum includit oẽs differentias ſuperiores.Et videtur conſentire Soncinas 7.Metaph.q.37 Them.1 Poſter.c.12.& Iandun. 2.Metaph.q 12.Imò id expreſsè docet, & probat D.Th.7 Metaph tex.43. Et videtur eſſe Ariſt expreſſe etiam ſnia q.11 7. Metaph c.12. diuidit vnam dñam ſuperiorẽ in alias inferiores:quæ diuiſio formalis eſt,vt ẽt explicat D.Th.ſuper iſtũ locũ.Verũ pro D.Th.& Ariſt.& veritate intelligenda,ſit

Deciditur quaſtio.

1.Opinio D. Th. 1.Concl. PRima conclu. Differentia ſuperior non eſt de ratione inferioris differentiæ,vt ſenſibile non eſt de eſſentia rationalis,tanquã aliquid incluſum formaliter in illa:itaque in conceptu rõnalis nõ includitur ſenſibile formaliter,nec aliqua alia differẽtia ſuperior:quinimo nec modus ſubſtãtiæ generaliſſimæ conſtitutiuus. Hæc concluſio eſt Metaphyſicorum grauiſſimorum. Nam illam tenet D.Th & Soto,& alii,locis infra adducendis. *Prob. 1. auctoritatib.* Anto. Andreas 7.Metaph.q.15 Niph.q.16.Fland.q.14 Merc.c 4.Tolet. q. 1.de ſubſtantia,& alii plures. Et probatur *Prob. 2. rõne Ariſtot.* rõne:Nam hac de cauſa Ariſto.3.Meta.tex. 10.probat genus non eſſe de eſſentia driarum,quia aliàs duplici ratione conueniret genus ſpecieb.ſemel quidẽ ratione ipſius, & iterum ratione differentiæ,in qua includeretur eſſentialiter,quod Ariſt.maximum iudicat inconueniens. Nam tũc dicere animal rationale,idem eſſet,quod dicere animal animal rationale. quod eſt abſurdũ & inconueniens maximum. Sed ſi differentiæ ſuperiores includerẽtur in inferiorib. hoc incõueniens ſequeretur:ergo &c. Prob.anteced. Nam cum dicimus,homo eſt animal rationale, idem eſt quod dicere,eſt viuens ſenſibile rationale:ſed ſi rationale includeret ſenſibile,diceremus idem, quod eſt viuens ſenſibile ſenſibile rõnale:ergo &c.Se- *Prob. 3.* cundo: Nam rationale determinat viuens ſenſibile ad eſſe hominis : ſi ergo ſenſibile includeretur in rationali, non determinaret viuens ſenſibile,quia nihil determinat quod in ſe includit : & hac ratione genus debet eſſe extra differentiarum eſſentiam,

quia

quia determinatur ab illis ad eſſe ſpecificum quod differentia tribuit. *Solutio.* Dices, quod differentia non determinet, niſi genus, non differentiam generis ſed hoc eſt falſum:nā *Impugn.* D.Th.1.contra Gent.c. 14. dicit quod dr̄ia ſuperior contrahatur per inferiorem. Nam cū rationale determinet animal, & animal includat viuens ſenſibile, determinabit cōſequenter rationem ſenſibilis, quod ſi illā includat, implicabit contradictionem hæc determinatio. *Proba. 4.* Tertiò: Et doctrina Ariſt. loco proximè adducto, genus eſt extra eſſentiam differentiarum: ergo quod importat genus ī ſua eſſentia, ſeu definitione erit extra eſſentiam dr̄iarum: ſed viuens ſenſibile eſt definitio animalis: ergo viuens ſenſibile eſt extra eſſentiam rationalis: ergo ſenſibile eſt extra illius eſſentiam: ergo non includit differentia inferior, vt rationale differentiam ſuperiorem, vt ſenſibile, ſiquidē eſt extra eſſentiam illius. Nam ſi animalis dr̄ia eſſet incluſa in rationali, non eſſet genus omninò extra rōnem dr̄iæ inferioris.

Vltima pars concluſionis probat. quia ſi modus ſubſtātiæ, qui eſt generaliſſimi cōſtitutiuus, includeretur in rōnali, cum ibi includatur ens, ſequeretur, quod differentia eſſet ſubſtātia completa, & ſic eſſet directè in prædicamento ſubſtantiæ, & tunc dēret eſſe, vel genus, vel ſpecies, vel indiuiduū, quod eſt implicatorium, cum eſſentialiter differentia ſit pars ſpeciei, & ita dicit rōnē quandam imperfectam, & ſpeciei conſtitutiuam, & dantem ſpecificum eſſe metaphyſicæ, & ad latus prædicamenti collocatam.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum arg reſp. ex Nipho, qui dicit in Græco codice illam prædicationem concretorū eſſe, ſed licet ſit in abſtracto: reſpōdetur, ſenſum Ariſtotelicū nullū alium eſſe, niſi quod ſit idem rea iter ſiſſio, & pedaliras, non verò formaliter: ſic adeò vt vna alteram includat eſſentialiter.

Ad 2. *Corporeū & inc. rporeū du pliciter.* Ad 2 reſpondetur, quod corporeum, & incorporeū dupliciter accipi poſſint. Vno modo ſecundum quod ſunt differentiæ determinantes ſubſtantiam completā, & hac ratione, ſi ſumantur, non poſſunt claudi in rationali. Accipiūtur alio modo corporeū, & incorporeum, ſecundū quod ſunt modi quidam tranſcendentes omnes ſubſtantias, ſubſtantiaſq; differētias: & hoc modo rōnale, vel eſt corporeum, vel incorporeum quid Sicut etiam eſt ſubſtātia prout diſtinguitur contra accidens, & prout conuenit ſubſtantiæ, & partibus eius, ſiue phyſicis, ſiue metaphyſicis.

Ad 3. reſp. ab aliquibus, quod ratio intellectiui, prout cōe eſt homini, & Angelo, nō eſt differentia ſuperior, aliàs contraheret aliquod, ex generibus cōe homini, & Angelo. Et loquimur modò de intellectiuo, non pro potentia: quia ſic non poteſt eſſe differentia, cum ſit quid ad eſſentiam conſequutum. Sed accipimus intellectiuum pro radice huius potentiæ. Dicunt ergo iſti, quod accipiendo ſic intellectiuum eſt quidā modus tranſcendens oēs differentias Angelicas, & hominis: & includitur in illis differentiis, ſicut includitur rō ſubſtantiæ: & dicunt, conſequi hunc modū ad rōnem immaterialis. *Ad 3.* *1. Solutio* Secundò reſp. quod accipiēdo differentiam hominis, rationalitatē I. quæ eſt radix intellectualitatis hominis, & differētiam Angelicam conſtituens Angelum in eſſe intellectiui, nihil in rōne intellectiui cōe habet. *2. Solut.* Quod ex eo maximè patere poteſt, quod ſunt differentiæ non diuidentes genus aliquod. Nam id per quod homo ab Angelo differt, immediatè eſt per rōnē materialis, & immaterialis, ſed ſe ipſis differunt, vt formę diuerſę diuerſarū eſſentiarū conſtitutiuæ. Nam ſicut rationale, & hinnibile, nullam rōnem differentiæ cōem includunt, licet rationem ſubſtantiæ tranſcendentalem includant, ſic vltima differentia hominis, & Angeli nullam dr̄iam communem includit, ſed ſe ipſis ſunt diuerſa: ſicut ſunt ſe ipſis diuerſa rationale, & hinnibile.

Ad 4. Ad quartum argum. reſpondetur, quod differentia ſuperior illa vocetur, quæ conſtituit genus magis vniuerſale, & plurib. cōueniens. *Quare vocatur differentia ſuperior alia.* Non verò vocatur differentia ſuperior propterea quod includat aliam differentiam, & illi addat gradum aliquem.

Ad 5. Ad 5. eodem modo reſpondetur, quod rationale dicat quandam perfectionem hominis cōſtitutiuam, quæ quidem perfectio diſtincta eſt ab omni alia dr̄ia, nec illam includit, ſicut vnitas vltima eſt diſtincta ab omni alia vnitate, nec reliquas includit. Et hæc ſuperioribus addita perficit ſpeciem, & dat vitæ gradū rationalis hominis cōſtitutiuum: qui gradus non includit gradū vi

tæ communem. Sed eſt alia perfectio eminentior, & ordinis altioris, quæ à nobis nõ bene explicari poteſt, niſi admiſceamus vitæ gradum, ſed non includit illum communem vitæ gradum, qui conſtituit animatũ corpus, ſeu viuum.

QVAESTIO LXVII.

Vtrùm differentiæ ſpecificæ opponantur contrariæ.

Quid interſit inter cõtrarietatem & repugnantiã.

Vide Sonc. 10. Metaphy. q. 24. & Soto c. de Subſtantia, q. 2 ad ſecundam confirmationem, 4 arg. & breuiter dicito, quod loquendo de differentiis ſubſtantialib. ſunt repugnantes, non verò contrariæ, quia ſubſtãtiæ nihil eſt contrarium, & differentiæ accidentium, quæ non ſunt propriè contrariæ eodem modo ſe habent vt differentia quãtitatis & relationis, ſi verò ſint differentiæ rerum, quæ ſunt propriè cõtrariæ, vt albedinis, & nigredinis ſunt contrariæ, vt quo, ſ. conſtitutiuæ contrariorum. Et ſi fiat argumentum. *Obiectio.* Nam Ariſto lib 10. Metaphyſicę, textu 24. dicit, differentias ſpecificas eſſe contrarietates: *Solutio.* Reſpondetur, quod vult dicere eſſe repugnantes: nam accipit contrarietatem pro repugnantia. De hoc agemus etiam infra in prædicamento ſubſtantiæ.

QVÆSTIO LXVIII.

Vtrùm ſemper ſit differentia nobilior, & perfectior genere contracto ab ipſa.

1. Argu. ET videtur quod non, primò, quia aliquæ differentiæ ſũt, quæ non eleuant genus ad altiorem gradum, ſed illud relinquunt intra latitudinẽ pfectionis ſenſibilis, vt hinnibile, v.g. ſed iſtæ differentiæ non ſunt genere perfectiores: ergo &c. Mai. eſt D. Th. de natura generis, & de ente, ſed prob min. quia illæ differentiæ potius dicũt rationẽ ſentiendi determinatam & contractã, quã nõ dicit genus, cum illam importet magis illimitatam: ergo importat perfectiorem rationem ſentiendi. Conſequentia probatur; quia coarctatio intra idem genus atteſtatur imperfectioni rei limitatæ, cum tollat ab illa aliquid eiuſdem generis, & non addat alterius gradus perfectionem.

2. Argu. Secundum; quò aliquid independentius eſt, eò habet perfectionem maiorẽ; ſed genus eſt magis independens, quam differentia: ergo habet maiorem perfectionẽ. Mai. prob. quia eſſe Dei cum ſit indefinitè independens, habet perfectionem infinitã Probo minorem. Nam animal non dependet à rationalitate, vel hinnibilitate cum ſine illis eſſe poſſit: hi verò pẽdent ab animal, cũ ſine illo eſſe non poſſint: ergo &c.

3. Argu. Tertium. Communicabilitas dicit maximam perfectionem, vnde quãtò aliquid eſt magis bonum, tantò eſt magis communicabile, & diffuſiuũ ſui: vnde Deus, qui eſt maximè bonus, eſt maximè communicabilis, & ad intra, & ad extra, ſed ſic eſt, quod genus cõicatur pluribus, & per varias differẽtias ſe diffundit: differentia verò non cõicatur, niſi vni genericæ naturæ quam contrahit, & vni ſpeciei, quam conſtituit: ergo genus perfectius eſt, quam differentia.

4. Argu. Quartũ. Volitio libera eſt genus ad omnes volitiones liberas voluntatis, tam bonas, quàm malas: ſed differentia contrahẽs volitionem liberam ad prauam volitionẽ, & habentem ordinem poſitiuum ad obiectum deordinatum, & contra legem diuinã eſt imperfectior, quã volitio libera, vt ſic, cum illa ex natura ſua non ſit mala: hæc verò ipſam malitiam eſſentialiter conſtituat, quare potius eſt imperfectio ſui generis, quam perfectio, cum determinet, & limitet illud ad eſſe imperfectum & prauum: ergo talis differentia imperfectior eſt ſuo genere. Et idem argumentum fieri poteſt de intellectione erronea. Intellectio enim, vt ſic maiorem perfectionem importat, quam differentia ſpecifica determinans illam ad eſſe erroneum, & conſtituens eam prauam qualitatem mentis: ſed ratio erroris conſtitutiua, imperfectionem importat, à qua tamen imperfectione abſtrahit ratio intellectionis: ergo hæc eſt perfectior illa.

5. Argu. Quintũ; Quia ſi aliqua rõne differentia eſſet perfectior genere, hac rõne foret, qa genus eſt determinabile per differentiã, & quid materiale: differẽtia verò determinãs

&

Digitized by Google

& actus formalis: ratio verò actu nobilior eſt, q̃ potentia, & determinans determinato: ſed hæc rō eſt nulla: ergo, &c. Probatur min. Nam ſapientia, vt ſic, maiorem perfectionem importat, q̃ eius dr̄ia, qua determinatur ad eſſe ſapientiæ creatæ: ergo dr̄ia non ſemper eſt perfectior illo, quod determinat. Conſtat aũt ꝙ ſapientia eſt quid determinabile, & rō per quam determinatur ad eſſe creatum eſt determinãs. Sed maior probatur: nã ſapientia, vt ſic, importat perfectionem ſimpliciter ſimplicem, & ſine admixtione alicuius imperfectionis, & ſic reperitur formaliter in Deo. Rō verò determinans ad eſſe creaturæ non eſt perfectio ſimpliciter, ſed hẽt aliquid imperfectionis admixtum, & ita in Deo reperiri nõ poteſt: ergo &c. Et idem argumentum fieri poteſt de eſſe intellectiuo, & aliis ſimilibus.

6. Arg. Sextò; Genus perfectius eſt dr̄ia in modo prædicãdi: ergo in modo eſſendi genus excedit in perfectione dr̄iam. Conſeq. prob. quia modus prædicandi ſequitur modũ eſſendi, & in illo fundatur. Antecedẽs probatur, quia dr̄ia prædicatur in quale, & per modum alteri adiacentis, genus prędicatur in quid, & per modũ per ſe ſtantis, qui eſt perfectior prædicandi modus, ſicut eſt perfectius per ſe ſtare, quàm alteri adiacere.

7. Arg. Septimum: Nã Angelus magis de perfectione addit ſubſtantiæ, quã differentia ſpecifica Angeli ſuperaddat ipſi Angelo: magis enim de perfectione addit angelus, vt ſic, ratione ſubſtantiæ, quã Gabriel ratione Angeli: ergo perfectius eſt, angelus, quod eſt genus ad omnes Angelos, quam Gabrielis differentia.

8. Arg. Octauum. Nam differentia eſt quædam partialis perfectio poſita in prędicamẽto ad latus: genus verò dicit aliquã perfectionẽ, quę collocatur directè in prędicamẽto: ſed id quod directè eſt in prædicamẽto, pfectius eſt eo, quod eſt reductiuè in illo: ergo genus perfectius eſt differentia. Diſcurſus totus patet.

Pro deciſione quæſtionis vnicũ fundamen. Ad huius quæſtionis intelligentiã aduerte, differentias eſſe in duplici genere. Quædam ſunt, quæ extrahunt genus extra proprium gradum, quia important principiũ altioris operationis, & ita dãt altius eſſe, q̃ genus habebat, vt rationale dicit principiũ intelligendi, quod nõ dicit animal: & ita generi tribuit eſſe altioris ordinis, quã erat eſſe animal. Alię differẽtiæ ſunt, quæ relinquunt genus intra proprium gradũ, vt hinnibile, quod non dicit aliam operationem, niſi ſenſitiuã, nec importat niſi principium ſentiendi: ſicut ipſum animal, tamen cũ particulari modo intra latitudinẽ gradus ſenſitiui.

Deciditur quæſtio.

1 Concl. Quò differentia ſit præſtãtior genere.

Prima concluſio. Differentia cõis, qua ratione eſt actus generis, deducens illud ad eſſe ſpecificum formaliter, perfectior eſt genere ipſo. (& loquor de eſſe formali ſpecifico metaphyſicè.) Hæc cõcluſio quo ad primũ genus differẽtiarũ probatur: Nã illæ differentiæ important radicale principiũ altioris operationis, q̃ ſit operatio generis cõueniẽs: ergo illa forma eſt genere pfectior. Antecedens notum eſt: Nam tota latitudo ſenſibilitatis non habet operationẽ tranſcendentẽ ſenſus; ſed intelligere eſt operatio tranſcendens ſenſus omnes, cũ ſit circa altius obiectũ, nec exerceatur organo corporeo: ergo &c. Conſequentia probatur: Nã forma ſiue phyſica, ſiue metaphyſica, quæ eſt principium altioris, & perfectioris operationis, altior, & perfectior eſt: quia cum operatio ſequatur ad eſſe, ſi operatio eſt perfectior, eſſe debet eſſe perfectius, & ſi eſſe eſt perfectius, forma, quæ dat illud debet eſſe perfectior. Probatur ſecundò cõcluſio quoad omnes differentias. Quia differentia omnis eſt actus, & perfectio generis, & ipſius pulchritudo eſſentialis, vt ait Porphyrius, capite de ſpecie: ſed actus omnis perfectior eſt re, quam actuat, & perficit: ergo differentia omnis pfectior. eſt ſuo genere. Maior eſt nota, minor probatur: quia tribuens perfectionem perfectius eſt ſuſcipiente illam, ſed differentia eſt tribuens perfectionẽ formaliter; genus recipiens: ergo &c. Maior patet de ſe. Et probatur: quia ex eo, quod genus ſuſcipit ſpecificam perfectionem à differentia, eſt non habens illã actu ſed potentia: ſed actus perfectior eſt potentia: ergo differentia q̃ eſt perfectio actualis perfectior eſt ipſo genere, quod eſt in potentia ad illam. Explicatur magis hæc ratio: Nam differentia dat vltimum complementum, ſeu eſſe eſſentiale generi: ergo eſt perfectior genere, quod nõ habebat hanc perfectionem.

2. Concl. Quo genus ſit nobilius differentijs. Secunda concluſ. Nihilominus genus ſecundum aliam conſiderationem perfectius eſt differentia, hoc eſt, quatenus eſt quoddã totum cõſtitutũ in recta linea prædicamentali. Nã licet differentia ſit perfectior, qua ratione eſt actus, & genus, qua ratione eſt potentiale quid, ſit imperfectius, qua rõne tamen genus cõſideratur, vt quid collocatum in recto ordine prædicamentali, & differentia cõſideratur, vt conſtituta ad latus, genus eſt perfectius. Hæc cõcluſio probatur octauo argumento facto pro parte negatiua. Nam quod collocatur in recta p̃dicamentali linea aliquam perfectionem habet, ratione cuius collocatur, à qua deficit differentia, ſiquidem ab hoc ordine excluditur: ergo hac rõne genus perfectius eſt differentia. *Dubium* Quod ſi differẽtia & genus cõſiderentur præcisè quo ad gradus, quos dicunt, quia tunc habent rationem partis, cum ſe nõ includant nec actu, nec potẽtia, nec de ſe inuicem prædicentur, ſit

3. Concl. Qua occurritur præfato dubio. Tertia concl. Differentia omnib. modis habet tunc rationem perfectioris. Prob. cõcluſio; Nam ſi duæ partes conſiderentur, illa perfectior eſt, quæ habet rationem actus quàm illa, quæ habet rationem potentiæ: ſed tũc sũt duæ partes, & generica natura hẽt rationem potentię, natura differentialis habet rationem actus: ergo &c. Mai. de ſe patet: quia actus nobilior eſt potẽtia, & patet in materia, & forma. Minor prob. nã conceptus, & natura differentiæ tũc determinat naturam genericam: ergo &c.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Quo differẽtia limitet, decernat, & perficiat genus? AD primum reſpondetur, quod illa illimitatio generis potius eſt quid imp̃fectũ, quia eſt quid potentiale, & determinatio differentiæ quam facit in genere, eſt ipſius perfectio. Vnde differẽtia quatenùs peculiarem gradum ſentiendi determinat eſt perfectior genere: q̃a hæc limitatio eſt formalis, & remouet imperfectionem generis, ſicut forma p̃fectior eſt materia prima, etſi materia ſit magis illimitata potentia'iter. Et hæc illimitatio non tollit gradũ aliquem à natura generica, ſed totam illam eſſentiam generis ad certam ſpeciem reducit, non per additionem gradus noui extra hentis, ſeu eleuantis naturam ad aliud eſſe ſupra ſenſibile; ſed per hoc ſolum, quod dicit peculiarem gradum ſentiendi, quẽ nõ dicit genus actu, nec aliæ ſpecies vllo mõ important; ſicut numerus determinatur p̃ vltimam vnitatem ad ſpeciem certam, nõ ſic quod vnitas dicat aliquid, quod antea nõ erat in num. Nam numerus vnitates habebat, nec per hoc quod eleuet numerum ad aliquid eſſe ſupra numeri rationem, ſed per hoc ſolum, quod facit numeri naturã determinatã, vt quod ſit binarii, ternarii, ſ. vel quaternarii. Itaq; numerus, v g. quod eſt genus, dicit multitudinem vnitatũ: ſed binarius eſt ſpecies, non quia dicat plures vnitates, quam numerus, ſed per hoc, quod dicit determinatè quod numerus dicebat indeterminatè, & illa determinatio habet rationem differentiæ. Eodem modo de animali, & equo dicendum eſt; nam equus dicit rationem ſenſibilis determinatè, quam non dicebat animal; ſed indeterminatè; & illa determinatio eſt differentia, non per hoc, quod addat gradum, ſed per hoc, quod determinet gradum ſenſibi'itatis.

Ad 2. Quãdo dependens ab alio ſit eo nobilius & quando non? Ad ſecundum reſpondetur; quod illud, quod dependet à cauſa efficienti aut finali imperfectius eſt non dependenti à talibus cauſis, quòd verò dependet à cauſa materiali, non ideo eſt imperfectius non dependenti à tali cauſa. Binarius enim ab vnitate dependet, ipſa autem imperfectior eſt binario; & homo à materia dependet in genere cauſæ materialis, & homo eſt perfectior materia. Vnde fit, quod poſterioritas, & dependentia reſpectu cauſæ materialis potius arguit perfectionem in ordine ad materiam, qua conſtat, quia includit materiam ipſam, genus aũt gerit rationem materiæ reſpectu differentiæ: & ita differẽtia ipſa erit perfectior, quandoquidem eſt forma. Et patet exemplum in anima equi, & materia; nam materia illa poteſt eſſe ſine illa forma, & forma nõ ſine materia; & tamen forma perfectior eſt materia illa.

Ad 3. Ad tertium reſp. quod communicabilitas materialis, & potentialis, qualis generi conuenit, potius eſt imperfectio; vt patet in materia prima quæ pluribus communicatur ſuppoſitis & imperfectior eſt illis, quæ ſunt incommunicabilia.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod differentia contrahens volitionem liberam ad eſſe prauæ volitionis, poteſt conſiderari in eſſe moris, & ſic eſt imperfectior, quia indu-

cit in actu difformitatem,& deordinationẽ à regula rationis,quam tamen actu non importat volitio libera. Poteſt etiam conſiderari illa differentia in eſſe naturæ ſecluſo ordine ad omnem legem, & ſic eſt ſimpliciter perfectior ſuo genere. Et per hoc ſolui poſſunt reliquæ rationes ibidem inſinuatæ.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod ſapientia, vt abſtrahit à creata,& increata, nõ eſt genus,ſed quid analogum,& creata ſapientia eſt membrum minus principale.

Ad 6. Ad ſextum patet ex concluſionibus: Nã genus ſecundum aliquam rationem eſt perfectius differentia,abſolutè tamen differentia eſt perfectior: & modus prædicandi in quid,pro quanto dicit quoddam totum cõſtitutum in recta linea, eſt perfectior modo prædicandi in quale differentiæ ipſius,ſecũdum quod eſt quid ad latus conſtitutum. Quia tamen prædicatur genus vt quid determinabile per differẽtias formales, & differentia,vt formale determinatiuum ; hinc fit quod differẽtia ſit genere perfectior hac ratione,& hac ratione perfectiori modo eſſe habet.

Ad 7. Ad ſeptimum ex dictis patet. Nam omnis differentia perfectior eſt omni generica ratione,& ita differentia viliſſimi vermis addit maiorem perfectionem generi,quam ſit generis ipſius perfectio.

Ad 8. Ad octauũ patet ex ſecunda concluſione.

QVÆSTIO LXX.

Vtrum detur aliqua differentia vltima conuertibilis cum ſpecie.

Contrau. HAnc quæſtionem nõ ideo verſamus quia aliquid habeat difficultatis,ſed pro doctrinæ tertii prædicabilis complemento, & vt refutemus etiam antiquorum ſententias qui Porphyrium ſequuntur.

1. Opini. Alberti Magni, & aliorũ Prima ſententia aſſerit rerum differẽtias nequaquam ſimplices eſſe:ſed conſiſtere in plurium differentiarum aggregatione, quorum ſingulæ in aliis reb. reperiuntur facile, ſed ſimul ſumptæ non niſi in ſpecie, quam conſtituunt,inueniuntur. Ita docet Albertus ſeptimo metaphyſicę,tex. 43. Vbi ait,in definitione non eſſe ſiſtendum,donec deueniatur ad aggregationem differentiarum, quæ conuertatur in ſuo definito. Philoſophus 2. Poſteriorum textu 13.& 6. topicorum cap. 1. Themiſt. 2. poſteriorum cap. 10. Ammonius ſuper Porphyrium ca.de communitatibus,illamque dicit probabilem Toletus 2. Poſteriorum cap. 14. Et Probatur hæc ſententia 1. ex Porphyrio,cap. de ſpecie,vbi hominis,vt ſic plures aſſignat differentias,ſcilicet,rationale,& mortale, quarum quælibet communis eſt aliis, ſed non ambæ ſimul,& cap. de differentia, aſſignat has differentias hominis,rationale,mortale,Dei,rationale,immortale,& irrationale, mortale bruti, & illas conſtituit tanquam ex æquo diuidentes genus,& tex. 6. dicit, quod homo ſupra rationale addat mortale. Et idem aſſerit capite de communitatibus,eſtque perpetuus in hac doctrina. *1. Argu. præfatæ opinionis*

2. Argu. Secundò: Nam Ariſt. 2. poſterior. tex. 17. dicit,ad inueniendam definitionem ſumendum eſſe genus definiti,& poſtea ſumendas eſſe differentias particulares,quarum quælibet aliis rebus conueniat, non tamen omnes ſimul. Et 6. topic. capit. 13. ait, impoſſibile eſſe ſpeciem de differentia prædicari, quia de pluribus,quam ſpecies dicitur. Vbi apertè aſſerit differentiam non conuerti cum ſpecie. Et idem tenet 4. topic. capite 2.

3. Argu. Tertiò ; Nam ſicut indiuidui collectio proprietatum in alio inueniri non poteſt, ſingulę tamen poſſunt,& hoc ſufficit,vt cõſtituatur indiuiduum,& ab aliis diſtinguatur:ita etiam cõplexio realis plurium differentiarum poterit ſpeciem infimam conſtituere,& illam diſtinguere ab aliis. Conſequen. patet: Nam ita intrinſeca eſt indiuiduo differentia numerica,vt indiuiduum eſt, ſicut differentia ſpecifica ſpeciei ipſi: Ergo &c.

Deciditur quæſtio.

2. Opinio Thomiſtarum. *Concluſ.* SEd oppoſita ſententia eſt verior,& ideo reſpondetur, rerum differentias ſimpliciſſimas eſſe, licet aliquando à nobis per plures proprietates complexiuè ſumptas explicentur. Hanc tenet D.Thomas, ſecundo poſteriorum, lectione 13. & 7. metaphyſicæ,textu 43. Scotus 2. poſteriorum cap. 2.

Digitized by Google

Simplicius c.3. antepræ dic. qui pro ſe refert Iamblichum. Boetius lib.de definitionib.& alii plures tum moderni, tum antiq. in hanc veniūt ſniam. Et probat. 1. ratione. *Prob. 1.* Omnis forma habet effectum formalem ſibi ſoli proprium diſtinctum ab omni effectu formali alterius formę: ergo ab effectu formali cuiuſque formæ, & forma tribuēte talem effectum poteſt deſumi vltima differentia, quæ ſit ita propria huic, vt nulli alteri formę conueniat. Antecedens probatur inductiuè: quia eſſe formale, quod dat albedo, diſtinctum eſt ab eſſe formali nigredinis, & eſſe formale, quod dat forma hominis primario, diſtinctum eſt ab eſſe formali, quod dat forma equi. Et ratione probat: Nam ſi eſt diuerſa cauſa formalis, & forma diuerſa effectum formalem diuerſum conferre debet. Cōſequentia illa probatur: Nā differentia, eſt hoc eſſe formale, & effectū hunc formalem: ergo ſicut ipſum eſt vnum & ſimplex, eſſe formale, ita differentia vltima erit ſimpliciſſima, & vna: & ita, quia eſſe, quod dat forma hominis, eſt eſſe rationale, differētia erit rationale, quod ſolum homini conuenit, ſicut & ſua forma ſoli illi conuenit. Præterea: Nam differentiæ, quæ *Prob. 2.* conueniunt huic ſpeciei equi, & aliis, vt eſſe ſenſibile, v.g. nō ſumitur ab anima equi, vt ſic, ſecundum hanc vltimam rationem, vt eſt anima equi, ſed ab illa, qua ratione eſt ſenſitiua, vel aliquid huiuſmodi. ergo ab illa anima equi, qua ratione eſt ſpecialis forma ab aliis diſtincta, & habens virtutem formalem tribuendi effectum formalem diuerſum, & vltimum, poteſt deſumi quædam differentia ſimplex ipſi equo propria, *Prob. 3.* & ab omnibus aliis diſtincta. Tertiò. Nam ſpecies omnis ſubalterna, vt animal per vnicam tantum differentiam conſtituit: ergo, & ſpecies vltima. Probatur conſequentia: Nam ſi a gradu imperfecto, & potentiali, quam tribuit forma, ſumitur vera differentia ſimplex, vt a gradu ſenſitiuo, ita etiam a gradu perfecto, quem tribuit, ſcilicet ab eſſe rationali ſumetur etiā vnica ſimplex, & vltima differentia, eadem prorſus ratio *Prob. 4.* eſt in vtroque. Præterea: Nam propriæ paſſiones ab eſſentia dimanāt; ſed in qualibet re inueniuntur paſſiones propriæ nulli alteri rei conuenientes: ergo & eſſentiæ gradus proprius, à quo dimanant ita eſt proprius huic eſſentiæ, vt nullo modo alteri conueniat rei: ergo vltima differentia ab hoc gradu proprio ſumitur, quæ nulli alteri rei conueniat: & quę ſit vna ſicut gradus eſt vnus, & ſimplex, ſicut, & ſimplicitas cōuenit gradui ſpecifico, & eſſentiali. Præterea: Nam ſępiſſime genus diuiditur per differentias ſimplices: ergo ſpecies per differentias ſimplices conſtituētur. Antecedēs *Prob. 5.* patet in multis, vt rationale, & hinnibile diuidunt animal: Sed conſeq. prob. quia differentiæ generis diuiſiuæ ſunt ſpecierum conſtitutiuæ. Prętereà: Nam rerum ſpecies *Prob. 6.* ſunt ſicut numeri in indiuiſibili cōſiſtētes: ergo non conſtant differentiis complexis, quia tunc non erit eſſentia indiuiſibilis, ſicut nec differentia eſſentiæ cōſtitutiua eſt indiuiſibilis. Secunda pars concluſionis ꝓbatur: quia cum eſſentiæ rerum ſint occultæ nobis ad circumloquendum illas ſæpè proprietatibus multis in vnum collectis vtimur, non verò quod ipſæ ſint compoſitæ.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. A D primum reſpondetur, quod errauit Porphyrius in hac parte. Nec mirū: Nam rebus grauioribus maioribus fuit implicitus erroribus.

Ad 2. *1. Solut.* Ad ſecundum reſpondetur, quod loquitur de differentiis ſubalternis, per quarum aggregationem ſolemus res definire, quia ignoramus veram differentiam rerum. Per hoc tamen non negat eſſe alium definiendi modum perfectiorem illo, quo res per genus immediatum, & vnam ſimplicem differentiam definitur. Secundò reſpōdetur, *2. Solut.* quod Ariſt. in Topicis ſæpè ex aliorum ſententia loquitur, & diſputādo magis, quam definiendo.

Ad 3. Ad Tertium reſpondetur, quod indiuidua, vt ſic, etiam differunt per ſuam ſingularitatem diſtinctam à ſua eſſentia, & quando dicimus, differre per proprietatum collectionem: hoc eſt in ordine ad noſtrū modum intelligēdi, quibus iſta proprietatum multitudo magis nota eſt. Et ita principiū indiuiduationis ſimpliciſſimum eſt, licet à nobis diſiunctè explicetur, & per varias proprietates.

Quar-

Quartum prædicabile de proprio.

QVÆSTIO LXX.

Contro. *Vtrum omnia illa genera proprij à Porphyrio aſſignata pertineant ad hoc prædicabile.*

1. Opin. quorũdã *1. Argu. præfata opin.*

ET pars affirmatiua vera videtur. Primò auctoritate Porphyrii, qui in hoc prædicabili illa numerat, & non in prędicamento accidentis: ergo ſignum eſt pertinere ad hoc prædicabile, & non ad quintum: Nã dum agebat de differentia, non egit nec annumerauit illi propriorum genera, quia ad prædicabile differentiæ nõ pertinebãt, & egit de dfia, q̃ ad illud attinuit: ergo &c.

2. Argu. Secundum: Nam omnia propria habent ſpecialem ordinem ad ſubiectum, quod nó habet accidens cõe; ergo omnia propria habent ſpecialem prædicandi modum, qui non conuenit accidenti communi. Antecedens eſt notum, & patet ex definitionibus eorum, vbi ſemper ponitur ſubiectum, vt quid ab ipſis reſpectum peculiari modo. Et conſequentia probatur; quia in modo eſſendi fundatur modus prædicandi: & cum in eſſe peculiariter reſpiciant ſubiectum, peculiari modo prædicabuntur. Vnde ad hoc prædicabile peculiariter pertinebũt.

3. Argu. Tertium. Quia ad illas acceptiones proprii homo non eſt tam indifferens, ſicut ad eſſe album: non enim eſſe Medicum eſt homini ita accidentale, ſicut eſſe album: ergo ſignum eſt, quod vnum ad hoc prædicabile pertinet, ſcilicet eſſe Medicum, & aliud ad quintum prædicabile, ſcilicet eſſe album.

2. Opin. Auctor. Sed ego quidem magis demiror aliquos his friuolis argumentis conuinci, & affirmare omnia proprii genera ad prædicationẽ huius prædicabilis eſſentialiter pertinere, ſicut proprium quarto modo cõuenit. Sed

Pro veritatis explicatione. vt, quid doctrina Thomiſtarum teneat, explicemus, oportet prius ꝓpria ipſa ab Ariſtot. 1. Topicorum, & Porphyrio hic aſſignata explicare. Quadrifariam ergo

1. Fund. proprium accipitur. Primo modo pro illo, qđ conuenit ſoli ſpeciei, & non omni, i pro illo, quod conuenit ſolis indiuiduis ſpeciei, ſed non omnibus indiuiduis illius. *quatuor acceptiones proprij ex Ariſt. 1. topicorũ explicãtur ſingula.* Quo pacto Medicum eſſe, vel Geometram propriũ hoc primo modo cenſetur: quia eſſe Medicum dicit quandam inclinationem ad medendi artem ex propriis indiuiduorum aliquorum principiis ortam, quæ præſupponit naturam ſpecificam Et ita ex illa parte qua præſupponit naturam, conuenit ſpeciei: ſed ex ea, qua requirit certam indiuidualem diſpoſitionem, quæ non in omnibus indiuiduis reperiuntur, non conuenit omnibus indiuiduis illius ſpeciei. Si verò accipiatur eſſe Medicum in ſuo principio, pro potentia, ſeu inclinatione ad medicinã quæ ex natura intellectuali dimanat, erit propria paſſio. Et ſic dicit Ariſtot. omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, id eſt, hẽt inclinationem, & aptitudinem ad ſcire: & natura ſic habet naturalem inclinationem ad ſcire in communi, & ad hoc ſcire in particulari, quatenùs eſt naturæ intellectualis perfectiuum, vnde eſt illius propria paſſio. Verùm ſecundum quod dicit peculiarem quandam inclinationem ex principiis indiuidualib. naturæ ortam, eſt proprium primo modo. Alios vidi explicantes hoc proprium primo modo hac ratione: quod eſſe Medicum actu ad hanc proprii rationem pertinet, quia conuenit ſoli, & non omni. Et ita videtur (inquit iſta ſententia) accipere proprium primo modo Porphy. cum dixit, vt, eſſe Medicũ, vbi de actu loquitur non de inclinatione. *Concordantia Porphyrij cũ Ariſt.* Secundo modo accipitur proprium, quod conuenit omni, ſed nõ ſoli, vt eſſe bipedem. Nam, quia ex principiis ſpecificis non erit, ſed aliũde fit, vt alteri conueniat, alteri ab homine, vt gallo, quia illud principium alteri conuenit Tertio modo dicitur proprium illud, quod cõuenit omni, & ſoli, ſed non ſemper, vt caneſcere: conſequitur enim canities principia quædam in homine, quæ illi certo conueniunt tempore, ideo non ſemper illi adeſt. Quarto modo dicitur proprium, quod conuenit omni, ſoli, & ſemper, & hoc genus ꝓprii ſolum demonſtratur, vt dicitur in poſterioribus. Quomodo proprium dicatur de his quatuor generibus proprii, an analogicè vel vniuocè, dicam ſtatim.

2. Fund. Secundò notandum eſt, cum inquirimus vtrum omnia proprii genera ad hoc prędi

cabile pertineant, nihil aliud nos inquirere, niſi, an hæ prædicationes, Petrus caneſcit, Petrus eſt bipes, ſint pdicationes quarti, an quinti prædicabilis. An, v.g. bipes ſit prædicatũ, reſpectu Petri & Pauli, quinti, an quarti vniuerſalis; & ſit in ſuis inferiorib. vt quartum vniuerſale, an vt quintum.

Deciſio quæſtionis.

1. *Concl. cõtra primam opinionem.* Reſpõdetur ergo ad quæſtionem, quod ſolum prædicationes proprii quarto modo acceptæ ſint prædicationes quarti pdicabilis. Hęc concl. eſt mihi certiſſima. Et
Proba. 1. probatur. 1. Nam tria genera proprii ſunt accidentia cõia: ergo eorũ prædicationes pertinent ad quintũ prædicabile: ergo nõ pertinent ſimpliciter ad quartum. Primũ antecedens prob. Nam accidens cõe eſt, qđ põt adeſſe & abeſſe à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, ſed ita ſe habent iſta: ergo &c. Prob. min. Nam bene poteſt per cõſiderationem hõis natura ſaluari, & eius proprietates ſine talib. accidentib. & poſſunt illa negari de ſubiecto nõ ſublata, nec diſtincta eius natura: nam etiamſi caneſcere, vel eſſe bipedem: vel Medicum eſſe de homine negentur, vel homo ſine illis intelligatur eius manet natura, cũ ſuis proprietatib. conſequutis ad illam; ergo ſunt cõia
Proba. 2. accidentia. Præterea probatur aſſertum noſtrum: Nam quod reſpicit denominationẽ quarti prędicabilis, conſequitur ad naturã ſpecificam præciſè: ſed ſupra dicta accidẽtia nõ ſunt huiuſmodi: ergo &c. Mai. patet: nam in hoc accidẽs quinti prædicabilis ab accidenti quarti diſtinguitur. Et minor patet cum cõſequentia. Præterea: Nam ſequi-
Prob. 3. tur, quod oẽs actiones hominis, vt ſic, ſint propria, & pertineant ad hoc prædicabile: conſequens eſt falſum: nã intelligere, amare, &c. ad quintũ prædicabile pertinẽt: ſed ſequela probatur: quia omnes illæ præſupponunt & dicunt ſubiectum, ipſum hominẽ ſcilicet, magis peculiariter, quam albedo; vnde ratio aduerſariorum eſt ridicula.
Prob. 4. Præterea. Nam hęc eſt prædicatio merè accidentalis, nec vllo pacto demõſtrabilis, homo eſt Medicus, etſi accipiatur pro inclinatione orta ex principiis indiuiduantibus: ergo pertinet ad quintũ prædicabile. Conſequentia patet, quia prædicationes quarti demonſtrabiles ſunt: ſed anteceděs probatur: quia quod non cõſequitur ad rei eſſentiam, ad quintum pertinet prædicabile. Præterea: Nã magis ppria eſt nigredo *Prob. 5.*
corui ipſi coruo; quia ex eius cõditionibus indiuiduantib. oritur, quàm proprium primo modo: ſed illa pertinet ad quintũ prædicabile: ergo & reliquæ. Maior prob. quia eſſe Medicum non omnib. hominib. conuenit, eſſe nigrum omn.b. conuenit coruis: ergo &c. Dixi in aſſerto ſimpliciter & abſolutè; quia hæ prædicationes, homo caneſcit, *Obſeru.*
homo eſt bipes, &c. ſecundum quid pertinent ad hoc prædicabile, quatenus ipſa propria ſecundũ quid habent proprii rõnem.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primum reſpondetur, quod ideò de illis egit Porphyrius in hoc prædica- *Ad 1.*
bili, quia ſm quid erant proprietates, vt illis cognitis innotitiã veri proprii perueniremus, cuiuſmodi eſt quarto mõdo, propriũ in ordine ad qđ actũ fuit de aliis propriis, quę ſecundũ quid rationem proprii habẽt.

Ad ſecundum reſpõdetur, quod neceſſa- *Ad 2.*
riò erat reſpicere ſubiectum; vt quid natũ ex principiis rei, vel cõſequutum ad rationem formalem ſubiecti, ſeruata cuiuſq; natura, vt haberet proprii rationem, quod ſupra dictis propriis non conuenit; quia verò aliquo modo ſubiectum reſpiciunt propria, ſecundum quid ſunt.

Ad tertium reſpondetur, quod propte- *Ad 3.*
rea ſunt propria ſecundum quid. Secundò reſpondetur, quod eſt tam indifferens ad illas proprii acceptiones, quantum ſufficit, vt ſint accidentia communia, cum nõ oriãtur ex principiis rerum eſſentialibus.

QVÆSTIO LXXI.

Vtrum proprium quarto modo ſit vniuerſale reſpectu ſpeciei, an verò reſpectu indiuiduorum.

Videtur quod ſit vniuerſale reſpectu ſpeciei. Primò; Nã *1. Argu.*
reſpectu ſpeciei eſt pprium, ſed vt ſic eſt vniuerſale: ergo pprium reſpectu ſpeciei eſt vniuerſale. Mai. patet; nã riſibile reſpectu hominis eſt accidẽs nõ cõe; ergo proprium; ergo reſpectu ſpeciei habet

habet rationem proprii, & ita ab oībus vocatur. Sed minorem probo: nam quartum prædicabile, & vniuerſale eſt propriũ, vt patet ex Porphyrio, & oībus in præſenti.

2. Argu. Secundum argumentum: Propriũ habet rõnẽ vniuerſalis, & nõ reſpectu indiuiduorũ: ergo reſpectu ſpeciei. Antecedens pro ſecũda parte probatur: Nã Ariſt. 1. Topic. c. 4. dicit, propriũ eſſe, qđ nõ indicat, quid eſt eſſe rei, ſoli ineſt, & cõuerſim de re prędicatur: ſed de indiuiduis non prædicatur conuertibiliter, cum excedat illa diuiſim sũpta, & in plus ſe habeat; ergo nec reſpectu illorũ eſt vniuerſale. Probatur vltima conſeq. Nã reſpectu eorum, reſpectu quorum eſt vniuerſale, debet eſſe propriũ; ſed reſpectu indiuiduorũ non eſt proprium, cũ nõ prædicetur cõuertibiliter: ergo nec eſt vniuerſale. Maior patet: quia propriũ, vt ſic, eſt vniuerſale: ergo &c. *Fuga.* Dices: quod prędicatur conuertibiliter reſpectu oīum, & ita reſpectu omnium eſt vniuerſale. *Impugnatio.* Sed contra: quia ſumptis omnibus indiuiduis collectiuè non eſt propriũ ſuperius ad illa, ſed æquale: ergo nec eſt vniuerſale, q̃a vniuerſale debet eſſe superius & non æquale.

3. Argu. Tertiũ. Si proprium eſt vniuerſale reſpectũ indiuiduorũ: ergo vt vniuerſale eſt, refertur propriũ ad indiuidua ſpecifica: conſequens eſt falſum: ergo &c. Minor probatur: nã ad indiuidua ſpecifica ſolũ refertur ſpecies: ſed propriũ, vt ſic, non eſt ſpẽs, ergo &c Mai. patet: Nã cũ proprium & ſpẽs ſint diſtincta prædicabilia ſpecie, debẽt habere terminos ſpecie diſtinctos: ſed indiuidua ſunt termini ſpẽi, vt prædicabilis eſt: ergo nõ ſunt termini proprii. *Fuga.* Dicẽs, quod aliter ſunt termini ſpẽi, aliter proprii. *Impugn.* Sed contra: Nã hæc diuerſitas non põt rectè aſſignari, cũ ſẽper, vt indiuidua ſunt naturæ humanæ, ſint terminus prædicabilis proprii: Et eadem rõne ſunt terminus ſpeciei.

4. Argu. Quartum: Eodẽ modo prædicatur proprium de ſpẽ, ac de indiuiduis, ſed de indiuiduis prædicatur, vt quartũ prædicabile, & vniuerſale: ergo etiã de ſpẽ. Añs patet. Quia riſibile nõ prędicatur de homine eſſentialiter, cum nec ſit ſpecies genus aut dĩa, nec etiã prorſus accidentaliter, cum prædicetur per ſe: ergo prædicatur prædicatione proprii, vel datur ſextum prædicabile. *Fuga. Impugnatio.* Nec valet quorundam ſolutio, qui dicunt reſpectu ſpeciei eſſe prædicatum: nõ verò prædicabile, quia illud prædicatum alicuius prædicabilis eſt prædicatum; maximè cum ſit prædicatum completum ſimplex, &c. ergo non alterius, niſi quarti: ergo reſpectu ſpeciei eſt quartum prædicabile proprium, & vniuerſale.

5. Argu. Quintum: Nam proprius modus prædicationis huius prædicabilis eſt prædicari per ſe in quale accidentale: ſed ſic prædicatur proprium reſpectu ſpeciei: ergo reſpectu illius eſt quartum prædicabile.

6. Argu. Sextum. Siue dicamus; Petrus eſt riſibilis, ſiue homo eſt riſibilis, non variatur cõceptus ex parte prædicati: ſed reſpectu indiuiduorum habet rõnẽ vniuerſalis: ergò reſpectu ſpẽi, cum nõ varietur aliquo modo, & eſſe non poterat, vt reſpectu vnius eſſet vniuerſale, & non reſpectu alterius, ſine aliqua varietate ex parte ipſius pręadicati. Alia argumenta, quæ hic fieri poterant, vide ſupra quæſt. 28. Nam in præſenti ſolũ inquirimus id, quod eſt huic quæſtioni natiuum, an ſcilicet proprium, vt ſic, ſit vniuerſale, & hoc habet peculiarem difficultatẽ, cum non ſit propriũ, niſi reſpectu ſpẽi. *Controuerſia.*

1. Opinio Caiet. Scoti. In hac quæſtione aliqui ſequuti Scotũ, & Caietanum, & de proprio, & de ſpecie dixerunt proprium per ordinẽ ad ſpeciẽ, à qua dimanat, rationem habere vniuerſalis. *2. Auctoris.* Sed vt, quid ego cenſeam, explicem ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. PRima concluſio: Proprium eſt vniuerſale propriiſſimè, ſicut & reliqua prædicabilia. Probatur hæc concluſio a definitione vniuerſalis: Nam proprium eſt vnũ in multis, & de multis: ergo eſt vniuerſale. Probatur antecedens: Nam riſibile abſtractum à Petro, & Paulo eſt in illis: prædicatur ergo de illis, & ita erit vniuerſale.

2. Concluſ. contra Caiet. et Scotum. Secunda concluſio: Propium habet rõnem vniuerſalis quarti per ordinẽ ad ſua inferiora: vt riſibile per ordinẽ ad Petrũ, Ioannem, & Franciſcum, & non per ordinẽ ad ſpeciẽ, nec radicaliter. Habes hanc concluſionem probatam in ſimili ſupra quæſt. 18. dum hoc idem de differentia definiuimus. Nec volo adducere iterum probationes, quas ibidem reperies: eadem enim ratio eſt de proprio, & differentia, quantum ad hoc. *Obiectio.* Et ſi dicas: ſpecies eſt vniuerſale: ergo ex eo, quod proprium illi adæqua-

tur

Digitized by Google

Solutio. tur,erit radicaliter vniuerſale,negaᷣ conſequentia: qa referendo præciſè riſibile ad hominẽ,ex illo reſpectu nullo pacto habet rationẽ vniuerſalis,ſed potius rationẽ prædicati ex illo reſpectu,non vniuerſalis.Radix autẽ proxima vniuerſalis eſt eſſe cognitũ,vel eſſe abſtractũ,vel cõparatũ, remota verò vnitas formalis,vnde nullo modo eſt reſpectus ad ſpeciẽ radix vniuerſalitatis illius,quinimò quãdo illã reſpicit,iã eſt vniuerſale,& nõ habet à ſpecie eſſe vniuerſale.Præterea probatur concluſio ſua ꝓpria ratione:Nã Ariſtoteles primo Topicorum, cap.4 & Porphyrius hic,dicunt, propriũ quarto modo eſſe,ꝙ conuenit omni,&ſoli, & ſemper.Explicant autẽ illam particulã, omni,hoc modo, omni ſuppoſito naturæ phyſicè,ſeu omni idiuiduo:ergo ꝑ hoc, ꝙ inferioribus cõuenit natura,ꝓprii 4.modo explicaᷣ ab iſtis auctoribus i ordine: ergo ad illa indiuidua habet,ꝙ ſit vniuerſale.

Quodnã ſit fundamentum vniuerſalitatis ĩ proprio, & quod remotũ.

3.Cõcluſio cõtra eoſdem. Tertia cõcluſio,Inferiora proprii ſunt inferiora ſpeciei, v.g.inferiora riſibilis, vt ꝑdicabile eſt quartum,nõ eſt hoc & illud riſibile, quia horũ reſpectu Petrus haberet ſpeciei rationem,quam rationẽ quarti prædicabilis:ſed ſunt Petrus,& Paulus,& Franciſcus:Hæc concluſio euidẽs eſt: nam illa ſunt inferiora proprii, ex cuius principiis ſpecificis ꝓprium illud cõſequitur: ſed riſibile conſequitur ex principiis ſpecificis Petri,& Pauli:ergo reſpectu illorũ eſt quartũ vniuerſale. Probaᷣ minor:qa ex natura humana, quæ eſt natura ſpecifica Petri & Pauli oritur riſibile.Secundò probatur cõcluſio:Nã hæc prædicatio, hoc riſibile eſt riſibile,eſt quidditatiua: ergo nõ eſt quarti prædicabilis: nã licèt prædicabile quartũ ſit per ſe in ſecundo modo,ſed nõ eſt quidditatiuum prædicabile.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. argum. 1. Solut. AD primũ reſp.1.quod proprium dupliciter poſſit accipi,vno modo pro proprietate reali,conſecuta ad eſſentiam ſpecificam,ex principiis ſpecificis:vt riſibile cõſequitur ad hominẽ, & hoc modo in ſua ratione nihil amplius dicit,quã quod per ſuã definitionẽ explicatur:nec dicit vniuerſalitatem,nec particularitatem,ſed ſolũ eſſentiam ſuã realem. Et hac ratione propriũ dicitur in ordine ad ſpeciẽ,qa eſt ſpeciei paſſio,Alio modo ſumi poteſt propriũ logicè ꝓ eadẽ proprietate reali,quatenùs in dicta ſecunda intentione huius prædicabilis, & ſic accepta rationẽ vniuerſalis habet ꝑ ordinẽ ad ſua inferiora,& nõ per ordinem ad ſpeciem,quæ nõ eſt inferior.

Propriũ dupliciter metaphyſicè & logicè.

2. Solut. Secũdò reſpõdetur,ꝙ propriũ dupliciter accipi poteſt, etiam ſecundè intentionaliter. Vno modo ꝓ illo,quod de alio affirmatur, vt cõſecutũ ad eius eſſentiã æquale cũ ſpecie ipſa. Alio modo pro proprietate, quæ ad eſſentiã rei conſequitur, vt quid ſuperius exiſtens ad omnia indiuidua illius ſpeciei.Et hæc acceptio nõ eſt acceptio duorũ,ſed eiuſdẽ ſecũdum aliam & aliam conſiderationem.Si ergo hoc ſecundo modo cõſideretur propriũ vniuerſale eſt, & rationẽ vniuerſalis habet in ordine ad illa inferiora,quibus eſt ſuperior.Si primo modo cõſideretur,proprium eſt qdẽ prædicatũ propriũ, & in re vniuerſale;nõ tamen habet eſſe vniuerſale ex reſpectu illo ad ſpeciẽ,ſed habet eſſe quoddã prædicatum nõ vniuerſale ex illa ratione.

Diſtinctio pulcra baſis oĩum dictorũ, & dicendorũ de proprio.

Obſerua. Nec incõuenit,aliquid eſſe vniuerſale ſecũdum vnam rationem,& nõ habere rationẽ vniuerſalis ſecundum aliam.Nam homo ex ſe nõ eſt vniuerſale,ſed eſt vniuerſale,vt cognitũ in cõi:& ita riſibile in ordine ad ſpeciẽ nõ habet vniuerſalis rationẽ,licet de illa ꝑdicetur:ſed hoc habet ꝑ reſpectũ ad inferiora,illa tamen riſibilitas,ſeu propriũ illud intentionem vniuerſalis habet,ſicut homo intentionẽ vniuerſalis habet in ordine ad Petrũ &Paulũ,nõ verò ĩ ordine ad aial.

Ad 2. Quare ꝓprium debeat prędicari de ſpecie cõuertibiliter. Ad ſecundum argumentũ reſpondetur, quod neceſſario illud,quod induit rationẽ proprii, debet prędicari cõuertibiliter de ſpecie. Nõ verò hoc dicit Ariſt.& Porphyrius,quia rationẽ proprii habeat in ordine ad ſpeciẽ: ſed hac ratione hoc docet, vt oſtẽdat vniuerſale quarti ꝑdicabilis debere ex neceſſitate cõuertibiliter ſe hẽre,cũ ſpecie ex eius principiis eſſentialibus oritur: nõ verò,ꝙ ſit neceſſariũ cũ indiuiduis conuerti diuiſim ſumptis, etiãſi habeat vniuerſalem rationem in ordne ad illa.

Quõ eſſe riſibile ſit proprium Petri. Et cũ dicitur,eſt propriũ,Petri eſſe riſibile,reſpondetur,quod eſt propriũ Petri; quia cõſeqtur ad eſſentiam ſuam ſpecificam,cum qua conuertitur:nõ verò dicitur propriũ Petri quia conuertatur cum illo,nã conuerſio debet eſſe reſpectu illius, à quo oritur ꝓprietas,non reſpectu indiuiduorum illius eſſe.

Ad

Ad 3. Ad tertium reſpondetur: quod riſibile v. g.& quodlibet proprium refertur ad indiuidua, vt quid conſecutum ex eorum natura ſpecifica; ſpecies verò refertur ad eadem indiuidua, vt id, quod illorum eſſentiam ſpecificam importat.

Ad 4.ar. Ad quartū reſpondetur, quod nō eodem modo prædicetur riſibile de ſpē & de ſpeciei indiuiduis. Nam de iſtis prędicatur, vt quid ſuperius ad illa, à quibus fuit abſtractū riſibile, & inferioribus, quibus per ſe côuenit in ſecūdo mō perſeitatis, & in ordine, ad quæ hēt rōnē vniuerſalis. De ſpecie verò prędicatur, vt quid conſequntū ad eius eſſentiā ſibi æqualem. Et hoc vocamus prędicari, vt quartum prædicatum. Nā illud, quod habet rōnem quarti prædicabilis reſpectu indiuiduorū, reſpectu ſpeciei ſolū habet rationē quarti prædicati, & non vniuerſalis. Nā licet, quod prædicatur, vniuerſale ſit, ſed nō in ordine ad illud, de quo p̄dicatur, nec illa rōne, quia prædicatur de ſpecie, eſt vniuerſale. Et cū dicitur, quod illud prędicatū ſit alicuius prędicabilis p̄dicatū, reſpondetur, quod vt affirmatur de ſpē, & vt importat ordinē ad ſpeciē, nullius prædicabilis eſt prædicatū: quia non eſt prædicabile. Illud verò, qđ prædicatur ſecundū aliā rationem, quartū eſt prædicabile, ſeu ad quartum pertinet prædicabile.

Quomodo proprium prædicetur diuerſimodè de ſpecie, et de indiuiduis ſpeciei.

Ad inſtātiam.

Ad 5.ar. Ad quintū reſpondetur, quod proprius modus huius prædicabilis eſt prędicari in quale accidentale per ſe in ſecundo modo perſeitatis: verum præſupponit in re, quæ prædicatur, quod ſit vniuerſale, & cū non ſit vniuerſale riſibile reſpectu ſpeciei, non prædicatur de illa, vt quid ad hoc prędicabile pertinens. De inferioribus verò riſibile prędicatur in quale accidentale per ſe, vt quid qđ hēt rōnem vniuerſalis: & illam quidē in ordine ad eadē inferiora. Itaque riſibile in ordine ad inferiora ſibi hēt rōnem vniuerſalis, & in ordine ad illa, vt talia ſunt, habet rōnem talis vniuerſalis. Vt ergo illud, quod prędicatur perſe in quale accidentale, ſit pertinens ad quartum prædicabile, debet prædicari taliter de ſuis inferioribus: & cum hoc nō habeat reſpectu ſpeciei, reſpectu illius non eſt vniuerſale.

Doctrina egregia.

Ad 6.ar. Ad ſextū reſpondetur, quod licet nō varietur conceptus riſibilis, induit tamē aliā intentionē, cum refertur ad ſpeciem, & induit intentionē quarti prædicati: quia nō eſt ſuperius ad illam. Cū verò refertur ad indiuidua, vt ſæpè docuimus in ſuperioribus, induit intētionē quarti prædicabilis. Et bene pōt idem materiale ſecundū aliā conſiderationē aliam induere intentionē, vt patet dicendo, Petrus eſt Petrus, idem materiale in vno ſitu induit ſubiecti rationem, & in alio prædicati. Sed contra, eadē relatione, qua refertur quartū prædicatū ad ſpeciem, refertur ad indiuidua: ergo illa relatio eſt vniuerſalis. Probatur conſequentia: quia eſt relatio ad plura ſibi inferiora mediatè, quod ſufficit ad rōnem vniuerſalis. Sed antecedens probatur: Nā genus eadem relatione reſpicit ſpecies & indiuidua, quæ continentur ſub ſpecie. Vide ſolutionē huius argumēti ſupra quæſt. 28. Et nota, quod prius riſibile reſpicit indiuidua, à quibus abſtrahitur, quam ſpeciē. Nā ad hoc quod reſpiciat ſpeciem vt æqualē, debet eſſe abſtractum ab inferioribus: proprietas verò realis naſcitur prius in ſpecie in eſſe reali, ſed eſt quid ſingulare, & alia eſt relatio quarti prædicati, alia quarti prædicabilis, quia termini ſunt diuerſi.

Proprium cōparatū ad ſpeciem vocat quartū prędicatum; cōparatū verò ad indiuidua ſpeciei quartū p̄dicabile.

Obiectio.

Solutio.

Obſeruatum Auctores.

QVÆSTIO. LXXII.

Vtrùm definitiones, quas Ariſtoteles, & Porphyrius aſſignant proprio quarto modo, ſint rectè traditæ.

1.Arg. ET videtur quod nō: Nam vel proprium accipitur vt quartum prædicatū, vel vt quartū prædicabile; ſi accipitur vt quartum prædicatū, etſi hac ratione illæ definitiones illi conueniant, non ſunt ad propoſitū traditæ, cū hîc non fiat ſermo, niſi de proprio, vt eſt quartū prædicabile, & ſic eius naturā inquirimus. Vel ſit ſermo de p̄prio vt quartū prędicabile: & ſic nō conueniūt illi, quia propriū, vt p̄dicabile, eſt vniuerſale, reſpectu cuius eſt propriū: ſed hęc vniuerſalis rō nō explicatur ſupra dictis definitionibus: ergo &c. Pr bat minor: Nā definitio Ariſtot 1. Topicorū, ca. 4 ſic habet: Propriū eſt, quod non indicat quid eſt eſſe rei, ſoli autē ineſt: & conuerſim prędicaī, vbi nulla rō ſuperioris explicaī, quinimò ponitur, vt quid æquale cū dicat in ipſa, &

conuerſim prædicatur. Porphyrii verò definitio ſic habet: quod proprium eſt, quod conuenit omni, & ſoli, & ſemper, & cōuerſim prædicatur: quæ neque etiam explicat rationem vniuerſalis, vnde nec erit bona, cum proprium ſit vniuerſale eſſentialiter.

2. Arg. Secundò, Omne relatiuum debet definiri per ordinem ad ſuum correlatiuum: ſed ſpecies non eſt correlatiuũ proprii: ergo male definitur propriũ per ſpeciẽ, cũ dicitur, & cōuerſim prędicatur, ſcilicet, de ſpecie. Probatur minor: quia ſi propriũ refertur ad ſpeciẽ, ſpecies debet referri in rōne ſpeciei ad propriũ ipſum, vt ſubiicibile ad prædicabile, quia propriũ refert̃ vt prędicabile ad ipsã, & relatiua oppoſiti relationibus referuntur: ſed hoc eſt falſũ: ergo &c. Probatur minor. quia ſpẽs vt ſubiicibile refertur ad genus: ergo nō ad propriũ. Impoſſibile.n. eſt, quod eadẽ rōne ad plura diuerſa referatur. Et ſecundò probatur; quia ſi propriũ vt propriũ refertur ad ſpeciẽ: ergo nō refert̃ ad ſpẽm, vt ad quid inferius, & cōſtat correlatiuũ proprii debere eſſe inferius, cũ propriũ, vt ſic, ſit vniuerſale, & vniuerſale ad inferius referat̃.

3. Arg. Tertiò. Nam quando dicitur, quod propriũ conuertibiliter prædicatur de ſubiecto, aut comparatur ad ſubiectum aliquod particulare, aut indiuiduum, aut ad ſubiectum commune. Primum eſſe non poteſt: nã riſibile de nullo ſubiecto particulari cōuertibiliter prædicatur, cum in plus ſe habeat. Vel accipitur ſubiectum in cōmuni: & nec hac ratione accipitur: quia ſic etiã accidens cōe haberet proprium ſubiectũ, & adæquatũ, cum quo conuertatur, vt accidens materiale corpus in cōi, & accidens ſpirituale ſubſtantiã immaterialem. Et ſic accidens quarti prædicabilis non diſtinguitur ab accidenti quinti prædicabilis.

4. Arg. Quartò. Nam coloratũ conuenit omni corpori mixto, & ſemper, & ſoli, & tamen non eſt proprium, ſed cōe accidens: ergo definitio eſt nulla. Probatur antecedẽs: q̃a, vt ſit proprium, debet dimanare à principiis eſſentiæ, & coloratum non eſt huiuſmodi: nã cum ſpecies coloris diuerſæ accidentaliter conueniant corpori, ẽt coloratũ, quod eſt genus ad tales ſpecies, etiã debet conuenire accidentaliter, & nō dimanare à principiis rei: ergo &c. Probat̃ antecedens; Nam ad idem principium genus conſequitur, ad quod cōſequitur ſpecies, cum ſolum ratione differant: ſed albedo, v.g. & quilibet alius color conſequitur ex principiis indiuiduãtibus corporis mixti, & non ex corporis natura: ergo & color etiam eodem modo conſequitur: nō enim poteſt ratio ſpecifica ex principiis conſequi indiuiduantibus alicuius rei, & generica ratio ex principiis eſſentialibus. Idẽ videtur dicendum de quantitate: quod cōuenit omni, & ſoli, &c. & tamen non propriũ: ſed commune accidens eſt. Itẽ per oppoſitum: nam ſumma frigiditas eſt paſſio aquæ, & non conuenit ſemper, vt clarè patet: ergo definitio eſt nulla. Maior probatur: quia primę qualitates in ſummo ſũt paſſiones elementorum, nec alias elementa videntur habere paſſiones, quam illas: & certum eſt, quod habeantur aliquæ.

5. Argu. Quintò. Nam nulla illarum definitionũ explicat rōnẽ vniuerſalis in ipſo proprio: ergo ſunt nullæ. Conſequentia eſt euidẽs: nã eſſentialiter propriũ eſt vniuerſale. Aňs prob. Nã implicat aliquid eſſe vniuerſale, reſpectu cuius eſt ęquale: ſed propriũ vt ſic rōne æqualis importat, & hoc maximè illis definitionibus explicat̃, ergo &c. Maior patet, quia vniuerſale eſſentialiter eſt ſuperius ad multa, quia eſt vnũ in multis. Sed minor probat̃: quia, vt cōuertitur, æquale eſt, cũ conuerſio ſit mutua conuerſio. Et confirmatur: *Cōfirm.* nã propriũ eſt relatiuũ quoddam rationis: ergo non debuit per negationem definiri, & ita non debet proprium eſſe, quod non indicat, quid eſt, &c.

6. Argu. Sextò explicatur magis hoc: nã hęc definitio conuenit proprio reſpectu ſpẽi, vel reſpectu indiuiduorũ, ſed neutrum horũ: ergo &c. Qđ nō reſpectu ſpeciei, iã ſupra ſæpè docuimus: quia reſpectu illius nō eſt vniuerſale, nec ſuperius formaliter, nec radicaliter, nec etiam reſpectu indiuiduorũ illi conuenit hæc definitio, nã reſpectu indiuiduorũ non prædicatur conuerſim, cũ ſit ſuperius ad quodlibet illorum. Dices, *Fuga.* quod hoc habet reſpectu omnium indiuiduorum. Nec dici hoc valet, quia omniũ reſpectu non eſt vniuerſale, cum nō ſe extendat ad plus, quinimò eſt æquale. *Impugnatio.*

7. Argu. Septimò. Nam hic definitur quoddã relatiuum rationis, quod importat ſecundã intẽtionẽ: ſed hæc definitio nullatenus illi intẽtioni poteſt adaptari, cũ ſecunda intentio,

tio, nec etiam in cócreto prędicetur de omni, & de ſolo, & ſemper, nec etiá ab eſſentiis rerũ dimanat: igitur. Maior patet ex his, q̃ de generis definitione diximus ſuperius.

Sciendũ eſt, in hac materia á viris doctis fuiſſe traditum in his definitionibus nõ fuiſſe definitum proprium, vt eſt quartũ vniuerſale: ſed ea ratione præciſè, qua eſt quartum prædicatum, ſeu proprietas quædam ad eſſentiam ſpecificam conſtitutá conſequens ex ipſius ſpeciei principiis. Quã opinionẽ tenent Louanienſis, Colonienſis, & Verſorius capite de ꝓria. Et multi moderni hanc ſuis defendunt diſputationibus, quia in his nulla ratio vniuerſalis explicatur, q erat neceſſariũ, vt definiretur, qua ratione erat quartũ prædicabile. Sed, vt prædictas definitiones conſpicuas reddamus, & quæ ſit eſſentia huius pdicabilis explicemus, ſit

Cõtrouerſia. *1. Opinio Louanienſis, & aliorum.* *2. Opinio Authoris explicata in concluſione.*

Prima concluſio. Si definiatur quartum prædicabile exactè, ita erit definiendum: quartum prædicabile eſt, quod prædicatur de pluribus in quale accidẽtale, vt aliquid quod ad illorum eſſentiam eſt conſecutũ: per illam particulã vniuerſale diſcernitur à proprio, quod eſt quartum prædicatum. Per illam particulam in quale accidentale, diſcernitur à differentia, quia prædicatur in quale eſſentiale. Item diſtinguitur à genere & ſpecie, quæ in quid prędicantur. Per illam verò particulam, vt quid conſecutum ad eſſentiam eorum, de quibus prædicatur ſecernit à quinto prædicabili, quod aliunde oritur, vel ex certa indiuiduali conditione, vel ex indiuidui principiis. Nec refert, an eſſentia ſit ſpecifica, vel generica: nam vtraque eſſentia ſuas habet paſſiones, vt patet ex Ariſtotele in prædicamentis, vbi generaliſſimis multas tribuit proprietates. Quinimo tranſcendentia habent ſuas paſſiones, vt ens. Et cũ dicimus, vt quid cõſecutum ad eſſentiam, accipitur eſſentia pro ratione formali, modo ſit generica, modo ſpecifica, modo tranſcendens.

1. Concl. Quō definiēdũ ſit propriũ, vt eſt quartũ prædicabile.

Secunda cõcluſio. Si accipiatur propriũ, vt quartum prædicatum, tunc eſt quædam proprietas conſecuta ad eſſentiam conuertibilis cum ipſa, à qua profluit. Eſt enim de ratione quarti prædicati, quod ſit aliquid non vniuerſale, quod indicat illa particula, cum qua conuertitur. Nam ex eo quod cum aliquo conuertitur, reſpectu illius nõ eſt vniuerſale, nec ſuperius, ſed æquale. Ex eo verò, quod dicitur, quod hæc proprietas conuertibilis cũ ſpecie dimanat à rei eſſentia, demonſtrat eſſe proprium quid. Et ita, cum non ſit prędicabile de multis, erit ſecũdum illam rationẽ prædicabile de vno ſibi æquali, quod vocamus quartum prædicatum.

2. Concl. Quomodo definiendũ ſit propriũ, vt eſt quartũ prædicatum.

Sed contra: Iſta eſt prædicatio, homo eſt riſibilis: ergo reſpectu hominis habet riſibile eſſe vniuerſale: ergo falſum eſt dicere, quod eſt nõ vniuerſale. Antecedens primò probatur ex Ariſtotele 1. Poſteriorũ, capit. 4. & 5. Nam illud prædicatur vniuerſaliter, quod per ſe primò, & nõ per aliud prædicatur: ſed riſibile cõuenit homini, nõ ꝑ aliud, ſed per ſeipſum, & ſecundũ quod ipſum, vt homo eſt: ergo prædicatur vniuerſaliter. *Obiectio.*

Reſpondetur, quod illa eſt propoſitio vniuerſalis poſterioriſticè, id eſt, cõueniens, nõ per aliud. Ad hoc autem, quod ſit hac ratione vniuerſale, ſufficit, quod ſit quartum prædicatum: non verò eſt vniuerſale, vt eſt vnũ in multis, & de multis. Secundò reſpondetur, quod vniuerſaliter poſterioriſticè includit, quod conueniat ſubiecto, & omni ſuppoſito ſubiecti, ſubiecto primo, & per ſe, & nõ per aliud ſuppoſito ſubiecti per ipſũ ſubiectũ: & ita licet ſit prædicatio vniuerſalis, eſt in ordine ad inferiora, quibus etiam conuenit: nam ſine iſto ordine etiam nõ eſſet vniuerſale poſterioriſticè. *1. Solut.* *2. Solut.*

Tertia concluſio. Iſta definitio, propriũ eſt, quod conuenit omni ſoli, & ſemper, eſt definitio proprii ea ratione, qua eſt quartum prædicabile, ſeu vniuerſale. Probatur: nam illa particula, quod conuenit, bene explicat prædicationem: nihil enim ſignificat aliud. Illa verò particula diſtributiua, omni, non diſtribuit iſtum terminum ſpecies, ita vt faciat hunc ſenſum, conuenit omni ſpeciei, quia licet ſpecies ſit terminus communis, verum non datur proprietas aliqua realis ſpeciei in cõmuni, quę omni ſpeciei in particulari cõueniat, de qua loquatur Porphyrius. Itẽ: Nã ſequeretur, quod riſibile nõ eſſet proprium, quia non conuenit omni ſpeciei, quia non conuenit equo, & tamen ſi diſtribueretur, li ſpecies, pro omni ſuo ſuppoſito, etiam diſtribueretur pro ſpecie equina: & ſic deberet illi competere riſibile: ſi, quia eſt proprium, conuenit omni ſpeciei, quod cõſtat eſſe falſum. Vnde relinquitur, quod faciat

3. Concl. cõtra Louanienſem, & alios, Explicatur definitio proprij quoad ſingulas partes.

iſtum

iſtum ſenſum; proprium eſt, quod conuenit omni, ſcilicet, indiuiduo ſpeciei, & ſoli indiuiduo, & ſemper indiuiduo: & ita datur proprii definitio in ordine ad inferiora. Vnde definitur, vt vniuerſale, ideſt, ac ſi ri ſibile diceretur proprium, quia conuenit omni homini, & ſoli homini, & ſemper homini. Conſtat autem, ſuperius eſſe reſpectu omnis hoīs. Nec hæc definitio poteſt alteri, quam proprio quarto modo competere, nec conuenit accidenti, quia debet intelligi, quod hoc, qđ conuenit omni, &c. & dimanat à principiis eſſentiæ, & non ab extrinſeco, eſt proprium.

Definitio proprij quę habetur 4. Topic. ex Ariſt. nō datur de eo, vt eſt quartū pdicabile, ſed vt quartū predicatum.

Altera verò definitio proprii, quam Ariſtoteles 4. Topicorum, capite 4. tradit, videtur mihi, quod ſit definitio proprium, vt quartum eſt prædicatū, quia omnes eius particulæ nullam ſapiunt vniuerſalitatem. Nam illa particula non indicat, quid eſt eſſe rei, ſolum dicit non eſſe prædicatum quidditatiuum, nec eſſentiale: & nihil agit de vniuerſalitate. Illa verò, ſoli autem ineſt, nihil aliud facit, quam excludere alia, quæ non ſunt ſpecies illa, à conſortio paſſionis illius, & conuerſim de re prædicatur. Hoc cum dicit, euidenter excludit indiuidua, ſaltem non loquitur Ariſtoteles in ordine ad illa de proprio, quia reſpectu nullius indiuidui fit cōuerſio in prædicatione proprii. Vnde ſolū propriū definit in ordine ad ſpeciē, & ſic agit de illo, vt de quarto prædicato: quia vt ageret de illo, vt de vniuerſali ex neceſſitate, deberet agere in ordine ad inferiora, vt iam docuimus.

Auctoris ſpeculatio.

Verum eſt, quod huiuſmodi definitio facilè pōt adaptari proprio, vt prædicabile eſt, dicendo, propriū eſt quod non indicat quid eſt eſſe rei, ſoli, & omni ineſt, & conuerſim de re prædicatur. Et quāuis ponatur ibi reſpectus ad ſpeciē, qui eſt non vniuerſalis, ponitur ad explicandam magis naturam ipſius proprii vniuerſalis, quæ debet eſſe huiuſmodi, vt ex neceſſitate reſpiciat ſpeciem, vt quartum prædicatum, ſi debet habere naturam quarti prædicabilis. Non enim poſſunt nō coincidere huiuſmodi duæ intentiones in eodem materiali, quamuis ſint diuerſæ, quia ex neceſſitate, quod conuenit vni indiuiduo, & ſoli, & ſemper, debet conuerti cum ſpecie, nec indicare quod ſit res, vt quidditas, vel pars quidditatis. Et hæc eſt communis doctrina Thomiſtarum.

Obiectio.

Sed contra: Nam in illa definitione, vbi dicitur, proprium eſt, quod conuenit omni, ſoli, & ſemper, illa dictio, ſoli, ex neceſſitate dicit conuertibilitatem cum ſpecie: ergo non poteſt adaptari indiuiduis. Conſequentia patet, quia cum nullo indiuiduo conuertitur proprium. Sed probatur antecedens: quia dicere, quod proprium conuenit ſoli indiuiduo, eſt falſum, cū nulli indiuiduo in particulari ſolum conueniat, ſed conuenit omnibus ex neceſſitate.

1. Solutio aliorū.

Reſpondetur, quod quidam reſpondent, illam particulam explicare rationem quarti prædicati, quod conuertibile eſt cum ſpecie, & hoc, vt magis explicetur prædicabilis natura.

2. Solutio Auctoris melior.

Sed melius reſpondetur, quod illa dictio, ſoli, excludit indiuidua alterius naturæ, & facit hunc ſenſum, quod ſoli indiuiduo illius naturæ couenit, & non alterius ſpeciei indiuiduis. Vnde non aduerſatur rationi proprii quarti prædicabilis dictio illa, facit enim iſtum ſēſum, proprium eſt, quod conuenit omni indiuiduo, & ſoli, hoc eſt, & non alterius ſpeciei indiuiduis, ſed ſolum illis indiuiduis, ex quorum ſpecifica natura dimanat.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. ar.

AD primum reſpondetur, quod altera illarum definitionum conuenit proprio, vt quartum prædicatum eſt, altera eidem, vt quarto prædicabili, vt docuimus. Et vtraque facillimo negotio adaptari poteſt prædicabili quarto: nam nō poſſum adduci in illā ſententiam, quod non definierit Porphyrius, niſi prædicatum quartum, & non prædicabile, cum ejus intentio fuerit, ſcilicet, prædicabilium tradere notitiam, nec feciſſet plane, ſi, quid ſit propriū vt eſt prædicabile, non oſtendiſſet.

Ad 2.

Ad ſecūdum reſpondetur, propriū, quatenùs definitur in ordine ad ſpeciem, vt quid cum ipſa conuertibile, ſolum habere rationem quarti prædicati, non vniuerſalis reſpectu ſpeciei, ſed æqualis cum ipſa. Vnde nec ſpecies refertur ad proprium, vt ſubiicibile inferius, ſed vt ſubiicibile æquale, qua ratione eſt æqualis ſpecies omnis ſuæ proprietati, ſpecies verò, quando refertur ad genus, induit intentionem ſubiicibilis inferioris ad ipſum genus.

Ad 3.

Ad tertium reſpondetur, quod cum cōſideratur

ſideratur proprium, vt quid conuertibile, non habet rationem prædicabilis, ſed quarti prædicati: & tunc comparatur ad ſubiectum, à quo, vt proprietas eſt, dimanat, quod ex neceſſitate eſt ſubiectum commune, & non indiuiduum aliquid. & ad eſſentiam huius ſubiecti conſequi debet proprium. Accidens verò vniuerſale habet etiam ſuum ſubiectum proprium, quod denominat, ſcilicet corpus. Ita D.Th.1 par. quæſt.77.art.6.ad tertium. Vide aliam ſolutionem in Caietano 1. Poſter.cap.7.

Ad 4. argum.

1. Solut.

Ad quartum reſpondetur à quibuſdam, ita rem ſe habere, vt probat argumentum. Si enim ſpecies omnis coloris accidentaliter conueniunt homini, & color accidentaliter quoque conueniret, non verò oritur ex principiis eſſentialibus corporis miſti ratio coloris, cum nulla coloris ſpecies ex eius principiis naſcatur. Sed conuenit color corpori mixto, propterea quod ex alicuius corporis mixti indiuiduali complexione naſcitur aliqua ſpecies colori. Si autem coloris ſpecies aliqua inferiori alicui corporis conuenit, neceſſarium eſt corpus dici coloratum.

2. Solut.

Quomodo ſpecies poſſit alicui cõuenire per ſe, genus aũt eius per accidẽs.

Alia ſolutio eſt, quod bene poteſt contingere rationem genericam alicui per ſe competere, & rationem ſpecificam accidentaliter, ſicut, & è conuerſo ratio ſpecifica alicui conuenit per ſe, & ratio generica accidentaliter. Nam homo per ſe eſt riſibilis, non verò per ſe eſt qualis, nec eſſe qualem eſt propria hominis paſſio Nam aliàs ſequeretur, quod eſt paſſio, & non eſt paſſio, quia homo accidentaliter eſt albus: ergo accidentaliter eſt coloratus: ergo accidentaliter eſt qualis: ergo eſſe qualem non eſt paſſio: & dicebatis qd erat paſſio: ergo eſſe qualẽ eſt paſſio, quia conuenit per ſe in ſecundo modo: & non eſt paſſio, quia accidentaliter conuenit.

Controuerſia nũ coloratũ ſit propria paſſio corporis.

1. Opinio iuxta primam ſolutionem.

Et ego quidem primam ſolutionem probabilem iudico, qui verò voluerit defendere, eſſe coloratum propriam eſſe corporis mixti paſſionem, debet dicere, quæ conſequenter ex neceſſitate ad rationem corporis mixtì in aliqua ſpecie coloris in confuſo, & in nulla ſpecie coloris determinatè conſequitur.

2 Opinio iuxta ſecundam ſolut.

Et ita eſſe coloratum erit paſſio corporis mixti, quacunque ſpecie coloris determinatè oſtendatur, non conuenit illi, niſi accidentaliter.

Auctoris ſpeculatio.

Et circa ſolutionẽ ſecundam, quam aliqui aſſignant, nota, qd conuenit homini per ſe eſſe riſibile, quia eſt eius propria paſſio, et tamen nõ eſt propria paſſio animalis, etiamſi animal, & homo ſola ratione diſtinguantur, quia illud ſufficit, vt ad vnius rationem cõſequatur, & nõ ad alterius. Ex parte verò ipſius paſſionis, ſi riſibile eſt hominis paſſio, & riſibile eſt quale, quale ex neceſſitate videtur, quod ſit paſſio hominis, non vtcunque accipiendo quale, ſed prout eſt quale incluſum eſsẽtialiter in riſibili, & prout eſt idẽ cum illo: quia riſibilitas non ſolum ſecundum vltimam ſuam differẽtiam paſſio eſt, ſed etiam ſecundum totum, quod dicit in ſua eſſentia. Itaque qualitas illa, quæ eſt in riſibilitate, eſt etiam paſſio, & totum illud, quod includitur in ſua eſſentia

Inſtantia.

Et cum dicitur, ſequitur, quod quale etiam non ſit hominis paſſio, & ita videtur ſequi contradictio, quod ſit paſſio, & non ſit paſſio hominis: nam eſſe album eſt accidens hominis: ergo eſſe quale eſt accidens hoĩs quinti prædicabilis: ſiquidem conſequitur ad idem principium, ad quod conſequitur eſſe album.

Solutio.

Reſpondetur, quod eſſe quale, prout prouenit ab albedine, eſt accidentale quid, & pertinens ad quintum prædicabile: & non eſt incõueniens, quod eſſe quale, prout prouenit à riſibilitate, ſit hominis paſſio, & eſſe quale, prout prouenit ab albedine non ſit hominis paſſio: quia tunc ſũt duo prędicata prouenıẽtia à diſtinctis formis, & ita poſſunt ſortiri & diuerſas denominationes, & proprietates.

Controuerſia, nũ quãtitas ſit propria paſſio corporis.

1. Opin. affirmat.

Ad illud quod in eodem argumento adducitur de quantitate, multi affirmãt, paſſionem eſſe corporis. Impoſſibile enim eſt quod ſit corpus, & non ſit quantum: & ita oritur ex materia, & forma, quæ ſunt corporis principia.

2. Opin. negat.

Vide aſſerentes alios ex principiis indiuiduantibus conuenire, & ita non eſſe paſſionem.

Auctoris mens.

Sed ſolutio prima eſt melior, quamuis hæc quantitas oriatur ex hac materia, & hac forma: verum quantitas in communi ex materia, & forma oritur.

Controuerſia, nũ frigiditas ſit propria paſſio aquæ.

1. Opin.

Ad illud de aqua reſpondetur à quibuſdam, quod frigiditas in ſummo eſt paſſio aquæ in ſua naturali diſpoſitione manẽte, & eſt paſſio phyſica. Sed profecto hoc latius tractare magis pertinet ad 2. de Generatione, quamobrem hic nolo exactè diſputare.

2 Opin. mẽs Auctoris.

Mihi magis placet ſolutio, quod frigiditas in certo gradu aquæ eſt proprie

tas.

Digitized by Google

tas,nec ab illa ſeparari poteſt, ſed conuenit omni ſemper, & ſoli, & à principiis rei dimanat.

Ad 5. ar. Ad quintum reſpondetur ex noſtris concluſionibus: & etiamſi admiſceatur negatio in definitione Ariſtotelis, ponitur ad explicandam rationem poſitiuam quarti prædicabilis.

Ad 6. ar. Ad ſextum iam dictum eſt, quod proprium eſt vniuerſale reſpectu indiuiduorum, nec illorum reſpectu prædicatur conuertibiliter. Cum verò definitur, quod cõuerſim prædicetur, hoc habet reſpectu ſpeciei, & reſpectu illius non eſt quartum vniuerſale, ſed eſt quartum prædicatum, & quid non vniuerſale.

Ad 7. ar. *Quid definiatur per definitionẽ proprij, prima, vel ſecũda intentio.* Ad ſeptimum reſpondetur ex his, quæ docuimus in definitione generis. Nam hic definitur ſecunda intentio proprii in concreto: & eſt ſenſus definitionis, quod proprium conuenit omni, & ſoli, & ſemper, id eſt, refertur relatione prædicabilis, de omni, & ſolo, & ſemper. Et hoc totum explicat rationem illius relationis talis vniuerſalis, cuius eſſentia eſt referri ad inferiora talia, vt in quibus eſt tanquam dimanans ab eſſentia ſpecifica illorum, ſicut definitio, quæ dicit, genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, explicatur ab acutiſſimis logicis, ideſt, refertur relatione prædicabilis. Nam prædicatio accipitur ibi formaliter, vt quod, id eſt, quod refertur relatione prædicabi'is. Ita hic accipitur, conuenit formaliter, vt quod, id eſt, refertur relatione conuenientis, omni ſoli, & ſemper.

QVÆSTIO LXXIII.

Vtrùm omne accidens habeat proprium ſubiectum.

De hac quæſtione videatur Ferrara 3. contra Gentes, capite ſeptimo, circa illã rationem Diui Thom. omne quod eſt de genere accidentis, oportet vt ex principiis alicuius ſubiecti cauſetur: & dominus Caietanus de ente, & eſſentia capite vltimo, in illa quæſtione, an omne accidẽs habeat proprium ſubiectum.

QVÆSTIO. LXXIV.

Vtrùm exiſtentia ſit paſſio propria alicuius rei creatæ.

Controuerſia.

1. Opin. Ferrarẽſis. In hac quæſtione ſunt etiam diſſimiles ſententiæ magnorum virorum. Ferrara libro 2. contra Gentes, capite 55. dicit, exiſtentiam eſſe propriam paſſionem formæ intellectualis, vt Angeli, & animæ rationalis, quibus exiſtẽtia conuenit per ſe, vt diſtinguitur contra per accidens, & vt ſumitur ab Ariſtotele primo Topicorum, capite 5. Quam opinionem, vt perſuadear, aduertit ex Diuo Tho. ibidem: quod cõuenire aliquid per ſe hoc modo alicui eſt, quod habeat aliquam cauſam in ſubiecto, ad quam neceſſariò ſequatur, & quod ex eſſentialibus principiis dimanet, ex quo ſtatim fit conſequens omne illud, quod hac ratione eſt per ſe neceſſariò alicui competere in rerum natura poſito, & oppoſitum illius nequit cõuenire, ſed contradictionem implicare, vt patet in riſibili, & homine relicto ſuæ naturæ. Et ſi ita conuenit neceſſario poſito in rerũ natura conuenit vt propria paſſio, & in ſecundo modo perſeitatis. & quia eſſe conuenit formæ, & ad illam ſequitur in rerum natura poſitæ, & ſuæ naturæ relictæ, nec poteſt eſſe, vt Angeli, vel anima rationalis in rerum naturis poſita oppoſitum habeant, fit, vt exiſtentia ſit illorum propria paſſio.

Cõſeruatio Ferrarenſis ex D. Thom.

Obiectio. Et ſi fiat argumentum, nam ſi exiſtentia eſt Angelica paſſio, ſequitur quod iſta ſit per ſe, iſte Angelus eſt, conſequens eſt falſum: ergo &c. Probatur minor: nam iſta eſt per ſe, iſte Angelus eſt: ergo ſua oppoſita, iſte Angelus non eſt, implicabit contradictionem eſſe veram: & ſic nec a Deo fieri poteſt, vt idẽ Angelus non eſſet.

Solutio. Reſpondetur concedendo maiorem, & negando minorem. Et ad probationem dicitur, quod implicat, ſuam oppoſitam eſſe veram eo modo, quo alia eſt per ſe. Nam illa eſt per ſe, quia prædicatum conuenit ſubiecto poſito in rerum natura: vnde impoſſibile eſt, quod Angelus ponatur in rerum natura, & alia oppoſita ſit vera. *Replica.* Angelus non eſt. Et cum dicitur, ergo

non

non poteſt Deus facere, quod Angelus non ſit, negatur conſequentia: nam non implicat contradictionem, Angelum non eſſe: ſed bene implicat Angelum ſuæ naturæ relictum in rerum natura poſitum non eſſe.

Aliud aſſertũ Ferrarienſis. Dicit præterea Ferrarienſis, quod non ſolum exiſtentia ſit propria paſſio Angeli, & animæ rationalis, ſeu omnis formæ eadem ratione. *Obiectio.* Et ſi arguas contra: nam corrupto equo, illius forma deſinit eſſe: ergo non eſt illius propria paſſio: *Solutio.* negatur conſequentia, nam etiam corrupto homine corrumpitur riſibile, & tamẽ eſt propria eius paſſio. Sufficit namque, vt ſit paſſio, quod non detur homo, qui non ſit riſibilis, ita ſufficit, vt exiſtẽtia ſit paſſio formæ, quod nunquam detur forma in rerum natura ſine exiſtentia, quod eſt veriſſimum.

2. Opinio Caiet. Dominus Caietanus prima parte, quæſtione 50. articulo 5 ait, quod eſſe ſit propria paſſio Angeli, & animæ rationalis, & etiam cœli phyſica, non tamen logica, & prædicatur per ſe phyſicè, non tamen logicè. *Diſtinctio pulcra pro explicatione opinionis Caiet. de duplici perſeitate logica, & phyſica.* Pro huius autem pleniori intelligentia, notandum eſt, competere aliquid alicui per ſe logicè, nihil aliud eſt, quam ſimpliciter, & abſolutè competere, nulla facta ſuppoſitione, ſed fundatur illa perſeitas in connexione terminorum ſumptorum abſolutè, verbi gratia, riſibilitas per ſe in ſecundo modo, & tanquam propria paſſio logica conuenit homini, quia riſibile abſolutè & neceſſariò conuenit homini, propterea quod dimanat ab eius eſſentia. Perſeitas vero phyſica eſt illa, quæ non fundatur in connexione terminorum abſolutè ſumptorum: ſed quatenus in eſſe naturali ponuntur, quo genere perſeitatis iſtæ propoſitiones ſunt neceſſariæ, cælum eſt, Socrates quandocunque corrumpetur, nam corruptio non conuenit Socrati niſi in rerũ natura ponatur: corruptio enim eſt rei exiſtentis, & conueniunt iſtæ duæ perſeitates aliqua ex parte. Nam ſicut perſeitas primo modo habet, quod prædicatum conueniat ſubiecto inſeparabiliter, non abſolutè, ſed in eſſe naturali poſito: differunt verò, quoniam prædicata, quæ per ſe logicè conueniunt, nihil non neceſſarium ſupponunt, quoniam reſpiciunt ſubiecta abſolutè ſumpta. Prędicata verò per ſe phyſicè ſupponũt aliquid non neceſſarium, ſcilicet ſubſtantiã productam eſſe in rerum natura, quod non eſt neceſſarium. Et hoc prouenit ex eo, quod talia prædicata reſpiciunt ſubiecta in eſſe phyſico, ex qua differentia alia oritur, quod prima perſeitas adeò eſt neceſſaria, vt oppoſitum implicet contradictionem. Non enim poteſt eſſe, hominem non eſſe animal, vel non eſſe riſibile. At verò quod Petrus non corrumpatur, benè fieri poteſt, & non implicat, licet implicaret illum ſuæ naturæ relictum non corrumpi. Sed pro veritate explicanda amplius ſit *Deciſio Cõtrou.*

1. Concluſ. Cõtra Ferrar. Prima concluſio. Exiſtentia nullius rei creatæ eſt propria paſſio logica, nec Angeli, nec cęli, nec formæ alicuius. Probatur hæc concluſio primò argumentis factis in quæſtionis veſtibulo. Et ſecundò probatur: Nam illud, quod conuenit alicui per participationem, & accidentaliter, non poteſt eſſe propria paſſio illius: ſed exiſtentia conuenit omni creaturæ per participationem, & accidentaliter: ergo, &c. Maior eſt nota: nam propria paſſio non conuenit per participationẽ alicuius: homo enim non participat riſibilitatem ab aliquo, ſed illi conuenit per ſe ſecundò. Minor probatur: nam exiſtentia, & eſſe ſolius Dei eſt eſſentia, qui cum ſit infinitè perfectus, eſt ſuum eſſe formaliter.

Præterea probatur concluſio: Nam ſi eſſe eſt propria paſſio alicuius logica: ergo eſt æternæ veritatis, Angelus exiſtit: Conſequẽs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Probatur maior: Nam omnes propoſitiones in ſecundo modo perſeitatis ſunt æternæ veritatis, & ſunt illæ, in quibus paſſio prædicatur de ſubiecto. Huiuſmodi eſt hæc; homo eſt riſibilis, homo eſt intellectiuus: verũ enim in his propoſitionibus abſoluitur à tempore. Minor probatur: nam illa propoſitio incipit eſſe vera, quando prædicatum incipit conuenire ſubiecto, quod fuit in inſtanti creationis Angeli. Et ſi dicas, *Solutio.* quod facit iſtum ſenſum: Angelus eſt aptus exiſtere, & ita ab æterno eſt vera. *Impugnat.* Contra: nam tunc exiſtentia, non eſſet paſſio, ſed aptitudo ad exiſtentiam,

 ſicut

ſicut hæc propoſitio facit hunc ſenſum, homo eſt riſibilis,ideſt,homini conuenit aptitudo ad ridendum: & tunc aptitudo ſeu potentia ad riſum eſt paſſio, & non riſus. Et hoc argumentum me conuincit contra Ferraram,vt aſſeram, exiſtentiam nullius rei creatæ eſſe logicam paſſioné, ſeu proprietatem.

Num exiſtentia demonſtrari poſſit de aliqua creatura à priori.

Tertiò ſequitur, quod poſſit à priori demonſtrari: Nam paſſio, quæ conuenit ſubiecto; ſi non ſit prima paſſio per definitionem ſubiecti demonſtrari poterit. Sed hoc eſt falſum: ergo &c. Probatur minor: Nam ex definitione, & eſſentia rei creatæ non ſequitur eſſe alias, cum ſemper ſit verum dicere,quod Angelus eſt talis ſpiritus, ſemper erit verum dicere, quod exiſtit. Et hac ratione aſſerit D. Thom. quod nulla res ſit ſibi ſufficiens cauſa eſſendi: & ita non conuenit illi de ſua natura, ſed ab extrinſeco, & per aliud. Vide ipſum 2. contra Gentes, cap. 52. Et ſi fiat argumentum, conſequitur principia eſſentialia, ergo eſt propria paſſio:

Difficultas curioſa.

Reſponſio.

Aliqui reſpondent, quod conſequitur illa, vt actus ſuppoſiti, & ratione ſuppoſitali præſuppoſita, & aduenit, vt complementum indiuidui: & non conſequitur principia eſſentialia ſolum, ſed indiuidualibus præſuppoſitis, vnde non eſt paſſio. Sed de hoc alibi. Et Magiſter Bannes prima parte, quæſtione 3. latè de hoc diſputat, vide ibidem.

2. Concluſ. Cõtra Ferrar.

Secunda concluſio. Exiſtentia eſt paſſio phyſica aliquarum rerum, vt cœlorum, Angelorum, & animæ rationalis: non verò eſt propria paſſio phyſica formæ equi. Probatur: nam propria paſſio phyſica illa dicitur, quæ non poteſt ſeparari à ſubiecto in eſſe naturali poſito, ita vt non fuerit verum dicere naturaliter, ſubiectum tale non eſſe, ſic adeo, vt naturaliter implicet contradictionem, per naturales cauſas non eſſe: ſed hoc modo exiſtentia ſe habet ſolum reſpectu ſupradictorum: ergo &c. Et quod non ita ſe habeat reſpectu formę equi iam patet, quia verè ſeparatur ab illa forma, ita vt ſit verum dicere naturaliter loquendo, forma equi non eſt, cum iam corruptus eſt equus: ergo &c.

Obſerua.

Et aduertendum erit, eſſe paſſionem phyſicam modo explicato, diminuere à ratione propriæ paſſionis, quia dicit, conuenientiam non ſimpliciter, ſed certo modo: paſſio verò logica ſimpliciter conuenit. Et ſi fiat argumentum contra hanc concluſionem, eſſe conuenit per ſe formæ, ergo, vel eſt eſſentia, vel paſſio: non eſſentia, ergo paſſio: nã in aliis modis per ſe non poteſt competere.

Obiectio.

Solutio.

Reſpondetur, phyſicè concedo, logicè nego: quia per ſe non prædicatur de forma, licet conſequatur ad ipſam in rerũ natura poſitam, quod ſufficit, vt ſit per ſe phyſicè.

Obiectio ex D.Thom.

Sed contra: nam Diuus Thom. dicit 2. contra Gentes, capite 53. formę conueniré eſſe, ſecundum quod ipſum: ergo per ſe, ſimpliciter, vt patet ex eius definitione.

Solutio.

Reſpondetur ex eodem D Tho. ibidẽ, quod ibi a ſanctiſſimo præceptore accipitur ſecundũ quod ipſum pro cõſequutione exiſtentię ad formam tanquam ad cauſam formalem: ſicut effectus ſecundarius conſequi ſolet ad cauſam ſuam, in quo ordine collocamus extenſionem in ordine ad locum, quam facit quantitas. Et dum etiam aſſerit D.Thom. quod conueniat formæ ſecundũ ſe, vult dicere, quod ſit effectus ſecundarius ipſius formæ.

Replica ex D.Thom.

Solutio.

Et hoc ſufficit ad ſuum intentum; quia forma in actu poſita ſuum effectum debet habere, niſi impediatur. Itaque eſt effectus per ſe in cauſſando, non in prædicãdo, ſicut ædificator ædificat, eſt per ſe in cauſſando, non in prædicando. Accidentalis enim prædicatio eſt iſta, ædificator ædificat. Et per hoc patet ad primum ſenſum quæſtionis.

Num dentur paſſiones disiunctæ.

Ad ſecundum, vtrùm ſint paſſiones disiunctę, reſpondetur affirmatiuè, nam par, vel impar eſt propria numeri paſſio, quã doquidem conuenit omni, ſoli, & ſẽper, & procedit ab eſſentia numeri in ſpeciebus conſiderati, quod ſit par vel impar, & entis paſſio eſt actus, vel potentia finitum, vel infinitum, lineæ paſſio rectum, vel curuum, & propterea diſiunctæ paſſiones vocantur, quia nulla illarum per ſe eſt paſſio, ſed vna, vel altera. De qua re vide Ariſtotelem libro primo Poſteriorum, capite. 4. & ibidem Caietanum & Soto. Ad rationem Ferrarienſis in oppoſitum ex dictis conſtat apertè.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXV.

Vtrum propria paſſio realiter diſtinguatur à ſubiecto, cui conuenit per ſe.

Hanc quæſtionem optimè verſat Caietanus prima parte, quæſtione 77. articulo 1. ibi illam vide.

QVÆSTIO. LXXVI.

Vtrum propria paſſio poſſit per diuinam potentiam ſeparari à ſubiecto.

1. Argum. Videtur quod non. Primò, quia iſta propoſitio ſemper eſt vera, homo eſt riſibilis: ergo non poteſt riſibilitas ſeparari ab homine. Probo antecedens, quia eſt perpetuæ veritatis. Conſequentia probatur: Nam ſi iſta eſt vera: ergo prædicatum conuenit ſubiecto: quia eſſe riſibile eſt effectus formalis riſibilitatis, ſicut eſſe album eſt effectus formalis albedinis: ſed non poteſt eſſe album ſine albedine, etiam de Dei potentia, quia implicat ex parte facti: ergo nec riſibile ſine riſibilitate, ſed eſt riſibilis ſemper: ergo ſemper habet riſibilitatem.

2. Argum. Secundum argumentum. Si poteſt ſeparari, ſequitur, quod iſta ſit falſa, homo eſt riſibilis ſemper. Patet, quia homo non habet riſibilitatem ſemper, & tamen ſequitur, quod illa ſcientia, cuius eſt hæc propoſitio phyſica, vel metaphyſica, inclinet ad falſum, quia inclinat ad hanc veritatem, homo eſt riſibilis: ſed non eſt: ergo inclinat ad falſum, quod eſt impoſſibile, nam ſcientiæ non poſſũt ad falſum inclinare, ſicut nec virtus ad malum etiam per miraculum. *Cõfirmat.* Et confirmatur, quia habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt paſſio trianguli, & non poteſt ſeparari: ergo &c.

3. Argum. Tertium argumentum. Nam relatio creaturæ eſt propria paſſio creaturæ, & non poteſt ab illa ſeparari: ergo &c. Maior patet, quia ſequitur ad eius naturam: ex hoc enim quod habet eſſe participatum, quod eſt eius eſſentia, ſequitur, quod ſit creatura. Sed minor probatur: quia non poteſt eſſe, quin dicat ordinem ad Deum, vt ad cauſſam.

Controuerſia. *1. Opi. Caiet.* De hac quæſtione ſunt variæ opiniones. Caietanus 1. parte, quæſtione 54 artic. 3. dicit, quod licet aliqua propria paſſio diſtinguatur à ſubiecto, tanquam res à re, nõ ſequitur, quod poſſit ſeparari ab illo: & quamuis dimanet in genere cauſſæ efficientis à ſubiecto, & cauſſalitatem effectiuam Deus ſupplere poſſit, intelligitur de pura effectiua, & propria, quæ eſt per actionem, non verò quæ eſt per emanationem. Cum Caieta. tenet Capreolus, vbi à Soto & Ferrara citatur in 3. Sententiarum, quamuis dicat, oppoſitam opinionem eſſe probabilem,

2 Opi. Ferrar. Secunda opinio eſt Ferraræ 4. contra gent. cap. 65. qui dicit, poſſe ſeparari paſſionem realiter à ſubiecto diſtinctam. Et hoc probat multis authoritatibus D. Th. quas ibi videre poteris. Idẽ tenet Soto, capite de proprio. *Deciditur controuerſia ad aurei Ferrar. contra Caiet.* Ratio pro hac opinione (quam ego veriorem iudico) ſit iſta. Nõ repugnat virtuti diuinæ & potẽtiæ, vt hoc non poſſit facere: ergo &c. Antecedens patet: nam ſi repugnaret, eſset, quia implicaret contradictionẽ: ſed hoc non: ergo &c. Maior patet: nã illud ſolũ, quod contradictionẽ implicat, Deo eſt denegãdũ. Probo minorem: quia ſi implicat contradictionem, vel eſt, quia paſſio eſt de eſſentia ſubiecti: quod falſum eſt, cũ paſſio ſupponat ſuam eſſentiam conſtitutã per differentiam, & ad illã conſequatur: *1. Ratio fortiſſima pro cõcluſione.* aut eſt, quia ſubiectum eſt eius cauſa materialis: & nec hac ratione: nã de ratione cauſæ naturalis, non eſt, quod nõ poſſit eſse ſine aliquo accidenti: nam videmus hoc ſubiectũ modò ſubſtare albedini, modò nigredini, & modò eſse ſine hoc accidẽti, mõ ſine illo: vel eſt, quia eſt eius cauſa finalis: nec hac ratione: nã non inconuenit finem eſſe ſine ordinato ad finẽ, quando ordinatum ad finẽ eſt poſterius ipſo fine, nec eſt eius cauſa, quãtum ad eſse: & his modis paſſio ordinatur ad ſubiectũ, quapropter poteſt eſse ſine illo: ergo &c. Vel implicat, quia eſt eius cauſa efficiens per verã productionẽ, quod eſt

contra D. Tho. vbique. Tum etiam, quia Deus poteſt ſubtrahere concurſum cuiuſcunque cauſæ agentis, quia ſicut cum ſuo cõcurſu applicat ad agendum, ita illum poteſt ſubtrahere, ne agat. Et ſic poterit Deus non concurrere cũ eſſentia, vt habeat actionem circa paſſiones producendas, vel implicat, quia, vt inquit Caietanus, paſſiones dimanãt ab eſſentia, non per veram actionem, ſed per quandã naturalem reſultantiam, & naturalẽ ſequelam. Et nec hoc, quia paſſio eſt ignis comburere materiam applicatam, vel ſaltem hoc dimanat ab igne per modum reſultantiæ. At verò impedit hoc, vt patet in fornace Babylonica, vbi ignis non cõbuſ-

2. *Ratio.* ſit pueros illi applicatos. Et ſecũdò probatur. Nam ſubiectum prius natura eſt, quam paſſio: ergo non dependet ab illo, ergo poteſt eſſe ſine illo, aliàs ſi non poſſet eſſe ſine illo: ergo depẽderet ab illo, quod eſt falſum: nam aliàs dependeret & non dependeret, quia eſt prius, & prius, vt prius, à poſteriori non dependet. Itẽ.

Confirm. Nam Deus cõcurrit cum ſubiecto vt per ſuam virtutem per reſultantiam producat paſſionẽ: ergo poterit abſtrahere concurſum, & ſic non producet: quamobrem

3. *Ratio.* non manebit paſſio. Tertiò. Nam eſſe ſequitur formam, per naturalem reſultantiã, at in aĩa Chriſti fuit impeditum: ergo

4. *Ratio.* & paſſio poterit impediri. Et quartò probatur, quia inhærere ſubiecto, paſſio eſt accidentis, (ſecundũ aliquos) at tollitur à Deo, vt in ſacramento patet: ergo, &c.

2. *Aſſertio Auctoris.* Dico ſecundò, quod habere tres angulos, &c. & aliæ paſſiones, quæ non realiter tanquam res à re diſtinguuntur à ſubiecto, nõ poſſunt ſeparari, vt de ſe patet: quia ſunt eadem entitas, & habent idem

Difficultas indeciſa. eſſe. Si autem poſſint formaliter ſeparari, ſicut relatio, & fundamentum, quæ formaliter diſtinguuntur ſecundum vnam opinionem, & tamen datur fundamentum ſine relatione formaliter, licet non entitatiuè, anceps videtur res.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. A D primum reſpondetur dupliciter. Primò, quod illa eſt propoſitio vera: homo eſt riſibilis: ergo habet cauſſam formalem, diſtinguendum eſt: habet cauſam formalem, ſecundum connexionẽ per ſe, in ſecũdo modo perſeitatis, concedo: habet cauſſam formalem exiſtentẽ tunc in ſubiecto, nego. Itaque, ſi Deus tolleret à me riſibilitatem, eſſem riſibilis, non quia actu in me exiſtat riſibilitas, ſed quia connexio illius cum ſubiecto eſt in ſecundo modo perſeitatis: & ita ſemper eſt riſibilitas in homine ſecundũ connexionẽ per ſe, licet non ſecundum exiſtentiam. Eſſet tamen iſta tunc falſa, homo exiſtit riſibilis. Et illa propoſitio, homo eſt riſibilis, facit hunc ſenſum, riſibilitas connectitur cum homine per ſe: ſicut illa, homo eſt animal, eſt vera, etiam homine nõ exiſtente, quia facit hunc ſenſum, de naturâ hominis, & de eſſentia eſt animal, etiamſi tunc non exiſtat animal eodem modo. Secunda ſolutio ſtatim dicetur.

Ad ſecundum reſpondetur, quod illa propoſitio nõ poteſt falſificari, vt modo dictũ eſt. Secũdò reſpondetur, quod illa propoſitio eſt falſa, quia non habet formam, à qua denominetur ſubiectũ. Si dicas, ergo nõ eſt perpetuæ veritatis; nego conſequentiam: nam vt ſit perpetuę veritatis, ſufficit, quod, naturaliter loquẽdo, relinquẽdo res ſuæ naturæ non poſſit eſſe falſa. Et ad argumentũ, ergo tunc ſciẽtia inclinat ad falſum, reſpondetur, quod non inclinat ad falſum: nam dicit, quod naturaliter loquendo homo eſt riſibilis. Et hoc ſemper eſt verum: nã quid Deus ſupernaturaliter facere poſſit, non dicit. *Ad 2. arg.*

Et ſi contra ſolutionem arguas primam. Si illa propoſitio nõ poteſt eſſe falſa: ergo omnes ſcientiæ ſũt æquales in certitudine, negatur conſequentia: nã lumen naturale nõ poteſt inclinare ad falſum, nec ẽt fides, at certior eſt fides propter modum procedendi, quia immediatè innititur diuinæ reuelationi, ita vna ſciẽtia certior eſt alia, etiamſi non poſſint ad falſũ inclinare propter modum procedẽdi. Illi qui dicunt, quod illa propoſitio, homo eſt riſibilis, etiã ablata riſibilitate ſit vera, quia facit hunc ſenſum, homo habet naturam, vnde dimanet riſibilitas, malè dicunt. Nam tunc non eſt eadem propoſitio, qa idem eſt hoc dicere, ac dicere, hõ eſt rationalis, quod non ſignificat ſupra dicta propoſitio, quapropter alia eſt ab iſta. Ad confirmationem iam patet. *Nõ omnes ſciẽtiæ ſunt æquales in certitudine.* *Ad Confir.*

Ad

Poteſtne Deus cõſeruare creaturam ſine relatione creationis ad creaturam.

Ad tertium reſpondetur, quod relatio creaturæ non ſit paſſio creaturæ, ſed accidens, quod ſequitur neceſſariò ad creaturam poſitam in eſſe. Vtrum autem poſſit Deus deſtruere illam relationem manente creatura, dicemus cap. de relatione. Vide aliam ſolutionem in Ferrar. vbi ſup.

Nota vltimò, quod conditiones indiuiduales, quæ faciunt Petrum ſingularem, non poſſunt ab illo tolli, quia ſunt de eius eſſentia, vt indiuiduum eſt, & per illos eſt definiendus, in quantum indiuiduum eſt.

VLTIMVM PRAEDIcabile de Accidenti.

QVAESTIO LXXVII.

Vtrum definitio accidentis quinti prædicabilis ſit rectè tradita.

1. Argum.

Videtur, quod non: Nam ſic definitur: Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto pręter ſubiecti corruptionem. Nam adeſſe, & abeſſe, vel accipitur primè intentionaliter, vel ſecũdè intẽtionaliter; neutro modo, ergò mala eſt definitio. Probo min. non poteſt dici, quod accipiatur primo modo, quia omnis definitio logica, cuiuſmodi hæc eſt, debet determinari ad ſecundam intentionem: ergo debet dari per terminos ſecundæ intentionis. Antecedens eſt clarum, quia obiectum logicæ eſt ſecunda intentio, de qua paſſiones demonſtrantur: ergo ad illam debet determinari. Cõſequentia patet, quia, quæ ſunt partes definitionis logicalis, debent explicare ſecundam intentionem, & ſuam quidditatem, & ita debent eſſe aliquid rationis, conſtituens eſſentiam ſecundæ intentionis, huiuſmodi non poſſunt eſſe entia realia. Nec accipitur ſecundo modo: nam poſtea diuiditur accidens, quod hic definitur, in ſeparabile, & in inſeparabile, ſed hoc non poteſt competere accidenti definito, ſi ſumatur ſecundè intentionaliter, quia nulla ſecunda intentio eſt accidens inſeparabile: ergo &c.

2. Argum.

Secundum argumentum: Quod hic definitur, diuiditur poſtea in accidens ſeparabile, & inſeparabile: ſed repugnat id quod adeſt, & abeſt à ſubiecto, & cætera, eſſe accidens inſeparabile: ergo alia definitio debet aſſignari, vt conueniat omni contento ſub definito. Bona enim definitio debet competere definito & omni contento ſub illo. Et confirmatnr hæc ratio, & explicatur. Nam ſi eſt bona definitio: ergo conuenit omni accidenti, ſed hoc eſt falſum, ergo non eſt bona. Probo minorem, quia non cõuenit accidenti inſeparabili, accidẽs enim inſeparabile nõ adeſt & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionẽ, aliàs eſſet ſeparabile, ſi abeſſet à ſubiecto. *Confirm.*

3. Argum.

Tertium argumẽtum: Nam mortuum, & combuſtum ſunt accidentia, quia non ſunt de eſſentia alicuius rei, nec propria paſſio, & tamen non adſunt, & abſunt pręter ſubiecti corruptionem, ergo definitio nulla. Antecedens probatur: Nam combuſtio conuenit, verbi gratia, domui, vel alicui ſimili, & tamen nõ adeſt, nec abeſt ab illa præter ipſius corruptionẽ, nec poteſt dici, quod ſint eſſentia, vel paſſio illius, & idem de morte dicendum eſt reſpectu mortui.

4. Argum.

Quartum argumentum: Sequitur ex hac definitione, quod riſibile ſit accidens quinti prædicabilis, quia adeſſe & abeſſe debet explicari, non realiter. ſed per cogitationem, vt cõueniat accidenti inſeparabili, ita vt accidens ſit, quod mente poteſt cogitari adeſſe & abeſſe, non deſtructo ſubiecto, id eſt, ratione ſubiecti, & definitione. Sed etiamſi cogitem per rationem hominem non eſſe riſibilem, non deſtruitur hominis definitio: quia riſibilitas non eſt de conceptu, & quidditate hominis, ſed eſt poſterior illa, & ꝓpria eius paſſio, atq; effectus: ergo bene poteſt quidditas hominis intelligi ſine riſibilitate. Et ita licet cogitetur non ineſſe homini, non deſtruetur eius ratio: conſequens autem falſum eſt, quia, vt viſum fuit, ad quartum prędicabile pertinet, nec poteſt ad duo prædicabilia pertinere.

5. Argum.

Quintò: Nam quando dicitur in definitione; accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto, el nomine ſubiecti intelligitur ſubſtantia completa, vel incompleta: neutrum horum: ergo defi-

Digitized by Google

definitio eſt nulla. Prob. min. Nam hæc prædicatio eſt 5. prædicabilis, quãtitas eſt alba, eſt figurata, &c Et tamẽ in Sacram. Euchariſtię verificatur de ſubiecto, quod nec eſt ſubſtantia completa, nec incompleta. Quod autem non debeat intelligi etiam ſubſtantia completa, probatur: nã hæc prædicatio eſt quinti prædicabilis, aĩa exiſtit, materia exiſtit, & tamen ſubiectum eſt ſubſtantia incompleta. Quod ſi dicas, debere intelligi ſubſtantiã incompletã: Contra, nãm D. Tho. 2. contra Gen. ca. 81. dicit expreſsè nomine ſubiecti debere intelligi ſubſtantiã completã, & ita anima nõ eſt accidens, licet poſſit adeſſe, & abeſſe à ſubiecto, quia nomine ſubiecti ſubſtãtia completa intelligitur. Si dicas, quod intelligitur ſubſtantia abſtrahendo à completa, & incompleta. Contra: nam iam viſum fuit, quod hæc propoſitio ſit quinti prædicabilis, quantitas eſt alba, & tamẽ ſubiectũ nullo modo eſt ſubſtãtia.

Solutio. *Replica ex D. Thoma.* *Solutio.* *Replica.*

6. Argum. Sextò: Nam albũ eſt quinti prædicabilis reſpectu Petri & Ioannis, & tamen non adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſui corruptionem: ergo illa definitio eſt nulla. Minor probatur: Nam album non inhæret Petro, quia album dicit corpus, & albedinem, ſeu compoſitũ ex corpore, & albedine, ſed tale compoſitum non adeſt Petro, ſed quod ineſt eſt albedo, & conſequenter nec abeſt: ergo definitio illa nulla eſt. Probatur min. quia illud adeſt, & abeſt, quod inhæret, vel non inhæret, quod ſolum eſt forma accidentalis, & non cõpoſitũ ex ſubiecto, & accidenti: ergo &c.

7. Argum. Septimum argumentum: Illa definitio competit aliis à definito: ergo eſt nulla. Probatur antecedens: quia humanitas adeſt, & abeſt à verbo Diuino præter verbi Diuini corruptionẽ, tamen non eſt accidens reſpectu illius: Hæc enim prædicatio non eſt accidẽtalis; Verbũ Diuinũ eſt hõ: ergo &c. *Confirm.* Confirmatur: Nã datur per diſtinctionẽ: ergo non explicat rei eſſentiam, quæ ſimpliciſſima eſt, & conſtat genere & differentia, quæ poſitiuè & determinatè conueniunt, & non diſiunctiuè.

8. Argum. Octauum argumentum: Calor eſt accidens commune reſpectu aquæ, non tamẽ illi ineſt præter ſubiecti corruptionẽ: ergo illa definitio eſt nulla. Maior patet, minorem probo: quia calor paulatim corrũpit aquam. Et confir. Perfecta frigiditas vel in ſummo eſt, etiam abſolutè loquendo, accidẽs commune, & tamen per eius abſentiam diſponitur aqua ad corruptionem: ergo malè dicitur, quod accidẽs adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Quod ſi dicas, præſentia caloris aut abſẽtia frigoris non ſtatim corrumpit aquã, & ita manet cum hoc accidenti eſſentia ſubiecti non corrupta: Contra. *Solutio.*

9. Argum. Nonò: Mors, & exiſtentia actualis accidunt homini, vtrumque enim eſt extra eſſentiam eius, & ita ſunt iſtæ propoſitiones; homo eſt mortuus, homo exiſtit in materia contingenti, & tamen, nec exiſtentia adeſſe, nec mors abeſſe poſſunt præter ſubiecti corruptionem: ergo definitio eſt nulla. *Replica.*

10. Argu. Decimò: In his propoſitionibus: annulus eſt aureus, animal eſt rationale, prædicata poſſunt abeſſe à ſubiecto in communi ſumpto præter illius corruptionem, & tamen non eſt accidens, ſed ſubſtantia: ergo definitio prædicta non ſolum conuenit accidenti: ergo eſt mala.

Fundamẽta pro veritatis explicatione.

Accidẽs nomẽ æquiuocum ſignificat tria. Accidens nomen æquiuocum eſt, multa ſignificans, ne ergo fallamur, oportet varias eius ſignificationes pandere. Signi ficat primò defectum, qui cõmittitur in argumentatione, vt cum dicimus, cõmitti fallaciam accidẽtis. Et quamuis in iſta ſignificatione importet ſecundam intentionem, non tamen vniuerſalem, & ideò non pertinet ad præſentem tractationẽ. Accipitur ſecundo modo accidens, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, qua ratione eſt nomen primæ intentionis, & eius conſideratio per ſe pertinet ad metaphyſicum, qui conſiderat ens in quantũ ens, & duos modos entis, quorum vnus eſt ratio entis. Tertio modo accipitur accidẽs logicè, & eſt vnum ex quinque prædicabilibus, in qua acceptione tripliciter definitur à Porphyrio. Prima definitio eſt iſta: accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. Secunda eſt: accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Tertia eſt: quæ ita ſe habet: accidens eſt, quod nec eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. *Triplex definitio Accidentis.*

Decidi-

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima cõcl. Optima eſt explicatio primæ definitionis accidentis, quam tradit Diuus Thomas de ſpiritualibus creaturis, art. vlt. ad 7. Vbi ſic ait: Duplex eſt operatio intellectus, vt dr̃ 3. lib. de anima, vna, qua intelligitur, quod quid eſt, id eſt, quidditas rei, & tali operatione põt intelligi eſſentia rei, & ſine proprio & ſine accidenti, cum neutrum iſtorũ ingrediatur eſſentiam rei, & res ſolũ expoſcat ad ſui cognitionẽ ea, quæ eius ingrediuntur eſſentiã. Sed nota, hanc D. Th. doctrinã eſſe intelligendã formaliter. Nã optimè poteſt eſſentia & quidditas hominis formaliter intelligi, ſine eo quod formaliter intelligatur riſibilitas. Verũ qui intelligit hominis eſſentiam, etiamſi formaliter non intelligat riſibilitatẽ, intelligit radicaliter, quia riſibilitas eſt in radice quidditatis, ſeu potius quidditas eſt radix paſſionũ. Et hoc modo non ſunt accidentia cõia in eſſentia, quia cum non profluant ab illa, nõ radicãtur in illa. Alia eſt operatio intellectus, (inquit Angelicus Doctor) cõponentis, & diuidẽtis. Et iſto mõ põt ſubſtantia intelligi ſine accidentali prædicato, ẽtſi ſecundũ rẽ ſit inſeparabile. Sicut poſſumus intelligere, coruũ eſſe albũ, non. n. ibi eſt repugnãtia intellectuũ cũ oppoſitum prædicati non dependeat ex principiis ſpeciei. Nigredo enim corui, q̃ eſt principiũ albedinis, non procedit ex principiis rei ſpecificis, & eadẽ operatione non põt intellectus intelligere eſſentiã rei, ſine eius propria paſſione, & hoĩnẽ ſine intellectu, quia hęc eſt repugnãtia intellectuũ, cum oppoſitũ prædicati. ſ. eſſe intellectiuũ depẽdeat ex principiis ſubiecti, nam intellectus conſequitur neceſſariò ex eſſentia hominis. Et dicere, quod nõ eſt intellectiuũ, eſt dicere, quod non habet talẽ eſſentiam Quia vero nigredo corui nõ ſequit̃ ex eius eſſentia, dicere, quod coruus nõ eſt albus, non eſt eius tollere eſſentiã (& hoc intelligit̃ naturaliter loquẽdo, nã ſupernaturaliter bene poteſt Deus ſeparare riſibilitatẽ, & erit falsũ dicere, quod homo eſt riſibilis ſed noſtra ſententia in prædicabili proprio explicata melior eſt.) Cõcludit igit̃ D. Th. ſic, ergo põt intelligi eſſentia animæ prima operatione intellectus, vt, ſ. intelligatur, qđ quid eſt, abſq; potentiis, non aũt ſecunda operatione intellectus, ita vt intelligatur, nõ habere potentias, quod aliis terminis dr̃ abſtractione præciſiua, non vero cõpoſitiua. Eſt igit̃ ſẽſus huius definitionis primi accidentis, quod ineſt, & abeſt à ſubiecto, &c. Id eſt accidens eſt vniuerſale, qđ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ, id eſt, intelligitur, adeſſe, & abeſſe per intellectũ cõponentẽ, & diuidentẽ, ſine eo qđ eſſẽtia rei deſtruatur, propterea qđ ex eius nõ dimanat principiis. Et notandũ eſt, qđ cum per ſecundã operationẽ intellectus dico coruũ non eſſe nigrũ, certũ eſt, hanc propoſitionẽ eſſe falſam, ſiquidem ſignificat rẽ aliter eſſe, q̃ eſt. Nihilominus ẽtſi intelligatur falſa, non tñ eius falſitas deſtruit corui eſſentiam, quia non dimanat nigredo ab eſſẽtia corui. Vt ergo ſit quinti prędicabilis, hoc ſufficit. Et hæc D. Th. intelligentia maximũ fundamentũ hẽt in Porphyrio, cũ dicit, poteſt. n. coruus albus, & Æthiops albus itelligi ſine interitu rei ſubiecti. Nõ dicit eſſe, ſed intelligi. Et nõ dixit verè, ſed ſine eo qđ res deſtruat̃. Et qm̃ definitiones demõſtrari nequeũt, ſufficiat illam ſic explicaſſe. Et poſtea ſoluemus, quæ contra illam ſunt, argumenta.

Pulcherrima doctrina D. Tho.

Authoris obſeruat.

Quare ſubſtãtia intelligi nequeat ſine propria paſſione, bene autẽ ſine quouis accidẽte inſeparabili.

Quo accidens adſit & abſit præter ſubiecti corruptionem.

Modus dicendi Diui Thom.

Obſerua.

Fũdam. doctrinæ Thomiſtic.

2. Modus dicẽdi aliorum. Alii qui cenſent, definitionẽ hãc intelligendã eſſe de abſentia & præſẽtia reali, ita, vt ſolũ illud dicat̃ accidẽs eſſe, qđ adeſſe & abeſſe põt realiter à ſubiecto, &c. ex qua abſẽtia reali, actuali, vel poſſibili cõſequitur, vt ſubiectũ cũ negatione illius accidẽtis, & cũ oppoſito accidenti intelligi poſſit, ſalua eſſentia ſubiecti, ita vt nõ liceat inferre, ſubiectũ nõ eſſe, aut eſſẽtiã eius eſſe diſtinctã. *Probat. 1.* Et probãt hanc ſniam, quia in hoc ſẽſu propriè ſaluatur vis, & ſignificatio illorũ verborũ, adeſſe & abeſſe, quorũ proprietas in ſnia Diui Th. nõ ſaluatur. Nã adeſſe, & abeſſe accipitur pro affirmari, vel negari, q̃ non eſt propria acceptio, ergo iſta ſnia, ſiquidem propriè accipit verba, præferenda eſt. *Probat. 2.* Et ſecundò, quia poſt definitionẽ accidẽtis Porphyrius diuidit illud in ſeparabile, et in inſeparabile, q̃ diuiſio non põt intelligi niſi de ſeparabilitate reali, & inſeparabilitate. Nã ſi intelligat̃ de ſeparabilitate per rõne, illa nõ eſt ꝓpriè ſeparabilitas, & vtrumq; eſt ſeparabile per rationem.

Controuerſia.

Quo acci-

Quapropter malè diuideretur in accidēs
ſeparabile,& in inſeparabile, cū vtrum-
Probat. 3. que ſit ſeparabile per rōnem. Et vltimo,
quia quod à parte rei nō poteſt abeſſe,eſ
ſentiam concomitatur,& illā vt propria
paſſio ſequitur,& eius negatio deſtruit eſ
ſentiam rei. Nam non habemus ſignum
aliquod, quo cognoſcamus accidens ali-
quod à rei eſſentia profluere,niſi quia ab
Obiectio. illa nō pōt ſeparari:ergo &c. Et cū argui
tur contra iſtā ſniam: nā ſecundū iſtā, oē
accidēs inſeparabile erit propria paſſio,
& ſic malè Porphyrius diuiſiſſet accidēs
Solutio. in ſeparabile,& in inſeparabile Reſpon-
dent huius ſniæ authores,accidēs inſepa
rabile dici à Porphyrio illud, qđ pōt nō
ſēper ineſſe,ſeu non à principio rei ineſ
ſe. Dicitur tñ inſeparabile,quia poſtquā
ſemel inhæſerit,nunquā poteſt naturali-
ter abeſſe,vt cæcitas,cicatrix, vel perfe-
Replica. cta nigredo corui,vel albedo cygni. Et ſi
cōtra illos fiat argumētū: nā Porphyrius
explicauit rōnem accidētis per ſeparabi
litatē rōnis: ergo ita eſt eius intelligēda
Solutio. definitio. Dicunt ipſi,hoc feciſſe propte-
rea,quod abſentia per rōnem,ſine eo qđ
eſsētia ſubiecti deſtruatur,eſt ſignū ſepa
rabilitatis realis poſſibilis, ſaltē vt dictū
Replica. eſt. Et ſi contra illos fiat argumētū,quod
Porphyrius dixit, nigredinē Aethiopis
eſse accidens,& tñ eſse inſeparabilē,qui
1. Solutio. dā eorum dicunt,Porphyriū in hoc fuiſ-
ſe deceptū,maximè cū nō requiratur exē
2. Solutio. plorū veritas. Alii reſpōdēt,in coruo &
Aethiope duplicē nigredinem poſse cō-
ſiderari, alteram intenſam, quā diſcurſu
temporis acquirit,& hanc dicit eſse acci
dēs,& de hac loqui Porphyrium. Alterā
verò remiſsā quam habet à principio:&
illa eſt propria paſſio, nec de hac author
loquitur. Et dicunt ita loqui D. Auguſti-
3. Solutio num quarto de Trinitate, capite quarto,
Fonſeca. Fonſeca libro quinto metaphyſicæ,capi
te 28.q.19.ſectione 4 in ſolut. ad 5. dicit,
nigredinem corui dupliciter conſiderari
Diſtinctio. poſse,etiā in ordine ad coruum. Primò,
quatenus naturaliter conſequitur ſēper
eſsentiam eius. Secundò, quatenus nihil
repugnat, illam per potentiam ſuperna-
turalem ſeu naturalē ſeparari. Si primo
modo conſideretur, vult eſse proprium
ſecundo modo: ſi verò ſecundo modo,
vſurpetur accidens quintū prædicabile.

Sed hæc opinio, quàm ſit falſa, variis *Refellitur*
oſtēditur modis. Primò eſt cōtra Porphy *pfatus mo-*
riū, qui,vt patet in textu,explicuit acci- *dus dicen-*
dentis eſsentiā per hoc, quod eſt abeſse, *di.*
vel adeſse per rationē,iuxta D. Th. expli
cationē, & ſententiam vniuerſaliter à lo
gicis peritis approbatā: ergo illam ſolū
explicare de ſeparabilitate reali,vel inſe
parabilitate eſt contra Porphyriū. Illud
ēt,qđ dicit hęc ſētētia,quod nigredo eſt
duplex,intenſa,& remiſsa, & remiſsa eſt
paſſio,intēſa minimē, ſed accidēs quinti
prædicabilis,ridiculū eſt Primò, quia in
coruo non eſt duplex nigredo,ſed vna &
eadē, quia accidēs illud duplex vel diſtin
guitur ſpecie, & hoc nō audebūt dicere,
etſi errare velint. Vel non, & neq; hoc,
quia ſubiectū eſt idē,& ita non pōt habe
re duo accidētia eiuſdē ſpeciei abſoluta,
cū diſtinctio numerica ſumatꝰ penes ſub-
iectū. Item, nā ſi nigredo intenſa eſt acci
dens ſeparabile,non rectè poſuit Porph.
exemplū,vt oſtenderet eſse aliquod acci
dens inſeparabile: & licet poſſit corui ni
gredo intēdi, non propterea eſt dicēdū,
eſse duas in coruo nigredines. Vnde etiā *Errores To*
errat Toletus in hoc loco dub. 3. Fōſeca *leti,et Fon*
errat etiam in illa ſua diſtinctione. Nā ſi *ſeg.*
nigredo pōt ſimul naturaliter ſeparari,
nō pōt eſse accidēs quarti prædicabilis,
quia eſt de eius intrinſeca rōne,vt ſit na-
turaliter inſeparabile, cū cōſequatur eſ-
ſentiā, & conſtituat propoſitionē de per
ſe, Et quidē nigredinē corui & Aethiopis
nō eſse propriā paſſionē per ſe notū eſt.
De Aethiope patet,quia cū ſit eiuſdē ſpe
ciei nobiſcū,nullā paſſionē habebit, quā
nos nō habeamus,neq; nos,quā ille; ſed
hæc nō eſt propria paſſio noſtra,ergo ne
que Aethiopis. Sed qđ neq; nigredo ſit
propria paſſio corui,probatur apertè,q̃a
propria paſſio eſt,q̃ conuenit omni & ſo
li,& ſēper: ſed nigredo nō ſoli coruo cō
uenit:ergo nō eſt propria paſſio eius. An
tecedens eſt euidens,& conſequētia cla-
ra: Nam ſicut eſsentia eſt propria ſpeciei
coruinæ, ita paſſio deberet eſse ei ꝓpria,
quia eſsentiā talē conſequitur. Prętereà:
Nā Fonſeca dicit albedinem,ſiue natura
liter,ſiue ſupernaturaliter poſse ſepara-
ri à coruo. Detur vnum, ſcilicet, quod na
turaliter ſeparetur, tunc impoſſibile eſt
quod ſit propria paſſio, quia naturaliter
conſe-

conſequitur eſſentiam,& communis ſententia recepta eſt ab Alberto Magno, naturaliter poſſe nigredinem à coruo ſeparari, quin potius Sipontinus teſtatur, ſe Neapoli coruum vidiſſe album apud Alphonſum Siciliæ Regem, tempore Calixti Papæ. Et ſi dicas, ergo eſt accidens cõſeparabile, ſi adeſt & abeſt, ita fateor, & accidens inſeparabile, ſi non poteſt vlla ratione abeſſe. Vtrùm autem hoc ſit poſſibile, non eſt logici muneris diſputare. Præterea: Nam accidens hoc conſequitur ex principiis indiuidualibus corui: ergo nõ eſt propria paſſio. Conſequentia eſt euidens, antecedens probatur: Nam ſi ex ſpecifica natura oriretur, non conueniret alteri, nec poſſet aliquo artificio ſeparari: ſequitur enim ipſam eſſentiam ſemper.

Opinio Alberti Mag. Expertientia. Inſtantia. Solutio.

Secunda concluſio; Reliquæ duæ definitiones, quas Porphyrius aſſignat, rectæ ſunt: nam hæc definitio; accidẽs eſt, quod contingit eidẽ ineſſe, & nõ ineſſe, eſt Ariſtot. 1. Top. c. 4. & eſt explicanda ſicut præcedens, i. accidens eſt, quod intelligitur operatione compoſitiua, ineſſe & non in eſſe, ſalua ſcilicet propria eſſentia ſubiecti. Secunda verò definitio, quod neq; eſt genus, neq; ſpecies, &c. & ſemper ſubiecto eſt ſubſiſtens, eſt intelligẽda nõ quod accidens ſemper inhæreat ſubiecto realiter, nã ſic oẽ accidens eſſet inſeparabile, ſed ꝙ ſemper inhæreat ſubiecto inhæſione ꝑdicationis, i. quod ſemper ſe habeat reſpectu ſubiecti, vt prædicatum accidentale directum. Iſta tamẽ definitio potius eſt notificatio accidentis per negationem aliarum ſpecierum, quàm vera definitio.

2. Concluſ. Duæ vltimæ definitiones accidentis explicantur.

Tertia concl. Hic definitur accidẽs ſub ratione vniuerſalis quinti. Hæc concluſio ponitur contra quoſdam parum acutos logicos, qui cenſent, Porphyrium hic definiiſſe rationem accidentis, vt ſic, nõ verò rationem quinti vniuerſalis, nã diuerſa eſt vtriuſque eſſentia. Ratio enim accidentis conuenit ſingularib. accidentibus, vt huic albedini, cui nullo modo rõ quinti vniuerſalis conuenire poteſt. Et ſi contra iſtos fiat argumentum. Nam intentio Porphyrii eſt tractare in præſẽti de quinto vniuerſali, illud igitur definiuit. Reſpõdent nõ definiiſſe, quia facillimo negotio ex præhabitis talis potuit colligi definitio, quæ quinto vniuerſali adaptaretur.

3. Concluſ. Cõtra quoſdam minus eruditos Logicos.

Obiectio cõtra præfatos.

Ceterum noſtra concluſio vera eſt. Nam cum ſubiectum logicæ ſit talis ſecunda intentio, vt ſup. viſum fuit, omnis logica definitio debet reſpicere formaliter, tanquam definitũ ſecundam intentionẽ. Verũ eſt tamẽ, qđ quia hæc ſecũda intentio minimæ eſt entitatis ab Ariſt. Porphy. & aliis ſæpiſſimè explicatur per fundamẽta ſua. Et ita multa miſcet in præſenti Porphyr. de accid. ſecundũ realẽ cõſideratiõnẽ, vt naturã ſecũdæ intentionis ꝑclarioranotificet. Itaq; ſecundam intentionem 5. vniuerſalis ꝑ ſua ſubſtrata declarauit. Senſus definitionis eſt, accipiendo, vt reuera accipitur, definitum ſecundè intẽtionaliter, accidens eſt vniuerſale, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, i. quod poteſt materialiter affirmari, & negari de ſubiecto ſine eo, qđ eius eſſentia deſtruatur. Et ſi ſumatur pro ſecunda intentione in concreto; accidẽs eſt quod adeſt & abeſt, &c. ideſt, quod refertur ad ſubiectum relatione prædicabilis accidentalis, & quod nullo modo eſt de eſſẽtia ſubiecti. Et illa particula, abeſt, conducit ad explicationem huius, adeſt, ex eo enim quod intelligitur abeſſe, non deſtructa eſſentia ſubiecti, neceſſariò eſt prædicatum quinti prædicabilis. Hæc omnia magis patebunt ex his, quæ inferius dicemus, & ex illis etiam, quæ in prædicabili de genere dicta ſunt.

Eorundem ſolutio. Excluditur.

Quarta cõcl. Illud de quo accidẽs quintũ prædicabile ꝑdicatur, qđ ſubiectũ dr, nõ eſt neceſſe eſſe ſubſtãtiã, neq; accidẽs, neq; eſt neceſſe eſſe aliquid reale, neque aliqd rõnis, ſed eſt neceſſe eſſe illud, cui prædicatũ accidit, ita vt ſit extra eius eſſentiã. Et hoc intelligit Porphyrius nomine ſubiecti. Hæc cõcluſio eſt D. Th. de ſpiritualibus creaturis, articulo vlti. Proba. concluſio; Non eſt neceſſe quod ſubiectũ ſit ſubſtãtia cõpleta, ad quã referatur accidens, quod eſt quintũ prædicabile: nam iſta prædicatio, aĩa intelligit, eſt prædicatio 5. prædicabilis, & tamẽ aĩa non eſt ſubſtãtia cõpleta: ergò &c. Mai. prob. Nã eſt ꝑdicatio formalis, & nõ alicuius trãſcendẽtis: ergo alicuius ꝑdicabilis: & nõ niſi iſtius ergo &c. Et hoc eſt dicẽdũ de multis aliis prædicationib. Et præterea eadẽ maior ꝓbatur: Nã hæc eſt prædicatio ꝑ ſe in ſecũdo modo, aĩa hoĩs eſt intellectiua: ergo

4. Concluſ. Quodnam ſit illud ſubiectum, de quo accidens prædicatur apud D.Th.

ergo & illa eſt accidentalis quinti prædicabilis. Probo cōſequentiam: nā ſicut ſufficit ſubiectum, quod non eſt ſubſtantia cōpleta, ad conſtituendam propoſitionem per ſe, ſufficit etiam ad cōſtituendam propoſitionem accidentalem quinti prædicabilis: nam ſicut ad conſtituendam propoſitionem per ſe in primo modo ſufficit, quod ſit ſubiectum, ex cuius eſſentia dimanat prædicatum: ita ad conſtituendā propoſitionem quinti prædicabilis ſufficit, quod prędicatum ſit forma & extra rationem ſubiecti exiſtēs, nec dimanās ab eius eſſentia: ergo non eſt neceſſe ſubiectum, ad quod refertur accidens quintum prædicabile, eſſe ſubſtantiam completam. Neque etiam eſt neceſſe, quod ſit ſubſtantia incompleta, vt patet: nam hæc eſt quinti prædicabilis, homo eſt albus, & tamen homo eſt ſubſtantia completa. Quod verò non ſit neceſſarium eſſe ſubſtantiam, ſed quod poteſt eſſe accidens, prob. Nam hęc prædicatio; albedo eſt intēſa, eſt prędicatio non generis, neq; ſpeciei, nec proprij nec differentiæ: ergo eſt prædicatio quinti prædicabilis, non.n. ſunt plura prædicabilia, ſecundum veriorem opinionem. Et probatur idem: nam intenſio eſt accidens albedinis: ergo eſt accidens quinti prædicabilis, quia non eſt accidens quod ſit paſſio. Quod verò nō ſit neceſſe eſſe aliquid reale probatur: nam in entibus rationis ſicut ſunt ſuæ eſſentiæ, ſuum genus, & ſua differentia, & proprietates, ita etiam ſunt ſua accidentia, hæc enim prædicatio, Chimæra intelligitur, ſpecieitas cognoſcit, eſt quinti prædicabilis, & tamen ſubiectū eſt aliquid rationis: ergo &c. Mai. probatur: nam non eſt eſſentia chimæræ actu intelligi, nec propria eius paſſio, ſed merū accidens, & idem de ſpecieitate: ex hoc patet, quod neque eſt de eius eſſentia, qđ ſubiectum ſit aliquid rationis, nō loquor formaliter, quatenus eſt correlatiuum relationis prædicabilis quinti: nā ſic aliquid rationis eſt, ſed loquor de illo quod ſuſcipit huiuſmodi ſubiecti relationem. Sicut enim genus refertur ad ſpeciem, ita accidēs ad ſubiectum, de quo dicitur, accipiēdo accidens ſecūdè intentionaliter. Et ita ſuū correlatiuum formaliter eſt aliquid rationis. Sed ſicut relatio generis pōt cōuenire entib. realibus, & rationis ſubſtantiæ, & accidēti, ita relatio accidētis quinti prædicabilis.

Neceſſe ne ſit ſubiectū accidentis eſſe aliquid reale.

Ex dictis ſequitur primò, quod ſubiectum, ad quod refertur accidēs quintum prædicabile, non habet vnum cōceptum obiectiuum pro materiali, nec datur vnum ſubſtratum iſtius ſubiecti vnico conceptu cognitum. Sicut diximus capite de genere, non dari vnum ſubſtratum genericum commune ad omnia genera, ita nō datur vnum ſubiectum, ad quod refertur accidens commune ad omnia ſubiecta. *1. Corollarium.*

Sequitur ſecūdò, neceſſarium eſſe, vt intentio accidētis quinti prædicabilis alicui conueniat, quod referatur ad ſubiectum, reſpectu cuius illud, quod ſe hēt vt materiale ſuſcipiens intentionem accidētis, habeat rationem formæ, & ſubiectum ſe habeat vt materia, quod eſt aſſerere, nō reperiri intentionem prædicabilis quinti in propoſitionibus indirectis. Hæc enim prædicatio; album eſt homo, non eſt prædicatio quinti prædicabilis, quia eſt indirecta, etiamſi ſit accidentalis. *2. Corollarium.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Ad primum dico, definitionem eſſe intelligendam ſecundè intentionaliter, & ſic omne accidens 5. prædicabilis poteſt adeſſe & abeſſe, id eſt, prædicari accidentaliter de ſubiecto, vt aliquid quod non oritur ex eſſentia rei, & quod poteſt negari de ſubiecto, non deſtructa eſſentia ſubiecti. Cum verò Porphyrius poſtmodum diuidit accidens, illud quidem diuidit ſecundum eſſe reale, ac ſi diceret, accidens in eſſe reale conſideratum, aliud eſt ſeparabile, vt albedo, aliud inſeparabile vt cicatrix. Et hoc quidē artificiosè fecit Porphyrius. nam cognoſcere naturā realem accidentis maximè conducit ad cognitionem ipſius ſecundè intentionaliter accepti. Diuiſio enim hæc explicat naturam accidentis realis, maximè quod totū ordinatur ad cognitionem ſecundæ intentionis, quæ eſt obiectum formale logicæ de quibus in ſuperioribus diximus.

Quō omne accidens 5. prædicabilis poſſit adeſſe & abeſſe, & tamē quoddā eſſe ſeparabile, quoddā inſeparabile a ſubiecto.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſp. definitum huius definitionis formale, quod eſt ſecunda intētio 5. prædicabilis in concreto, non diuidi poſtea in accidens ſeparabile, & inſeparabile: ſed ſolum definitum pro materiali diuiditur. Aliud ergo formaliter definit, & aliud *Quid diuidatur in ſeparabile &*

& aliud

in inſeparabile, prima vel ſecūda intentio accidentis.

&aliud diuiditur materialiter. Quod ſi de definito pro materiali ſit ſermo, idē etiā diuiditur in ſeparabile,&in inſeparabile, & ſatis familiare eſt Ariſtoteli, vt conſtat in prædicamento ſubſtantiæ, & quantitatis, rerū naturas diſcutere, vt intētiones, quæ in illis verſantur, explicet magis. Ad cōfirmationē patet ex prima cōcluſione.

Ad tertiū. Controuerſia. Num mors combuſtio, exiſtentia, ſint vera accidentia.

Ad tertiū reſp. ab aliquibus, & vt ipſi exiſtimant, ſubtiliter, mortem, combuſtionem, & exiſtentiam non eſſe accidentia ſubiecti ſecundum eſſe actuale, ſed ſecundū eſſe poſſibile, vel præteritum. Exiſtentia enim comparata ad ſubiectū, vt actualiter exiſtens eſt, non eſt accidens, ſed eſſentia eius, & ita non poteſt ſubiecto actualiter exiſtenti abeſſe, quin ſubiectum ſecundum eſſe actuale corrumpatur. Accidit tamen ſubiecto ſecundum eſſe poſſibile, cui adeſſe, & abeſſe poteſt præter corruptionem eius ſecundum eſſe poſſibile, ſecus nihil addit prædicatum ſupra ſubiectum, quod in propoſitione contingenti vitium eſt. Similiter mors, ſi ad hominem præſentem referatur, non accidit illi, ſed repugnat, accidit autē homini præterito vt ſic, & ita iſta propoſitio, homo eſt mortuus, non eſt in materia contingenti, niſi ſubiectum ſupponat ſolum pro homine præterito, vt ſic. Nam ſi pro præſente ſupponeret, eſſet in materia remota, vel repugnāte: ſed multa intermiſcet falſa hæc ſolutio, cum ipſa ēt ſit falſa. Primo exiſtētia (loquamur de homine, ne fiat ſermo de Angelo, & de cęlis, de quibus diximus, eſſe paſſionem phyſicam in ſuperiorib.) De illo ergo loquendo (quod de aliis etiam eſt dicendum) accidens quinti prædicabilis eſt: nam exiſtentia nō eſt eſſentia hominis, nec pars eſſentiæ, alias non poſſet non exiſtere. Nec eſt propria paſſio: nam aliàs hæc prędicatio, homo exiſtit, eſſet æternæ veritatis, & nunquā poſſet falſificari. Nā propoſitio, in qua prædicatur propria paſſio de ſubiecto, eſt in ſecundo modo perſeitatis, & propoſitio nē æternæ veritatis conſtituit, quod apertè falſum eſt in exiſtentia, hæc.n. eſt falſa: Antichriſtus exiſtit, igitur non eſt propria paſſio, nā hæc eſt vera: Antichriſtus eſt riſibilis, quia propria paſſio eſt hois riſibilitas, etiam falſum aſſerit, dum dicit, exiſtentiā eſſe eſſentiā ſubiecti exiſtētis.

1. Opinio.

Refellitur.

Exiſtentia inquam.

Ratio valida.

Nam vel loquitur de ſubiecto exiſtēti, vt ſic, & quatenus exiſtēs eſt, & tunc hæc propoſitio eſt identica, exiſtens eſt exiſtēs, & ſubiectum eſt idem cum prędicato, & oēs propoſitiones accidentales, ſi accipiant cum ſpecificatione, ſunt eſſentiales: nam Petrus eſt albus ſi accipiat cū ſpecificatione, quatenus albus eſt albus, etiā eſt idētica & eſſentialis, ſiue neceſſaria, vnde nulla eſſet quinti prædicabilis. Præterea, vt propoſitio ſit eſſentialis prædicatum, debet eſſe de eſſentia ſubiecti, vt in propoſitione ponitur, v.g. homo eſt animal, quia de itrinſeca ratione hominis eſt, quod ſit animal, hæc prædicatio eſt eſſentialis, ſed de intrinſeca ratione hominis non eſt exiſtentia: ergo hęc prędicatio non eſt eſſentialis, homo exiſtit: exiſtentia ergo nō eſt eſsētia eius. Quod ſi dicas eſſe de ratione hominis exiſtentis, etiā hæc, homo eſt albus, erit eſſentialis, quia albedo eſt de eſſentia hominis albi, quod eſt abſurdum aſſerere. Nam eadem eſt eſſentia hominis poſſibilis, & exiſtentis: ergo ſi exiſtentia eſt accidens hominis paſſibilis, etiam erit accidens hominis pręſentis, & ſi eſt accidens Petri poſiti in rerū natura, erit etiā accidens ipſis ſecundū eſſe poſſibile conſiderati. Sufficit ergo, vt exiſtētia ſit accidens hominis, quod conueniat illi, & non tanquam eſſentia, vel pars eſſentię, nec tā quam propria ipſius paſſio. Quinimo, exiſtentia non adeſt, & abeſt ab homine poſſibili, ſed ab homine pręterito abeſt, & homini præſenti adeſt, & conuenit, & compoſitio quæ in homine reperitur, ex quo eſt, & quod eſt, eſt compoſitio conueniēs rei eſſentię, cui exiſtentia accidit. Videaē Diuus Thomas 2. contra Gentiles, capite 54. Quod etiam dicit de morte, ridiculum eſt: nam ſi ſolum mors homini præterito accideret, & non pręſenti, nūquam homo moreret. Nā ex eo pręteritus eſt homo, quia mortuus eſt. Conuenit enim mors homini præſenti, ſed taliter, vt dicemus, quo ab ipſo remouet vitā, & rationem hominis deſtruit. Alii reſpondent, quos ſequitur Maſ. in hoc prędicabili, q. 3. ad ſecundum. Et dicunt accidentia priuatiua non eſſe verè & propriè accidentia, ſed priuationes tantum, & amotiones formarum, & entium, ac proinde in hac definitione nullo modo comprehenduntur, in qua ſolum

Fuga.

Impugnat.

D. Thomas.

2. Opinio.

lum

lum accidentia definiuntur, quæ denotāt aliquā entitatē poſitiuā. *Refellitur.* Quæ ſolutio quā falſa ſit, cōſtat ex ſupra dictis in cōcluſionib. Nā 5. prædicabile ſolū dicit formaliter relationē rationis, qua refertur ad ſua inferiora accidentalia, extra quorū eſſentiā ſiue formaliter, ſiue radicaliter eſt illud, qđ refertur, de materiali verò ſolum dicit id, qđ eſt huiuſmodi, ſiue ſit aliquid reale, ſiue rōnis, ſiue ſubſtantia, ſiue accidēs, dummodo ſit quid vniuocū. *Quæ ſit formalitas 5. prædicabilis.* Sed cæcitas v. g. quæ eſt ens rationis prędicatiuū, non naſcitur ex hominis eſſentia, neque eſt eius propria paſſio, & verè prædicatᷣ de homine in concreto, dicendo, Petrus eſt cæcus: ergo ꝑtinet ad 5 prædicab. falſum ergo eſt dicere, ſolū accidentia poſitiua definiri in hac definitione. Præterea hæc prædicatio: homo eſt cæcus, eſt prædicatio alicuius vniuerſalis vniuoci; cæcus vniuocū quid eſt ad oīa habentia cæcitatē, & eſt vniuerſale, quia prædicatᷣ de plurib. & accidētaliter prædicatur de Petro, Ioāne, de Frācisco, de homine, equo, & leone; ergo eſt prædicatio quinti prædicabilis; non. n. eſt propria paſſio. *Fuga.* Dices hoc nō ſufficere, ſed eſſe neceſſariū, vt dicat formā poſitiuā. *Impugnat.* Sed hæc explicatio, p̃terquā quod ſit volūtaria, falſa eſt. Nā accidēs hic nō definitur loquēdo de materiali, id qđ eſt verè accidēs, ſed id qđ eſt p̃dicatū accidētale; ſed hæc ſupra dicta p̃dicatio eſt huiuſmodi: ergo &c. *Refellitur aliud effectum ſecūdæ opin.* Secunda ſolutio eiuſdē eſt peior. Dicit. n. mortē accidēs eſſe hoīs, quia pōt abeſſe ab illo, nō verò quia poſſit adeſſe, quia abeſſe dicit priuationē præſentis. Si igitur accidens abeſt ab aliquo ſubiecto, potuit illi adeſſe. Illud. n accidens abeſt ab aliquo ſubiecto, quod potuit illi ineſſe. Si igitur mors non cōuenit homini nec adeſt illi, nō poterit ab illo abeſſe, maximè, quia vt conſtat ex D. Th. de ſpiritualib. creaturis vbi ſupra, hic abeſſe & adeſſe accipiūtur pro affirmari & negari, nō quidē actu ſed aptitudine, ita vt accidens ſit, quod pōt affirmari, & negari de ſubiecto, eius ſubſtātia & eſſentia nō deſtructa. *D. Thom.* Et nō accipitur pro vera inhærentia vel non inhærentia. Vt ergo ſit accidēs huius prędicabilis, neceſſariū eſt, vt verūq; cōueniat & abeſſe & adeſſe præter ſubiecti corruptionē, mō dicto. Præterea, ſi nō cōuenire ſubiecto ſufficit, vt dicatur accidēs illius ſubiecti, ſequitur qđ intellectio angelica & oīa accidentia ſpiritualia poſſint dici accidētia corporis, q̃a abſunt à ſubiecto corporeo, hoc eſt, non cōueniunt. Hoc. n. modo explicat hæc ſolutio abſentiam accidentis, hoc aūt eſt abſurdum: ergo &c. Prædicatio. n. accidētalis quinti prædicabilis dēt eſſe reſpectu alicuius, quod ſe habeat vt forma quæ poſſit ſubiecto cōpetere.

3. Opinio. Cai. vera. Vera ergo ſolutio eſt quam aſſignat acutiſſimus Caietanus in præſenti, dubio ſecundo, hanc prædicationē: homo eſt mortuus domus eſt cōbuſta, non pertinere ad quintum prædicabile, quia ſunt prædicata nullo modo conuenientia ſubiectis, ſed illis repugnantia, & eorū rōnes deſtruentia. Prædicata verò, quæ ad quintū attinēt p̃dicabile, debent eſſe prædicata conueniētia ſubiecto, & debent dicere formā accidentalem, vel aliquid per modum illius, quæ neq; naſcatur ex eorū eſſentia, nec ſit eſſentia, nec pars eſſentiæ. Quod verò mors repugnet hominis eſſentiæ demonſtrat D. Tho. 3. p. q. 50. art 4. *D. Thom.* quia mors eſt ſeparatio animę à corpore: ſed cōiunctio animæ & corporis complet hoīs eſſentiā iſta ergo ſublata nō manebit homo: ergo mors facit quod aliquid nō ſit homo. Præterea, mors eſt priuatio vitæ: ergo hominem vita priuat, ſed de eſſentia hominis eſt vita, homo eſt animal, animal aūt eſt viuēs: ergo ſublato ſuperiore, quod fit ꝑ mortē, qua tollitur vita, tollitur hoīs rō, & nō manet; & ita mors eſt prædicatū repugnans, & nō quinti prędicabilis. Et idē eſt de aliis huiuſmodi prædicatis dicēdū. *Obiectio.* Quod ſi dicas, hæc p̃dicatio eſt vera, hō eſt mortuus. *Solutio.* Reſpondetur, ꝙ accipitur cū ampliatione, & facit iſtū ſenſū, qđ eſt, vel fuit homo, eſt mortuū, hoc eſt, olim homo modò eſt mortuus. *Difficult.* Si aūt ſine ampliatione accipiatᷣ cū dr̄, ꝙ Petrus eſt mortuꝰ, Petrus mortuus eſt cadauer, quod æquiuocè hō dr̄. Et ſi dicas, illa ergo ꝓpoſitio vera, homo eſt mortuus, ad quod prædicabile ꝑtinet? *Solutio ex Caiet.* Cai. reducit illā ad quartū & ſecūdū modū perſeitatis, q̃a verificatᷣ de hoīe q̃ fuit: fuiſſe aūt ſeu p̃teritū fuiſſe, rō eſt, qđ homo ſit mortuus, & ita ad 4. prædicabile reducitur: quia ſicut eſſe hoīem, eſt rō, vt aliquid ſit riſibile, ita eſſe præteritum eſt ratio, vt aliquid ſit mortuum.

Et

Et etiã pertinet ad quartũ prædicabile, quia prędicatur propria cauſa de ꝓprio effectu, ſicut in iſta, ædificator ædificat, licet cauſſalitas ſit in alio genere. Et hæc ſunt acutè dicta à Caie. Alia ſolutio adhiberi poterat, quod mors & cõbuſtio pertinent ad quintũ prædicabile, nõ in facto eſſe, & in eſſe completo præcisè conſiderata, ſed prout ſunt in fieri, itaq; hõ moritur, domus cõburitur, huius ſunt prędicabilis. ceterũ ter.nini horũ motuũ du in ꝓpoſitione explicantur per mortuũ & cõbuſtum nõ huius ſunt prædicabilis in ſe, ſed in viis ſuis. Et in alterationibus antecedentib. Magiſter Soto vltimã aſſignat ſolutionem præmiſſa diſtinctione huius nõis mortuũ nominaliter, & participaliter, & dicit ꝙ reſpectu corporis vtroque modo eſt accidens quinti prædicabilis. Nã adeſt & abeſt à corpore pręter corporis corruptionẽ. Nã corpus modo viuit, & idẽ poſtea erit mortuũ, licet habeat aliã formã cadaueris, tunc tamen dicitur idẽ corpus, qa ſic homines cõmuniter loquũtur. Reſpectu tamen hominis dicitur eſſe prædicatum diſparatũ. Et ſi fiat argumentum, Chriſtus modò eſt homo, & eſt mortuus: ergo iã conuenit eidẽ exiſtenti eſſe mortuũ: reſpondetur, quod eſt ſupernaturaliter. Et ſi rurſus fiat argumentum: Nã hæc aliquo modo erit vera, Ioannes erit mortuus, propter ampliationẽ, & modo non eſt vera: ergo iã adeſt & abeſt à ſubiecto, &c. Rurſus reſpõdetur, quod vt ſit accidens quinti prædicabilis debet accidentaliter ſubiecto propoſitionis cõpetere ſine ampliatione. Vnde D.Th. de natura generis, quomodo ea res dicatꝰ mortua, ſed quod falſa ſit hæc ſolutio patet ex dictis.

4. Opi. Magiſtri Soto. — *Difficultas* — *Solutio.* — *Replica.* — *Solutio.* — *D.Thom.*

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod ſi dicã abſtractione compoſitiua, homo non eſt riſibilis, eſſentia deſtruitur, cũ ab ipſa dimanet oppoſitum prædicari, illa n. eſſentia, à qua non dimanat riſibilitas, non eſt hominis eſſentia. Nã ſi nõ eſt riſibilis, nec homo, & ſi eſt homo, eſt riſibilis, quod de albedine lactis, vel nigredine corui non habet verum. Nam ſi coruus nõ eſt niger, non deſtruitur eius eſſentia, quia ab illa nigredo non dimanat.

Ad 5. Ad quintum patet ex quarta cõcluſione, quę eſt D.Th. de ſpiritualib. creaturis.

Ad replicam & ad D.Tho. ſecundo contra Gentiles, reſpondetur ꝙ ibi loquatur de accidente. Ad D Th. reſpondetꝰ, in illo loco ipsũ accipere accidẽs, vt diſtinguitꝰ cõtra ſubſtantiã. Vt enim aliquid ſit accidens hoc modo, debet reſpicere ſubiectũ completum, cui inhęreat. Dico completũ vel ſubſiſtens Nam animæ rationali accidentia ſpiritualia inhærent. Et ſanctus Doctor cenſet & rectè, accidentia non ſubiectari in materia prima: nos vero accipimus accidens ꝓ accidenti quinti prædicabilis, cuius ſubiectũ eſt illud, ad quod refertur extra eius rationẽ exiſtens nec ab illius profluens eſſentia, vt ſtatim magis explicabitur. Cum ergo ſit diuerſa acceptio accidẽtis, ſi logicè, vel metaphyſicè conſideretur ſubiectum, eſt etiam diuerſum, & acceptio illius diuerſa.

Explicatur locus D.Thomæ. — *Accidens duplex, prædicamentale, & prædicabile, & quid ſit vtrumq;.*

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, illud, ꝙ induit intentionẽ vniuerſalis, v.g. albũ, non importare cõpoſitionem ex ſubiecto & accidenti: ſed ſolum importare albedinẽ in cõcreto. Et vt vniuerſalius loquamur, albedo in cõcreto illa eſt q̃ accidit inferiorib. & quæ de illis in cõcreto prædicatur, & refertꝰ relatione prædicabilis quinti. Heruæus, vt patuit ſupra, cũ de intentionibus ageretꝰ, dicit album ſecundũ quod importat compoſitionẽ ex his nõ prædicari de Petro, v.g. bene tamen ſecundũ quod importat cõpoſitionẽ huic, quod eſt importare albedinẽ in cõcreto Videatur Paludan. 4.d.1.q.2. vbi huic fauet ſententiæ, & docet, quomodo fiat prædicatio in his accidentibus: & in cõpoſitis artificialibus.

1. Solutio. — *Heruæus.* — *Paludan.*

2. Solutio. Alii reſpondent, ꝙ prædicatũ accidentale concretũ, vt albũ, inhęreat formaliter, ratio tamẽ formalis inhærẽdi eſt ipſa forma accidentalis. Et hoc ſufficit, vt totum prędicatum dicatur inhęrere, ſicut totum compoſitum, vt viuens, licet ratio formalis viuendi nõ ſit, niſi altera pars illius, ſcilicet, anima. Cum ergo poſſit forma inhærere, poteſt cõſequenter formaliter adeſſe & abeſſe, & ſic accidentaliter prædicari.

Ad 7. Ad ſeptimum argumentũ aliqui ſtatim cõcedunt, omnia illa, quæ prædicantur de Deo ex tẽpore, accidentaliter prædicari, accidẽtalitate huius ꝓdicabilis; vt Deus factus eſt homo, Verbũ caro factum eſt, Deus eſt creans, Deus eſt dominãs mortuus. Quia cũ oĩa iſta nõ ſint de eſſentia Dei, neq; ab eius principiis dimanẽt rectè *1. Solutio.*

poſſunt

contra D Tho. vbique. Tum etiam, quia Deus poteſt ſubtrahere concurſum cuiuſcunque cauſæ agentis, quia ſicut cum ſuo cõcurſu applicat ad agendum, ita illum poteſt ſubtrahere, ne agat. Et ſic poterit Deus non concurrere cũ eſſentia, vt habeat actionem circa paſſiones producendas, vel implicat, quia, vt inquit Caietanus, paſſiones dimanãt ab eſſentia, non per veram actionem, ſed per quandã naturalem reſultantiam, & naturalẽ ſequelam. Et nec hoc, quia paſſio eſt ignis comburere materiam applicatam, vel ſaltem hoc dimanat ab igne per modum reſultantiæ. At verò impedit hoc, vt patet in fornace Babylonica, vbi ignis non cõbuſſit pueros illi applicatos. Et ſecũdò probatur. Nam ſubiectum prius natura eſt, quam paſſio: ergo non dependet ab illo, ergo poteſt eſſe ſine illo, aliàs ſi non poſſet eſſe ſine illo: ergo depẽderet ab illo, quod eſt falſum: nam aliàs dependeret & non dependeret, quia eſt prius, & prius, vt prius, à poſteriori non dependet. Itẽ.

2. Ratio.

Confirm. Nam Deus cõcurrit cum ſubiecto vt per ſuam virtutem per reſultantiam producat paſſionẽ: ergo poterit abſtrahere concurſum, & ſic non producet: quamobrem non manebit paſſio. Tertiò. Nam eſſe ſequitur formam, per naturalem reſultantiã, at in aĩa Chriſti fuit impeditum: ergo & paſſio poterit impediri. Et quartò probatur, quia inhætere ſubiecto, paſſio eſt accidentis, (ſecundũ aliquos) at tollitur à Deo, vt in ſacramento patet: ergo, &c.

3. Ratio. *4. Ratio.*

2. Aſſertũ Authoris. Dico ſecundò, quod habere tres angulos, &c. & aliæ paſſiones, quæ non realiter tanquam res à re diſtinguuntur à ſubiecto, nõ poſſunt ſeparari, vt de ſe patet: quia ſunt eadem entitas, & habent idem eſſe. Si autem poſſint formaliter ſeparari, ſicut relatio, & fundamentum, quæ formaliter diſtinguuntur ſecundum vnam opinionem, & tamen datur fundamentum ſine relatione formaliter, licet non entitatiuè, anceps videtur res.

Difficultas indeciſa.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur dupliciter. Primò, quod illa eſt propoſitio vera: homo eſt riſibilis: ergo habet cauſſam formalem, diſtinguendum eſt: habet cauſam formalem, ſecundum connexionẽ per ſe, in ſecũdo modo perſeitatis, concedo: habet cauſſam formalem exiſtentẽ tunc in ſubiecto, nego. Itaque, ſi Deus tolleret à me riſibilitatem, eſſem riſibilis, non quia actu in me exiſtat riſibilitas, ſed quia connexio illius cum ſubiecto eſt in ſecundo modo perſeitatis: & ita ſemper eſt riſibilitas in homine ſecundũ connexionẽ per ſe, licet non ſecundum exiſtentiam. Eſſet tamen iſta tunc falſa, homo exiſtit riſibilis. Et illa propoſitio, homo eſt riſibilis, facit hunc ſenſum, riſibilitas connectitur cum homine per ſe: ſicut iſta, homo eſt animal, eſt vera, etiam homine nõ exiſtente, quia facit hunc ſenſum, de naturã hominis, & de eſſentia eſt animal, etiamſi tunc non exiſtat animal eodem modo. Secunda ſolutio ſtatim dicetur.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod illa propoſitio nõ poteſt falſificari, vt modo dictũ eſt. Secũdò reſpondetur, quod illa propoſitio eſt falſa, quia non habet formam, à qua denominetur ſubiectũ. Si dicas, ergo nõ eſt perpetuæ veritatis; nego conſequentiam: nam vt ſit perpetuę veritatis, ſufficit, quod, naturaliter loquẽdo, relinquẽdo res ſuæ naturæ non poſſit eſſe falſa. Et ad argumentũ, ergo tunc ſciẽtia inclinat ad falſum: reſpondetur, quod non inclinat ad falſum: nam dicit, quod naturaliter loquendo homo eſt riſibilis. Et hoc ſemper eſt verum: nã quid Deus ſupernaturaliter facere poſſit, non dicit. Et ſi contra ſolutionem arguas primam. Si illa propoſitio nõ poteſt eſſe falſa: ergo omnes ſcientiæ sũt æquales in certitudine, negatur conſequentia: nã lumen naturale nõ poteſt inclinare ad falſum, nec ẽt fides, at certior eſt fides propter modum procedendi, quia immediatè innititur diuinæ reuelationi, ita vna ſciẽtia certior eſt alia, etiamſi non poſſint ad falsũ inclinare propter modum procedẽdi. Illi qui dicunt, quod illa propoſitio, homo eſt riſibilis, etiã ablata riſibilitate ſit vera, quia facit hunc ſenſum, homo habet naturam, vnde dimanet riſibilitas, malè dicunt. Nam tunc non eſt eadem propoſitio, qa idem eſt hoc dicere, ac dicere, hõ eſt rationalis, quod non ſignificat ſupra dicta propoſitio, quapropter alia eſt ab iſta. Ad confirmationem iam patet.

Nõ omnes ſciẽtiæ ſint æquales in certitudine.

Ad Confir.

Ad

Poteſtne Deus cõſeruare creaturam ſine relatione creationis ad creaturam.

Ad tertium reſpondetur, quod relatio creaturæ non ſit paſſio creaturæ, ſed accidens, quod ſequitur neceſſariò ad creaturam poſitam in eſſe. Vtrum autem poſſit Deus deſtruere illam relationem manente creatura, dicemus cap. de relatione. Vide aliam ſolutionem in Ferrar. vbi ſup.

Nota vltimò, quod conditiones indiuiduales, quæ faciunt Petrum ſingularem, non poſſunt ab illo tolli, quia ſunt de eius eſſentia, vt indiuiduum eſt, & per illos eſt definiendus, in quantum indiuiduum eſt.

VLTIMVM PRAEDIcabile de Accidenti.

QVAESTIO LXXVII.

Vtrum definitio accidentis quinti prædicabilis ſit rectè tradita.

Videtur, quod non: Nam ſic definitur: Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto preter ſubiecti corruptionem. Nam adeſſe, & abeſſe, vel accipitur primè intentionaliter, vel ſecũdè intẽtionaliter; neutro modo, ergò mala eſt definitio. Probo min. non poteſt dici, quod accipiatur primo modo, quia omnis definitio logica, cuiuſmodi hæc eſt, debet determinari ad ſecundam intentionem: ergo debet dari per terminos ſecundæ intentionis. Antecedens eſt clarum, quia obiectum logicæ eſt ſecunda intentio, de qua paſſiones demonſtrantur: ergo ad illam debet determinari. Cõſequentia patet, quia, quæ ſunt partes definitionis logicalis, debent explicare ſecundam intentionem, & ſuam quidditatem, & ita debent eſſe aliquid rationis, conſtituens eſſentiam ſecundæ intentionis, huiuſmodi non poſſunt eſſe entia realia. Nec accipitur ſecundo modo: nam poſtea diuiditur accidens, quod hic definitur, in ſeparabile, & in inſeparabile, ſed hoc non poteſt competere accidenti definito, ſi ſumatur ſecundè intentionaliter, quia nulla ſecunda intentio eſt accidens inſeparabile: ergo &c.

1. Argum.

2. Argum.

Secundum argumentum: Quod hic definitur, diuiditur poſtea in accidens ſeparabile, & inſeparabile: ſed repugnat id quod adeſt, & abeſt à ſubiecto, & cætera, eſſe accidens inſeparabile: ergo alia definitio debet aſſignari, vt conueniat omni contento ſub definito. Bona enim definitio debet competere definito & omni contento ſub illo. Et confirmatur hæc ratio, & explicatur. Nam ſi eſt bona definitio: ergo conuenit omni accidenti, ſed hoc eſt falſum, ergo non eſt bona. Probo minorem, quia non cõuenit accidenti inſeparabili, accidẽs enim inſeparabile nõ adeſt & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionẽ, aliàs eſſet ſeparabile, ſi abeſſet à ſubiecto.

Confirm.

3. Argum.

Tertium argumẽtum: Nam mortuum, & combuſtum ſunt accidentia, quia non ſunt de eſſentia alicuius rei, nec propria paſſio, & tamen non adſunt, & abſunt preter ſubiecti corruptionem, ergo definitio nulla. Antecedens probatur: Nam combuſtio conuenit, verbi gratia, domui, vel alicui ſimili, & tamen nõ adeſt, nec abeſt ab illa præter ipſius corruptionẽ, nec poteſt dici, quod ſint eſſentia, vel paſſio illius, & idem de morte dicendum eſt reſpectu mortui.

4. Argum.

Quartum argumentum: Sequitur ex hac definitione, quod riſibile ſit accidens quinti prædicabilis, quia adeſſe & abeſſe debet explicari, non realiter. ſed per cogitationem, vt cõueniat accidenti inſeparabili, ita vt accidens ſit, quod mente poteſt cogitari adeſſe & abeſſe, non deſtructo ſubiecto, id eſt, ratione ſubiecti, & definitione. Sed etiamſi cogitem per rationem hominem non eſſe riſibilem, non deſtruitur hominis definitio: quia riſibilitas non eſt de conceptu, & quidditate hominis, ſed eſt poſterior illa, & ꝓpria eius paſſio, atq; effectus: ergo bene poteſt quidditas hominis intelligi ſine riſibilitate. Et ita licet cogitetur non ineſſe homini, non deſtruetur eius ratio: conſequens autem falſum eſt, quia, vt viſum fuit, ad quartum prędicabile pertinet, nec poteſt ad duo prædicabilia pertinere.

5. Argum.

Quintò: Nam quando dicitur in definitione; accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto, el nomine ſubiecti intelligitur ſubſtantia completa, vel incompleta: neutrum horum: ergo

definitio eſt nulla. Prob. min. Nam hæc prædicatio eſt 5. prędicabilis, quãtitas eſt alba, eſt figurata, &c Et tamẽ in Sacram. Euchariſtię verificatur de ſubiecto, quod nec eſt ſubſtantia completa, nec incompleta. Quod autem non debeat intelligi etiam ſubſtantia completa, probatur: nã hæc prædicatio eſt quinti prædicabilis, aĩa exiſtit, materia exiſtit, & tamen ſubiectum eſt ſubſtantia incompleta. Quod ſi dicas, debere intelligi ſubſtantiã incompletã: Contra, nam D. Tho. 2. contra Gen. ca. 81. dicit expreſsè nomine ſubiecti debere intelligi ſubſtantiã completã, & ita anima nõ eſt accidens, licet poſſit adeſſe, & abeſſe à ſubiecto, quia nomine ſubiecti ſubſtãtia completa intelligitur. Si dicas, quod intelligitur ſubſtantia abſtrahendo à completa, & incompleta. Contra: nam iam viſum fuit, quod hæc propoſitio ſit quinti prædicabilis, quantitas eſt alba, & tamẽ ſubiectũ nullo modo eſt ſubſtãtia.

Solutio. *Replica ex D. Thoma.* *Solutio.* *Replica.*

6. Argum. Sextò: Nam albũ eſt quinti prædicabilis reſpectu Petri & Ioannis, & tamen non adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſui corruptionem: ergo illa definitio eſt nulla. Minor probatur: Nam album non inhæret Petro, quia album dicit corpus, & albedinem, ſeu compoſitũ ex corpore, & albedine, ſed tale compoſitum non adeſt Petro, ſed quod ineſt eſt albedo, & conſequenter nec abeſt: ergo definitio illa nulla eſt. Probatur min. quia illud adeſt, & ab eſt, quod inhæret, vel non inhæret, quod ſolum eſt forma accidentalis, & non cõpoſitũ ex ſubiecto, & accidenti: ergo &c.

7. Argum. Septimum argumentum: Illa definitio competit aliis à definito: ergo eſt nulla. Probatur antecedens: quia humanitas ad eſt, & abeſt à verbo Diuino præter verbi Diuini corruptionẽ, tamen non eſt accidens reſpectu illius: Hæc enim prædicatio non eſt accidẽtalis; Verbũ Diuinũ eſt hõ: ergo &c. *Confirm.* Confirmatur: Nã datur per diſtinctionẽ: ergo non explicat rei eſſentiam, quæ ſimpliciſſima eſt, & conſtat genere & differentia, quæ poſitiuè & determinatè conueniunt, & non disiunctiuè.

8. Argum. Octauum argumentum: Calor eſt accidens commune reſpectu aquæ, non tamẽ illi ineſt præter ſubiecti corruptionẽ: ergo illa definitio eſt nulla. Maior patet, minorem probo: quia calor paulatim corrũpit aquam. Et confir. Perfecta frigiditas vel in ſummo eſt, etiam abſolutè loquendo, accidẽs commune, & tamen per eius abſentiam diſponitur aqua ad corruptionem: ergo malè dicitur, quod accidẽs ad eſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. *Solutio.* Quod ſi dicas, præſentia caloris aut abſẽtia frigoris non ſtatim corrũpit aquã, & ita manet cum hoc accidenti eſſentia ſubiecti non corrupta. Contra.

9. Argum. *Replica.* Nonò: Mors, & exiſtentia actualis accidunt homini, vtrumque enim eſt extra eſſentiam eius, & ita ſunt iſtæ propoſitiones; homo eſt mortuus, homo exiſtit in materia contingenti, & tamen, nec exiſtentia adeſſe, nec mors abeſſe poſſunt præter ſubiecti corruptionem: ergo definitio eſt nulla.

10. Argu. Decimò: In his propoſitionibus: annulus eſt aureus, animal eſt rationale, prædicata poſſunt abeſſe à ſubiecto in communi ſumpto præter illius corruptionem, & tamen non eſt accidens, ſed ſubſtantia: ergo definitio prædicta non ſolum conuenit acidenti: ergo eſt mala.

Fundamẽta pro veritatis explicatione.

Accidẽs nomẽ æquiuocum ſignificat tria. Accidens nomen æquiuocum eſt, multa ſignificans, ne ergo fallamur, oportet varias eius ſignificationes pandere. Significat primò defectum, qui cõmittitur in argumentatione, vt cum dicimus, cõmitti fallaciam accidẽtis. Et quamuis in iſta ſignificatione importet ſecundam intentionem, non tamen vniuerſalem, & ideò non pertinet ad præſentem tractationẽ. Accipitur ſecundo modo accidens, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, qua ratione eſt nomen primæ intentionis, & eius conſideratio per ſe pertinet ad metaphyſicum, qui conſiderat ens in quantũ ens, & duos modos entis, quorum vnus eſt ratio entis. Tertio modo accipitur accidẽs logicè, & eſt vnum ex quinque prædicabilibus, in qua acceptione tripliciter definitur à Porphyrio. *Triplex definitio Accidentis.* Prima definitio eſt iſta: accidens eſt, quod adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. Secunda eſt: accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Tertia eſt: quæ ita ſe haber: accidens eſt, quod nec eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

Decidi-

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ.

PRima cõcl. Optima eſt explicatio primæ definitionis accidentis, quam tradit Diuus Thomas de ſpiritualibus creaturis, art. vlt. ad 7. Vbi ſic ait: Duplex eſt operatio intellectus, vt dr̃ 3. lib. de anima, vna, qua intelligitur, quod quid eſt, id eſt, quidditas rei, & tali operatione põt intelligi eſſentia rei, & ſine proprio & ſine accidenti, cum neutrum iſtorũ ingrediatur eſſentiam rei, & res ſolũ expoſcat ad ſui cognitionẽ ea, quæ eius ingrediuntur eſſentiã. Sed nota, hanc D. Th. doctrinã eſſe intelligendã formaliter. Nã optimè poteſt eſſentia & quidditas hominis formaliter intelligi, ſine eo quod formaliter intelligatur riſibilitas. Verũ qui intelligit hominis eſſentiam, etiamſi formaliter non intelligat riſibilitatẽ, intelligit radicaliter, quia riſibilitas eſt in radice quidditatis, ſeu potius quidditas eſt radix paſſionũ. Et hoc modo non ſunt accidentia cõia in eſſentia, quia cum non profluant ab illa, nõ radicãtur in illa. Alia eſt operatio intellectus, (inquit Angelicus Doctor) cõponentis, & diuidẽtis. Et iſto mõ põt ſubſtantia intelligi ſine accidentali prædicato, ẽtſi ſecundũ rẽ ſit inſeparabile. Sicut poſſumus intelligere, coruũ eſſe albũ, non. n. ibi eſt repugnãtia intellectuũ cũ oppoſitum prædicati non dependeat ex principiis ſpeciei. Nigredo enim corui, q̃ eſt principiũ albedinis, non procedit ex principiis rei ſpecificis, & eadẽ operatione non põt intellectus intelligere eſſentiã rei, ſine eius propria paſſione, & hoĩe ſine intellectu, quia hęc eſt repugnãtia intellectuũ, cum oppoſitũ prædicati. ſ. eſſe intellectiuũ depẽdeat ex principiis ſubiecti, nam intellectus conſequitur neceſſariò ex eſſentia hominis. Et dicere, quod nõ eſt intellectiuũ, eſt dicere, quod non habet talẽ eſſentiam Quia vero nigredo corui nõ ſequit̃ ex eius eſſentia, dicere, quod coruus nõ eſt albus, non eſt eius tollere eſſentiã (& hoc intelligit̃ naturaliter loquẽdo, nã ſupernaturaliter bene poteſt Deus ſeparare riſibilitatẽ, & erit falſũ dicere, quod homo eſt riſibilis; ſed noſtra ſententia in prædicabili proprio explicata melior eſt.) Cõcludit igit̃ D. Th. ſic, ergo põt intelligi eſſentia animæ prima operatione intellectus, vt, ſ. intelligatur, qđ quid eſt, abſq; potentiis, non aũt ſecunda operatione intellectus, ita vt intelligatur, nõ habere potentias, quod aliis terminis dr̃ abſtractione præciſiua, non vero cõpoſitiua. Eſt igit̃ ſẽſus huius definitionis primi accidentis, quod ineſt, & abeſt à ſubiecto, &c. Id eſt accidens eſt vniuerſale, qđ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ, ideſt, intelligitur, adeſſe, & abeſſe per intellectũ cõponentẽ, & diuidentẽ, ſine eo qđ eſſẽtia rei deſtruatur, propterea qđ ex eius nõ dimanat principiis. Et notandũ eſt, qđ cum per ſecundã operationẽ intellectus dico coruũ non eſſe nigrũ, certũ eſt, hanc propoſitionẽ eſſe falſam, ſiquidem ſignificat rẽ aliter eſſe, q̃ eſt. Nihilominus ẽtſi intelligatur falſa, non tñ eius falſitas deſtruit corui eſſentiam, quia non dimanat nigredo ab eſſẽtia corui. Vt ergo ſit quinti prędicabilis, hoc ſufficit. Et hæc D. Th. intelligentia maximũ fundamentũ hẽt in Porphyrio, cũ dicit; poteſt. n. coruus albus, & Æthiops albus intelligi ſine interitu rei ſubiecti. Nõ dicit eſſe, ſed intelligi. Et nõ dixit verè, ſed ſine eo qđ res deſtruat̃. Et qm̃ definitiones demõſtrari nequeũt, ſufficiat illam ſic explicaſſe. Et poſtea ſoluemus, quæ contra illam ſunt, argumenta.

Pulcherrima doctrina D. Thom.

Auctoris obſeruat.

Quare ſubſtãtia intelligi nequeat ſine propria paſſione, bene autẽ ſine quouis accidẽte inſeparabili.

Controuerſia.

Qão accidens adſit, & abſit præter ſubiecti corruptionem.

Modus dicendi Diui Thom.

Obſerua.

Fũdam. doctrinæ Thomiſticę.

Alii qui cenſent, definitionẽ hãc intelligendã eſſe de abſentia & præſẽtia reali, ita, vt ſolũ illud dicat̃ accidẽs eſſe, qđ adeſſe & abeſſe põt realiter à ſubiecto, &c. ex qua abſẽtia reali, actuali, vel poſſibili cõſequitur, vt ſubiectũ cũ negatione illius accidẽtis, & cũ oppoſito accidenti intelligi poſſit, ſalua eſſentia ſubiecti, ita vt nõ liceat inferre, ſubiectũ nõ eſſe, aut eſſẽtiã eius eſſe diſtinctã. Et probãt hanc ſniam, quia in hoc ſẽſu propriè ſaluatur vis, & ſignificatio illorũ verborũ, adeſſe & abeſſe, quorũ proprietas in ſnia Diui Th. nõ ſaluatur. Nã adeſſe, & abeſſe accipitur pro affirmari, vel negari, q̃ non eſt propria acceptio, ergo iſta ſnia, ſiquidem propriè accipit verba, præferenda eſt. Et ſecundò, quia poſt definitionẽ accidẽtis Porphyrius diuidit illud in ſeparabile, et inſeparabile, q̃ diuiſio non põt intelligi niſi de ſeparabilitate reali, & inſeparabilitate. Nã ſi intelligat̃ de ſeparabilitate per rõnẽ, illa nõ eſt ꝓpriè ſeparabilitas, & vtrumq; eſt ſeparabile per rationem.

2. Modus dicẽdi aliorum.

Probat. 1.

Probat. 2.

Digitized by Google

Quapropter malè diuideretur in accidẽs ſeparabile,& in inſeparabile, cũ vtrum- *Probat. 3.* que ſit ſeparabile per rõnem. Et vltimò, quia quod à parte rei nõ poteſt abeſſe,eſſentiam concomitatur,& illã vt propria paſſio ſequitur,& eius negatio deſtruit eſſentiam rei. Nam non habemus ſignum aliquod, quo cognoſcamus accidens aliquod à rei eſſentia profluere,niſi quia ab *Obiectio.* illa nõ põt ſeparari:ergo &c. Et cũ arguitur contra iſtã ſnĩam: nã ſecundũ iſtã, oẽ accidẽs inſeparabile erit propria paſſio, & ſic malè Porphyrius diuiſiſſet accidẽs *Solutio.* in ſeparabile,& in inſeparabile Reſpondent huius ſniæ authores,accidẽs inſeparabile dici à Porphyrio illud, qđ põt nõ ſẽper ineſſe,ſeu non à principio rei ineſſe. Dicitur tñ inſeparabile,quia poſtquã ſemel inhæſerit,nunquã poteſt naturaliter abeſſe,vt cæcitas,cicatrix, vel perfe- *Replica.* cta nigredo corui,vel albedo cygni. Et ſi cõtra illos fiat argumẽtũ: nã Porphyrius explicauit rõnem accidẽtis per ſeparabilitatẽ rõnis: ergo ita eſt eius intelligẽda *Solutio.* definitio. Dicunt ipſi,hoc feciſſe propterea,quod abſentia per rõnem,ſine eo qđ eſſẽtia ſubiecti deſtruatur, eſt ſignũ ſeparabilitatis realis poſſibilis, ſaltẽ vt dictũ *Replica.* eſt. Et ſi contra illos fiat argumẽtũ,quod Porphyrius dixit, nigredinẽ Aethiopis eſſe accidens,& tñ eſſe inſeparabilẽ,qui- *1. Solutio.* dã eorum dicunt,Porphyriũ in hoc fuiſſe deceptũ,maximè cũ nõ requiratur exẽ- *2. Solutio.* plorũ veritas. Alii reſpõdẽt,in coruo & Aethiope duplicẽ nigredinem poſſe cõſiderari, alteram intenſam, quã diſcurſu temporis acquirit,& hanc dicit eſſe accidẽs,& de hac loqui Porphyrium. Alterã verò remiſſã quam habet à principio:& illa eſt propria paſſio, nec de hac author loquitur. Et dicunt ita loqui D. Auguſti- *3. Solutio* num quarto de Trinitate, capite quarto, *Fonſeca.* Fonſeca libro quinto metaphyſicæ,capite 28.q.19.ſectione 4.in ſolut.ad 5.dicit, nigredinem corui dupliciter conſiderari *Diſtinctio.* poſſe,etiã in ordine ad coruum. Primò, quatenus naturaliter conſequitur ſẽper eſſentiam eius. Secundò, quatenus nihil repugnat, illam per potentiam ſupernaturalem ſeu naturalẽ ſeparari. Si primo modo conſideretur, vult eſſe proprium ſecundo modo: ſi verò ſecundo modo, vſurpetur accidens quintũ prædicabile.

Sed hæc opinio, quàm ſit falſa, variis *Refellitur ſtatus modus dicendi.* oſtẽditur modis. Primò eſt cõtra Porphyriũ, qui,vt patet in textu, explicuit accidentis eſſentiã per hoc, quod eſt abeſſe, vel adeſſe per rationẽ,iuxta D. Th. explicationẽ, & ſententiam vniuerſaliter à logicis peritis approbatã: ergo illam ſolũ explicare de ſeparabilitate reali,vel inſeparabilitate eſt contra Porphyriũ. Illud ẽt,qđ dicit hęc ſẽtẽtia,quod nigredo eſt duplex,intenſa,& remiſſa, & remiſſa eſt paſſio,intẽſa minimè, ſed accidẽs quinti prædicabilis,ridiculũ eſt Primò, quia in coruo non eſt duplex nigredo,ſed vna & eadẽ, quia accidẽs illud duplex vel diſtinguitur ſpecie, & hoc nõ audebũt dicere, etſi errare velint. Vel non, & neq; hoc, quia ſubiectũ eſt idẽ,& ita non põt habere duo accidẽtia eiuſdẽ ſpeciei abſoluta, cũ diſtinctio numerica ſumatur penes ſubiectũ. Item, nã ſi nigredo intenſa eſt accidens ſeparabile,non rectè poſuit Porph. exemplũ,vt oſtenderet eſſe aliquod accidens inſeparabile: & licet poſſit corui nigredo intẽdi, non propterea eſt dicẽdũ, eſſe duas in coruo nigredines. Vnde etiã *Errores Toleti,et Fonſecæ.* errat Toletus in hoc loco dub. 3. Fõſeca errat etiam in illa ſua diſtinctione. Nã ſi nigredo põt ſimul naturaliter ſeparari, nõ põt eſſe accidẽs quarti prædicabilis, quia eſt de eius intrinſeca rõne,vt ſit naturaliter inſeparabile, cũ cõſequatur eſſentiã, & conſtituat propoſitionẽ de per ſe. Et quidẽ,nigredinẽ corui & Aethiopis nõ eſſe propriã paſſionẽ per ſe notũ eſt. De Aethiope patet,quia cũ ſit eiuſdẽ ſpeciei nobiſcũ,nullã paſſionẽ habebit, quã nos nõ habeamus,neq; nos,quã ille; ſed hæc nõ eſt propria paſſio noſtra,ergo neque Aethiopis. Sed qđ neq; nigredo ſit propria paſſio corui, probatur apertè,q̃a propria paſſio eſt,q̃ conuenit omni & ſoli,& ſẽper: ſed nigredo nõ ſoli coruo cõuenit:ergo nõ eſt propria paſſio eius. Antecedens eſt euidens,& conſequẽtia clara: Nam ſicut eſſentia eſt propria ſpeciei coruinæ,ita paſſio deberet eſſe ei ꝓpria, quia eſſentiã talẽ conſequitur. Præterea: Nã Fonſeca dicit albedinem,ſiue naturaliter,ſiue ſupernaturaliter poſſe ſeparari à coruo. Detur vnum,ſcilicet,quod naturaliter ſeparetur, tunc impoſſibile eſt quod ſit propria paſſio, quia naturaliter conſe-

Digitized by Google

Opinio Alberti Mag. Expertientia.

conſequitur eſſentiam,& communis ſententia recepta eſt ab Alberto Magno,naturaliter poſſe nigredinem à coruo ſeparari;quin potius Sipontinus teſtatur, ſe Neapoli coruum vidiſſe album apud Alphonſum Siciliæ Regem,tempore Calixti Papæ.

Inſtantia. Solutio.

Et ſi dicas,ergo eſt accidens cõe ſeparabile,ſi adeſt & abeſt;ita fateor, & accidens inſeparabile,;ſi non poteſt vlla ratione abeſſe Verùm autem hoc ſit poſſibile,non eſt logici muneris diſputare.Præterea: Nam accidens hoc conſequitur ex principiis indiuiduãtibus corui: ergo nõ eſt propria paſſio. Conſequentia eſt euidens,antecedens probatur:Nam ſi ex ſpecifica natura oriretur,non conueniret alteri,nec poſſet aliquo artificio ſeparari: ſequitur enim ipſam eſſentiam ſemper.

2.Concluſ. Duæ vltima de nitiones accidentis explicantur.

Secunda concluſio;Reliquæ duæ definitiones,quas Porphyrius aſſignat,rectæ ſunt:nam hæc definitio;accidẽs eſt, quod contingit eidẽ ineſſe,& nõ ineſſe,eſt Ariſtot.1.Top.c.4.& eſt explicanda ſicut præcedens, i. accidens eſt,quod intelligitur operatione compoſitiua,ineſſe & non ineſſe, ſalua ſcilicet propria eſſentia ſubiecti.Secunda verò definitio,quod neq; eſt genus,neq; ſpecies,&c. & ſemper ſubiecto eſt ſubſiſtens, eſt intelligẽda nõ quod accidens ſemper inhæreat ſubiecto realiter,nã ſic oẽ accidens eſſet inſeparabile, ſed ꝙ ſemper inhæreat ſubiecto inhæſione ꝑdicationis, i. quod ſemper ſe habeat reſpectu ſubiecti,vt prædicatum accidentale directum. Iſta tamẽ definitio potius eſt notificatio accidentis per negationem aliarum ſpecierum,quàm vera definitio.

3. Concluſ. Cõtra quoſdam minus eruditos Logicos.

Tertia concl.Hic definitur accidẽs ſub ratione vniuerſalis quinti.Hæc concluſio ponitur contra quoſdam parum acutos logicos,qui cenſent,Porphyrium hic definiiſſe rationem accidentis,vt ſic,nõ verò rationem quinti vniuerſalis,nã diuerſa eſt vtriuſque eſſentia. Ratio enim accidentis conuenit ſingularib.accidentibus, vt huic albedini,cui nullo modo rõ quinti vniuerſalis conuenire poteſt.

Obiectio cõtra præfatos.

Et ſi contra iſtos fiat argumentum. Nam intentio Porphyrii eſt tractare in præſẽti de quinto vniuerſali,illud igitur definiuit.Reſpõdent nõ definiiſſe,quia facillimo negotio ex præhabitis talis potuit colligi definitio,quæ quinto vniuerſali adaptaretur.

Eorundem ſolutio. Excluditur.

Ceterum noſtra concluſio vera eſt. Nam cum ſubiectum logicæ ſit talis ſecunda intentio,vt ſupra viſum fuit, omnis logica definitio debet reſpicere formaliter,tanquam definitũ ſecundam intentionẽ. Verũ eſt tamẽ, quod quia hæc ſecũda intentio minimæ eſt entitatis ab Ariſt. Porphy. & aliis ſæpiſſimè explicatur per fundamẽta ſua. Et ita multa miſcet in præſenti Porphyr.de accid. ſecundũ realẽ cõſiderationẽ,vt naturã ſecũdæ intentionis p̃clarior a notificet.Itaq; ſecundam intentionem 5.vniuerſalis p ſua ſubſtrata declarauit. Senſus definitionis eſt,accipiendo,vt reuera accipitur,definitum ſecundè intẽtionaliter,accidens eſt vniuerſale, quod adeſt,& abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem,i.quod poteſt materialiter affirmari,& negari de ſubiecto ſine eo, quod eius eſſentia deſtruatur.Et ſi ſumatur pro ſecunda intentione in concreto; accidẽs eſt quod adeſt & abeſt,&c.ideſt,quod refertur ad ſubiectum relatione prædicabilis accidentalis, & quod nullo modo eſt de eſſẽtia ſubiecti.Et illa particula,abeſt, conducit ad explicationem huius, adeſt, ex eo enim quod intelligitur abeſſe, non deſtructa eſſentia ſubiecti, neceſſariò eſt prædicatum quinti prædicabilis.Hæc omnia magis patebunt ex his, quæ inferius dicemus,& ex illis etiam, quæ in prædicabili de genere dicta ſunt.

4.Concluſ. Quodnam ſit illud ſubiectum, de quo accidens prædicatur apud D.Th.

Quarta cõcl.Illud de quo accidẽs quintũ prædicabile ꝑdicatur, quod ſubiectũ dr, nõ eſt neceſſe eſſe ſubſtãtiã,neq; accidẽs, neq; eſt neceſſe eſſe aliquid reale, neque aliqd rõnis, ſed eſt neceſſe eſſe illud,cui prædicatũ accidit,ita vt ſit extra eius eſſentiã.Et hoc intelligit Porphyrius nomine ſubiecti.Hæc cõcluſio eſt D Th. de ſpiritualibus creaturis,articulo vlti. Proba. concluſio; Non eſt neceſſe quod ſubiectũ ſit ſubſtãtia cõpleta,ad quã referatur accidens,quod eſt quintũ prædicabile:nam iſta prædicatio,aĩa intelligit,eſt prædicatio 5.prædicabilis,& tamẽ aĩa non eſt ſubſtãtia cõpleta:ergò &c.Mai.prob. Nã eſt ꝑdicatio formalis,& nõ alicuius trãſcendẽtis:ergo alicuius ꝑdicabilis: & nõ niſi iſtius ergo &c. Et hoc eſt dicẽdũ de multis aliis prædicationib. Et prætereà eadẽ maior ꝓbatur: Nã hæc eſt prædicatio p ſe in ſecũdo modo,aĩa hoĩs eſt intellectiua:

ergo

ergo & illa eſt accidentalis quinti prædicabilis. Probo cōſequentiam: quia ſicut ſufficit ſubiectum, quod non eſt ſubſtantia cōpleta, ad conſtituendam propoſitionem per ſe, ſufficit etiam ad cōſtituendam propoſitionem accidentalem quinti prædicabilis: nam ſicut ad conſtituendam propoſitionem per ſe in primo modo ſufficit, quod ſit ſubiectum, ex cuius eſſentia dimanat prædicatum: ita ad conſtituendā propoſitionem quinti prædicabilis ſufficit, quod prędicatum ſit forma & extra rationem ſubiecti exiſtēs, nec dimanās ab eius eſſentia: ergo non eſt neceſſe ſubiectum, ad quod refertur accidens quintum prædicabile, eſſe ſubſtantiam completam. Neque etiam eſt neceſſe, quod ſit ſubſtantia incompleta, vt patet: nam hæc eſt quinti prædicabilis, homo eſt albus, & tamen homo eſt ſubſtantia completa. Quod verò non ſit neceſſarium eſſe ſubſtantiam, ſed quod poteſt eſſe accidens, prob. Nam hęc prædicatio; albedo eſt inteſa, eſt prędicatio non generis, neq; ſpeciei, nec proprii nec differentiæ: ergo eſt prædicatio quinti prædicabilis, non. n. ſunt plura prædicabilia, ſecundum veriorem opinionem. Et probatur idem: nam intenſio eſt accidens albedinis: ergo eſt accidens quinti prædicabilis, quia non eſt accidens quod ſit paſſio. Quod verò nō ſit neceſſe eſſe aliquid reale probatur: nam in entibus rationis ſicut ſunt ſuæ eſſentiæ, ſuum genus, & ſua differentia, & proprietates, ita etiam ſunt ſua accidentia, hæc enim prædicatio, Chimæra intelligitur, ſpecieitas cognoſcit, eſt quinti prædicabilis, & tamen ſubiectū eſt aliquid rationis: ergo &c. Mai. probatur: nam non eſt eſſentia chimæræ actu intelligi, nec propria eius paſſio, ſed merū accidens, & idem de ſpecieitate: ex hoc patet, quod neque eſt de eius eſſentia, quod ſubiectum ſit aliquid rationis, nō loquor formaliter, quatenus eſt correlatiuum relationis prædicabilis quinti: nā ſic aliquid rationis eſt, ſed loquor de illo quod ſuſcipit huiuſmodi ſubiecti relationem. Sicut enim genus refertur ad ſpeciem, ita accidēs ad ſubiectum, de quo dicitur, accipiēdo accidens ſecūdè intentionaliter. Et ita ſuū correlatiuum formaliter eſt aliquid rationis. Sed ſicut relatio generis pōt cōuenire entib. realibus, & rationis ſubſtantiæ, & accidēti, ita relatio accidētis quinti prædicabilis. Ex dictis ſequitur primò, quod ſubiectum, ad quod refertur accidēs quintum prædicabile, non habet vnum cōceptum obiectiuum pro materiali, nec datur vnum ſubſtratum iſtius ſubiecti vnico conceptu cognitum. Sicut diximus capite de genere, non dari vnum ſubſtratum genericum commune ad omnia genera, ita nō datur vnum ſubiectum, ad quod refertur accidens commune ad omnia ſubiecta. Sequitur ſecūdò, neceſſarium eſſe, vt intentio accidētis quinti prædicabilis alicui conueniat, quod referatur ad ſubiectum, reſpectu cuius illud, quod ſe hēt vt materiale ſuſcipiens intentionem accidētis, habeat rationem formæ, & ſubiectum ſe habeat vt materia, quod eſt aſſerere, nō reperiri intentionem prædicabilis quinti in propoſitionibus indirectis. Hæc enim prædicatio; album eſt homo, non eſt prædicatio quinti prædicabilis, quia eſt indirecta, etiamſi ſit accidentalis.

Neceſſe ne ſit ſubiectū accidentis eſſe aliquid reale.

1. Corollarium.

2. Corollarium.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primum dico, definitionem eſſe intelligendam ſecundè intentionaliter, & ſic omne accidens 5. prædicabilis poteſt adeſſe & abeſſe, id eſt, prædicari accidentaliter de ſubiecto, vt aliquid quod non oritur ex eſſentia rei, & quod poteſt negari de ſubiecto, non deſtructa eſſentia ſubiecti. Cum verò Porphyrius poſtmodum diuidit accidens, illud quidem diuidit ſecundum eſſe reale, ac ſi diceret, accidens in eſſe reale conſideratum, aliud eſt ſeparabile, vt albedo, aliud inſeparabile vt cicatrix. Et hoc quidē artificioſè fecit Porphyrius. nam cognoſcere naturā realem accidentis maximè conducit ad cognitionem ipſius ſecundè intentionaliter accepti. Diuiſio enim hæc explicat naturam accidentis realis, maximè quod totū ordinatur ad cognitionem ſecundæ intentionis, quæ eſt obiectum formale logicæ de quibus in ſuperioribus diximus.

Ad 1. arg.

Quō omne accidens 5. prædicabilis poſſit adeſſe & abeſſe, & tamē quoddā eſſe ſeparabile, quoddā inſeparabile a ſubiecto.

Ad ſecundum reſp. definitum huius definitionis formale, quod eſt ſecunda intētio 5. prædicabilis in concreto, non diuidi poſtea in accidens ſeparabile, & inſeparabile: ſed ſolum definitum pro materiali diuiditur. Aliud ergo formaliter definiī, & aliud

Ad 2. arg.

Quid diuidatur in ſeparabile &

In inſeparabile, prima vel ſecũda intentio accidentis. & aliud diuiditur materialiter. Quod ſi de definito pro materiali ſit ſermo, idẽ etiã diuiditur in ſeparabile, & in inſeparabile, & ſatis familiare eſt Ariſtoteli, vt conſtat in prædicamento ſubſtantiæ, & quantitatis, rerũ naturas diſcutere, vt intẽtiones, quæ in illis verſantur, explicet magis. Ad cõfirmationẽ patet ex prima cõcluſione.

Ad tertiũ. *Controuerſia.* Ad tertiũ reſp. ab aliquibus, & vt ipſi exiſtimant, ſubtiliter, mortem, combuſtionem, & exiſtentiam non eſſe accidentia *Nam mors combuſtio, exiſtentia, ſint vera accidentia.* ſubiecti ſecundum eſſe actuale, ſed ſecundũ eſſe poſſibile, vel præteritum. Exiſtentia enim comparata ad ſubiectũ, vt actualiter exiſtens eſt, non eſt accidens, ſed eſſentia eius, & ita non poteſt ſubiecto actualiter exiſtenti abeſſe, quin ſubiectum ſecundum eſſe actuale corrumpatur. Accidit tamen ſubiecto ſecundum eſſe poſſibile, cui adeſſe, & abeſſe poteſt præter corruptionem eius ſecundum eſſe poſſibile, ſecus nihil addit prædicatum ſupra ſubie- *1. Opinio.* ctum, quod in propoſitione contingenti vitium eſt. Similiter mors, ſi ad hominem præſentem referatur, non accidit illi, ſed repugnat, accidit autẽ homini præterito vt ſic, & ita iſta propoſitio, homo eſt mortuus, non eſt in materia contingenti, niſi ſubiectum ſupponat ſolum pro homine præterito, vt ſic. Nam ſi pro præſente ſupponeret, eſſet in materia remota, vel re- *Refellitur.* pugnãte: ſed multa intermiſſet falſa hæc ſolutio, cum ipſa ẽt ſit falſa. Primo exiſtẽtia (loquamur de homine, ne fiat ſermo de Angelo, & de cœlis, de quibus diximus, eſſe paſſionem phyſicam in ſuperiorib.) De illo ergo loquendo (quod de alijs etiam eſt dicendum) accidens quinti præ- *Exiſtentia inquam.* dicabilis eſt: nam exiſtentia nõ eſt eſſentia hominis, nec pars eſſentiæ, alias non poſſet non exiſtere. Nec eſt propria paſ- *Ratio valida.* ſio: nam aliàs hæc prædicatio, homo exiſtit, eſſet æternæ veritatis, & nunquã poſſet falſificari. Nã propoſitio, in qua prædicatur propria paſſio de ſubiecto, eſt in ſecundo modo perſeitatis, & propoſitio nẽ æternæ veritatis conſtituit, quod aperte falſum eſt in exiſtentia, hæc.n. eſt falſa: Antichriſtus exiſtit, igitur non eſt propria paſſio, nã hæc eſt vera: Antichriſtus eſt riſibilis, quia propria paſſio eſt hõis riſibilitas, etiam falſum aſſerit, dum dicit, exiſtentiã eſſe eſſentiã ſubiecti exiſtẽtis. Nam vel loquitur de ſubiecto exiſtẽti, vt ſic, & quatenus exiſtẽs eſt, & tunc hæc propoſitio eſt identica, exiſtens eſt exiſtẽs, & ſubiectum eſt idem cum prædicato, & oẽs propoſitiones accidentales, ſi accipiantur cum ſpecificatione, ſunt eſſentiales: nam Petrus eſt albus ſi accipiatur cũ ſpecificatione, quatenus albus eſt albus, etiã eſt idẽtica & eſſentialis, ſiue neceſſaria, vnde nulla eſſet quinti prædicabilis. Præterea, vt propoſitio ſit eſſentialis prædicatum, debet eſſe de eſſentia ſubiecti, vt in propoſitione ponitur, v.g. homo eſt animal, quia de intrinſeca ratione hominis eſt, quod ſit animal, hæc prædicatio eſt eſſentialis, ſed de intrinſeca ratione hominis non eſt exiſtentia: ergo hęc prędicatio non eſt eſſentialis, homo exiſtit: exiſtentia ergo nõ eſt eſſẽtia eius. Quod ſi dicas eſſe de ratione *Fuga.* hominis exiſtentis, etiã hæc, homo eſt albus, erit eſſentialis, quia albedo eſt de eſſentia hominis albi, quod eſt abſurdum aſſerere. Nam eadem eſt eſſentia hominis *Impugnat.* poſſibilis, & exiſtentis: ergo ſi exiſtentia eſt accidens hominis paſſibilis, etiam erit accidens hominis pręſentis, & ſi eſt accidens Petri poſiti in rerũ natura, erit etiã accidens ipſis ſecundũ eſſe poſſibile conſiderati. Sufficit ergo, vt exiſtẽtia ſit accidens hominis, quod conueniat illi, & non tanquam eſſentia, vel pars eſſentię, nec tãquam propria ipſius paſſio. Quinimo, exiſtentia non adeſt, & abeſt ab homine poſſibili, ſed ab homine pręterito abeſt, & homini præſenti adeſt, & conuenit, & compoſitio quæ in homine reperitur, ex quò eſt, & quod eſt, eſt compoſitio conueniẽs rei eſſentię, cui exiſtentia accidit. Videatur Diuus Thomas 2. contra Gentiles, capite *D. Thomas.* 54. Quod etiam dicit de morte, ridiculum eſt: nam ſi ſolum mors homini præterito accideret, & non pręſenti, nũquam homo moreretur. Nã ex eo pręteritus eſt homo, quia mortuus eſt. Conuenit enim mors homini præſenti, ſed taliter, vt dicemus, quod ab ipſo remouet vitam, & rationem hominis deſtruit. Alii reſpondent, quos ſequitur Maſ. in hoc prędicabili, q. 3. ad ſecun- *2. Opinio.* dum. Et dicunt accidentia priuatiua non eſſe verè & propriè accidentia, ſed priuationes tantum, & amotiones formarum, & entium, ac proinde in hac definitione nullo modo comprehenduntur, in qua ſolum

Et etiã pertinet ad quartũ prædicabile, quia prędicatur propria cauſa de ꝓprio effectu, ſicut in iſta, ædificator ædificat, licet cauſſalitas ſit in alio genere. Et hæc ſunt acutè dicta à Caie. Alia ſolutio adm bere poterat, quod mors & cõbuſtio pertinent ad quintũ prædicabile, nõ in facto eſſe, & in eſſe completo præciſè conſiderata, ſed prout ſunt in fieri, itaq; hõ moritur, domus cõburitur, huius ſunt prędicabilis. ceterũ termini horũ motuũ du in ꝓpoſitione explicantur per mortuũ & combuſtum nõ huius ſunt prædicabilis in ſe, ſed in viis ſuis. Et in alterationibus antecedentib. Magiſter Soto vltimã aſſignat ſolutionem præmiſſa diſtinctione huius nõis mortuu ii nominaliter, & participaliter, & dicit ꝙ reſpectu corporis, vtroque modo eſt accidens quinti prædicabilis. Nã adeſt & abeſt à corpore pręter corporis corruptionẽ. Nã corpus modo viuit, & idẽ poſtea erit mortuũ, licet habeat aliã formã cadaueris, tunc tamen dicitur idẽ corpus, q̃a ſic homines cõmuniter loquũtur. Reſpectu tamen hominis dicitur eſſe prædicatum diſparatũ. Et ſi fiat argumentum, Chriſtus modò eſt homo, & eſt mortuus: ergo iã conuenit eidẽ exiſtenti eſſe mortuũ: reſpondetur, quod eſt ſupernaturaliter. Et ſi rurſus fiat argumentum: Nã hæc aliquo modo erit vera, Ioannes erit mortuus, propter ampliationẽ, & modo non eſt vera: ergo iã adeſt & abeſt à ſubiecto, &c. Rurſus reſpõdetur, quod vt ſit accidens quinti prædicabilis debet accidentaliter ſubiecto propoſitionis cõpetere ſine ampliatione. Vnde D. Th. de natura generis, quomodo ea res dicãt mortua, ſed quod falſa ſit hæc ſolutio patet ex dictis.

4. Opi. Magiſtri Soto.

Difficultas

Solutio.

Replica.

Solutio.

D. Thom.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod ſi dicã abſtractione compoſitiua, homo non eſt riſibilis, eſſentia deſtruitur, cũ ab ipſa dimanet oppoſitum prædicati, illa. n. eſſentia, à qua non dimanat riſibilitas, non eſt hominis eſſentia. Nã ſi nõ eſt riſibilis, nec homo, & ſi eſt homo, eſt riſibilis, quod de albedine lactis, vel nigredine corui non habet verum. Nam ſi coruus nõ eſt niger, non deſtruitur eius eſſentia, quia ab illa nigredo non dimanat.

Ad 5. Ad quintum patet ex quarta cõcluſione, quę eſt D. Th. de ſpiritualib. creaturis. Ad replicam & ad D. Tho. ſecundo contra Gentiles, reſpondetur ꝙ ibi loquatur de accidente. Ad D Th. reſpondet, in illo loco ipſũ accipere accidẽs, vt diſtinguit cõtra ſubſtantiã. Vt enim aliquid ſit accidens hoc modo, debet reſpicere ſubiectũ completum, cui inhęreat. Dico completũ vel ſubſiſtens Nam animæ rationali accidentia ſpiritualia inhærent. Et ſanctus Doctor cenſet & rectè, accidentia non ſubiectari in materia prima: nos vero accipimus accidens ꝓ accidenti quinti prædicabilis, cuius ſubiectũ eſt illud, ad quod refertur extra eius rationẽ exiſtens nec ab illius profluens eſſentia, vt ſtatim magis explicabitur. Cum ergo ſit diuerſa acceptio accidẽtis, ſi logicè, vel metaphyſicè conſideretur ſubiectum, eſt etiam diuerſum, & acceptio illius diuerſa.

Explicatur locus D. Thomæ.

Accidens duplex, prædicamentale, & prædicabile, & quid ſit vtrumq;.

Ad 6. 1. Solutio. Ad ſextum reſpondetur, illud, ꝙ induit intentionẽ vniuerſalis, v. g. albũ, non importare cõpoſitionem ex ſubiecto & accidenti: ſed ſolum importare albedinẽ in cõcreto. Et vt vniuerſalius loquamur, albedo in cõcreto illa eſt q̃ accidit inferiorib. & quæ de illis in cõcreto prædicatur, & refert relatione prædicabilis quinti Heruæus, vt patuit ſupra, cũ de intentionibus ageret, dicit album ſecundũ quod importat compoſitionẽ ex his nõ prædicari de Petro, v. g. bene tamen ſecundũ quod importat cõpoſitionẽ huic, quod eſt importare albedinẽ in cõcreto. Videatur Paludan. 4. d. 1. q. 2. vbi huic fauet ſententiæ, & docet, quomodo fiat prædicatio in his accidentibus: & in cõpoſitis artificialibus.

Heruæus.

Paludan.

2. Solutio. Alii reſpondent, ꝙ prædicatũ accidentale concretũ, vt albũ, inhęreat formaliter, ratio tamẽ formalis inhærẽdi eſt ipſa forma accidentalis. Et hoc ſufficit, vt totum prędicatum dicatur inhęrere, ſicut totum compoſitum, vt viuens, licet ratio formalis viuendi nõ ſit, niſi altera pars illius, ſcilicet, anima. Cum ergo poſſit forma inhærere, poteſt cõſequenter formaliter adeſſe & abeſſe, & ſic accidentaliter prædicari.

Ad 7. Ad ſeptimum argumentũ aliqui ſtatim cõcedunt, omnia illa, quæ prædicantur de Deo ex tẽpore, accidentaliter prædicari, accidẽtalitate huius p̃dicabilis; vt Deus factus eſt homo, Verbũ caro factum eſt, Deus eſt creans, Deus eſt dominãs mortuus. Quia cũ oĩa iſta nõ ſint de eſſentia Dei, neq; ab eius principiis dimanẽt rectè

1. Solutio.

poſſunt

prædicabile,aliàs hoc prædicabile nõ importaret aliquid vniuocum, quod eſt contra rationem prædicabilis cuiuſcũq;. *Solutio.* Dices,hoc prædicabile formaliter importare aliquid vniuocum,materialiter autem non eſſe neceſſe hoc importare, vt patet in genere,cuius materiale reperit in ſubſtantia & accidenti,quib. nihil cõe vniuocum datur. *Replica.* Sed contra,quia illud formale debet habere vnum materiale adæquatum,quod denominet accidẽs quinti prædicabilis: ſed nullũ tale poteſt dari,ſi denominatio etiam iſtius prædicabilis reperitur in ſubſtantia:ergo non reperitur.Maior patet,quia illa forma conſtituens hoc prædicabile,eſt relatio quædã,quæ eſt ſecunda intentio in concreto; ergo exigit hæc forma vnum adæquatum ſubiectum. Sed minorem probo, quia cum non ſit ſolum accidens,ſi denominatio etiam ſumatur à ſubſtãtia,erit ex neceſſitate accidẽs, & ſubſtantia. Nam aliquid ſuperius ad illa eſſe non poteſt:ens enim non eſt materiale huius ſecundæ intẽtionis quinti prędicabilis.

2. Argum. Secundò.Accidens quinti prędicabilis ſic definitur,quod adeſt & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionẽ, ſed prædicato ſubſtantiali ſeu deſumpto à ſubſtãtia non poteſt cõuenire hæc definitio, qa ſubſtantia non adeſt, & abeſt à ſubiecto præter ſubiecti corruptionem:ergo nihil poteſt recipere denominationem huius prædicabilis,niſi in ſe ſit accidens.

3. Argum. Tertiò ſequitur, quòd hæ ꝑdicationes eſſent huius prædicabilis: animal eſt homo,homo eſt Petrus,& iſta; animal eſt rationale,conſequens eſt falſum: ergo &c. Sequela probatur.Nam animali, vt ſic,accidit eſſe hominem,eſſe rõnale,& homini accidit eſſe Petrum,& vtrumque prædicatum eſt extra eſſentiam ſubiecti, nec ab ea dimanat,vt propria paſſio.

4. Argum. Quartò,manente hoc vaſe impoſſibile eſt,quod non ſit aureum, ergo hæc prædicatio;hoc vas eſt aureum, non eſt quinti prædicabilis.Conſequentia eſt bona,& ꝓbatur antecedens. Nam hoc vas determinatum ex neceſſitate debet eſſe huius materię,& ita hęc materia ex neceſſitate eſt de illius ratione, vnde nec per cogitationẽ poteſt ſeparari ab illo hęc materia,magis quam à Petro hæc materia. *Solutio.* Dices,qđ licet eſſe aureum non ſit accidens huic vaſi,eſt tamen accidens vaſi in cõmuni. *Replica.* Contra,nã cũ exercetur prædicatio huius prędicabilis,prędicatum debet eſſe cõmune ad multa inferiora,& reſpectu illorũ debet cõuenire,vt aliquid accidẽtale, quod eſt extra rationem inferiorũ denominatiuè,nec ortum à principiis intrinſecis,vt cum dico: Petrus eſt albus,Ioannes eſt albus,hoc prędicatum quod de multis inferioribus affirmatur,eſt accidẽs quinti prædicabilis reſpectu illorũ:quia hẽt in ordine ad illa ſubiecta omnes cõditiones:ſed aureum non eſt accidens reſpectu huius, ſed quid intrinſecum, vt probatum eſt.Et ita cum ſit hæc prædicatio,hoc vas eſt aureum,& hoc vas eſt aureum, non prædicatur aliquid accidentaliter, ſe habens in ordine ad ſubiectum,& ita non erit quinti prædicabilis hæc prædicatio,non ergo à ſubſtantia poteſt ſumi denominatio huius prædicabilis quinti.

Controuer. *1. Opinio Toleti.* In explicanda hac prima q̃ſtionis parte variant logici.Tolet.in præſenti quem multi ſequuntur, cenſet non poſſe recipere denominationem huius prædicabilis, niſi id,quod accidens eſt. Nã dicit in his propoſitionibus,vas eſt argenteũ,domus eſt deaurata,hoc prædicatũ non eſſe ſubſtantiale,nec dicere ſubſtantiam, ſed importare ſolum formaliter non ſubſtantiã auri,ſed reſpectum ad aurũ,qui reſpectus eſt accidẽtalis.In hac propoſitione:Deus eſt amãs iuſtum,quæ quinti prædicabilis eſt,id quod recipit denominationem huius prædicabilis,non eſt ſubſtantia amoris Dei,quæ in ſe eſt ſubſtantia,ſed reſpectus amoris illi adiunctus, per quẽ ille amor terminatur ad creaturam. *2. Opi. aliorum.* Alii cẽſẽt hanc prędicationem,cathedra eſt lignea, eſſe quidẽ prædicationẽ accidentalẽ, nõ vero quinti prædicabilis Et ratio horum eſt,quia,vt ſit huius prædicabilis,dẽt prædicatum dicere totu ſubiectũ; illud verò prædicatũ non dicit totum, ſed partẽ materialem duntaxat Verum iſtæ opiniones falſę ſunt,vt iam vidimus:Quapropter ſit *Auctoris placitum.*

1. Concluſ. contra Toletum. Prima concluſio;prædicabile,quod eſt ſubſtantia, vt diſtinguitur contra accidẽs poteſt induere intẽtionem, & denominationẽ huius prędicabilis.Ita aſſerit D.Th. de ſpiritualib. creaturis,art. vlt in corpore.Et probatur.Nam accidens,prout eſſe quin-

Quidrequiratur vt aliquid dicatur accidens 5. Prædicabilis.

quintũ prædicabile, dicit prędicatũ quod importat habitudinem accidentalem ad ſubiectum, vt aliquid quod neque eſt eſſentia, nec pars eſſentiæ, nec à principiis eſſentiæ dimanat: ſed hæc omnia poteſt habere prędicabile, quod eſt ſubſtantia reſpectu aliquorũ ſubiectorũ: ergo poteſt inducere denominationem huius prædicabilis. Diſcurſus eſt legitimus, & maior patet quæſtione præcedente, & illã aſſerit D.Th. loco modo adducto in corpore: & minor probatur. Nam hoc prædicatũ, ligneum reſpectu cathedræ non dicit eſſentiam eius, nam cathedra eſt in prędicamento qualitatis in ſpecie figuræ, & cõſequẽter nec dicit paſſionem eius propriã, nec proprietatem: non.n. lignum ad figurã conſequitur: ergo dicit aliquid, quod coniungitur cum cathedra accidẽtaliter, & quod importat reſpectu illius ordinẽ accidẽtalẽ: ergo ad hoc prædicabile quintũ attinet Pręterea. Nã etiãſi ligneũ, argẽteũ, &c. ſint ſubſtantiæ, vt diſtinguitur cõtra accidens, quemadmodũ & rõnale eſt ſubſtantia, ſed tamen importãtur per modum accidentium, quia ſunt extra eſſentiam eorum, de quibus prædicantur: ergo prædicationes illę ſunt attinẽtes ad quintum prædicabile. Probo minorem. Quia prædicata ſumuntur à materia per modũ determinantis formam, quæ de ſe indifferens eſt, vt ſit in hac vel illa materia. Sed

Obiectio.

dices, hæc eſt eſſentialis prædicatio; homo eſt materialis, in quo prædicatũ ſumitur à materia phyſica ſubiecti: ergo & hęc erit eſſentialis, annulus eſt aureus: nã prædicatum etiam ſumitur à parte materiali

Solutio.

ſubiecti: Reſpondetur, negãdo conſequẽtiam; quia prædicatũ prioris propoſitionis ſumitur à materia eſſentiali hominis, quam ſola informare poteſt anima rationalis, at prædicatum poſterioris ſumitur à materia, quæ non eſt eſſentialis tali formæ annuli. Poteſt enim in communi forma annuli informare aliam materiã, quia non magis ex ſua ratione petit informationem materiæ aureæ, quam ferreę, neq; annulus dicit compoſitum ex materia & forma, tanquã ex partibus ſibi eſſentialibus, hoc enim eſt impoſſibile. Nulla enim eſſentia poteſt habere partes ſibi eſſentiales diuerſorum generũ, aliàs illa eſſet ens per accidens, quod eſt impoſſibile, quia nullum ens per accidens habet aliquam eſſentiam, ſed annulus dicit formã in prædicamento qualitatis exiſtentem, & ſupponit pro materia, quæ eſt ſubiectum illius formæ, & additamentum ſuum.

2. Concluſ. Itidem contra Toletũ

Secunda concluſio. In huiuſmodi prædicationibus & ſimilibus, cathedra eſt lignea, id quod induit rationem quinti prædicabilis, non eſt aliquis reſpectus ad ſubſtãtiam auri, ſed ipſa auri ſubſtãtia, cuius oppoſitũ dicebat Toletus. Et probatũ, nã illud eſt accidens quinti prædicabilis, qđ affirmatur de ſubiecto extra eius eſſentiã exiſtens, nec ab illa dimanans: ſed hoc eſt illud prædicatum, lignea, & ſimilia, & nõ aliquis alius reſpectus, ergo &c. Et prætetea probatur concluſio, quia alius effectus formalis eſt rẽ eſſe deauratã, & ſic in ſingulis aliis huiuſmodi pđicatis, & alius eſſe relatã ad aurũ, ſicut alius effectus eſt rẽ eſſe dealbatã, & eſſe relatã ad albedinẽ: hoc ſecundũ fundatur in primo tanq̃ reſpectiuũ in abſoluto: ergo gratis fingit, eſſe deauratũ nõ importare, niſi reſpectũ ad aurũ, cũ formaliter importet ipſũ ſubſtantiam auri, quæ accidentaliter coniungitur cũ forma vel re tali. Et ſi inquiras,

Difficult.

quid ſit formaliter illud habere albedinẽ, habere quantitatẽ, &c. Reſpõdetur, quod

1. Solutio.

eſt poſt prędicamentum habere, vt aſſerit Ariſt. Sed quia formæ prædictæ ſeu materia, & forma, ſeu ſubiectum, & forma accidentaliter coniunguntur, ad hoc pertinent prædicabile illæ prædicationes, in quibus prædicta coniunctio accidentalis importatur, modo prædicatum ſit ſubſtãtia, modo non. Ex iis impugnatur ſecũda

Excluditur 2. opin.

ſententia. Nã, etſi prædicatum non dicat formã rei, v.g. eſſe ligneum, nõ importet formaliter rei formã, ſcilicet, cathedræ, quia confundit totũ, quod dicit ſubiectũ, ex eo quod importat, vt totum, bene poteſt eſſe prædicabilis quinti. Et ſecundò

2. Solutio. Quare pars naturalis nõ prædicetur de toto naturali, bene autem pars artificialis de to[t]o artificiali.

reſpondetur, quod in artificialib. hoc eſt peculiare, quod pars prædicetur de illis. Dicimus enim vas eſſe aureum, & ita denominatiua ſumpta ab illis etiam de illis affirmantur, vt dicendo vas eſt aureum, quia non eſt propriè pars, ſed ſubiectum perfectum, cui coniungitur forma, & ita poteſt affirmari de vaſe Vnde multò magis denominatiua quæ proueniunt à ſubiecto, affirmabuntur.

Dis-

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum reſpondetur, quod contineat æquiuocationē maximam. Illud enim prædicatū, quod affirmatur de multis prædicatione quinti p̄dicabilis reſpectu illorum, de quibus affirmatur, debet eſſe vniuocum, verbi gratia, album affirmatur de Petro, & Paulo prædicatione huius prædicabilis, reſpectu illorum debet importare formam, quæ ſecundum eandem rationem conueniat. Non autem eſt neceſſe, quod quintum prędicabile, verbi gratia, accidens importet vnum materiale, quod vniuocè affirmetur de omni re, quę pertinat ad hoc prædicabile, eſt enim hoc impoſſibile Quia, vt conſtat ex ſuperioribus, cum denominata ab intentione huius prædicabilis non ſolum ſint ſubſtantia, ſed etiam accidens, & ens rationis, iſtis autem omnibus non poſſit dari materiale aliquod cōmune, fit apertè, hoc prædicabile non habere vnum materiale abſtractum commune, ſed conuenit illi habere materiale, vt diximus, genus habere. Et vt hoc non iterum repetamus, ibi vide.

In quo ſenſu accidēs quinti prædicabilis debeat eſſe uniuocum, & in quo non.

Ad 2. Ad ſecundum iam dictum eſt. Adeſſe, & abeſſe, non accipi hic, pro inhærere, vel nō inhęrere, ſed pro affirmari vel negari, ſeu p̄ eſſe prædicabile, & affirmabile, ſic, vt ſubiecti eſſentia ex huiuſmodi, affirmatione, & negatione non deſtruatur. Accipitur itaque ſecūdè intētionaliter hæc affirmatio, & negatio, ſeu hoc adeſſe & abeſſe. Nam album cum induit intentionem huius prædicabilis, refertur ad ſua ſubiecta relatione prædicabilis talis, quod etſi adſit, & abſit, hoc eſt, quod etſi affirmetur, & negetur, nō deſtruitur eſſentia ſubiecti, de quo ſuprà dictum eſt.

Quomodo accidens 5. prædicabile poſſit inhærere, & non inhærere.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod illæ duę prædicationes non ſunt huius prædicabilis, quia ſunt in directæ. Tertia verò propoſitio ab aliquibus conceditur pertinere ad hoc prædicabile, quia differētię accidunt generi, ab aliquibus negatur, quia trahiť ad idem eſſe cum genere, vt ſuprà diximus de Chriſti humanitate. Elige quod malueris.

Ad 4. *1. Solutio.* Ad quartum, quod eſt difficile, reſpondetur, quod hoc prædicatum ligneum, eſt prædicatū quinti prædicabilis, quia affirmatur de ſubſtantiis multis, quibus accidentaliter conuenit. Nam vas eſt ligneū, cathedra eſt lignea, domus eſt lignea: & his omnibus accidit hoc prædicatum, quia nō eſt de eſſentia illorū, eſſe lignea, ſed poſſunt tales formæ aliis cōiungi materiis. Vnde illud ſubiectum, cathedra, reſpectu illius prædicati eſt ſubiectum inferius accidētaliter. Et in hoc ſenſu à viris doctis aſſeritur, propoſitionem hanc eſſe quinti prædicabilis, ſicut conceditur, has prædicationes eſſe quiti prædicabilis, homo eſt albus, equus eſt albus. Et non eſt neceſſe, quod illud prædicatum ligneum affirmetur accidentaliter de omni ſubiecto contento ſub cathedra, ita vt etiam de hac lignea cathedra accidentaliter prædicetur: huic enim formæ cathedræ ligneæ non accidit eſſe ligneam, ſed neceſſariò eſt lignea. Et hæc eſt optima ſolutio.

Doctrina pulcra obſeruanda ex grauiſſimis viris.

2. Solutio. Alii dicunt, quod etiam huic cathedræ accidat eſſe ligneam. Nam, etſi in re hæc forma cathedræ ſingularis nō poſſit ſeparari à ligno, quia indiuiduatur ab hac materia lignea, quo ſenſu dicimus nos, hanc propoſitionem non eſſe accidentalē: verum per cogitationem bene poteſt adeſſe, & abeſſe hæc forma ab hac materia: quia licet dicamus, hæc cathedra non eſt lignea, non deſtruitur forma huius cathedræ. Sed certè de eſſentia huius formę ſingularis eſt, quod ſit īdiuiduata ab hac materia: & ita dicendo, hæc cathedra non eſt lignea, deſtruitur eius eſſentia, & ſic non eſt prædicatio quinti prędicabilis. Vnde ſecurior eſt prima ſolutio, & ſufficiens.

Exploditur.

De ſecūdo quęſtionis ſenſu facile, quid ſentiam, dicam. Et in præſenti nō diſputamus de accidentibus rationis: nā hęc omnia prædicabilia poſſunt comprehendere. Nā genus eſt ſpecies vniuerſalis, & ſpecies ſimiliter eſt vniuerſalis ſpecies, & prędicatur de hac & de illa ſpecie: Differētia itidē, & proprium, & accidens. Et hoc accidentaliter illis cōuenit, ſicut homini accidentaliter conuenit eſſe ſpeciem, & ſunt prædicationes huius prædicabilis: Sed qđ inquirimus, eſt, an alicui prædicato & naturę. q̄ affirmatur, vt genus de illis, de quibus vt genus affirmatur, poſſit affirmari, vt accidens quinti p̄dicabilis. Et ſit i aliis, prę-

Quod attinet ad ſecundū punctum quæſ. explicatur in quo ſit difficultas.

prædicabilibus, verbi gratia, an animal, quod prædicatur de homine, & equo prædicatione generis, poſſit affirmari de aliquo, vt quintum prædicabile. Et idem de alijs prædicabilibus dici poſſit, ſiue ſit reſpectu eiuſdem ſubiecti, ſiue diuerſi.

Concluſ. 1. In qua re breuiter dico primò, reſpectu diuerſorum bene poteſt idē prædicatum induere intentionem quinti prædicabilis & quarti. Probatur nā eſſe diſgregatiuum viſus, eſt propria paſſio albi, Hæc enim prædicatio, hoc albū diſgregat viſum, ad quartum prædicabile pertinet. Et idem prædicatum reſpectu Petri eſt accidens quinti prædicabilis: nam hæc, Petrus diſgregat viſum, ad quintum pertinet prædicabile.

Quare, & quō idem poſſit induere rationē diuerſorū prædicabilium. Et ratio eſt: quia diuerſimodè ordinatur illud prædicatum in ordine ad diuerſa ſubiecta: nam ex principiis huius ſubiecti albi, vt ſic, oritur diſgregatiuum, non verò ex principiis Petri. Et ſicut prædicatio proprij, & accidentis eidem rei conueniunt, reſpectu diuerſorum, eodem modo id, qđ eſt genus, induit etiam rationem accidentis quinti prædicabilis, reſpectu diuerſi ſubiecti formaliter. Nam, album eſt coloratum, eſt prędicatio generis de ſpecie; & tamen illud prædicatum, coloratum, reſpectu hominis, eſt quinti prædicabilis, homo eſt coloratū, prędicatio eſt accidentalis, & per hunc modum poteris diſcurrere in reliquis prædicatis in concreto ſumptis, & accidentalibus, in quibus hæc verificantur: nam de prædicatis ſubſtātialibus non hoc auderem aſſerere. Quia iam dictum eſt, hanc non eſſe quinti prædicabilis, Deus eſt homo, quia humanitas trahitur ad idem eſſe verbi Dei, ideo dico in ſubſtantiis non habere locum, quę primo dicta ſunt à nobis.

Concluſ. 2. Et hoc ſit ſecūdū dictū huius dubii: Reſpectu eiuſdē ſubiecti nō poteſt aliquid prędicari, vt propriū, & vt accidens. Ratio eſt, quia proprium & accidens expoſcunt diuerſam rationē incōpoſſibilem. Nam, vt ſit accidens, eſt neceſsum, q non naſcatur ex principiis rei, vt autē ſit proprium, expoſcit oppoſitū naſci, & oriri ab eſſentia rei, hęc nō poſsūt eidē cōpetere reſpectu eiuſdem formaliter: ergo.

Obiectio. Sed contra: nā quale prędicatur de homine, vt propriū, & vt accidens: ergo idem reſpectu eiuſdē poteſt vtramque intētionem induere. Antecedens probatur quoad primam partē: Nam riſibilitas profluit ab hominis eſſentia: ergo eſt qualitas: nā qualitas eſt de ratione intrinſeca riſibilitatis. Quod autem quale prædicet accidentaliter, probatur: quia albū prędicatur de homine, vt accidens: ergo & eſſe qualem, quod eſt genus ad albū. Probatur conſequentia: qa implicat aliquid prædicari accidentaliter de aliquo, & ea, quæ ſunt de eſſentia illius non prædicari etiam accidentaliter.

Solutio. Reſpondetur, quod licet implicet, eandem phyſicam entitatem reſpectu eiuſdem formaliter recipere ſimul denominationē proprii & accidentis, ſed hoc non repugnat reſpectu alicuius rationis metaphyſicæ, & ſuperioris; quia licet illa ſit vna formaliter, eſt tamē mulriplex virtualiter propter latitudinem ſuæ potentialitatis. Vnde eſſe quale, cum ſit quædam ratio generica ad accidens, & propria, & communis, nō repugnat illi, vtramque denominationem recipere propter multiplicitatē virtualem, quam importat, & propter diuerſos ordines, quos dicit ad proprium & accidens. Et hoc conuincit hoc argumentum.

Exploditur. Ceterum mihi hæc ſolutio non multum placet. Non enim exiſtimo verum eſſe, vt ſi aliquid eſt propria paſſio alicuius, id omne etiā ſit propria paſſio, quod in illo eſſentialiter includitur. Nam nullus vnquam dixit, quod ens ſit hominis propria paſſio, quia cōuenit multis aliis, nec ex eius eſſentia oritur. Item, quia eſt primum prædicatum cōueniens homini, & tamen hoc ſequeretur, ſi prædicta ratio aliquid valeret: nam eſſentialiter includitur in riſibilitate. Item, eſſe quale cōuenit aliis ab homine: nā cōuenit Angelo & equo, qui etiam habent paſſiones, quæ ſunt qualitates, ergo nō eſt propria paſſio hominis, quia propria paſſio conuenit omni, & ſoli, & ſemper: nam loquimur de proprio quarto modo. Vt igitur, quid in hac parte ſit tenendum, ſcias & hoc argumentum diſſoluas, vide quę ſupra dicta ſunt quæſt. 37. in ſolutione quarti argumenti: non enim placet iterum doctrinam illam repetere.

QVAE-

QVÆSTIO LXXIX.

Vtrùm accidens quintum prædicabile ſit eſſentialiter vniuerſale.

1. Argum. ET argumentor à parte negatiua. Nã id, quod eſt eſſentialiter vniuerſale, debet hẽre inferiora per ſe; ſed accidẽs quintum prædicabile non hẽt hæc inferiora. ergo nõ ẽ vniuerſale eſſentialiter. Maior patet: Nam vniuerſale eſt vnũ in multis,& de multis: ergo neceſſariò reſpicit inferiora. Nam illud vnum in multis neceſſariò eſt ſuperius ad illa. Sed minorem probo: Nam ſi album, v. g. dẽret habere inferiora, illa vtiq; eſſent, quæ determinatè dicerent, quod album in communi importat; vt hoc album,& illud album, ſed hæc non ſunt inferiora albi, vt album attinet ad quintũ prædicabile:ergo &c. Mai. patet, minor prob. quia hęc ꝓdicatio, hoc album eſt album, nõ eſt quinti prędicabilis: quia eſt eſſentialis, ſed eſt prædicatio ſpeciei de indiuiduis, vel ad illam reducitur.

Solutio. Dices, quod inferiora albi, vt pertinẽt ad quintum prædicabile, ſunt Petrus, Paulus,& Hieronymus, exempli gratia.

Replica. Sed contra, quia ſupra dicti nõ ſunt ꝑ ſe inferiora,& indiuidua reſpectu albedinis, aut albi, ſed reſpectu hominis: ergo nec illa ſunt inferiora illius prædicabilis albi. Antecedens patet, qa vniuerſale idẽtificatur, vt dicit naturam, quæ eſt vniuerſalis cum inferiorib. & vniuerſaliter loquendo, ſuperiora ſunt de quidditate inferiorum: ſed albũ vt albũ, non identificatur cum Petro,& Paulo; ſed homo identificatur, nec quæ ſunt de quidditate albi, ſunt de quidditate Petri, ſed ſolũ, quę ſũt de quidditate hominis: ergo Petrus & Paulus ſolum ſunt inferiora hominis.

2. Argum. Secundò, vniuerſale prædicari poteſt immediatè de inferiorib. reſpectu quorũ habet rationem vniuerſalis, ſed albũ non põt immediatè ꝓdicari de Petro, & Paulo, qui aſſignantur eius inferiora, ergo nõ eſt vniuerſale reſpectu illorum. Min. probatur, quia albũ prius prædicatur de hoc & de illo albo, deinde verò, quia Petrus eſt albus, prædicatur de Petro, ergo &c. Probatur antecedens, nã immediatius dicit albũ reſpectum ad id, quod hẽt formã ſuam determinatẽ, quã ad id, cui hæc forma determinata conuenit, ſed hoc album habet alibi formã determinatam & non Petrus, ergo prius de illo, quam de Petro dicit. Probatur antecedens, quia Petrus non determinat formam albi in eo, quod Petrus, ſed hoc album. Et confir. hoc arg. Confir. 1. Nam albũ id reſpicit, vt prædicabile immediatius, à quo fuit abſtractum, ſed non fuit abſtractum à Petro & Paulo, ſed ab hoc & illo albo, ergo hoc & illud album immediatius reſpicit. Et ita hæc ſunt inferiora illius, ſed horum reſpectu non eſt quintum prædicabile, ſed ſpecies; ergo quintum prædicabile, eſſentialiter nõ eſt vniuerſale. Et confir. ſecũdò; Confir. 2. Nullum vniuerſale poteſt prædicari, niſi de his, à quibus abſtrahitur, ſed non abſtrahitur à Petro,& Paulo, ergo de illis nequit prædicari. Maior patet, quia in illis eſt,& nõ in aliis, ſed non prædicatur de his, in quibus non eſt, ergo nec de illis, à quib. nõ abſtrahitur, nõ ergo datur quintũ prædicabile, maximè, qđ ſit eſſentialiter vniuerſale.

3. Argum. Tertiò arguitur, & explicatur magis præcedens argumentum. Quia ratio albi, vt ſic, vel abſtrahitur ab homine & equo, v.g. vt ſũt formaliter albi, & ſimiles in albedine, & hoc non, quia hac rõne album eſt ſpecies Vel reſpicit hominem,& equum ſecundũ ſe, vt præſcindunt ab albedine, & hoc non, quia impoſſibile eſt abſtrahere ab inferioribus rationem aliquam, à qua ipſa præſcindant,& quam in ſe non includant.

Solutio. Reſpondebis, quod, cum album prædicatur de hoc albo, præſupponitur in ſubiecto, vt rõ formalis albedo, & ita ꝓdicatur quidditatiuè de illo, qñ verò prędicatur de homine accidentaliter, præſupponitur in ſubiecto, per modum conditionis ſine qua non prædicaretur de ſubiecto.

4. Argum. Replica. Sed contra, & ſit quartum argumentum. Quia id, reſpectu cuius cõſtituitur quintum prædicabile, eſt ipſum ſubiectũ, & omnino in ſua ratione excludit accidens: ergo falſum eſt, quod albũ prædicetur de ſubiecto, vt includente albedinem, accidentaliter, & tanquam conditionem, ſine qua non. Antecedens patet: quia reſpectu

Digitized by Google

ſpectu illius conſtituitur formaliter vniuerſaliter, reſpectu cuius poteſt affirmari, & negari, ipſo manente, ſed tantum de ſubiecto excludente accidens: & vt excludit, poteſt affirmari, & negari: ergo de quo prædicatur, eſt ſubiectum, vt excludit albedinem, ſed reſpectu illius, vt ſic, non poteſt eſſe vniuerſale: igitur non eſt eſſentialiter vniuerſale quintum prædicabile.

5. Argum. Quintò: Omne vniuerſale debet eſſe vniuocum reſpectu ſuorum inferiorum, ſed quintum prædicabile nõ eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior probatur, nã propter ea ens non conſtituit aliquod prædicabile, quia eſt analogum. Sed minor probatur: Nam Ariſt. cap. de ſubſtantia dicit, accidens non eſſe vniuocum reſpectu ſubſtãtiæ, cum reſpectu illius non prædicetur, nomine & ratione, ergo ponendum eſt accidens quintum vniuerſale.

6. Argum. Sextò arguitur: Omne vniuerſale poteſt prædicari de multis, antequam à parte rei exiſtat in multis, ſed accidens non eſt huiuſmodi, ergo non eſt vniuerſale. Maior patet, nã hæc eſt vera prædicatio, Antichriſtus eſt homo, eſt animal, eſt rónalis, eſt riſibilis, & ſic de aliis, antequam exiſtãt. Minor probatur: Nam hæc eſt falſa: Antichriſtus eſt albus, eſt niger, non exiſtente Antichriſto, ergo &c.

7. Argum. Septimò arguitur: Accidens, v.g. albũ, ſi abſtrahitur à Petro, & Paulo, nõ poteſt abſtrahi abſtractione totali, ſed abſtractione formali, ſed id, quod abſtrahitur abſtractione formali, non prædicatur de re abſtracta, vt eleganter oſtendit Caie. q. 2. de Ente, ergo nullo mõ eſt accidens quinti prædicabilis. Maior probatur, quia album formaliter dicit formam accidentalem Petri, & ita ſi debet ab illo abſtrahi, debet eſſe, vt abſtrahitur forma à ſubiecto. Maximè, quia album non eſt totũ reſpectu Petri, nec eſt pars ſubiectiua, & ita non poterit prædicari de illo. Et probo hoc, quia pars ſubiectiua dicit oẽ, quod ſuum totum, & addit aliquid aliud, vt patet in homine, & Petro, in animali & homine, ſed Petrus non dicit totum, quod albũ, addendo aliquid albo, quin potius dicit minus, ergo nõ eſt totũ vniuerſale reſpectu illius, & ita nõ poterit de illo prædicari.

8. Argum. Octauò arguitur: Album dicit compoſitum ex corpore, & albedine, ſed Petrus non eſt compoſitus ex corpore & albedine, ergo hæc prædicatio erit falſa, Petrus eſt albus, id eſt, compoſitus ex corpore & albedine. & idem erit dicendum de aliis prædicationibus accidentalibus, ergo nõ poterit prædicari accidens in concreto de ſubiectis accidentibus; & ita non erit vniuerſale. Et confirmatur. Nam accidens *Confir. 1.* in communi, vt ponitur ſpecies vniuerſalis, non prædicatur de multis accidentaliter, hæc enim prædicatio: Petrus eſt accidens, Hieronymus eſt accidens, eſt falſa, & ita in aliis, maximè, quia accidens dicit formaliter ſecundam intentionem, ergo &c. Et confirmatur ſecundò: Nam album denominatiuè eſt accidens, ergo nõ *Confirm. 2.* eſſentialiter, & id, quod eſſẽtialiter eſt accidens, eſt quod dicit ſecundam intentionem accidentis in concreto, ſed illud nõ prædicatur accidentaliter de multis, ergo &c.

Controuer. Opin. Antiquorum. Partem negatiuam quæſtionis tenent aliqui antiqui, quos ſequitur Canterus c. 4 prædicabilium, qui & pro ſe citat Alexãdrum, & Ammonium. Suarez in ſua metaph. diſput. 6. q. 4. nu. 4. dicit propium *2. Opi. Suarez.* & accidens nõ eſſe propriiſſimè vniuerſalia, qa propriiſſima vnitas vniuerſaliũ eſt reſpectu eorũ, q̃ ſub illa eſſentialiter continentur, quia debet eſſe in illis per identitatem, quatenus de illis prædicatur, qđ verum nõ eſt propriiſſimè, niſi in vniuerſalibus, quæ ſunt eſſentialia ſuis inferioribus. Hæc latius & diffuſè ſine diſputandi arte, vt ſolet, ibidem affirmat. Sed vt, quod verum ſit, doceamus, præmittendũ exiſtimo: Primò in præſenti inquiri, an, ſicut genus eſſentialiter eſt vniuerſale, & hẽt ſua inferiora ad quæ referatur eſſentialiter, ita & Accidens vniuerſale; ſed vt hoc explicemus, non dubitamus in prẽſẽti, an materialia accidentis ſint eſſentialiter vniuerſalia. *Explicatur in quo cõſiſtat difficultas præſentis controuerſiæ.* Conſtat enim quod albũ reſpectu hois & equi accidẽtaliter eſt 5. p̃dicabile, ſicut animal reſpectu hominis, & equi accidentaliter eſt genus, quæ omnia conſtabunt ex dictis q. 2. intẽtionũ. Sed hoc in dubium vertimus, vtrum conſiderando intentiones accidentis in cõi, & accipiendo eius materiale (quod non eſt vnicum, niſi eo modo, quo de genere di-

ctur

ctum eſt, habere vnum materiale) vt ſtat ſub formali, conueniat illi, eſſentialiter eſſe vniuerſale, & an ratio vniuerſalis reperiatur in illo, ſicut in genere & ſpecie reperitur: an verò accidentaliter & impropriè ſit vniuerſale. Et quia hæc intentio vniuerſalis non poteſt fundari, niſi in re, quæ habeat inferiora, conſequenter inquirimus, an materiale v.g. album, habeat inferiora: nam ſi non habet, non poterit induere intẽtionem vniuerſalis quinti: nec dabitur intentio ſecunda, quæ conſtituat quintum prædicabile, ſi res illa nõ poſſit habere inferiora. Et etiam volo in hac parte præmittere, accidens quintum prædicabile habere debere rationẽ vniuerſalis, ex eo, quod eſt in multis, rationem verò talis vniuerſalis, quia taliter eſt in multis,

Obſeruatio Auctoris.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra relatas opiniones.

PRima concluſio: Si loquamur de ſecũda intentione accidentis in abſtracto, quam poſſumus vocare accidentalitatem eſſentialiter, eſt vniuerſale, vt quo, i. eſt forma, qua conſtituitur vniuerſale, & tale vniuerſale. Sicut enim genereitas eſt forma, qua aliquid conſtituitur genus, & paternitas, qua aliquid cõſtituitur pater, ita accidentalitas eſt forma, qua aliquid conſtituitur in eſſe quinti prædicabilis. Probatur hæc concluſio: Nam abſtracto albo à Petro, & Paulo per cognitionem, illud album poteſt affirmari de Petro, & Paulo, quę ſunt multa: ergo manet vniuerſalis. Et quia affirmatur de illis, quibus forma prædicati accidentaliter conuenit, nõ dimanans ab eſſentia rei, debet eſſe vniuerſale alterius ſpeciei à genere, ſpecie, differentia & proprio; & hoc vocamus quintum prædicabile: ſed album non hẽt eſſe tale vniuerſale ex ſua eſſentia: ergo ab aliquo alio hoc habet. Hæc autem forma, quæ tribuit albo eſſe tale pdicabile, vocatur accidentaliter: ergo eſt eſſentialiter vniuerſalis, vt quo, id eſt tribuens eſſe vniuerſale albo, & idem eſt dicendum de reliquis ſubſtratis huius prædicabilis.

2. Concluſ. Contra prę fatos auctores.

Secunda concluſio: Accidens in cõcreto eſſentialiter eſt vniuerſale, vt quod: ſicut. n. genus eſſentialiter eſt vniuerſale, quia refertur ad ſpecies: ita accidens eſt vniuerſale, quia refertur ad ſua inferiora accidentalia. Sed eſt aduertendum, quod illa inferiora, vt ſunt terminus huius relationis, & intentionis accidẽtis, induũt aliquam ſecundam intentionem ſubiecti, ſcilicet, inferioris accidentaliter, ſecũdũ quam intentionem ſunt formalis terminus quinti prædicabilis. Probatur: Nam accidens quintum prædicabile eſſentialiter reſpicit inferiora: ergo eſſẽtialiter eſt vniuerſale, & per ſe Conſequentia eſt bona, & probatur antecedens. Nam illa, ad quæ refertur v.g. album, quod, vt habet intentionem accidentis, ad Petrum, & Paulum refertur, inferiora ſunt: Nam album ad plura ſe extendit, quam Petrus: ergo eſt illi ſuperius. Et idẽ poteſt colligi in reliquis ſubſtratis, quatenus habent intentionem accidentis: ergo erit vniuerſale.

Obſerua.

3. Concluſ. Contra eoſdem & Fr. Maſſium.

Tertia concluſio: Accidens in communi, non prædicatur accidentaliter, ſi prædicari accipiatur pro affirmari, in quo & fallitur Maſſius, ſecunda concluſione quęſtionis illius, an accidens ſit vniuerſum, nec ne. Probatur concluſio: quia hæc prædicatio eſt falſa, Petrus eſt accidens, Paulus eſt accidens; bene tamen prædicatur de ſuis inferioribus, ſi prędicatio accipiatur formaliter pro hoc, quod eſt referri relatione quinti prædicabilis. Nam cũ eſſentia accidentis in communi ſit eſſe qd̃dam relatiuum rationis particulare, hẽt eſſentialiter referri ad ſua correlatiua, q̃ ſunt illa ſubiecta, cui accidit ſubſtratum huius intentionis. Et ſicut dictum eſt ſupra, genus eſſe, quod prædicatur de pluribus differẽtib. ſpecie, id eſt, quod refertur relatione prædicabilis, ad ea quæ materialiter differunt ſpecie, vt habeant intentionem ſubiicibilis ad genus: ita accidens eſt, quod prædicatur de pluribus in quale merè accidẽtale, id eſt, quod refertur ad plura relatione prædicabilis accidentalis, quæ plura terminãt hãc relationem, vt habent intentionem, talis ſubiicibilis. Et hæc eſt eſſentia accidentis, vt hic conſideratur à logico. Exercitium autem prædicationis pro affirmatione, & negatione fit ĩ particulari, vt Petrus eſt albus, Ioannes eſt albus. Vt autem hæc, quæ pro funda ſunt, plenius intelligas, vide quę diximus ſupra q. 4 & 5.

In quo conſiſtat eſſentia accidentis.

4. Concluſ. Cõtra Suarez.

Quarta concluſio, quæ ſequitur ex dictis contra Suarez, eſt huiuſmodi. Acci-

dens & proprium ſunt propriiſſimè vni-
uerſalia. Probatur concluſio: Nam pro-
prium,& accidens ſunt ſpecies vniuerſa-
lis:ergo ſũt propriiſſimè vniuerſalia. Cõ
ſequentia probatur; nam ſi equus eſt ſpe
cies animalis propriiſſimè,eſt animal,ge
nus enim propriiſſimè participatur à ſpe
ciebus:quia participatur ſecundum ſuam
eſſentiam,eſſentia autem non poteſt non
propriiſſimè participari ab his,in quibus
eſt eſſentialiter. Aliud enim eſt non parti
cipari modo perfectiſſimo,aliud non par
ticipari propriiſſimè. Nam verum eſt,q̃d
genus perfectius participatur ab vna ſpe
cie, quam ab alia propter perfectiorem
differentiam: propriiſſimè tamen ab om-
nibus ſpeciebus participatur:nã non par
ticipari propriiſſimè diminuit aliquid de
perfectione eſſentiali. Illud enim,quod
non eſt propriè tale,non eſt eſſentialiter
tale. Sed primum illud antecedẽs proba- *Obſerua.*
tur ab omnibus logicis:qui quinque vni
uerſalium conſtituunt ſpecies, de quo in
ſuperioribus ſatis dictum eſt. Præterea
probatur cõcluſio: quia propriiſſimè ſũt
prædicabilia:ergo propriiſſimè ſunt vni
uerſalia. Conſequentia patet, cui conue-
nit paſſio propriiſſimè,& eſſentia. Sed an
tecedẽs probatur:quia hæc propriiſſima
prædicatio eſt:Petrus eſt albus,Petrus eſt
riſibilis:affirmatur enim ibi vnũ de alio,
vt formale,quod ſufficit ad propriiſſimã
prædicationem.

5. Concluſ. Quid requiratur, vt accidens eſſentialiter ſit vniuerſale.

Quinta concluſio: Vt accidens ſit eſsẽ
tialiter vniuerſale,non eſt neceſſe, quod
ſua inferiora includant eſſentialiter illud
quod affirmatur de illis prædicatione hu
ius prædicabilis. Volo dicere, quod, vt al
bum fundet intentionem quinti prædica
bilis,non eſt neceſſe,quod Petrus,de quo
affirmatur hoc genere prædicationis, eſ-
ſentialiter,claudat illud,ſed ſufficit,quod
habeat reſpectum ad formale, cui accidẽ
taliter coniungitur. Quod eſt dicere,ſuf-
ficit,vt accidentaliter formale albi cõiũ-
gatur Petro,& Paulo. Probatur concluſ.
Nam vniuerſale in ſua ratione non dicit,
niſi quod ſit vnum in multis,nec determi
nat modum,quo debet eſſe in illis,ſi eſsẽ
tialiter,vel accidentaliter, quidditatiuè
vel alio modo:hoc n. pertinet ad differẽ-
tias ſpecificas vniuerſalium, quæ ſpecie
differunt penes diuerſum modum eſſendi
in illis,& penes diuerſum modum referẽ
di ad ſua inferiora: ergo &c. Præterea:
Nam ſequitur,quod non ſint,niſi tria vni
uerſalia,genus,ſpecies & differentia:hoc
autem eſt falſum, & contra omnes logi-
cos: ergo ad rationẽ veri vniuerſalis nõ
requiritur,quod includatur eſſentialiter
in ſuis inferioribus. Minor probatur;nam
omnis ferè ſchola cum Porphyrio ponit
quinque vniuerſalia, & Ariſtoteles hoc
ipſum aſſerit i Topicis, vbi ſupra:& quia
res conſtat, nolo plures rationes addu-
cere.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Quæ ſint inferiora, quæ Accidẽs 5. prædicabilis eſſentialiter reſpicit.

AD primum reſpondetur,hoc vniuer
ſale habere inferiora, verbi gratia,
album, ſecundum quod induit rationem
quinti prædicabilis, habet inferiora non
hoc album,& illud, quia reſpectu illorũ
non eſt accidens, ſed prædicatum eſſen-
tiale:ſed habet inferiora, nimirũ, Petrus
& Paulus,cui albedo in cõcreto accidit,
nec oritur ab eorum eſſentia,cui etiam ac
cidit album,ſecũdum quod dicit compo-
ſitum huic,non compoſitum ex his, vt di
ctum eſt. Et hæc inferiora accidentaliter
determinant albedinem in concreto. Et
hæc individua ſeu inferiora,q̃ ſunt per ac
cidens determinatiua illius formæ in con
creto,ſunt per ſe inferiora quinti prædi-
cabilis:nam quintum prædicabile per ſe
exigit ea inferiora, quæ accidentaliter
determinant formam prædicati acciden
talis.

Doctrina exquiſita ſatis deciſionis ſacta.

Sed,vt magis intelligas, aduerte, vni-
uerſale in genere non dicere, niſi vnum
in multis,& de multis,abſtrahẽdo ab hoc
quod eſt de illorum eſſentia. Poſtea verò
ratio vniuerſalis determinatur per diuer
ſum modum ſpecificum eſſendi in ſuis in
ferioribus. Vnde ſequitur, quod non om-
ne vniuerſale eſſe debeat de eſſentia ſuo
rũ inferiorum:& ita licet albũ non ſit de
eſſentia Petri, prædicatur tamen de illo,
accidentaliter:& Petrus eſt inferius acci
dentaliter ad album,quia albedo accidẽ-
taliter illi coniungitur,nec ex eius naſcitẽ
eſſentia. Et hæc inferiora accidẽtalis ſũt
de eſſentia huius quinti prædicabilis: qa
cum ſit vniuerſale accidẽtale,ſua inferio
ra debent accidentaliter cõiũgi cum for
ma

ma importata per vniuerſale: nihilominus ſuam ſpecié ſumit in ordine ad huiuſmodi inferiora. Et hæc ſunt per ſe inferiora illius, ſicut prædicatio accidentalis eſſentaliter differt à prędicatione eſſentiali, & tamen de ratione prædicationis accidentalis per ſe eſt prædicatum accidentale, & hoc prædicatum accidentale per ſe eſt huius prædicationis. Eodem modo quintum prædicabile eſt prædicabile, quod accidentaliter de ſuis inferioribus prædicatur in particulari: nihilominus illa inferiora accidentalia ſunt per ſe inferiora illius. Cum hoc tamen ſtat, quod accidens quintũ prædicabile ſit eſſentialiter vniuerſale, ad quod ſufficit, quod habeat inferiora accidentalia, quæ ſunt de illius ratione: nec inconuenit, Petrum & Paulũ eſſe etiam inferiora hominis, quia hoc habent diuerſis rationibus. Quatenus enim coniungitur albedo accidentaliter Petro & Paulo, ſunt inferiora albi. quatenus vero eſſentialiter includunt hominem, vt quoddam totum, dicens illorum eſſentiã, ſunt hominis inferiora: & etiam ſunt inferiora riſibilis, & rationalis diuerſis rationibus, vt ſupra viſum fuit.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod albũ prędicatione accidentali immediatè prædicatur de ſuis inferioribus accidentaliter conuenientibus: prædicatione verò eſſentiali immediatè de ſuis inferioribus, quibus eſſentialiter conuenit. Cum quo tamen ſtat, vt dicat conuenientiam & reſpectum prius ad inferiora, quibus eſſentialiter conuenit, quam ad inferiora, quibus conuenit accidentaliter: quia omne, quod eſt per accidens, reducitur ad illud, quod eſt per ſe; hoc tamen non tollit rationem vniuerſalitatis à quinto prædicabili. Et per hoc patet ad confirmat. Nam album, vt prædicatum accidentale, fuit abſtractum ab hoc, & illo albo: ex quo liquet, quid dicendum ſit ad ſecundam confirmationem.

Ad 1. Confirmat. *Ad 2. Confirmat.*

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, ſolutionem ibi aſſignatam rectam eſſe.

Ad 4. Ad quartum reſpõdetur, ſubiectum in ſua ratione non includere accidens, vt rationem formalem conſtitutiuam illius in ratione ſubiecti, quando prædicatio eſt quinti prædicabilis. Quia nullum prædicatũ de alio prædicatur, niſi ſit in illo: & ita poteſt affirmari, & negari de ſubiecto, ipſo ſubiecto manente, quia non coniungitur illi, vt ratio formalis cõſtituens ſubiectum, ſed vt conditio illius. Vt autem negetur, non debet habere illã conditionẽ: vt verò affirmetur accidentaliter ſic.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod album reſpectu Petri, & Pauli ſit vniuocum accidentaliter: importat enim illis vnam rationem accidentalẽ. Ita D. Th. primo contra Gent. cap. 33. ratione 3. Quod autem affirmat Ariſto. cap. de ſubſtantia, hoc eſt, nimirum, accidens non dici de ſubſtantia nomine & ratione eſſentiali:

Ad 6. arg. Ad ſextum argumentum reſpondetur: vt ſit vniuerſale actu & prædicabilis, ſeu affirmabilis actu, eſt neceſſe, vt actu natura illa ſit in ſuis inferioribus, vt autem vniuerſale ſit affirmabilis aptitudine, ſufficit, quod poſſit eſſe in ſuis inferioribus, & tamen differencia inter hoc vniuerſale quintum, & reliqua, quod vt prædicatio actualis huius prędicabilis vera ſit, eſt neceſſe actu cõuenire in exiſtentia prædicatum ſubiecto ſuo. Vt enim hæc prædicatio ſit vera, Petrus eſt albus, Paulus eſt albus, neceſſarium eſt prædicatum actu exiſtentia reali conuenire ſubiecto, quia eſt prædicatio accidentalis, & non per ſe: & ita debet prædicatum cõuenire ſubiecto pro differentia temporis, quam importat. Prædicationes verò reliquorũ prędicabilium, quia prædicata ſunt per ſe in primo, vel ſecundo modo conſtituunt propoſitiones æternę veritatis: & ita ſemper verę ſunt, etiam ſubiectis non exiſtentibus. Vnde hęc eſt vera ſemper, homo eſt animal, eſt rationalis, & riſibilis, Petrus eſt homo. Sed hic nota: quod etiam, ſingularibus non exiſtentibus, à phantaſmate roſæ poſſum abſtrahere naturam cõem roſæ, & illa erit vniuerſalis non actu conueniens inferioribus i exiſtentia, ſed quæ reſpicit inferiora poſſibilia, ſicut ipſa natura eſt poſſibilis.

Quid requiratur, vt aliquid ſit actu vniuerſale ex quid potentia tãtum.

Obſerua.

Ad 7. arg. Ad ſeptimum reſpondetur: album à Petro, & Paulo abſtrahi, vt dictũ eſt, abſtractione totali Si enim abſtractione formali tantum abſtraheretur, non prædicaretur de re abſtracta, vt eleganter oſtendit Caietanus in loco citato in argumentum in proœmio de Ente. Nota 3. in qua re Maſius non placet quæſtione prima, ſint tantum

Refellitur magiſter Maſius. cum quinque voces vniuerſæ, argumẽto 4 quo numerum prædicabilium probat: vbi dicit abſtractionem formalem ſuppeditare nobis quartum & quintum prædicabile. Non placet, inquam, quia quod ab ſtractione formali, vt ſic, abſtrahitur, nõ eſt vniuerſale, & totum, ſed pars. Et hæc abſtractio eſt oppoſita 4. abſtractioni totali vniuerſalis conſtitutiuæ, conſtitutiuæ, inquam, ſaltem fundamentaliter. Et quia hæc eſt abſtractio prædicati accidentalis, quod non eſt in rei eſſentia, non eſt neceſſe, vt ſubiectum dicat totũ, quod prædicatum, & aliquid amplius.

Ad 8. *Excluditur quorũdam ignorantia.* Ad octauum vt aliquorum ignorantiam expellamus, reſpondetur, album nõ dicere compoſitum ex corpore & albedine, tanquam ex partibus album conſtituentibus: ſicut componitur homo ex materia, & forma, quia tunc hæc eſſet falſa prædicatio, corpus eſt album: quia faceret hunc ſenſum, eſt compoſitum ex corpore & albedine. Quinimo ſequeretur, nullum tale compoſitum poſſe definiri, nec in prædicamento collocari: & tamen conſtat, definiri Sacramentum, terminum, & quale in prædicamento quãtitatis collocari, ſaltem metaphyſico. Quinimo Ariſtoteles in logica, capite de qualitate, dicit de qualitate, & quali: vnde album ſolum dicit compoſitum huic, hoc eſt albedinem in concreto & corpori coniunctam, & corpus importatur, vt additum, & vt materiale: & hac ratione ſupponit, ſeu accipitur pro illo: & ita definiri poteſt, & in prædicamentis collocari. Sed de hoc dicemus in prædicamentis. Ad primam & ſecundam confirmationem patet ex primis concluſionibus.

QVAESTIO LXXX.

Vtrum accidens quintum prædicabile immediatius prædicetur de ſpeciebus, quam de indiuiduis.

1. Argum. PARS affirmatiua probatur primò, ex Porphyrio, qui c. de cõmunitatibus aſſignat conuenientiam, inter accidens, & genus: quod ſicut hoc de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, ita illud: ſed differũt; quod genus prædicatur, in quid, accidẽs vero in quale tranſmutabiliter. Tunc ſic: ſed genus prius prædicatur de ſpeciebus, & immediatius, quam de indiuiduis: ergo & idem habet accidens quintum prædicabile.

Secundò: Nam quando aliquod accidens ineſt pluribus, & vni non ratione alterius, conuenit illis rõne alicuius cõmunis per ſe reperti in omnibus: ſed in omnibus coruis reperitur nigredo: ergo conuenit illis, quia corui sũt, atque adeo nigredo immediatius prædicatur de coruo, quam de hoc coruo. Maior patet ex Ariſtotele primo poſteriorum cap. 12. & 13. Conſequentia probatur: nam eſſe nigrum eſt accidens commune oĩbus coruis: ergo conſequitur ad aliquam cauſam communem omnibus illis: & ita prædicabitur immediatius de illo, cui illa cauſa cõuenit. Et idẽ argumentum fieri poteſt de omni accidenti multis communi. Dices, nigredinem corui competere omnibus coruis, ratione cuiuſdam complexionis indiuidualis communis omnibus coruis: ſed contra: nam accidẽtia indiuidualia non cognoſcuntur in natura communi, vt communis eſt, vſque dũ deſcendamus ad indiuidua, ſed eſſe nigrum eſt cognoſcibile de coruo, ante deſcenſum ad indiuidua: vnde hæc eſt vera, coruus eſt niger, abſtrahendo ab hoc & illo coruo: ergo, &c. Et confirmatur. Nam conditiones indiuiduantes ſunt cuilibet indiuiduo propriæ: ergo nulla complexio indiuidualis poteſt eſſe communis, ad quã corui nigredo conſequatur. *2. Argum.* *Solutio.* *Replica.* *Confirm.*

3. Argum. Tertiò Hæc eſt prædicatio accidentalis, Petrus eſt coloratus, Ioannes eſt coloratus: & tñ non prædicatur coloratum immediatè de Petro, & Paulo: ergo &c. Probatur minor: quia immediatius prædicatur de corpore mixto: item immediatius prædicatur de albo, quam de Petro, quia determinatur eſſentialiter per album, & non per Petrum: ergo &c.

4. Argum. Quarto. Iſtæ prædicationes ſunt quinti prædicabilis, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, & tamen animal vt ſic, & homo vt ſic, non ſunt indiuidua: ergo iam accidens quinti prædicabilis, non prædicatur immediatè de indiuiduis. His argumentis

Controuerſia. mentis conuincuntur aliqui, & cẽſent accidens, quintũ prædicabile immediatius referri ad commune, de quo immediatè prædicatur, & ratione huius refertur ad *1. Opinio.* indiuidua, & de illis prædicatur. Et ſicut genus, conſtituitur per prædicari de pluribus differentibus ſpecie, ita accidẽs: ſed eſt differentia, quod accidens accidentaliter prædicatᷓ, genus quidditatiuè. Alii *2. Opinio.* dicunt accidens cõſtitui vniuerſale in ordine ad plura, ſiue illa ſint ſpecies, ſiue indiuidua. Nã aliquando accidens prædicatur de pluribus differentibus ſpẽ, aliquãdo ſolũ de pluribus differẽtibus numero.

Deciditur quæſtio.

1. Cõcluſ. Cõtra præfatas opiniones. Reſpondetur, accidens, vt quintũ prædicabile eſt, immediate prædicari de indiuiduis, & ratione illorum prædicari de ſpeciebus. Ita D. Tho. de ente, & eſſentia in fine, & ibidem Caietanus, q. 17. Soto capite de accidẽti ad 4. & Porphyrius id aperte docet ca. de communitatibus, & probatur primo rõne, & authoritate *Locus Ariſt. vrgẽs pro concluſione.* Ariſtotelis ca. de ſubſtantia: vbi dicit, primas ſubſtantias eſſe maximè ſubſtantias, quia primo & per ſe ſubſtant accidentibus, ſecũdæ vero ſubſtantiæ, nõ niſi quatenus ſũt in primis: igitur, cui primò cõuenit accidens, eſt prima ſubſtantia, quæ eſſentialiter eſt indiuiduũ: ergo accidens primò prædicatur de prima ſubſtãtia. Et 10. metaph. capit. 12. ait, Homo eſt albus, quia Callias eſt albus: ergo hoc prædicatum albũ prius prædicatur de Petro, quã de homine. Præterea, accidens, quod pertinet ad quintum prædicabile, nec eſt eſſentia rei, nec pars eſſentiæ, nec propria paſſio illius, cuius eſt accidens: ergo accidens non conuenit rebus immediatè ratione eſſentiæ: ſed ratione conditionum indiuiduantium: nam nihil aliud ſupereſt, ratione cuius conuenire poſſit, & ita immediatius conſtituetur vniuerſale per ordinum ad indiuidua, quia immediatius de illis erit prædicabile. Prædicabilitas n. que modũ eſſendi cõſequitᷓ. Præterea: Nam ridere, intelligere diſcurrendo, ſũt hominis accidentia, ſed hæc non poſſunt conſtitui in ratione prædicabilis per ordinẽ ad diuerſas ſpecies: ergo non eſt de ratione huius vniuerſalis, vt conſtituatur per ordinem ad ſpecies: ſed per ordinẽ ad indiuidua. Maior patet, quia nec ſunt eſſentia, nec paſſio, ſiquidẽ non ſẽper cõueniunt. Minor probatur: quia non cõueniunt diuerſis ſpeciebus, ſed ſolũ vni: & conſequẽtia probatur: quia eſſentialiter in illis ſaluatur rõ, & eſſentia quinti prædicabilis. Sed dices, quod conſtituitur in *Solutio.* ordine ad illa vniuerſale, non quatenus ſunt indiuidua, ſed quatenus ſunt inferiora: eſſe autem inferius non eſt idẽ, quod eſſe indiuiduum, ſiquidem reperitur rõ inferioris etiã in ſpeciebus in ordine ad genus. Sed Contra, nã intelligibile eſt in *Impugnat.* uenire ibi rationem inferioris: niſi quatenus illa ſunt indiuidua, quia vt ſic determinant rationem ſuperioris: ergo conſtituitur vniuerſale illud in ordine ad indiuidua. Dices, q̃d terminus illius relatio- *Solutio.* nis quinti prædicabilis eſt inferius, ſiue ſit indiuiduum, ſiue ſpecies. Contra: nam *Impugnat.* accidens quintum prædicabile immediatius conuenit indiuiduis: quia nõ oritur ex eſsẽtia, nec eſt pars eſsẽtiæ, aliàs erit, vel genus, vel ſpecies, vel proprium, vel differentia: ergo mediatius prædicatᷓ de illis, & oĩa alia prædicata accidentalia, q̃ licet reuera non ſint accidens, debẽt ſeruare hunc prædicandi modũ, vt prius de indiuiduis affirmentur, quia prius illis cõueniũt, cũ nõ ſint eſſentia, nec illius pars, nec oriantur ex eſſentia. Nam ſi ex eſſentia orirẽtur, iã eſſent propriæ paſſiones, vt eſſe lignum prius conuenit huic cathedræ, quam cathedræ, & ſic in aliis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod aliquod accidẽs pluribus põt ſpecieb. competere, ſicut albedo homini, & equo, verũ de illis prædicatur mediatè mediãte prædicatione indiuiduorũ. Sicut n. genus prædicatur de indiuiduis mediis ſpeciebus: ita accidens de ſpeciebus mediis indiuiduis, & ſicut genus nõ cõſtituitᷓ tale in ordine ad indiuidua, ita accidẽs non cõſtituitᷓ in eſſe talis per ordinẽ ad ſpẽs, & nihil aliud voluit Porphyrius dicere.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, ſolutionẽ ibi datam eſſe optimam. Ad replicam re- *Ad replicam.* ſpondetur, prius intelligere nos nigredinẽ huic cõpetere coruo, q̃ intelligamus coruo cõuenire, quia merum eſt accidẽs, de quo in poſterioribus redibit ſermo.

Ad Confir. Ad confirmationẽ reſpõdetur, quod omnes conditiones indiuiduantes pro[illegible]

ſine

Digitized by Google

ſint indiuiduo vni, ſed tamen aliqua complexio indiuidualis poteſt eſſe in vno, & in alio reperiri alia ſimilis complexio, & ita in coruis contingit.

d 3. arg. ſſe colora i cui pri- id conue- iat, vni- rſali, uel rticula- corpori.

Ad tertium reſpondetur, quod ſi coloratum ſit propria paſſio corporis mixti, immediatius prædicatur de corpore mixto prædicatione per ſe in 2. modo perſeitatis, prędicatione verò quæ dicat exiſtentiam, prius prædicatur de ſingularibus, & de hoc & illo corpore: quia exiſtencia prius conuenit huic corpori, quã corpori. Et idem eſt dicendum, ſi ſit accidens quinti prædicabilis. Sed de hoc dicemus amplius ca. de ſubſtantia. Ad aliã probationem dicimus, quod albũ poteſt ſumi materialiter, & tunc idem eſt, quod Petrus, & eſt prædicatio quinti prædicabilis. Alio modo poteſt ſumi formaliter, & ſic illa prædicatio non eſt quinti prædicabilis: nam albũ eſt eſſentialiter coloratũ, ſicut albedo eſſentialiter eſt color. Nos autẽ dicimus indiuiduum eſſe immediatè ſubiectum accidentis, & de illo immediatè prædicari, & ad illud immediatè referri, nõ verò vt genus, vel ſpecies. Vnde cũ accidens cõmunicetur quidditatiuè prius inferioribus quidditatiue cõtentis ſub illo, accidentaliter tamẽ immediatè communicatur indiuiduis: & nulli alteri prius hac ratione communicatur.

Ad 4. arg.

Ad quartum reſpon quod illa vniuerſalia æquiualent ſingularibus: quia ſupponunt ſimplici ſuppoſitione. Vnde, ſicut reſpectu huius, Petrus eſt albus, non eſt aliquid, ad qđ deſcendatur vlterius, ita nec in illis, hõ eſt ſpecies, animal eſt genus. Vnde contradictoriæ aſſignantur, ſicut ſi eſſẽt verè termini ſingulares: & sũt iſtę, homo non eſt ſpecies, animal nõ eſt genus, & ſi non ſe haberent ſicut ſingularia, deberet apponi diſtributio, nullus homo eſt ſpecies, nullum animal eſt genus.

QVÆSTIO LXXXI.

Vtrum ſit neceſſe, vt illa plura, de quibus accidens prædicatur, ſint realiter diſtincta.

Controuerſia. 1. Opinio.

IN hac quæſt aliqui cenſent, nõ eſſe neceſſe, vt aliquid ſit vniuerſale quintum, habere plura indiuidua realiter diſtincta, ſed ſufficiat formaliter eſſe diſtincta. Et ita dicunt hanc prædicationẽ eſſe quinti prædicabilis, hoc corpus eſt album, hoc viuens eſt album, hoc animal eſt album, hic homo eſt albus, loquẽdo de gradibus exiſtentibus in eodem Petro, quia illa ſunt plura indiuidua ſaltem formaliter diſtincta, licet materialiter ſint idẽ: ergo accidens eſt vniuerſale reſpectu illorum plurium. Probatur conſequentia, quia prædicatur de multis formaliter diſtinctis. *Argum.*

Confirm. Et confirmatur hoc argumentum. Nam intellectus eſſentialiter prædicatur, vt genus de intellectu practico, & ſpeculatiuo, de agente & poſſibili intellectu: ſed conſtat huiuſmodi intellectus, non eſſe realiter diſtinctos, ſed vel formaliter, vel ratione noſtra: ergo &c. Sed profectò hæc opinio eſt ridicula. Et argumentor contra illam. Nam ſequitur, hoc album eſſe prædicabile, & vniuerſale quintum. Conſequens eſt abſurdum, quia eſt ſingulare, vniuerſale autem & ſingulare incõpatibiles rationes dicunt, vt ſupra viſum fuit; ſequela probatur. Nam hoc album prædicatur de illis multis, quæ dicunt huius ſententiæ authores ſufficere, vt aliquid ſit vniuerſale: ergo &c. Probatur antecedens. Nam hoc corpus eſt hoc albũ, & hoc viuens eſt hoc album, & hic homo eſt hoc album: ergo ridenda eſt hæc ſententia. *Refellitur præcedens opin. & ſu ſtinetur. 2 Opin. contraria.*

Quid requiratur vt aliquid ſit vniuerſale.

Præterea, vt aliquid ſit vniuerſale, debet de pluribus affirmari inferioribus: ſed illa nõ ſunt plura inferiora: ergo &c. probatur minor: Petrus non eſt, niſi vnũ indiuiduum rationalis naturæ: ergo &c. Quinimo dicere, quod Chriſtus eſt plura ſuppoſita, vel plura indiuidua in materia de incarnatione, eſt hæretica doctrina, quia tollit veritatem incarnationis. Præterea: Omnes illi gradus conſtituunt vnam numero eſſentiam indiuidualẽ ſubſtantialem: ergo non ſunt plura indiuidua, quia plura indiuidua ſubſtantialia vnum ſubſtantiale indiuiduum cõſtituere non poſſunt. Præterea: Omnia accidẽtia abſoluta exiſtẽtia in Petro habẽt vnitatẽ numericam: ergo ſubiectum, cui mediatè exiſtunt eſt vnum numero: ergo in Petro non ſunt plura indiuidua. Primum antecedens probatur, quia non ſunt vniuerſalia. Conſequentia 1. probatur: quia vnitas numerica accidentis deſumitur à ſubiecto.

Obiectio. ſubiecto. Vltima conſequentia patet. Et ſi dicas: eſſe probabile gradus illos ſumptos cum præciſione formaliter eſſe diſtin- *Solutio.* ctos: ergo erit probabile eſſe plura indiuidua: negatur conſequentia: nam anima & materia prima Petri ſunt duæ entitates realiter diſtinctæ, & non faciunt in Petro plura indiuidua ſpeciei humanæ, quia habent idem eſſe, & componunt in genere actus, & potentię vnã numero eſſentiam: ita illi gradus conſtituunt vnam numero eſſentiã indiuiduam naturæ humanæ, & nõ plura indiuidua eiuſdem na- *Ad argu. 1. Opin.* turæ. Et per hoc patet ad 1. arg. Ad cõfir- *Ad Confir.* mationẽ reſpondetur, quod intellectus agens, & poſſibilis realiter diſtinguãtur, tanquam res à re: quia vnus eſt actus & alius potentia; intellectus vero practicus & ſpeculatiuus non ſunt diuerſæ potentiæ, ſed vna & eadẽ. Verũ dicitur practicus intellectus, qui, quod cognoſcit, ordinat ad opus, ſpeculatiuus, qui, quod cognoſcit, nõ ordinat ad opus. Ordinare autẽ ad opus accidit apprehenſo per intellectum: & ita hæc differentia accidẽtalis non diuerſificat potentias. Vide noſtrum Angelicum Doctorem 1. p. q. 79. art. 11. & per totam quæſtionem. Nec circa prædicabilia occurrit alia quæſtio digna diſputatione: nam de eſſentia accidentis diſputare ad metaphyſicum attinet. Hactenus de quæſtionibus Primi Tomi ad laudem & gloriam omnipotẽtis Dei, qui eſt Benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

Corrigebat D. Huppertus Faber Vbius Agrippinas.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D.

D·IOANNI DELPHINO AMPLISSIMO S·R·E· CARDINALI

SECVRORVM ACADEMIA.

PRodit & altera logicæ diſputationis pars in communem ſtudioſorum vtilitatem, eadem tibi Illuſtr. atque Reuerendiſs. Domine inſcribitur, nõ modò ijs, quibus & prior rationibus, ſed & alia, quod ſit affinitatis iure quodam iam tibi debita. Neque enim par erat, hanc alium habere fautorem, quam pars primigenia ſortita ſit, cum illi ſit & propinquitate, & neceſſitate coniuncta. Et quemadmodum eadem tibi logicæ candidatis applaudentibus iam paſſim ſtudiorum vbique recipitur, hæc quoque, nec alieno omine, recipiatur, & ſi idem eſt, & illius, & huius author, eadem promulgatrix Academia, idem ſit vtriuſque protector, idem Męcenas. Vale igitur, gentilitiaq́ue & familiæ, & tui benignitate Academiam tibi vni iampridem addictam, tueri ne deſinas, præſidium, decusq́ue noſtrum.

INDEX QVAESTIONVM OMNIVM SECVNDI TOMI.

QVæſt. I. Vtrum Definit. vniuocorum, æquiuocorũ, et denominatiuorum ſint rectè aſſignatæ. fol. 1

Quæſt. II. Vtrum definitio Analogorum ſit rectè aſſignata. 6

Quæſt. III. Vtrum, quæ docet Ariſtoteles de complexis & incomplexis, vera ſint. 8

Quæſt. IIII. Vtrum regulæ aſſignatæ ab Ariſt. veræ ſint. 10

Quæſt. V. Quid ſit prædicamentũ & quibus conſtet. 12

Quæſt. VI. Vtrum prædicamenta ex abſtractis, vel concretis ſint conficienda. 18

Quęſt. VII. Quodnam ſit diuiſum in primam, & ſecundam ſubſtantiam. 24

Quæſt. VIII. Quæ diuiſio ſit illa, qua diuiditur ſubſtantia in primam & ſecundam. 32

Quæſt. IX. Vtrum intentio vniuerſalis includatur in ratione ſecundæ ſubſtantiæ ſecundè intentionaliter acceptæ, & intentio, &c. 36

Quæſt. X. Vtrum ſecluſa operatione intellectus ſecunda ſubſtantia realiter ſubſtet accidentibus. 39

Quæſt. XI. Vtrum definitio primæ ſubſtãtiæ bona ſit. 41

Quæſt. XII. Vtrum prima ſubſtãtia, quæ definitur, ſit vniuerſalis etiam denominatiuè. 43

Quæſt. XIII. Quæ differentia ſit inter iſta nomina, prima ſubſtantia, ſuppoſitũ, res naturæ, &c. 47

Quæſt. XIIII. Vtrum definitio ſecundæ ſubſtantiæ ſit rectè aſſignata. 49

Quæſt. XV. Vtrum proprietates ſubſtantiæ ſint rectè traditæ. 51

Quæſt. XVI. Quid ſint proprietates ſubſtantiæ & quomodo ab illa diſtinguantur. 55

Quæſt. XVII. Vtrũ Deus, & Chriſtus ponantur in prædic. ſubſtantiæ. 58

Quæſt. XVIII. Quomodo, & ſecundum quam rationem conſtituatur prædicamentum ſubſtantiæ. 65

Quæſt. XIX. Vtrum extenſio, vel diuiſibilitas ſit ratio formalis quãtitatis. 68

Quæſt. XX. Quæ diuiſio ſit illa qua diuiditur quantitas in continuam & diſcretam. 81

Quæſt. XXI. Vtrum quantitas continua diuidatur in lineam, ſuperficiem, & corpus, tanquam in ſpecies adæquatè diuidentes quantitatem. 84

Quęſt. XXII. An linea ſuperficies, & corpus ſint ſpecies infimæ quantitatis. 89

Quæſt. XXIII. Vtrum linea, ſuperficies, & corpus componantur ex indiuiſibilibus. 91

Quæſt. XXIV. Vtrum quantitas diſcreta ſit aliquid extra animam &c. 98

Quæſt. XXV. Vtrũ Numerus ſit ens per ſe. 101

Quæſt. XXVI. Vtrum vltima vnitas ſit ratio formalis conſtitutiua numeri. 104

Quæſt. XXVII. Vtrum intra numeri latitudinem dentur variæ ſpecies numerorum. 112

Quæſt. XXVIII. Vtrum numerus ſit res diſtincta a rebus numeratis. 114

Quæſt. XXIX. Vtrum numerus Angelorum

rum pertineat ad hoc prædic. 115

Quæſt. XXX. Utrum oratio pertineat ad hoc prædicamentum, & ſit vera illius ſpecies. 119

Quæſt. XXXI. Vtrum oratio ſit ſpecies imperfecta atoma, vel ſubalterna, & an ſit ens per accidens. 122

Quæſt. XXXII. Vtrum locus, tempus, & motus ſint vera ſpecies quantitatis. 124

Quæſt. XXXIII. Utrum rectè aſſignatæ ſint proprietates quantitatis. 131

Quæſt. 34. Vtrum quantitas diſtinguatur à re quanta. 136

Quæſt. 35. In quo diſtinguantur relatiua ſecundum eſſe à relatiuis ſecundum dici. 139

Quæſt. 36. Vtrum relatio ſecundum eſſe, & prædicamẽtalis ſit ens reale. 145

Quæſt. 37. Utrum eſſentia relationis ſit actu, vel aptitudine referri. 157

Quæſt. 38 Utrum relatio terminetur ad relatiuum, vel abſolutum. 159

Quæſt. 39. Vtrum relatio in cõmuni habeat terminum, & quomodo cõſtituatur in prædicamento relationis. 164

Quæſt. 40. Vtrum vnum relatiuũ ſit definiendum in ordine ad correlatiuum. 171

Quæſt. 41. Vtrum relatio prædicamentalis requirat terminum realem realiter exiſtentem. 176

Quæſt. 42. Vtrum relationes ſpecie differant penes terminum. 182

Quæſt. 43. Vtrum relatio habeat vnitatẽ indiuidualem ex ſubiecto. 188

Quæſt. 44. Quæ conditiones requirantur, vt aliqua relatio ſit realis. 192

Quæſt. 45. Utrum diuiſio fundamentorũ relationum ſit ſufficiens. 195

Quæſt 46 Vtrum aliqua relatio fundetur immediatè in ſubſtantia. 200

Quæſt. 47. Vtrũ vnitas generica fundet relationem realem, & an ſpecifica, & analogica. 205

Quæſt. 48. Vtrum vna relatio poſſit fundari ſupra aliam. 207

Quæſt. 49. Vtrũ relatio aliqua poſſit fundari in actione. 209

Quæſt. 50. Vtrum tertium genus fundamenti relationum ſit rectè aſſignatũ. 212

Quæſt. 51. Vtrum in relationibus tertij generis vtrumque extremum realiter formaliter referatur. 219

Quæſt. 52. Vtrum relatio diſtinguatur à ſuo fundamento. 222

Quæſt. 53. Vtrum proprietates relatiuorũ ſint rectè ab Ariſt. aſſignatæ. 228

Quæſt. 54. Vtrum relatio realis dicat perfectionem aliquam. 233

Quæſt. 55. In quo conſiſtat ratio qualitatis, &c. 234

Quæſt. 56. Vtrum qualitas dicatur vniuocè de ſpeciebus qualitatis. 238

Quæſt. 57. Vtrũm ſpecies qualitatis ſint plures, an pauciores quam quatuor. 240

Quæſt. 58. Vtrum habitus, & diſpoſitio ſpecie differant. 244

Quæſt. 59. An ſecunda ſpecies qualitatis diſtinguatur a prima. 252

Quæſt. 60. Quid ſint paſſio, & paſſibilis qualitas, &c. 254

Quæſt. 61. Vtrum forma, & figura ſpecie differant. 259

Quæſt. 62. Vtrum ſpecies qualitatis, omnes diſtinguantur ſecũdum rationem, &c. 262

Quæſt. 63. Utrum proprietates qualitatis ſint rectè aſſignatæ ab Ariſt. 265

Quæſt 64. Vtrũ ſint vera, quæ docet Ariſt. in fine capitis. 266

Quæſt. 65. In quo conſiſtat ratio Actionis. 267

Quæſt. 66. Vtrum actio ſubiectetur in agente

Digitized by Google

gente, vel in paſſo. 272
Quæſt. 67. Vtrum actiones immanentes collocentur in hoc prædicamẽto. 279
Quæſt. 68. Vtrum actio habeat ſpeciẽ ex termino, & ex principio. 282
Quæſt. 69 Quæ ſint ſpecies, & proprietates actionis. 286
Quæſt. 70. Quodnam ſit genus generaliſſimum actionis. 288
Quæſt. 71. In quo conſiſtat ratio, & eſſẽtia paſſionis. 289
Quæſt. 72. Quæ ſint paſſiones, & ſpecies paſſionis. 294
Quæſt. 73. Quæ ſit natura prædicamenti quando. 294
Quæſt. 74. In quo cõſiſtat ratio ubi. 298
Quæſt. 75. Vtrum vbi Angelicum collocetur in prædicamento. 301
Quæſt. 76. Quæ ſint ſpecies & proprietates vbi. 303
Quæſt. 77. Quæ ſit eſſentia, ſpecies, et proprietas ſitus. 304
Quæſt. 78. In quo conſiſtat habitus. 307
Quæſt. 79. Vtrum definitio habitus ſit bona. 311
Quæſt. 80. A quo homo dicatur ueſtitus 313
Quæſt. 81. Vtrum proprietates habitus ſint rectè aſſignatæ. 314
Quæſt. 82. In quo differat habitus, & habere. 316
Quæſt. 83. Quid ſit poſtprædicamentum, & quot. 317
Qu. 84. Vtrum contradictoria oppoſitio ſit omnibus maior. 319
Q. 85. Vtrum vera ſint quæ habentur de priori, ſimul, motu, & habere. 315
Q. 86. Vtrum uera ſit doctrina de præcognitis. 328
Q. 87. Vtrum aſſenſus præmiſſarum concurrat effectiuè ad aſſenſum concluſionis. 334
Q. 88. Vtrum minor ſimul tẽpore cognoſcatur cum concluſione. 337
Q. 89. Vtrum quæ docet Ariſt. 2. c. Poſt. uera ſint. 340
Q. 90. Vtrum definitio propoſitionis immediatæ ſit bona. 342
Queſt. 91. Quid ſit propoſitio per ſe nota. 344
Q. 92. Vtrum uera ſint quæ docet Ariſt. in 4. cap. de modis per ſe. 348
Q. 93. An definitio prædicati uniuerſalis ſit bona. 354
Q. 94. Vtrum demonſtratiõ debeat procedere ex neceſſarijs, &c. 356
Q. 95. Vtrũ Demonſtratio quia, & propter quid ſint eiuſdem ſpeciei. 361
Q. 96. Vtrum ſcientia ſubalternata ſit uerè ſcientia in non habente ſubalternantem. 362
Q. 97. In quo differat ſcientia a fide, opinione, &c. 366
Q. 98. An prima paſſio ſit demonſtrabilis, &c. 368
Q. 99. Vtrum habitus primorum principiorum generetur per noſtros actus. 370

FINIS.

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

Accidentia quæ non ſunt de prædicamento qualitatis, quomodo dicantur qualitas. 238
Accidens quid requirat, vt ponatur in prædicamento. 23
Accidentia duo ſolo numero diſtincta abſoluta vel relatiua non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. 190
Accidens diuerſimodè conſideratur à logico & metaphyſico. 23
Accidentium nomina in concreto an ſint in prædicamento. 24
Actio ſitne aliquid abſolutum vel reſpectiuum. 270
Actio quomodo exeat ab agente. 274
Actio eſt ſubiectiuè in paſſo. 274
Actio creata non exiſtit ſine ſubiecto. 275
Actio immanens eſt apud agens. 276
Actio vt actio habet ſubiectum. 276
Actio immanens propriè eſt in Deo. 276
Agens per quid conſtituatur in ratione agentis. 277
Differentia inter actionem immanentem, & tranſeuntem. 277
Actio quare non denominat paſſum. 278
Actio, & paſſio quomodo ſint primò diuerſa. 279
Actio immanens eſt in prædicamento qualitatis. 281
Actio, & paſſio per quid diſtinguātur. 283
Actio immanens duplex. 286
Actionis prędicamentalis quę ſit formalitas 269
Analogia inæqualitatis quid. 6
Analogia attributionis quid. 7
Analogiæ attributionis quatuor conditiones. 7
Analogia proportionalitatis quid. 8
Analogia triplex, & qualis. 6
In analogis quæ regula ſeruãda. 8
Anima rationalis cur non ſit prima ſubſtantia. 43
An Angeli & cęli ſint ſuſceptiui contrariorum. 55

C

Cauſa efficiens realiter diſtinguitur a ſuo effectu. 336
Cauſa & effectus quomodo ſunt ſimul natura, & quomodo non. 232
Concluſionis neceſſitas pendet ex neceſſitate principiorum. 357
Concluſio naturaliter cognoſcitur in præmiſsis 339
Complexorum & incomplexorũ diuiſio quomodo intelligenda. 8
Cõpoſitum ex duabus rebus ex æquo neutra illarum eſt. 149
Connotatiua pro quibus ſupponant. 9
Cõnotatiuorum diffinitiones quomodo intelligendæ. 10
Cõcreta poſſintne vna definitione definiri. 21
Concreta ponanturne in prędicamento. 9
Circulatio quando ſit prohibita in definitionibus. 238
Contraria dupliciter. 265
Corpus quomodo cõtineat lineam & ſuperficiem. 87
Corpus ſphęricum qqomodo tangat planum. 94

D

Demõſtratio poteſt eſſe de his, quæ frequenter fiunt. 358
Demonſtratio non debet procedere, per principia communia. 388
Demonſtratio propter quid, & quia quid ſit. 362
Demonſtratio in communi abſtrahit a demonſtratione propter quid, & quia. 362
Demonſtratio non debet eſſe ex quibuſcũque. 358
Demonſtratio pro materiali cauſſat ſcientiam. 341
Deus non ponitur in prædicamentõ. 18
Vnde repugnet Deo eſſe genus. 60
Denominatio ex alio duplex. 220
Denominatiuorum definitio an ſit bona. 3
Diſcurſus duas exigit cognitiones. 436
Diſpoſitio multiplex. 244
Diſpoſitio in rigore quid ſit.
Diſpoſitio quid ſit. 238

Diui-

INDEX.

Diuiſio phyſica,& metaph. quid. 134
Diuiſio analoga quæ,& qualis. 134
Diuiſo aliqua dupliciter conuenire poſſunt. 28
Diuiſibilitas quid. 80
Doctrina & diſciplina quid ſit 331
Durare quid ſit. 258

E

Entia per accidens an ſint in prædicamento. 21
Entia realia ſub qua ratione conſiderentur à logico. 41
Ens dupliciter per ſe,& per accidens.102
Aequiuocorũ definitio an conueniat analogis. 2
Error dulex. 248
Eſſentia eſt origo omnium paſſionum. 72
Extenſio partium in loco eſt effectus ſeparabilis à quantitate. 78

F

Forma eadẽ an poſſit dare duos effect. formaliter diſtinctos,& oppoſitos.221
Forma omnis an debeat inhærere. 110
Forma vt qualitas quid ſit. 260
Figura vt qualitas quid ſit. 260
Figura multipliciter accipi poteſt. 260
Forma & figura quomodo differant. 260
Forma & figura an etiam ſint in quãtitate. 261
Fides quid ſit. 368

G

Genera & ſpecies quibus indiuiduis prima ſint. 51

H

Habitus vt pertinet ad qualitatẽ quid ſit. 244
Habitus & diſpoſitiò ſpecie differunt.246
Habitus nomen a quo ſumptum ſit. 227
Habitus quid ſit. 308
Habitus definitio quomodo intelligenda. 309.
Habitus deſcribitur & non definitur propriè. 311
Habitus primorũ principiorum nõ diſtinguitur tanquam res a re a potentia.372
Quomodo habitus uocetur diſpoſitio, & non diſpoſitio. 249
Habitus quare non cauſetur ex vno actu, ſed ex pluribus. 249
Habitus multipliciter accipitur. 247
Habere eſt Poſtprædicamentum. 316

I

Indiuiſibilia an dentur in quantitate cõtinua. 94
Duo indiuiſibilia poſſintnẽ eſſe ſimul. 94
Secunda intentio non neceſſariò exigit correlatiuo ſecundam intentionem 15
Intellectus principiorũ diſtinguitur a ſynderesi. 372
Intellectus aliquãdo neceſſitatur ad aſſenſum concluſionis. 338
Intellectus multipliciter ſe habet in cognoſcendo. 334

L

Linea ſine punctis,an remaneret finita. 97.
Linea dupliciter ponitur in prædicamento quantitatis. 88
Locus vt diuiſibilis non eſt ſpecies quantitatis. 127
Locus & tẽpus an ſint ſpecies quãtitatis. 89.
Eſſe in loco dicitur æquiuocè de Angelis & corporibus. 101
Locus in ratione menſuræ eſt in prædicamento quantitatis. 127

M

Menſurabile dupliciter, formaliter & fundamentaliter: 28
Menſuræ conditiones ſunt tres. 136
Quotupliciter contingat aliquid menſurari.& eſſe menſuram. 215
Menſura eſt paſſio quantitatis. 135
Menſura non eſt ratio formalis quantitatis. 71
Mobile an tangat id à quo mouetur. 94
Motus quomodo iueniatur in actione. 327.
Motus ſex ſunt ſpecies. 327
Mutatio duplex phyſica & metaph. 227

N

Numerus prędicamẽtalis quid exiſtẽs extra animam. 99
Numerus an detur ſine numerante. 99
Numeri forma an ſit aliquid reale. 100
Numeri quare dicãtur quadrati vel curui. 271.
Numeri forma an ſimplex,vel compoſita. 104.

Digitized by Google

Numerus eſt vera ſpecies quãtitatis. 106
Vltima vnitas an ſit forma numeri. 107
Numerus diſtinguitur a rebus numeratis. 114
Numerus non eſt ens per accidens. 83
Numeri partes quomodo ſint ſeparatæ, & quomodo non. 83
Numerus quo numerantur numeri qualis ſit. 100

O

Obiectum quomodo habeat efficientiam reſpectu ſcientiæ, & quomodo non. 218
Obiectum libri Poſteriorum quodnã ſit. 329
Opinio dupliciter haberi poteſt. 366
Oppoſitio formaliter quid ſit. 220
Oppoſitio relatiua quid ſit. 322
Oppoſitio contradictoria duplex. 323
An oratio ſuſcipiat contraria. 54
Oratio eſt quid æquiuocum. 110
Oratio eſt ſpecies imperfecta menſuræ. 122
Oratio reductiuè pertinet ad prædicamẽtum quantitatis. 120

P

An in patre, cum generat filium, conſurgat duplex relatio, altera qua dicatur pater, altera qua dicatur agẽs. 27
Ablata paternitate & potentia generatiua a patre quomodo remaneret paternitas. 211
Differentia inter paſſionem & paſſibilem qualitatem. 258
Indiuidua quomodo ſint in prædicamento. 16
In prædicamento non ponuntur entia incompleta, & quare. 17
Prædicamenta ſub qua ratione conſiderẽtur a logico. 18
Prædicamentum multiplex. 14
Prædicamentum eſt nomen ſecundæ intentionis. 14
Prædicamenti definitio quæ ſit. 14
Prædicamentum ad quid ordinetur. 14
Prædicamentum importat aliquid de materiali, & aliquid de formali. 15
Prædicamentum a quo conſtituatur. 15
Quid ſit prædicamentum. 208
Poſtprædicamentum quid exigat. 318
Perſona quid addat ſupra ſuppoſitum. 47
Perſona an importet aliquid reale commune multis. 42
Perſona eſt nomen primæ intẽtionis. 47
Paſſio a quo ſpecificetur. 294
Paſſio quadrupliciter dici poteſt. 256
Propria paſſio quomodo poteſt demonſtrari. 369
Prædicata eſſentialia quibus conueniant, & quibus non. 40
De paſſione quid præcognoſcendum ſit. 332
Paſſibilis qualitas a quo dicatur.
Præcognitum quid ſit. 329
Præcognitiones ſunt duæ. 331
Præcognita ſunt tria. 332
Propoſitio immediata quid. 342
Propter quod vnumquodque tale, quomodo debeat intelligi. 343
Propoſitio immediata, & per ſe primo conuertuntur. 352
Principia alicuius ſcientiæ quæ ſint. 359
Principia præcognoſcuntur quantum ad an eſt. 332
Principiorum aſſenſus quomodo concurrat ad aſſenſum concluſionis. 336
Priuatio duplex. 322
Priuatio tres habet conditiones. 322
Puncta quæ ſunt in linea quomodo diſtinguantur a ſeipſis & linea. 79
Puncta in quo ſubiectentur. 97
Puncta continuantia lineã quomodo ſint in illa. 97
Punctum an moueatur ad motum corporis. 98
Punctum quid ſit. 95
Punctum an moueatur per accidens. 96
Punctum an ſit cauſa continuationis lineæ. 96
In linea ſunt infinita puncta, non tamen infinita entia. 95

Q

Qualitas dicitur analogicè de differẽtia, & de qualitate propriè dicta. 239
Qualitas quadrupliciter dicitur. 239
Qualitas quomodo dicitur vniuocè de ſuis inferioribus.
Qualitatis ſpecies optimè ſunt aſſignatæ. 241
Qualitatis ſpecies optimè ordinãtur. 242
Qualitas aliqua ponitur in duabus ſpeciebus. 263

Idem calor quomodo pertinet ad diuerſas ſpecies qualitatis. 264
Qualitates corporeæ an ſint perfectè habitus. 247
Quid requiratur, vt qualitas conſeruetur in aliquo. 249
Ad quam ſpeciem qualitatis reducantur ſpecies ſenſibiles. 242
Qualitatis eſſentia quid ſit. 258
Qualitas in abſtracto non ſuſcipit magis, & minus. 266
Qualitatis ratio in quo conſiſtat. 236
A Qualitate quomodo dicamur quales. 237
Quando a quo cauſetur. 296
Quando in quo conſiſtat. 295
Quantitas diſtinguitur a re quanta. 137
An quantitas menſurat ſubſtantiam. 72
Quantitatis ratio formalis non eſt diuiſibilitas. 72
Quantitatis ſpecies non omnes ſunt eodem modo in prædicamento. 79
Quãtitas nõ ſuſcipit magis, & minus. 133
Quantitas habet duplicem effectum formalem. 75
Quantitati nihil eſt contrarium. 131
Quantum per accidens dupliciter. 90
Quantitati continuæ, & diſcretæ conuenit vniuocè menſurare. 85
An quantitas ſit ſuſceptiua contrariorum. 55
Quantitas vnde dicatur æqualis. 203
Quantitas diſcreta quid ſit. 86
Quantitatis diuiſio in continuã & diſcretam quæ, & qualis ſit. 82
Quantitatis proprium eſt eſſe æquale vel inæquale. 133
Finitum, & infinitum ſintne paſſiones quantitatis. 135
Inter quantitatem, & rem quantam eſt diſtinctio rei a re. 138
Quantitas continua an componatur ex indiuiſibilibus. 92

R

Relatio rationis eſt vera relatio. 152
Quando Relatio differat in extremis ſecundum ſpeciem, & quando ſecundum numerum. 170
An relatio dicat perfectionem. 133
Quando vna relatio poſſit fundare aliam relationem realem. 208
Solum prædicamentum relationis inter alia prædic. non habet vnum genus generaliſſimum ſimplex, ſed aggregatũ ex duobus generaliſſimis partialibus. 164
An relatio ſuſcipiat magis & minus, & quomodo, merito ſui, vel merito fundamenti. 229
An oppoſitio relatiua exiſtens inter paternitatem, & filiationem ſit relatio diſtincta ab eis. 194
Relationum non dantur pluſquam tria fundamenta. 196
Effectus formalis relationis dupliciter concipi poteſt, adæquatè, & inadequatè. 158
Quando Relatiua non mutua habeant ſuum terminum formalem actualé. 162
Habere contrarium quomodo vocetur proprietas relatiuorum, cum conueniat etiam qualitati. 228
Conditio omnino requiſita ad relatiua ſecundum eſſe. 144
Quomodo ſe habeãt ad inuicem relationes primi & ſecundi generis. 216
Relatiua ſecundum dici inueniuntur in entibus rationis. 145
Doctrina pulcra explicans, quid interſit inter relationem in genere, in ſpecie, & in indiuiduo. 168
In quo diſtinguantur relationes tertii generis à relationibus aliorũ generũ. 215
An oppoſitio relatiua ſit relatio rationis contra Molinam. 208
An detur proceſſus in infinitum in relationibus. 209
Regula ſecundum aliquos ad cognoſcendum Relatiua ſecundum eſſe, & ſecundum dici. 142
Quando Relatio dominii formaliter ponatur in Deo. 163
Terminus relationis non ponitur directè in prædicamento relationis, ſed indirectè. 166
Vnum Relatiuum definitur ad reliquum, non per reliquum. 174
Vnum Relatiuum non eſt genus, ſpecies, vel differentia alterius. 175
Relatiua an dicantur ad conuertentiam, & quomodo. 229
Difficultas, an Deus conſeruare poſſit relationem ſine ſubiecto. 158
In quo cõſiſtat rõ formalis relationis. 157

Relatio

Relatio filii ad patrem & matrem vtrum, ſint duę relationes. 187
Differentia inter relationem, & quantitatem rationis. 152
Quibus relatiuis conueniat eſſe ſimul natura. 232
Relatiua quomodo ſint ſimul cognitione. 232
Relationis realis conditiones. 203
Quomodo reperiatur relatio menſuræ inter ſcibile, & ſcientiam. 215
Relatiua quomodo ſunt ſimul natura, & quomodo non. 230
Per quid relatio habet rationem genericam, & ſpecificam. 184
An relatio ſimilitudinis ſpecificæ inter Petrum & Paulum ſit realis, vel rationis. 205
Relatio creaturæ ad quod genus pertineat. 217
Relationes rationis quomodo conſiderentur à metaph. 222
An paternitas & mater ſint relationes eiuſdem ſpeciei. 187
Modus conſtitutiuus relationis prædica mentalis eſt aliquid reale. 149
Dici ad conuertentiam quomodo ſit proprietas relatiuorum quarto modo & quomodo non. 229
De eſſentia relationis non eſt actualiter referre. 157
Diſparitas inter relationem ſecundum eſſe, & relationem ſecundum dici. 181
Relationis terminus duplex, totalis & partialis. 187
Relatiua ſecundum rationem an ſint ſimul natura. 232
Relatio duplex ſecundum Scotum. 267
Relatio menſurati ad menſuram in quo fundetur. 217
Quæ relationes dicantur mutuæ. 218
Quid ſint nomina relatiua. 140
Terminus relationis qūo ſpecificet. ibid.
Quid ſit relatio in potentia. 158
Non dantur relatiua ſecundum eſſe tranſcendentalia. 141
Relatiuorū ſpecificatio vnde oriatur. 185
Relatio prædicamentalis eſt quid reale. 147
An relatio dexteritatis in animali ſit realis, vel rationis. 211
Relationis realis conditiones. 219
Non poteſt aſſignari, ad, commune reali, & rationis. 150
Regula generalis ad cognoſcendū, quando vna relatio fundet aliam relationē realem, & quando non. 209
In relationibus rationis quomodo reperitur fundamentū, & ratio fundādi. 198
Plura requiruntur ad terminandum quā ad fundandum relationem. 164
An relatio agentis fundetur ſuper actione, vel ſuper potentia actiua quid ſit fundamentū, quid ratio fundandi. 211
An relatio vnius relatiui poſſit eſſe fundamentum, & cauſa, vt aliud relatiuū denominetur tale, vel tale. 221
Quare fundamentum relationis debeat inhærere ſubiecto relatio, ratio verò fundandi non item. 211
In quolibet genere relationum eſt aſſignatum fundamentum, & ratio fundandi diſtincta. 198
Difficultas, quare relatio conſeruari non poſſit ſine ſubiecto & fundamēto. 158
Relatio quomodo immediatè fundatur in ſubſtantia. 201
Regula, quando alterum de altero &c. quomodo intelligenda. 11
Res naturæ quid ſignificet. 48

S

Scientiæ ſubalternatæ conditiones. 364
Scientia ſubalternans, & ſubalternata in quo differant. 365
Scientia ſubalternata poteſt haberi ſine ſubalternante. 365
Id, ad quod inclinat ſcientia, in obiecto reperitur. 180
Diuerſo modo ſcibile exiſtens refertur ad ſcientiam, & diuerſo modo ſcibile non exiſtens. 155
Scientia, & opinio non poteſt haberi ſimul de eadem re. 367
Scientia de quibus ſit. 358
Scientia eſt de his quæ ſunt per ſe. 357
Scibile eſtne prius vel ſcientia? 321
Differentia inter ſpecies noſtras intelligibiles & Angelorum. 252
Species intelligibiles quid ſint. 242
In ſpecie duæ ſunt relationes altera ſubiicibilis ad genus, altera prędicabilis ad indiuidua. 173
Specierum comparatio ad numeros. 113
Spēs ſēſibiles i aere ā ſint qualitates. 244

Subſtantiæ primæ definitio quomodo intelligenda. 41
Quæ ſubſtantia diuidatur in primam & ſecundam. 27
Subſtantia ſine quantitate non poteſt eſſe in loco. 38
Subſtantiæ quomodo ſimiles, vel æquales. 266
Subſtantiæ diuiſio an ſit analoga. 31
In quo præcipuè conſiſtit ratio & formalitas ſecundæ ſubſtantiæ. 50
Subſtantia ſine quantitate nullam habet extenſionem. 76
Subſtantiis omnibus primis quid detur commune. 45
Prima ſubſtantia datur, & non datur a parte rei. 40
Quomodo intelligatur, ſubſtantiā non eſſe in ſubiecto. 51
Subſtātia prima & ſecūda dupliciter. 38
An ſubſtantia poſſit eſſe relatiuum ſecundum dici. 58
Subſtantia ad quæ referatur, & quomodo. 37
Subſtantia ſecunda an ſit formaliter ſeclusa operatione intellectus. 39
Subſtantia prima quomodo conſideratur à logico. 45
Subſtantiæ conceptus quomodo formetur ab intellectu. 38
Subſtantiæ quæ ſit ratio formalis. 65
Quomodo ſubſtantia ſuſcipiat magis & minus, & quomodo non. 53
Prima & ſecunda ſubſtantia non ſunt duę res. 50
Subſiſtere incommunicabiliter quomodo diſtinguatur à primo ſubſtare. 46
Subſtāis primum & ſecundum non dātur à parte rei. 35
Subſtare an dicatur analogicè de prima & ſecunda ſubſtantia. 35
Subſtare accidentibus conſequitur ſubſtantiam. 29
Cui ſingulari, & ob quam cauſam repugnet ſciri. 63
Subiectum debet ſupponi. 333
De ſubiecto quid præcognoſcendum ſit. 333
Subalternatio quid requirat ſecundum Caietanum. 363
Suſcipere magis & minus dupliciter logicè & phyſicè. 229
Ad ſuppoſitum quot conditiones concurrant. 47

T

Tempus quomodo non ſit in prædicamento quantitatis. 128

V.

Vbi in quo conſiſtat. 299
Vniuocorum definitio quibus conueniat. 4
Idem poteſt eſſe vniuocum & æquiuocum reſpectu diuerſorum. 6
Vniuocorum definitio an ſit bona. 3
Vnitas maximè eſt menſura. 71
Vnum quō opponatur multitudini. 100
Vnum vni quomodo contrarietur. 265
Vniuerſale quid. 354
Vniuerſale quot conditiones exigat. 354
Vitium an ſit habitus. 248

FINIS.

ACVTISSIMÆ

QVÆSTIONES

F. IO. SANCHIEZ SEDEGNO

ORDINIS PRÆDICATORVM, Artium, ac Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

IN LIBROS ANTEPRAEDICAMENTORVM, Prædicamentorum, Poſtprædicamentorum, & Poſteriorum Ariſtotelis.

QVÆSTIO. I.

Vtrum definitiones vniuocorum, æquiuocorum, & denominatiuorum ſint rectè aſſignatæ.

1. *Argum.* ET videtur, quod non, & argumentor contra definitionem vniuccorum, & probo eſſe malè aſſignatam; Nam hæc definitio conuenit alteri à definito: ergo eſt nulla. Probatur antecedens: nam denominatiua formaliter, & eſſentialiter diſtinguuntur ab vniuocis, vt patet ex eorum definitionibus, & tamen denominatiua, vt ſic, ſunt vniuoca ergo &c. Probatur minor: Nam album eſt denominatiuum ab albedine, & tamen vniuoce dicitur de ſuis inferioribus, de hoc & illo albo: quinimo album dicitur vniuocè de Petro & Paulo habentibus albedinem, ſiquidem prædicatur de illis prædicatione quinti prædicabilis omnis autem talis prædicatio vniuoca eſt. Quod ſi dixeris, album eſſe vniuocum, & denominatiuum, ſed tamen diuerſis rationibus: Contra, & ſit

Secundum argumentum: Nam eadẽ res non poteſt eſſe analoga & vniuoca, etiam ſecundum diuerſas rationes: ergo nec vniuoca & denominatiua. Antecedens patet, & probatur conſequentia: nam ita formaliter & eſſentialiter differunt vniuoca, & denominatiua, ſicut vniuoca & analoga. 2. *Argum.*

Tertiò. Iſtæ definitiones ſunt logicæ definitiones: ergo debent terminari ad ſecundas intentiones, & illarum quiddditatem explicare, ſed huiuſmodi definitiones non poſſunt ſecundis intentionibus competere, nec illarum naturam explicare: ergo &c Prima conſequentia probatur: nam obiectum logicæ eſt ſecunda intentio, ergo definitio logicalis illam debet definire. Minor 3. *Argum.*

Digitized by Google

verò probatur:nã ſecunda intentio non eſt id, quod habet nomen commune, nec rationem ſubſtantiæ diuerſam,aliàs erit æquiuoca, & ita non poterit definiri. Nam ſolum, quæ vnicum habent conceptum,ſiue ſimpliciter,ſiue ſecundum quid definiri poſſunt. Et idem eſt dicendum de definitione analogorum, & denominatiuorum, quia iſtæ definitiones, non poſſunt ſecundis intentionibus adaptari.

4. Argum. Quartò. Nullum datur definitum harum definitionum: ergo ſunt nullæ. Probatur antecedens. Nam vel definitur vox, vel res, vel vtrumque, nullum horum: ergo &c. Quod non vox, probatur:nam intentio Ariſt.eo tendit, vt ſciamus,quas res in prædicamento conſtituere,quaſque reiicere debeamus: ergo non debet definire voces Quod etiã non definiat res probatur: nam dicitur in definitionibus vniuocorum, quorum nomen eſt commune: & idem in definitione æquiuocorum. Et in denominatiuis etiam meminit vocum,cum dicitur, quæ ab aliquo nominis appellationem habent, ſolo differentia caſu. Quod non vtrumque probatur: quia eſt vtrumque ſimul ens per accidens, quod iuxta Ariſtot. ſententiam definiri nequit.

5. Argum. Quintò. Aequiuoca non habent nomen commune; ergo malè definiuntur æquiuoca. Probatur antecedens; nam non eſt idem nomen canis ſecundum quod ſignificat ſidus cæleſte, & ſecundum quod ſignificat canem marinum, ergo &c. Probatur antecedẽs; Ratio & eſſentia conſtitutiua nominis eſt ſignificatio, ſed non eſt vna ſignificatio, ergo nec vnum nomen, malè ergo dicitur nomen eſſe vnum. Et confirmatur; nam non componit ſimpliciter propoſitionem vnam,ſed plures;ergo non eſt ſimpliciter nomen & terminus. Et probatur conſequentia; quia cum nomen ſit propoſitionis pars, vbi non conſtituitur vna ſimplex propoſitio ex illo nomine,nomen non eſt ſimpliciter nomen & pars.Antecedens probatur; nam propoſitio æquiuoca, non eſt vna ſimpliciter propoſitio,ſed propoſitio plures, quia non ſignificat vnam veritatem ſimpliciter, quod eſt de ratione propoſitionis ſimpliciter.

Sextò. Aequiuoca non conueniunt in vna ratione: ergo non poſſunt definiri.Conſequentia probatur, quia quæ definiuntur,vnam rationem debent habere.Sed antecedens probatur;nam ſi aliquam, maximè rationem canis, ſed hæc non eſt canis latrabilis,& ſidus:nam nullam rationem habent,vt æquiuoca ſunt, communem illis, quia nequit intelligi quid ſit hæc ratio. 6. Argum.

Septimò. Ariſtot. fuit diminutus in enumerandis antepraedicamentis, ergo malè proceſſit Probatur antecedens:nã relinquuntur analoga, quæ excluduntur à recta linea prædicamentali, propterea quod non habent vnitatem ſimpliciter; ergo &c. 7. Argum.

Deciſio quæſtionis.

Prima concl. Definitio æquiuocorũ optimè eſt tradita. Hæc concl. non aliter probatur, quam authoritate tanti Philoſophi,& explicatione eius. Et illa particula,æquiuoca dicũtur, denotatur nullam rem ſolam eſſe æquiuocam, ſed oportere, vt aliqua æquiuoca dicantur eſſe plures res,vel rationes ſignificatas eodem nomine. Nã ſi vna tantũ res, vel ratio ſignificetur,non poteſt habere rationem æquiuocæ rei. Additur illud verbũ,dicuntur,ſecundum Caiet.vt intelligamus res à parte rei non eſſe æquiuocas, ſed quatenus noſtris ſignificãtur vocibus,& vt ſtant ſub illis. Et cum dicitur,quorũ nomen eſt commune,nomen accipitur pro voce ſignificatiua, non vt diſtinguitur contra verbum.1.Peri her. Ratio vero cum dicitur,quod eſt diuerſa, accipitur pro conceptu obiectiuo,& non ſolũ pro vera definitione ex genere & differentia conſtante. Subſtantia verò,cum dicitur ratio ſubſtantiæ, accipitur pro eſſentia.Et cum additur, ſecũdum illud nomen:determinat rationem ſubſtantiæ,vt non de quacunq; fiat ſermo,ſed de illa, quæ ſignificatur per tale nomen. Nam æquiuoca rationem, & quidditatem nomine ſignificatã diuerſam debent habere;vt canis æquiuocum eſt ad latrabilem,marinum, & cæleſtem canem;

1. Concluſ. Explicat definitio æquiuocorũ.

Controuerſia: An definitio æquiuocorũ conueniat Analogis?

Digitized by Google

canem; quia ratio canis diuerſa eſt in illis.

Opinio Caiet. An vero definiatur hic analoga, quæ ſunt medium quoddam inter vniuoca, & æquiuoca. Caietanus cēſet hic definiri. Nam cum dicit, æquiuoca eſſe, quorū nomen eſt commune, & ratio ſecūdum illud nomen eſt diuerſa, accipitur diuerſa, vel pro diuerſa ſimpliciter, vel pro diuerſa ſecūdum quid, & ita omnia analoga comprehendit, quæ diuerſam rationem habent ſaltem ſecundū quid. Nam Ariſt. intentio eſt explicare rerum naturas, quæ in prædicamentis collocātur, & tractat de æquiuocis, quæ vt ſic non ſunt in prædicamentis. Et quia nec analoga metaph. ſunt, vt ſic, in prædicamentis, ideo ſub æquiuocis comprehēdit.

Opinio Auctoris. Qui autem voluerit aſſerere oppoſitum, bene poteſt; quia ſolū de æquiuocis egit; vt patet; quia de diuerſitate ſimpliciter loquitur in definitione prædicta, quæ ſolum æquiuocis conuenit. Verum intellecta natura vniuocorum, & æquiuocorum, facile intelligitur analogorum natura, quæ media quædam ſunt. Et ita patet, quomodo etiam hæc eadem ratione à prædicamentis excludantur.

2. Conclu. Explicatur definitio vniuocorum. Secunda concluſio. Definitionem vniuocorum rectè aſſignat Ariſtot. Quæ concluſio, etiam probatur explicando definitionem eorum. Et hæc concluſio, loquitur de vniuocis vniuocatis, quæ ſunt res; nam vniuoca vniuocantia, quæ nomina dicuntur, hic non definiuntur. Et ex prædicta definitione manet etiam explicata hæc ſecunda concluſio, ſi vltimam particulam explicauerimus; quæ eſt huiuſmodi. Quod ratio ſit eadem, & ad vniuocationem requiritur, quod ratio ſecundum illud nomen ſit eadem ſimpliciter; quia cum vniuocatio dicat vnitatem rationis, conſequenter tenet ſe ex parte perfectorum. Vnum enim perfectionem dicit; quapropter debet importare vniuocorum vnam rationē ſimpliciter, quia ad malum conſtituendum, & ad tollendā perfectionem quicunque ſufficit defectus occurrens; bonum enim ex integra cauſa, malum ex particulari defectu contingit. Hæc autem identitas debet eſſe ſecundum rationē nominis; nam ſecundum eſſe non eſt neceſſe, quod ſit identitas; quia diuerſitas ſecundū eſſe ſolū facit æquiuocationem phyſicam. Et ratio eadem ſecundum nomen non coarctat ad rationem eandem eſſentialem, ſiue accidentalem; ſed ſufficit, quod ſit eadem ratio, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis. Verbi gratia, animal vniuocè dicitur de homine, & de equo, quia ſi quæras, quid eſt equus, in quantum animal, reſpondes, viuens ſenſibile, & idem de homine dices. Vnde ratio importata eadem eſt, licet perfectiori modo habeat eſſe in homine. Et ſi quæras, quid eſt Petrus, in quantum accidentaliter habet albedinem? dices, quod eſt accidentaliter diſgregatiuum viſus; & idem de Paulo, in quantum accidentaliter, habet albedinem. Et ita album vniuocè dicitur de Petro, & Paulo habentibus albedinem, licet dicatur vniuocè accidentaliter, quia accidentaliter diſgregant viſum. De hoc albo & de illo eſſentialiter dicitur, ſi conſideretur, quatenus habent albedinem. Vide Caiet. hic, optimè hoc explicantem.

3. Conclu. Explicat definitio denominatiuorum. Tertia cōcluſio; Denominatiuorum definitio optimè traditur ab Ariſtot. & eſt ſic explicanda. Denominatiua ſunt res, quæ ab aliquo nominis appellationem habent, ſolo differentia caſu. Ideſt, denominatiua ſunt res, vt album, fortis, Grammaticus, quæ ab aliquo appellationem habent, vt ab albedine, à fortitudine, à Grammatica; Nam albedo eſt forma denominans & homo ſubiectum, & album denominatiuum. Et iſta denominatiua differūt in nomine à forma denominante caſu, ideſt, terminatione. Nam album & albedo cōueniunt in tribus primis literis, & terminatione differunt. Qua ratione virtus & officioſum non ſunt denominatiua, quia non conueniunt in principio nominis, & in fine differunt. Et eadem ratione Grammatica mulier à Grammatica ſcientia non dicitur denominatiuè, nec homo ab humanitate. Et de homine eſt etiam ſpecialis ratio; quia homo non denominatur ab humanitate, nec ſignificat humanitatem per modum ſibi adiacentis, ſed eſt in illo per modum per ſe ſtantis; & illud quod debet aliud de-

Digitized by Google

nominare, vel debet eſſe accidens, vel per modum accidentis. Quare iſta, annulus eſt aureus, eſt denominatiua; quia quamuis denominatio ſit ab auro, quod eſt ſubſtantia, ſignificatur per modum accidentis, & adiacentis, atq; denominantis aliud. Caiet. dicit, quod denominatiuum debet eſſe aliud à re denominata, quod debet intelligi ſaltem formaliter, & loquendo de denominatiuis, quæ ſunt talia ſimpliciter.

Obſeruatio Caiet.

4. Conclu. quid deſiniatur, prima, vel ſecunda intentio.

Quarta concluſio. Iſtæ definitiones conueniunt ſecundis intentionibus in concreto, & illæ ſunt, quæ definiuntur principaliter, & res quatenus ſubſtant illis. Et probatur: Nam iſtæ definitiones ſunt logicæ: ergo debent terminari ad ſecundas intentiones. Conſequẽtia probatur, quia ſecundæ intentiones in concreto, vt ſupra viſum fuit, ſunt obiectum logicæ: Et ad intelligendum hanc concluſionem, eſt animaduertendum, quod vniuoca, æquiuoca, & denominatiua poſſint dupliciter accipi, logicè & metaphyſicè. Logicè accepta, ſunt quædam relatia rationis, quæ de formali dicunt ſecundam intentionem non vniuerſalem, quæ dicitur intentio vniuoci, & de materiali naturas, ſeu res, quibus conuenit illa intentio. Verbi gratia, Petrus & Paulus, ſecundum quod hoc nomine, homo, ſignificantur, dicuntur vniuoca vniuocata, & dicunt de formali ſecundam intentionem, quæ habet pro termino nomen ſignificans Petrum & Paulum, ſecundum quod hoc nomine, homo, ſignificantur, in ordine ad illam rationem communem, quam participant. Itaque totum eſſe vniuocorum eſt in ordine ad rationem communem, quam participant æqualiter, quod eſt dicere, quod vniuoca vniuocata, & vniuocãtia ſunt correlatiua. Et eodem modo dicendum eſt de æquiuocis æquiuocatis. Et ſi dicas, contra: Illæ ſunt duæ res; ergo non poſſunt ab eadem intentione denominari. Negatur conſequentia: quia ſe habent per modum vnius ſubiecti recipientis illam denominationem, & ſecundæ intentioni in abſtracto conuenit, vt rationi denominandi, in concreto vero, vt quod, eſt eſſentialiter vniuocum, vel æquiuocum. Et ſi rurſus argumenteris, intentio illa in concreto non eſt id, quod habet illud nomen commune, & rationem ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eandem, vel diuerſam; ergo &c. Reſpondetur, quod formaliter illud habet ad hunc ſenſum, quod totum ſuum eſſe eſt ſe habere ad illud nomen commune, ſecundum quod ratio eadem illis conuenit; ſicut diximus, quod totum eſſe generis, eſt prædicari de pluribus differentibus ſpecie, id eſt referri ad plura differentia ſpecie, vt diximus ſuperius. Res verò ſunt, quibus conuenit intentio vniuocorum, & æquiuocorum denominatiuè, & accidentaliter; ſicut animali intentio generis. Et eodem modo eſt intelligenda definitio analogorum. Vniuoca verò vel æquiuoca metaphyſicè ſunt illæ res, quæ habent rationem communem, vel diuerſam præſcindendo per intellectum intentionem, quæ vocantur vniuoca pro ſubſtrato vel æquiuoca: ſicut Petrus & Paulus, quatenus eodem modo hominis rationem participant. Et illa ratio ſuperior etiam vocatur vniuoca à metaphyſicis, quia participatur eodem modo ab inferioribus. Et idem prorſus eſt dicendum de denominatiuis, quod res, quæ ab aliqua forma accidentali denominatur, eſt denominatiuum metaphyſicè, & pro ſubſtrato. Quæ verò habet intentionem, ſecundum quam ad nomen refertur, vt ad quod totum ſuum eſſe habet, eſt denominatiuum logicum, & habet pro correlatiuo denominatiuum denominans. Hæc licet obſcura ſint, ex intimis tamen intentionum deducuntur, quæ omnibus non ſunt peruia. Et per hoc erit facile etiam de analogis ſyllogizare, quæ media ſunt inter vniuoca, & æquiuoca.

Obiectio. *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

5. Conclu. Controuerſia quibus nã vniuocis conueniat deſinitio vniuocorum.

Quinta concluſio pro maiori explicatione definitionis vniuocorum. In definitione vniuocorum, quæcunque vniuoca comprehenduntur, etiamſi habeant eandem rationem, & nomen cõe in aliquo accidenti: nam album eſt cõe reſpectu niuis & papyri, eſt tamẽ vniuocũ accidẽtaliter. Et aduerte, in hac parte duas

1. Opin. te duas verſari opiniones. Altera dicit in definitione æquiuocorum non comprehendi niſi quæ ſunt eſſentialiter vniuoca. Vocantur eſſentialiter vniuoca illa, quæ dicunt conceptum communem, qui eſt de eſſentia inferiorum: ſicut homo eſt vniuocum Petro & Paulo. Vniuoca accidentaliter ſunt ea, quæ dicunt vnum conceptum inferioribus, qui conceptus accidentaliter illis conuenit, ſicut album dicit conceptum albedinis in concreto accidentaliter conuenientem Petro & Paulo, licet vniuoce, quia ſecundum eandem rationem accidentalem tamen. Probatur prima opinio; quia Ariſt. dicit, accidentia non prædicari nomine, & ratione de prima ſubſtantia, & ideo non ſunt ſecundæ ſubſtantiæ. Secundæ verò ſubſtantiæ prædicantur nomine & ratione. Prædicari verò nomine & ratione nihil eſt aliud, quam prædicari vniuocè; ergo accidentia non prædicantur vniuocè reſpectu ſubſtantiæ ſecundum Ariſt. ergo in hac definitione non comprehenduntur.

2. Opinio. Secunda verò opinio, quam ſequor, tenet oppoſitum, quod, ſcilicet, album eſt vniuocum reſpectu Petri & Pauli, & hic definitur hoc vniuocum. Probatur; Nam album eſt nomen commune Petro & Paulo, & ratio nominis eſt eadem, quia album non dicitur, nec æquiuocè, nec analogicè de Petro & Paulo; ergo vniuocè.

Solutio. Dices, quod eſt quoddam medium dici denominatiuè, & ita non eſt neceſſe, quod omne nomen ſit vniuocum, vel æquiuocum, vel analogum. Et hoc ſenſit Ariſt. qui denominatiua annumerauit diſtincta ab vniuocis, & æquiuocis, & analogis.

Impugnat. Sed contra: nam album vel ſignificat vnam rationem communem, & eandem Petro, & Paulo, vel non. Si primum; ergo eſt vniuocum. Si ſecundum, ergo eſt analogum, vel æquiuocum. Nam nomen ſignificans rationem aliquam, & non eandem ex neceſſitate ſignificat aliquo modo, vel totaliter diuerſam rationem, & ſic erit æquiuocum, vel analogum; ergo &c. Et probatur iſta ſecunda opinio primo; nam in definitione vniuocorum non dicitur, quod ſit ratio eadem eſſentialiter, vel accidentaliter, ſed quod ſit eadem: & quomodocunque ſaluetur, quod ſit eadem, erit vniuocum nomen, & ratio. Præterea; Nam album prædicatur de Petro & Paulo prædicatione 5. prædicabilis; ergo vniuocè. Probatur conſequentia, quia 5. prædicabilia ſunt vniuoca & non analoga, nec æquiuoca. Ita aſſerit D. Thom. primo contra Gentes, capite trigeſimo tertio ratione tertia. *D.Thom.* Item: Nam Ariſtot. eſſet diminutus, qui non comprehendit vniuoca accidentalia ſub vna definitione vniuocorum, nec pro illis aſſignauit aliam.

Soluitur ratio primæ opinio. Et ad argumentum, quod contraria opinio deſumit ex Ariſtot. reſpondetur, quod intelligitur Ariſtot. de prædicari nomine & ratione eſſentiali. Et hac ratione excluſit accidentia à ratione ſecundæ ſubſtantiæ, quæ debet prædicari de prima eſſentialiter; non verò cenſuit non eſſe vniuoca accidentalia; & ita cenſent metaphyſici. Ex his omnibus concluſionibus infertur, quod vniuoca, æquiuoca, analoga, & denominatiua ad minus differunt formaliter. Probatur; quia differunt definitione; ergo formaliter; non enim vna definitio includit aliam, nec è contra.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum reſpondetur ex hac vltima concluſione; Nam ſub alia ratione res dicuntur denominatiua, & vniuoca: nam album, verbi gratia, ſecundum quod ab albedine (à qua in nomine terminatione differt) dicitur album, eſt denominatiuum. Vniuocum verò dicitur ſecundum quod importat ſuis inferioribus, & nomen & rationem communem. Et dicitur accidens quinti prædicabilis, ſecundum quod prædicatur de homine, & equo accidentaliter, vt aliquid non conſequutum ad rei eſſentiam. Eidem itaque materiali multæ intentiones conueniunt ob rationes diuerſas.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod canis marinus, & ſidus, vt ſignificantur hoc nomine, Canis, ſunt æquiuoca. Vt verò ſignificantur hoc nomine ſub-

Digitized by Google

ſtantia, ſunt vniuoca. Quinimo hoc nomen canis reſpectu vnius ſignificati eſt vniuocum, & res reſpectu illius eſt vniuoca, vt canis marinus ad omnes canes marinos: vt verò ſignificat piſcem, ſtellam, & canem terreſtrem, eſt æquiuocũ nomen, & res vt illi correſpondent ſunt æquiuocata.

Eadẽ vox cõparatione diuerſorum vniuoca, & æquiuoca.

Ad 3. Ad tertium patet ex concluſionibus.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod definiuntur res, vt ſtant ſub nominibus; nam logica conſideratio non eſt per ſe de nominibus, ſed de rebus, vt nominibus ſignificantur, & de nominibus in ordine ad res ſignificatas.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod nomẽ eſt idem, licet habeat diuerſas ſignificationes ratione materialis. Et Ariſt. hoc ſolum voluit dicere, quod conueniunt in voce vna, licet illa vox diuerſis referatur ad ſua ſignificata ſignificationibus; ſicut idem quale, dicitur etiamſi habeat diuerſas qualitates. Nam vt eſſent duo nomina, neceſſe erat, vt non ſolum formale multiplicaretur, ſed etiam materiale, quia nomen numerale numerat ſuppoſita ratione formarum, id eſt, neceſſe eſt, vt formale & materiale multiplicentur, vt dicantur duo in illo genere; de quo in materia de appellationibus agitur latius. Et videatur D. Thom. & Caiet. prima par. quæſtion. 30.

Explicatur dictũ Ariſtot.

Quid requiratũ ad diſtinctionem nominum.

Ad confirmationem reſpondetur, quod propoſitio æquiuoca eſt vna ſaltem materialiter; & hoc ſufficit noſtro propoſito. Nam vt ſit idem nomen in æquiuocatione, ſufficit taliter eſſe idem.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod æquiuocorum ratio, quæ hic definitur, quæ eſt ſecunda intentio æquiuocorum in concreto, vnam rationem habet communem omnibus ſuis æquiuocis, quæ illam rationem participant, ita quod res æquiuocæ definiuntur, vt ſtant ſub illa intentione, quæ eſt ſpecies, & quid vniuocum. Res autem, quæ hanc intentionem induunt, definiri non poſſunt, cum in ratione reali non conueniant.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondet Caietanus, analoga ſub æquiuocis fuiſſe comprehenſa: quia non habent rationem communem vnam. Sed melius eſt dicere, non egiſſe expreſsè de illis, ſed ex extremis nota manere; quia nec rationem omninò eandem habent, ſicut vniuoca; nec diuerſam, ſicut æquiuoca: ſed medio quodam modo; partim eandem, & partim diuerſam. Vnde agendo de extremis apertum fecit, quod eſſent analoga.

1. Reſpõſio Caiet.

2. Reſpõſio Auctoris.

QVÆSTIO. II.

An definitio analogorum ſit rectè aſſignata.

ET quoniam hanc materiam exactiſſimè tractauit Caiet. opuſculo de nominum analogia, à me breuiter erit diſcutienda. Quid verò ego ſentiam de conceptu analogorum, quæſtione ſequenti, explico, in quo tota analogorum difficultas conſiſtit. Vt igitur rationem analogorum breuiter explicemus, aduertendum erit analogiam tripliciter accipi à metaphyſicis. Primò pro analogia inæqualitatis, quæ alio nomine vocatur phyſica, & definitur ſic: Analoga phyſica ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt eadem: ſed participatur ab inferioribus, quantum ad eſſe cum maiori, vel minori perfectione. Vt corpus eſt analogum hoc analogiæ genere; quia ratio corporis æqualiter à corpore cæleſti, & inferiori participatur: nec conuenit ratio corporis vni per ordinem ad aliud; ſed tamen eſſe corporis, & eſſentia illius magis perfecta eſt in vno, quam in alio. Et iſto modo omnis ratio generica eſt analoga, & omne ſuperius, quia cum rerum gradus ſint inæquales, magis perfectum eſſe habebit ratio ſuperior in vno, quam in alio ex coniunctione ad differentiam, ſeu gradum inferiorem magis perfectum: quæ enim magis perfectis modis,

Triplex Analogia inæqualitatis, attributionis, proportionalitatis.

Analogia inæqualitatis quid, et quibus conueniat.

dis, & differentiis coniunguntur, magis perfecta ſunt. Hæc autem analogia non extrahit rem ad participandam rationem ſuperioris, ita vt ſit partim eadem, & partim diuerſa, & ita non diſtinguitur ab vniuocatione. Et benè poteſt in analogis reperiri etiam hæc analogia phyſica, quia non ſolum ratio entis partim eſt eadem, & partim diuerſa in ſubſtantia, & accidēti, v.g. ſed perfectius eſſe habet in ſubſtantia, quàm in accidenti, quia coniungitur: perfectiori modo determinatiuo entis. Vide D.Tho.1.d.19.q.5.artic.2.ad 1.

Analogia attributionis quid, & quibus conueniat.

Secunda analogia eſt attributionis: & definiuntur ſic iſta analoga: Analoga attributionis ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt eadem ſecundum terminum, & diuerſa ſecundum habitudinem ad illum, vt ſanum commune nomen eſt medicinæ, vrinæ, & animali: & ratio omnium in quantum ſana ſunt, ad vnum terminum ſanitatem ſcilicet, diuerſas dicunt habitudines; nam animal reſpicit ſanitatem, ſimiliter & vrina, & medicina, ſed diuerſimodè. Nam animal reſpicit ſanitatem, vt ſubiectum, in quo eſt formaliter ſanitas. Medicina non vt ſubiectum, in quo eſt formaliter ſanitas, ſed vt id, quod habet qualitatem, quæ ſignificat ſanitatem. Medicina reſpicit ſanitatem, vt aliquid, quod cauſſat ſanitatem. Et de pomo idem eſt dicendum.

Quatuor cōditiones analogiæ attributionis.

1.Cōditio. Et hæc analogia habet quatuor conditiones. Prima, quod hæc analogia ſit tantum ſecundum denominationem extrinſecam in membris minus principalibus, ſolum enim animal dicitur formaliter ſanum, reliqua vel quia cauſſant, vel quia ſignificant ſanitatem.

Obiectio. Si dicas: Contra: nam ens dicitur analogicè de ſubſtantia & accidenti hac analogia, & tamen accidens formaliter eſt ens.

Solutio. Reſpondetur, quod hæc conditio formaliter eſt intelligenda, quatenus ſunt analoga attributionis. Ens autem dicitur analogum analogia attributionis, & proportionalitatis, & non eſt ens formaliter, quatenus eſt analogum attributionis, ſed proportionalitatis. Et ita Diuus Thomas prima ſecundæ, quæſtione centeſima ſecunda, articulo ſecundo ad tertium, dicit, quod accidens non eſt ens, quia habet eſſe, ſed quia illo ſubſtantia habet eſſe tale. Et loquitur Diuus Thomas de accidenti, quatenus conſideratur, vt analogum attributionis, nam quatenus eſt analogum analogia proportionalitatis, forma iter eſt tale, quia analogia proportionalitatis non excludit denominationem intrinſecam in membris minus principalibus. Et ſi poſſet intelligi accidens ſine entitate intrinſeca, diceretur ens per hoc ſolum, quod afficit ſubſtantiam, ſicut vrina dicitur ſana per hoc, quod afficit ſubſtantiam, ſicut vrina dicitur ſana per hoc, quod ſignificet ſanitatem.

2.Cōditio. Secunda conditio, quod illud, ad quod diuerſæ habitudines dicuntur, in hac analogia eſt vnum, i. eſt, non multiplicatum formaliter in membris minus principalibus. Et hoc conſtat ex prima conditione. Nam ſi dicantur membra minus principalia talia ab extrinſeco, non habent illam formam ſanitatis, verbi gratia, in ſe, & ita nō multiplicatur illa forma in aliis analogatis.

3.Cōditio. Et hac ratione dicitur vna tertia conditio, quod primum analogatum ponitur in definitione aliorum ſecundum illud nomen. Ratio eſt, quia cætera non dicuntur talia, niſi per attributionem ad illud principale, & formaliter tale, & ita eſt ponendum in aliorum definitionibus. Nam vrina ſana dicitur, in quantum eſt ſignum ſanitatis.

4.Cōditio. Quarta conditio, quod iſta analogia, vt ſic, non habet vnum conceptum, nec vnum ſignificatum obiectiuum, nec vnum conceptum formalem, ſed ſolum eſt communis terminus, & diuerſimodè reſpicitur ab analogatis, quia à primo formaliter, vt ſubiectum talis formæ, à reliquis extrinſecè reſpicitur, & ita habēt plures conceptus, qui eandem rationem partim habent, & partim diuerſam, & ita ſunt analoga attributionis pluribus conceptibus, in quibus non reperitur vnus conceptus abſtractus. Et hæc diuiditur in analogiam vnius ad alterum, & duorum ad vnum tertium, de quibus vide Caietanum.

Analoga proportionali

Tertia analogia eſt proportionalitatis. Analogia autem proportionali-

Digitized by Google

[...]tatis quid, & quibus conueniat. tis ſunt illa, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt proportionaliter eadem, ideſt, ſimilis ſecundum proportionem. Et hoc modo dicitur videre de intellectuali, & corporali viſione. Et dicitur proportionaliter eadem, quia ſicut intelligere rem animæ offert, ita videre corpori viuenti ſenſibili. Et ſumitur hic proportionalitas pro ſimilitudine habitudinum aliquarum, vt pro ſimilitudine, quæ eſt inter videre corporaliter in ordine ad rē, quæ videtur, & inter videre intellectualiter in ordine ad rem, quæ intelligitur. *Analogia proportionalitatis fit dupliciter.* Hæc autem analogia fit duobus modis, metaphoricè, & propriè. Metaphoricè, quando illud nomen commune abſolutè vnam habet rationem formalem, quæ ſolum formaliter ſaluatur in vno analogatorum. Et per metaphoram in alio dicitur; vt ridere non habet ſecundum ſe, niſi vnam rationem formalem, quæ in vno analogatorum ſaluatur, in homine, ſcilicet, & per metaphoram de prato dicitur. Propriè autem, quando illud nomen commune in vtroque analogatorum abſque metaphoris dicitur, vt ens dictum de ſubſtantia, & accidenti, principium dictum de corde, & de fundamento domus. *Interrogatio.* Et ſi inquiras, quomodo reperiatur hic definitio, *Reſponſio.* reſpondetur, quod hæc regula generalis *Regula generalis ſeruanda in analogis.* ſeruanda eſt in analogis. Nam analogum metaphoricè tale claudit in ſua definitione analogum propriè tale, & non e conuerſo. In analogis autem, quæ formaliter ſunt talia, vnum non claudit in ſua definitione alterum, ſed definitio vnius eſt alterius definitio proportionaliter tamen. Probatur prima pars: quia analogum metaphoricum non poteſt intelligi ſine proportione & ordine ad illud, per cuius ſimilitudinem dicitur tale. Non enim poteſt intelligi, quid ſit, pratum ridere, niſi in ordine ad riſum hominis. Secunda pars concluſionis probatur, quia iſta analoga proportionalitatis formalia ſunt medium inter vniuoca, & analoga attributionis: & ita participant ab vniuocis, quod vnum non ponatur in definitione alterius. Ab analogis verò attributionis, quod definitio non ſit eadem in illis; & ex eo quod formaliter ſunt talia, non egent altero in ſua definitione: licet ex eo quod ſunt analoga, ſit definitio proportionalis vtriuſque. Quæ verò reſtabant pertractanda de conceptu analogorum proportionalitatis, de abſtractione, reſolutione, prædicatione, & quid ſenſerit Caiet. quid Soto, in tractatu de ente dicetur.

De complexis, & incomplexis.

QVAESTIO III.

Vtrùm, quæ dicit Ariſt. in hoc cap. vera ſint.

RESPONDETVR affirmatiuè. Et in hoc cap. ponit Ariſt. duas diuiſiones, quæ deſeruiūt, vt cognoſcamus, quæ res in prædicamento reponi debeant. *Explicatur prima diuiſio Ariſt.* Prima eſt eorum, quæ dicuntur, alia quidem cum complexione dicuntur, alia ſine complexione, cum complexione, vt homo albus, homo currit, ſine complexione, vt homo, vt currit. Hæc diuiſio principaliter eſt rerum, & eſt ſenſus, quod rerum aliæ ſignificantur conceptibus complexis, & aliæ conceptu ſimplici. Et Ariſt. cum ait. dicuntur, intelligit; ideſt, ſignificantur. Et ſolæ illæ, quæ ſimplici conceptu ſignificantur, in prædicamentis reponuntur, quæ verò diuerſis importantur conceptibus, vt homo albus, vt ſic, in nullo ſunt prædicamento, & ita eſt neceſſaria conditio, vt res collocetur in prædicamento, ſimplici conceptu importari, licet hoc non ſufficiat. Sed aduerte complexionem, aut incomplexionem vocis penes conceptum attendi, & ita illa vox cenſenda eſt incomplexa, cui vnus tantum correſpondet conceptus, complexa verò, cui plures. *Obſeruat.* Et quamuis totum ſit in prædicamento, non ſequitur quod partes eius ſemper ſint in prædicamento, etiam vt componunt totum, ſi accipiantur vt diſtinguuntur à toto, quia

quia dicunt aliquid imperfectum: et ſi complexè accipiantur, non dicunt aliquam vnam rationem ſimplicem, quod erat neceſſarium, vt ibi ponerentur. *Obiectio.* Et ſi fiat argum. nam album dicitur ſine complexione, & non eſt in prædicamento: ergo non omnia, quæ dicuntur ſine complexione, ſunt in prædicamento. *Solutio.* Reſpon. quod ita verum eſt; eſt enim neceſſaria conditio dici ſine complexione, ſed non ſufficiens. Nam rationale dicitur ſine complexione & non eſt in prædicamento. *Controuerſia. An album & quodlibet concretum ponatur in prædicamẽto.* De albo capite de qualitate dicemus, & modò aliqui dicunt, *1. Opinio.* quod licet album non habeat, niſi vnicum conceptum, non tamen collocari in prædicamento abſolutè ex eo, quod importat in illo ſignificato totali duo partialia, ſcilicet, corpus, & albedinem. Vnde Ariſt. aſſerit in prædicamento collocari, quæ ſine complexione dicuntur, dummodo illud incomplextum totaliter ſignificatum ſit ſimplex, & non compoſitum ex duobus diuerſorum generum, vt in albo contingit. *2. Opinio.* Alii reſpondent cum Auicenna, quem Nominales ſequuntur, & dicunt Album non ſignificare, niſi materiale, & illud eſſe totale ſignificatum, eſt tamen conditio requiſita neceſſariò, quod importetur albedo, vt materiale ſignificetur per iſtum terminum, Album. Et ita aliqui viri doctiſſimi noſtri temporis tenuerunt, materiale eſſe totam ſubſtantiam, & eſſentiam termini connotatiui. *Refellitur opinio ſecundam.* Hoc non cenſeo verum: quia in conceptu albi principaliter importatur albedo, & per illum cognoſcimus principaliter albedinem, & materiale ratione albedinis: ergo principaliter ſignificat albedinem, & corpus, vel materiale importatur ratione formæ. Item forma eſt, quæ dat eſſe: ergo hæc eſt principale ſignificatum cum comparatur ad materiale. *Opinio Caietani.* Caietan. cenſet, qualitatem ſolam ſignificare album, & ita bene poteſt album collocari in prędicamento qualitatis, quia ſolum vnicum conceptum habet obiectiuum. Et formale, & materiale importatur, non vt ſignificatum, ſed vt coniunctum cum ſuo ſignificato. Eſt expreſſa ſententia *D.Thom.* Diui Thomæ prima diſtinctione, articulo decimooctauo, vbi ſic dicit. Ad tertiũ dicendum, quod hoc nomen donum, vel datum præter relationem, ex qua dicitur donum, dat intelligere rem quandam, quæ datur, quamuis forte non vt partem ſignificationis nominis, quia ſubiectum non includitur in ſignificatione nominis ſignificantis accidens concretum, vt aſſerit Commenta. quinto Metaphyſic. quamuis Auicenna contrarium ſenſerit. Ecce D.Thom. dicit connotatiuum nomen non ſignificare ſubiectum, ſed importat illud, vt ſubiectũ, & de illo verificatur ratione ſignificati formalis. *Controuerſia. An nomen connotatiuum ſupponat pro ſubiecto.* An vero ſupponat pro materiali. *1. Opinio.* Aliqui dicunt non ſupponere, quia non eſt ſignificatum termini, & terminus ſolum ſupponit pro ſuo ſignificato. Verificatur tamen de illo, quia eſt in illo ſuum formale ſignificatum. *2. Opinio.* Alii dicunt ſupponere pro illo etiam ſi non ſignificet illum; quia vt ſupponat ſat fuerit, quod importetur ſub ſuo formali ſignificato, *Doctrina Caieta.* certum tamen eſt ſecundum Caietanum non eſſe ens per accidens, nec importare res diuerſorum prædicamentorum. cum non ſignificet corpus, & ſi aliunde non repugnaret, in prædicamento collocari poſſe.

2. Diuiſio. Secunda diuiſio, eorum, quæ ſunt, alia de ſubiecto dicuntur, in nullo tamen ſubiecto ſunt, vt homo, qui dicitur de quodam homine, & in nullo ſubiecto eſt per inhæſionem. *Explicatur Ariſtot.* Cum dicit, de ſubiecto dicuntur, vult dicere de inferiori ſibi, & illud ſubiectum vocat. Cum vero dicit, & in nullo ſubiecto ſunt, accipit ibi ſubiectum pro ſubiecto inhæſionis. Dici vero accipitur pro prædicati non actu, ſed aptitudine. Et cum illæ diuiſiones ordinentur ad conſtitutionem prædicamenti, ſenſus diuiſionis eſt, eorum, quæ in prædicamento ponuntur, aliqua ſunt ſubſtantiæ vniuerſales, & ideo prædicantur de multis; alia ſunt in ſubiecto, & non dicuntur de ſubiecto, hoc eſt de ſibi inferiori, vt hoc album, hæc Grammatica, quæ ſunt in ſubiecto inhæſionis, non tamen dicuntur de ſubiecto ſibi inferiori, vt conſtat, quia ſunt particularia & accidentia. Et cum dicit, quod album eſt in ſubiecto, non accipitur

pitur

cie: ergo regula eſt falſa. Minor probatur quia differentiæ volatilis, & aquatilis, etiamſi non ſit vnum ſub alio, quia ambo ſunt ſub tertio, eædem ſunt; nam differentiæ animalis, & viuentis ſunt differentiæ aquatilis & volatilis.

3. Argum. Tertiò argumen. Vel loquitur Ariſtotel. de differentiis diuiſiuis, vel conſtitutiuis: non de diuiſiuis, quia differentia diuiſiua animalis non eſt diuiſiua viuentis; nec de differentiis conſtitutiuis: nam differentia conſtitutiua viuentis, non eſt conſtitutiua animalis: per aliquid enim aliud conſtituitur animal quam viuens.

4. Argum. Quartò: Ariſtote. hic debet formaliter loqui, & non materialiter: ſed ſi formaliter loquatur, non eſt verum dicere, quod differentia conſtitutiua viuentis ſit differentia conſtitutiua animalis, animal enim & viuens diuerſas habent differentias; nam conceptus differentiæ viuentis non eſt conceptus differentiæ animalis.

5. Argum. Quintò; Nam modus arguendi, quem Ariſtote. ponit in prima regula. non eſt formalis, ſed fallax: nam hæc conſequẽtia non eſt bona, homo eſt animal, animal eſt viuens; ergo homo eſt viuens; & inſtatur in ſimili, homo eſt animal, animal currit, ergo homo currit; nam ſi curraret equus, & non homo, antecedens eſt verum, & conſ. falſum.

Quæſtio deciditur.

1. Concluſ. Explicatur prima reg. ex Caiet. Prima concluſio. Prima regula Ariſtotel. optima eſt, & maximè conducit ad prædicamenta conſtituenda, in quem finem ab Ariſtotel. inuenta. Probatur regula explicando illam, & vide varias expoſitiones illius apud Soto in iſto capit. Caietan. breuiter illam explicat, & mentem Ariſtotel. dicens, quod quando aliquid prædicatur de alio, vt de ſubiecto, ideſt, vt de inferiori eſſentialiter, quidquid prædicatur eſſentialiter de prædicato, etiam prædicatur de ſubiecto. Itaque requiruntur, vt regula verum habeat, duæ prædicationes eſſentiales, altera de ſubiecto, de prædicato altera. Vt iſta eſt eſſentialis Petrus eſt homo, & iſta eſt eſſentialis, homo eſt animal: ergo Petrus eſt animal, etiam eſt vera, & eſſentialis. Et per hoc ſolues omnia argumenta contra regulam. Et probatur regula. Nam ſi homo includitur eſſentialiter in Petro, etiam eſſentia hominis includetur, quamobrem ſi dicamus, quod Petrus eſt homo, & hominis eſſentia eſt animal rationale, Petrus etiam erit animal: nam homo, & ſua eſſentia idem ſunt. Quod verò hæc regula conducat ad conſtitutionem prædicamentorum, probatur. Nam ea quæ in recta linea conſtituuntur, debent eſſe eſſentialiter ſubordinata, & ſuperiora debent includi in inferioribus, quia ſunt partes eſſentiæ inferiorum; vt ergo hoc cognoſcamus, rectè conſtituitur hæc regula. *Vnde diluũtur omnia argumẽta.*

2. Concluſ. Secunda concluſio. Etiam ſecunda regula eſt veriſſima, & in eundem finem deſtinata, in quem prima. Habet ſic regula; Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, ideſt, habent diuerſas differentias formaliter, ideſt, conſtituentes diuerſas ſpecies. Alii legunt diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ, ſed prima lectio eſt vera, & vide Titelman. in hoc capit. Senſus regulæ eſt ſecundum Caietanum, quod genera, quorum vnum ponitur ſub alio, nec ambo ſub tertio, habent differentias formaliter diſtinctas; verbi gratia, ſcientia, & animal, quia nec ſcientia ponitur ſub animali, nec è conuerſo, nec ambo ſub vno tertio, quia differunt genere habente differentias formaliter diſtinctas; nam alia eſt differentia ſcientiæ, alia animalis. Nam differentia animalis eſt rationale, & cætera. & differentia ſcientiæ eſt talis ordo ad obiectum. Si vero ponatur vnum ſub alio, ſicut animal ſub viuente, differentiæ viuentis ſunt etiam animalis, nam animal includit viuens, & ſic includit differentiam conſtitutiuam viuentis, & aliquam diuiſiuam, ſcilicet, ſenſibile. Et ſi ambo ponantur ſub vno tertio, ſicut volatile, & greſſibile, & aquatile, habent communem differentiam animalis, licet propriis diſtinguantur differentiis, cum vnum non pona- *Explicatur ſecunda regu. ex Cai.*

Digitized by Google

ponatur ſub alio. Et per hoc docet Ariſtotel. quod illis, quæ in diuerſis prædicamentis aſſignari debent, genera, & differentiæ diuerſæ ſunt aſſignandæ; ea verò quæ in eodem prædicamento collocantur, bene poſſunt habere diuerſas differentias, quatenus vnum ſub alio non ponitur; & bene poſſunt habere eaſdem, quatenus vnum ſub alio ponitur, vel ambo ſub vno tertio. Hæc regula ex eius explicatione probata manet.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Ariſtotel. loquitur in præcedenti regula; tam de differentiis conſtitutiuis, quam de diuiſiuis, diuerſa tamen ratione. Nam ſi ſunt diuerſorum prædicamentorum genera, habent differentias diuerſas, tam diuiſiuas, quam conſtitutiuas. Si vero ſint genera ſubalternatim poſita, tunc differentia conſtitutiua ſuperioris eſt etiam inferioris; inadæquatè tamen; nam differentia, quæ conſtituit viuens, conſtituit animal in ratione viuentis, quod eſt neceſſarium, vt aliquid ſit animal, & quod includitur in illo, ſed differentia diuiſiua ſuperioris, non eſt diuiſiua inferioris; nam viuens diuiditur per ſenſibile, & inſenſibile, & animal non ita diuiditur. Differentia diuiſiua animalis eſt aliquo modo diuiſiua viuentis, quatenus in animali includitur, bene tamen poteſt dari vna differentia diuiſiua viuentis, ſcilicet, ſenſibile, quæ eſt animalis conſtitutiua.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur ex prima concluſione. Illud verò quod tangit materiam de Trinitate diſſoluitur breuiter, quod quamuis Pater ſit eſſentia diuina, & eſſentia diuina ſit Filius, Pater non eſt Filius, propter oppoſitionem relatiuam, quam habent.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod etiãſi non ſint ſubalternatim poſita in ordine ad tertium.

Ad 3. Ad tertium patet ex tertiã concluſione.

Ad quartum reſpondetur, quod differentia conſtitutiua viuentis eſt differentia animalis inadæquatè, ſed quatenus eſt viuens, nam vt ſit animal, neceſſariò debet eſſe viuens. *Ad 4. arg.*

Ad quintum reſpondetur, quod hæc arguendi forma non eſt formalis, ſed materialis, & tenet in prædicationibus eſſentialibus, & per ſe. Et hoc ſufficiebat propoſito Ariſtotel. Hic ſequebatur tractatio de Ente, ſed ne opus hoc logicale nimis creſceret, prudens omitto, & quam citiſſimè de Ente, & eius proprietatibus, & diuiſionibus cum aliis, quæ ad metaphyſicam pertinent, in quibus Diuus Thomas ab aduerſariis impugnatur, in lucem emittam Deo Optim. Maxim. fauente: quapropter parumper expectet lector candidus. Et hæc de Ante prædicamentis. *Ad 5. Arg.*

De Prædicamentis.

QVÆSTIO V.

Quid ſit Prædicamentum, & quibus conſtet.

COmmuniter definitur, quod ſit prædicabilium quidditatiua ordinatio, in qua ſuperiora de inferioribus prædicantur.

Contra illam definitionem eſt argumentum. Nam prædicamentum eſt genus generaliſſimum; ſed genus hoc non eſt prædicabilium coordinatio; mala ergo eſt definitio. Probatur maior; nam communiter vocantur prædicamenta decem rerum genera; & eſt ita communis loquendi modus, vt ſuperfluum ſit authores pro hoc ſtabiliendo adducere. *1. Argum.*

Secundò, prædicamentum formaliter dicit relationem rationis; ſed prædicabilium coordinatio non eſt, nec dicit relationem rationis; ergo definitio *2. Argum.*

Digitized by Google

nitio eſt nulla. Maior patet, quia prædicamentum non eſt in rebus formaliter, ſed ſolum in apprehenſione intellectus: & non eſt negatio, nec priuatio, ergo relatio. Maior probatur; quia omnis relatio eſt ad aliquem terminum, ſed prædicamentum nullum habet terminum, ſi ſit prædicabilium coordinatio: ergo &c. Probatur minor, nam ad quid refertur prædicamentum? *Solutio.* Si dicas quod refertur ad prædicabilia. *Impugnat.* Contra: quia ſunt partes ipſius prædicamenti; relatiuum verò non refertur ad ſuas partes; ergo &c. *Solutio.* Si dicas quod refertur ad res, hoc eſt impoſſibile, *Impugnat.* quia res, quæ collocantur in prædicamento, dempto prædicamento relationis ſunt abſolutæ: nullum autem relatiuum refertur ad abſolutum, & ea quæ ponuntur in prædicamento relationis, etiamſi relatiua ſint, non tamen referuntur ad prædicamentum, ſed ad ſe inuicem. *Solutio.* Si dicas, quod prædicabilia ad ſe inuicem referuntur, vt genus ad ſpeciem, & ſpecies ad genus: *Impugnat.* contra, nam ſic prædicamentum nihil erit amplius, quam relationes prædicabilium, & ſic prædicamentum erit aggregatio omnium illarum relationum, & non dicet vnam aliquam relationem, quod eſt falſum, cum ſit definibile, & à Magiſtro Soto ponatur huius libri ſubiectum. *Solutio.* Si dicas; quod refertur ad ponibile; ſeu collocabile in prædicamento; *Impugnat.* Contra, quia hoc dicit ipſius partes, ad quas, vt dictum eſt, non refertur; ergo &c.

3. Argum. Tertium argumentum, nam illa particula quidditatiua, ordinatio, videtur voluntariè addita; nam cur non conſtituet prædicamentum differentiarum ordinatio, etiamſi non prædicentur quidditatiuè? Nam dicam ego, quod prædicamentum eſt prædicabilium ordinatio. Et ita ordinatio differentiarum, cum ſint prædicabilia, conſtituet prædicamentum, nam non eſt neceſſe, vt ſit quidditatiua ordinatio, nec hoc aliqua firma colligitur ratione, non enim definitiones pro libito ſunt aſſignandæ.

4. Argum. Quarto: Differentiæ conſtituuntur in recta linea prædicamentali, & tamen non quidditatiuè prædicantur; ergo illa prædicamenti definitio nulla eſt. Maior probatur; nam vel excluduntur, quia ſunt partes ſpeciei, & non dicunt totam ſpeciei eſſentiam. Et hoc non, aliàs genera ſubalterna, vt corpus, &c. non collocarentur in recta linea, quia non dicunt actu totam eſſentiam ſpeciei infimæ, nec generaliſſimum eſſet in prædicamento, quia nullo modo eſt ſpecies, ſed eſt pars metaphyſica, ſicut & genera media. Vel excluduntur, quia ſunt quid ſimpliciſſimum; & nec hac ratione debent excludi, quia aliàs generaliſſimum non collocaretur in prædicamento, cum ſit quid ſimpliciſſimum, ſubſtãtia enim vt eſt primum genus, abſtrahit à compoſita & ſimplici, cùm vtramq; ſub ſe comprehendat.

Confirma. Et Confirmatur, quia differentiæ ſunt quædam tota, cum prædicentur de ſpeciebus; ergo poterunt in prædicamẽto collocari.

5. Argum. Quintò de indiuiduis prædicantur omnia ſuperiora genera quidditatiuè, & tamen non ponuntur in prædicamento; ergo mala eſt eius definitio. Probatur minor: quia prædicamentum eſt prędicabilium ordinatio: ſed indiuidua non ſunt prædicabilia, vt Petrus & Paulus; ergo non ordinantur in recta linea prædicamentali.

Confirma: Et confirmatur; nam ea, quæ ponuntur in prædicamentis, debent ordinatè diſponi; ſed indiuidua cum ſint infinita non poſſunt ordinatè diſponi: ergo, &c. & maximè, quia vnum ſub alio non collocatur.

6. Argum. Sextò. Vel hæc definitio conuenit omni prædicamento, vel non conuenit. Secundum dici non poteſt, aliàs eſſet mala, cum ſit proprietas definitionis bonæ, quod debet competere omni contento ſub definito. Si detur primum, ergo cum entia rationis habeant ſuum prædicamentum, hæc definitio conuenit prædicamentis entium rationis, & ita non erunt ſolum decem prædicamenta, ſed tredecim, vt ſupra viſum fuit.

Confirm. Et confirmatur: nam ſi prædicamentum dicitur etiam de prædicamento rationis

tionis:& importat, vt viſum fuit, formaliter relationem rationis, cum relatio rationis collocetur in prædicamento entis rationis, prædicamentum erit in prædicamento, quod eſt impoſſibile, nam Petrus non collocatur in ſe ipſo, ſed pars in toto collocatur.

7. Argum. Septimò. Ratio prædicamenti, vel eſt ſpecies ad omnia prædicamenta, vel genus: neutrum eſſe poteſt: ergo non datur talis ratio. Quod non ſit ſpecies probatur: quia duo prædicamenta ſubſtantiæ differunt numero: ergo habent ſupra ſe ſpeciem prædicamenti ſubſtantiæ: & ſimiliter duo prædicamenta quantitatis; ergo habent ſupra ſe ſpeciem prædicamenti quantitatis: ergo prædicamentum eſt genus ad iſta duo prædicamenta ſubſtantiæ, & quantitatis. Quod ſi hoc aſſeras, non videtur, quomodo prædicamentum ſubſtantiæ & quantitatis differant ſpecie, cum eo modo fundent intentionem prædicamenti: nam partes eorum eodem modo ſunt prædicabilia, & eadem ratione.

8. Argum. Octauò. Nam animal rationale eſt prędicabile aliquod: & tamen non prædicatur in recta linea, malè ergo dicitur in definitione, quod prædicamentum eſt prædicabilium coordinatio. Minor patet: quia eſt quid complexum: & complexa, vt patet in capite de complexis, non collocantur in prædicamentis: ſed maior probatur; quia aliquid affirmabile eſt de multis; ergo eſt prædicabile; hæc enim eſt definitio prædicabilis. Et

Confir. confirmatur; nam partes phyſicæ non ſunt prædicabiles, & tamen collocãtur in prædicamentis, ergo definitio eſt nulla. Maior patet; minor probatur, quia, cum totum, quod componunt, in prædicamentis collocetur, quare iſta non collocabũtur? De Deo autem dicemus poſt modum.

Præambula ad quæſtionem.

Prædicamẽtum multipliciter Nomen Prædicamentum variè à logicis vſurpatur. Aliquando enim prædicamentum ſignificat idem quod prędicatum, ita aſſerit Auerroes citatus à Diuo Thoma opuſculo de natura generis, capitu. quarto, vbi ſic dicit Auerroes, quod hæc prædicatio, Socrates eſt, de accidentali prædicamento, ſumitur etiam aliquando pro genere generaliſſimo, præciſè, & ita numerantes decem prædicamenta aſſerimus eſſe ſubſtantiam, quantitatem, &c. Explicare verò quid ſit prędicamentum, prout hic à nobis & ab Ariſtotel. tractatur, habet non paruam difficultatem. Vt autem hoc explicem, erit aduertendum prædicamentum nomen eſſe ſecundæ intentionis, & importare aliquid de materiali & aliquid de formali. Aſſerit hoc Diuus Thomas ſupra dicto opuſculo 48. capitu. primo, & Soncinas quarto, metaph. quæſt. quarta, ad 2. Soto. in antepræ dicamentis in principio, vnde & debemus ad eius exactam intelligentiam conſiderare, quid ſit materiale prædicamenti, & quid formale. *Prædicamẽtum nomẽ connotatiuum. D. Thom. Soncin. Soto.*

Deciſio quæſtionis.

Vnde ſit prima concluſio. Prædicamentum eſt prædicabilia coordinata. Ita aſſerit noſter Angelicus Doctor loco proximè citato in principio, vnde dimanauit illa communis definitio, prædicamentum eſt ordinatio prædicabilium, in qua ſuperiora de inferioribus quidditatiuè prædicantur. Hæc quia eſt definitio, demonſtrari non poteſt, ſed quia a maioribus traditur explicanda, eſt. Ordinatur enim prædicamentum ad ſciendum, & quia ſcientia mediis præmiſſis & propoſitionibus habetur, ideo hæc prædicamentalis ſeries ordinatur, vt ſciamus veras rerum propoſitiones formare, & falſas euitare; vt omnium rerum numerum facilimo negotio præ oculis habeamus ad eas formãdas. Sunt enim prædicamẽta rerum ſedes, ad quas fere omnes res mundi reducuntur, vt inde eas adducere ad ſcientias comparandas poſſimus. Et ſi loquamur de prædicamento pro formali, dicit relationẽ, quia prædicamentum formaliter eſt ens rationis; non enim prædicamentum reperitur in rebus niſi fundamentaliter remotè, quia prædicabilia in rebus non ſunt

1. Concluſ. Definitio. Prædicam. *Ad quid ordinatur prædicamẽtũ.*

ſunt niſi remotè, & ſi eſt ens rationis nō eſt priuatio nec negatio: ergo relatio: non enim eſt alius modus generis entis rationis. Sed in explicando terminum huius relationis eſt maxima difficultas: & ideo ſit

Controuer.

2. Concluſ. *Quidditat prædicamẽtum de materiali, & quid de formali.*

Secunda concluſio: Satis probabile eſt prædicamentum de materiali dicere prædicabilia ordinata in ratione ſuperioris & inferioris ſub vno ſupremo genere: & de formali importare ordinẽ ad intellectum ſic ordinantem res tales. Itaq; illa ſeries eſt materiale prædicamenti cum ordine ad intellectum ordinantem res: & hic ordo eſt formale in illo. Et probatur hoc: nam prædicabilium ordinatio, ſeu prædicabilia ordinata ſunt prædicamentum: ordo ſeu ordinatio importatur vt quid formale: ſed ordo eſt aliquid prouenięns a ratione: ergo illa prædicabilia, vt ordinata ad rationem debent referri. Et ſi dicas, quòd ſecunda intentio debet referri ad ſuum correlatiuum, quod ſit etiam ſecunda intentio: ſed intellectus nō eſt ſecũda intẽtio: ergo &c.

Obiectio.

Reſpondetur, quod nō eſt neceſſe, quod ſemper correlatiuum ſecũdæ intentionis ſit ſecunda intentio. Et patet: nam propoſitio formaliter eſt ſecunda intentio (& loquor de vocali) & tamẽ refertur ad res ſignificatas, quæ ſunt aliquando aliquid reale, & prima intentio: ſat enim fuerit, quod quando intelligamus intellectum terminantem iſtum ordinem apprehendamus in propoſitione oppoſitam relationem, quatenus terminus eſt illius relationis: quod poteſt intelligi bene ex eo, quod nihil relinquitur in intellectu reale ex tali terminatione, ſicut de relatione dominij in Deo dicitur.

Reſpond. *Correlatiuũ ſecundæ intentionis an ſemper debeat eſſe ſecunda intentio.*

3. Concluſ. *Opinio probabilis.*

Tertia concluſio. Non iudico improbabile prædicamentum ſupponere pro generaliſſimo, quatenus dicit ordinem ſupremi capitis omnium, quæ collocantur in recta linea, ſub quo reliqua continentur. Hanc concluſionem non aliter probo, quam ex communi modo accipiendi prædicamentum, qui ſatis frequens eſt apud probatiſſimos viros, & vſu frequenter loquendi & patentiſſimus & clarus. Et aduertas, quod in ſupremo genere v. g. in ſubſtantia eſt relatio quædam generis, qua refertur ad ſuas ſpecies, nimirum ad ſubſtantiam corpoream & incorpoream: & hæc non eſt eſſentialis relatio conſtitutiua prædicamenti: ſed vltra hoc conſideramus in illo quandam relationem, ſecundum quam nec alteri ſubeſt generi: & omnia quæ de inferioribus quidditatiuè prædicantur, continentur ſub ipſo, & etiam ipſa, de quibus ſit prædicatio quidditatiua: & hæc eſt conſtitutiua prædicamẽti ſubſtantiæ. Nam ſecundum primam relationem genus ſolum habet reſpicere ſpecies, & reſpici ab illis, & ibi ſiſtit. Secundum vero relationem prædicamẽti habet reſpicere omnia inferiora, quæ de ſuis inferioribus quidditatiue prædicantur, vt ſub illo contenta: & ipſum eſt velut parens omnium ſub ipſo contentorum, nec prædicamentum continetur ſub alio genere. Et ſic patet clariſſimè ſuum correlatiuum, quod eſt res, quæ ſub ipſo cōtinentur in ratione prædicabilis quidditatiuẽ ordinatæ. Aſſerit hanc concluſionem Diuus Thomas opuſculo. 48. de prædicamentis capitu. primo.

Obſeruat.

Quæ relatio rationis conſtituat prædicamẽtum.

Et ſi contra hoc fiat argumentum. Nam genera ſubalterna & ſpecies & indiuidua ſunt in prædicamento, non tamen ſunt in illo genere: ergo tota prædicabilium ordinatio eſt prædicamentum, & non ſolum ſupremum genus: Reſpondetur, quod dicuntur eſſe in prædicamento ſubſtantiæ, & verè ſunt, quia continentur ſub generaliſſimo cum ordine ꝓdicabilitatis quidditatiuè. Quin potius ex hoc argumento ſequitur oppoſitum; nam ſi eſſent partes prædicamenti, non dicerentur eſſe in prædicamento propriè, niſi vt pars in toto: ſed dicerentur conſtituere prædicamentũ.

Obiectio.

Solutio.

Et ſi dicas, ad quem modum eſſendi in alio reducatur eſſe in prædicamento: Reſpondetur, quod ad illum modum, quo ſpecies ſeu inferius eſt in ſuperiori. Et ſi rurſus fiat argumentum: genus generaliſſimum eſt in prædicamento ſubſtantiæ: Reſpondetur, quod hæc prædicatio vera eſt ex eo, quod eſt prædicamentum, ſub quo omnia ſunt. Et in rebus omnibus, quæ in prædicamentis collocantur ſub hoc generaliſſimo, correſpondet alia relatio,

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

ſecun-

ſecundum quam dicuntur contineri ab illo,& quæ conſtituit correlatiuum. Qui vero diceret, prædicamentum ſolum eſſe ipſa prædicabilia ſimul collocata ſine noua relatione aliqua,cum hac aptitudine,vt ſint proximè diſpoſita,vt vnum prædicetur de alio, quod habent per proprias relationes, credo non falleretur multum.Itaque omnia prædicabilia quidditatiua ſunt prędicamentum in ordine ad res,de quibus prędicantur: ſi per ſe ſeorſum quodlibet ſumatur,eſt prædicabile, omnia ſimul ſumpta ſunt prædicamentum.Sicut multi lapides aceruum conſtituunt, quilibet tamen lapis eſt ſolum.Ex his infertur quod licet prædicamentum dicat de ſubſtrato rem aliquam realem in reali prædicamento, formaliter tamen eſt aliquid rationis: quia res non induunt rationem prædicamenti,niſi diſtinctæ in ratione ſubiicibilis & prædicabilis: ſed hoc eſt aliquid rationis: ergo &c. Infertur ſecundò, accidere eſſentiæ prædicamenti, quod conſtituatur in vocibus,vel rebus vel conceptibus,res enim ordinatę ſunt prædicamentum, vt quod, voces verò ſeu conceptus ſunt ſigna huius prædicamenti.

Prædicamētū eſt quid reale & rationis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. & 2. Argum. AD argument. in princip. ad 1. & 2. patet ex concluſionibus:& qui elegerit,vt magis probabilem aliquam,illarum ſolutio patet faciliter ex illa.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod ille ordo prædicamentalis cum ſit ordinatus ad quidditatem rerum oſtendendā, debet ex prædicationibus quidditatiuis conſtare.

Ad 4. excluditur Opinio Ammonij. Ad quartum reſpondetur, quod licet Ammonius iudicauerit differentias in recta linea conſtitui,aſſerendum eſt omninò ab illa excludi,& collocari ſolum ad latus eiuſdem prædicamenti: & non excluduntur,quia ſunt partes metaphyſicæ:ſed quia ea,quæ collocantur in recta linea,debent eſſe inferiora ad genus ſupremum illius lineæ: differentiæ autem non ita ſe habent. Tum etiam,quia ea,quæ in recta linea conſtituuntur, debent inter ſe mutuò ordinari & diſponi in ratione ſuperioris & inferioris, vt eſſētia ſuperior in inferioris eſſentia clauditur,ſic autem non poſſunt differentię ordinari;quia nec rationale includit ſenſibile, nec ſenſibile includit viuens. Et per hoc patet ad Confir.

Optima ratio.

Ad 5. Quō indiuidua ſunt in Prædicam. Ad quintum reſpondetur, quod licet indiuidua non ſint prædicabilia, ſunt ſubiectum primum prædicabilium omnium:& hoc ſufficit,vt in prædicamento collocentur.

Ad confirmationem reſpondetur, quod etiamſi non ſint infinita,ſed multa(nam infinitum dari non poteſt actu) tamen ordinabilia ſunt: non quidem in comparatione ad ſe, quia ita per accidens ſe habent;ſed in comparatione ad ſuperiora,quorum eſſentiæ clauduntur in indiuiduis.

Ad 6. Quæ entia in prædicamentis collocentur. Ad ſextum reſpondetur,quod in prędicamentis iſtis ab Ariſtotele numeratis ſola realia entia collocantur, & nullo modo rationis entia;quia nō poſſunt quidditatiuè ordinari realia entia,& rationis.Ita aſſerit Diuus Thomas de potentia quæſtio.7.artic.9.& 5. Metaphy. lectione 9.& de prædicamentis opuſculo 48.& opuſculo de natura generis 42. Capreolus in 1 diſtinctio.29.quęſtione vnica ad.quintū Ocham in 1.diſtinct. 2. puncto.8 ;Soto in antepredicamentis, quæſt.2.ad 4.in fine. Et hoc adhuc probatur ex hoc loco,& ex Ariſt.5. metap. textu.14.vbi ens reale diuidit in 10.prędicamenta;& Ariſtotel. vt doceret hāc veritatem,præmiſit cap. 2. illam diſtinctionem,eorum quæ ſunt,in ſubſtantiā, & accidens;vt intelligeremus,ſola hæc in his prædicamentis reperiri,& eſt cōmunis omnium logicorum hæc ſententia,& metaphyſici aſſentiunt etiam. Bene verum eſt,quod ratio prædicamenti formaliter,quæ eſt ens rationis bene poteſt competere ordinationi entium rationis, de qua ſupra egimus. Verum cū Ariſtoteles dicit,ſolum eſſe decem, prędicamenta, loquitur de prædicamentis pro ſubſtrato; & vult dicere,quod ſolū ſunt decem naturæ rerum realium primò diuerſæ.

Ad confir Ad Confirmationem reſpondetur, quod

quod non inconuenit, relationem rationis conſtitutiuam prædicamenti ſub vno genere illius, prædicamenti rationis contineri, vt quid inferius ad illud: eſſet autem inconueniens, vt prædicamentum rationis pro ſubſtrato (quod eſt, omnia illa prædicabilia) in aliqua parte contineri: & de his reflexiuis denominationibus diximus ſatis ſupra, cum de intentionibus ageremus.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondetur, quod accipiendo prædicamentum formaliter, ſi teneamus importare relationem eſt quidem prædicamentum ſpecies ad omnia prædicamenta; nam omnes iſtæ naturæ prædicamentales eo modo fundant relationem prædicamenti; & ita illa relatio eſt eiuſdem ſpeciei, ſicut relatio generis fundata in ſubſtantia & quantitate eiuſdem eſt rationis; quia etſi differant in ratione rei, non tamen in ratione fundandi; & duo de prædicamento ſubſtantiæ ſunt quidem duo indiuidua illius intentionis, ſicut & duo de prædicamento quantitatis ſunt etiam duo indiuidua; & iſta quatuor non ſunt ſpecies, ſed quatuor indiuidua prædicamenti, licet in genere rei prædicamentum ſubſtantiæ, & prædicamentum quantitatis habeant aliquam diuerſitatem, ſicut indiuiduum ſubſtantiæ, & accidentis. Cæterum logicè eiuſdem rationis ſunt in ordine ad intentionem ſpeciei indiuidui, & ſic ſolo numero differunt illæ intentiones fundatæ, & materialia vt ſtant ſub illis, quod de prædicamentis dicendum eſt. Et ſi dicas, contra; nam D. Thomas aſſerit prima parte, quæſtion. 88 artic. 1. in genere relationis, reperiri aliqua ſecundum rationem, quod in aliis generibus non reperitur; Reſpondetur, quod ibi non accipitur genus pro prędicamento, ſed accipitur pro relatione; & eſt ſenſus, quod intra latitudinem relationis reperiuntur aliquæ relationes, quæ ſunt propriè relationes, quæ in aliis generibus non reperiuntur: nam non reperitur ſubſtantia rationis, quantitas rationis, qualitas rationis, quæ ſunt veræ qualitates; quia iſta in ſua ratione requirunt realitatem. Per quod intelliges, quam falſa ſit doctrina Suarez. diſputatione 54. ſectio. 4. num. 2. entia rationis, quæ ficta ſunt vagari per omnia prædicamenta, ſeu ad eorum imitationem poſſe confingi: nã prædicamenta reliqua realitatem in ſua ratione includunt, quod non dicit relatio, & poſſet etiam dicere fingere nos poſſe Deum, qui ſit ens rationis, quo quid riſu dignius?

Prędicamenta ōia in quo cōueniant et in quo differant.

Obiectio.

Solutio.

Reÿcitur Opinio Suarez.

Ad 8. Ad octauum reſpondetur, quod nec entia phyſica incompleta in recta collocantur linea, propterea quod ſub generaliſſimo non poſſunt quidditatiuè ſubordinari, quia nec materia prima eſt ſubſtantia illa completa, quæ eſt generaliſſimum, nec de inferioribus ſubſtãtiis completè poteſt prædicari; quia pars nõ prædicatur de toto; ſed reducũtur ad hoc prædicamẽtũ, vt partes rei, quæ in illo collocantur. Et hoc conſtat ex recta linea prędicamẽti Porphyriani; vbi ſolũ entia completa collocãtur, quod prædicamentũ omniũ calculo eſt receptum. Ex hoc infertur, quã falſa ſit ſentẽtia illorum, qui aſſerunt, verũ prędicamentũ reperiri in partibus phyſicis, vt ſi ita inſtituatur hæc materia prima, ſubſtantia, quæ formaliter ita perfecta ſit, ſicut prædicamenta entium cõpletorum, licet materialiter non ſit ita perfecta Nam in his entibus non reperitur vera ratio prædicabilis quidditatiui, quia nec genus, nec ſpecies. Hæc enim requirũt, in ſua ratione quod ſint entia cõpleta, vt patet; quia debẽt eſſe prædicata quidditatiua, quæ requirunt in ſua ratione totius eſſentiam ſaltẽ metaphyſicam. Ex quo infertur ſecundò, quod nec poſſunt fundare intentionem huius prædicamenti, quæ requirit ex neceſſitate entia eſſe completa ad ſuũ fundamentum. Sed erit alia coordinatio alterius rationis; ſequitur etiam, quod nec partes totius homogenei, vt aquæ, ignis, &c. in his prædicamentis collocentur, quia, vt partes ſunt, aliquid ſunt incompletum. Quando vero totius habuerint rationem, tunc collocabuntur in hac ſerie. Nam hoc indiuiduum aquæ, etiamſi quælibet eius pars vnita manens ſit aqua, non tamen eſt diſtinctum indiuiduum, ſed idem: & ita non collocabitur vt diſtinctũ indiuiduum

Ratio ob quã entia incõpleta nõ ſunt in Prędicam.

Confutatur opinio aliquorũ.

Coroll.

duum, ſed vt idem. Et ſi conſideretur, vt pars integralis, nullo modo collocabitur in illo. Ex dictis etiam patet: quomodo Deus non collocetur in prædicamento: quia, quæ in prædicamento collocantur, debent eſſe compoſita ex genere & differentia, vel debent eſſe genus, vel ſaltem indiuidua ſpecierum ex genere & differentia compoſitarũ, quia ſic ordinantur quidditatiuè: ſed Deus non eſt hoc modo: ergo &c. De quo tamen infra redibit ſermo. Sequitur vltimò, quod licet logicus conſideret decem prædicamenta realia hoc habet quatenus res huiuſmodi referuntur ad ſecundam intentionem talem, quæ eſt logicæ obiectũ, vt ſupra dictum eſt. Sed quænam ſit ſecunda intentio proxima, quæ immediatè conſideretur in his prædicamentis, Magiſter Soto vbi ſupra exiſtimat eſſe intentionem prædicamenti: nam hanc aſſerit eſſe obiectum libri prædicamentorum.

Quare Deus non ſit in prædicamentis.

Quomodo logicus conſideret prædicamenta.

QVAESTIO VI.

Vtrum prædicamenta ex abſtractis, vel concretis ſint conficienda.

Quæſtione præcedenti decidimus, quid prædicamentum ſit, & quæ entia in illo ſint collocanda, modo inquirimus, an hæc entia completa & finita, quæ in prædicamentis conſtituuntur, ſint collocanda in abſtracto, vel concreto. In qua re ſunt variæ Doctorum ſententiæ. Aliqui ita opinantur, prædicamentum ſubſtantiæ ex concretis poſſe conſtitui, & etiam ex abſtractis. Prima pars probatur ab illis: quoniam concreta dicuntur naturæ ſubſtantiales iam perfectæ ſubſiſtentes: eſt autem ſubſiſtentia intrinſecus & eſſentialis modus complens ſubſtantiæ perfectionem in ratione ſubſtantiæ: ergo ex concretis ordinari debet prædicamentum ſubſtantiæ. Conſequentia probatur, quoniam prædicamẽtum ſubſtantiæ, ſicut conſtat entibus completis, & non incompletis, ita debet confici ex ſubſtantiis completis, & perfectis potius, quam ex imperfectis. Et confirmatur hæc ratio, quoniam Porphyrius prædicamentum ſubſtantiæ cõſtituit in ſubſtantiis completis. Dicit tamen hæc opinio, quod etiam poſſit verum prædicamẽtum conſtitui ex ſubſtãtiis incompletis, licet prædicamentum ex his conſtitutum non ſit ita perfectum, quàm cõſtitutum ex ſubſtãtiis completis, propterea quod non importatur natura ſubſtãtialis cum ſuo complemento, habet tamen eſſentiam prædicamẽti ſubſtantiæ. Vt ſi conſtituatur hoc modo. Subſtantialitas, corporeitas, vita, animalitas, humanitas, petreitas: vbi ſuperiora de inferioribus quidditatiuè prædicantur. Et de prædicamentis accidentium dicit hæc eadem ſententia, quod perfectiori modo abſtracta conſtituunt prædicamentum, quam concreta, licet etiam concreta ſuum prædicamentum non ita perfectum conſtituant, quia prædicationes quidditatiuè potiori modo fiunt in abſtractis, quam in concretis.

Controuerſia

1. Sent.

1. Prob.

Confir.

Secunda ſententia tenet in prædicamentis accidentium, concreta per ſe poni, abſtracta vero reductiuè. Ita tenet Niphus lib. 5. metaphyſicæ, diſputatione 7. ad 5. & 6. Toletus quæſt. 2. poſtprædicamentorum & alii præſertim ex recentioribus.

2. Sentent.

Et probatur iſta ſententia, primò ex Ariſtot. 4. capit. antepredicament. vbi enumerat decem prædicamenta in concreto, & ita tranſtulit Boetius, quamuis Argyropilus tranſtulerit in abſtracto. Et 1. Topicorum capit. 7. decem rerum genera numerat, & diſtinguit in concreto, & hoc in vtraque translatione. Et in primo Topicorum ca. 1. dicit album cõtineri ſub colorato, tãquam ſpecies ſub genere.

Probat. 1.

Et probatur ſecundò hæc ſententia, quia in his concretis reperitur vnitas per ſe, & ratio vniuerſalis, reperiuntur ſuperiora & inferiora, & ſuperiora quidditatiuè prædicantur de inferioribus:

Probat. 2.

ribus, ergò conſtituunt prædicamentum. Et cum non poſſint eſſe duo prædicamenta v.g. qualitatis, & concreta conſtituant illud, non conſtituent, abſtracta.

Probat. 3. Et tertiò, quia prædicamentum eſt prædicabilium coordinatio, quorum ſuperiora quidditatiuè prædicantur de inferioribus: ſed hæc definitio conuenit concretis accidentium, vt quali, colorato, albo, & huic albo: ergo conſtituunt prædicamentum.

Probatur 4 Quartò explicantur ſupra dicta & confirmatur. Hæc prædicatio; Album eſt coloratum, eſt prædicatio generis de ſpecie, ergo in his concretis reperiuntur genera & ſpecies, ergo in his concretis neceſſariò reperitur prædicamentum. Probatur iſta conſequentia: quia, vbicunque reperitur coordinatio prædicamentalis, conſtituitur prædicamentum: ſed abſtracta non collocantur in hac coordinatione; ergo nō conſtituunt prædicamentum. Quod ſi dicas, illa conſtituere aliud prædicamentum diſtinctū, ergo ſunt duo prædicamēta qualitatis, hoc non eſt dicendum; ergo, &c.

Probat. 5. Quintò; nam in ſubſtantia prædicamentum conſtituitur ex concretis; ergo & in accidentibus. Probatur conſequentia; quoniam eſt eadem ratio, cum prædicamentum ſit eiuſdem rationis in illis; ergo debet eſſe idem modus conſtituendi.

Confir. Et confirmatur; quoniam abſtracta accidentium ſignificantur vt quid imperfectum, concretum vero vt quid perfectum; ergo ex concretis, & non ex abſtractis eſt conſtituendum prædicamentum. Conſequentia probatur, quia debet conſtitui ex rebus ſignificatis perfecto modo, & propterea non conſtituitur ex partibus. Sed antecedens probatur; quia ſignificantur vt formæ, & vt partes, ergo imperfecto modo, nam pars in ſua ratione dicit imperfectionem, & forma reſpiciens materiam ſimiliter.

Probat. 6. Sextò prædicamentum ſubſtantiæ fit ex naturis ſubſtantialibus ſuo intrinſeco ſubſiſtentiæ modo perfectis; ergo prædicamenta accidentium ſiunt ex naturis accidentalibus ſuo intrinſeco inhærentiæ modo perfectis; ſed huiuſmodi naturas ſignificat concretum accidentale; ergo ex his conficienda ſunt prædicamenta accidentium. Minor probatur: quia ſicut ſubſtantia in concreto dicit modum ſubſiſtendi, quia eſt modus perfectiuus & completiuus eius; Ita accidens in concreto dicit inhærentiam, qui eſt modus completiuus & perfectiuus eius. Dominus Caietanus cap. 7. de ente & eſſentia ſentit, in prædicamento metaphyſico conſiderato eodem modo poni abſtractum & concretum. *Speculatio Caiet. ſubtilis.* Et ratio illius eſt; quia res qualibet per ſuam eſſentiam ingreditur, vel egreditur genus metaphyſicaliter ſumptum, id eſt, rem generis, & non per modum ſignificandi; & quia eadem eſt eſſentia abſtractè, vel concretè ſignificata apud metaphyſicum, ita collocabitur in prædicamento abſtractum, ſicut concretum; quia vtrumque eandem habent eſſentiam; nec album apud Metaphyſicum eſt ens per accidens. Si vero prædicamentum conſideretur ſecundum Logicam conſiderationem, quia Logicus non conſiderat res ſecundum ſuas naturas abſolutè, ſed in ordine ad ſecundas intentiones, quia obiectum formale Logicæ, vt ſupra viſum fuit, eſt talis ſecunda intentio, Logicus non collocabit in genere concreta, ſed abſtracta; quia abſtracta ſolum rationem generis & ſpeciei habere poterunt, non verò concreta. Et hoc propter diuerſum modum ſignificandi, qui præuenit ſecundas intentiones, & fundat quodammodo ipſas; quia prius rem, vt conceptam ſequitur modus ſignificandi; quam ſequatur ſecunda intentio. Vt enim albedo rationem ſpeciei fundet, prius debet ſignificari in abſtracto, quam intelligatur denominari à ſecunda intentione, quia ſecunda intentio illi conuenire non poteſt, niſi in abſtracto ſignificetur, ſiue nomine mentali, qualis eſt conceptus, ſiue nomine vocali. Et ſi dicas, quare album non eſt ſpecies? *Obiectio. Solutio.* Reſpondet Caietanus, non eſſe ſpeciem, quia rem extraneam ex modo ſignificandi includit nimirum ſubiectum, illud au-

tem quod debet habere rationem ſpeciei, non debet rem extraneam includere ex ſignificandi modo, ſed ſolum ea, quæ ſunt ſui generis. Quod ſi alia alterius generis includat, debet eſſe vt additamentum, & non vt principaliter importatum. Hanc Caietani ſententiam aliqui irrident, iure ipſi irridendi, & dicunt ſingularem & improbabilem eſſe ſententiam. Et probant primò, quia Logica prædicamenta non ſunt a metaphyſicis diuerſa, nec e contra; ergo ſi ponitur concretum in vno prædicamento, ponitur & in alio, & ſi ab vno reiicitur, reiicietur ab altero. Antecedens patet; nam in genere loquendo & in ſpecie non ſunt niſi decem prædicamenta.

Secundò, quia res non aliter diſtinguuntur in prædicamentis Logicis, quam in metaphyſicis, ſed in vtriſque diſponuntur ſub ratione generis & ſpeciei: ergo ſi in vno non poſſunt induere rationem ſpeciei, nec in alio, & ita non erunt in illo prædicamento metaphyſico, nec etiam in prædicamento logico. Sed habet hæc opinio Caiet. ſuam probabilitatem a nobis poſtmodum oſtendendam.

Quaſtionis deciſio.

1. Concluſ. Quæ ſint in prædicamẽto propriè, & quæ reductiuè.

SEd vt, quid in hac parte ſecundum D. Thomam & veritatem ſit tenendum, aperiam, ſit 1. Concluſio: in ſubſtantiis nomina concreta, quæ compoſitum ſignificant, propriè in genere eſſe dicuntur, ſicut genera vel ſpecies, vt homo, vel animal. Forma autem vel materia non eſt hoc modo in prædicamento, niſi per reductionem. Quod etiam eſt dicendum de forma metaphyſica, vt de humanitate, animalitate, &c. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ capit. 7. de ente & eſſentia, in fine, & multis aliis locis ſuæ doctrinæ inferius adducendis. Vbi autem Diuus Thomas loquitur, vt ſileat cæteri logici oppoſitũ opinantes, æquum eſt.

Probatur igitur concluſio; Illud, quod in prædicamento ſubſtantiæ collocatur, debet eſſe vnum per ſe completum & perfectum, ſed talia ſunt concreta ſubſtantialia, ergo talia in recta prædicamentali linea collocantur. Maior probatur; nam talia, vel ſunt rerum eſſentiæ, vel genera conſtitutiua eſſentiarum: ſed hæc neceſſariò debent eſſe ens per ſe, quia rerum eſſentiæ non poſſunt eſſe ens per accidens, nec ex illis conſtitui. Et quod debeant eſſe tota quædam, & concreta; probatur; quia cum ſubſtãtia ſit ens per ſe, illud in recta collocatur linea, quod importatur vt ens per ſe completum & perfectum, & non vt pars alterius; cuiuſmodi ſunt concreta, ergo &c.

Quale debet eſſe id, quod ponitur in prædicamento ſubſtantiæ.

Obiectio.

Et ſi dicas contra; nam genus quod in recta linea collocatur, verbi gratia, animal, ſignificatur vt pars, ergo non vt totum. Reſpondetur, quod eſt pars metaphyſica, quæ etiam eſt totum. De quo ſupra dictum eſt. Et per hoc patet vltima concluſionis pars. Humanitas enim ſignificatur, vt pars metaphyſica, & eſt verè metaphyſica forma, quia iſta, aliquid eſt homo, ſignificatur vt pars animalis: pars autem ad totum reducitur, & non eſt totũ, qua ratione pars eſt; ergo nõ ordinatur in coordinatione, vbi totum coordinatur, ſed reducitur ad illam ordinationem. Eſt ergo prædicamentum entium completorum ordinatio, cuiuſmodi ſunt in genere ſubſtantiæ concreta, & quantum ad eſſe, & quantum ad modum ſignificandi, vnde ſolum illa in prædicamento ordinanda ſunt. Vnde ſi abſtracta, vt humanitas, animalitas, coordinantur ex neceſſitate, erunt duo prædicamenta ſubſtantiæ; ſed hoc non eſt concedendum, ergo in prædicamento ſubſtantiæ non ponuntur abſtracta. Probatur maior; quia prædicamentum eſt prædicabilium coordinatio; ſed non poſſunt vnica coordinatione coordinari abſtracta & concreta, ergo nec poſſunt vnum conſtituere prædicamentum; quod ſi conſtituunt, illud diuerſum erit a prædicamento concretorum. Vnde opinio aſſerens conſtituere aliud p̃dicamentum falſiſſima eſt, quia ex neceſſitate prædicamentũ ſubſtantiæ ex concretis conſtitui debet, cum genera

Solutio.

&c

& ſpecies, quæ prædicamentum conſtituunt, non reperiantur niſi in concretis: ſed abſtracta ad concretorum prædicamentum reducuntur.

2. Concluſ. Nomina accidentiũ in concreto nõ ſunt in prædicamento.

Secunda concluſio. Nomina accidentium concretiuè dicta, non ponuntur in prædicamento ſicut ſpecies, vel genera, vt album, vel muſicum, niſi ſolum per reductionem: ſed ſolum ſecundum quod abſtractè ſignificantur, vt albedo & muſica. Hæc concluſio eſt Angelici Doctoris, vbi ſupra.

1. Pars pb. Ratio ob quam entia per accidens non ponuntur in prędicam.

Prima pars concluſionis probatur; nam quæ debent collocari in recta linea prædicamentali, debent eſſe vnum ens per ſe, quia entia per accidens, cum non dicant vnam naturam, non collocantur in prædicamento; ſed concreta accidentium non ſunt ens per ſe, ergo non collocantur in prædicamento. Probatur minor: quia ex coniunctione accidentis cum ſubiecto non reſultat aliqua vna natura, ſed iunguntur res diuerſorum prædicamentorum: ergo concretum accidentale non eſt ens per ſe. Ad hoc enim erat neceſſarium, vt ex ſubiecto, & accidenti, quod componit concretum, vna natura reſultaret.

Confirm.

Et confirmatur hæc ratio, & probatur concluſio magis, nam concretum accidentale non eſt ſola albedo, verbi gratia, nec eſt ſola ſubſtantia, ſed eſt ſubſtantia, & accidens, modò ſignificetur ſubſtantia, modo non ſignificetur per nomen concretum: nam hoc modo non diſputamus; ergo eſt ſubiectum ſubſtantiale cum forma accidentali, ſed hoc ſubiectum cum hac forma non eſt ens per ſe, quia conſtat ex rebus diuerſorum prædicamentorum, ergo hoc ſubiectum cum forma non poteſt induere intentionem generis & ſpeciei, ergo non poteſt poni in prædicamento. Ea enim quæ in prædicamento collocantur, generis, vel ſpeciei, vel indiuidui rationem debent induere: vnde Ariſtot. 2. Topicorum dixit, coloratum non eſſe genus albi.

Varia arg. contraria. Et primũ.

Sed contra iſtam concluſionem ſunt varia argumenta; primum; nam album, verbi gratia, eſt definibile; eſt enim corpus diſgregatiuum viſus: & ita definiuntur accidentia in concreto, ſicut genus, ſignum, & alia huiuſmodi, ergo eſt ens per ſe: Probatur conſequentia, quia ſolum entia per ſe definibilia ſunt vnica tantum definitione. Et ita Sanct. Thomas loco proximè adducto dixit, quod ſi in concreto definirentur, ſubiectum poneretur loco generis, ergo iam ſecundum D. Thomam accidentia in concreto definiri poſſunt.

2. Argum.

Secundum argumentum. Ariſtoteles in capite de qualitate, cum prædicamentum conſtitueret, præfixit titulum de qualitate & quali, ergo ſignum eſt; quod tam concreta, quam abſtracta ponuntur in prædicamento qualitatis.

3. Argum.

Tertiò; probabile eſt, quod album ſolam qualitatem ſignificat; ſed tunc ratione ſui ſignificati non dicitur ens per accidens; ergo ratione ſui ſignificati ponetur in prædicamento.

Ad 1. reſp. Concretum non poteſt vna definitione definiri.

Ad primum argumentum reſpondetur, quod concretum nunquam eſt definibile vnica definitione, quia dicit & ſubiectum & formam accidentalem, ex quibus non reſultat vna natura, ſed ſi definitur, eſt ratione accidentis ſignificati, vt inhærentis alteri. Et nec tunc quidem habet propriam definitionem, quia id, quod habet rationem generis, eſt ſubiectum, quod eſt ſubſtantia; genus autem accidentis, ſicut & differentia, accidens debet eſſe, quia eſt idem cum ſua eſſentia, quæ eſt accidens. Vnde ſicut nec propriè ſunt in prædicamento, niſi per reductionem, ita nec propriè definiuntur in concreto, ſed ſunt quædam definitiones, quæ reducuntur ad veras & quidditatiuas definitiones. Et ita Diuus Thomas dicit, quod hæc non definiuntur ad modum accidentium, ſed ad modum ſubſtantiarum, & ſic ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum, ponitur vt ipſorum genus.

Ad 2. reſp.

Ad ſecundum reſpondetur; quod Ariſtot. dicit de qualitate & quali, quia qualitas per ſe ponitur in prædicamento, quale autem reductiuè, & vt

vt innueret vtrumque modum ponendi, hoc dixit, non quia concreta per ſe & directè in prædicamentis ponantur.

Ad 3. reſp. Ad tertium reſpondetur, quod licet ita ſit, vt ego magis probabile iudico, vt in fine præcedentis libri dictum eſt: tamen importat album ſubiectum, & quia ex ſubiecto & forma non reſultat vnum per ſe, non ponitur in prædicamento niſi reductiuè: quia importat formaliter aliquid poſitum in prædicamento. Quod ſi ſumas album ratione formalis, & vt importatur per iſtum terminum album; adhuc non ponitur directè in prædicamento, quia non poteſt intelligi ſine eo, quod ſubiectum in recto coniungat, & ratione huius coniunctionis non poteſt in prædicamento collocari.

Replica. Quod ſi dicas vlterius; Coloratum eſt genus reſpectu albi, & nigri, & denominatur generis intentione, ergo poteſt collocari in recta linea prædicamentali: *Solutio.* Reſpondetur, quod non eſt genus propriè, ſed reductiuè, ſicut nec animalitas eſt genus propriè reſpectu humanitatis, & equinitatis, ſed ſolum reductiuè, & ita nec denominatur propriè ab intentione generis, ſed à quadam intentione reducta ad generis intentionem, & ita ſunt intelligēda, quæ ſupra, cum de intentionibus & de genere ageretur, diximus.

2. Pars probat. Secunda pars concluſionis, quod ſcilicet ſola abſtracta ponantur per ſe in prædicamento, probatur, quia Ariſtot. 3. Topic. capit. 1. dicit, iuſtitiam eſſe in genere, non iuſtum. Secundò, quia tunc purè importatur natura accidentis, & non importatur coniunctio aliqua rerum diuerſorum prædicamentorum; ergo illæ naturæ ſic importatæ collocabuntur in prædicamentis accidentium. Et præterea, quia eſſentiæ accidentium collocantur in prædicamentis non in concreto ſignificatis, vt viſum fuit, ergo in abſtracto, quia non poſſunt aliter accipi, niſi in concreto, vel abſtracto. Et præterea, quia ita ſignificatæ ſortiuntur rationem generis, & ſpeciei, & indiuidui, ergo ſic prædicamentum conſtituunt. *Obiectio.* Et ſi fiat argumentum, nam in abſtracto ſignificatur per modum per ſe ſtantis, & per modum ſubſtantiæ, ergo non poſſunt collocari in prædicamento, quia vt collocentur debent importare proprium modum ſuum, quod eſt alteri inhærere. *Solutio.* Reſpondetur, quod licet non importentur, vt actualiter inhærentes tales eſſentiæ, importantur tamen vt inhærentes aptitudinaliter, quod ſufficit vt habeant veram eſſentiam accidentium, quia actualis inhærentia non eſt de eſſentia accidentium, ſed ſolum aptitudinalis.

Tertia concluſ. Tertia cōcluſio: Satis probabilis eſt Caietani ſententia, nimirum concretum accidentium non collocari in prædicamento logico, bene tamen metaphyſico. *Duplex prędicamentū logicum, & metaphyſicum.* Et præſupponit Caietanus pro ſua ſententia, ſcilicet, concretum ſolam qualitatem importare, vt obiectum ſignificatum, materiale vero eſſe extra rationem ſui ſignificati, licet coniungatur cum illo. Sed eſt aduertendum, vocari à Caietano prædicamentum metaphyſicum rem prædicamenti, verbi gratia, Prædicamentum metaphyſicum ſubſtantiæ eſt quidditas ſubſtantiæ, vt habet talem eſſentiā; quæ determinat ens ad rationem ſubſtantiæ per eſſe completum. Et prædicamentum quantitatis eſt quidditas & eſſentia quantitatis, & ſic de reliquis. Itaque non dicit prædicamentum metaphyſicum amplius, quam rerum quidditates, quæ primò diuerſæ ſunt. *Quod addit prædicamentum logicum ſupra metaphyſicum.* Prædicamentum vero logicum ſuper hoc addit, quod hæ quidditates ſint diſtributæ in ratione generis, & ſpeciei, & indiuidui, nec ſunt duæ quidditates rerum, ſed eadem quidditas cum diuerſo modo accepta, qui modus ſe tenet ex parte noſtri intellectus in ipſis rebus. Vult ergo dicere Caietanus, album ad prædicamentum metaphyſicum pertinere; quia album ſignificat quidditatem qualitatis, quod eſt eſſe qualificatiuum ſubſtantię, non vero pertinere ad prædicamentum logicum, quia præter hoc requiritur, quod illa quidditas ſic importetur, vt poſſit rationem generis fundare, & ſpeciei, quod albo non competit rationibus iam dictis. Et hæc ſententia

tentia explicat D. Thomam, quod concreta non pertineant ad prædicamentum logicum: nam de illo D. Thomas loquebatur in illo capite: quia agebat de rerum eſſentiis in ordine ad intentiones logicas.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. pro 1. Opinio. AD argumenta facta in principio: ad primum pro prima opinione reſpondetur, quod illa coordinatio abſtractorum non ſit prædicamentum: quia non ſunt genera, nec ſpecies, nec indiuidua, quæ ibi ordinantur, quod vt diximus requiritur ad rationem prædicamenti. *Ad 1. ſecundæ opinionis.* Ad argumenta ſecundæ opinionis, ad primum reſpondetur, quod Ariſtoteles illa genera nominat in concreto, vt faciliora: & vt ab illis ad abſtracta perueniamus, ex quibus verè prædicamentum conſtituitur. *Verba Ariſto. quomodo interpretanda.* Voluit enim Ariſtote. loqui de concretis, quæ reducuntur ad prædicamenta abſtractorum, quia ſunt quo ad nos notiora, non quia verè prædicamenta ex ipſis conſtituantur. Quando vero dixit colo ratum eſſe genus albi, non propriè accepit genus, ſed reductiuè, id eſt, ita ſe habet, ac ſi eſſet verum genus & reducitur ad illud.

Ad 2. Ad ſecundum iam patet ex concluſionibus.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod prædicamentum eſt prædicabilium coordinatio, quæ ſunt verè genus & ſpecies, concreta verò non ſunt verè genera, & ſpecies in accidentibus, (rationibus iam dictis) ſed reducuntur ad prædicationes generum & ſpecierum, vt diximus.

Ad 4. Et per hoc patet ad quartum: nam, vt ſit genus, non debet importare compoſitum ex rebus diuerſorum prædicamentorum, vel ex diuerſis rebus formalibus eiuſdem prædicamenti: ſed hoc important compoſita accidentalia: & ita non ſunt genus, nec ſpecies propriè, vt aſſerit D. Thom. ſed ad illa reducuntur ratione formalis, in quibus genus & ſpecies reperitur.

Ad 5. Ad quintum negatur conſequentia, & ratio diſparitatis conſtat ex concluſionibus. Et quamuis quoad intentionem ſecundam prædicamenti, prædicamentum ſubſtantiæ, & accidentis ſint eiuſdem rationis, non tamen pro materiali. & ita cum materialia ſint diuerſa, poſſunt diuerſas conditiones requirere, vt induant intentionem prædicamenti.

Ad confir. Ad confirmationem reſpondetur, quod non ſignificantur vt partes, ſed vt entia accidentalia, quorum eſſentia eſt eſſe aliquid ſubſtantiæ: non verò importantur, vt partes componentes aliquod totum accidentale, ſed vt reales eſſentiæ.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod non eſt neceſſe, vt aliqua ponantur in prædicamento ſubſtantiæ, quod habeant ſubſiſtentiam incommunicabilem: ſed ſufficit, quod ſit ens per ſe: & vt ponatur in prædicamento accidentis, non eſt neceſſe, quod habeat actualem inhærentiam, ſed aptitudinalis ſufficit: nec eſt neceſſe quod ſint indiuidua accidentalia: quia genera & ſpecies ſponuntur, quæ non ſunt huiuſmodi. Nec requiritur, quod ſubſtantiæ per ſe exiſtant, vt ponantur in prædicamento ſubſtantiæ: ſed ſufficit, quod poſſint per ſe exiſtere. *Quid ſufficiat accidētibus, vt ponantur in prædicamēto.*

Ad 1. cōtra Caiet ſent. Ad primum argumentum contra ſententiam Domini Caietani reſpondetur: quod prædicamentum logicum verbi gratia, ſubſtantiæ, & prædicamentum metaphyſicum eiuſdem ſubſtantiæ non dicant duas rationes ſubſtantiæ diuerſas, ſed eandem ſubſtantiam conſideret logicus & metaphyſicus: Logicus quidem non ſecundum ſuam eſſentiam, ſed in ordine ad ſecundam intentionem; & ita conſiderat in prædicamento rationem generis, & ſpeciei, & indiuidui, & diſponit prædicamentum in ratione generis & ſpeciei ſubiicibilis & prædicabilis: Metaphyſicus verò conſiderat ſubſtantiam præciſè, qua ratione eſt modus entis, & ſubſtantiam ſecundum hanc conſiderationem vocamus prædicamentum metaphyſicum. Bene ergo poteſt contingere, quod aliquid participet rationem ſubſtantiæ, & *Eadem conſiderat logicus, et metaphyſicus, ſed diuerſè modè.*

non ponatur in prædicamento logico: quia non habet conditionem requiſitã, vt genus, vel ſpecies, vel indiuiduum. Id patet clarè in prædicamento qualitatis: nam album eſſentiam habet qualitatis, ſuppoſito, quod ſolam ſignificat qualitatem: & tamen non habet modũ requiſitum vt induat rationem ſpeciei: & cum illud primum requirat ſolum, vt ſit in prædicamento metaphyſico, & logicum prædicamentum vlterius requirat rationem ſpeciei, vel generis, &c. poterit collocari in prædicamento metaphyſico, & non in prædicamento logico. Et per hoc patet ad ſecundum. Hic diſputari rurſus poterat: an prædicamenta realiter, vel formaliter, vel ratione inter ſe diſtinguantur: & quia Thomiſtis eſt familiare illud diſputare in capite de relatione, illuc vſque differendum duximus. Item diſputari poterat, an detur aliquid commune vniuocum omnibus prædicamentis: & hoc, cum dixerimus ens eſſe analogum, & nihil illis commune niſi ens aſſignari poſſit, apertè conſtat nihil commune illis dari poſſe vniuocum. An verò omnibus prædicamentis accidentium detur aliquod vniuocum commune, diſputabitur poſt prædicamentum ſubſtantiæ. Num verò ſit ſufficiens diuiſio entis per decem prædicamenta, in fine prædicamentorum tractandum duximus. Ad ſubſtantiæ tractationem accedamus.

Quæſtio, quæ poterat hic diſputari.

De Prædicamento ſubſtantiæ.

QVAESTIO VII.

Quodnam ſit diuiſum, cum diuiditur ſubſtantia in primam & ſecundam.

1. Argum. ET videtur quod nõ ſit aliquod diuiſum, quod poſſit diuidi in primam & ſecundam ſubſtantiam. Et ſit primum argumentum: nam Ariſtot. in præſenti non diuiſit ſubſtantiam in primam & ſecundam, ſed ſtatim incepit tractare de prima ſubſtantia: ergo ſignum eſt, nihil illis eſſe poſſe commune.

2. Argum. Secundum argumentum. Id quod diuiditur, vel eſt ſubſtantia completa, vel incompleta. Non poteſt dici ſubſtantia incompleta, cum membra diuidentia ſint ſubſtantiæ completæ, nec etiam poteſt dici, quod ſit ſubſtantia completa, nam ſi eſt ſubſtantia completa, vel eſt vniuerſalis, vel particularis: particularis eſſe non poteſt, alias eſſet prima ſubſtantia, quia ſubſtantia completa particularis prima ſubſtantia eſt, & ſic coincideret diuiſum cum vno membro diuidenti, nimirum cum prima ſubſtantia. Vel eſt vniuerſalis, & hoc eſſe non poteſt eadem ratione, quia coincideret cum ſecunda ſubſtantia, quæ eſt membrum diuidens: & ſi dicas ſubſtantiam, quæ diuiditur eſſentialiter, eſſe ens per ſe completum, accidentaliter verò eſſe ſecundam ſubſtantiam: & ita denominatur conuerti cum vno membro diuidenti, ſicut contingit in diuiſione vniuerſalis, quod in quinque vniuerſalia diuiditur: & eſſentialiter ſolũ dicit, eſſe vnum in multis; denominatur vero, & accidentaliter eſt genus, a quadam intentione, quæ eſt genereitas, & ita denominatiuè conuertitur cum vno membro diuidenti, nimirum cum primo prædicabili. Contra, nam diuiſum in hac diuiſione ex neceſſitate debet eſſe genus generaliſſimum huius prædicamenti: nam nihil aliud fingi poteſt eſſe diuiſum: & tunc ſic argumentor. Nam hoc diuiſum ita prorſus eſt ſecunda ſubſtantia, ſicut eſt ſecunda ſubſtantia corpus, & viuens, & animal, & homo, & quæcunque alia ſubſtantia ſecunda, quæ aſſignetur: ergo ex neceſſitate conuertitur cum membro diuidenti, & non accidentaliter: quia eodem modo eſt ſecunda ſubſtantia ſicut membrum diuidens: ergo ſubſtantialiter, & eſſentialiter, & ita erit diuiſio nulla.

Confirm. Et confirmatur hoc argumentum: nam explica, quomodo diuiſum, ſcilicet, generaliſſimum ſit denominatiuè ſecun-

ſecun-

ſecunda ſubſtantia, & corpus non ſit denominatiuè ſecunda ſubſtantia, & non poteris aſſignare rationem aliquā: nam in omnibus eodem modo ſe habent, præterquam in eo, quod generaliſſimum non habet ſuperius genus, & corpus habet, ergo eodem modo eſt ſubſtantia ſecunda, & ſic diuiſio nulla erit.

3. Argum. Tertium argumentum. Si ſubſtantia accipitur hic pro ſubſtantia completa directè exiſtente in prædicamento ſubſtantiæ, vt viri docti cenſent, ergo diuiſum eſt prima, vel ſecunda ſubſtantia, ſicut membra diuidentia ſunt prima, vel ſecunda ſubſtantia, & tunc diuiſio erit nulla, cum fiat conuerſio membri diuidentis cum diuiſo. Sed probatur conſequentia, quia ea, quæ in recta linea conſtituuntur, tanquam neceſſariam conditionem reponendi in prædicamento requirunt rationem ſuperioris & inferioris quidditatiui, nimirum generis, vel ſpeciei, vel indiuidui, ergo erit diuiſum prima, vel ſecunda ſubſtantia: & ſic conuertetur cum vno membro diuidenti. *Fuga.* Dices, quod abſtrahit: *Impugnat.* Contra, quia nihil, quod eſt in recta linea, poteſt abſtrahere a prima, vel ſecunda ſubſtantia, quia omne tale debet eſſe vniuerſale, vel particulare, & ex neceſſitate diuiſum debet eſſe vniuerſale, & eodem modo, ſicut vnum membrum diuidens eſt vniuerſale. *Solutio.* Si dicas, quod hic diuidatur aliquid pertinens ad logicam conſiderationem, & non ſit aliquid metaphyſicum: contra, & ſit

4. Argum. & replica præcedētis. Quartum argumentum. Nam ſubſtantia logicè conſiderata nihil eſt aliud quam ſubſtantia ſecundum quod ſubſtat accidentibus, & ſecundum quod importat relationem ſubſtantiæ, ſed etiam iſto modo nullum datur diuiſum in hac diuiſione; ergo diuiſio eſt nulla. Antecedens probatur, (& accipio ſubſtantiam pro hoc, quod eſt ſubſtare accidentibus) tunc ſubſtans accidentibus debet eſſe diuiſum in primum ſubſtans, & ſecundum ſubſtans, ſi diuiſio debet eſſe bona, ſed neque hoc diuiditur, ergo &c. Probatur minor, nam ſubſtans hoc modo formaliter nihil aliud eſt, quam quidam modus realis pertinens reductiuè ad prædicamentum ſubſtantiæ, vt modus eius, ſed, quod in hac diuiſione diuiditur, pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ directè, ergo ſubſtantia ſub iſto modo non eſt diuiſum. Minor probatur, quia iſta diuiſio facta eſt ab Ariſtotele ad conſtituendum prædicamentum ſubſtantiæ, & ita tam diuiſum, quam membra diuidentia ad hoc prædicamentum debent pertinere per ſe, & non reductiuè.

5. Argum. Quintò. Si ſubſtantia diuiditur, vt habet rationem ſubſtantiæ in primam & ſecundam, ſequitur, quod prima ſubſtantia ſit ſecunda, hoc autem non eſt dicendum, ergo diuiſio eſt nulla. Probatur ſequela, nam hoc ſubſtare ſecundò debet eſſe aliquid reale, cum ſit ſecundò ſuſtentare accidentia, ſed omnis realitas & modus realis prius conuenit primæ ſubſtantiæ, quam ſecundæ, & quia conuenit primæ, conuenit ſecundæ. Si autem iſte modus conuenit primæ ſubſtantiæ, ergo erit verum dicere, prima ſubſtantia ſecundò ſubſtat, & ſic erit ſecunda ſubſtantia. Probatur conſequentia, quia habet in ſe modum conſtitutiuum ſecundæ ſubſtantiæ, ſicut verum eſt dicere, Petrum eſſe album, quia habet in ſe albedinem, quæ eſt forma cōſtitutiua albi. De hoc argumento inferius ſumus dicturi.

6. Argum. Sextò. Omnis bona diuiſio debet habere duo membra diuidentia, ſed hæc non habet, ergo non eſt bona. Probatur minor, nam Petrus & homo non ſunt duo membra reſpectu ſubſtantiæ diuiſæ, quia homo prædicatur de Petro formaliter, & idem eſt dicendum de omni alia prima & ſecunda ſubſtantia, vnum autem membrum diuidens non prædicatur formaliter de alio. *Solutio.* Si dicas, diuiſum formale non eſſe ens per ſe, ſed ens per ſe quatenus ſtat ſub hoc modo reali, qui eſt ſubſtare: *Replica.* Contra, nam non dantur duo membra ſaltem formaliter diſtincta in ratione ſubſtandi etiam, ergo adhuc diuiſio eſt nulla. Conſequentia eſt clara, quia membra alicuius diuiſionis debent eſſe ad minus formaliter diſtincta, ſed probatur antecedens; nam primum ſubſtans, & ſecundum ſubſtans ſunt homo & Petrus; ſed homo

non

non habet aliquem modum realem nec formalem in ratione ſubſtantis, quem non habeat Petrus, nec Petrus, quem non habeat homo, ergo membra diuidentia nullo modo diſtinguuntur realiter. Probatur minor: nam ſi modus, quo homo ſecundo ſubſtat, conuenit homini, & non Petro, ergo iam aliquid reale conuenit homini, & non Petro, quod eſt falſum: quia quidquid realiter exiſtit in homine, prius exiſtit in Petro, ſi autem conuenit Petro, ergo Petrus eſt ſecundo ſubſtans, & ſic erit ſecunda ſubſtantia; quia cui conuenit ratio formalis alicuius, conuenit etiam effectus formalis illius rationis. Dices, quod Petrus habet ſubiectiuè ſecundi ſubſtantis rationem, non tamen denominatur ſecunda ſubſtantia, quia non eſt capax illius denominationis, ſicut in paſſo eſt forma, qua agens denominatur tale, & tamen per illam formam non denominatur agens paſſum, eodem modo, quamuis modus ſecũdi ſubſtantis ſit in Petro, non denominatur Petrus ſecundò ſubſtans, quia eſt incapax talis denominationis, & ſufficit vt ſecunda ſubſtantia denominetur talis diſtinctio rationis ratiocinatæ inter primam & ſecundam ſubſtantiam. Contra, nam modus primi & ſecundi ſubſtantis ſolum per operationem intellectus diſtinguuntur, ergo non eſt iſta bona diuiſio, quidquid dictum ſit in ſolutione antecedenti. Antecedens probatur, quia in Petro nõ eſt duplex modus ſubſtandi, ſed ſi eſſet aliquid reale, eſſe deberet in Petro, quia (vt diximus) nihil reale eſt in homine, quod non ſit prius in Petro: ergo ſolum eſt vnus modus, qui, quatenus conſideratur in ordine ad ſpeciem ſeu genus, dicitur ſecundum ſubſtans, quatenus verò conſideratur in ordine ad Petrum, dicitur primũ ſubſtans, & ita diuiſio eſt nulla, quia membra cuiuſcunque diuiſi ſaltẽ formaliter realiter diſtingui debent, & redeunt, ſi ſunt idem formaliter a parte rei primum & ſecundum ſubſtans, omnia inconuenientia ſupra dicta inter arguendum.

Solutio.

Impugnat.

Præambula ad decisionem quæſtionis.

VT hanc quæſtionem, & omnem de ſubſtantia diſputationem intelligere poſſimus, operæ pretium erit animaduertere, multifariam ſubſtantiam accipi poſſe ſecundum metaphyſicos & logicos; nam primò pro cuiuslibet rei eſſentia accipitur; ſic eam accipit Ariſto. cum definit vniuoca, & æquiuoca. Nam dicit vniuoca eſſe, quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ nomini accommodata eſt eadem, vbi ſubſtantia pro eſſentia, ſeu conceptu obiectiuo rei cuiuslibet vſurpatur: qua etiam ratione illam Ariſt. 5. Metaphyſi. tex 15. & 7. Metaphyſi. tex. 15. accipit. Accipitur ſecundo modo ſubſtantia pro omni eo, quod non eſt in ſubiecto: & ita accipitur ſubſtantia pro vt diſtinguitur contra accidens, quando dicimus, ens aliud ſubſtantia, aliud accidens. Nam iſta diuiſio iuxta D. Thom. accipitur contradictorio modo, vt accidens dicatur ens inhærens; ſubſtantia uero eſt ens non inhærens alteri. Et ſubſtantia accepta pro vt diſtinguitur contra accidens, adhuc accipitur tribus modis. Primo modo pro ſubſtantia ſeparata a materia: & ita accipitur ab Ariſtote. 12. Metaphy. cap. ſecũdo. Secundo modo accipitur pro ſubſtantia ſenſibili, quæ alteri non inhæret: ita accipitur 5. Metaphyſic. tex 8. Accipitur tertio modo pro cõpoſito ponibili in recta linea prædicamentali; ita accipitur 5. Metaphy. capite 8. Accipitur etiam pro generaliſſimo prædicamenti ſubſtantiæ, quod non eſt compoſitum, ſed abſtrahit a ſimplici & compoſito: vt dicitur à Diuo Thoma de natura generis, capite 10. Accipitur adhuc ſubſtantia peculiariter à logico duobus modis, & pro ente per ſe, quatenus accidentia ſuſtentat; ita vt dicat ſupra rationem entis per ſe, modum quendam reductum ad prædicamentum ſubſtantiæ, quo conſtituitur in ratione ſuſtentantis accidentia actualiter. Nam ſi conſideretur, vt ens per ſe, dicit aliquid, quod poteſt ſuſtentare

Subſtantia multiplex acceptio.

Digitized by Google

tare accidentia, ſi verò conſideretur vt actu eſt ſub accidentibus, dicit rationem ſubſtantis actu. Et ſic accipitur ſubſtantia a logico, vt actu accidentia ſuſtentat; & hoc, quod eſt actu ſuſtentare accidentia, eſt ratio formalis ſubſtantiæ conſtitutiua, ſecundum quod a logico tractatur de ſubſtantia in hoc prædicamento, vt inferius erit videndum. Accipitur etiam a logico ſubſtantia ſecundè intentionaliter, quatenus dicit relationem ſubſtantiæ, quæ relatio eſt ſecunda intentio. Et quamuis ſolum ad logicum formaliter pertineat tractare de ſubſtantia ea ratione, qua importat ſecundam intentionem, tamẽ tractatio etiam ſubſtantiæ, quatenus dicit aliquid reale, poteſt pertinere ad logicam conſiderationem in ordine ad ſecundam intentionem. In hac ergo quæſtione illud inquirimus, quomodo accipiatur ſubſtantia, cum in primam & ſecundam diuiditur.

Controuer. 1. Opinio. In qua quæſtione ſunt varia opinantium placita. Quidam dicunt ſubſtantiam in communi eſſe diuiſum, & hoc diuiſum eſſentialiter habet, quod ſit ſubſtantia, denominatiuè verò, quod ſit ſecunda ſubſtantia. Et non inconuenit diuiſum conuerti denominatiuè cum aliquo membro diuidenti. Dicunt ergo ſecundam ſubſtantiam denominatiuè, & eſſentialiter ens per ſe, diuidi in primã & ſecundam ſubſtantiam.

2. Opinio. Alii opinantur, ſi ſermo fiat de ſubſtantia primè intentionaliter, nullum dari diuiſum in hac diuiſione. Si verò fiat ſermo de illa ſecundè intentionaliter accepta datur, diuiſum formaliter, & hoc eſt intentio ſubſtantiæ in concreto, quæ diuiditur in ſecundam intentionem primæ ſubſtantiæ, & in intentionem ſecundæ. Cenſent verò alii, hanc partitionem eſſe ſubſtantiarum, vt videtur tenere Ammonius, ita vt ſit ſenſus: Subſtantiarum in recta linea conſtitutarum, aliæ ſunt primæ, aliæ ſecundæ. *Opi. Amm.* Dixerunt præterea alii, diuidi in hac parte ſubſtans in primum & ſecundum ſubſtans: & hoc ſubſtans, quia analogum eſt, nullatenus in prædicamento ſubſtantiæ collocari. Suarez diſputatione trigeſimatertia, ſectione ſecunda, quandam opinionem ex his videtur conflaſſe; & dicit, ſubſtantiam diuidi in ratione ſubſiſtentis, & ſubſtantis aliis, & membra diuidentia eſſe rationis tantum & non rei, quoad diſtinctionem membrorum. *Noua opin. Suarez.* Nam ſæpe (inquit) contingit, diſtinctionem eſſe rationis, & membra eſſe omnino realia; vt patet in attributis diuinis, quæ ratione diſtinguuntur inter ſe, & ſunt nihilominus entia realia. Et ſubdit, tamen, quod vna ſubſtantia ſubſtet ratione alterius, hoc non eſt in re, ſed in ordine ad conceptus noſtros. *Impugnat. Suarez.* Vide quomodo dicit pugnantia. Nam ſi membra ſunt realia, & membra ſunt prima & ſecunda ſubſtantia, ergo non habet ſubſtantia, quod ſit prima, vel ſecunda per relationem rationis, vel in ordine ad conceptus noſtros, etiamſi diſtinctionem habeant in ordine ad noſtros conceptus. Nam aliud eſt membra diuidentia diſtingui per ordinem ad conceptus noſtros, aliud eſt habere rationem primæ vel ſecundæ ſubſtantiæ per ordinem ad noſtros conceptus. Nam primum verum eſt in aliqua opinione probabili, ſecundum falſum, & incompoſſibile in ſua poſitione. Nam dicit, quod membra ſint realia, & quod habeant rationem primi & ſecundi ſubſtantis per relationem rationis. Nam quamuis attributa diuina realia ſint, & diſtinctionem rationis ſortiantur in ordine ad noſtros conceptus, ſapientia, verbi gratia, & iuſtitia; non conſtituuntur tamen in ratione iuſtitiæ & ſapientiæ per relationem rationis, nec in ordine ad noſtros conceptus.

Quæſtionis deciſio.

1. Conclu. Nõ diuiditur ſubſtãtia incompleta. Prima concluſio: Cum diuiditur ſubſtantia in primam & ſecundam, non accipitur ſubſtantia pro ſubſtantia incompleta. Probatur concluſio: nam ſequeretur, quod ſubſtantia prima, & ſecunda manerent ſemper cum illa imperfectione incompletæ ſubſtantiæ; & ſic prima & ſecunda ſubſtantia erunt in *Probat. 1.*

incompletæ ſubſtantiæ: ſed hoc falſum; ergo &c. Probatur Maior. Nam quando aliquod diuiſum in ſua ratione includit aliquam imperfectionem, participatur ſemper a membris diuidentibus cum illa imperfectione; ſicut ſi de ratione animalis eſt hæc imperfectio, quod ſit corruptibile ab omni diuidente animal, participatur ſemper cum eadem imperfectione. Sed minor probatur: quia prima & ſecunda ſubſtantia ſemper ſunt aliquid completum Secundò probatur: Quidquid eſt de ratione ſuperioris, conuenit ſemper omni inferiori: ſed de ratione ſubſtantiæ incompletæ eſt quod ſit pars: ergo hoc deberet competere omni inferiori: & ſic prima & ſecunda ſubſtantia eſſent partes, quod eſt abſurdum maximum, cum collocentur in prædicamento ſubſtantiæ, ſaltem quantum ad id, quod eſt prima & ſecunda ſubſtantia.

2. Prob. Optima r.

Dupliciter aliqua conuenire poſſũt diuiſo, & quę ſit diuerſitas inter illa.

Sed nota, quod diuiſo aliqua poſſunt competere, eſſentialiter & ſecundum ſuam definitionem, & illa ſunt, quæ a diuidentibus participantur. Alia verò illi conueniunt, non tanquam de ſua ratione exiſtentia, nec tanquam conſecuta ad ſuam rationem, ſed per accidens: Et iſta non participantur a ſuis inferioribus, ſicut animali conuenit eſſe quoddam totum potentiale, ſecundum quod eſt ſine differentiis conſideratum, & hoc non participatur ab inferioribus. Et quia eſſe ſubſtantiam incompletam includit in ſua ratione primo modo eſſe partem, ſi ſubſtantia incompleta diuideretur in primam & ſecundam, ſemper prima & ſecunda eſſent partes.

3. Prob. Et tertiò probatur concluſio, nam ſequeretur, quod hæc manus eſſet ſubſtantia prima, & manus eſſet ſubſtantia ſecunda, & ſic eſſet genus vel ſpecies, quod eſt falſiſſimum. Vide Diuum Thomam opuſcu. de natura generis, capitulo decimo, & tertia parte, quæſtione ſecunda, articulo quarto. Et præterea; nam huic manui non conuenit primò ſubſtare accidentibus, ergo non eſt prima ſubſtantia. Probatur antecedens quia totum primò ſubſtat; & ratione illius partes ſubſtant, nam ſicut ſuppoſitum prius habet eſſe; ita prius habet ſubſtare accidentibus conuenientibus toti compoſito, & idem dicendum de manu.

Not. opt. Sed aduerte, aliqua eſſe accidentia conuenientia toti ratione partium, vt eſſe criſpum, & iſta prius exiſtunt in parte, prout habent eſſe à toto, tanquam in ſubiecto incompleto, & conſequenter in toto; ſed tanquam in ſubiecto completo prius habent eſſe in toto, ceterum ratione partis.

2. Concluſ. Non diuiditur quid abſtrahens. Secunda concluſio. Diuiſum in hac diuiſione non eſt ſubſtantia, prout abſtrahit a completa, & incompleta, quæ nihil aliud eſt, quam ſubſtantia; vt diſtinguitur ab accidenti. Hæc concluſio æquè certa eſt ac præcedens, & eſt Caietani in præſenti. Probatur, quia capiendo ſubſtantiam, ſecundum hanc rationem, conuenit partibus ſub ſtantiæ; ergo illæ eſſent primæ vel ſecundæ ſubſtantiæ, ſed hoc eſt impoſſibile, vt iam ſupra patuit; ergo & cæter. Maior patet, quia cui conuenit diuiſum, debet aliquod membrorum diuidentium competere, aliàs diuiſionis membra non exhauriunt totam diuiſi confuſionem, ſed partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia, vt diſtinguitur contra accidens, ergo deberent eſſe prima, vel ſecunda ſubſtantia, ſi ſubſtantia in hac vniuerſalitate diuiditur.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Hic non fit diuiſio eorum, quæ in recta linea prædicamentali collocantur, ſic adeo vt non poſſit dari vnum diuiſum aliquo modo commune, ſed ſolum habeat hæc diuiſio rationem partitionis. Sed prius notandũ, partitionem alicuius dupliciter fieri poſſe. Vno modo, vt ſolum ſit rerum, quæ in aliquo ſuperiori non conueniũt numeratione, quæ eſt propria æquiuocorum, vt nomine æquiuoco ſignificantur. Secundo modo fieri poteſt partitio earum rerum, quæ, quamuis partiantur & numerantur, habent tamen aliquod ſuperius, in quo conueniant, ſicut quamuis diceremus animalium aliud homo, aliud equus (quæ quædam partitio

tio eſt), conueniunt tamen homo, & equus in animali: & hæc eſt optima diuiſio; animal aliud homo, aliud equus. Aſſerit ergo concluſio, falſum eſſe dicere, ſolum primo modo ſubſtantiam partiri poſſe in primam & ſecundam, & non potius ſecundo modo.

6. Optima loca ad probandam 3. concluſ. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ de potentia, quæſtione nona, articulo ſecundò, ad ſextũ, & prima, diſtinctione vigeſimaquinta, quæſtione prima, articulo primo, vbi dicit. Ad ſextum dicendum, quod natura generis ſubſtantiæ diuiditur in primam & ſecundam, ergo iam quid commune diuiditur: Nam natura generis quid commune eſt ad primam & ſecundam ſubſtantiam aliquo modo. Et ſolutione ad ſeptimum dicit, quod cum definitur perſona, quod ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ſubſtantia non ponitur in definitione perſonæ pro hypoſtaſi, ſed pro eo, quod eſt commune ad ſubſtantiam primam, quæ eſt hypoſtaſis, & ad ſubſtantiam ſecundam, & diuiditur in vtramque: ergo iam aliquid commune datur ad ſubſtantiam primam & ſecundam, quod in vtramque diuiditur ſecundum opinionem Diui Thomæ. Et præterea, quia ſubſtantia prima eſt ſubſtantia completa, & ſubſtantia ſecunda eſt ſubſtantia completa: ergo ſubſtantia completa eſt communis primæ & ſecundæ ſubſtantiæ, ergo poterit diuidi in illas: nam omne commune diuidi poterit in ea, quibus eſt commune.

4. Concluſ. Quarta concluſio; Impoſſibile eſt dare in diuiſione ſubſtantiæ, ſi diuiſio fiat per membra realia, aliqua membra, quæ realiter vel formaliter diſtinguuntur. Hæc concluſio, præterquam quod eſt Diui Thomæ ſupra dicta quæſtione de potentia, probatur euidenter Nam prima & ſecunda ſubſtantia, in ratione entis per ſe conſiderando illas, non diſtinguuntur formaliter, nec realiter: ergo iam ſecundum hanc conſiderationem noſtra concluſio eſt vera. Probatur antecedens: nam Petrus ab omnibus ſuperioribus, quæ ſunt in recta linea prædicamentali ſolum ratione diſtinguitur: ergo &c. Probatur ante cedens, quia omnia ſuperiora includuntur in illo quidditatiuè, & de ipſo in primo modo dicendi per ſe prædicantur, ergo nullo modo ab ipſo realiter nec formaliter diſtinguuntur, nam prædicatum quidditatiuum nullo modo à re, cuius eſt prædicatum, realiter diſtinguitur. Et hoc magis probatur, quia nullum membrum diuiſionis alicuius ab alio formaliter diſtinctum de alio prædicatur prædicatione formali, ſed ſecunda ſubſtantia, nimirum homo, animal, & cæt. prædicantur de Petro; ergo ab illo non formaliter diſtinguuntur. Et ita dixit Diuus Thomas quæſtione adducta de potentia, quod iſta diuiſio non eſt generis: quia nihil continetur ſub ſecunda ſubſtantia, quod nõ ſit in prima. *In diuiſione, ſi membra ſint formaliter diſtincta, vnũ non põt prædicari de alio.*

Et vocat ſecundam ſubſtantiam genus generaliſſimum, quod ſi fiat diuiſio entis per ſe completi in ratione ſubſtãtis in primum ſubſtans, & ſecundum ſubſtans, ſic vt fiat diuiſio, ens per ſe completum, vt ſuſtentans accidentia, aliud eſt primum ſuſtentans accidentia aliud ſecundum. Si, inquam, iſto modo fiat diuiſio, nec datur per membra realiter diſtincta, nec realiter, tamquam res a re, nec realiter formaliter. Probatur concluſio in hoc ſenſu, quia non dantur duo modi ſubſtandi realiter diſtincti, ergo membra ſub iſta ratione non diſtinguuntur realiter. Probatur antecedens: nam iſti modi diſtincti realiter, vel ſunt in diuerſis ſubiectis, vel in eodem; neutro modo: ergo non dantur. Probatur Minor: quia ſubſtare accidentibus primò, eſt quidam modus cõſequutus ad ſubſtantiam, ex eo, quia eſt ens per ſe ſubſiſtens incommunicabiliter: & quod ſecundò ſubſtet, ex eo, quod eſt ſubſtans, & non incommunicabiliter; ſed ſubſiſtens in communicabiliter, & ſubſiſtens non communicabiliter, non ſunt duo ſubiecta realiter diſtincta: ergo non poſſunt habere duos modos realiter diſtinctos. *Subſtare accidentib. eſt modus conſequẽs ſubſtantiam.* Dices, quod ſunt iſti modi realiter diſtincti in prima ſubſtantia. *Fuga.* Contra; quia prima ſubſtantia non eſt niſi vnum ens per ſe: ergo non habet niſi vnum modum ſubſtandi conſecutum ad ſuum eſſe per ſe. *Impugnat.*

ſe. Et præterea, quia, ſi modus ſecundi ſubſtantis eſt in prima ſubſtantia: ergo prima ſubſtantia eſt ſecundò ſubſtans, quod eſt abſurdum. Conſequentia, & antecedens in principio quæſtionis efficaciter fuit probatum, maximè, quia, cum Petrus, & homo ſint, ſecluſa operatione intellectus, idem prorſus, nō poſſumus, etiamſi fingendi detur licentia, dicere duos habere, Petrus & homo, modos ſubſtandi diſtinctos; quia non ſunt duo, quæ poſſint illos duos modos recipere.

1. Argum. Sed contra iſtam concluſionem argumētor primò. Hæc propoſitio eſt falſa: Primum ſubſtans eſt ſecundum ſubſtās; & item iſta, prima ſubſtantia eſt ſecunda ſubſtantia; ergo aliquid formaliter dicit vna, quod non dicit alia. Probatur conſequentia; quia ſi ambæ dicerent eādem rationem formalem; vera eſſet propoſitio, ſicut vera eſt iſta: Petrus eſt homo; quia Petrus, & homo non dicunt diuerſas rationes formales.

2. Argum. Secundò; nam D Thomas dicit, quod ſubſtantia diuiditur in primam, & ſecundam, vt quid commune: ergo membra diſtinguuntur ſaltem formaliter. Probatur antecedens in quæſtio. de potentia quæſtio. 9 art. 2. ad 6. & 7. Conſequentia probatur; quia de intrinſeca ratione diuidentium membrorum eſt, quod diſtinguantur ſuis rationibus formalibus ad minus.

3. Argum. Tertiò: nam hæc eſt vera; quia Petrus ſuſtentat accidentia, homo ſuſtentat; ergo ſuſtentatio Petri eſt cauſa ſuſtentationis hominis; ergo realiter diſtinguuntur iſtæ ſuſtentationes. Probatur conſequentia; quia cauſa & effectus realiter debent diſtingui.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum reſpondetur, concedendo hanc propoſitionem eſſe falſam, Primum ſubſtans, & prima ſubſtantia eſt ſecunda ſubſtantia; quia ſecunda ſubſtantia etiamſi pro materiali dicat aliquid reale, non tamen illud dicit per conceptum communem & formalem; nam de intrinſeca ratione ſecūdæ ſubſtantiæ eſt vniuerſalitas, ſaltem, vt conditio neceſſariò requiſita, ſicut non eſt concedenda iſta: Hoc ens mobile eſt obiectum Philoſophiæ, & iſta conceditur, Ens mobile eſt obiectum; quia obiectum ſcientiæ ſaltem vt conditionē dicit vniuerſalitatem. Vnde dixit Ariſt. Secundæ ſubſtantiæ, ſpecies & genera, & cætera.

Ad 2. arg. Ad ſecundum ex concluſionibus ſequentibus patebit ſolutio.

Ad tertiū reſpond. Ad tertium reſpondetur, quod illa dictio (quia) non dicit veram cauſſalitatem, nam ad hoc erat neceſſe, quod eſſet duplex entitas, & duplex ſubſtandi ratio, quod eſt inintelligibile. Sed dicit illa dictio (quia) aliquid præ requiſitum, vt poſſimus formare conceptum communem, cui ſubſtare accidentibus cōueniat, maximè, quia ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in re ſecluſa operatione intellectus; & tamen ſi eſſet vera cauſſalitas in re, ſecluſa operatione intellectus, deberet eſſe primum & ſecundum ſubſtās, & cauſſalitas primi ſupra ſecundum; qđ eſt falſum; nam in re non eſt homo vniuerſalis, ſed hic homo; & ita non eſt ſecunda ſubſtantia, ſed prima.

5. Concluſ. multipliciter fieri põt diuiſio ſubſtantiæ. Quinta concluſio. Diuiſio ſubſtantiæ his omnibus modis fieri poteſt: Primo, vt diuiſum in primam & ſecundam ſubſtantiam ſit ens per ſe completum, & faciat hunc ſenſum: Ens per ſe completum aliud eſt prima ſubſtantia, aliud ſecunda, & tunc nō dicit membra pro materia realiter diſtincta, ſed dicit membra, quæ, licet realiter ſint idem, modos tamen diuerſos habent, ſecundum quos intelliguntur membra diuiſionis eſſe oppoſita. Ita aſſerit Diuus Thomas ſupra dicta ſolutione ad textū, cum dicit: Sed eſt diuiſio generis ſecundum diuerſos modos eſſendi. Et non loquitur de genere, quatenus dicit ſecundam intentionē ita vt illa ſit ratio diuiſa, ſed loquitur de genere generaliſſimo ſubſtātiæ pro materiali, quod eſt ens per ſe completum, & hoc dicit diuidi per diuerſos modos, & modi ſunt, particulariter ſubſtare accidentibus, & vniuerſaliter ſubſtare. Nam bene intelligimus nos, Petrum eſſe hoc ſubſtans accidentibus, & hominē non eſſe hoc ſubſtans accidentibus, ſed ſubſtans accidētibus in communi: intelligimus enim ens per ſe completum determinari per modum ſuſtentandi accidentia in particulari, & in communi, qui modi accidunt enti per ſe completo.

to. Et ſunt quidem duo modi non realiter diſtincti, vt duæ res, ſed ita diſtincti, vt diuerſimodè denominent ens per ſe completum, vtpote non incluſi in ratione formali illius. Et hac ratione vocat Diuus Thomas potius hanc diuiſionem analogam, quam generis in ſuas ſpecies, quia iſti modi habent inter ſe formaliter rationem analogicam, cum vnus ſit realis particularis, alius ſit rationis, nimirum vniuerſalitas in ſubſtando. Et certum eſt ideo hanc diuiſionem vocari analogam, quia enti reali, & rationis nihil vniuocum dari poteſt, ſed potius illi modi habent quandam analogicam vnitatem, de quo inferius. Vnde falſum dicit Suarez contra Caietanum vbi ſupra, nam quando res diuiditur per diuerſos modos, non eſt neceſſe modos participare diuiſum, ſed ſatis fuerit illud afficere aliquo modo, & de materiali includere, ſicut, ſi diuidamus curſum, quod ſit alius velox, alius tardus, velocitas & tarditas non includunt curſum, ſed determinant, & de materiali illum dicunt.

Quare diuiſio ſubſtantię in primã & ſecundã ſit analoga.

Impugnat. Suarez.

Poteſt ſecundò ſic fieri diuiſio, quod ponamus in ſubiecto diuiſo aliquam rationem formalem ſupra ens per ſe, quæ ſit formalitas, ratione cuius diuiditur, dicendo: Subſtans accidentibus aliud eſt primò ſubſtans, aliud ſecundò ſubſtans. Et hoc cenſeo impoſſibile, quia non dantur duo modi poſitiui ſubſtandi, à quibus abſtrahamus rationem ſubſtantis in communi, ſed ſolum datur vnus modus ſubſtãdi accidentibus in particulari, & vnus modus ſubſiſtendi. Et iſte modus accidit enti per ſe completo & illud determinat. Et ex hoc nos per intellectum conſtituimus alium modum, qui eſt ſubſtare in vniuerſali, cognoſcendo id, quod ſubſtat ſine conditionibus indiuiduantibus; & intelligimus etiam ſubſtantiam particularem particulariter ſubſiſtere, & vniuerſalem non ſubſiſtere particulariter, quod eſt eſſe ſecundam ſubſtantiam. Nam profectò, vt in principio quæſtionis probabamus, tunc diuidens membrum eſſentialiter conuerteretur cum diuiſo, quia ſi das ſubſtans completum in communi, quod diuiditur in primum & ſecundum ſubſtans, eodem modo prorſus eſt ſubſtans, ſicut eſt ſubſtans ſecundum ſubſtans, quod eſt intrinſecum vitium diuiſionis.

Alius modus explicandi diuiſionem ſubſtantia.

Poteſt etiam tertio modo intelligi diuiſio, vt fiat ſenſus: Ens per ſe completũ, aliud eſt prima ſubſtantia, ideſt, particulariter habens eſſe per ſe; aliud eſt ſecũda ſubſtautia, ideſt, in communi habens eſſe per ſe. Et iſta clara diuiſio eſt, quia ens per ſe completum per diuerſos modos diuiditur. Naturis enim rerum accidit eſſe vniuerſales, vel particulares, vt cap. 4. de ente & eſſentia demonſtratur à D. Thoma.

Poteſt quarto modo accipi diuiſio ſecundè intentionaliter, vt diuidatur ſubſtantia in primam, & ſecundam ſubſtantiam, quæ ſubſtantiæ prima & ſecunda dicant formaliter relationem & intentionẽ primæ & ſecundæ ſubſtantiæ. Sed hæc diuiſio licet videatur clara, idem inconueniens habet.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, diuiſum eſſe ſubſtantiam, quæ eſt generaliſſimũ per diuerſos modos, vt iam diximus, quæ eſt ſubſtantia completa; & hanc vocat D. Tho ſubſtantiam generis per diuerſos modos.

Ad 3. reſp. Ad tertium reſpondetur, quod diuiſum eſt ens per ſe, cui accidit modus primæ & ſecundæ ſubſtantiæ; non verò diuiſum eſt ſecunda ſubſtantia, ve ſic, ita vt ratio formalis diuiſi ſit ratio ſecundæ ſubſtantiæ rationibus ſupra factis, & argumenta in principio etiam hoc probant. Et iſta diuiſio eſt intelligẽda ad eum modum, quo intelligitur diuiſio corporis per calidum, & non calidum.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, illud, quod in hac diuiſione diuiditur, pertinere ad prædicamentum ſubſtantiæ pro ſubſtrato; modum verò realem primæ ſubſtantiæ, qui eſt ſubſtare accidentibus, ſeu ſubſiſtere incommunicabiliter, pertinere ad illud reductiuè, quod verò ſuſcipit hunc modum directè, & ſuſcipiens hunc modum eſt ens per ſe. Alius verò modus ſecundæ ſubſtantiæ non pertinet ad hoc prædicamentum pro vniuerſalitate, quam dicit, ſed pro quanto dicit ſuſtentationem: nam dicit

ſubſtare

Digitized by Google

ſubſtare accidentibus in vniuerſali. Nec eſt inconueniens, quod dicat formaliter aliquid rationis, & pro ſubſtrato modum ſubſtandi in vniuerſali, qui ſolum ratione diſtinguitur à modo ſubſtandi particulari: ſicut homo ratione diſtinguitur à Petro.

Ad 5. Arg. Ad quintum reſpondetur, negando ſequelam: nam modus ſecundæ ſubſtantiæ dicit ſubſtare cum vniuerſalitate, qui non eſt in prima ſubſtãtia; licet ſubſtare ſit in prima ſubſtantia, ſicut homo ſine conditionibus indiuiduantibus non eſt in Petro, ſed in intellectu, licet homo ſit in Petro.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quod hic nihil commune diuiditur ad hominem & Petrum, niſi natura generis generaliſſimi: ad omnes verò ſecundas & primas ſubſtantias nihil commune datur: & ita non eſt diuiſio alicuius communis & ſuperioris ad exiſtentes ſubſtantias in recta linea: ſed diuiditur ens per ſe completum per modos diuerſos, vt diximus Et hæc argumenta bene memoriæ manda pro noſtris concluſionibus confirmandis.

QVÆSTIO VIII.

Quænam diuiſio ſit iſta, qua diuiditur ſubſtantia in primam, & ſecundam.

Controuer. IN hac quæſtione eſt ſolennis & antiquiſſima opinio, & in Gymnaſiis Dominicanis ſatis frequens, ſubſtantiam analogicè di-

1. Opinio. ci de prima & ſecunda ſubſtantia, accipiendo ſubſtantiam in ratione ſubſtandi. Et dicunt, hanc eſſe opinionem noſtri magiſtri ſanctiſſimi Diui Thomæ in quæſtione ſæpe citata de potentia. Et

1. Argum. probatur hæc opinio, & ſit primum argumentum: nam ratio ſubſtandi conuenit ſecundæ ſubſtantiæ in ordine ad primam, & cum dependentia ab illa: ergo dicitur analogicè Conſequentia patet: nam propterea ens analogicè dicitur de ſubſtantia & accidenti, quia conuenit accidenti ratio entis in ordine ad ſubſtantiam, & cum dependentia à ſubſtantia: ſed antecedens primum probatur, quia propterea homo eſt albus, quia Petrus eſt albus, & in ſuſtentanda albedine dependet a Petro: ergo &c.

Secundum argumentum: nam primũ ſubſtans eſt ſimpliciter ſubſtans & maximè ſubſtans, vt inquit Ariſtot. in litera ſecundum verò ſubſtans: eſt ſecundũ quid ſubſtans: & huius ſignum eſt, quod nec poſſit eſſe nec intelligi ſine ordine ad primum ſubſtans: ergo dicitur analogicè. Conſequentia probatur: quia nihil aliud requiritur ad rationem analogiæ. Sed probatur antecedens: nam implicat intelligere ſecundum ſubſtans ſine primo, cum ſecundum ordinem ad primum intrinſecum importet, & in omnibus eſt ſimilitudo ad analogiam repertam inter ſubſtantiam & accidens. *2. Argum.*

Tertiò probatur iſta ſententia authoritate D Thomę de potentia, quæſtio. 9. art. 2. ad 6. Vbi ita dicit: Ad ſextum dicendum, quod cum diuiditur ſubſtantia in primam & ſecundam, non eſt diuiſio generis in ſpecies, cum nihil contineatur ſub ſecunda ſubſtantia, quod non ſit in prima: ſed eſt diuiſio generis ſecundum diuerſos modos eſſendi. Nam ſecũda ſubſtantia ſignificat naturam generis ſecundum ſe abſolutam: prima verò ſignificat eam, vt indiuidualiter ſubſiſtẽtem: vnde magis eſt diuiſio, analogi, quam generis: ſic ergo perſona continetur quidem in genere ſubſtantiæ, licet non vt ſpecies, ſed vt ſpecialem modũ exiſtendi determinans. Hæc. D. Thom. ergo ſecundum D. Thom. ſententiam, diuiſio ſubſtantiæ in primã & ſecũdam, eſt analoga diuiſio: Nam dicere eſſe magis diuiſionem analogam, quam generis, non tollit eſſe diuiſionem analogã. *3. Argum.*

Alii in hac parte cenſent, ſi diuiſio accipiatur realiter, analogam eſſe: ſi verò accipiatur ſecundè intentionaliter, eſſe vniuocam. Sed quid ego ſentiam, ſequẽtibus explico. *2. Opinio.*

Deti-

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. Prima concluſio: Hæc diuiſio ſubſtātiæ in primam & ſecundam eſt diuiſio ſubiecti in accidentia: Hæc conclusio eſt expreſſa D. Thom. loco proximè adducto, vbi dixit, eſſe diuiſionem generis ſecundum diuerſos modos, & vocat genus ens per ſe completum, quod eſt materiale generis primi. Sed quando aliquid per modos diuerſos diuiditur, diuiditur vt ſubiectum in ſua accidentia, ergo &c. Hoc ipſum tenet Caiet. in præſenti, & alii logici fundati & illuſtres; tenet etiam illam Villalpandus. Et demonſtratur iſta concluſio, nam enti per ſe completo in recta linea exiſtenti conueniunt iſti duo modi ſubſtantiæ primæ & ſecundæ conſtitutiui; ergo, cum diuiditur per illos modos, diuiditur vt ſubiectum in ſua accidentia, & modos. Probatur antecedens, nam ens per ſe completum particulariter ſubſtat accidentibus, & ens per ſe & completum in communi ſubſtat ſeu ſecundò ſubſtat, quod idem eſt; ergo cum per primò & ſecundò ſubſtare diuiditur ſubſtantia, per modos ſuos diuiditur. Et aduerte perſpicaciter, cum dicitur communiter à logicis, ſubſtantiam aliam eſſe primam, & aliam ſecundam, diuiſum accipi pro ente per ſe. Et eſt ſenſus; Enti per ſe completo conuenit hic modus, qui eſt ſuſtentare accidentia primò, & etiam iſte, qui eſt ſecundò ſuſtentare illa. Et non accipitur ſubſtantia pro ente per ſe cum aliquo modo ſubſtandi in communi abſtrahendo a primo & ſecundo modo ſubſtandi, quia nullum materiale, nec ſubiectum dari poteſt, nec in recta linea, nec extra, cui conueniat talis modus ſubſtandi abſtrahendo à primo, & ſecundo modo ſubſtandi: nam omne exiſtens in recta linea eſt ex neceſſitate primum aut ſecundum ſubſtans, quamobrem debet habere modum primi aut ſecundi ſubſtantis. Nam omne ens per ſe & completum debet concipi, vel in particulari, & erit prima ſubſtantia: vel in vniuerſali, & erit ſecunda. Nec poteſt ab his abſtrahere; quia ab vniuerſali abſtrahere non poteſt, quod eſt generaliſſimum ſubſtantiæ. Et ſi dicas, cur ergo dicuntur modi entis per ſe primò, & ſecundò ſubſtare? reſpondetur, ideo dici, quia conueniunt enti per ſe completo, & non de ſua eſſentia: nam optimè ſine illis valet intelligi. Bene enim concipimus nos naturam entis per ſe completi ſine vniuerſalis & particularis ratione: cum hæc illi accidat, & ſolum habeat ſecundum ſe illud, quod per ſuam definitionem explicatur. Et cum rurſus videamus ens per ſe completum in communi concipi & intelligi cū modo ſubſtandi accidentibus ſecundò, & videamus etiam in re primò ſubſtare accidentibus, dicimus eſſe modum illius, quia illi conueniunt, vt aliquid exiſtens extra ſuam eſſentiam.

D. Thom. *Caiet.* *Villalpandus.* *Obſeruatio digna.* *Interrogatio.* *Reſponſio.*

Secundò, cum diuiditur curſus in velocem & tardum, eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, & ſimiliter, cum diuiditur corpus in album & nigrum; quia ſunt aliquid albedo, & nigredo, tarditas & velocitas, determinans illa ſubiecta, nec includuntur in ratione ſubiectorum. Sed idem eſt dicendum de iſtis modis primò, & ſecundò ſubſtare, ergo eſt diuiſio ſubiecti in accidentia diuiſio ſubſtantiæ in primam & ſecundā, ſicut eſt diuiſio curſus in tardum, & velocem.

2. Concluſ. Secunda concluſio; Diuiſio ſubſtantiæ in primam & ſecundam, nō eſt propriè, & in rigore diuiſio analoga. Hæc concluſio inſinuatur a D. Tho. in ſupra dictis verbis, ita dicente: Vnde magis eſt diuiſio analoga, quam generis. Quæ verba, ſi in rigore accipiantur, faciunt hunc ſenſum; quod eſt diuiſio generis, & eſt diuiſio analoga, quia comparatiuum propriè includit poſitiuum, & dicit exceſſum in re comparata, ſcilicet, quod magis illi ratio analogicæ diuiſionis conueniat: Ex quo ſic argumentor: Nullo modo vult dicere Diuus Thomas quod ſit diuiſio generis in ſpecies, ergo nullo modo vult dicere, quod ſit diuiſio analoga propriè, ſed vult dicere, quod habeat quandam ſimilitudinem cum analogica diuiſione, vt explica-

Verba D. Tho. & explicatio eorum. *1. Prob.*

plicabimus poſtmodum. Hanc concluſionem ſic probo, nam propria analoga diuiſio illa eſt, quando aliqua forma a diuerſis participatur partim eadem, partim diuerſa; ſed ratio ſubſtantiæ à prima & ſecunda non participatur partim eadem, & partim diuerſa: ergo non eſt diuiſio analoga propria. Sed minor probatur, nam non datur aliqua vna forma, quæ participetur à diuerſis, ergo &c. Probatur antecedens, quia forma non poteſt eſſe ens per ſe, quia ens per ſe ſimpliciter participatur à Petro, & ab homine, verbi gratia. Nec poteſt eſſe aliqua alia forma, ſeu ratio in recta linea conſtituta, nec poteſt eſſe ſubſtandi ratio abſtrahendo à primi & ſecundi ſubſtantis ratione, quia, vt dixi, non datur talis ratio, cum non detur ſubiectum aliquod, cui poſſit competere, quia non datur tale ſubiectum in recta linea, omne enim tale ſubiectum eſt prima, vel ſecunda ſubſtantia, nec datur aliquod abſtractum ab exiſtentibus in recta linea, & ſuperius illis, quia nullum ens completum & per ſe datur ſuperius ad ſubſtantiam, quæ eſt generaliſſimum, ergo & ſine ſubiecto dari non poteſt. Dico, ſine ſubiecto, cuius ſit: omnis enim modus expoſcit ſubiectum, cuius ſit, & hæc eſt demonſtratio.

Quæ, et qualis ſit diuiſio analoga.

2. Prob. Præterea: diuiſio omnis analoga diuerſa membra expoſcit, quæ ſint diuerſæ rationis, non omnino, ſed partim, ſed ſubſtantia, ſeu ens per ſe non habet hæc membra, ergo &c. Maior patet ex definitione analogorum. Nam ſubſtantia, quæ eſt vnum membrum, diſtincta eſt ab accidenti, etiamſi ratio entis in illis reperiatur proportionaliter; idem de ſano dicendum eſt, & de omni analogiæ membro, abſque vlla exceptione. Sed minor probatur, quia enim prima & ſecunda ſubſtantia non ſunt duo membra diſtincta, quorum vnum ſimpliciter participet rationem ſubſtantiæ, & aliud ſecundum quid, quia ratio entis per ſe, ſeu corporis, ſeu viuentis, ſeu animalis, ſeu hominis in Petro includitur, & eſt de ratione eius, & ſolum differunt penes includens & incluſum, & ſola operatione intellectus diſtinguuntur, ergo illa ſecluſa nulla eſt diuerſitas in membris analogiæ. Dices, quod non eſt analogia, niſi in ratione ſubſtantiæ; ſed contra, quia etiamſi ſit in ratione ſubſtantiæ analogia, non poteſt reperiri, niſi ſint membra diuerſa, quæ participent hanc rationem analogiæ, ſed iſta non dantur, quia Petrus, & homo non ſunt duo extrema realiter diſtincta, ſed Petrus includit hominem; ergo &c. Et præterea, vel iſta analogia eſt ſecluſa operatione intellectus, vel non. Si dicas, quod non eſt ſecluſa operatione intellectus, ergo intellectus facit, quod homo dependeat in ſubſtando à Petro, & ſic iſta dependentia erit rationis; ſiquidem conſequitur ad operationem intellectus. Vel eſt ſecluſa operatione intellectus, & hoc eſt impoſſibile; quia ſecluſa operatione intellectus non ſunt Petrus & homo diſtincti, neque duo; ergo ſecluſa operatione intellectus, non poteſt, Petrum ſubſtare accidentibus, eſſe cauſa, quod homo ſubſtet, nec hominem ſubſtare non poteſt dependere ab hoc, quod eſt Petrum ſubſtare, quia cauſſalitas, & dependentia debet eſſe inter duo. Et præterea rationibus communibus probo concluſionem, quæ certè non bene diſſoluuntur. Nam ſi ſubſtare analogicè dicitur de Petro & homine, quia homo non ſubſtat, niſi Petrus ſubſtet, ſequitur, quod eſſe animal rationale (& accipio illud, pro vt dicit eſſentialem connexionem) dicitur analogicè de Petro & homine, quod eſt ridiculum, & impoſſibile. Probatur ſequela, quia Petrus ideò eſt animal rationale, quia homo eſt animal rationale, conuenit enim primò, & per ſe homini, eſſe animal rationale, & Petro conuenit per ſe ſecundò. Imò ſequitur, quod eſſe riſibile, ſecundum quod dicit, connexionem per ſe, dicatur analogicè de Petro & homine, quia primò & per ſe conuenit homini in ſecundo modo, & Petro conuenit per aliud, quæ omnia non ſunt audita apud authores graues.

Solutio. *Impugna.* *3. Prob.* *4. Prob.*

Obiectio. Et ſi arguas contra hanc concluſionem; Ariſtot. dicit, hominem ſubſtare

re

ſe accidentibus, quia Petrus ſubſtat: & ſubſtare accidentibus maximè dici de prima ſubſtantia, quia eſt magis ſubſtantia: ergo dicitur analogicè ſubſtantia de Petro, & de homine; reſpondetur, quod illa dictio, quia, eſt accipienda, vt nota conſequentiæ, non verò vt dicês veram cauſam à parte rei: ex eo enim, quòd Petrus in ſua ratione includit rationem hominis, licet particularizatam, & addit ſupra illam conditiones indiuiduantes, eſt bona conſequentia: Petrus ſubſtat, ergo homo ſubſtat; & quia Petrus ſubſtat, homo ſubſtat. Verum non poteſt dici vera cauſa (ſubſtare Petrum) huius, quod eſt hominem ſubſtare, cum Petrus & homo ratione ratiocinata ſolum diſtinguantur. Et non eſt bona conſequentia, homo ſubſtat accidentibus, ergo Petrus ſubſtat: quia ratio hominis reperitur in alio ſuppoſito diſtincto à Petro. Dixi in concluſione, hanc diuiſionem non eſſe propriè, & in rigore analogam, quia illi modi ſubſtandi primò & ſecundò habent aliquo modo analogiam in ratione modi; quia ſecundò ſubſtare dicit rationem vniuerſalis: dicit enim ens per ſe cum modo vniuerſalitatis, & quia vniuerſalitas, quæ complet rationem modi ſecundi ſubſtantis, eſt ens rationis & modus primæ ſubſtantiæ eſt realis; & enti reali, ſeu modo reali, & modo rationis nihil poteſt eſſe commune vniuocum. Ideo hæc diuiſio, quantum ad modos, cenſetur analoga: quia quando ſuperius eſt analogum, inferius ſimiliter, & quia ens analogicè dicitur de ente reali, & rationis, ideo modus primi ſubſtantis & ſecundi analogicè dicuntur in ratione modi, propter ens incluſum in illis, quod eſt diuerſæ rationis. Et hoc voluit docere D. Thomas. Poſtquam enim dixit, eſſe diuiſionem generis per diuerſos modos, ſubiunxit; Non enim eſt generis in ſpecies, ſed potius analogi. Voluit enim hoc myſterium reconditum aperire, quod eſt analogia in ratione modi in ipſis modis ſubſtantiæ conſtitutiuis, quia ens includitur in illis, quod eſt analogum. Non verò voluit dicere, quod ſubſtantia analogicè de prima & ſecunda dicatur, ſed eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, ratione modorum, & ipſi modi non ſunt eiuſdem rationis, cum vnus, ſcilicet, modus ſecundæ ſubſtantiæ includat aliquid rationis, & alius modus, ſcilicet modus primæ ſubſtantiæ ſit aliquid reale.

Reſponſio. — *Maior, explicatio concluſionis.* — *Quō diuiſio ſubſtātię in primam, & ſecundā, ſit analoga, & quomodo nō apud Diuū Thomam.*

Tertia concluſio; Accipiendo ſubſtantiam primam & ſecundam ſecundè intentionaliter pro Petro, v.g. vt habet relationem primi ſubſtantis, & hominem, vt habet relationem ſecundi ſubſtantis, ſubſtare dicitur de illis analogicè. Patet, quia relatio ſecundi ſubſtantis conuenit homini in ordine ad relationem primi ſubſtantis. Et hæc analogia eſt analogia proportionalitatis; quia nō datur aliqua relatio communis, quæ ſit relatio ſubſtantis in communi, abſtrahendo à primo & ſecundo ſubſtante: quia nullum ſubiectum intelligi valet, cui illa relatio conueniat, ſicut diximus de modo ſubſtandi realiter; & eſt hæc analogia proportionalitatis. Nam ſicut ſe habet primum ſubſtās ad ea, quibus ſubſtat, ſeu refertur relatione primi ſubſtantis; eodem modo ſe habet ſecundum ſubſtans, & refertur ad ea, quibus ſecundò ſubſtat; nec poteſt abſtrahi vnus conceptus ab illis relationibus, qui ſit conceptus ſubſtantiæ; ſicut nec poteſt abſtrahi ab aliis analogis multis proportionalitatis. Hanc concluſionem inferius magis explicabimus.

3. Concluſ.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad primum argumentum reſpondetur, quod inter primam & ſecundam ſubſtantiam non ſit dependentia analogica, etiam in ratione ſubſtandi; quia non ſunt duæ rationes reales realiter diſtinctæ, quæ participent rationem analogicam partim ſecundum eandem rationem, & partim ſecundum diuerſam. Sed pro tanto ſecunda ſubſtantia dicitur dependere à prima intentione ſubſtandi; quia cum Petrus dicat rationem hominis determinatam, ſi Petrus ſubſtat accidentibus, homo ſubſtabit; quia Petrus includit hominem; nō vero Petrus habet

Ad primū. — *An ſubſtare dicatur analogicè de prima et ſecūda ſubſtantia.*

C 2 ali-

aliquam cauſſalitatem ſupra hominem in ſubſtando: quia nec eſt efficiens cauſſalitas, vt de ſe conſtat, nec materialis, nec finalis, nec formalis: omnes enim iſtæ cauſſalitates diſtinctionem realem ſaltem formalem inter cauſſam & effectum expoſcunt: & inter Petrum & hominem nulla eſt à parte rei diſtinctio, niſi rationis ratiocinatę fundamentaliter. Et valde miror, viros doctos hoc modo explicare analogiam primæ & ſecundæ ſubſtantiæ.

Ad 2.
An detur a parte rei primum et ſecundum ſubſtans.

Ad ſecundum reſpondetur, quod non datur primum & ſecundum ſubſtans a parte rei; ſed ſolum ſunt duo, & diſtincta per operationem intellectus; & non duo quomodocunque, ſed duo, quæ ſe habent vt includens & incluſum; quod potius eſt eſſe idem diuerſimodè conſideratum, & ita non datur vnum, quod ſit maximè ſubſtans, & aliud, quod ſit ſecundum quid ſubſtas.

Explicatio verborum Ariſt.

Sed dicit Ariſtot. quod de Petro affirmentur omnia accidentia, & etiam prędicata quidditatiua, de homine verò non affirmentur tot prædicata. Et hoc vocat Ariſtot. non ita ſubſtare ſecundam ſubſtantiam, ſicut primam, & propterea vocat primam maximè ſubſtantiam, non verò, quia ſint duæ, quarum vna ſimpliciter habeat rationem ſubſtantis, & alia ſecundum quid. Et quamuis non poſſit homo eſſe albus; quin aliquod indiuiduum ſit album, non eſt propter analogiam; ſed quia gradus ſpecifici non ſuſcipiunt accidentia, niſi indiuiduati & determinati per aliquid particulare.

Ad 3.
Quomodo intelligendus D. Th.

Ad tertium reſpondetur. D. Thom. non docere, eſſe ibi analogiam, niſi ſecundum modum à nobis explicatum. Et patet euidenter: nam ex hac propoſitione, vnde magis eſt diuiſio analoga, quam generis, non licet inferre, quod ſit diuiſio generis in ſuas ſpecies, ergo non licet inferre, quod ſit diuiſio analoga. Sed intelligendus eſt D. Thom. vt diximus: & præterea habet hunc ſenſum clariſſimum, quod ſi eſſet diuiſio alicuius ſuperioris; & non eſſet diuiſio ſubiecti per ſuos modos & accidentia, potius eſſet collocanda hæc diuiſio inter diuiſiones analogas, quam inter diuiſiones generis in ſuas ſpecies; & hæc de hac quæſtione ſufficiant.

QVÆSTIO IX.

Vtrum intentio vniuerſalis includatur in ratione ſecundæ ſubſtantiæ, ſecundè intentionaliter acceptæ, & intentio particularis in definitione ſubſtantiæ primæ, ſecundè intentionaliter acceptæ.

1. Argum.

ET videtur, quod ſic; nam Ariſtot. dicit in hoc capite, ſecundas ſubſtantias eſſe genera & ſpecies primarum ſubſtantiarum; ſed ſpecies & genera ſunt vniuerſalia; ergo de ratione ſecundæ ſubſtantiæ eſt eſſe vniuerſale.

Confirm.

Et confirmatur: nam Ariſtot. dicit, quod primæ ſubſtantiæ ſunt in ſecundis, ſed non poſſunt eſſe in illis, niſi ſecundæ ſubſtantiæ ſint vniuerſales, vt contineantur in illis, ſicut continetur particulare in vniuerſali, ergo, &c.

2. Argum.

Secundum argumentum; nam prima ſubſtantia eſt, quæ nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto, & quæ primò ſubſtat accidentibus; ſed huiuſmodi eſt indiuiduum, & particulare; ergo de ratione primæ ſubſtantiæ eſt, quod ſit particularis.

3. Argum.

Tertium argumentum. Hæc eſt vera prædicatio; ſecunda ſubſtantia eſt genus, & ſimiliter iſta, ſecunda ſubſtantia eſt ſpecies, ergò prædicatum conuenit ſubiecto, non accidentaliter; quia aliàs poſſet intelligi ſecunda ſubſtantia ſine eo, quod eſſet genus, vel ſpecies, quod tamen implicat, quia quod ſecundò ſubſtat, ſpecies eſt, vel genus, ergo conuenit eſſentialiter, ergo de ratione ſecundæ ſubſtantiæ eſt, quod ſit vniuerſalis.

Confirm.

Et confirm. argu-

meu-

mentum: nam de prima ſubſtantia affirmatur, quod ſit indiuiduum ſubſtantiæ, & non accidentaliter, ergo eſſentialiter; ergo eſt de eius ratione eſſe indiuiduum.

Præambula ad quæſtionem.

Cõtrouerſ. 1. Opin. SApientiſſimus Magiſter Soto, ca. de ſubſtantia, quæſtion. 1. in fine videtur dicere de ratione ſecundæ ſubſtantiæ, illam eſſe vniuerſalitatem, quinimo quod non ſit aliud ſecunda ſubſtantia, quam vniuerſale prædicamenti ſubſtantiæ. Ait enim, quod homo, in quantum abſtrahit à conditionibus indiuiduantibus, eſt ſpecies. Petrus verò, vt concipitur notitia ſingulari, tamquam ſubiectum omnium accidentium, ſeu prædicatorum, eſt prima ſubſtantia. Vbi videtur aſſerere, vniuerſalitatem eſſe de ratione ſubſtantiæ ſecundæ, & particularitatem de ratione primæ ſubſtantiæ. *2. Opinio.* Alii dicunt, non poſſe ſubſtantiam tam primam, quam ſecundam dicere in ſua ratione aliquid rationis, propterea quod ſubſtantia collocatur in prædicamento ſubſtantiæ, & à metaphyſico conſideratur in 7. Metaph. quapropter iſtud, quod importat, debet eſſe aliquid reale. Et maximè, quia ſubſtantia eſt, quæ ſuſtentat accidentia ſecundum propriam rationem; ens rationis autem non poteſt ſuſtentare accidentia: & ita non poteſt eſſe de ratione ſubſtantiæ, nec primæ, nec ſecundæ. Vnde cum intentio vniuerſalis, & particularis ſint aliquid rationis, non poſſunt eſſe de ratione primæ & ſecundæ ſubſtantiæ.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra primam opinionem. PRima concluſio: Ratio vniuerſalis non clauditur in ratione ſecundæ ſubſtantiæ, nec tamquam ratio generica illius, nec tamquam quid tranſcendens, nec tamquam vltima differentia.

Prima pars concluſionis probatur, ſcilicet, quod non clauditur ratio vniuerſalis, tamquam ratio generica in ſecunda ſubſtantia, nam intentio ſubſtantiæ & vniuerſalis ſpecie differunt; ergo ſubſtantia non includit rationem vniuerſalis, vt genus. Sed probatur antecedens, nam intentio vniuerſalis, & ſecundæ ſubſtantiæ habent diuerſos terminos formales, ergo ſpecie differunt. Conſequentia eſt clara, quia relationes, cuiuſmodi ſunt intentiones primæ & ſecundæ ſubſtantiæ, penes terminos ſpecie differunt. Sed probatur antecedens, nam vniuerſale, vt ſic, refertur ad particulare, ſeu ad inferius; ſed ſecunda ſubſtantia non refertur ad inferiora, ſed refertur ad ea, quibus ſubſtat, ſcilicet, ad accidentia, & ad ea, quæ ſuſtentantur in ipſa; ſed iſtæ ſunt diuerſæ rationes termini, ergo &c. Secundò probatur hoc ipſum. *Ad quanã referat vniuerſale, & ad quã ſecunda ſubſtantia.* Secunda ſubſtantia refertur ad ea, quæ habent rationem formæ reſpectu eius, quia habent rationem eorum, quæ ſuſtentantur & afficiunt ſecundam ſubſtantiam; ſed vniuerſale refertur ad ea, quæ habent rationem materiæ, quia ad ea, de quibus prædicatur, refertur, & prædicabile habet rationem formæ reſpectu ſubiecti; ergo termini ſpecie differunt, quia ſufficiens diſtinctio eſt in ratione termini conſiderare id, ad quod terminatur in ratione materiæ, vel ratione formæ, ſicut in patre, & in matre eſt ſufficiens diſtinctio conſiderare filium vt genitũ actiuè, vel paſſiuè principaliter, vel minus principaliter, vt relatio paternitatis & maternitatis ſpecie differant.

Secunda pars concluſionis probatur, quod non claudatur ratio vniuerſalis in ratione ſubſtantiæ ſecundæ, tamquam vltima differentia ſecundæ ſubſtantiæ; quia ratio vniuerſalis non determinat rationem ſecundæ ſubſtantiæ, ergo non eſt vltima differentia. Probatur antecedens, quia eſt aliquid communius quam ſubſtantia; ergo non determinat tamquam vltima differentia rationem ſecundæ ſubſtantiæ. Conſequentia probatur, quia communiora potius determinantur, quam determinent minus

communis. Antecedens probatur: quia conuenit aliis, quam ſecundæ ſubſtantiæ, ratio vniuerſalis; nam conuenit etiã accidentibus.

2. Concluſ. contra primam opin. Secunda concluſio: Prima ſubſtantia non claudit in ſua ratione intẽtionem & relationem particularis. Hæc cõc uſio probatur: quia aliquid dicitur particulare in ordine ad vniuerſale; ſed dicitur prima ſubſtantia in ordine ad ea, quæ ſuſtentat, vt primum omnium ſubiectum ſuſtentationis; ergo illæ duæ rationes ſunt diuerſæ ſpeciei: & ita vna non includitur in ratione alterius. Et hæc probatio clara manet ex anteriori concluſione.

3. Concluſ. Tertia cõcluſio. Subſtantia ſecunda non reſpicit intentionem vniuerſalis, tamquam correlatiuum ſuum: & idem eſt dicendum de intentione & ratione primæ ſubſtantiæ reſpectu intentionis particularis. Probatur iſta concluſio: quia prima ſubſtãtia refertur ad id, quod primò ſuſtentatur ab illa, & ſecunda ſubſtantia, ad id, quod ſecundo ſuſtentatur ab eadem ſecunda ſubſtantia: ſed iſta nõ ſunt vniuerſale, vt ſic, ſed diuerſi termini formales; ergo, &c.

Quo intellectus formet conceptum ſubſtantiæ primæ & ſecundæ. Intellectus namque conſiderans Petrum primò ſuſtentare accidentia, & multa alia, concipit ipſum, vt primum ſubiectum ſuſtentationis, & tribuit illi intentionem primi ſubſtantis. Et conſiderans hominem, vt ſecundum ſubiectum, tribuit illi intentionem ſecundi ſubſtantis: & iſtæ intentiones referuntur ad ea, quæ ſuſtentantur, quatenus ab intellectu accipiuntur, vt termini

Doctrina obſeruanda. illarum relationum. Et, vt hoc magis intelligas, aduerte, primam & ſecundam ſubſtantiam dupliciter accipi poſſe, & pro ſubſtrato, ſeu materialiter, & formaliter. Pro ſubſtrato, tam prima, quam ſecunda ſubſtantia ſunt aliquid reale in recta linea prædicamenti ſubſtantiæ conſtituturum, & ſunt ens per ſe completum, & ſunt conceptus obiectiui huius conceptus, homo, verbi gratia, & huius conceptus, Petrus. Poſſunt accipi præterea formaliter, & dicunt quaſdam relationes, quæ ſunt ſecundæ intentiones, quibus ad ea, quæ ſuſtentant, referuntur: & hæ relationes, & modus ſubſtandi multum conducunt ad conſtituendum prædicamentum ſubſtantiæ, quia, quibus iſta conueniunt, in prædicamento ſubſtantiæ collocantur: & ſcimus de ſubſtantia tam prima, quam ſecunda, quomodo ſint faciendæ prædicationes: quia de ſubſtantiis affirmantur ea, quæ in ipſis ſuſtentantur.

Quarta concluſio: Intentio ſecundæ ſubſtantiæ, vt alicui conueniat præſupponit in ipſo intentionem vniuerſalis, & intentio primæ ſubſtantiæ intentionem particularis. Hæc concluſio probatur: nam ſecunda ſubſtantia eſt, quæ ſecundò ſubſtat: ſed non poterit ſecundò ſubſtare, niſi ſit vniuerſalis: ergo &c. Minor probatur: quia particulare in genere ſubſtantiæ cum ſit ſuppoſitum, eſt quod primò ſubſtat accidentibus, ergo, vt ſecundò ſubſtet, debet eſſe denudatum à conditionibus indiuiduantibus, & ſic erit vniuerſale. De prima verò ſubſtantia probatur, quod debeat eſſe particularis, vt habeat intentionem primæ ſubſtantiæ. Nam prima ſubſtãtia eſt primum ſubiectum omniũ, ſed non poteſt eſſe primum ſubiectum, niſi ſit particulare, ergo &c. *Quo intentio prima, & ſecunda ſubſtantia ſupponat in re vniuerſalitatem, & particularitatem.*

Sed quãuis hæ concluſiones veræ ſint, concedendæ ſunt iſtæ propoſitiones; ſecunda ſubſtantia eſt vniuerſalis, eſt genus aliquando, & aliquando ſpecies. Prima ſubſtantia eſt indiuiduum: nam hoc ſæpiſſimè aſſerit Ariſtot. in hoc capite, & probant argumenta facta in principio: Et probatur hoc corollariũ, quia quando duæ formæ conueniunt eidem materiali, vna affirmatur de alia in cõcreto, ſi non fiat appellatio: nam hæc prædicatio eſt vera: album eſt dulce; ergo etiam erit vera hæc propoſitio; ſecunda ſubſtantia eſt vniuerſalis, prima ſubſtantia eſt particularis. *Corollariũ.*

Nec tibi videatur mirum, primam ſubſtantiam formaliter dicere ſecũdam intentionem, & ſecundã ſubſtantiam ſimiliter. Nam D. Thom. in locis adducendis inferius, quæſtione 9. aſſerit ſuppoſitum eſſe nomen ſecũdæ intentionis, quatenus ſubſtat naturæ; ergo etiam prima & ſecunda ſubſtantia erunt nomina ſecundæ intentionis, quatenus ſubſtant accidentibus: *Admonitio Authoris.*

Digitized by Google

tibus; nam ex eo, quod ſubſtant accidentibus, accipiuntur ab intellectu, & denominantur ſecundæ ſubſtantiæ.

Argumenta diſſoluuntur.

AD omnia argumenta reſpondetur, quod probetur, intentionem ſecundæ ſubſtantiæ, & vniuerſalis neceſſariò connecti, & ſimiliter intentionem primæ ſubſtantiæ, & particularis. Non verò probant, quod vnum ſit de definitione alterius, & ratione, vt genus, vel differentia, vel vt quid tranſcendens.

QVÆSTIO X.

Vtrum ſit ſecunda ſubſtantia realiter ſubſtans accidentibus, ſecluſa operatione intellectus.

1. Opin. quorundā Thomiſtarum. AD controuerſiam in hac quæſtione logici aliqui acuti ex ſchola D. Tho. dicunt, ſubſtantiam primam & ſecundam eſſe in rerum natura, quantū ad hoc, quod eſt ſubſtare accidentibus realiter; licet non ſint in rerum natura ſecluſa operatione intellectus cum ſuis ſecundis intentionibus. Nam ſicut concedimus, quod à parte rei ſit Petrus & homo, & animal; ita dicēdum eſt, quod eſt primò ſubſtans accidentibus, quod ſit Petrus, & ſecundò ſubſtans accidentibus, quod ſit homo: licet homo non ſit vniuerſalis, niſi per operationem intellectus. Nam ad has propoſitiones concedendas ſufficit diſtinctio rationis ratiocinatæ, quæ eſt inter Petrū, & hominem; & ſufficit, vniuerſalia eſſe in rebus fundamentaliter remotè. Et probatur iſta ſententia.

1. Argum. Primò: nam Ariſt. concedit, effectus particulares reducendos eſſe in cauſſas particulares, & effectus vniuerſales in cauſſas vniuerſales; ſicut generatio hominis reducenda eſt in hominem, & generatio Petri in Petrum; ſed vt iſtæ propoſitiones concedantur, ſufficit, quod Petrus & homo ratione ratiocinata diſtinguantur, & nō eſt neceſſe, quod homo ſit vniuerſalis, ergo ad concedendum, quod homo ſecundò ſubſtet, & Petrus primò, non eſt neceſſe, quod homo ſit vniuerſalis, & diſtinguatur à Petro, tanquam vniuerſale in actu à particulari; ſed ſufficit, quod diſtinguatur ratione ratiocinata fundamentaliter.

2. Argum. Secundò: hæc propoſitio vera eſt: Medicus curat Calliam, & non hominem, etiamſi Petrus & homo ſint idem, ob hoc ſolum, quod in eodem indiuiduo reperiuntur diuerſi gradus fundamentaliter ſolum diſtincti, qui poſſunt cauſſare in intellectu diuerſos conceptus; ergo etiam concedetur iſta propoſitio, homo ſecundò ſubſtat accidentibus, & Petrus primò ſubſtat, quia ratione ratiocinata fundamentaliter Petrus & homo diſtinguuntur; etiamſi actualiter per intellectum non diſtinguantur.

3. Argum. Tertiò; hæc propoſitio conceditur vera ſecluſa operatione intellectus, quia Petrus currit, homo currit; ergo hæc concedetur vera, quia Petrus ſubſtat, homo ſubſtat, ergò dabitur ſecundum ſubſtans ſecluſa operatione intellectus: & ſic dabitur ſecunda ſubſtātia; nam ſecunda ſubſtantia nihil aliud eſt, quam ſecundum ſubſtans.

Quæſtionis deciſio.

Opinio Authoris. PRima concluſio. Non eſt concedendum, eſſe ſecundam ſubſtātiam formaliter ſecluſa operatione intellectus. *1. Concluſ. Contra primā Opinionem.* Probo iſtam concluſionem: nam ſecunda ſubſtantia, vt aſſerit Ariſt. in hoc cap. eſt genus & ſpecies, ſed genera & ſpecies non ſunt in rerum natura formaliter, vt viſum fuit ſup ergo nec ſunt ſecundæ ſubſtantiæ formaliter; nā quamuis relatio generis & ſpeciei non ſit de ratione ſecundæ ſubſtantiæ, eſt nihilominus aliquid requiſitū ad hoc, vt ſecunda ſubſtantia ſit formaliter; nec concedendum eſt, eſſe ſecundum ſubſtans formaliter. Quod probo, quia, vt hæc propoſitio concedatur vera,

 ſecun-

ſecundum ſubſtans eſt formaliter; eſt neceſſe, quod ſit ſecundum ſubſtans, ſed non eſt formaliter ſecluſa operatione intellectus: ergo &c. Maior eſt clara. minor probatur; quia, vt ſit ſecundum ſubſtãs, debet eſſe diſtinctum à primo, ſed non eſt diſtinctum, niſi per operationẽ intellectus formantis diuerſos conceptus, ergo in re formaliter non eſt ſecundum ſubſtans. Minor probatur: quia homo & Petrus non habent eſſe diſtincti, niſi quando intellectus format conceptum hominis diſtinctum a conceptu Petri, ex quo reſultat diſtinctio rationis in Petro, & homine, quatenus ſunt obiecta diuerſorum conceptuum; ergo &c. ſed in re non habent iſtos diſtinctos conceptus, ergo nec in re habent diſtinctionem, & ita in re non eſt ſecundum ſubſtans.

Secundò probatur concluſio: Subſtare in vniuerſali accidentibus non eſt, niſi ſit ſubſtans in vniuerſali accidentibus, ſed ſubſtans in vniuerſali accidentibus non eſt, niſi ſit vniuerſale; vniuerſale autem habet eſſe per operationem intellectus: ſecundum ergo ſubſtans non eſt ſecluſa operatione intellectus.

Doctr. pulcra. Et notandum, quod omnia prædicata, quæ ſunt de eſſentia hominis, conueniunt etiam homini, qui eſt vniuerſalis; & non ſolum illa, ſed ea etiam, quæ ſingularibus conueniunt propter illa, quæ habent repugnantiam cum modo eſſendi in vniuerſali. Vnde, ſi Petrus ambulat, homo, qui communis eſt, ambulat, & ſi Petrus ſubſtat accidentibus, homo, qui eſt communis, ſubſtat accidentibus, non tamen, ſi Petrus primò ſubſtat, homo, qui eſt vniuerſalis, primò ſubſtat, nec, ſi Petrus eſt particularis, homo, qui eſt vniuerſalis, vt ſic, eſt particularis.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Concedendum eſt, ſecundam ſubſtantiam, & ſecundum ſubſtans eſſe in rerum natura fundamentaliter remotè. Probatur iſta cõcluſio, quia in rerum natura eſt ratio hominis ſubſtans accidentibus cum aptitudine, vt abſtrahatur à particularibus; ergò eſt ſecunda ſubſtantia fundamentaliter. Probatur conſequentia; nam, vt ſit fundamentaliter, nihil aliud requiritur.

3. Concluſ. Quomodo detur à parte rei prima ſubſtantia, & quomodo non. Tertia concluſ. A parte rei non datur prima ſubſtantia ſubſtans accidentibus cum intentione primæ ſubſtantiæ, datur tamen prima ſubſtantia metaphyſicè, id eſt, indiuiduum ſubſtantiæ Phyſicum ſubſtans, & ſuſtentans accidentia. Prima pars concluſionis probatur: quia prima ſubſtantia dicit formaliter ſecundam intentionem, ſed ſecunda intentio non eſt à parte rei, ſed fundatur in eſſe cognito; ergo non eſt ſecũda ſubſtantia formaliter in re. Quod verò ſit indiuiduum phyſicum, non eget probatione: quia Petrus eſt à parte rei ſuſtentans albedinem.

Interrog. Reſponſio. Et ſi inquiras: in quo fundatur ſecunda intentio ſubſtantiæ? Reſpondetur, quod intellectus apprehendat ſubſtantiam, ſiue primam, ſiue ſecundam, vt quid ſubiicibile reſpectu accidentis, quod ſuſtentat & tribuit illi intentionem ſubſtantiæ.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD argumentum primum reſpondetur, quod, vt effectus vniuerſales reducantur in cauſſas vniuerſales, ſit neceſſum, quod ſint effectus vniuerſales, &, vt accipit arguens cauſſam & effectum vniuerſalem, non dantur, nec intellectu faciente vniuerſale formaliter: nam à parte rei vniuerſale ſolum remotè reperitur, vt iam vidimus lib. 2.

Ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, potius eſſe pro nobis; nam medicus non curat hominem, prout eſt ſub vniuerſalitate, ſed prout eſt a parte rei ſingularis, quia paſſiones, ſicut & actiones ſunt ſingularium.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod iſta ſit bona conſequentia: Quia ratio hominis reperitur in Petro, non verò datur ſecundum ſubſtans à parte rei formaliter; quia non datur homo abſtractus à Petro per diſtinctum conceptum cognitum, ſecluſa intellectus operatione, & vt diximus, illa particula dicit illationem, non verò veram cauſſam realem.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

Vtrum definitio primæ ſubſtantiæ ſit rectè aſſignata.

1. Argum. DEfinitio primæ ſubſtantiæ ſic habet; Subſtantia prima eſt, quæ nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto: Hæc definitio non videtur bona. Primò, eſſentia primæ ſubſtantiæ ſiue conſideretur pro ſubſtrato, ſiue formaliter, eſt aliquid poſitiuum; ergo malè explicat per negationem Ariſt. eius eſſentiam. Antecedens probatur, quia indiuiduum ſubſtantiæ aliquid poſitiuum eſt, quod eſt ſubſtantia pro materiali, relatio etiam, qua refertur ad ea, quæ ſuſtentat, eſt aliquid poſitiuũ; ergo &c. Conſequẽtia illa prima probat, q̃a quod poſitiuum eſt, non bene explicatur per negationem, quæ eſt ratio ſibi oppoſita.

Confirm. Et confirmatur, quia, cum ſubſtantia formaliter ſit relatio, debuit per ſuum terminum definiri; cum igitur non definiatur, definitio eſt nulla.

2. Argum. Secundum argumentum: Hæc definitio conuenit alteri à definito; ergo eſt mala. Probatur antecedens: nam Deo conuenit, qui nec eſt prima, nec ſecũda ſubſtantia: nam Deus nec eſt in ſubiecto, nec de ſubiecto dicitur. *Solutio.* Si dicas, in definitione debere ſubintelligi ſubſtantiam, ita vt illud, quod eſt ſubſtantia, nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto, ſit prima ſubſtantia: at verò Deus non eſt ſubſtantia, pro vt ſubſtantia à ſubſtando dicitur: *Impugnat.* Contra: nam ſi aliquid eſſet animal rationale, etiamſi non ſubintelligatur, quod ſit animal, eſſet certè homo, quia hæc eſt hominis definitio, ergo id, quod nec eſt in ſubiecto, nec de ſubiecto dicitur, ſi hæc eſt bona definitio, etiamſi nõ ſubintelligatur ſubſtantia, erit ſubſtantia prima.

3. Argum. Tertium argumentum; Perſona eſt prima ſubſtantia, & nõ eſt in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto: ergo definitio nulla. Maior probatur; nam perſona ſecundum Boetium eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ſed indiuidua ſubſtantia eſt prima ſubſtantia, ergo perſona eſt prima ſubſtantia. Minor probatur: nam prædicatur de hac, & de illa perſona: nam hæc perſona eſt perſona; & idem argumentum fieri poteſt de ſuppoſito, quod eſt perſona, & tamen prædicatur de hoc & de illo ſuppoſito; & idem argumentum ſit de aliquo homine, ergo &c.

4. Argum. Quartum argumentum. Partes ſubſtantiæ nec ſunt in ſubiecto, nec dicuntur de ſubiecto, vt hæc materia, & hæc forma, & humanitas nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto, & tamẽ non ſunt prima ſubſtantia, ergo &c. Et idem argumentum fieri poteſt de anima rationali ſeparata. *Confirm.* Et confirmatur, nam prima ſubſtantia eſt ſingularis, ergo non poteſt definiri; malè ergo ab Ariſt. definitur.

Quæſtio diſſoluitur.

Concluſio. REſpondeo ad quæſtionem; & dico definitionem primæ ſubſtantiæ ab Ariſtotel. aſſignatam optimam eſſe; & probo, tum explicando eam, tum ſoluendo argumenta. *Explicatur definitio primæ ſubſtantiæ.* Hæc autem definitio ſic explicatur; nam vt aliquid ſit prima ſubſtantia, debet eſſe primum ſubſtans omnibus accidentibus, & prædicatis omnibus ſuperioribus in exiſtentia, & hoc debet habere ratione ſui ipſius, ad quod munus præſtandum ex neceſſitate debet eſſe aliquid particulare, & indiuiduũ Requiritur præterea, quod habeat ſubſiſtentiam completam; nam partes etiamſi ſubſtent accidentibus, (quia non habent ſubſiſtentiam completam) habẽt ſubſtare ratione totius. Nam ſi caput eſt album, hoc illi prouẽnit ex eo, quod habet eſſe in toto, & ex eo, quod totum ſubſtat, cum autem intellectus apprehendit ſubſtantiam vt ſubſiſtentem completè, & ſubſtantem omnibus accidentibus, & prædicatis omnibus ſubſtantialibus ratione ſuiipſius, ſtatim tribuit illi intentionem primi ſubſtantis; qua refertur

Digitized by Google

ad ea, quibus ſubſtat, in quo perficitur eſſentia primæ ſubſtantiæ, ſecundum logicam conſiderationem; licet iam hoc ſupponat rationem ſubſtantiæ primæ pro materiali. Et per illas duas negationes explicat Ariſtot. hanc dictam eſſentiam primæ ſubſtantiæ. Nam prima negatio ſeparat primam ſubſtantiam ab accidentibus, & a partibus ſubſtantiæ; nam accidentia & partes ſubſtantiæ in ſubiecto ſunt, licet diuerſimo dè. Accidentia enim ſunt in ſubiecto per proprias inexiſtentias inhæſiuè; cæterum partes ſubſtantiæ inſunt in toto compoſito componendo ipſum, & habent eſſe per eſſe totius. (De anima autem rationali dicemus poſtmodum.) Et ita Ariſtot. dixit, quod pars ſit in toto. Poſterior negatio, ſcilicet, nec dicitur de ſubiecto, excludit à ratione primæ ſubſtantiæ ſecundam ſubſtantiam, quæ dicitur de ſubiecto, ſcilicet, de prima; nam vniuerſale de ſua parte ſubiectiua dicitur; attamen prima ſubſtantia, nimirum Petrus, de nullo alio dicitur quod ſit ſibi inferius, nec prædicatur prædicatione artificiali. Et iſtæ duæ negationes explicant in ſubſtantia prima id, quod poſitiuum eſt: nam prima ſubſtantia eſt ſubſtans accidentibus, tamquam id, quod nec eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto. Et totum hoc ordinatur à logica ad explicandam naturam ſecundæ intentionis primæ ſubſtantiæ: quia conſideratio logica formaliter ad ſecundam intentionem tendit, quæ eſt eius formale obiectum. Et cum hæc definitio explicet naturam primæ ſubſtantiæ, & aliis non conueniat a definito, & nihil ſit illi ſuperfluum, aut diminutum, exacta eſt.

Quorſum tractetur de reb. realibus in logica.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Conſuetudo Ariſt.

AD primum reſpondetur; Ariſtoteli eſſe in more per negationes explicare aliquid poſitiuum, nam punctum definit eſſe illud, cuius partes non ſunt; & primum principium, quod ſit illud, quod non eſt ab alio, & à quo ſunt omnia. Ita in præſenti per illas duas negationes in definitione ſubſtantiæ poſitas explicuit nobis naturam poſitiuam ſubſtantiæ pro ſubſtrato, vt illa ſic explicata tranſiremus ad cognitionem ſecundæ intentionis ipſius. Ad confirmationem reſpondetur, relationem per ſuum fundamuntum bene explicari. Et ita Ariſtotel per hoc, quod eſt eſſe ſubſtans accidentibus, realiter explicuit nobis ſecundam intentionem: & quod ſubſtantia prima ſit ſubſtans primò accidentibus, nobis declarauit per illas negationes, non eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto.

Ad Confir.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, illas duas negationes æquiualere huic affirmationi in explicando. Prima ſubſtantia eſt, quæ habet eſſe completum, & ſubſtat accidentibus, quod Deo optimo maximo nullatenus poteſt competere. Nam licet illæ negationes videantur ſecundum apparentiam Deo competere, nullatenus in rei veritate competunt, vt dixi, quia præſupponũt, ſeu explicant aliquid poſitiuum, quod Deo non conuenit.

Ad 3. Arg. An nomen perſona importet aliquid reale cõe multis.

Ad tertium argumentum reſpondetur, & facilè, quod licet modus, quem de formali important ſupra dicta nomina, ſit multis communis, id tamen, quod eſt perſona, & quod eſt ſuppoſitum, nõ eſt multis commune, nec prædicatur de multis. Et de hoc iam ſupra diximus in prędicabilibus. Cum autem in definitione perſonæ dicitur, quod ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, intelligitur pro eo, quod eſt perſona, non pro modo perſonæ in communi importato. Suppoſitum autem eſt nomen ſecundæ intentionis, & de formali dicit ſecundam intentionem, vt aſſerit D. Thom. 3. diſt. 6. quæſt. 1 art. 1. & ita non importat omnibus ſuppoſitis commune, niſi ſecundam intentionem. Sed de his plura diximus de genere & ſpecie diſputantes ſuperius.

D. Thom.

Ad 4. Quare partes ſubſtantia nõ ſunt prima ſubſtantia.

Ad quartum reſpondetur, quod etſi partes non ſint in ſubiecto per inhæſionem, nec prædicentur de ſubiecto per ſe ſumptæ, tamen habent eſſe per eſſe ſubiecti, & ſunt quid incompletum, nec ſubſtant accidentibus, niſi ratione totius, & idem eſt dicendum de humanitate.

Digitized by Google

tate. De ratione vero primæ ſubſtantiæ eſt, quod nec ſit in ſubiecto per inhæſionem, nec per acceptionem eſſe ſubſtantialis ſibi à toto communicati, ſed debet eſſe per ſe, vt quid completum & perfectum.

Quare anima rõnalis nõ ſit prima ſubſtãtia. De anima verò rationali ſeparata dico, quod non eſt quid completum, ſed ex natura ſua eſt pars ordinata ad hominis conſtitutionem, & non participans perfectè rationem ſubſtantiæ, ſed imperfectè: & ideo non eſt prima; nec

Obiectio. ſecunda ſubſtantia. Et ſi dicas, contra; nam hæc anima rationalis ſeparata ſub-

Solutio. ſtat accidentibus; ergo eſt prima ſubſtãtia; diſtinguitur antecedens. Subſtat in complete, & vt pars, fateor, ergo eſt ſubſtantia prima, negatur conſequentia, quia vt ſit prima ſubſtantia, debet ſubſtare, vt quid completum; nam hoc ſonat prima & ſecunda ſubſtantia, & in ſua ratione includunt rationem perfecti. Ad confirmationem diſſoluendam ſit

QVÆSTIO XII.

Vtrum prima ſubſtantia, quæ definitur, ſit vniuerſalis, etiam denominatiuè.

1. Argum. ET videtur, quod non ſit vniuerſalis. Primò; nam prima ſubſtantia pro ſubſtrato nihil eſt aliud, quã Petrus, & Paulus, &c. indiuidua; ſed hæc non ſunt aliquid commune; ergo nec prima ſubſtantia. Si dicas, quod modus ſubſtandi

Solutio.

Impugnat. accidentibus ſit communis. Contra, quia ille modus nulla ratione eſt prima ſubſtantia: ergo ſubſtantia nullo modo eſt communis. Probatur antecedens, quia ille modus non eſt quid completum, & de ratione primæ ſubſtantiæ eſt, quod

Confirm a: ſit aliquid completum, ergo &c. Et confirmatur, quia ſi prima ſubſtantia eſt aliquid commune, ergo ſecundò ſubſtat accidentibus, & ita erit ſubſtantia ſecunda; hoc autem eſt falſum; ergo & illud, ex quo ſequitur.

2. Argum. Secundum argumentum: Inter indiuiduum & ſpeciem nihil mediat: ergo prima ſubſtantia vel eſt indiuiduum, vel ſpecies. Non ſpecies; aliàs eſſet aliquid commune, & ſecunda ſubſtantia; ergo indiuiduum & particulare, ſed particulare non eſt vniuerſale, ergo nec prima ſubſtantia, quæ eſt particularis, erit vniuerſale.

3. Argum. Tertium argumentum. Si prima ſubſtantia eſt vniuerſalis, ergo importat ſuis inferioribus aliquid commune, illud autem vel erunt conditiones indiuiduantes, & hoc non, quia illæ propriæ ſunt cuilibet indiuiduo, & particulariſſimæ; vel importat naturam ſpecificam; nec hoc, vt de ſe conſtat; vel importat aliquem modum particularem, & nec hoc, quia iſte modus non poteſt eſſe, niſi particulariter ſubſiſtere; ſed iſtum modum importat aliquis homo, ergo illum non importat prima ſubſtantia, quia prima ſubſtantia, & aliquis homo diſtincta ſunt. Nec poteſt importare iſtum modum, qui eſt ſubſtare accidentibus, quia iſte modus non eſt prima ſubſtantia, & ſi prima ſubſtantia eſt cõmunis, debet importare ſuis inferioribus rationem primæ ſubſtantiæ.

4. Argum. Quartum argumentum: Si iſte modus eſt communis, ergo habet ſubiectum commune, cui conueniat, & cui proportionetur, & quod determinet; ſed nullum tale ſubiectum datur, cui modus ille conueniat; ergo non eſt communis. Maior probatur quia modus eſt determinatio ſubiecti, ergo modus communis debet eſſe determinatio ſubiecti communis. Minor ſatis perſpicua eſt, quia modus primæ ſubſtantiæ nulli conuenit, niſi ſingularibus. Et eadem argumenta fieri poſſunt, quod ſubſtantia, accipiendo illam, prout dicit ſecundam intentionem, non ſit communis, quia illa intentio non habet ſubiectum commune, quod determinet, ergo illa intentio non poteſt eſſe communis.

Hæc quæſtio ſatis clara manet ex his, quæ in capite de genere, & de ſpecie diſta

ċta ſunt, & dum ageremus, an aliquis homo eſſet ſpecies: ſed modò eſt magis explicanda.

Praambula ad quæſtionem.

Controuer. 1 Opinio. Caiet. IN hac quæſtione explicanda Dominus Caietan. in hoc capite dicit, non definiri hic intentionem aliquam primę ſubſtantiæ, nec aggregatum ex re & intentione ſecunda; quoniam prima ſubſtantia nihil horum ſignificat; ſed ſolū ſignificat rem naturæ, quam primam ſubſtantiam appellamus. Dicit ſecūdò, quod etiamſi non definiatur ſecunda intentio, intelligenda tamen eſt ad modū definitionis, in qua definitur ſecunda intentio, ſicut dictum fuit de definitione generis. Itaque hic reperitur res communis pluribus, non vt quod, ſed vt quo; ſicut in definitione generis definitur ſecunda intentio, non vt id, quod prædicatur; quia genus, ſeu ſecunda intentio nō prædicatur de ſpecie: ſed eſt id, quo natura ſubiecta intentioni prædicatur de ſpecie. Et, quod hic definiatur aliquid commune, probatur; quia eſt ſcibile certitudinaliter: & quia iſta definitio prædicatur de pluribus: ergo quod definitur eſt vniuerſale. Dicit tamen, quod res definita communis ſit (vt colligitur ex Diuo Tho. prima parte, quæſtione vigeſimaſexta, articul. primo, ad primū,) id quod pertinet ad rationem communem ſingularium indiuiduorum, ideſt, modus, quo ſubſiſtunt indiuidua ſubſtantiarum, vel ſubſtantia habens talem modum, qui vocatur incommunicabiliter ſubſiſtere. Socrates enim exiſtit ita incommunicabiliter, quod non poteſt communicari alteri, ſicut accidens ſubiecto, nec ſicut vniuerſale particulari, nec ſicut pars toti; iſte autem modus eſt quidem communis omnibus indiuiduis ſubſtantiæ, ideo eſt definibilis.

2. Opi. Soto. Soto in hoc eodem capite quæſtione prima, ad ſecundū, dicit contra Caieta. quod hic definiatur ſecunda intentio; quia hic definitur ſubſtantia ea ratione, qua in prædicatione ſubſtat omnibus prædicatis cuiuſcunque prædicamenti; & ſicut dici de ſubiecto connotat ſecundam intentionem, eodem modo & eſſe ſubiectum. Et confirmatur: quia ſecunda ſubſtantia dicit ſecundam intentionem: ergo & prima, quæ eſt membrum condiuiſum contra illam, dicit ſecundam intentionem; & definitio primæ ſubſtantiæ non ſupponit pro ſecunda intentione, ſed pro Petro, & Paulo, ſecundum quod habent ſecundam intentionem, quæ intentio communis eſt: quod ſufficit ad definitionem illius.

Nolo alias referre opiniones: omnes enim ad has reducuntur. *Alia opiniones.*

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: Hoc nomen, prima ſubſtantia, aliquando importat ſecundam intentionem, & de formali, & de materiali dicit indiuidua ſubſtantiæ quibus conuenit. Hanc concluſionem hic videtur negare Caietan. ſed ferè expreſsè habet illam, tertia parte, quæſtione ſecunda, articulo tertio, vbi fatetur, ſuppoſitum eſſe nomen ſecundæ intentionis: quia ſupponitur vniuerſis prædicatis, ſed etiam prima ſubſtantia ſupponitur vniuerſis prædicatis; ergo etiam accipi poteſt aliquando; vt aliquid dicens ſecundam intentionem. *1. Concluſ.* Et ita ex eo, quod intellectus accipit Petrum, vt ſubiectum omnium accidentium reſpectu prædicationis, quæ de ipſo fieri poteſt, indicit intentionem ſecundam primæ ſubſtantiæ. Et præterea: nam logicus agit de prima ſubſtantia in ordine ad ſuum obiectum formale, quod eſt talis ſecunda intentio: ergo prima ſubſtantia, ſiquidem eſt aliquid ex his, quæ præcipuè logicus conſiderat, dicit formaliter ſecundam intētionem ſecundum aliquam acceptionē eius.

Secunda concluſio: Prima ſubſtantia accipitur aliquando non vt importat ſecundam intentionem, ſed vt dicit primam intentionem, & eodem modo accipitur aliquando ſecūda ſubſtantia, & *2. Concluſ.*

Digitized by Google

& in hac ratione conſideratur à metaphyſico. Probatur iſta concluſio: nam Metaphyſicus conſiderat de prima & ſecunda ſubſtantia, vt conſtat ex ſeptimo Metaphyſicæ, & hoc quidem per ſe, quatenus ſunt partes entis: ergo prima, & ſecunda ſubſtantia aliquid reale eſt: ſiquidem ibi reperit metaphyſicus rationem formalem ſui obiecti, quod eſt ens reale, & aliquando logicus etiam conſiderat hanc realitatem, non per ſe, ſed in ordine ad ſuum obiectum formale. Et quando Caietanus dixit ſubſtantiam eſſe aliquid reale & non dicere ſecũdam intentionem, loquitur de ſubſtantia in hac acceptione. Nam in principio capitis de ſubſtantia videtur dicere, rationem primæ ſubſtantiæ eſſe aliquid intentionale, & ſubſtantiam diuidi in primam & ſecundam tamquam per modos intentionales. Nec volo hoc amplius probare, quia perſpicuum eſt.

Explicatur mẽs Caiet.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Nihil aliud reale commune datur ad omnes primas ſubſtantias, præter quendam modum conſtitutiuum ſubſtantiæ in eſſe reali. Volumus in hac concluſione docere, quod ſi conſideremus Petrum, Ioannem, Franciſcum, hunc lapidem, & ceteras omnes primas ſubſtantias, non habent commune aliquid reale, quod ſit prima ſubſtantia, ſed ſolum commune habent modum quendam, qui conſtituit ſubſtantiam realiter in eſſe ſubſtantiæ primæ. Et probatur concluſio, quia ſi haberent aliquid commune, quod eſſet natura quædam, & de illis prædicaretur, illud iam eſſet ſecunda ſubſtantia, ſicut homo eſt ſecunda ſubſtantia: nam eſſet quædam natura exiſtens per ſe, & completa, & communis; ergo eſſet prima ſubſtantia, non minus quam homo eſt ſecunda ſubſtantia. Et confirmatur hoc, nam eſſet ens per ſe, & non primò ſubſtans, quia eſt vniuerſalis, nec ſubſiſtens incommunicabiliter, quia eſt in omnibus ſuis inferioribus: ergo, ſi diceret naturam, eſſet neceſſariò prima ſub ſtantia ſecunda, quod eſt impoſſibile. Quod verò habeant omnes ſubſtantiæ primæ modum communem, probatur: quia omnes conueniunt in hoc, quod eſt ſubſtare accidentibus, vel incommunicabiliter ſubſiſtere; ergo iam habent iſtum modum communem. Nam ſicut corpora alba conueniunt in albedine, quæ eſt ratio conſtitutiua albi, ita omnes primæ ſubſtantiæ in iſto modo reali, qui eſt primæ ſubſtantiæ conſtitutiuus, & ſubiectum adæquatum huiuſmodi in communi importatum in concreto, non eſt aliqua vna ſubſtantia prima, ſed omnes, vt de materiali generis diximus in capitulo de genere. Et aduerte, quod non ſumatur hic ſubſtantia pro ente per ſe: nam iſto modo ſubſtantia tam prima, quam ſecunda non important modum, ſed ſunt ſpecies & genera in prædicamenti linea recta collocata: ſed accipitur ſubſtantia prima, pro vt dicitur talis à quodam modo determinatiuo entis per ſe. Ex dictis ſequitur, quòd iſte modus conſtitutiuus primæ ſubſtantiæ in eſſe reali accipiendo ſubſtantiam, ſit prima ſubſtantia, vt quo. Et patet: nam apud logicos aliquid dicitur eſſe tale, vt quo, quãdo eſt ratio formalis alicuius conſtitutiua; ſed ille modus eſt conſtitutiuus primæ ſubſtantiæ: ergo & cetera. Minor probatur: nam poſito iſto modo, ponitur prima ſubſtantia, & ablato aufertur: & non vt conditio, nec vt materiale quid, quia iſte modus non eſt primum ſubſtans; ergo eſt ratio formalis conſtitutiua primæ ſubſtantiæ, ad eum modum, quo ſolemus genereitatem vocare genus, vt quo, quia eſt ratio formalis generis conſtitutiua; vocamus etiam iſtum modum ſubſtantiam primã, vt quo, quia eſt conſtitutiuus primę ſubſtantiæ.

Quid reale detur commune oib. primis ſubſtantijs.

Obſeruat.

Corollariũ.

4. Concluſ. Quarta concluſio: Logicus conſiderat primam ſubſtantiam in eſſe reali, quatenus primò ſubſtat accidentibus, & hoc totum ordinat ad conſiderationem ſecundæ intentionis ſubſtantiæ. Vt hanc concluſionem intelligas, aduerte, primam ſubſtantiam incommunicabiliter ſubſiſtere, & ſubſtare primò accidentibus. Et hoc, quod eſt ſubſtare primò accidentibus, oritur ex eo, quod eſt incommunicabiliter ſubſiſtens, ſiue ſit diſtinctum formaliter ab illo, ſiue ratione ratiocinata. Et ego quidem cenſeo, incommunicabiliter

Quõ logicus conſideret primã ſubſtantiam.

Digitized by Google

Pulcra ſpeculatio Auctoris.

ter ſubſiſtere diſtinctum eſſe, ſaltem formaliter realiter, à primò ſubſtare, quia poſſet Deus ſubſtantiam primam ſine omni prorſus accidenti conſeruare, & eſſet ſubſiſtens incommunicabiliter & noo primò ſubſtans in actu. Concluſio ergo noſtra defendit, logicum conſiderare hanc relationem primę ſubſtaotię, quatenus eſt ſubſtaos accidentibus, vt ibi ſuam intentiooem fundet. Subſtantia vero prima, quatenus incommunicabiliter ſubſiſtit, conſideratur à metaphyſico. Probatur, & explicatur concluſio. Nam ſicut metaphyſicus conſiderat in quantitate rationem diuiſibilitatis, & logicus conſiderat in illa rationem menſuræ, vt ibi ſuas fundet intentiones, ita ſubſtantiam primam, vt eſt quid ſubſiſtens conſiderat metaphyſicus, quia eſt modus entis; vt verò eſt ſubſtans accidentibus, illam logicus conſiderat, quia iſta conſideratio deſeruit ad prædicationes de illa faciendas. Et præſupponit quidem logicus, quod metaphyſicus conſiderat. Itaque illud reale proximè conſideratum à logico eſt ſubſtare accidentibus, ſed hoc totum ordinat ad prædicandum reliqua prædicamenta de ſubſtantia, vt dicat, illam eſſe albam, nigram & cetera. Ex dictis hucuſque de prima ſubſtantia ſequitur,

Corollarii

ſufficere, vt prima ſubſtantia definiatur, quod modus conſtitutiuus eius, ſeu ſecundum quem conſideratur, ſit communis. Et ſi accipiatur prout dicit ſecundam intentionem, ſat fuerit, quod ipſa ſecunda intentio primæ ſubſtantiæ ſit vniuerſalis. Et non eſt vniuerſalis, vt quo, & eſſentialiter, ſed denominatiuè, vt ſuperius dictum eſt. Nam, ſicut accidit naturæ humanæ, eſſe vniuerſalem, & in communi cognitam, ita accidit primæ ſubſtantiæ, & tantum habet, ſi in eſſe reali conſideretur, eſſe primum omnium ſubiectũ, ſi ſecundè verò intentionaliter, referri ad ea, quibus ſubſtat intentione primi ſubſtantis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Ad primum reſpondetur, quod ſolutio ibi data ſit optima. Et ad replicam dicitur, quod modus ille ſit prima ſubſtantia, vt quo, ideſt, cooſtitutiuus primæ ſubſtaotiæ. Et ſi inquiras, an ſit concedeodum, eſſe duas ſubſtantias primas, aliam quæ ſit ſubſtantia prima ſecundum logicam conſideratioōe, aliam ſecundum metaphyſicam, reſpondetur negatiuè. Sed eſt ſolum vna prima ſubſtantia in recta linea conſtituta, licet habeat aliquem modum, ſecundum quem à logico conſideratur, ſicut nec eſt duplex quantitas, quæ a metaphyſico & logico cooſideratur: licet ſit alia ratio conſiderandi in logico & metaphyſico.

Denturne duæ primę ſubſtantię, vna metaphyſica, alia logica.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod prima ſubſtantia ſit indiuiduum ſubſtantiæ incommuuicabiliter ſubſiſtens, & id quod eſt prima ſubſtaotia, non ſit commune, ſit tamen modus communis. Et hoc ſufficit, vt definiatur.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſpondetur, quod importet illis modum communem: & aliquis homo, & prima ſubſtantia haboant ſe ſicut magis & minus vniuerſale. Nā aliquis homo dicit particularem modum ſubſiſtendi in commuoi in natura humana, prima verò ſubſtantia in natura ſubſtantiali.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod iſte modus non habeat aliquod ſubiectum ſuperius ad omnes primas ſubſtantias, ſed ſubiectum adæquatum ſint omnes primæ ſubſtantiæ per modum vnius.

Et quia iſta, dum de ſpecie diſputationem inſtitueremus, diximus, dum quæſiuimus, an aliquis homo eſſet ſpecies, non ſunt plura hic dicenda.

QVÆ-

QVÆSTIO XIII.

Quæ differentia ſit inter iſta nomina, prima ſubſtantia, ſuppoſitum, res naturæ, indiuiduum, perſona, ſingulare, particulare, ſubſiſtens incommunicabiliter.

Vtilitas huius quæſtionis ad myſterium Incarnationis.

COgnoſcere hæc multum iuuat ad perfectè intelligendam primæ ſubſtantiæ rationem, & cõ ducit multum ad materiam de Incarnatione. Nec referam opiniones aliquorum in hac parte: quia, quod dicunt, non probant, & quolibet proferente contraria, non oportet ſolicitum eſſe. Et ratio dubitandi eſt: nam prædicta nullo modo videntur differre: quia vel differrent eſſentialiter, vel accidentaliter, neutro modo, ergo non differũt, ſed ſunt idem. Minor probatur: nam Petrus eſt prima ſubſtantia, & vt ſic eſt perſona, indiuiduum, ſubſiſtens incommunicabiliter; ergo nõ differunt eſſentialiter; ea enim, quæ eſſentialiter differunt, adinuicem cum ſpecificatione prædicantur. Quod verò non differant accidentaliter, probatur: quia dicunt diuerſas rationes formales, ergo non differunt accidentaliter.

Quæſtionis deciſio.

1. Concluſ. PRima concluſio. Suppoſitum eſt ſubſtantialis naturæ indiuidua ſubſtantia & completa. Et hinc eſt, quod manus & pes non dicantur ſuppoſita, quia non ſubſiſtunt incommunicabiliter, ſed alteri communicantur, vt partes, & non ſunt aliquid completum. Et hæc concluſio, quia eſt definitio, non eſt amplius probanda: eſtque Diui Thomæ in loco inferius adducendo. Et ſuppoſitum eſt aliquid dicens ſecundam intentionem, eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ prima parte, quæſtione vigeſima nona, articulo ſecundo, vbi ſic dicit: Alio modo dicitur ſubſtantia ſubiectum, vel ſuppoſitum, quod ſubſiſtit in genere ſubſtantiæ, & hoc quidem communiter accipiendo nominare poteſt & nomine ſignificante intentionem, & ſic dicitur ſuppoſitum. Ecce, vbi ſanctus Doctor dicit ſuppoſitum nominare intentionem, nam ex eo, quod intellectus videt Petrum ſubſtare naturæ ſuæ humanæ, accipit illum per intellectum, & tribuit illi intentionem ſuppoſiti. Et aliqui Theologi in hoc falluntur, dum dicunt, ſuppoſitum eſſe nomen primæ intentionis, quia non attendunt, niſi ad materiale ſuppoſiti, & non ad formale, quod eſt illud per intellectum ſibi proueniens in ordine ad naturam, cui ſubeſt.

Locus vrgens D.Th. pro concluſione.

Error quorundam.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Hæc eſt definitio Boetii, & approbatur à D. Thoma prima parte, quæſtione vigeſimanona, articulo primo, & quæſtione quadrageſima, articulo primo, rationalis naturæ, ideſt, intellectualis. Vnde competit Deo, angelis, & hominibus ratio perſonæ indiuidua ſubſtantia, ideſt, completa, quapropter non conuenit animæ rationali, & differt a ſuppoſito, & hypoſtaſi, non ex parte principiorum indiuiduantium, nec ex eo, quod dicat aliquid incompletum, ſed ex parte naturæ indiuidua & completa ſubſtantia, & idem dicit ſuppoſitum pro materiali, ſeu metaphyſicè loquendo. Perſona verò dicit rationalis naturæ indiuiduam ſubſtantiam; & eſt nomen conueniens aliquibus indiuiduis ſubſtantialibus, & ita ſe habent ſuppoſitum, ſeu hypoſtaſis, & perſona, vt ſuperius & inferius. Nam omnis perſona eſt ſuppoſitũ, non verò omne ſuppoſitum eſt perſona; & vt eſſent idem, deberemus auferre ex parte naturæ, quæ determinatur, rationalitatem.

Quot conditiones requiruntur, vt aliquid dicatur ſuppoſitum.

Quid addat perſona ſupra ſuppoſitum.

Corollariũ obſeruãdũ Ex quo infertur, quod perſona ſit nomen primæ intentionis, quia totum, quod dicit, ad primam attinet operationem intellectus, & ita etiam Diu. Thomas ait.

Obiectio. Sed contra hoc corollarium eſt argumentum:

Digitized by Google

gumentum: nam ſuppoſitum eſt nomen ſecundæ intentionis: ergo & perſona. Probatur conſequentia; quia ſolum differunt ex parte naturæ, quæ denominatur; ergo, ſi totum, quod dicit perſona, eſt prima intentio, & totum, quod dicit ſuppoſitum, vel ſi perſona eſt prima intentio: ergo & ſuppoſitum.

Solutio. Reſpondetur, quod in nominibus intentionum attendendum eſt ad id, ad quod imponitur ſignificandum, & quia nomen ſuppoſitum fuit impoſitum ad ſignificandum formaliter reſpectum rationis fundatum in eſſe cognito, eſt nomen ſecundæ intētionis: quia verò perſona ad hoc ſignificandum non fuit impoſitum, non eſt nomen ſecundæ intentionis.

3. Concluſ. Tertia cōcluſio: Res naturæ eſt idem, quod res exiſtens ſub natura aliqua ſubſtantiali completa, ſicut hic homo. Hāc

Quid ſignificet res natura apud D. Thom. aſſerit D. Thomas prima parte, quæſtione vigeſimanona, articulo ſecundo, vbi ſic dicit; Secundum enim, quod ſupponitur alicui naturæ communi, res naturæ dicitur, ſicut hic homo dicitur res naturæ humanæ. Et hoc nomen res naturę eſt nomen primæ intentionis. Aſſerit expreſsè hoc Diuus Thomas ibidem, vbi etiam aſſerit, quod dicitur hypoſtaſis, vel ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtat accidentibus; & dicit etiam eſſe iſta nomina primæ intentionis licet hypoſtaſis etiam accipiatur aliquando pro ſuppoſito, vt conſtat ex materia de Trinitate & Incarnatione. Nec dicitur res naturæ, quia ſit proprietas entis naturalis: nec dicitur res naturæ pro re conſtante ex natura, ſecundum quod eſt principiū motus & quietis, nec accipitur intranſitiuè, vt ſit idem, quod res, quæ eſt natura: ſed loquimur de re naturæ, pro vt ſignificat aliquid ſubſiſtens in aliqua natura ſubſtantiali completa, & vniuerſali: & ſubſiſtens incommunicabiliter ſolum videtur ſignificare idem, quod ſuppoſitum pro materiali.

Corollar. Ex hac Concluſione infertur, hæc nomina dicta ſolum reperiri in ſubſtantiis: nam nec vſus ſapientium, nec impoſitio nominum cōcedit nobis copiam, vt poſ-

Obiectio. ſimus ea ad accidentia transferre. Sed contra eſt argumentum; nam dicimus, hanc propoſitionem: Omnis albedo eſt intēſa, vt vera ſit, debere verificari pro omni ſuppoſito albedinis, ſcilicet, pro hac & illa albedine. Reſpondetur, nomē ſuppoſitum eſſe æquiuocum, & ſignificare etiam id, pro quo terminus ſupponit ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. *Solutio.*

Quarta concluſio: Prima ſubſtantia dicit ſecundam intentionem, ſecundum quam refertur ad omnia prædicata, quibus ſubſtat, ſiue ſint accidētalia, ſiue ſubſtantialia. Et ſi dicas, contra: nam Diuus Thomas quæſtione vigeſima nona ſupra citata dicit, hypoſtaſim, ſiue ſubſtantiam eſſe nomina primæ intētionis: reſpondetur, quod, Diū. Thomas loquitur; ſi conſideremus nomen, prima ſubſtantia, quantùm ad ſuam primæuam impoſitionem: nam ſic eſt nomen primę intentionis, iam verò tranſlatum eſt hoc nomen ad ſignificandam ſecundam intētionem primæ ſubſtantiæ in concreto. Concluſio ſatis patet ex dictis. Infertur ex hac concluſione, ſubſtantiam ſecundè intentionaliter acceptam, & ſuppoſitum ſpecie differre, quia ſuppoſitum dicitur, quatenus naturæ ſubiicitur: ſubſtantia verò prima, quatenus ſubiicitur omnibus prædicatis, tam ſubſtantialibus, quam accidentalibus in exiſtentia. *4. Concluſ.* *Obiectio.* *Solutio.* *Corollar.*

Vltima concluſio: Indiuiduum, & particulare, & ſingulare etiam reperiuntur in accidentibus: dicitur enim indiuiduum, quod eſt indiuiſum in ſe, & ſingulare, quod diuiſum a quolibet alio, & particulare dicitur in ordine ad vniuerſale, ita vt accipiatur tanquam aliquid, quod non eſt commune multis: & in ſua ratione non dicunt eſſe aliquid ſubſtantiale, vel accidentale. Ex his facile erit colligere, quomodo omnia inter ſe diſtinguantur: & ſolutio etiam argumenti patet. *Vlt. Concl.*

De

De ſecunda ſubſtantia.

QVÆSTIO XIV.

Vtrum definitio ſecundæ ſubſtantiæ ſit rectè aſſignata ab Ariſtotele.

ARiſtotel. text. primo, ſic definit ſecundam ſubſtantiam: Secundæ ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, & genera; in quibus illæ, quæ principaliter ſubſtātiæ dicuntur, inſunt. Contra hanc definitionem

1. Argum. Eſt primum argumentum: Ratio ſpeciei non adæquat ſecundam ſubſtātiam, quia genus eſt ſecunda ſubſtantia, nec ratio generis, quia ſpecies eſt ſecunda ſubſtantia: & non poſſunt ambæ rationes eſſe de ratione ſubſtantiæ ſecundæ: quia ratio ſpeciei & generis ſpecie differunt, & ita non poſſunt ambæ vnam ſpeciem conſtituere; duæ enim relationes ſpecie differentes vnam relationem ſpecie conſtituere nequeunt: malè ergo dicit Ariſtoteles quod ſecundæ ſubſtantiæ ſunt ſpecies, & genera.

2. Argum. Secundum argumentum; Ratio & eſſentia ſubſtantiæ ſecundæ eſt, quod ſit ſecundum ſubiectum ſubſtans accidentibus ratione primæ ſubſtantiæ; ſed hoc non eſt eſſe genus, nec ſpeciem, vt conſtat ex eorum definitionibus, quia genus ad inferiora refertur, & ſpecies ſimiliter, & tamen ſecunda ſubſtantia refertur ad ea, quibus ſubſtat, quæ non habent rationem inferioris, vt ſic: malè ergo dicit, eſſe ſpecies & genera.

3. Argum. Tertium argumentum. Species, & genera ſunt primæ ſubſtantiæ, ergo non ſecundæ. Antecedens probatur: Illud eſt prius, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt patet in poſtprædicam. capite de priori, ſed à genere & ſpecie ad indiuidua non valet conſequentia: non enim valet, homo eſt, ergo Petrus eſt; ergo homo prius eſt Petro, & eſt ſubſtantia, ergo eſt prius ſubſtantia, quam Petrus, & ita non erit reſpectu illius ſecunda ſubſtantia. *Confir. 1.* Et confirmat. nam non valet, homo ſubſtat accidentibus, ergo Petrus ſubſtat, & ſic de aliis indiuiduis, & valet è conuerſo, ergo prius homo ſubſtat accidentib. quam Petrus, nam prius eſt, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia; ergò homo etiam in ratione ſubſtandi reſpectu Petri, eſt prima ſubſtantia, malè ergo dicit Ariſtot. ſubſtantias ſecundas eſſe genera, & ſpecies. *Confir. 2.* Et confirmat. ſecundò; nam homo magis ſubſtat, quam Petrus, & quodlibet indiuiduum, ergo eſt magis ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtantia dicitur à ſubſtando. Antecedens probatur: nam homo ſubſtat omnibus accidentibus, quibus ſubſtat Petrus, & omnia alia indiuidua, nam omnia prædicata, quæ affirmantur de omnibus indiuiduis, affirmantur de Petro; & Petrus ſolum ſubſtat prædicatis ſuis: ergò homo magis ſubſtat. Si enim Petrus ſolum ſit albus, tantum ſubſtabit albedini, & ſi Franciſcus ſit curreus, ſolum ſubſtabit curſui; at verò homo erit albus, & currens, quia quæ affirmantur de indiuiduis affirmantur de ſpecie, ſi non ſint prædicata illi repugnantia. *Confirm. 3.* Et confirmat. tertiò, nam homo prius habet eſſentiam, quam Petrus; ergo prius ſubſtat; ergò prius eſt ſubſtantia, ergò non ſecundo: malè ergo dicit Ariſtotel. eſſe ſecundam ſubſtantiam. Prima conſequentia probatur; quia prius habet eſſe: nam eſſe conſequitur eſſentiam, & ſubſtare conſequitur eſſe, ergo &c.

4. Argum. Quartum argumentum: Illud primò ſubſtat accidentibus, quod ponitur in eorum definitione, vt ſubiectum ſuſtentationis: ſed ſubſtantia non prima, ſed vt diſtinguitur contra accidens, & vt ens per ſe eſt huiuſmodi, ergo illud eſt quod primò ſubſtat. Sed hoc non conuenit ſecundæ ſubſtantiæ propter primam, ſed è conuerſo; nam, quia homo eſt ſubſtantia, Petrus eſt ſubſtantia, ergo prius ſpecies & genera ſubſtant, quam indiuidua, & ſic erunt

primæ ſubſtantiæ. Maior prima huius argumenti probatur; nam accidens definitur in ordine ad ſubſtãtiam, vt ad ſubiectum ſuſtentationis, & quod ſubſtantia prima non ſit quæ ponitur in definitione accidentis, per ſe notum eſt.

Confirm. Et confirm. hoc argumen. nam genera & ſpecies non diſtinguuntur ab indiuiduis, niſi ſola ratione, ergo Petrus erit ſecunda ſubſtantia, ſicut eſt homo.

Quæſtionis reſolutio.

Concluſ. Reſpondetur, rationem ſecundæ ſubſtantiæ in hoc cōſiſtere, quod ſit ſecundum ſubiectum ſuſtentans accidentia ex eo, quod prima ſubſtantia ſuſtentat. Hanc autem rationem explicuit Ariſto. per rationem generis & ſpeciei: nam genus & ſpecies neceſſariò debent eſſe vniuerſalia, & ita id, quod eſt genus & ſpecies, ſecundò ſubſtabit. *In quo conſiſtat ratio & formalitas ſecunda ſubſtantia* Vnde optimè explicuit rationem ſecundæ ſubſtantiæ per rationem generis & ſpeciei, non tanquam per aliquid, quod ſit de ratione ſecundæ ſubſtantiæ, ſed tanquam per aliquid, quod ſit annexum cum intentione & ratione ſecundæ ſubſtantiæ. Sicut enim definitum exigit, vt res definita ſit vniuerſalis, tanquam conditionem, non tanquam rationem definiti: ita ratio ſecundæ ſubſtantiæ exigit, vt conditionem, & vt quid ſibi connexum, rationē generis & ſpeciei, non vt aliquid intrans rationem ſecundæ ſubſtantiæ formaliter. Et hęc concluſio ſatis aperta manet ex dictis in ſuperioribus. Et nota, rem, quæ eſt ſecunda ſubſtantia, & rem, quæ eſt prima, non eſſe duas res, neque realiter nec formaliter diſtinctas, ſed differre ſolum penes includens & incluſum, quomodo vniuerſale & particulare diſtinguuntur, ſcilicet, homo & Petrus: Et illa dicitur ſecunda ſubſtantia, quæ in vniuerſali concipitur. Prima vero dicitur, quæ eſt particularis ſubſtantia, de quibus omnibus ſuperius diximus. Et vt melius hæc intelligantur, ſoluamus argumenta. *Obſeruatio pulcra.*

Argumentorum ſolutio.

Ad primum reſpondetur, Ariſtotel. explicuiſſe rationem ſecundæ ſubſtantiæ per rationem generis, & ſpeciei, non ita, vt voluerit docere eandem eſſe rationem ſecundæ ſubſtantiæ, & generis, & ſpeciei, ſed illam explicuit per intentiones, quæ neceſſariò connectuntur cum ratione ſpeciei. Et voluit dicere, illud quod eſt genus, eſſe ſecundam ſubſtantiam, & ſimiliter illud, quod eſt ſpecies in linea ſubſtantiali primi prædicamenti. *Ad 1. arg. Quo intelligenda definitio ſecunda ſubſtantia.*

Ad ſecundum reſpondetur, probare euidenter, non eſſe rationem generis & ſpeciei formalem rationem ſecundæ ſubſtantiæ, non verò probare, non eſſe quid connexum cum illa, vt uiſum eſt. *Ad 2. argu.*

Ad tertium reſpondetur, & quidem hoc argumentum eſt difficilimum in hac materia, quod aliqui ita diſſoluūt. Caiet. hic dicit, ſubſtantiam eſſe aliorum ſuſtentatiuum, & ideo non egere ſuſtentatiuo alio, aliàs illud eſſet principaliter ſuſtentans. Ex quo ſequitur, duo in ſua ratione includere: primum eſt, ſuſtentare alia, ſecundum non ſuſtentari ab alio, & quanto aliquid magis ad hoc acceſſerit, tantò perfectiori modo ſubſtantiæ rationem participabit: & quanto magis diſceſſerit, tantò minus habebit ſubſtantiæ rationem. Et quia indiuiduum ſubſtantiæ vtrumque maximè ſibi vendicat, eſt perfectiori modo ſubſtantia, quam ſpecies & genera, & ideo dicitur prima ſubſtantia & ſpecies & genera ſecundæ. Caret autem indiuiduum ſubſtantiæ duplici ſubiecto, inhæſionis, quia non eſt accidens, & ſubiecto prædicationis, in quo diſtinguitur ab vniuerſali, quod vniuerſale non reperitur in rerum natura, niſi in particulari, vt in parte ſubiectiua. Et hac ratione particularia dicuntur ſubiecta vniuerſalium, in quo ſunt. Et vniuerſale in particulari dicitur eſſe. Et illæ ſecundæ ſubſtantiæ etſi careant primo ſubiecto non carent ſcdo. Et hac ratio- *Ad 3. argu. Prima ſolutio Caietani ſtatuentis pulcherrimam regulam ad iudicandum, quæ ſubſtantia dicenda ſit prima, & quæ ſecunda.*

Digitized by Google

ratione indiuiduum dicitur prima ſubſtantia,& genera ſecundæ, quia indiuiduum ſubſtantiæ omni caret ſubiecto, non verò genera,& ſpecies. Vnde cum dicit argumentum,prius eſſe, à quo nõ conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, & ita ſecundæ ſubſtantiæ ſunt prius primis;reſpondetur, quod non loquamur de priori iſto modo: nam ſic ſecũdæ ſubſtantiæ ſunt prius:ſed loquamur de priori,quatenus dicit indiuiduum ſubſtantiæ carens omni ſubiecto;quo modo primæ ſubſtantiæ ſunt maximæ & primæ ſubſtantiæ Secundò reſpondent aliqui, quod genera & ſpecies non ſunt prius omni indiuiduo,etiam vago,ſed bene indiuiduo determinato. Non enim eſt prius homo aliquo homine , quia ſi homo eſt,aliquis homo eſt , & ſi homo ſubſtat aliquis homo ſubſtat: nec prius natura eſt vnũ ſubſtans alio. Sed cum dicimus hominem eſſe prius particularib. hominibus , loquimur determinatè, quia totũ vniuerſale poteſt ſaluari in omni parte ſua ſubiectiua;& ita eſt prius qualibet parte determinata . Tertiò reſpondetur,quod ſpecies prius ſubſtat aliquo indiuiduo determinato, quia homo prius eſt albus , quam Antichriſtus ſit albus, non verò prius ſubſtat omnibus , quia non reperitur homo ſubſtans præter omnes homines . Quartò reſpõdetur,quod ſubſtare accidentibus conuenit Petro ratione ſui ipſius , homini verò ratione conditionum indiuiduantium ſingularium,& ita ſingularia dicuntur maximæ ſubſtantiæ . Si autem ſumamus ſubſtantiam pro eſſentia,prius conuenit homini,quam Petro, quoad connexionem eſſentialem. Et per hoc patet ad primam confirmationem . Ad confirmationem ſecundam reſpondetur,quod magis ſubſtat ſpecies , quam quodlibet indiuiduũ ſeorſum , quatenus eſt idem cum omnibus indiuiduis , & illud habet etiam ratione omnium indiuiduorum . Vnde nõ ſequitur,quod ſit magis ſubſtantia , ſed quod ſe extendat ad plures primas ſubſtantias . Ad tertiam confirmationem reſpondetur ex dictis in hoc argumento .

2. Solutio aliorũ, genera & ſpecies eſſe priora indiuiduis ſignatis,non vero vagis.

3. Solutio.

4. Solutio.

Ad 1.conſ.

Ad 2.conſ.

Ad 3.conſ.

Ad 4. Ad quartum argumentum reſpondetur , quòd illud primò in exercitio eſt ſubſtantia, (ſi ſubſtantia accipiatur pro ſuſtentante) quod eſt indiuiduum . Si vero accipiatur ſubſtantia prout ponitur in definitione accidentis, debet accipi ſubſtantia pro ente per ſe abſtrahendo à completa,& incompleta ſubſtãtia ; & ſic nec eſt prima,nec ſecunda, nec ponitur,vt ſubiectum ſuſtentationis in definitione accidentis,ſed vt in ordine,ad quod accidens habet rationem entis, quamuis ſequatur ex eo,quod eſt ſubſtãtia,vt diſtinguitur contra accidẽs, quod poſſit ſiue completè ſiue incompletè ſuſtentare accidentia.

Subſtantia quæ ingreditur definitionẽ accidẽtis,nec eſt prima, nec ſecũda.

QVÆSTIO XV.

Vtrùm proprietates ſubſtantiæ ſint rectè ab Ariſtotele aſſignatæ.

SEx autem ſubſtantiæ proprietates Ariſtoteles aſſignat, vt melius ſubſtantiæ eſſentiam cognoſcere valeamus. Prima eſt . Proprium eſt ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto . Dicit tamen Ariſtoteles hoc non ſolum ſubſtantiæ competere, nam differentiæ non ſunt in ſubiecto, & non ſunt ſubſtantia , quæ hic definitur ab Ariſtotele;quia,nec prima,nec ſecunda . Sed eſt differentia ſubſtantiæ . Hæc proprietas ſatis probatur:nam prima ſubſtantia definitur hoc modo . Prima ſubſtantia eſt,quæ nec eſt in ſubiecto , nec de ſubiecto dicitur , ſed eſt primum omnium ſubiectum . Secundæ etiam ſubſtantiæ in ſubiecto non ſunt , licet dicantur de ſubiecto : nam homo & animal de quodam homine dicuntur, non tamen ſunt in quodam homine : nam eſſe in ſubiecto accipitur hic , pro eſſe in ſubiecto inhæſiuè , vt ſupra diximus ex Ariſtotele : qui modus ſolum accidentibus conuenit . Et probo hoc de ſecundis ſubſtantiis : nam quæ in ſub-

1 Proprietas ſubſtãtiæ explicatur, & probatur.

Quo intelligatur ſubſtantia nõ eſſe in ſubiecto.

iecto ſunt, ſicut accidens, non prædicantur de ſubiecto nomine & ratione; nam album etſi ſit nomen Petri, non tamen eſt definitio Petri definitio albi, ſed ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de primis nomine & ratione, quia hoc nomen homo eſt nomen Petri, & definitio hominis eſt definitio Petri; ergo homo non eſt in Petro, ſicut accidens in ſubiecto, ergo non eſſe in ſubiecto proprium eſt ſubſtantiæ. Eſt tamen homo in Petro, ſicut ſpecies eſt in indiuiduis, & vniuerſa e in particulari, vt ſcilicet, in re, in qua ratio ſpecifica per conditiones indiuiduantes determinatur. Hæc proprietas non eſt proprietas in quarto modo, quia conuenit etiam differentiis ſubſtantialibus: differentiæ enim iſtæ, & ſecundum nomen & ſecundum rationem dicuntur de primis ſubſtantiis, quod his, quæ ſunt in ſubiecto, id eſt, inhærent, nunquam conuenit, vt dictum eſt.

Hæc proprietas non conuenit ſubſtantiæ in quarto modo.

2. Proprietas ſubſtantiæ explicatur & probatur.

Secunda ſubſtantiæ proprietas eſt, quod proprium eſt ſubſtantiæ, id eſt, ſecundæ ſubſtantiæ, prædicari de primis vniuocè, idque probatur. Prædicari vniuocè, eſt prædicari nomine & ratione, ſed ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de primis nomine & ratione, ergo vniuocè. Patet minor, quia Petrus habet hoc nomen, homo, & definitio hominis, quæ eſt eſſe animal rationale, conuenit Petro. *Obiectio.* Et ſi dicas, quod album prædicetur de Petro & Paulo vniuocè, ſiquidem prædicatur prædicatione quinti prædicabilis, quæ prædicabilitas neceſſariò exigit vniuocationem. *Solutio.* Reſpondetur, quod hic loquatur Ariſtoteles de vniuocis eſſentialiter, quæ ſimpliciter ſunt vniuoca; & ita nomine vniuocorum abſolutè intelliguntur ab Ariſtotele; vniuoca verò accidentalia ſunt vniuoca cum addito, & hoc ſufficit ad rationem prædicabilitatis. Sed de his ſuperius. Hæc autem proprietas conuenit etiam differentiis, vnde non eſt proprietas ſubſtantiæ prædicamentalis quarto modo. Vide Caietanum in explicatione huius proprietatis, vbi aliqua notatu digna aduertit.

3. Proprietas ſubſtantiæ explicatur & probatur.

Tertia proprietas ſubſtantiæ; Proprium eſt primæ ſubſtantiæ ſignificare hoc aliquid, id eſt, aliquid particulare in illo genere. Et ſi dicas, contra; nam termini ſignificant, & res ſignificantur, ſed res ſunt ſubſtantiæ primæ, & non termini; ergo non eſt proprium primæ ſubſtantiæ ſignificare hoc aliquid. *Soluitur obiectio.* Ad hoc reſpondetur, quod ſignificare accipitur hic paſſiuè, id eſt, ſignificari, vt hoc aliquid. Ex eo enim quod eſt primum ſubiectum omnium, ex neceſſitate debet ſignificari, vt hoc aliquid ſeu ex eo, quod eſt primum ſubiectum, habet ex parte obiecti fundamentum, vt conueniat ei relatio ſignificati taliter, id eſt, vt hoc aliquid. *Alia expoſitio, vel reſponſio.* Alii exponunt hanc proprietatem, quod conueniat nominibus primæ ſubſtantiæ, & quod non detur, vt proprietas ſubſtantiæ, ſed vt proprietas nominis primæ ſubſtantiæ. Et quia hoc conducit ad intelligendam naturam ſubſtantiæ primæ, aſſignatur inter proprietates ſubſtantiæ: eſt enim proprietas ſubſtantiæ ſecundum nomen, ſecundæ autem ſubſtantiæ proprium eſt ſignificare quale quid: ſi autem ſit ſermo de nomine ſecundæ ſubſtantiæ, ſenſus eſt, nomen ſecundæ ſubſtantiæ ſignificare quale quid, id eſt, ſubſtantia, quæ eſt vniuerſalis, & intelligitur de ſignificare primò & per ſe. Nam hoc nomen homo ſecundariò ſignificat Petrum, ex eo quod Petrus eſt homo, & quia habet Petrus in ſe naturam humanam, vt ſuam eſſentiam, quam in concreto ſignificat homo. Si verò fiat ſermo de rebus, proprium eſt ſecundæ ſubſtantiæ, vt ſignificet, vt quale quid, id eſt habeat fundamentum, ex eo quod ſecunda ſubſtantia eſt, vt ſic poſſit ſignificari.

4. Proprietas ſubſtantiæ explicatur.

Quarta proprietas ſubſtantiæ eſt: Quod primæ & ſecundæ ſubſtantiæ, ſeu ſubſtantiæ prædicamentali nihil eſt contrarium. Et ſi dicas; aqua contrariatur igni, vt dicitur in ſecundo de generatione, reſpondetur, quòd aqua contrariatur igni per accidens ratione ſuarum qualitatum, puta caloris & frigiditatis, humiditatis & ſicci- *Soluitur obiectio.*

Digitized by Google

ſiccitatis, non verò per ſe contrariatur. Ariſtoteles autem loquitur de contrarietate per ſe & de contrarietate propriè dicta, quæ eſt maxima diſtantia ſub vno genere eorum, quæ nota ſunt ab eodem ſuſceptibili ſe expellere continuè, qualis eſt inter calidum & frigidum, album & nigrum. Formæ verò ſubſtantiales non ſunt contrariæ, licet ſint repugnantes, quia non inhærent ſubiecto, nec continuè ſe mutuò ab eodem ſubiecto expellunt. Sed de contrariis iterum redibit ſermo. Non eſt autem proprium in quarto modo, quia conuenit quantitati determinatæ: nam bicubitum non eſt contrarium tricubito, quia aliquod ſubiectum poteſt habere tres cubitos, & conſequenter habet duos.

5. Proprietas ſubſtãtia explicatur, & probatur. Quo ſubſtãtia ſuſcipiat magis & minus, & quo nõ.

Quinta ſubſtantiæ proprietas eſt: Non ſuſcipere magis, & minus. Et non eſt ſenſus, quod vna ſubſtantia non ſit magis ſubſtantia, quam altera; nam prima ſubſtantia eſt magis ſubſtantia, quam ſecunda: ſed ſenſus eſt, quod vna ſubſtantia non ſuſcipiat magis & minus, vt leo non dicitur cum magis & minus, non enim idem leo modo eſt magis leo, quam antea erat, nec vnus leo eſt magis leo, quam alius leo. Itaque loquitur de illo, quod eſt ſubſtantia, & denominatur ſubſtantia. Non verò loquitur Ariſtoteles de prima & ſecunda ſubſtantia logicè vt habet rationem ſubſtandi, vel modum ſubſiſtẽdi, ſed vt eſt ens per ſe in recta linea: nam in ratione ſuſtentandi accidentia, iam diximus, quod prima ſubſtantia eſt magis ſubſtantia: quia pluribus accidentibus ſubſtat. Itaque leo, verbi gratia, non eſt magis ſubſtantia, id eſt non eſt magis ens per ſe, quam Petrus, quia genus ſupremum vniuocè prædicatur de homine & de Petro, aliàs non erunt in recta linea prædicamentali. Cæterum in ratione ſuſtentandi accidentia, magis ſubſtantia eſt Petrus, quia pluribus ſubſtat, & ſubſtantia ſecunda ſubſtat, quia prima ſubſtat, vt ſupra diximus. Et nota, quod hic accipitur ſuſcipere magis & minus, non pro hoc, quod eſt eſſe magis vel minus perfectum: quia conſtat, quod natura generica eſt magis perfecta in vna ſpecie, puta in homine, quam in leone. Sed ſuſcipere magis & minus accipitur pro hoc, quod eſt rem intendi & remitti, ita vt rem aliquam ſuſcipere magis & minus nihil aliud ſit, quam intendi, id eſt ſecundum ſuum proprium eſſe perfici, ſeu augeri: remitti verò eſt minui, ſeu minus perfectionis acquirere. Et hoc & in pluribus rebus, & in eadem verum debet habere, quod ſcilicet, vt res poſſit ſuſcipere magis & minus, debet eadem numero poſſe & magis & minus perfecta eſſe in ſe ipſa, & eadem ſecundum ſpeciem in pluribus debet, poſſe eſſe magis, vel minus perfecta in ſuo eſſe. Hoc autem non poteſt competere ſubſtantiæ, quia ex neceſſitate debet fieri per maiorem in ſubiecto radicationem: ſubſtantia autem non eſt in ſubiecto. Ex hoc patet animam intellectiuam non ſuſcipere magis & minus, licèt vna ſit alia perfectior, nec elementa poſſe magis & minus ſuſcipere, quia non ſunt accidentia, nec magis, nec minus poſſunt radicari in ſubiecto. Quantitas etiam non ſuſcipit hoc modo magis & minus: vnde hæc non eſt proprietas in quarto modo. Ita docet Diuus Thomas prima parte, quæſtione nonageſima tertia, articulo tertio, ad tertium, vbi ſic dicit: Ad tertium dicendum, quod cum dicitur, quod ſubſtantia non ſuſcipiat magis & minus, non intelligitur, quod vna ſpecies ſubſtantiæ non ſit perfectior quam alia, ſed quod vnum, & idem indiuiduum non participet ſuam ſpeciem quandoque magis, quandoque minus. Nec etiam à diuerſis indiuiduis participatur ſpecies ſubſtantiæ ſecundum magis & minus. Hæc Diuus Thomas.

Obſeruatio quid ſit ſuſcipere magis & minus, & quæ conditiones requirat.

Vna anima eſt perfectior altera, non tamen ſuſcipit magis & minus ſicut nec elementa, nec quãtitas, & quare.

Explicatur 6. Proprietas ſubſtantia.

Sexta proprietas ſubſtantiæ eſt: Quod cum vnum numero ſit, eſt ſuſceptiuum contrariorum. Et nota, in hac proprietate Ariſtotelem aſſerere eandem numero actionem non eſſe prauam & ſtudioſam. Itaque eadem numero ſubſtantia, vt Petrus, modò eſt albus, modò eſt nigra, modò calidã, modò frigida. Et taliter hæc contraria ſuſcipit, vt per ſui mutationem illa ſuſcipiat. Eſt autem hæc,

proprietas adeò clara, vt ſoli ſubſtantiæ competat ſemper & omni, vt patet ex inductione Ariſtotelis, & ideò proprietas eſt in quarto modo. Et arguit Ariſtoteles contra ſe: Nam oratio non eſt ſubſtantia, & tamen eſt ſuſceptiua contrariorum; ergo non eſt proprietas in quarto modo ſubſtantiæ. Maior patet; nam hæc oratio, Ioannes ſcribit, vera eſt, ceſſante verò à ſcribendo erit falſa, verum autem, & falſum contraria ſunt, ergo alteri quam ſubſtantiæ hæc proprietas conuenit. Reſpondetur primò, quod aliter oratio, aliter ſubſtantia ſuſcipiant contraria; nam ſubſtantia illa ſuſcipit per ſui mutationem intrinſecam, oratio verò tranſit de vera in falſam, non quia ipſa mutetur, ſed quia res ſignata mutatur. Quia enim ceſſat ſcribendi actio, ſupra dicta oratio falſa manet, non quia in ſe mutetur. Et ſi dicas, contra: nam iam oratio accipit hoc accidens, quod eſt eſſe falſam; eſſe enim falſam orationem accidens eſt illius, & cum erat vera, non habebat hoc accidens, cum autem ſit falſa, iam habet illud, ergo per ſui mutationem tranſit de vera in falſam, & idē eſt dicendum, quando tranſit de falſa in veram; iam enim cōſtat ex Summulis, capite de propoſitione, eſſe falſam, accidens eſſe propoſitionis, et ſimiliter eſſe veram; eſſe verò veram vel falſā eſſentia propoſitionis, eſt ſeu per hoc explicari eius eſſentiam. Reſpondetur, quod illud accidens, quod oratio mentalis accipit, quando denominatur vera, & illud, quod accipit, quādo denominatur falſa, ſunt accidentia relatiua, quia verum dicit relationem conformitatis, ſeu commenſurationis (& loquimur de veritate propoſitionis mentalis ad ipſam rem ſignificatam) & falſum dicit relationem difformitatis, nam ab eo, quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa, id eſt, à re ſignificata, id ſignificat, id eſt, à ſuo ſignificato, non à re, quæ eſt ſubiectum, nec à re, quæ eſt prædicatum. Et non diſputamus modò, an ſit relatio tranſcendentalis, an prædicamentalis, an vtrumque. Vnde conſtat, non ſuſcipere orationem propriè contraria per ſui mutationem, & ita non conuenit illi proprietas hæc: ſi autem ſit ſermo de oratione vocali, il la relatio eſt quid rationis, & ita non ſuſcipit contraria eadem numero oratio.

An oratio ſuſcipiat cōtraria.

Obiectio.

Solutio.

Secundò arguitur contra eandem proprietatem, nam ſecundæ ſubſtantiæ non conuenit hæc proprietas; ergo non eſt proprietas ſubſtantiæ in quarto modo. Antecedens patet, quia ſecunda ſubſtantia non eſt vna numero, ſed eſt vel genus vel ſpecies. Reſpondetur ex Caietano, quod ſenſus Ariſtotelis eſt, quod omnis ſubſtantia ſeruata vnitate numerali, ſiue in ſe, ſiue in ſuis indiuiduis, eſt ſuſceptiua contrariorum. Petrus enim vnus numero ſuſceptiuus eſt contrariorum, homo ſimiliter ſeruata vnitate in numerali, non ſua, ſed ſui indiuidui, etiam eſt ſuceptiuus contrariorum: nam ex eo, quod Petrus eſt ſuſceptiuus contrariorum, quod eſt vnum numero, homo, cuius indiuiduum eſt Petrus; eſt ſuſceptiuus contrariorum. Secundò reſpondetur ab aliquibus, quod ſicut ſubſtantia, cum dicitur à ſubſtando, eſt analogum ad primam & ſecundam ſubſtantiam, vt viſum fuit ſupra ex Diuo Thom. in diſputatis, ita & eſſe contrariorum ſuſceptiuū eſt proprietas quæ analogicè conuenit primæ & ſecundæ. Ariſtoteles autem explicuit hanc proprietatem in primo & principali analogo, vt tranſiret poſtmodum ad explicationem illius in analogo minus principali. Itaque ſenſus Ariſtotelis eſt, proprium eſt primæ ſubſtantiæ, vna numero cum ſit, ſuſcipere contraria, ſed hoc illi per ſe & ex ſe conuenit, ſicut ſubſtare accidentibus. Secundæ verò ſubſtantiæ conuenit hoc ipſum, ſed per primam ſubſtantiam. Vnde primò & per ſe conuenit primæ ſubſtantiæ ſuſcipere contraria, ſicut & ſuſcipere accidentia ſecundę ſubſtantiæ conuenit per primam. Et ita Ariſt. explicauit, proprietatem eſſe primæ ſubſtantiæ, quia illa per ſe, & non per aliud ſuſcipit contraria, & ſic ſolum primæ ſubſtantiæ conuenit, ſuſcipere verò contraria per aliud conuenit ſecundæ ſubſtantiæ. Et hanc proprietatem non numerauit Ariſtoteles, ſed reliquit illam, vt manifeſtam ex prima proprietate.

An ſuſcipere cōtraria conueniat ſubſtātiæ ſecundæ.

Modus dicendi Caie.

Modus dicendi aliorum.

Senſus verborū Ariſt.

Digitized by Google

prietate. In communi verò abſtrahendo ab hoc, quod eſt per ſe, vel per aliud ſuſcipere contraria, proprium eſt ſubſtantiæ in communi ſuſcipere contraria, quia ipſa ſola eſſe per ſe habet. Hęc eſt aliquorum ſolutio. Quid autem ego ſentiam de analogia ſubſtantiæ, iam ſuperius dixi. Tertiò arguitur; nam quantitas eadem numero eſt ſuſceptiua contrariorum: ergo & cetera. Probatur antecedens, quia eadem ſuperficies ſecundum ſui mutationem modò ſuſcipit albedinem, poſtmodum nigredinem.

An quantitas ſit ſuſceptiua contrariorum.

Reſpondetur, quod quantitas eſt medium, quo ſubſtantia ſuſceptiua eſt contrariorum: Proprium autem eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibile contrariorum ſiue mediatè, ſiue immediatè; non enim quantitas mouetur propriè de albo in nigrum, ſed ſubſtantia quanta. Et idem eſt dicendum de potentia ſuſceptiua contrariorum. Sed eſt argumentum.

Obiectio.

Nam in Euchariſtia quantitas eſt ſuſceptiua contrariorum, ergo hæc proprietas non conuenit ſoli, & omni ſubſtantiæ. Si dicas, hanc proprietatem debere intelligi naturaliter, ita vt eſſe ſuſceptiuam contrariorum, naturaliter loquendo, ſit proprietas quarto modo ſubſtantiæ, ſupernaturaliter verò non inconuenit alteri poſſe competere: hæc ſolutio aliquibus placet, ſed non mihi.

Sol. quorūdam.

Reijcitur.

Nam proprium quarto modo oritur ex rei eſſentia, ergo, ſecundum quod eſt proprietas talis eſſentiæ, etiam per diuinam potentiam alteri cōuenire nequit, quod non habeat talem eſſentiam: non enim eſſe intellectiuum, vel diſcurſum, quod eſt hominis proprietas, poteſt alteri, quam homini competere, ſicut nec eſſentia hominis alteri competere poteſt. Item, ſi alteri per diuinam potentiam poteſt competere hæc proprietas, ergo non eſt proprium quarto modo: nam proprium hoc modo eſt, quod omni & ſoli, & ſemper conuenit; ſed non conuenit ſoli, quia iam quantitati conuenit; ergo non eſt proprium quarto modo.

Solu. autto.

Reſpondetur, quod in Euchariſtia non manet ſubſtantia panis, & vini, nec exiſtentia, ſed manet quantitas, quæ ſi contraria ſuſcipit, non vt principale ſubiectum contrariorum, ſed ſuſcipit vt minus principale ſubiectum ex natura ſua in ordine ad ſubſtantiam. Quod ſi tunc per quantitatem ſubſtantia panis, & vini non ſuſcipiant illa contraria, hoc eſt, quia fuerunt transſubſtantiata in corpus & ſanguinem Chriſti; nam quantum erat ex parte quantitatis, medium erat vt ſubſtantia ſuſciperet; & ipſa ſuſcipit vt ſubiectum minus principale. Et ita hoc quod eſt contraria ſuſcipere, vt magis principale ſubiectum, nunquam conuenit quantitati. Videatur, quod de hac re in materia de Euchariſtia ſolet diſputari. Et ſi rurſus arguas, contra eandem proprietatem; Nam Angeli ſunt ſubſtantiæ, & ſimiliter cœli, & tamen non ſuſcipiunt contraria, ergo non eſt proprium quarto modo. Reſpondetur, quod Angeli poſſint ſuſcipere contraria; nam ſuſceperunt Angeli mali virtutem & vitium, ſcientiam, errorem ſaltem in ordine ad ſupernaturalia, odium & amorem, & cetera: cœli verò poſſunt ſuſcipere motus contrarios, ſaltem per diuinam potentiam, quod ſufficit, vt ſint ſuſceptiui contrariorum.

An Angeli & cœli ſint ſuſceptiui contrariorum.

QVÆSTIO XVI.

Quid ſint ſubſtantiæ proprietates, & quomodo à ſubſtantia diſtinguantur.

1. Argum.

ET eſt primum argumentum huiuſmodi, proprietates, etiamſi ſumatur proprietas quarto modo, nec ſunt ſubſtantia, nec accidens, nec aliquid rationis: ergo nullo modo ſunt ponendæ. Conſequentia eſt euidens, & antecedens probo. Primò: Proprietas ſubſtantia eſſe non poteſt, quia vel eſt eadem ſubſtantia, quæ eſt prima ſubſtantia, & hoc non, quia hoc eſt eſſentia ſub

Digitized by Google

proprietas adeò clara, vt ſoli ſubſtantiæ competat ſemper & omni, vt patet ex inductione Ariſtotelis, & ideò proprietas eſt in quarto modo. Et arguit Ariſtoteles contra ſe: Nam oratio non eſt ſubſtantia, & tamen eſt ſuſceptiua contrariorum; ergo non eſt proprietas in quarto modo ſubſtantiæ. Maior patet; nam hæc oratio, Ioannes ſcribit, vera eſt, ceſſante verò à ſcribendo erit falſa, verum autem, & falſum contraria ſunt, ergo alteri quam ſubſtantiæ hæc proprietas conuenit. Reſpondetur primò, quod aliter oratio, aliter ſubſtantia ſuſcipiant contraria; nam ſubſtantia illa ſuſcipit per ſui mutationem intrinſecam, oratio verò tranſit de vera in falſam, non quia ipſa mutetur, ſed quia res ſignata mutatur. Quia enim ceſſat ſcribendi actio, ſupra dicta oratio falſa manet, non quia in ſe mutetur. Et ſi dicas, contra: nam iam oratio accipit hoc accidens, quod eſt eſſe falſam; eſſe enim falſam orationem accidens eſt illius, & cum erat vera, non habebat hoc accidens, cum autem ſit falſa, iam habet illud, ergo per ſui mutationem tranſit de vera in falſam, & idē eſt dicendum, quando tranſit de falſa in veram; iam enim cōſtat ex Summulis, capite de propoſitione, eſſe falſam, accidens eſſe propoſitionis, et ſimiliter eſſe veram; eſſe verò veram vel falsā eſſentia propoſitionis, eſt ſeu per hoc explicari eius eſſentiam. Reſpondetur, quod illud accidens, quod oratio mentalis accipit, quando denominatur vera, & illud, quod accipit, quādo denominatur falſa, ſunt accidentia relatiua, quia verum dicit relationem conformitatis, ſeu commenſurationis (& loquimur de veritate propoſitionis mentalis ad ipſam rem ſignificatam) & falſum dicit relationem difformitatis, nam ab eo, quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa, id eſt, à re ſignificata, id ſignificat, id eſt, à ſuo ſignificato, non à re, quæ eſt ſubiectum, nec à re, quæ eſt prædicatum. Et non diſputamus modò, an ſit relatio tranſcendentalis, an prædicamentalis, an vtrumque. Vnde conſtat, non ſuſcipere orationem propriè contraria per ſui mutationem, & ita non conuenit illi proprietas hæc: ſi autem ſit ſermo de oratione vocali, illa relatio eſt quid rationis, & ita non ſuſcipit contraria eadem numero oratio. Secundò arguitur contra eandem proprietatem, nam ſecundæ ſubſtantiæ non conuenit hæc proprietas; ergo non eſt proprietas ſubſtantiæ in quarto modo. Antecedens patet, quia ſecunda ſubſtantia non eſt vna numero, ſed eſt vel genus vel ſpecies. Reſpondetur ex Caietano, quod ſenſus Ariſtotelis eſt, quod omnis ſubſtantia ſeruata vnitate numerali, ſiue in ſe, ſiue in ſuis indiuiduis, eſt ſuſceptiua contrariorum. Petrus enim vnus numero ſuſceptiuus eſt contrariorum, homo ſimiliter ſeruata vnitate in numerali, non ſua, ſed ſui indiuidui, etiam eſt ſuceptiuus contrariorum: nam ex eo, quod Petrus eſt ſuſceptiuus contrariorum, quod eſt vnum numero, homo, cuius indiuiduum eſt Petrus; eſt ſuſceptiuus contrariorum. Secundò reſpondetur ab aliquibus, quod ſicut ſubſtantia, cum dicitur à ſubſtando, eſt analogum ad primam & ſecundam ſubſtantiam, vt viſum fuit ſupra ex Diuo Thom. in diſputatis, ita & eſſe contrariorum ſuſceptiuū eſt proprietas quæ analogicè conuenit primæ & ſecundæ. Ariſtoteles autem explicuit hanc proprietatem in primo & principali analogo, vt tranſiret poſtmodum ad explicationem illius in analogo minus principali. Itaque ſenſus Ariſtotelis eſt, proprium eſt primæ ſubſtantiæ, vna numero cum ſit, ſuſcipere contraria, ſed hoc illi per ſe & ex ſe conuenit, ſicut ſubſtare accidentibus. Secundæ verò ſubſtantiæ conuenit hoc ipſum, ſed per primam ſubſtantiam. Vnde primò & per ſe conuenit primæ ſubſtantiæ ſuſcipere contraria, ſicut & ſuſcipere accidentia ſecundę ſubſtantiæ conuenit per primam. Et ita Ariſt. explicauit, proprietatem eſſe primæ ſubſtantiæ, quia illa per ſe, & non per aliud ſuſcipit contraria, & ſic ſolum primæ ſubſtantiæ conuenit, ſuſcipere verò contraria per aliud conuenit ſecundæ ſubſtantiæ. Et hanc proprietatem non numerauit Ariſtoteles, ſed reliquit illam vt manifeſtam ex prima proprietate.

An oratio ſuſcipiat cōtraria.

Obiectio.

Solutio.

An ſuſcipere cōtraria conueniat ſubſtātię ſecundæ.

Modus dicendi Caie.

Modus dicendi aliorum.

Senſus verborū Ariſt.

Digitized by Google

prietate. In communi verò abſtrahendo ab hoc, quod eſt per ſe, vel per aliud ſuſcipere contraria, proprium eſt ſubſtantiæ in communi ſuſcipere contraria, quia ipſa ſola eſſe per ſe habet. Hęc eſt aliquorum ſolutio. Quid autem ego ſentiam de analogia ſubſtantiæ, iam ſuperius dixi. Tertiò arguitur; nam quantitas eadem numero eſt ſuſceptiua contrariorum: ergo & cetera. Probatur antecedens, quia eadem ſuperficies ſecundum ſui mutationem modò ſuſcipit albedinem, poſtmodum nigredinem.

An quantitas ſit ſuſceptiua cõtrariorum.

Reſpondetur, quod quantitas eſt medium, quo ſubſtantia ſuſceptiua eſt contrariorum: Proprium autem eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibile contrariorum ſiue mediatè, ſiue immediatè; non enim quantitas mouetur propriè de albo in nigrum, ſed ſubſtantia quanta. Et idem eſt dicendum de potentia ſuſceptiua contrariorum. Sed eſt argumentum.

Obiectio. Nam in Euchariſtia quantitas eſt ſuſceptiua contrariorum, ergo hæc proprietas non conuenit ſoli, & omni ſubſtantiæ.

Sol. quorũdam. Si dicas, hanc proprietatem debere intelligi naturaliter, ita vt eſſe ſuſceptiuam contrariorum, naturaliter loquendo, ſit proprietas quarto modo ſubſtantiæ, ſupernaturaliter verò non inconuenit alteri poſſe competere: hæc ſolutio aliquibus placet, ſed non mihi.

Reijcitur. Nam proprium quarto modo oritur ex rei eſſentia, ergo, ſecundum quod eſt proprietas talis eſſentiæ, etiam per diuinam potentiam alteri cõuenire nequit, quod non habeat talem eſſentiam: non enim eſſe intellectiuum, vel diſcurſum, quod eſt hominis proprietas, poteſt alteri, quam homini competere, ſicut nec eſſentia hominis alteri competere poteſt. Item, ſi alteri per diuinam potentiam poteſt competere hæc proprietas, ergo non eſt proprium quarto modo: nam proprium hoc modo eſt, quod omni & ſoli, & ſemper conuenit; ſed non conuenit ſoli, quia iam quantitati conuenit; ergo non eſt proprium quarto modo.

Solu. authoris. Reſpondetur, quod in Euchariſtia non manet ſubſtantia panis, & vini, nec exiſtentia, ſed manet quantitas, quæ ſi contraria ſuſcipit, non vt principale ſubiectum contrariorum, ſed ſuſcipit vt minus principale ſubiectum ex natura ſua in ordine ad ſubſtantiam. Quod ſi tunc per quantitatem ſubſtantia panis, & vini non ſuſcipiant illa contraria, hoc eſt, quia fuerunt transſubſtantiata in corpus & ſanguinem Chriſti, nam quantum erat ex parte quantitatis, medium erat vt ſubſtantia ſuſciperet, & ipſa ſuſcipit vt ſubiectum minus principale. Et ita hoc quod eſt contraria ſuſcipere, vt magis principale ſubiectum, nunquam conuenit quantitati. Videatur, quod de hac re in materia de Euchariſtia ſolet diſputari. Et ſi rurſus arguas, contra eandem proprietatem; Nam Angeli ſunt ſubſtantiæ, & ſimiliter cœli, & tamen non ſuſcipiunt contraria, ergo non eſt proprium quarto modo.

An Angel. & cœli ſint ſuſceptiui contrariorum.

Reſpondetur, quod Angeli poſſint ſuſcipere contraria; nam ſuſceperunt Angeli mali virtutem & vitium, ſcientiam, errorem ſaltem in ordine ad ſupernaturalia, odium & amorem, & cetera: cœli verò poſſunt ſuſcipere motus contrarios, ſaltem per diuinam potentiam, quod ſufficit, vt ſint ſuſceptiui contrariorum.

QVÆSTIO XVI.

Quid ſint ſubſtantiæ proprietates, & quomodo à ſubſtantia diſtinguantur.

1. Argum. ET eſt primum argumentum huiuſmodi, proprietates, etiamſi ſumatur proprietas quarto modo, nec ſunt ſubſtantia, nec accidens, nec aliquid rationis: ergo nullo modo ſunt ponendæ. Conſequentia eſt euidens, & antecedens probo. Primò: Proprietas ſubſtantia eſſe non poteſt, quia vel eſt eadem ſubſtantia, quæ eſt prima ſubſtantia, & hoc non, quia hoc eſt eſſentia ſub

ſtantiæ, ergo non poteſt eſſe paſſio. Vel alia ſubſtantia diſtincta, & nec hoc, quia illa ſubſtantia rurſus haberet paſſiones, & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Nec poteſt dici, quod ſit aliqua ſubſtantia in completa, quia hoc non poteſt eſſe paſſio, quia paſſio debet conſequi ad eſſentiam, quod non eſt intelligibile, dici poſſe de ſubſtantia illa incompleta. Nec poteſt eſſe accidens, quia, antequam ſubſtantia habeat huiuſmodi accidens, intelligitur formaliter eſſe ſuſceptiuam contrariorum, & non habere contrarium, &c. ergo &c. Nec ens rationis eſſe poteſt, quia eſſe ſuſceptiuum cõtrariorum non poteſt eſſe ens rationis; non ergo ſunt ponendæ huiuſmodi proprietates.

2. Argum. Secundum argumentum; Antequam intelligamus in ſubſtantia accidens aliquod, ſeu præcisè intellecto ente per ſe, ſubſtantia ipſa eſt ſuſceptiua contrariorum, & poteſt ſubſtare accidentibus, & non ſuſcipit magis & minus; ergo impoſſibile eſt, quod proprietates ſubſtantiæ ſint accidens.

Reſponſio. Dices, quod ſicut homo ante intellectum, qui eſt accidens, eſt intellectiuus radicaliter, ſed non formaliter, eſt autem formaliter intellectiuus per intellectum, qui eſt accidens; ita ſubſtantia intellecta, quatenus eſt ens per ſe præcisè, habet omnia illa radicaliter, formaliter verò habet eadem per accidentia ſuperaddita, *Impugnat.* quę ſunt proprietates. Sed contra, quia potentiæ quæ ſunt accidentia, non dantur niſi ad actus accidentales, qui ſunt propriè actus: ſed ſuſcipere contraria & ſubſtare accidentibus, & cetera, non ſunt propriè actus; ergo potentiæ ad illas non ſunt in eodem genere, & ita nõ erunt accidentia.

3 Argum. Tertium argumentum. Dices quod paſſiones ſubſtantiæ ſe habent ad modum paſſionum entis: & ita ens per ſe quatenus importat ordinem ad contraria ſuſceptibilia, eſt paſſio, eſt verò eſſentia, quatenus eſt ens per ſe non dependens ab alio in eſſe. Sed contra: nam ille reſpectus vel eſt realis, vel rationis; neutrum horum; ergo non eſt ponendus. Quod non rationis, patet; nam eſſe ſuſceptiuum contrariorum per ſui mutationem aliquid reale eſt, non enim eſt factum per intellectum, ſed hoc eſt quod complet formaliter rationem ſubſtantiæ, ergo non eſt aliquid rationis. Nec reſpectus realis eſſe poteſt, quia vel diſtinguitur a ſubſtantia, & hoc non: quia eſſet accidens, vel ſubſtantia particularis, quod dici nequit, vt vidimus: Vel non diſtinguitur, & ſic ſubſtantia eſſet relatiuum ſecundum dici, & reſpiciens in ſua ratione aliquid extrinſecum: ſed hoc non: ergo &c. Multa argumenta poſſunt hic multiplicari, deſumpta ex illis, quæ fieri ſolent contra paſſiones entis: ſed remitto acutum logicum ad illa loca, ne eum faſtidio afficiamus.

Hanc quæſtionem non vidi pertractatam alicubi. Solum aſſerunt aliqui, paſſiones ſubſtantiæ eſſe modos illius, nec vllum aliud verbum addunt. Vt igitur, quid in hac parte ſentiam, explicem, ſit

Quæſtionis deciſio.

Prima concluſio: Paſſio ſubſtantiæ quarto modo non eſt quid diſtinctum à ſubſtantia realiter, nec eſt accidens diſtinctum, nec ſubſtantia ſiue incompleta ſiue completa, ſed eſt quidam modus ipſius idem realiter cum ſubſtantia: ſicut enim aſſerimus, appetitum materiæ primæ ad alias formas, non eſſe quid diſtinctum realiter a materia prima, ſed eſſe modum quendam ipſius materiæ primæ, ſeu paſſionem ipſius non diſtinctam à ſubſtantia materiæ primæ. Ita de paſſionibus ſubſtantiæ dicendum eſt: nam illud ens per ſe ex eo, quod eſt tale, intelligimus ipſum poſſe ſuſtinere & ſuſtentare accidentia contraria, idem numero cum ſit, & hoc modo noſtro intelligendi conſequitur ad primum conceptum, quo intelligimus ſubſtantiam eſſe ens per ſe. Et idem eſt proportionabiliter dicendum de reliquis paſſionibus. Et probatur concluſio, quod non ſit accidens diſtinctum, à ſubſtantia

1. Concluſ. An paſſiones ſubſtã tia ſint ſubſtantia, vel accidentia, ab ijs realiter diſtincta.

tia

Digitized by Google

tia proprietas eius in quarto modo. Nã ſuſtentabilitas accidentium contrariorum non eſt potentia ad actum accidentalẽ, qui verè fit in genere actus: ergo non eſt ponenda, vt quid diſtinctum à ſubſtantia, quod quidem ſit accidens. Nam vt conſtat ex quarto libro in prædicabili de proprio, ſolum actus & potentia ſunt in eodem genere, quando actus habet veram rationem actus, & potentia verè habet rationem potentiæ, quod in præſenti conſtat non habere locum. Præterea, antequam ſit illa potentialitas ſuſceptiua contrariorum, quam tu dicis eſſe accidens, intelligitur ſubſtantiã primam poſſe ſuſcipere contraria eo ipſo, quod eſt ens per ſe ſubſiſtens: ergo fruſtra ponitur poſtea illa potentialitas accidentalis. Conſequentiam probo, quia iam habet ſuam paſſionem. Antecedens probatur: quia ens per ſe & in ſuo eſſe ab alio non dependens, poteſt alia ſuſtentare: ſed habet primum ante illud accidens; ergo ſecundum. Dices, quod ante illud accidens eſt ſuſtentatiuum radicaliter, quod eſt eſſentia ſubſtantiæ, non verò formaliter: nam illud habet per accidens tale ſuperadditum, ſicut homo ante intellectum eſt intellectiuus radicaliter, formaliter verò non niſi per intellectum. Contra; nam ante tale accidens ſubſtantia eſt ſuſtentatiua accidentium formaliter: ergo eſt ſuſtentatiua accidentium contrariorum formaliter. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens, nam ante illud accidens iam ſuſtentatiua eſt formaliter ipſius accidentis, quod tu ponis, ergo ſuſtentatiua eſt formaliter accidentium. Antecedens probatur, quia illam potentiam, ſi eſt accidens, per ſe ipſam ſuſtentat, aliàs ſi per aliud accidens ſuſtentaret, eſſet proceſſus in infinitum. Prima illa conſequentia probatur; quia id quod ſufficit formaliter ad ſuſtentandum accidentia, ſufficit ad contraria ſubſtentãda. Et hæc argumẽta cõuincũt etiam de reliquis proprietatibus, non in quarto modo. Quod verò nõ ſit ſubſtantialis entitas ſuperaddita, quæ realiter diſtinguatur, probo; nam nulla alia datur ſubſtantialis entitas, niſi natura, forma, & ſuppoſitalitas, ſeu perſonalitas, & totum ſuppoſitum ex illis; ſed illa entitas nulla harum eſt; ergo non eſt ponenda. Item: quia ſubſtantia ex eo, quod eſt ens per ſe completum, poteſt ſuſtentare & ſuſcipere contraria completè, & perfectè, ſine alio ſuperaddito; fruſtra enim illa entitas adderetur. Eſt ergo paſſio ſubſtantiæ modus quidam ipſius ſubſtãtiæ; nam ex eo, quod ſubſtantia eſt ens, per ſe habet iſtum modum, vt poſſit contraria ſuſcipere, & reliquas alias proprietates, ſicut materia prima, ex eo quod eſt pura potentia, appetit formas alias. Ita ſuſtentabilitas contrariorum eſt formalis ratio conſtitutiua ſubſtantiæ proprietatis; ſeu eſt ipſa proprietas ſubſtantiæ, & illa ſuſtentabilitas contrariorum eſt ipſius paſſio: ſicut appetibilitas materiæ primæ eſt eius paſſio.

Quando actus & potentia ſint in prædicamento.

Solutio.

Impugnat.

Secunda concluſio. Satis probabiliter dicitur, quod hæc paſſio ſubſtantiæ quarto modo non diſtinguitur ab ipſa ſubſtantia, niſi ſicut paſſiones entis diſtinguuntur ab ente ſolum ratione, de quo iam ſupra diximus. Nam ſicut ens, quatenus conformabile eſt intellectui, dicitur verum, & quatenus dicit ordinem ad voluntatem, dicitur bonum, ita ſubſtantia, ſeu ens per ſe, quatenus importat ordinem ad accidentia contraria, dicitur ſuſceptiua contrariorum. Nec eſt aliqua formalitas diſtincta etiam formaliter ab ipſo ente per ſe, ſed per ſe cum tali ordine verum eſt, quod iſte ordo eſt realis, & non rationis, ſicut in paſſionibus entis contingit. Ratio huius concluſionis, quæ mihi vrgens videtur, & eſt; quia ſubſtantia eo ipſo, quod eſt ens per ſe, eſt ſuſceptiua contrariorũ, ſine alia formalitate diſtincta ſuperaddita; non tamen ſine alio reſpectu, hoc eſt, quod hoc ens per ſe ſuſceptiuum eſt contrariorum. Sed alio conceptu concipitur vt ens per ſe, vel vt cõtrariorũ ſuſceptiuũ; quia vt ens p ſe cõcipitur in ordine ad ſe, vt ſuſceptiuũ cõtrariorum, in ordine ad illud concipitur. Sed hæc prædicatio eſt vera, ſuſceptiuum

2. Concluſ. Quò proprietates ſubſtãtia ab ea diſtinguãtur.

Alius eſt cõceptus ſubſtantia, prout dicitur ens per ſe, alius prout ſubſtantia.

ptiuum contrariorum eſt ens per ſe, & vt eſt ſuſceptiuum contrariorum, eſt ens per ſe. Non tamen eodem conceptu, quo concipitur, vt contrariorum ſuſceptiuum, concipitur vt ens per ſe: quia diſtinguuntur ratione ratiocinata: & iſte reſpectus, quem importat, vt ſuſceptiuus contrariorum, eſt realis. Et quoniam hæc ſuperius tractauimus latius, ab his modò ſuperſedemus.

Locus D. Tho. pulch. Vnde D. Thom. opuſculo 48. capit. primò, ita dicit: Subſtantia, ſecundum quod eſt ſubiectum accidentium, ſignificatur per modum ſubſtantiæ; quia ſubſtantia dicitur, à ſubſtando. Secundum autem, quod à nullo priori dependet, cui innititur, ſignificatur vt ens per ſe. Et iſti modi ſunt id ipſum, quod ſubſtãtia differentes ſola ratione animæ concipientis ipſam ſecundum diuerſas habitudines. Quæ ratio non eſt ficta, ſed accipitur à re: ita enim in re eſt. Nam & ſubſtantia ſubſtat accidentibus, & nulli innititur: tamen iſta non ſunt duæ res diſtinctę, ſed diſtinctio ſumitur à ratione. Ecce vbi D. Thom. habet noſtras concluſiones, quod bene nota.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD argumenta in contrarium reſpondetur. Et ad primum dicitur, quod paſſiones ſubſtantiæ ſe habeant ad modum paſſionum entis, & ſint aliquid reale: & non diſtinguantur ab ente per ſe niſi ratione ratiocinata.

Ad 2. Ad ſecundum argumentum dicitur. quod potius ſit pro nobis, & confirmet noſtram concl.

Ad 3. *An ſubſtã. poſſit eſſe relatiuum ſecũdũ dici.* Ad tertium iam patet. Nec eſt inconueniens, quòd ſubſtantia ſit relatiuum ſecundum dici; quia forma eſt relatiuũ ſecundum dici, & natura ſimiliter, & ita totum ex illis compoſitum non inconuenit eſſe relatiuum ſecundum dici. Et idem etiam dicere de ſubſtantiis ſimplicibus non inconuenit: quia etiam ſi reſpectum accidentalem dicat ad accidentia, eſt vt quid perficiens ea, & ſuſtentans ea in eſſe, & dans illis eſſe, quod eſt maximæ perfectionis, & arguit ſubſtantiæ perfectionem. Et hic *Obſeruatio Auth.* nota, quod iſte modus ſubſtantiæ, qui eſt ſuſtentare accidentia, non inconueniat, quod analogicè dicatur de prima & ſecunda ſubſtãtia ſecundum aliquos ſub illo modo, etiamſi ens per ſe de illis dicatur vniuocè. Nam bene poteſt modus ipſius entis per ſe analogicè dici, & non ens per ſe: vt patet in ſimili, quia ens vniuocè dicitur de bono, vtili, honeſto, delectabili: tamen bonum, quod eſt paſſio, analogicè dicitur de bono, vtili, honeſto, & delectabili. vt patet ex Ariſtot. 5. Ethicorum. Nam ſi bona iſta ſint accidentia pertinentia ad prædicamenta qualitatis, vt virtus, & dulcedo, & alia huiuſmodi, certum eſt, quod ens dicatur de illis vniuocè: & tamen bonum, quod includit ens de illis, dicitur analogicè, quia bonum vtile non eſt ſimpliciter bonum, ſed participat rationem boni in ordine ad aliud, ſcilicet, in ordine ad reſpectum, cuius eſt vtile, & ita aſſerit D. Thom. 1. 2. quæſtion. 23. *Ariſtot. 5. Ethic.*

QVAESTIO XVII.

Vtrùm Deus ponatur in prædicamento ſubſtantiæ; vbi hoc etiam de Chriſto inquiritur.

1. Argum. VIdetur, quod ſic. Nam ad hoc, quod aliqua conſtituantur in prædicamentis, ſufficit, quod ex modo eſſendi, quem habent, intellecta concipiantur, vt genera, & ſpecies: ſed hoc conuenit Deo ex modo eſſendi, quem habet in intellectu: ergo Deus eſt in prædicam. Maior patet: nã in opinione D. Th. ſupra viſum fuit, Gabrielem eſſe vniuerſalem: & tamen ipſe à parte rei non habet indiuidua, nec poteſt habere: ſed quia ex modo eſſendi, quem habet in intellectu, & ex modo, quo concipitur, concipitur vt quid vniuerſale, & non vt quid determinatum. Propterea, aſſerit D. Thom. eſſe vniuerſalem, & ſpeciem, & collocari in prædicaméto vt quoddam vniuerſale. Minor illa probatur: nam Deum concipimus

nos

nos per varios conceptus: quorum vnus eſt determinatiuus alterius, & vnus ſumitur vt differentia propria ipſius Dei, & alius vt quid commune in Deo: nam concipimus Deum, vt viuentem, & poſtea aduenit conceptus vltimus, ſcilicet, vitæ intellectiuæ infinitæ, quo ipſum Deum concipimus, vt quid diſtinctum ab omnibus aliis: ergo &c. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: nam tres relationes diuinæ perſonarum conſtitutiuæ concipiuntur à nobis primò ſub ratione relationis in communi, & poſtmodum ſub ratione relationis diuinæ, ſeu infinitæ: & poſtea intelligimus eaſdem propriis diſtinctiuis, paternitatem, ſcilicet, ſub propria ratione, & filiationem itidem, & itidem de ſpiratione: ſed illud commune habet rationem generis, & hoc proprium rationem differentiæ: ergo poterunt ſub hac ratione conceptæ collocari in prædicamento. *Solutio.* Dices, quod Deus non poſſit eſſe in prædicamento; quia à parte rei non eſt fundamentum in Deo, quo Deus poſſit intelligi, vt quid potentiale & determinabile per alium conceptum actualem. *Impugnat.* Sed contra: nam licet à parte rei non ſit fundamentum, ſufficit, quod à me cognoſcatur, vt quid determinabile ex parte mei intellectus; nam non eſt fundamentum in natura Gabrielis, vt concipiatur tanquam aliquid commune multis, ſed hoc habet ex modo meo concipiendi: & tamen eſt vniuerſale: ergo Deus erit in prædicamento, ſi à me concipitur, vt ſpecies, & vt quid conſtans ex diuerſis conceptibus determinantibus: & non eſt neceſſe, quod concipiat vt ſpecies.

2. Argum. Secundum argumentum. Hoc nomẽ, Deus, ſecundum D. Thom. prima parte, quæſtion. 13. artic. 59. eſt nomen commune: ergo ex modo ſuæ ſignificationis ſignificat plura: ergo qui impoſuit hoc nomen ad ſignificandum, concipit aliquid commune pluribus: natura ergo diuina ex modo concipiendi, & ex modo eſſendi, quem habet in noſtro intellectu, communis eſt: aliàs hoc nomẽ, Deus, non eſſet commmune. Tunc vltra: ergo concipitur, vt genus, vel ſpecies, quia omne commune completum non tranſcendens debet concipi, vt genus, vel ſpecies: ergo Deus ex modo concipiendi erit in prædicamento, nec fuit impoſitus ad ſignificandum naturam diuinam, vt quid analogum. Nam D. Tho. hoc non aſſerit, ſed ſolum, quando accipitur pro Deo, ſecundum eſſentiam, & ſecundum participationem, vt patet artic. 10.

3. Argum. Tertium argumentum. Deus eſt obiectum Theologiæ: ſed ſcientiæ obiectum debet eſſe quid commune: ergo Deus, vt à nobis cognoſcitur, quid commune eſt, & conſequenter determinabilis per ſingularia: ergo vt à nobis cognoſcitur, poterit cognoſci etiam vt determinabilis ſpecificè, vel indiuidualiter, & ſic erit genus, vel ſpecies, ergo in prædicamento. *Solutio.* Dices, Deum poſſe cognoſci, vt quid commune, & non poſſe cognoſci, vt genus, vel ſpecies. *Impugnat.* Contra: ita intrinſecum eſt Deo eſſe ſingularem, ſicut eſſe actum purum; quia de ſua ratione & eſſentia eſt ſingularitas, & ita repugnat, eſſe plures Deos, & nihilominus cognoſcitur in vniuerſali: ergo, etiamſi ſit actus purus, poterit cognoſci ex parte noſtra ad modum rei compoſitæ ex genere & differentia, & ita ad modum ſpeciei: & erit hac ratione in prædicamento. Quia ſi eſt vniuerſalis ex eo, quod cognoſcitur ad modum rei vniuerſalis, quare non erit genus ex eo, quod cognoſcitur ad modum generis, quod ſi eſt genus vel ſpecies, erit in prædicamento.

4. Argum. Quartum argumentum. A diuina ſubſtantia poteſt abſtrahi aliqua ratio finita & limitata: ergo iſta conſtituetur in genere, vt genus, vel ſpecies, vel indiuiduum. Probatur antecedens; quia idea hominis in Deo non eſt idea equi, ergo eſt finita & limitata. *Confir. 1.* Et confirmatur: nã D. Auguſtinus ſermone 3. in Octauam Epiphaniæ docet; quod decem categoriæ, quæ latinè prædicamenta dicuntur, de Deo in diuinis literis quædam propriè, vt ſubſtantia & relatio, quædam verò ſecundum metaphoram, & tropum, vt habitus & diſpoſitio, &c. dicuntur. *Confir. 2.* Et confirmatur,

tur, quia linea infinita, ſi daretur, poneretur in prædicamento, & gratia Chriſti ponitur in prædicamento: ergo etiã ſubſtantia infinita, quia eſſe infinitum, non tollit rationem reponendi in prædicamento.

Controuer. Fuit Nominalium opinio, Deum eſſe in prædicamento. Primus hanc opinionem indicauit probabilem

1. Opin. Nominaliũ. Ocham in 1. diſtinct. 8. quæſt. 1. quam vt veram fuit ſequutus Greg. in primo, diſtinct. 8. quæſtion. 2. Gabriel ibidem, quæſtion. 5. Holcot, quæſt. 6. & Maior, quæſt. 1. Marſilius in primo, quæſt. 12. artic. 2. qui malè de hac re loquitur, & iſtam opinionem aliqui noſtri temporis, vt ſibi videntur, acutè ſunt ſequuti.

Deciſio quæſtionis.

2. Op. Aut. 1. Concluſ. PRima concluſio: Deus non ponitur prædicamento aliquo, ex his, quæ Ariſtoteles numerauit, nec poteſt inueniri aliqua alia coordinatio prædicamentalis, vbi conſtituatur. Hanc rationem demonſtrat D. Thom. contra Gentes, capit. 23. & oppoſitam opinionem periculoſam iudico. Probatur concluſio. Si Deus eſſet in prædicamento, deberet eſſe vel ſicut indiuiduum alicuius ſpeciei, vel generis, vel ſicut genus, vel ſpecies, (loquimur enim de illo, quod eſt in genere directè) ſed iſto modo non poteſt Deus eſſe in genere vllo: ergo non conſtituetur in prædicamento.

Vnde repugnet Deo eſſe genus. Quod non poſſit eſſe Deus, vt genus, probatur: quia genus ſeu natura generica (& loquimur modò de genere pro ſubſtrato) dicit naturam non vltimò actuatam: & determinatam formaliter, ſed dicit aliquid determinabile per varias rerum differentias, ſed Deus iſto modo non poteſt eſſe determinabilis: ergo Deus non eſt genus. Maior patet in animali, & reliquis generibus. Sed minor probatur: nam illud, quod iſto modo eſt determinabile, eſt in potentia ad huiuſmodi determinationem: ſed Deus non poteſt eſſe in potentia, quia eſt purus actus; ergo nec poteſt eſſe determinabilis: ergo nec genus. Secundò. Id quod eſt determinabile per differentias, non habet eſſe exiſtentiæ, vſque dum ſit per differentiam actuatum, vt patet; nam animal non exiſtit ſine differentiis; ergo Deus non haberet exiſtentiam, niſi determinaretur per differentias, hoc autem eſt impoſſibile; ergo illud, ex quo ſequitur. Probatur minor: quia Deus eſt ſuum eſſe exiſtentiæ: ergo non expectat differentias aliquas, vt habeat illud. Vide alias duas rationes ad hoc propoſitum, primo contra Gentes capit. 24.

Vnde repugnet Deo eſſe ſpeciem. Præterea probatur concluſio, quod Deus non ſit in genere vt ſpecies. Nam quod hoc modo eſt in genere, ex neceſſitate debet eſſe compoſitum ex genere & differentia: ſed Deus non poteſt eſſe compoſitum ex genere & differentia; ergo non eſt in genere vt ſpecies. Maior patet; nam omnis ſpecies habet genus commune aliis ſpeciebus; & præterea differentiam propriam, qua ab aliis ſecernitur ſpeciebus. Minor probatur; genus eſt extra eſſentiam differentiarum, vt aſſerit Ariſtoteles 3. metaphyſicæ, text. 10. ſed nihil poteſt dari in Deo, quod non includat eſſentiam diuinam; ergo nihil poteſt aſſignari in Deo, quod ſit differentia, & conſequenter, quod ſit genus; quia genus non eſt ſine differentia. Minor probatur: Omnis conceptus eſt obiectiuus, & omne quod eſt in Deo eſt Deus; ergo iſte conceptus nullo modo poterit habere rationem differentiæ. Probo antecedens; quia nihil in Deo eſt præter Deum. Et conſequentia prima probatur; quia Deus naturam diuinam includit, & omnem perfectionem & modum diuinum; ergo nihil erit in Deo, quod poſſit habere rationem generis & differentiæ; non ergo erit vt ſpecies in prædicamento. Præterea, in omni prædicamento ſpecies conſtituuntur, quæ ſunt diſtinctæ à ſuo eſſe formaliter ſaltem, ſed eſſentia diuina non hoc modo diſtinguitur; ergo &c. Probatur minor, quia eſt ſuum eſſe. Sed maior probatur: nam aliàs vel res ſemper exiſterent, quod eſt abſurdum; vel res non ponerentur in prædicamento, dum non exiſtunt, quia illæ rerum eſſentiæ

eſſentiæ in prædicamentis collocantur, quorum eſſentiæ non diſtinguuntur ab eſſe; hoc autem patet eſſe falſum, nam quidditates ſpecierum non exiſtentium collocantur in prædicamentis. Vide alias rationes in D. Thom. 1. contra Gentes, cap. 25. & de ente & eſſentia cap. 6. Quod nec etiam Deus ſit in genere vt indiuiduum ſpeciei alicuius, probatur. Nam ſi ſit ſolum indiuiduum generis, ad latus deberet collocari, vt quid imperfectum, ſicut de embryone dicitur, quod Deo nequit competere infinitè perfecto. Præterea probatur: nam ſi eſt indiuiduum ſpeciei perfectum, debet habere naturam compoſitam ex genere & differentia; ſed Deus hanc naturam non habet, ergo hoc modo non eſt in genere. Maior patet, nam quia Petrus eſt in prædicamento, hoc modo habet naturam humanam, quæ ex genere & differentia componitur. Minor ex dictis patet. Præterea, indiuiduum habet conditiones indiuiduantes, quæ non ſunt de eſſentia ſpeciei, vel ſaltem conceptus illius, ſed id, per quod Deus eſt hic Deus, eſt de eſſentia illius, quia nullum accidens, nec aliquid præter Deum eſt in Deo, ergo &c. Præterea probatur concluſio adhuc contra oppoſitam opinantes, qui aſſerunt, quod, vt Deus ſit in prædicamento, non ſit neceſse, quod componatur à parte rei ex actu & potentia, ſed quod intelligatur à nobis ad modum ſpeciei, ac ſi eſset compoſitus ex genere & differentia. Contra; nam eſse genus, vel differentiam, vel ſpeciem ex neceſſitate præſupponit fundamentum aliquod in re; ſed hoc fundamentum non eſt in Deo; ergo non poteſt eſse in prædicamento, nec concipi vt genus, vel ſpecies, quamuis cognoſcatur per ſpecies rerum, quæ ſunt genera vel ſpecies. Maior eſt demonſtrata, quia non poſſum ego pro libito meo tribuere rationem generis, vel ſpeciei cuicunque rei; nam non poteſt homo eſſe genus, nec Petrus poteſt eſſe ſpecies, quia non habent fundamenta requiſita, vt tribuantur illis hæ intentiones vt ſint genera, ergo &c. Minor probatur, quia ex neceſſitate id, quod eſt genus, debet eſſe

Vnde repugnet Deo eſſe indiuiduum.

Solut. ad. aduerſariorũ.

Impugnat.

natura contrahibilis per differentias, & ſic debet habere potentialitatem, & id, quod eſt ſpecies, debet eſſe ex genere & differentia conſtans, quamobrem erit quid compoſitum ex actu & potentia, ſeu ex gradu determinabili, & gradu determinante, quod Deo actui puriſſimo non poteſt competere. Vide de natura generis per totum, & de ente & eſſentia. Præterea probatur concluſio; nam ſequitur, quod detur aliquid ſimplicius Deo: hoc autem eſt falſum, ergo &c. Probatur ſequela; quia ſi Deus ponitur in prædicamento ſubſtantiæ vt aliquid compoſitum ex genere & differentia, ergo generaliſſimum eſt ſimplicius, quia nullo modo eſt ita compoſitum. Item ens eſſet ſimplicius, quia nullo modo eſt ita compoſitum; & ita aliqua ratione eſſent Deo perfectiora, quod eſt contra lumen naturale, & ita capit. firmiter. de ſumma Trinitate &c. Deus dicitur omnino ſimplex, ergo nullo modo compoſitus.

Secunda concluſio: Deus non ponitur reductiuè in aliquo prædicamento. Hæc concluſio ſicut præcedens eſt luminis Eccleſiæ, D Thom. prima parte, quæſtione tertia, articulo quinto. Probatur hæc concluſio: nam in aliquo genere per reductionem ſunt aliqua dupliciter, vno modo, vt principia illius generis, vel rerum illius generis; alio modo, vt priuationes rerum generis illius, ſicut materia reducitur ad genus ſubſtantiæ, vnitas ad prædicamentum quantitatis, & cæcitas, & in vniuerſum omnis priuatio reducitur ad genus ſui habitus; ſed neutro horum modorum Deus eſt in prædicamento; ergo nec reductiuè Deus eſt in prædicamento. Maior clara eſt, & minor probatur; quia hoc modo poni in prædicamento demonſtrat imperfectionem maximam in re tali, quia non habet eſſe completum; ſed Deus eſt perfectiſſimus in ſuo eſſe præhabens omnium rerum perfectiones, vt eſſe ſubſiſtens & fontale rerum principium; ergo &c. Præterea Deus non poteſt collocari in prædicamento, vt priuatio, vt de ſe patet, quia Deus eſt ens reale, & priuatio eſt ens rationis. Item, quia

2. Concluſ.

Dupliciter aliqua ſũt in prædic. reductiuè.

Vnde repugnet Deo, poni in prædicamento etiam reductiuè.

quia Deus non eſt ens priuatiuum, ſed poſitiuum, quia infinitè perfectus: ergo hac ratione reduci non poteſt ad prædicamentum. Quinimo non poteſt Deus habere priuationem ſibi oppoſitam adæquatè, niſi ſecundum nomen, præciſè, quia ſummum malum non opponitur ſummo bono, niſi ſecundum vocem: non enim datur ſummum malum, quia omne malum debet eſſe in bono, & ſummum malum ſi daretur, priuaretur omni ratione boni, & ſic nullibi eſſet: ergo &c. Præterea, quod ponitur reductiuè in prædicamento, eſt principium conſtituens rem prædicamentalem, ſaltem metaphyſicè, excludimus iam priuationes: ſed Deus nullius rei poteſt eſſe principium componens, ſeu pars: ergo &c. Præterea ens, non reducitur ad aliquod prædicamentum, quia dicit cõceptum repertum in omni prædicamento: ergo Deus non reducitur ad aliquod prædicamentum, quia habet perfectiones omnium prædicamentorum ſine imperfectione: & omniũ prędicamentorum principium effectiuum

Obiectio ex D.Thom. & finale. Sed contra eſt argumentum: nam D.Tho. in primo, diſtinct. 8. quæſt. 4. artic. 2. ad 3. & de potentia quæſtion. 7. artic. 3. ad vltimum concedit angelicus Doctor, Deum eſſe in prædicamento ſubſtantiæ reductiuè: ergo, & eſt ſibi contrarius, & concluſio noſtra eſt

Solut. Caiet. pulcra. falſa. Reſpondet Caiet. vbi ſupra in prædicamento eſſe poſſe aliquid dupliciter: Vno modo vt principium contentum in illo genere; & ſic negatur prima pars, eſſe Deum in genere reductiuè. Alio modo vt principium continens ipſum genus; & hoc modo Deus eſt quodammodo in omnibus generibus, quia continet omnia genera. Sed ad hoc requiritur infinita perfectio; nam omnia in ſe continere arguit infinitam perfectionem, & eſſe cauſſam conſeruantem omnia, etiam requirit virtutem infinitam. Et iſto modo in primo, & in diſputatis aſſerit D. Thom. Deum contineri in genere reductiuè, quia ad Deũ reducuntur omnia prædicamenta, vt ad principium continens: Et ſi velis di-

2. Solutio aliorum. cere, mutaſſe D. Thom. ſententiam, rectè dices profectò; nam reduci ad aliquod prædicamentum Deo nequit cõpetere, nec minus ad omnia, quia videtur, quod in re quæ reducitur, ponatur aliqua dependentia à prædicamento, ſeu quod illud reſpiciat, vt magis principale. Nam ſi vt minus principale reſpicit, iam non reducitur ad prædicamentum, ſed è conuerſo contingit, quod imperfectum & minus principale reducitur ad magis perfectum, & magis principale. Tertiò reſpondetur, quod in primo D.Thom. non dicit *3. Solutio.* Deum reduci ad prædicamentum ſubſtantiæ, ſed eſſe in prædicamento, vt menſura ipſius, id eſt Deum eſſe prædicamenti ſubſtantiæ menſuram. Hoc autem nec dicit imperfectionem, nec eſt contra ſupra determinata: in de potentia dicit, Deum eſſe in genere ſubſtantiæ per reductionem, non verò dicit, quod ſit per reductionem Dei ad prædicamentum ſubſtantiæ, ſed per reductionem. Et explicatur optimè ſecundum Caiet. per reductionem ipſius prędicamenti ad eum, vt ad menſuram ipſius prædicamenti, & hoc non eſt imperfectio.

3. Concluſ. Tertia concluſio; ſi darentur entia infinita ſecundum quantitatem, illa eſſent in prædicamento quantitatis. Patet, quia haberent eſſentiam limitatam & finitam, conſtantem ex genere & differentia: ergo &c. Et hac ratione gratia Chriſti, & a fortiori omnes aliæ, & caritas ſimiliter ſunt in prædicamẽto qualitatis. Probatur, quia ſua eſſentia eſt finita, conſtans ex genere, & differentia, quæ conſtituunt eſſentiam taliter qualificatiuam ſubiecti. Item ſuum eſſe diſtinguitur ab eorum eſſentia ex genere & differentia conſtante; ergo & maximè, vt aſſerit D. Thom. 2. 2. quæſt. 23. art. 3 ad 3. & 1. 2. q. 10. art. 2. quod accidens omne ſecundum ſuum eſſe eſt imperfectius ſubſtantia; ergo & accidens creatum, niſi excludatur à prædicamento, vel quia ſit trãſcendens, vel pars, &c. ſed gratia, & caritas Chriſti, & qualibet alia ſunt accidentia creata, ergo ſunt in prædicamento, & in nullo alio niſi qualitatis, ergo &c. Et idem eſt dicendum de aliis qualitatibus ſupernaturalibus, vt de lumine gloriæ.

Quare infinitum ſimpliciter, vt Deus, nõ poteſt poni in prædicamẽto, bene aũt infinitũ ſecũdũ quidd.

Sed

Digitized by Google

Sed de hoc rurſus in prædicamento qualitatis redibit ſermo.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum reſpondetur, negando minorem; Et ad probationem dicitur, nunquam nos concipere Deum per cõceptum generis, & ſpeciei, quin imo implicat, ita concipere illum, quia conceptus generis præſupponit in re potentialitem & determinabilitatem, quæ Deo nequit competere: non enim poſſumus nos concipere rationale, vt genus, quia non eſt à parte rei fundamẽtum huius conceptus generici. Et licet naturam diuinam per varios conceptus propter ſuam infinitatem explicemus, neuter illorum conceptuum obiectiuorum ſe habet, vt determinabilis ab alio, quia vterque cõceptus obiectiuus eſt Deus, vt infinitè perfectus, & ita nõ poteſt recipere determinationem, nec eſt aliquis conceptus in Deo, qui intelligatur à nobis vt determinans alium, tanquam magis actualis, & omnis conceptus includit alium, quia includit diuinitatem, quæ omnem perfectionem Dei includit. Illam enim ſimplicem eſſentiam, & infinitatem ex debilitate noſtri intellectus non poſſumus vnico cõceptu concipere, ſed variis oportet cognoſci conceptibus, neuter tamen eſt determinatiuus alterius, etiam ex noſtro modo concipiendi fundato in re, quia omnis eſt infinitus. Et ad argumenta de Gabriele iam ſuprà dictum eſt, quod habeat fundamentum maximum in re conceptus, quo natura Gabrielis cognoſcitur, quia natura illa compoſita eſt ex genere & differentia, & ita eſt ſpecies, & conſequenter poteſt concipi ſine conditionibus indiuiduantibus, vel ſine indiuiduatione. Et ita, vt obiecta eſt intellectui, prædicabilis eſt de pluribus, quia in iſto conceptu non includitur ſingularitas Gabrielis, & maximè, quia, vt ſuprà diximus, principium indiuiduans non eſt de eſſentia ſpeciei Gabrielis, licet fiat ſingularitas à forma. Vel, vt melius loquamur, licet proueniat à forma Gabrielis quia illa forma primò, & per ſe dat eſſe ſpecificum, ſeu habet illud, & ſecundariò dat eſſe indiuiduale. Et per hoc patet ad cõfirmationem. Relatio enim in communi reſpectu relationis diuinæ, & creaturæ eſt analogum, & ita nõ poteſt eſſe ſpecies relatio diuina. Similiter non poteſt eſſe ſpecies, quia non eſt compoſitio ex conceptu determinabili, & determinante, nec genus eadem ratione, quia non eſt quid determinabile.

Doctr. obſeruanda. Quãdo formãtur plures conceptus de natura diuina, unusnõ ſe habet vt potentia determinabilis ad aliũ; ꝓpterea excludit omne fũdamẽtũ genereitatis, ſpẽitatis, & indiuiduitatis: ſecus eſt in Angelis, quibuſque alijs creaturis.

Ad confir.

Ad 2. arg. Controuer. An hoc nomen Deus, verè commune ſit in diuinis. 1. Opinio.

Ad ſecundum argumentum reſpondendo, prima ſolutio ſe offert, quod hoc nomen Deus, etiamſi ſit commune, quia natura diuina fuit concepta, ac ſi eſſe poſſet communis, quod ſufficit, vt nomen ſit commune, nõ ſequitur, quod Deus ſit in prædicamento; nam etiam hoc nomen ens eſt nomen commune, & tamen ens non eſt in prædicamento. Itaque communitas illius nominis prouenit ex eo, quod voluerunt homines, vt ſignificaret Deum, ac ſi Deus eſſet aliquid commune, licet reuera non ſit commune. Secundò reſpondet D. Tho. 1. p. q. 13. artic. 9. in corpore, quod hoc nomen, Deus, non ſit communicabile ſecundum rem, hoc eſt, non ſignificet aliquid, quod ſit verè commune & de multis prædicabile, ſed ſolum ſit communicabile, & commune ſecũdum opinionem, quia impoſitum fuit ad ſignificandum naturam diuinam, quam homines exiſtimabant eſſe communicabilem. Et adducit exemplum de ſole, qui eſſet communicabilis ſecundum opinionem eorum, qui cenſuerunt plures eſſe ſoles. Vnde dicit D. Thom. in ſolutione ad ſecundum, quod Deus ſecundum rẽ nec ſit vniuerſalis, nec particularis, vnde non poteſt eſſe in prædicamento. Cum verò dicit D. Thom. quod non ſit particularis, ſumit particulare, prout eſt id, quod ſtat ſub vniuerſali, ſeu pro ut eſt correlatiuum, ſeu poteſt fundare correlationem ad vniuerſale; non tamẽ vult negare, quod Deus non ſit vnus Deus indiuiſibilis. Vide tertiam ſolutionem per Magiſtrum Bannes, prima parte, quæſt. 3. art. 5.

2. Opinio.

Exemplũ.

Explicatur locus D. Thom.

Ad 3. arg. Cui ſingulari, et qua

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod obiectum Theologiæ eſt hic Deus, & bene poteſt eſſe obiectum Theolo-

ob cauſam repugnet ſcientia.

Theologiæ & ſcientiæ aliquid ſingulare, ſi ſit incorruptibile; nam ſingularitas non repugnat ſcientiæ, niſi ratione mutabilitatis. Cum ergò ſingulare ſit immutabile, bene, poteſt eſſe obiectum ſcientiæ, & in patria cæleſti beati erunt ſapiẽtes, & habebunt ſcientiam de Deo ſingulariſſimè intellecto.

Ad 4. Arg. Hominis idea quomodo ſit infinita, & finita, & quomodo ponatur in prędicamento, & nõ ponatur.

Ad quartum reſpondetur, quod hominis idea pro reſpectu, quem dicit ad hominem, eſt aliquid limitatum, quia eſt ens rationis terminatum ad hominem, & non ad aliquid aliud; ſed ſecundum quod dicit eſſentiam diuinam, eſt aliquid infinitum, & illimitatum, & ita non eſt in genere.

Ad primã confirmat.

Ad confirmationem reſpondetur, quod, quando dicit Aug. duo prædicamenta in Deo reperiri formaliter, vult dicere, Deum eſſe formaliter ſubſtantiam & relationem, non metaphoricè. Non verò dicit eſſe in prædicamento ſubſtantiæ & relationis, non eſt verò quantus & qualis, niſi metaphoricè.

Ad 2. cõfir.

Ad ſecundam confirmationem iam patet ex dictis in concluſionibus. Et iſta ſufficiant de Deo.

Controuerſia. Opin. & deciſio Authoris.

De Chriſto verò Domino, vt dicamus, an conſtituatur in prædicamento, aduertendum eſt, quod res ponuntur in prædicamento, ſecundum formam.

Fundamentũ, per quid vnumquodque ponatur in prædicamen. Verũ Chriſtus ſit in prædicamẽto.

Itaque ratio formalis reponendi in prædicamento eſt eſſentia rei, & forma metaphyſica; & quia Chriſtus Dominus habet nobiſcum naturam humanam, eiuſdem ſpeciei, ideo ſicut Petrus ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, ita ponitur Chriſtus. Nec valet argumentum: Chriſtus ponitur in prædicamento, Chriſtus eſt Deus, ergo Deus ponitur. Negatur conſequentia, nam variatur appellatio. Poni in prædicamento eſt proprietas logicalis, & ſecunda intentio, & appellat ſupra Chriſtum, ratione humanæ naturæ.

Q̃uo intelligatur, Chriſtum, & c. in prædicam.

Et eſt ſenſus, quod Chriſtus quatenus eſt homo ponitur in prædicamento. ergo Deus ponitur, ſit ſenſus, quod ponatur ratione Deitatis, uerum eſt, quod ponitur Deus in prædicamento, quatenus ſuſtentat humanitatem, quæ eſt ratio, quare Deus reponatur in prædicamento; nam ſuppoſitum humanæ naturæ ponitur, quatenus indutum natura humana. Et ita non abſolutè illud ſuppoſitum ponitur, ſed quatenus eſt homo. Optimè confirmat hanc doctrinam ſapientiſſimus Magiſter Bannes, vbi ſupra.

1. Obiectio.

Et ſi fiat argumentum. Quidquid affirmatur de Chriſto, propter cõmunicationẽ idiomatum affirmatur de Deo; ſed de Chriſto affirmatur, quod ponatur in prædicamento; ergo & de Deo: reſpondetur, quod illud debeat intelligi, niſi varietur appellatio.

2. Obiectio.

Secundum argumentum, Chriſtus non eſt creatura, ergo non ponitur in prædicamento. Conſequentia patet, nam omne quod ponitur in prædicamento, quid creatum debet eſſe. Antecedens patet: nam hæc propoſitio ita debet verificari: Chriſtus eſt creatura, ergo hoc, demonſtrando ſuppoſitum diuinum, eſt creatura, quod eſt falſum.

Satisfit vtrique.

Reſpondetur, quod ſufficit, vt Chriſtus ponatur in prædicamento, quod habeat & dicat veluti de formali naturam creatam, & cum dicat hoc modo humanitatem, erit in prædicamento ſubſtantiæ, licet habens humanitatem per ſe, & ſolitariè ſumptum non ſit in prædicamento.

3. Obiectio.

Tertium argumentum. Hæc propoſitio non conceditur; Chriſtus eſt creatura, quia dicit imperfectionem in Deo: ſed hæc etiam, Chriſtus ponitur in prædicamento, dicit imperfectionem in Deo; ergo non eſt concedenda.

Solutio.

Reſpondetur, quod illa propoſitione idem non conceditur, quia ponit imperfectionem in ſuppoſito, quod, ſcilicet, habuerit eſſe poſt non eſſe, quod eſt falſum, cum ſuppoſitum diuinum habuerit eſſe per generationem æternam. Ceterum hæc, Chriſtus ponitur in prædicamento, non ponit imperfectionem in ſuppoſito diuino, ſed denotat humanitatem, quæ eſt ratio reponendi in prædicamento, compoſitam eſſe ex genere & differentia, & non habere omnem imperfectionem.

4. Obiectio.

Quartò. Chriſtus non eſt homo vniuocè nobiſcum, ergo non ponitur in prædicamento. Probatur antecedens, nam de ratione Chriſti eſt, quod ſit Deus, non autem de ratione aliorum hominum; ergo non ſunt eiuſdem rationis.

Solutio.

Reſpondetur, quod de ratione Chriſti eſt animal rationale, quod ſatis eſt, vt

dicatur

Digitized by Google

dicatur homo vniuocè nobiſcum, qui, vt homines, ſumus animalia rationalia. Quod verò Chriſtus ſit Deus, non mutat rationem ſpecificam, ſicut Petrus, in quantum hic homo, diſtinctas conditiones à Paulo habet, & hoc non tollit, quin ſint eiuſdem ſpeciei. Quintum argumentum: Chriſtus eſt in prædicamento; ergo ſequuntur hæc, quod Chriſtus ſit homo. Tunc vltra, ergo animal, ergo viuens, ergo corpus, ergo ſubſtantia creata. Probatur iſta vltima conſequentia, quia genus generaliſſimum eſt ſubſtantia finita, ergo ſubſtantia creata.

5. Obiectio.

Solutio.

Reſpondetur ad iſtas duas vltimas conſequentias, quod, vt Chriſtus ſit in prędicamento, ſufficit habere ſubſtantiam creatam ſibi vnitam, & ſubſtantiam finitam ſibi vnitam, cuiuſmodi eſt humanitas, quæ eſt ratio, vt ponatur in prædicamento.

QVAESTIO XVIII.

Quomodo, & ſecundum quam rationem conſtituatur prædicamentum ſubſtantiæ.

Controuer. Quæ ſit ratio formalis prædicamenti ſubſtantia ſubſtare accidentibus, vel ſtare in ſeipſa.

Quærimus in præſenti, an prędicamentum ſubſtantiæ conſtituatur ſecundum rationem entis per ſe, an ſecundum rationē ſubſtandi. Et ratio dubitandi eſt; nam Ariſtoteles hic agit de prædicamento ſubſtantiæ, ſeu de ſubſtātia, quæ ponitur in prædicamento, & agit de illa ſecundum rationem ſubſtandi accidentibus; ergo ratio conſtitutiua in ſubſtantia prædicamenti eſt ſubſtare. Et ſi dicas, quòd non eſt hæc ratio, ſecundum quam conſtituitur in prędicamento, ſed ratio entis per ſe completi; inquiro, quorſum Ariſtoteles agat de illa ſub ratione ſubſtandi, & non ſub ratione entis per ſe. Ad hanc quæſtionem, quomodo prædicamentum ſubſtantiæ ſit conſtituendum, ſatis patet ex arbore prædicamentali, quæ communiter circumfertur. Videatur D. Thom. opuſculo 48 & Magiſter Soto in Logica. Quo ſuppoſito ſit prima concluſio.

Deciſio quæſtionis.

Opin. & deciſio Auto. 1. Concluſ.

PRima concluſio. Ratio, ſecundum quam conſtituitur ſubſtantia prædicamentalis, eſt ratio entis per ſe completi, & perfecti. Hæc concluſio eſt D. Tho. loco ſupra citato, & de natura generis, capit. 10. & probatur à definitione ſubſtantiæ. Nam ſubſtantia, vt diſtinguitur contra accidens, eſt ens per ſe, & vt diſtinguitur contra ſubſtantiam incompletam, eſt ens per ſe completum, & vt ſic omni alio circumſcripto ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, ergo habet rationem cōſtitutiuam illius, & non habet aliam, niſi entis per ſe completi; ergo hæc eſt eius ratio. Prętera ratio entis per ſe eſt, quæ primò diuiditur, & determinatur per differentias inferiores, ergo illa eſt conſtitutiua huius prędicamenti. Conſequens eſt euidens, & probatur antecedens. Nam ens per ſe completum, quod eſt generaliſſimum, aliud eſt corporeum, aliud incorporeum, ergo & ita ſimiliter ſit diuiſio vſque ad vlt.

2. Concluſ. Formalitas prædicamēti ſubſtantia eſt quid reale, non ratio. Probat. 1.

Secunda concluſio. Hæc ratio entis per ſe, ſeu ſubſtantiæ, eſt quid poſitiuū & reale. Probatur: Impoſſibile eſt, quod entis perfectiſſimi ratio conſtitutiua ſit ens rationis, ſed negatio eſt ens rationis; ergo negatio non eſt ratio conſtitutiua ſubſtantiæ, vt eſt generaliſſimum. Probatur maior, quia cum ens rationis ſit ignobiliſſimum, nō eſt ſubſtantia perfectior omnibus entibus realibus, quæ non ſunt ſubſtantia: nam inter hæc ſit comparatio: ratio enim imperfectiſſima non poteſt perfectiſſimum tribuere. Præterea probatur concluſio. Omnis negatio præſupponit aliquod ens reale, in quo fundetur, & eſt poſterior illo: ergo & negatio nō eſſendi in alio, quam dicunt aliqui conſtituere ſubſtantiam: ſed illud ens in alio, quod præſupponitur, eſt ens per ſe, & ſubſtan-

Probat. 2.

Digitized by Google

tia; ergo illa negatio non conſtituit ſubſtantiam, ſed ſupponit conſtitutam. Probo maiorem, quia eſt ens rationis. Nam non eſſe in alio non poteſt per ſe intelligi, niſi intelligatur aliquid prius cui conueniat non eſſe in alio, & maximè, quia hæc negatio, vt ſupra patuit, relatio quædam eſt; ergo præſupponit fundamentum & ſubiectum. Minor prima probatur; quia cum dicimus, quod ſubſtantia eſt ens non in alio, illud ens non in alio, vel eſt ens per ſe exiſtens, & ſic iam erit ſubſtantia, vnde per tantem negationem non conſtituetur in ratione ſubſtantiæ. Vel eſt ens in alio, & iſto modo liquet non poſſe conſtitui vllo pacto in ratione ſubſtantiæ: accidenti enim repugnat eſſe ſubſtantiam. Vel eſt ens abſtrahens: & nec hoc dici poteſt, quia ens illud per aliquid rationis non poteſt determinari ad eſſe ens per ſe, & ſuſtentatiuum accidentium; hoc enim requirit aliquam perfectionem realem in ſubiecto. Præterea: illud ens rationis non habet eſſe niſi per operationem intellectus, (& loquor de eſſe formali) ſed ſec uſa operatione intellectus Petrus eſt per ſe exiſtens, & ſuſtentatiuum eſt accidentium: ergo habet iam ſuam rationem conſtitutiuam; ergo illa ratio eſt aliquid reale. Præterea: Impoſſibile eſt aliquam eſſentiam conſtare ex ente reali, & rationis; ergo nec eſſentia ſubſtantiæ. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedēs, quia non eſſet vna eſſentia, cum conſtaret ex rebus diuerſorum prædicamentorum, quæ impoſſibile eſt vnam conſtituere eſſentiam, maxime vt aliquid formaliter concurrens ad conſtitutionem rei; & quia vel illa eſſentia eſt realis, & hoc non, nec rationis eadem ratione. Eſt autem inconueniens, quòd ſit vna eſſentia in particulari; & non realis, vel rationis. Et de hoc iam plura diximus, cum de paſſionibus entis ageremus. Bene verum eſt, quòd hanc rationem ſubſtantiæ non poſſimus bene explicare, niſi per ordinem ad negationem non eſſendi in alio. Itaque illud ens, quod ex natura ſua eſt aptum eſſe per ſe, eſt ſubſtantia. Et

Probat. 3. (margin, beside "lem in ſubiecto")

Probat. 4. (margin, beside "go illa ratio")

hanc rationem explicamus per hoc, quod non eſt in alio. Non eſſe tamen in alio non eſt eius ratio conſtitutiua, ſed quædam negatio, quam verè affirmamus de ſubſtantia, ex hoc quod ens eſt per ſe. Et iſta ratio conſtitutiua ſubſtantiæ poſitiuæ eſt quidam modus ſpecialis, conueniens omni ſubſtantiæ completæ & determinatiuus entis ad eſſe huius prædicamenti. Et nota ex D. Tho. opuſculo quadrageſimo octauo, cap. 2. quod cum dicimus ſubſtantiam eſſe ens per ſe, li per ſe, dupliciter poteſt accipi. Vno modo, vt diſtinguitur contra per accidens, ſicut dicimus hominem eſſe animal per ſe: eſſe autem album per accidens, id eſt, accidentaliter. Alio modo accipitur eſſe per ſe, vt diſtinguitur contra eſſe in alio; & iſto modo ſolum ſubſtantiæ conuenit eſſe per ſe. Et iſte eſt modus proprius eius. Ex quo ſequitur, quod ſubſtantia ſit ens per ſe exiſtens; quia ſibi conuenit exiſtere, aliis verò accidentibus conuenit exiſtere per eam, ſicut ignis per ſe eſt calidus, quia aliis conuenit eſſe calida per eum. Itaque eſſentia generis ſupremi eſt eſſe ens per ſe completum & aptum exiſtere per ſe, cuius quidditas diſtincta eſt ab eſſe exiſtentiæ. Vide etiam D. Thom. de natura generis, opuſculo. 42. capite quarto, vbi hanc concluſionem noſtram aſſerit. Et pro quæſtione præcedenti videbis eius optimam doctrinam.

Doctrina D. Thom. notāda pro Cōcluſione. (margin)

Sed contra iſtam concluſionem arguit Soncinas quinto metaphyſicæ, quæſtione decima quarta, vbi tenet, quod li per ſe, in definitione ſubſtantiæ ſignificet negationem, & tantum valeat dicere ens per ſe, ſicut dicere, ens non in alio. Et probat hanc ſuam ſententiam hoc argumento; ſubſtantia aliquid addit ſupra ens non poſitiuum, ergo negationem; ergo hæc eſt eius ratio conſtitutiua. Antecedens patet, quia dicere, ens eſt ſubſtantia, non eſt negatio. Conſequentia etiam patet, quia inter poſitiuum, & negatiuum nihil mediat. Minor probatur. Si adderet aliquid poſitiuum, vel ipſum eſſet reale, vel rationis. Non reale; quia in quolibet reali includitur conceptus

Arg. Soncinatis cōtra cōcluſionē. (margin)

ceptus entis, & ita non adderet aliquid reale enti rationis: ergo vel tale additum eſt relatio, vel negatio: ſed non relatio, quia iſte terminus, ſubſtantia, nullo modo dicitur ad aliud; ergo eſt negatio, per quam circumloquimur id, per quod ſubſtantia diſtinguitur ab accidenti. Sed hoc argumentum ſoluitur à Diuo Thoma opuſculo quadrageſimo octauo, cap. primo. vbi ſic dicit; Contrahitur autem ens per modum, qui eſt ſicut aliqua differentia contrahens ipſum, ſed quia in ente reali communiter ſumpto inueniuntur aliqua entia habentia inter ſe modos diuerſos eſſendi, quibus non reſpondet vna, & eadem res, niſi fortè ipſum ens in vniuerſali. Ecce ſecundum Diui Thomæ doctrinam illi modi ſunt modi eſſendi diuerſi, ergo reale. Vnde ad argumentum ex doctrina Diui Thomæ reſpondetur, negando minorem. Ad probationem illius dicitur, quod illud poſitiuum eſt modus realis entis, & proprium ſubſtantiæ, per quod determinatur ens ad eſſe ſubſtantiæ.

Solatio ex D. Thom.

Quō enti in cōmuni addi poſſit aliquid reale, & quomodo non.

Et quamuis enti in communi nihil reale poſſit addi, vt differentia; bene tamen, vt modus, qui modus facit, quod à parte rei ſubſtantia diſtincta ſit ab accidente, & ratio entis in ſubſtantia à ratione entis in accidenti; quamuis iſti modi ab ente in communi non diſtinguantur realiter, ſicut in ſimili hoc tenetur dicere Soncinas. Nam differentia hominis, & differētia equi includunt ex neceſſitate rationem entis realis, quia ſunt perfectiones reales hominis, & equi, & tamen differentia hominis eſt diuerſa à differentia equi, & eo, quod habet ens determinatum in ſe alio modo, quam differentia equi. Et illi modi determinatiui entis non realiter diſtinguuntur ab ente, faciunt tamen rationem entis in vna differentia diſtinctam realiter ab alia ratione entis in alia differentia.

Nec Soncinas poteſt aſſerere, modos conſtitutiuos reliquorum prædicamentorum, puta, qualitatis & quantitatis, eſſe aliquid rationis, quia qualitas intrinſecè qualificat, & realiter afficit ſubſtantiam, quod non poteſt conuenire enti rationis. Ergo, ſi iſti modi ſunt reales, & determinant ens realiter, & ſunt additi enti vt modi, cur hoc non dicemus de modo ſubſtantiæ; nam ſua ratio pariter currit in his modis.

3. Concluſ. Subſtare accidentibus nequit eſſe formalitas prædic. ſubſtan.

Tertia concluſio: Impoſſibile eſt rationem ſubſtandi eſſe rationem conſtitutiuam prædicamenti ſubſtantiæ. Probatur concluſio, ſubſtare eſt quidam modus entis per ſe, ſed modus entis per ſe non eſt conſtitutiuus ipſius entis per ſe conpleti, ergo neque eſt ratio huius prædicamenti conſtitutiua. Maior eſt Diui Thomæ, opuſculo quadrageſimo octauo, cap. primo, quem vide, eleganter hoc, ſicut omnia, explicantem. Minor probatur, nam modus rei quid eſt extra rationem formalem rei, vt patet ex definitione ipſius modi, licet poſſit modus eſſe aliquid conſtituens rei proprietatem.

4. Concluſ. Quo titulo agat Ariſt. in logica de ſubſtan. & alijs.

Quarta concluſio. Ariſtoteles in Logica egit de prædicamento ſubſtantiæ, & de omnibus aliis in ordine ad propoſitiones conſtituendas, & ita egit de prædicamentis ante tractationem nominis & verbi, & propoſitionis. Vnde, quia reliqua prædicamenta affirmantur de ſubſtantia, in concreto ſumendo illam, quæ quidem affirmatio præſupponit conuenientiam ipſorum prædicatorum ad ſubſtantiam, & inhærentiam, ideo egit hic Ariſtoteles de ſubſtantia, quatenus eſt ſuſtentatiua aliorum prædicamentorum, quia ratione huius reliqua affirmantur de illa, & prædicata ſuperiora de prima ſubſtantia, quoad exiſtentiam, quia in ipſis primis ſubſtantiis ſunt, vbi non egit de illa ſub ratione entis per ſe, quia hoc eſt proprium metaphyſicæ, ſed aſſumpſit ens per ſe conſideratum in metaphyſica ad ſuas prædicationes conſtituendas, non ſolum eſſentiales, & per ſe, ſed etiam accidentales; ſed ſub ratione ſubſtantis accidentibus reliqua prædicamenta etiam conſiderauit non vt partes entis, ſed vt affirmabilia ſunt de ſubſtantia. Et ita conſiderauit illa in ordine ad affectionem ipſius ſubſtantiæ. Et totum hoc negatiuum ordinatur ad ſecundam intentionem, vt ſupra diximus, quod eſt Logicæ obiectum. Et per hoc reſpon-

Inſinuatur ſolutio omnium argumentorum factibiliũ.

detur ad argumentum in principio conſtitutum; & alia argumenta, quę contra hoc fieri poterant in ſubſequentibus prædicamentis patebunt.

Controuerſia. An differẽtias ſit ſubſtantia cõpleta.

1. Opinio Auct.

Nota in fine huius quæſtionis, quod cum ſolum ſubſtantiæ completæ ponantur in prædicamento, ſubſtantia completa illa vocatur, quæ eſt quoddam totum ſiue generi cum, ſiue ſpecificum, ſiue indiuiduale in recta linea conſtitutum; nam omne tale actu, ſiue potentia dicit totum, quod eſt in indiuiduis & inferioribus. Et ſi dicas, quod differentia eſt quoddam totum; ergo eſt in recta linea; reſpondetur negando conſequentiam, quia eſt quoddam totum importans ſuam rationem per modum formæ: & ita non per modum quidditatis; quapropter ſignificatur, vt alteri adiacens, & non vt per ſe ſubſiſtens, vnde eſt ſubſtantia completa formaliter, & ita non ponitur in recta linea. Et per hoc intelliges, quomodo falſum dixerit Fonſeca lib. 5. metaphyſic. capite ſeptimo, quæſtione ſeptima, ſectione ſecunda.

2. Opinio Fõſecarerij citur.

Controuerſia qualis ſit diuiſio ſubſtantia incompletã & in incompletã.

1. Opinio Auct.

Sequitur etiam ex dictis, quod ſi diuiſio ſubſtantiæ in completam & in incompletam phyſicè ſumatur, vt in hominem & materiam, quod hæc diuiſio eſt, ſicut illa, qua diuiditur albedo in albedinem vt quatuor, & in albedinem vt quinque, quia accidit ſubſtantiæ habere illam perfectionem completę, vel incompletę ſubſtantiæ, ſicut & accidit albedini; vnde erit veluti ſubiecti in accidentia. Si vero fiat diuiſio ſubſtãtiæ metaphyſicæ in completam, & incompletam, vt ſi diuidatur ens per ſe in animal, & rationale, eſt eiuſdem rationis diuiſio. Accidit enim enti per ſe habere illud complementum metaphyſicũ, vel non habere. Vnde poteris colligere, quam falsè determinauit Suarez in ſua metaphyſica, diſputatione 33. ſectione 1. qui dicit, diuiſionem primam eſſe analogam, & ſecundam eſſe ſubiecti in accidentia, penes diuerſas denominationes rationis. Quod ſi referatur ad ſecundam intentionem generis & ſpeciei, bene, ſi ad naturas, malè dixit. Quapropter debuit hoc aduertere, qui ita iudicat omnia. Et ſi fiat argumentum. Ens in completum & in incõpletum diuiditur analogicè; ergò ſubſtantia completa & incompleta diuidetur analogicè. Reſpondetur, quod ſi ens accipias in ordine ad ſubſtantiam & accidens, & voces accidens ens incompletum, benè dicis, ſed non eſt eadem ratio ſubſtantiæ tunc completæ & incompletæ. Si verò loquaris de ente completo & incompleto, ſumendo completum ens pro toto compoſito, pro homine, verbi gratia, & incompletum ens pro parte, non eſt analoga diuiſio, quia materia ſimpliciter eſt ens, ſicut totum, nec habet rationem entis in ordinem ad totum, quod eſt effectus illius. Vnde completum & incompletum ſunt membra magis vel minus perfectè diuidentia ens, vnde eſt veluti ſubiecti in accidentia. Et videbis, quomodo etiam falſum dixerit idem diſputrigeſima ſecunda, ſectione vltima, in fine. Hæc ſub breuitate tranſcurro, quia non ſunt huius loci, Deo fauente, alibi diſputabuntur.

2. Opinio Suarez reijcitur.

Obiectio.

Solutio.

Reijcitur iterũ Suarez.

De prædicamento quantitatis.

QVÆSTIO XIX.

Vtrum ſit ratio formalis quantitatis extenſio, vel diuiſibilitas.

1. Argum.

ET probo, quod non ſit extenſio partium eſſentia quantitatis. Et ſit primum argumentum. Nã quando dicitur, quod extenſio partium eſt de eſſentia quantitatis, vel accipitur extenſio partium pro extẽſione partium ſubſtantiæ; vel ipſius quantitatis, neutrum horum poteſt eſſe eius ratio, ergo &c. Si dicas ſecundum, contra: nã quantitas ideo eſt ens, quia eſt aliquid ipſius ſubſtãtiæ, ſcilicet, quantificaatio eius, vt ex D. Th. ſupra diximus, ergo partiũ extenſio in ordine ad ſe non poteſt eſſe ratio

Soluitur.

Impugnas.

formalis

formalis quantitatis, ſed ex neceſſitate debet habere rationem entis talis, quia eſt aliquid ipſius ſubſtantiæ, ſcilicet extenſiua, vel diuiſiua, vel menſuratiua, vel quid ſimile. Et ſicut eſſentia qualitatis eſt, quod ſit qualificatiua ſubſtantiæ, ita quantitatis, quod aliquo modo ſe habeat in ordine ad ſubſtantiam.

Alia Solutio. *Impugnat.* Si dicas, quod extenſio in ordine ad ſubſtantiam ſit ſua ratio formalis. Contra; primò quia extendere partes ſubſtantiæ eſt ſeparabile à quantitate; ergo non eſt eius eſſentia, quia eſſentia rei nullo modo eſt ſeparabilis a re etiã per diuinam potentiam. Antecedens patet in Euchariſtia, vbi quantitas non extendit partes ſubſtantiæ. *Alia Solutio.* *Impugnat.* Si dicas, quod eſt ratio quantitatis extendere partes ſubſtantiæ aptitudine, non verò actu. Contra. Si poteſt intelligi quantitas ſine actuali extenſione partium ſubſtantiæ, non poteſt intelligi ſine actuali extenſione partium ſui ipſius, ergo eſſentialior eſt illi ordo ad extendendum ſuas partes, quam ad extendendum partes ſubſtantiæ, & intimior, vnde non illa extenſio ſubſtantiæ, ſed iſta eſt ratio formalis quantitatis. Et confirmatur hoc; creet Deus quantitatem ſine ſubiecto, quod poteſt facere. *Confirm.* Tunc ſic: illa quantitas habet eſſentiam quantitatis, & non extendit ſubſtantiam, ſed ſolum ſuas partes, & hæc extenſio eſt inſeparabilis ab illa; ergo magis intima & eſſentialis; ergo ſua eſſentia conſiſtit in hoc, quod ſit extenſiua partium ſuarum, & non in hoc, quod ſit extenſiua partium ſubſtantiæ.

2. Argum. Secundum argumentum; Si extenſio partium ſubſtantiæ eſſet eſſentia quantitatis, deberet conuenire omnibus inferioribus ſuis; ſed non conuenit quantitati diſcretæ, ergo &c. Minor probatur, quia quantitas diſcreta componitur ex indiuiſibilibus, & inextenſis, ergo eius ratio non erit extendere partes ſubſtantiæ. Et confirmatur; nam eſt inexplicabile, quomodo ternarius *Confirm.* faciat extenſum. Hominem enim non facit extenſum, ſi ſit ternarius trium hominum, nec tres homines facit extenſos; quia iſti tres homines à propria quantitate diuiſibili ſunt extenſi, & non ab vnitatibus, quæ ſunt indiuiſibiles; indiuiſibile autem non poteſt etiam formaliter facere diuiſibile.

3. Argum. Tertium argumentum. Non poteſt dici, quod extenſio partium ſubſtantiæ ſit ratio formalis quantitatis; nam, antequam intelligamus quantitatem habere ſuum effectum formalem, ſubſtantia habet partes extenſas; nam manus non eſt caput, nec pedes ſunt caput, ergo ſunt partes extenſæ, & diuiſæ ante aduentum quantitatis, ergo quantitas non eſt ratio extenſionis illarum. Antecedens probatur, quia ſubſtantia & partes eius ſunt priores, quã quantitas, ergo partes ſubſtantiales eſſe extenſas, & vnam non eſſe aliam, habet ſubſtantia ex ſe, & non à quantitate.

4. Argum. Quartum argumentum eſt: Ariſtoteles in hoc prædicamento determinauit menſuram eſſe rationem quantitatis; ergo falſum eſt dicere extenſionem, ſeu diuiſibilitatem eſſe eius rationem. Probatur antecedens, nam probauit orationem eſſe quantam per hoc, quod eſt menſura longitudinis & breuitatis; & etiam dixit, quod ſuperficies & locus ſunt diſtinctæ ſpecies quantitatis, quia ſuperficies eſt menſura intrinſeca & locus menſura extrinſeca; ergo eſſe menſuram eſt ratio formalis quantitatis, quandoquidem per diuerſum modum menſurandi ſpecies diſtinguuntur. Probo conſequentiam; nam ſi diuiſibilitas eſſet eius ratio, ſpecies diſtinguerentur penes diuerſam rationem diuiſionis, vel extenſionis, & non per diuerſam rationem menſuræ, ſicut, quia ratio formalis qualitatis eſt eſſe qualificatiuam ſubſtantiæ, ſpecies eius diſtinguuntur penes diuerſum modum qualificandi, & ita in omnibus aliis contingit; ergo &c.

Et confirmatur hoc argumentum. *Confirm.* Nam Diuus Thomas de natura loci, opuſculo quinquageſimo ſecundo, dicit, propriam rationem quantitatis, vt quantitas eſt, eſſe rationem menſuræ, & ita ſpecies quantitatis diſtingui per diuerſum menſurare, qua ra-

tione locum & ſuperficiem diſtinguit: & in 1. Sententiarum, diſtinct. 19 art. 1. ad 1. dicit, rationem quantitatis conſiſtere in quadam diuiſibilitate, vnde ratio quantitatis per ſe inuenitur in eis, quæ per ſe diuiduntur. Et idem dicit diſt. 17. quæſt. 2. artic. 1. & 5. Metaphyſicæ, capite de quanto; ergo ſecundum Diuum Thom. nullo modo extenſio eſt ratio quantitatis. Et confirmatur hoc argumentum. Illa eſt ratio quantitatis, quæ communis eſt omnibus ſpeciebus quantitatis; ſed menſuræ ratio eſt huiuſmodi, & non diuiſibilitas, ſeu extenſio; ergo &c. Probatur minor; quia locus non habet aliam rationem diuiſibilitatis, quam habet ſuperficies; habet tamen aliam rationem menſuræ; & penes hanc ponitur diſtincta ſpecies; ergo ratio menſuræ eſt ratio formalis quantitatis.

Confirm.

5. Argum. Quintò arguitur. Diuiſibilitas dicit potentiam ad diuiſionem; ſed hæc potentia non pertinet ad prædicamẽtum quantitatis; ergo diuiſibilitas non eſt ratio formalis. Conſequentia patet; quia ratio formalis debet pertinere ad idem prædicamentum, ad quod pertinet res conſtituta per illam. Maior patet, quia diuiſibile eſt, quod poteſt diuidi. Minor probatur, quia illa potentia, cum ſit ad actum accidentalem diuiſionis, debet pertinere ad prædicamentum qualitatis, ad ſpeciem naturalis potentiæ, vel impotentiæ. Si dicas; accipi hic diuiſibilitatem prout valet idem, quod extenſio partium, idem argumentum currit: nam extenſio partium non diſtinguitur, nec realiter, nec formaliter ab hac diuiſibilitate; ergo ſi dicas, diſtingui, quia diuiſibilitas eſt paſſio extenſionis, ergo hæc paſſio eſt in prædicamento qualitatis, ratione iam dicta.

6. Argum. Sextum argumentum; Nec extenſio, nec diuiſibilitas poteſt eſſe ratio quantitatis; ergo &c. Probatur antecedens; nam vel eſt extenſio, vt quo, vel vt quod, vel diuiſibilitas vt quo, vel vt quod; ſed neutrum horum; ergo &c. Quod non ſit vt quod, probo; quia omnis forma non eſt quod, ſed id, quo aliquid eſt tale, vt patet in albedine, quæ non eſt, quod eſt album, ſed quo eſt aliquid album; & paternitas non eſt pater, ſed quo aliquid eſt pater; & ſic in reliquis accidentalibus formis; & anima rationalis non eſt homo, ſed id, quo homo eſt homo; ergo &c. Nec etiam eſt id, quo aliquid eſt diuiſibile, vel extenſum, quia impoſſibile eſt, quod quantitas faciat aliquid extenſum habens partem extra partem, niſi ipſa prius habeat partem extra partem: nam diuiſibilitas ſeu extenſio in ſubſtantia prouenit ex diuiſibilitate, ſeu extenſione in quantitate: ergo, &c.

Præambula ad deciſionem quæſtionis.

C Ieronet. In hac quæſtione variæ ſunt Metaphyſicorum ſententiæ. Suarez in ſua Metaphyſica, diſputatione 40. ſectione 4. prædicatiuo modo determinat iſta ſatis diffuſè. Primò, quia extenſio ſit ratio quantitatis. Sed tamen hæc extenſio non debet intelligi, quod ſit extenſio partium ſubſtantiæ in propriis partialibus entitatibus: ſed conſiſtit in hoc, quod res habens quantitatem, ex vi illius nata eſt habere extenſionem partium in ordine ad locum: ita vt ex vi talis accidentis occupare neceſſariò debeat extenſum locum. Et dicit, quòd hæc extenſio non ſit accipienda pro extenſione actuali in actu: quia hæc eſt poſterior quantitate, ſed eſt eius ratio formalis extenſio ſitualis aptitudine; nam afficit taliter ſubſtantiam, vt ex vi eius affectionis ſubſtantia neceſſariò debeat occupare locum extenſum. Et propter quoddam argumentum, quod ibi format, dicit vlterius explicando rem, hanc quantitatem eſſe formam quandam dantem rebus corpoream molem, vel extenſionem, in quo eius ratio formalis conſiſtit; ſed hunc effectum explicamus per hoc, quod eſt habere extenſionem partium in ordine ad locum. Præterea aſſerit iſte author, quod materia prima habeat ſuam extenſionem ſuarum partium ex ſeipſa, etiamſi ſit pura potentia, quæ dicitur extenſio entitatiua. At iſte acutus author non negabit nobis, ſe non explicuiſſe, quid ſit in ſe

1. Opi. Suarez.

in ſe ratio formalis quantitatis; ſed hæc ſolum explicuit per ſuum effectum, quia nimirum non poteſt ſecum compati aliam quantitatem in eodem loco, nec ſic attigit quidem, quid in ſe ſit ratio formalis quantitatis. Nam duo corpora penetratiuè per diuinam potentiam in eodem loco cum ſuis quantitatibus eſſe poſſunt: & hanc quantitatem oportet definire, & dicere, in quo eius ratio conſiſtat: nec ſententiam hanc aliquibus, vel authoritatibus, vel rationibus probat.

2. Opin. Iuniorum. Secunda ſententia eſt, quã aliqui moderni ſequuntur, cenſentes, menſuram eſſe rationem formalem quantitatis. Et hanc ſententiam D. Thom. tribuit idem Suarez eadem diſputatione, ſectione 3. Et ſtatim dicit, ſententiam contrariam eſſe D. Tho. & vt faciat vertibilem ad contraria opinionem D. Tho. ſibi contrarium recitat. Hæc ſententia probari poteſt 4. argumento ſupra à nobis facto in principio quæſtionis.

3. Opin. Capreoli, Sõcinatis, Iauelli. Tertia ſententia aſſerit, rationem formalem quantitatis eſſe diuiſibilitatem in partes quantas. Quam ſententiam videtur tenere Ariſtoteles 5. metaphyſicæ, capite 13. dum dicit quantum eſſe diuiſibile in ea, quæ inſunt, &c. Hanc tenet Capreolus 2. diſtinct. 3. quæſt. 1. ad 11. & diſtinct. 19. quæſt. 1 ad 2. Contra primam concluſionem. Soncinas. 5. metaphyſicæ, quæſt 21. Iauellus quæſt. 20. Cuius ſententiæ potiſſima ratio eſt; quia Ariſtoteles illam per diuiſibilitatem definierit, præſertim in metaphyſica, vbi rerum quidditates exactiſſimè perueſtigat.

4 Opi. aliorum. Quarta ſententia aſſerit, quantitatis eſſentiam eſſe habere partes, quod per ſe primò ſoli quantitati conuenit: aliis autem, quibus habere partes conuenit, ratione quidem quantitatis conuenit. Vt igitur, quid in hac parte ſit ſentiendum, ſecundum D. Thom. & veritatem aperiam, ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. cõtra ſecũdam opin. PRima concluſio: Eſſentia quantitatis non eſt eſſe menſuram, &, hanc eſſe D. Thom. doctrinæ valde conformem, inferius oſtendam. Nunc autem probo concluſionem (loquimur autem hic de quantitate molis, & non de quãtitate virtutis): nam eſſe menſuram dupliciter poteſt accipi, ſiue actiuè ſiue paſſiuè. Eſſe mẽſuram paſſiuè, idem eſt, quod eſſe menſurabile; ſed hæc non eſt eſſentia quantitatis; & probo, quia, quod quantitas ſit menſurabilis quantitatiuè, ex eo prouenit, quod eſt extenſa, & habet partem extra partem; ergo prius noſtro modo intelligendi, & etiam in re conuenit quantitati eſſe extenſam, quam habere rationem menſuræ, ergo ratio menſuræ non eſt eſſentia. *Mẽſurare non põt eſſe rõ formalis prædicamenti quãtitatis.* Conſequentia eſt euidens, quia eſſentia eſt, quæ primum & immediatè conuenit alicui, ſeu eſt ipſum, cui reliqua conueniunt. Antecedens primò probatur; non enim res menſurabilis eſt, niſi habeat extenſionem aliquam; punctum enim & vnitas hac ratione, non ſunt menſurabilia. Quod ſi menſura accipiatur actiuè, ita, vt ſit de ratione quantitatis, quod per illam menſuremus reliqua, & eorum quantitates cognoſcamus, nec iſto modo eſt ratio menſuræ ratio formalis quantitatis; nã menſura actiuè eſt id, per quod poſſumus cognoſcere quantitatem, & quod quantitas ſit id, per quod poſſumus rei quantitatem cognoſcere, non eſt eius eſſentia, ergo &c. Maior patet ex Ariſtot. 10. metaphyſicæ, capite 1. & 3. Minor probatur: nam in palmo, verbi gratia, prius intelligimus nos, quod habeat extenſionem quandam, quam poſſimus illo aliquid metiri; ergo aptitudo ad mẽſurandum quantitatem conſequitur. Præterea, vnitas iſto modo eſt maximè menſura, vt aſſerit Ariſtoteles 10. metaphyſicæ, ca. 2. & tamen vnitas non habet eſſentiam quantitatis; ergo quantitatis eſſentia non eſt eſſe menſuram. *Vnitas ſecũdũ Ariſ. eſt maximè menſura.* Minorem probo, quia ſi haberet eſſentiam quantitatis, deberet vnitas collocari directè in prædicamento quantitatis; & tamen conſtat, quod reductiuè ponitur. Maior patet, quia omnis menſura ad diuiſibile, vt quod, reducitur, vt aſſerit Ariſt 10. metaphyſicæ, cap. 2. in hæc verba Maximè autem menſurã eſſe cuiuſque generis primum, & maximè

propriæ quantitatis: hinc etenim ad alia aduenit. Menſura enim eſt id, quo quantum cognoſcitur, cognoſcitur autem quantum vt quantum, aut vno, aut numero: omnis verò numerus vnos ergo &c. Quod optimè explicat Soto in hoc prædicamento. Præterea; quantitas infinita ſi daretur, ſecundum ſe totam eſſet quantitas, & ſecundum ſe totam non poſſet eſſe menſura; ergo eſſe menſuram non eſt ratio formalis quantitatis. Minorem probo: quia nihil per illam ſecundum ſe totam poteſt notificari: quia quod notificat aliquid, debet eſſe notiſſimum; & cum illa quantitas deberet notificare quantitatem alterius rei, ipſa deberet eſse cognita, & notificata ſecundum ſuos terminos: quod eſt impoſſibile, cum non habeat illos. Præterea, id, quod debet menſurare res alias, debet eſse æquale, vel inæquale alteri, ſed iſtæ ſunt paſſiones quantitatis; ergò menſura non poteſt eſse ratio formalis quantitatis. Maior per ſe nota eſt; punctum enim nullum continuum poteſt menſurari, quia nec eſt æquale illi, nec inæquale. Minor patet ex Ariſt. in textu huius capitis. Conſequentia probatur; quia quod præſupponit paſſionem quantitatis, vt habeat ſuam eſſentiam, non poteſt eſſe eſſentia illius rei, cuius paſſio præſupponitur: ſi enim voluntas præſupponit intellectum hominis, non poteſt voluntas eſſe hominis ratio; ergo ſi menſura præſupponit æqualitatem, vel inæqualitatem, quæ eſt paſſio quantitatis, non poteſt menſura eſſe ratio. Quid verò voluerit D. Thom. dicere, cum aſſeruit, menſuram eſſe rationem quantitatis, dicemus in ſolutionibus argumentorum.

Soto.

Si daretur quantitas infinita, nō eſſet menſura.

Menſurare eſt paſſio, nō ratio formalis quantitatis.

Quid ſentiat D. Th.

Ex dictis videbis, quam falsè dixerit Suarez, ſectione 3. diſputatione 40. quantitatem non menſurare proprium ſubiectum, ſcilicet, ſubſtantiam quam afficit; quia, inquit, menſura debet eſſe aliquid extrinſecum, falſum aſſerit. Nam quod hæc ſubſtantia ſit tanta, habet ex ſua quantitate; ergo quã cognoſceretur eſſe tanta, habebat ex ſua quantitate: ergo quantitas proprii ſubiecti menſura eſt: nam menſura eſt, quã cognoſcimus rei quantitatem: & non eſt neceſſe menſuram eſſe rem extrinſecam, id eſt, exiſtentem extra rem, ſed ſufficit, quod etiam ſit in re ipſa, & ab illa diſtinguatur realiter formaliter. Nam motus cæli primi menſuratur tempore, & tamen non eſt tempus in alio ſubiecto, ſed in eodem, in quo eſt motus cæli. Falſum eſt etiam, quod ibidem aſſerit, menſurare per repetitionem eſſe proprium numeri, nam hoc eſt proprium vnitatis, vt conſtat ex Ariſtot. loco ſupra adducto. Et ipſemet ſtatim in eadem ſectione ſibi eſt contrarius; nam dicit, eſſe menſuram per repetitionem eſſe proprium vnitatis; præterquam, quod iſti termini per accommodationem, vel repetitionem ſunt fictitii, & non vſitati apud metaphyſicos.

Controuer. An quantitas menſuret ſubſtantiam, quã afficit.

Reijcitur Suarez.

Secunda concluſio: Diuiſibilitas, prout eſt quædam potentia ad diuiſionem realem faciendam, vel prout dicit formaliter id, quod poteſt fundare diuiſibilitatem per intellectum, ſecundum quem poſſimus vnam partem diſtinctam ab alia ſignare, & diſtinguere per rationem, non eſt ratio formalis quantitatis. Probatur concluſio demonſtratiuè. Nam prius conuenit, quantitatem habere partes extenſas, quam eſſe diuiſibilem, ergo eſſe diuiſibilem non eſt ratio quantitatis. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens. Nam ex eo aliquid eſt diuiſibile quantitatiuè, modo iam dicto, quia habet extenſionem partium, ergo diuiſibilitas conſequitur ad extenſionem partium, quare enim punctum indiuiſibile eſt, niſi quia non habet partes? Item vnitas vt ſic quare non eſt diuiſibilis, niſi quia non habet partes diſcretas? Et per oppoſitum videbis numerum eſſe diuiſibilem, quia habet ſuas partes, & lineam eadem ratione; ergo ad rationem extenſionis partium ſequitur diuiſibilitas; non ergo eſt ratio formalis quantitatis.

2. Concluſ. cont. 3. opi. Diuiſibilitas non eſt ratio formalis quãtitatis.

Prius cōuenit quantitati habere partes extēſas, quã eſſe diuiſibilē.

Præterea: Illud eſt eſſentia rei, quod eſt radix, & origo omnium paſſionum, quæ conueniunt tali rei, ſed huiuſmodi non

Eſſentia eſt radix et origo omnium

di non

Paſſionum ſubiecti. di non eſt diuiſibilitas;ergo &c.Probatur minor,quia ad diuiſibilitatẽ non ſequitur extenſio,ſed contra. Præterea. Eſſentia rei non poteſt demonſtrari a priori de re,cuius eſt eſſentia,&patet: nam eſſentia hominis à priori indemonſtrabilis eſt, quia per nihil prius conuenit,ſed reliqua coueniunt per illam;ſed diuiſibilitatem demonſtrat Ariſtoteles de quantitate ſexto Phyſicorum,capite primo: ergo non eſt ratio quantitatis Quod ſi dicas,demonſtrare Ariſtotelem,eſſe diuiſibilem in ſemper diuiſibilia, & non eſſe diuiſibilem abſolutè;Contra.Nam ſi demonſtrat eſſe diuiſibilem in ſemper diuiſibilia (& loquitur de quantitate continua) ergo eſt diuiſibilis;ergo iam eſſe diuiſibilem demonſtratur de quantitate. Si dicas, quod demonſtratur hoc de aliqua ſpecie quantitatis, nimirùm de continua; vnde non ſequitur,quòd non ſit ratio quantitatis in communi; Contra. Impoſſibile eſt,quod aliquid ſit paſſio hominis,&quod ſit eſſentia animalis,quia eſſentia generis eſt prior eſſentia ſpecierum;ſed paſſio eſt poſterior natura ſpeciebus: ergo nõ poteſt eſſe eſſentia generis,quæ eſt prior ſpeciebus.Et modò nõ diſputamus,vtrum prima paſſio ſit demonſtrabilis,ſed hoc vt probabile admittimus,de quo in poſterioribus.

Solutio.

Impugnat.

Alia Solu.

Impugnat.

verba Diui Thom. quo modo intelligenda. Et cum D.Tho. dicit, eſſe diuiſibile, rationem eſſe quantitatis,accipit diuiſibilitatem pro radice. Et quæ ſit radix iſta,dicetur ſtatim,ſicut cum aſſerimus, hominis differentiam eſſe rationale,nõ accipitur rationale pro potentia proxima,ſed pro radice illius potentiæ. Et idem dicitur de ente mobili, cum dicitur, quòd eſt obiectum Philoſophiæ; nam accipitur mobilitas pro radice mobilitatis, & non pro potentia proxima ad motum. Præterea, angelos dicimus eſſe indiuiſibiles, quia non habent partes extenſas: ergo ex oppoſito,quod eſt diuiſibile,hinc debet habere diuiſibilitatem, quia habet partium extenſionem.

Coroilar. Ex hac concluſione ſequitur diuiſibilitatem phyſicam non eſſe eſſentiam quantitatis, ſiquidem alicui conuenit eſſentia quantitatis, cui non conuenit hæc paſſio. An verò ſit paſſio, dicemus poſtmodum.

3.Concl. cõtra Soncinatem. Tertia concluſio; Ratio conſtitutiua quantitatis non eſt relatio rationis; Hæc concluſio ponitur contra Soncinatem,qui quinto metaphyſicæ, quæſtione vigeſima prima,dicit, quantitatem connotare formaliter quendam reſpectum rationis ad partes cõſtituentes ipſius quantitatis,hoc eſt eſſe eius rationem formalem incompletam. Et affert exemplum de ſubſtantia,quæ formaliter dicit negationem, per quã ens determinatur ad eſſe ſubſtantię;nã ſubſtantia eſt ens per ſe, id eſt, non in alio.Nam ita aſſerit; Quantitas dicitur ens conſtitutum ex partibus diuiſibilibus eiuſdem rationis ipſam quantitatem conſtituentibus, vnde formaliter importat reſpectum rationis ad partes conſtituentes, quæ relatio eſt ens rationis, cum ſit inter extrema non realiter diſtincta. Et hæc eius ſententia magis patet ex tertio eiuſdem quæſtionis argumẽto.Sed probatur noſtra cõcluſio primò authoritate D Th.qui 1.par. quæſtione vigeſima octaua, dicit, quod ſolum in his, quæ dicuntur ad aliquid, inueniuntur aliqua ſecundum rationem tantum, & non ſecundum rem, quod non eſt in aliis generibus; quia alia genera, vt quantitas & qualitas, ſecundum propriam rationem ſignificant aliquid alicui inhærens: ergo ſecundum Diuum Thomam propria ratio quãtitatis eſt realis ſiquidem ſignificat aliquid alicui inhęrens. Prętere a probatur ratione; nam modus quantitatis eſt maxima ipſius perfectio, ſiquidem conſtituit illam; ſed relatio rationis non poteſt eſſe perfectio quantitatis,nec cuiuſuis alterius rei; ergo non eſt modus quantitatis. Minor probatur, quia eſt quid extrinſecè ſolum denominans, & conueniens per operationem intellectus,vnde, quia non dicit perfectionem, fatemur relationes aliquas rationis conuenire Deo ex tempore, vt relatio dominii, iuſtificatoris, & cetera. Tertiò,modus prędicamẽtalis determinat

Locus Diui Thomæ vrgens contra Soncinatẽ.

1. Ratio pro concluſione

2. Ratio.

nat ens ad certum eſſe, ſecluſa operatione intellectus: ergo debet eſſe aliquid reale, & non poteſt eſſe aliquid rationis. Antecedens probatur, quia ſecluſa operatione intellectus eſt prædicamentum quantitatis, & reliqua omnia, ergo habent ſuas rationes formales ſecluſa operatione intellectus: & tamen ſi modus eſſet quid rationis, hoc non haberet, operatione intellectus ſeclusa. Præterea quantitas realiter

3. Ratio. afficit ſubſtantiam, non ſolum in ratione communi accidentis, ſed ſecundum propriam rationem eius, ergo nõ poteſt eius ratio eſſe aliquid rationis, quia ſic non realiter afficeret. Probatur antecedens, quia realiter quantificat, & habet hunc effectum independenter ab intellectu noſtro. Eius autem argumenta, quibus probat ſuam concluſionem, nõ militant contra nos.

Obiectio. Et ſi dicas, contra; quia enti nihil reale poteſt addi; ergo quantitas non addit ſupra ens aliquid reale, & addit aliquid, ergo rationis.

Solutio. Reſpondetur, quod additur modus entis, non per cõceptum entis, ſed magis contractè & limitatè, tanquam id, quo aliquid habet rationem quantitatis, vt patet in vltimis differentiis, quæ omnia entia ſunt, ſed quia vna dicit ens aliter, quam alia, & ſub alio cõceptu & modo, ideo vna dat eſſe hominis, & alia equi. Eodem modo hic, licet ille modus ſit ens, nihilominus dicit ſub alia ratione, & modo magis contracto, ita, vt illud ſic det eſſe quantitatis, & determinet ens ad rationem quantitatis.

4. Concluſ. cõtra quartam opin. Quarta concluſio. Ratio quantitatis non eſt habere partes vtcunque. Probatur, quia, ſi fiat ſermo de partibus quomodocunque, ſubſtantia prius natura, quam ſit quanta, habet partes ſubſtantiales, nimirum materiam & formam, (& loquimur de ſubſtantia compoſita,) ergo iste effectus non prouenit à quantitate, ergo eius ratio non eſt eſſe id, quo aliquid habet partes, nec eſt habere partes vtcunque, ſiquidem conuenit ſubſtantiæ ſine ordine ad quantitatem. Præterea, habere partes ſubſtantiales, & eſſentiales, eſt quid eſſentiale in ſubſtantia compoſita, ergo non poteſt eſſe quantitas, nec prouenire a quantitate. Probatur conſequentia, quia tam quantitas, quam eius formalis effectus ſunt accidentia. Et hæc concluſio notiſſima eſt, ſed voluerunt aliqui contra illam errare.

5. Concluſ. contra Suarez. Quinta concluſio; Non eſt ratio formalis quantitatis extenſio ſitualis aptitudine, nec eius ratio formalis bene explicatur per hoc, quod eſt dare rebus corpoream molem, vel extenſionem. Hæc concluſio ponitur contra Suarez. Probatur prima pars; nam

1. Pars concluſ. probatur primo. quod quantitas extendat ſubſtantiam in ordine ad ſitum, ratione cuius extenſionis aliam ſubſtantiam non compatiatur ſecum in eodem loco, etiamſi fiat ſermo de extenſione aptitudinali, conſequitur ad rationem formalem quantitatis: ergo non eſt eius ratio formalis. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens. Nam prius habet in ſe quantitas ſuas partes extenſas, & prius in ſe extendit ſubſtantiam, ſeu prius eſt apta nata extendere ſuas partes, & partes ſubſtantiæ in ſe, quam ſit apta nata extendere in ordine ad locum, ergo non eſt eius ratio extenſio ſitualis aptitudine. Probatur antecedens; nam illa duo facit quantitas, & eſt apta illa facere, ſcilicet extendere ſuas partes, & partes ſubſtantiæ, & in ſe, & in ordine ad locum, & hæc habent ſe ordine quodam, & prius conuenit aptitudo, vt extendat ſe, & partes ſubſtantiæ in ſe, quam vt extendat illas in ordine ad locum, ergo hoc conſequitur ad illud: ergo hæc ſecunda aptitudo nõ eſt eius ratio formalis. Præterea, nam *Probat. 2;* ſi explicat rationem formalem quantitatis per iſtum effectum, cur non dixit, diuiſibilitatem eſſe rationem formalem quantitatis, nam eſt eius propria paſſio, quæ conſequitur ad quantitatis eſſentiam, ſicut aptitudo ſitualis. Sicut igitur illi, qui dixerunt diuiſibilitatem eſſe rationem formalem, ſi de diuiſibilitate formaliter loquuti ſunt, nihil dixerunt, quia eſt eius paſſio. Et ſi de diuiſibilitate radicaliter

ter

ter intellexerunt, non explicuerunt rationem formalem quantitatis in ſe, ſed in ſuo effectu. Ita iſte non explicat rationem formalem quantitatis niſi in effectu, & tamen dixit explicare rationem formalem quantitatis in ſe.

Probat. 3. Præterea riſibilitas non eſt hominis ratio formalis, etiamſi eſſentia hominis faciat riſibile, quia eſt id, ad quod conſequitur riſibilitas, ergo etiamſi quantitas faciat aptitudinem ſitualem, non eſt eius ratio formalis, quia conſequitur ad ſuam rationem formalem.

Probat. 4. Præterea, diuiſibilitas immediatius ſequitur ad rationem formalem quantitatis quam extenſio ſitualis aptitudine, ergo melius per illam explicuiſſet rationem formalem quantitatis. Conſequētia eſt clara, quia eſt magis intima paſſio, & magis accedens ad eius eſſentiā. Antecedens probo, quia illa paſſio conuenit quantitati in ordine ad ſe & ſuas partes, hæc paſſio in ordine ad aliud, ſcilicet, locum.

Probat. 5. Præterea, eſſentia quantitatis poteſt optimè intelligi ſine hac extenſione aptitudinali ſituali: ergo nō eſt de eius eſſentia. Conſequentia patet, quia res ſine ſua eſſentia, & ſine his, quæ ſunt de ſua eſſentia intelligi non poteſt. Antecedens probatur, nam ſi intelligatur quantitas cum extenſione quantitatiua in ſe, etiamſi non intelligatur illa extenſio ſitualis, ſatis eius eſſentia intelligitur formaliter: & radicaliter intelliguntur eius paſſiones.

Probat. 6. Præterea nam hæc extenſio ſitualis non poteſt competere numero, vt ſic, formaliter.

2. pars cōcl. probatur. Secundam partem concluſionis ſic probo. Nam hoc eſt, quod inquirimus, quid ſit quantitas, & quid ſit quantum, ergo ridiculum eſt explicare quantitatis rationem formalem per hoc, quod eſt facere quantum materiale, nam hoc erat explicandum, quid ſit facere quantum. Vt igitur hanc quantitatis explicemus rationem, ſit

6. Concluſ. contra relatam opin. Sexta concluſio. Ratio formalis quantitatis eſt eſſe formam quandam accidentalem per quam & ipſa quantitas, & ſubſtantia habeat partes extenſas. Itaque extenſio partium ſubſtantiæ eſt effectus formalis quantitatis, & extenſio partium ipſius quantitatis eſt etiam eius formalis effectus. Et iſte eſt vnus totalis effectus quantitatis. Eſſe autem partes extenſas eſt vnam non eſſe aliam, & vnam eſſe extra aliā, nec hoc magis notificari poteſt. *Duplex effectus formalis quātitatis.*

Probat. 1. Hæc concluſio ſatis patet ex concluſionibus prædictis; non enim habet quantitas aliud, quod in ipſa poſſit intelligi, vt ratio eius formalis, excluſis ſupra dictis modis dicendi, niſi hoc, ergo &c.

Probat. 2. Prætererea, illud, quod eſt radix & principium, vnde cetera oriuntur, & conueniunt quantitati, eſt ratio formalis quantitatis; ſed eſſe formam, qua ſubſtantia & quantitas habent partes extenſas, eſt radix & principium eorum, quæ quantitati conueniunt, ergo illud eſt eius ratio formalis. Maior patet: quia illud eſt eſſentia rei, quod eſt radix & principium ceterorum, & ipſum à nullo prouenit in genere cauſæ formalis. Sed minor probatur, quia prius in quantitate intelligitur eſſe rationem extendendi, quam eſſe diuiſibilem in ſe, & in ordine ad locum, & quā intelligamus, illam eſſe menſuram.

Confir. Et confirmatur, nam id eſt de eſſentia rei, quod ſumitur vt medium ad demonſtrandas à priori reliquas illius rei proprietates, ſed huiuſmodi eſt extenſio, & non aliud: ergo extenſio eſt eius ratio forma'is. Maior patet: Minor probatur. Nam ex eo, quod quantitas habet partes extenſas, diuiſibilis eſt & menſura, & alias habet proprietates.

Probat. 3. Præterea: nam eſſentia qualitatis eſt qualificatiuam eſſe ſubſtantiæ, ergo eſſentia quantitatis erit quantificatiuam eſſe ſubſtantiæ, ſed nihil eſt aliud quantificare ſubſtantiam, quam facere illam extenſam, ergo eſt hæc eius ratio formalis. Diximus in concluſione, quantitatem duos partiales habere formales effectus, nimirum extēſionem partium ſubſtantiæ, & ipſius quantitatis, & principaliter reſpicit extenſionem ſubſtantiæ, ſeu eſſe id, quo ſubſtātia habet partes extenſas, quia cum ſit accidēns, ex natura ſua habet eſſe aliquid ſubſtātiæ, nimirum quantificationem ipſius. Cete-

rum

Digitized by Google

rum, quia non poteſt quantificare & extendere ſubſtantiam, niſi quantam & extenſam ſe reddat: habet etiam ſeipſam quantam & extenſam reddere. Sicut enim de luce dicimus, quod ſit ratio, quare ipſa & reliqua ſint viſibilia, ita de quantitate dicendum eſt, quod ſit ratio, quare ipſa & reliqua ſint quanta.

Prob. 4. Præterea probatur concluſio, quantum ad id, quod aſſerit rationem quantitatis eſſe id, quod ſubſtantia & ipſa ſunt extenſa. Nam omnis forma habet ex ſua ratione eſſe id, quo reliqua ſunt talia. Humanitas enim eſt id, quo homo eſt homo: albedo id, quo album eſt album, & ſic in reliquis. Et loquimur modò in rebus materialibus; ergo quantitas ex natura ſua habet eſſe id, quo aliquid eſt quantum, & extenſum, & diuiſibile.

Corollariũ Ex dictis in hac concluſione ſequitur, hanc eſſe rationem formalem, etiam quãtitatis diſcretæ.

Prob. 5. Et probatur, quia eſt ratio formalis quantitatis, quæ eſt generaliſſimum: ergo etiam eſt ratio formalis omnium ſpecierum illius prædicamenti, qua ratione ſunt quantitates. Nam & quantitas diſcreta eſt diuiſibilis in ſuas partes, vt ternarius in tres vnitates, vt patet ex Ariſtotele 1. metaphyſicæ, capite 13. & dicemus poſtea. Et ita dixit quantitatem diſcretam eſſe id, quod in non continua diuiſibile eſt.

7. Concluſ. Cõtra Suarez: ſubſtãtia ſine quãtitate nullã hẽt extẽſionem partium etiã entitatiuã

Septima concluſio, ſubſtantia ſine quantitate nullam habet partium extenſionem etiam entitatiuam. Hæc concluſio ponitur contra Suarez ſupra, & alios eiuſdem claſſis, qui ſubſtantiæ tribuunt diſtinctionem partium & extenſionem ſubſtantialem, ſine quantitate. Itaque dicunt, materiam, quæ eſt in capite, ſub quantitate capitis, & eſt res partialis diſtincta à materia, quæ eſt in pede, & ſitu diſtat ab illa, de ſituali diſtinctione inquiunt, non eſſe dubium, quin proueniat à quantitate radicaliter: ſed de entitatiua diſtinctione cenſent, impoſſibile & falſum dicere, quod proueniat à quantitate. Hanc tenet Occham, vt videre poteris in Capreolo infra citando.

Prob. 1. Probatur ergò concluſio, quæ eſt Capreoli in ſecunda diſtinctione tertia, quæſtione prima, articulo tertio, ad vltimum Scoti contra ſecundam concluſionem, & diſtinctione decima octaua, quæſtione prima, & Soncinas quinta Metaphyſic. quæſtione decima nona, & Ferrarenſis primo Phyſicorum quæſtione tertia. Nam quantitas ordinatur ad extendendam ſubſtãtiam, ergo ſubſtantia de ſe non eſt extenſa, alias ſuperflueret extenſio quantitatis. Item, materia prima de ſe eſt pura potentia, non habens actum, ergo non habens diſtinctionem de ſe, ergo illa diſtinctio & extenſio ab alio prouenit, & non poteſt prouenire ab anima, verbi gratia, rationali, quæ eſt inextenſa; ergo prouenit à quantitate. Prima conſequentia probatur, quia extenſio, vt quod, & diſtinctio vt quod ab extenſione, vt quo, debet prouenire: ſed nihil eſt extenſio vt quo, niſi quantitas, ergo hæc ſola facit illam extenſionem.

Confirm. Et confirmatur & explicatur, nam in homine anima non eſt extenſa, ergo illa entitatiua extenſio ſolum eſt materiæ, ſed materia de ſe cum ſit pura potentia, non poteſt habere extenſionem; nam vna pars extenſa diſtincta eſt ab alia extenſa; ſed diſtinctio ab aliqua forma prouenit, ergo non a materia ſecũdum ſe, & vt eſt pura potentia; ſed prouenit illa extenſio à quantitate.

Prob. 2. Præterea, ratio partis integralis formaliter per quantitatem conſtituitur, ergo ſine illa impoſſibile eſt, quod ſit pars integralis. Antecedens probatur, nam pars integralis materialis, quæ eſt ſub manu, non habet eſſe manum ſine quantitate: per quantitatem enim habet illam formam & figuram manus, ſi enim habet eſſe manum ſine quantitate, eſt radicaliter & non formaliter, ergo &c.

Explicatur locus Diui Thom. Et ita eſt intelligendus Diuus Thomas prima ſecundæ, quæſtione, duodecima, articulo quarto, loquitur enim materialiter de partibus integralibus cum dicit eſſe ſubſtantiam.

Prob. 3. Præterea, omnis pars vel eſt eſſentialis, vel ſubiectiua, vel poteſtatiua, vel integralis, ſeu quantitatiua; ſed partes materiæ non ſunt eſſentiales nec poteſtatiuæ, nec ſubiectiuæ, vt ſatis conſtat ex earum definitionibus;

tionibus; ergo ſunt quantitatiuæ, & per conſeqnens remota quantitate non habent rationem partis; quia remota forma denominante remouetur effectus formalis, & denominatio, quæ erat per talem formam. Quomodo hæc ſit D. Thomæ ſententia, vide Capreolum vbi ſupra. Et hanc rem nolo amplius extendere, quia ad phyſicam attinet conſiderationem. Sed contra eſt argumentum Ocham & ſequacium eius.

1. Obiectio Ocham. Materia per ſeipſam eſt ens; ergo per ſeipſam eſt diſtincta: ergo partes eius cum per ſeipſas ſint ens, per ſeipſas erunt diſtinctæ.

Solutio. Reſpondetur, quod partes per ſe non ſunt ens; quia per ſe non ſunt partes, ſed per quantitatem. Illa enim negatiua, partes per ſe non ſunt ens, eſt vera: quia eſt de ſubiecto non ſupponente, quia partes non ſunt ſine quantitate. Sicut enim, quamuis Petrus per ſe ſit ens, non per ſe eſt albus, ſed per albedinem: ita materia, licet ſit ens per ſe, non habet per ſe partes ſine quantitate, & ſicut additur realitas, vt ſit albus, Petrus, ita additur realitas vt partes materiæ ſint diſtinctæ.

Difficultas Suarez nullius momenti. Reliqua argumẽta, quæ affert Suarez, pro hoc probando, nihil probant.

2. Obiectio. Secundum argumentum Ocham eſt, nam materia prius natura creatur, & eſt, quam quantitas; ergo prius natura habet partes formaliter, quam quantitas ſit.

Solutio. Negatur conſequentia; quia formaliter habet partes per quantitatem; radicaliter autem habet id, vnde poſſit habere partes aduemiente forma & quantitate. Sicut non valet, prius natura eſt aurum, quam figura annuli; ergo habet eſſe annulum ante figuram. Solum ſequitur, quod eſt potentialitas, vt inde educatur annuli figura. Et cum dicitur, quod partes ſunt ſubſtantia, formaliter non ſunt ſubſtantia, ſed id, quod ſuſcipit talem effectum, ſubſtantia eſt, nimirum materia. Sicut eſſe album formaliter eſt accidens, licet id, quod ſuſcipit talem effectũ ſit ſubſtantia, nimirum corpus. Tertium argumentum eſt etiam diſſolutum à Capreolo vbi ſupra.

3. Obiectio curioſa. Nam ſi Deus conſeruaret ſubſtantiam ſine quantitate, tunc manerent partes integrales ſine quantitate, ergo ex ſe haberent extenſionem. Hoc argumentum dupliciter ſoluitur.

Prior ſolut. Primò dicendo, quod non manerent partes integrales, ſed ſubſtantiales ſolum, ſcilicet, materia & forma: & nihil aliud eſt de eſſentia ſubſtantiæ materialis, quia partes integrales formaliter fiunt à quantitate.

Poſterior ſolutio. Secundò reſpondetur, quod partes illæ manerent, etiam ſi non fierent formaliter in ratione partis integralis à quantitate, non tamen diſtinctæ per extenſionem ſubſtantialem: itaque manerent manus, caput, cor, non tamen extenſæ, ſed ſine extenſione: eo quod extenſio ſit à quantitate, nec maneret illa ſubſtantia in loco.

Subſtantia ſatisfit. Et ſi diceres, maneret in rerum natura, ergo in aliquo loco; Reſpondetur, quod maneret in rerum natura, vt pars vniuerſi, in nullo tamen loco; quia ratio formalis exiſtendi in loco eſt quantitas, ſicut de angelo dici ſolet. Quod ſi nullibi ſuam applicaret virtutem, nullibi eſſet; quia ratio formalis exiſtendi in loco angelo eſt applicatio virtutis, & cum nullibi ſuam habeat applicatam virtutem, nullibi erit, licet ſit pars vniuerſi.

Obiect. Molina curioſa. Et ſi adducas argumentum Molinæ; nam ſi Deus reproduceret quantitatem illius ſubſtantiæ; eſſet reproducenda in illo loco, vnde illam Deus abſtulerat: vt ſi ab aqua exiſtente in vaſe Deus auferret quantitatem, & reproduceret rurſus illam quantitatem, eſſet reproducenda in vaſe; ergo iam ante aqua erat in vaſe, etiam dum non habebat quantitatem, ergo ibi habebat extenſionem partium, & ſine quantitate, ergo per ſuam ſubſtantiam habet partes ſubſtantialiter extenſas.

Solutio ſal cra. Reſpondetur, quod aqua nullibi erat, & poterit Deus quantitatem reproducere, vbi ſibi placuerit; & ibi erit ſubſtantia per reproductionem illius quantitatis, nec illæ partes confluerent ad punctum; quia ille confluxus motus eſt, qui ſine quantitate fieri nequit. Itaque nec motus, nec exiſtentia in loco, nec extenſio partium ſine quantitate fieri poſſunt, magis, quam album ſine albedine, vel diſgregatiuum viſus ſine albedine.

Vnde

Vnde valeat Ocham in ſua logica cum ſuis ſequacibus, & antiquis, & modernis.

8. Concluſ. Contra eos qui ſup pre ſertim Suarez.

Extendere partes in loco eſt effectus ſeparabilis à quãtitate, & ſecundarius.

Octaua concluſio: Extenſio partium in ordine ad locum eſt effectus ſecundarius quantitatis, qui ſeparari poteſt ab ipſa quantitate. Itaque poteſt eſſe quantitas, & non tribuere hunc effectũ per diuinam potentiam. Et hæc concluſio modò breuiter probatur. (Quia in materia de Euchariſtia latiſſimè diſputatur.) Nam quantitas Chriſti Domini eſt in Sacramento; & tamen ibi non extendit Chriſtum in ordine ad locum: nam eſt Chriſtus Dominus verè & realiter cum ſua quantitate etiam in qualibet hoſtiæ particula. Sicut de exiſtentia dici ſolet tertia parte, quod eſt effectus ſecundarius formæ, & poteſt ab illa ſeparari, vt patet in myſterio Incarnationis, vbi humanitas Chriſti non habet propriam exiſtentiam, ſed exiſtit per Verbi diuini exiſtẽtiam.

Explicatur definitio quãti tradita ab Ariſ. 5. Met.

Ex his patet ſatis, quid ſit quantitas, & explicatio etiam definitionis quanti, quam dedit Ariſtotel. quinto Metaphyſicæ, capite decimo tertio. Quantum eſt, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum vtrumque, vel vnumquodque vnum quid aptum eſt eſſe. Quantum eſt diuiſibile. Ponitur particula iſta pro diuiſibilitate radicali; quæ eſt extenſio. Et ſi accipiatur pro potentia ad diuiſionem, quæ eſt paſſio, explicatur eſſentia quantitatis per paſſionem. Et per hanc particulam excluduntur à ratione quanti res indiuiſibiles; ſeu inextenſæ. Per illam particulam, in ea, quæ inſunt, excluditur diuiſio miſti in elementa, quæ non ſunt in miſto formaliter, ſed virtualiter. Partes verò, in quas diuiditur quantum, ſunt formaliter in quanto, quorum vtrumque vel vnumquodque vnum quid aptum eſt eſſe. Hoc eſt, quod partes, in quas ſit diuiſio, manere poſſunt, vt aliquid vnũ. Per quod excluditur diuiſio totius in materiam & formam, quæ non poſſunt manere, vt aliquid exiſtens, & vt hoc aliquid, quælibet per ſe.

Inſtantia ſatisfit.

Et ſi dicas, quod ſubſtantia eſt diuiſibilis in ſuas partes: reſpondetur, quod hoc habet ratione quantitatis; & ita extenſio & diuiſibilitas conueniunt ſubſtantiæ ratione quantitatis.

Corollariũ obſeruãdũ.

Infertur præterea: Ariſtotelem hic non loquutum fuiſſe de vera & reali diuiſione in actu ſecundo; ita vt ſit neceſſarium ad hoc, vt aliquid ſit quantum, poſſe in actu ſecundo phyſicè diuidi, vt patet in minimo naturali & in cœlo, quæ verè ſunt quãta, & phyſicam diuiſionem ſecum compatiuntur, de quo dicemus ſtatim.

Error Suarez.

In quo fallitur Suarez, diſputatione 40. ſectione prima.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. arg.

AD primum argumentum reſpondetur, quòd accipitur extenſio pro hoc, quod eſt eſſe rationem, qua quantitas & ſubſtãtia ſuas habeant partes extenſas.

Quando extenſio partiũ ſit formalitas inſeparabilis à quantitate etiã per intellectũ.

Et hic eſt vnus totalis effectus formalis dimanans à quantitate. Et ipſa de ſe eſt ratio ad hunc totalẽ effectum efficiendum, etiamſi aliquãdo in actu ſecundo non habeat extendere ſubſtantiam. Vt ſi Deus crearet illam ſine actuali ſubiecto, & quod ſit ratio, ſecundum quam ſubſtantia poſſit habere partes extenſas, nunquam eſt ſeparabile à quantitate, nec etiam per intellectum. Et per hoc etiam patet ad confirmationem.

Difficult. 1. Modus dicendi.

Si verò dicas, quid eſt, quod quantitas principalius facit? reſpondetur, quòd quantum eſt ex parte ſua, principalius noſtro modo intelligendi conuenit illi extendere, ſeu eſſe rationem extendendi partes ſubſtantiæ, quã eſſe rationem extendendi ſuas partes, licet in exercitio prius noſtro mõ intelligendi ſuas extendat partes. Sicut lux prius noſtro modo intelligendi eſt ipſa viſibilis, quã colores per ipſam ſint viſibiles. Quod verò ipſa ſit extenſa, eſt inſeparabile ab illa, etiam vt quod, ſicut eſt inſeparabile à luce eſſe viſibilẽ.

2. modus dicendi.

Vel poteſt dici ſecundò, quòd quantitas primò & per ſe habet extendere partes ſubſtantiæ noſtro modo intelligendi, & conſequenter ſe & omnia accidẽtia, & hoc habet ex natura ſua. Quod ſi aliquando ſit ſine ſubſtantia, quia deficit

eſt ſubiectum, quod debebat primò extendere, extendit ſeipſam; tamen ex natura ſua erat ratio ad primò extendendum ſubſtantiam, quia pro inſtãti, quo extendit ſubſtantiam, debet exiſtere, & ita debet exiſtere in ſubiecto extenſo. Vnde prius habet facere noſtro modo intelligendi extenſionem ſubſtantię, vt ipſa ſuſcipiatur in ſubſtantia extenſa. Itaque prius noſtro modo intelligendi habet extendere ſubſtantiam, quam ſe. Vtraque ſolutio eſt probabilis.

Vterq. modus cēſetur probabilis ab Auctor.

Ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, duplicem eſſe extenſionem ſpecificam, alteram continuam, & alteram diſcretam. Extenſio continua eſt extenſio in partes diuiſibiles, & extenſas in ſe formaliter. Extenſio verò diſcreta eſt extenſio in partes, quarum vna ſit extra aliam, & iſtæ partes non ſunt diuiſibiles, vt partes ſunt, ſed ſunt numerabiles. Illa verò prima extenſio ſolum datur in quantitate continua; hæc ſolum in quantitate diſcreta. Cum ergo dicimus, extenſionem eſſe rationem formalem quantitatis, loquimur de extenſione, prout abſtrahit ab vtraque ideſt facere, quod res illa habeat partes, quarum quantitati vna non ſit alia. Et hoc vtrique quantitati conuenit; quia partes numeri vna non eſt alia, & habet quandam extenſionem in numerabilitate, & de quantitate continua ſatis patet.

Duplex extenſio partium, continua & diſcreta.

Ad Confir. Ad confirmationem reſpõdetur, quod facit extenſionem ſubſtantiæ in ratione multitudinis: nam facit numerum, qui plures habet vnitates: & ſine forma numeri non eſt hæc extenſio in multitudine quantitatiua.

Ad 3. Arg. Ad tertium reſpondetur ex concluſione ſeptima. Et quamuis verum ſit, quod ſubſtantia ſit prius natura, quam quantitas; non tamen eſt prius extenſa, quam ſit quantitas: quia iſtum effectum habet à quãtitate. Sicut, quamuis angelus ſit prius natura, quam applicatio virtutis eius ad locum, quia eſt effectus angeli; ſed non prius eſt in loco, quam habeat ſuam applicatam virtutem; quia eſſe in loco eſt effectus formalis illius applicationis. Sicut homo prius eſt, quam albedo: ſed nõ eſt prius albus, quam habeat albedinem. Et ita ſoluitur argumentum Ocham & ſuorum.

Ad 4. Ad quartum argumentum, quod eſt difficile, reſpondetur negando antecedens. Ad probationem dicitur, menſuram eſſe paſſionem quantitatis, vt poſt modum dicemus; non verò rationem formalem. Vnde quando Ariſtot. probauit, orationem eſſe quantitatem per hoc, quod eſt menſura, probauit à poſteriori per ſuam paſſionem. Sicut ſi probaremus. Petrum eſſe hominē, quia eſt riſibilis. Quando verò dixit, corpus & ſuperficie eſſe diuerſas ſpecies quantitatis penes rationem intrinſecę vel extrinſecæ menſuræ, intelligitur, quod in prædicamento quantitatis sũt ſpecies quantitatis in duplici differentia. Quædam ſunt ſpecies in recta linea conſtitutæ: & tales ſpecies diſtinguuntur per rationem diuerſam diuiſibilitatis, & non per rationem menſuræ, & iſtæ ſunt ſpecies perfectæ & completæ. Aliæ verò ſunt ſpecies imperfectæ, quæ reducuntur ad prædicamentũ, vt quid incompletum. Et ſicut ratio menſuræ, quia eſt modus quidam imperfectus, reducitur ad prædicamentũ quantitatis; ita ſpecies, ſeu, vt melius dicam, diuerſitas in ratione menſuræ reducitur ad prædicamentum quantitatis, vt quid imperfectum. Et ita quando aſſignantur diuerſæ ſpecies in ratione menſuræ, aſſignantur, vt quid incompletum, & imperfectum in illo genere. Si verò per rationem diuerſam menſuræ diuerſę ſpecies in recta linea aſſignarentur, erat euidens argumẽtum, quod ratio menſuræ erat ratio quantitatis. Itaque locus eſt ſpecies quantitatis imperfecta, & ſecundum quid reducta ad prædicamentum quantitatis. Sicut ſubſtare eſt modus ſubſtantiæ reductus ad prædicamentum ſubſtantiæ, & ſubſtare primò & ſecundò, etiamſi formaliter differant. Et etiamſi eſſet vniuocum ſubſtare ad ſubſtare primò & ſecundò nõ ſequeretur, quod eſſent ſpecies in recta linea conſtitutæ, ſed ad latus, vt modi quidam imperfecti ſubſtantiæ. Sicut dicimus, quod anima hominis, &

Menſurare eſt paſſio nõ rõ formalis quantitatis.

Ex ſpecieb. quãtitatis quædã sũt directè in prædicamẽto, quædam reductiuè.

Digitized by Google

equi ſpecie differunt, & non conſtituũtur in recta linea, quia quid imperfectũ ſunt: ita dicimus, quod ſpecies, quæ ſumuntur a ratione menſuræ præciſè sũt ſecundum quid ſpecies, & imperfectũ quid reductum ad prędicamentum quãtitatis. *Obiectio.* Et ſi dicas, contra: nam, vt dicit D.Thom. in locis infra adducendis, logicus conſiderat quantitatem in ratione menſuræ; ergo eſt ratio formalis quantitatis. *Solutio.* Reſpondetur, negando conſequentiam. Et ad antecedens dicitur, quod logicus præſupponit prædicamentum à metaphyſica conſtitutum, ſecundum quidditates rerum, quæ in illo collocantur; & illas quidditates conſiderat in ordine ad prędicationes, quę ſunt de ipſa ſubſtantia. Et quia quantitas prædicatur de ſubſtantia, vt menſura eius, hinc fit, quod conſiderat quantitatem ſecundum quod prædicatur de ſubſtantia, quatenus eſt eius menſura. Hæc autem ratio conſiderandi non eſt ratio conſtituendi prædicamentum; ſicut conſiderat ſubſtantiam, quatenus ſubſtat accidentibus: & tamẽ ratio ſubſtandi non eſt ratio conſtitutiua ſubſtantiæ, ſecundum quod eſt generaliſſimũ, quia eſt quidã modus, vt vidimus iam. *Obiectio.* Si dicas, quòd etiam conſiderat logicus quantitatem, vt faciat prædicationes reſpectu ſubſtantiæ, quæ non ſumuntur à ratione mẽſuræ, vt quod ſubſtantia ſit diuiſibilis, ſit longa, & cetera. *Solutio.* Reſpondetur, quòd principaliter cõſiderat rationem menſuræ. Et ſi diuiſibilitatem conſiderat & prædicationes, quæ ab illa ſumuntur, eſt in ordine ad menſuram, & quatenus eſt radix menſuræ. *Obiect. ex D.Tho.* Et ſi dicas, quod D.Th. 1.p.quæſt. 7. artic. 3 ad 2. dicit, tricubitum & bicubitum eſſe ſpecies quantitatis; ſed illę ſpecies non ſumuntur in ratione diuiſibilitatis; ſed in ratione menſuræ; ergo ratio menſuræ eſt eſſentia quantitatis; & ponit magnitudinem rationem genericam quantitatis. *Sol. & declaratio S. Tho.* Reſpondetur, quod D Thom. loquatur ibi de ſpeciebus imperfectis, quæ conueniunt quantitati ratione alicuius proprietatis, vt dictum eſt. Et magis hoc probatur ex dictis verbis: nam dicit, eſſe ſpecies magnitudinis, magnum autem & paruum non ſunt ſpecies quantitatis. *Alia ſolu.* Alii dicunt menſuram accipi pro extenſione; & ita idem eſſe dicere, rationem quantitatis diuiſibilitatem eſſe, ac dicere eſſe menſuram. Sed prima ſolutio eſt, quam cenſeo veram. Et hoc eſt vnũ de difficillimis punctis huius prædicamenti. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpondetur, vt dictum eſt, quod accipiatur ibi menſura pro radice, quæ eſt extenſio; vel quod dicit propriam rationem quãtitatis eſſe menſuram, propriam rationem, ſecundum quam conſideratur à logico; non propriam rationem quantitatis conſtitutiuam. Nam iam ſæpe diximus, prædicamenta vnam ſolam rationem habere conſtitutiuam illorum, & ſolum eſſe decem prædicamenta; & ita apud logicum & metaphyſicum eſſe eandem rationem cõſtitutiuam prædicamenti, licet non eandem rationem conſiderandi. *Eadẽ eſt rō cõſtitutiua prædicamẽti apud Metaphyſic. & apud Logicum.* Nam cum habeant diuerſos fines, & obiecta, habent diuerſas rationes conſiderandi eadem prædicamẽta. *Conciliantur loca D. Th.* Cum vero D.Th. dicit, diuiſibilitatẽ eſſe rationem formalem quantitatis, accipit diuiſibilitatem non pro potentia ad diuiſionem proxima; ſed pro extenſione, quæ eſt radix illius potentiæ. Vnde nõ eſt ſibi contrarius; & maximo intellectu, & tenaciſſima memoria D.Th. erat præditus. Vnde nunquam ſibi contrarius eſt, vt quidam Theologi de excelſiſſimo viro iudicant, non percipientes profunditatem doctrinæ eius.

Ad 5. Ad quintum bene reſponſum eſt ibi. *Quid ſit diuiſibilitas, & ad quod prædic. pertineat.* Et ſi inquiras, in quo prædicamento hæc diuiſibilis ponatur, vel quid ſit: reſpondetur, quod ſi accipiatur pro extẽſione, eſt in prædicamento quantitatis. Si autem accipiatur pro potentia ad diuiſionem realem, verè eſt in prædicamento qualitatis. Nec nouum eſt, eſſent iam in vno eſſe prædicamento, & paſſionem in alio; vt vidimus in ſubſtãtia & eius paſſionibus. *Obiectio.* Et ſi dicas, quod hæc proprietas non conueniat omni quantitati; quia non conuenit cœlo, nec minimo; reſpondetur dupliciter. *1. Solutio.* Primò, quia quantum eſt ex parte quãtitatis, potentiam habet ad diuiſionem.

321

Si autem repugnet, actualis diuiſio prouenit in cælo & in minimo ratione formæ Secundò reſpondetur, quod cœlũ eſt diuiſibile per diuinam potentiam, nã actus diuiſionis bene poteſt illi per hanc potentiam competere. Minimum autem ſecundum quãtitates diuiditur, licet forma non maneat facta diuiſione: multæ enim potentiæ ſunt ad actus aliquos, qui ab extrinſeco impediuntur ab illis, vt Adam in ſtatu innocentiæ corruptibilis erat, etiamſi perſeuaret in innocentia, & in eadem perſeuerans non corrumperetur. Et beati ex natura ſua corruptibiles ſunt, tamen ex ſtatu vitæ ęternę non corrumpentur Et hæc quoniam difficilia ſunt, ſuperſedeo ab illis.

ſ. Solutio.

Ad vlt. Ad vltimum iam patet ex dictis in concluſionibus. Eſt enim ratio formalis quantitatis eſſe rationem extendendi ſeipſam & ſubſtantiam. Eſſe verò extenſam, vt quod, & ſubſtantiam eſſe extenſam, vt quod, ſunt effectus formales: & non ſunt de eius ratione, quia bene poteſt quantitas intelligi, vt ratio extẽdendi ſe & alia ſine eo, quod ipſa, vel ſubſtantia intelligantur extenſa.

QVÆSTIO XX.

Quæ diuiſio ſit illa, qua diuiditur quantitas in continuam, & diſcretam.

1. Arg. ET videtur, quod non ſit generis in ſpecies. Primò: vna ſpecies non poteſt fieri ex alia: ſed diſcreta quãtitas fit ex quãtitate continua; ergo quantitas continua & diſcreta non differunt ſpecie. Maior patet inductiuè in omnibus ſpeciebus, tam ſubſtantiæ quã accidentis. Non enim homo fieri poteſt ex equo. Item albedo non fit ex nigredine, & ratione probatur. Nam ſpecies ex æquo participant rationem generis; ergo vna non fit ex alia. Antecedẽs probatur. Nam ſi ex alia fieret illa, prima rationẽ genericã participaret, ergo &c Sed minor probatur. Nã ſi cõtinuum diuidatur in plures partes, reſultat numerus: & ita communiter dicitur, quod numerus fiat ex diuiſione cõtinui. Item; nam ex quantitatibus quatuor hominum fit quaternarius; ſed illę quantitates ſunt continuæ, ergo &c. Et confir. hoc argumentum. Nam ſpecies non prædicatur de alia ſpecie etiam de nominatiuè: ſed numerus prædicatur de continuo: nam continuum eſt numeratum; ergo &c. *Confir.*

2. Argum. Secundò. Numerus eſt ens per accidens: ergo non eſt ſpecies quantitatis. Conſequentia eſt euidens, quia quantitas eſt ens per ſe. Sed antecedens probatur, quia numerus eſt multæ vnitates quæ non poſſunt facere ens per ſe: nam duo homines ſunt binarius: qui nõ magis poſſunt facere, quam duo entia in actu.

3. Argum. Tertiò. Diuiſibilitas pro potentia eſt propria paſſio quantitatis: ſed iſta non conuenit quantitati diſcretæ: ergo quãtitas diſcreta non habet eſſentiam quãtitatis. Maior & conſequentia patent. Minor probatur: Quia numerus, verbi gratia ternarius iam eſt diuiſus in ſuas partes, ergo non eſt diuiſibilis. Et confirmatur, nã ſi eſt diuiſibilis, reducatur iſta potentia ad actum, & fiat actualis diuiſio, non poterit profectò magis diuidi, quam modò ſit diuiſus. *Confir.*

4. Argum. Quartum argumentum. Propria paſſio quantitatis, quæ eſt eſſe menſuram, analogicè conuenit quantitati diſcretæ, & continuæ: ergo & eſſentia: ergo non eſt diuiſio generis in ſpecies. Antecedens primò probatur, nam continuũ habet rationem certificatiui & menſurantis in ordine ad quantitatem diſcretam, & maximè in ordine ad vnitatem. Conſequentia probatur, nam ſi eſſentia conueniret ſecundum eãdem rationem, etiam & paſſio, vt patet in hominibus, qui quia ſunt vniuocè homines, & ſimiliter ſunt intellectuales, & riſibiles vniuocè.

Præambula ad quæſtionem.

Controu. 1. opi Fonſeca. IN hac quæſtione aliqui cenſent, quantitatem non diuidi in continuam & diſcretam, vt genus in ſuas

F ſuas

ſuas ſpecies prædicamentales, ſed diui di vt analogum in ſua analogata. Nam quantitas continua eſt ſimpliciter quãtitas, diſcreta verò minimè. Et eſt diuiſio ad modum illius, in qua diuiditur ens in vnum, & multa; quia multa non ſunt ſimpliciter ens. Et quamuis Ariſt. numerauerit cap. 13. lib. 5. metaphyſicæ, ſpecies quantitatis & inter illas numerauerit diſcretas quantitates, hoc fecit, vt analogam vocem in ſua ſignificata diſtribueret. Etſi in prædicamento quantitatis in logica poſuerit ſpecies quantitatis numeri, hoc fecit ſequendo vulgares opiniones, non verò determinando aliquid ex propria ſententia. Hãc ſententiam ſequitur Fonſeca lib. 5. metaph. c. 7 q. 5. ſect. 2. idem repetit c. 13.

2. op. Suar. q 4. Et non diſplicet Suarez diſp. 41. ſectio. 4 qui dicit, non fortaſſis diſcrepare à veritate: ſed ne recedat à communi modo loquendi, tenet numerũ eſſe ſpeciem quantitatis in recta linea conſtitutum.

3. op. Auct. Illud non patiar, quod velint hanc ſententiam D Th. tribuere, opuſc. 43. de prædicamento quantitatis, c. 1. cum oppoſitũ doceat, vt patet c. 1. vbi dicit. Quia enim numerus, qui eſt ſpecies quantitatis, &c.

Quæſtionis deciſio.

Concluſ. Quantitas diuiditur in continuam & diſcretã vt genus in ſpecies.

SIt ergo concluſio. Diuiſio quantitatis in continuam & diſcretam eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies. Hæc concluſio eſt communis inter omnes metaphyſic. & logicos; & expreſſa ſententia Ariſtot. Nam, poſtquam numerauit ſpecies quantitatis, continuæ & diſcretæ, dixit: Propriè autem quantitates hæ ſunt, quas diximus; alia verò omnia ſecundum accidens ſunt. Idem dicit quinto metaphyſicæ, locis citatis, & ita omnes expoſitores illius in iſtis locis expreſsè docent cum ſuo Magiſt. Ariſto. Idem tenet Angelicus Doctor ſupra dicto opuſculo; & 1. p. q 11. art. 1. & 2. qu. 30. art. 3. eam tenet Capreol. in 1. d. 24. q 1. conclu. 5. vbi citat varia ſancti Doctoris teſtimonia. Sonc. 10. Metaph. quæſtio. 7. hanc tenet Caiet. & Soto in logica. & Scot. quinta Metaphy. quæſt 9. & multi alii; quos ſuperfluum recenſere in re tam lucida iudico. Et probatur ratione. Nam illæ ſunt ſpecies quantitatis, quæ rationem genericam quantitatis includunt, & illam determinant, & contrahunt per varios gradus in eſſentia quantitatis radicatos; vt patet de animali, & eius ſpeciebus; ſed hoc reperitur in quantitate diſcreta; ergo &c. Probatur minor; quia quantitas diſcreta eſt quantitas, quia habet partes extenſas, & omnes proprietates quantitatis, vt de ſe patet; quia eſt diuiſibilis menſura, &c. Et determinatur ratio quantitatis per varias differentias; nam aliam rationem quantitatis talis habet numerus, quam continua quantitas; ergo &c. *Prob. 1.* Præterea, nam extenſio eſt ratio formalis quantitatis; ſed alia extenſio alterius rationis eſt in numero, & in quantitate continua; ergo ratio quãtitatis alterius ſpeciei eſt in continua, & alterius in diſcreta. Minor probatur; nam in continua ſunt extenſæ partes continuæ, in diſcreta diſcretæ; ergo ſũt alterius rationis. *Prob. 2.* Præterea, illa eſt diuiſio generis in ſpecies, quæ fit per duas per ſe differentias; ſed hæc diuiſio eſt huiuſmodi; ergo eſt generis in ſpecies. *Prob. 3.* Minor probatur; quia hoc quod eſt habere partes in communi, diuiditur in continuum & diſcretum per hoc, quod eſt habere partes copulatas vno termino communi, vel non habere, quæ ſunt differentiæ eſſentiales huius, quod eſt habere partes in communi. Hęc concluſio magis probabitur inferius, cum agemus de ſpeciebus quãtitatis continuę, & diſcretæ.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. argu. Quo vna ſpecies fieri poſſit ex alia.

AD primum argumentum in contrarium reſpondetur, quod quamuis vna ſpecies non poſſit fieri ex alia formaliter, ſub ratione ſpeciei; non tamen repugnat, quod ex indiuiduis vnius ſpeciei fiat indiuiduum alterius ſpeciei, maximè deſtructo priori; ſicut ex hoc indiuiduo ignis fit aqua, igne deſtructo, & è contra, ita ſimiliter ex hoc binario fit ternarius, non tamen manente hoc binario in ratione binarii,

rii, quatenus alium conſtituit. Et aliquando deſtruitur ipſe binarius, ſi fiat per diuiſionem eius, ſicut etiam ex continuo fit diſcretum, deſtructo continuo & partito in duo continua, & non ſub ratione continui. Hoc autem non eſt

Obiectio.

inconueniens. Et ſi fiat argumentum, nam quantum per prius dicitur de continuo, quam de diſcreto, ſiquidem diſcretum fit ex diuiſione continui, vt patet in ternario trium hominum, & ita dicitur quantum per prius de continuo, quam de diſcreto.

Solutio.

Reſpondetur quod, quamuis quoad exiſtentiam quantum diſcretum dependeret à continuo, non tamen ſequeretur, quod eſſet analogia, ſicut patet de corpore cæleſti, & inferiori. Nam corpus dependet in ſuo eſſe exiſtentiæ à ſuperiori in fieri, & tamen vniuocè dicitur de illis corpus, quia in ordine ad habendam rationem & definitionem corporis non dependet, ſed ex æquo, & ſine dependentia vtrumque rationem corporis participat.

Ad confir. Quō vna ſpecies poſſit prædicari de alia.

Ad confirmationem reſpondetur, quod quamuis vna ſpecies non poſſit prædicari de alia eſſentialiter, bene tamen denominatiuè. Nam intellectus eſt in prædicamento qualitatis, & intellectus dicitur ſciens, & cognoſcens ab habitu ſcientiæ, & à cognitione, quæ ſunt etiam in prædicamento qualitatis; ita non eſſet inconueniens, quod quantum diceretur numeratum à numero; ſed non dicitur vnum quantum à numero, qui eſt in prædicamento quantitatis, ſed multa quanta numerata dicuntur.

Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, quod numerus non ſit ens per accidens, ſed ſit ens per ſe à forma, quæ eſt aliquid per ſe in genere quantitatis, nimirum à numeritate, vt ita dicam; ſicut ternarius a ternareitate. De quo adhuc infra multa dicemus. Et vnitates, ex quibus conſtat numerus, ſunt partiales partes numeri, licet ſubſtantiæ, quæ ſuſtentant illas vnitates, ſint entia per ſe, & vt ſubſtantiæ ſunt non conſtituunt numerum.

Numerus non eſt ens per accidēs.

Ad 3.

Ad tertium reſpondetur, quod diuiſibilitas, quatenus eſt paſſio quantitatis communis diſcretæ, & continuæ, bene conuenit numero; Nam numerus habet partes quantas, ſeu attinentes ad genus quantitatis reductiuè, & in illas poteſt numerus diuidi; nam ternarius in tres vnitates diuiditur. Et cū dicitur, ſunt partes ſeparatæ, diſtinguendum eſt; ſunt ſeparatæ, quantum ad proprium eſſe, quod habent; vt ſunt entia ſubſtantialia, fateor. Vt verò habent eſſe ternarii, v.g. non habent proprium eſſe, nec ſeparata ſunt, ſed habent hoc eſſe à forma ternarii, & in forma ternarii communicant, & ab illa illæ partes habent eſſe ternarii; & quatenus ſunt ſub hoc eſſe, diuiſibiles ſunt illæ partes.

quō partes numeri ſint ſeparatæ, et quō non:

Ad 4.

Ad quartum argumentum reſpondetur primò, quod conſequentia nihil valeat; paſſio conuenit analogicè; ergo & eſſentia. Supra de nominum analogia inſtantias attulimus. Et modò probatur in hoc exemplo. Nam ſubſtare accidentibus ſecundum aliquos analogicè dicitur de prima & ſecunda ſubſtantia poſita in recta linea, & tamen eſſe ens per ſe, quod eſt eſſentia ſubſtantiæ primæ & ſecundæ, quatenus ponuntur in prędicamento, non dicitur analogicè.

1. Reſponſio quomodo eſſentia prædicetur vniuocè, paſſio verò eſſentia analogicè.

Secundò reſpondetur, quod Capreol. in 1. diſt. 31. ad quintum, Duran. contra tertiam concluſionem, & Flandria 5. Metaphyſicæ dicunt, quod quantitas in ratione menſuræ dicatur vniuocè de continua & diſcreta, quia quantitas continua in ratione menſuræ ſubſtantiæ ſecundum ſe non dependet ab vnitate, nec à numero, ſed ſolum quoad nos; nam ſecundum ſe excludit quantitas continua vnitatum multiplicationem; & ſolum hoc habet quo ad nos, quia nos intelligimus ibi rationem menſuræ per vnitatum multiplicationem, quo ad nos. Præterea, quia ratio menſuræ ſubſtantiæ æqualiter reperitur in illis ſecundum ſe, & ſi maior vel minor perfectio reperitur, eſt quo ad nos. Ex hoc patet, quæ diuiſio ſit quantitatis in continuam & diſcretam in ratione menſuræ ſubſtantiæ; nam nō eſt analoga, ſed ſubiecti in accidentia.

2. Reſpōſio. Menſurare conuenit vniuocè, & quantitati cōtinuæ, & diſcretæ.

Obiectio.

Et ſi dicas, contra; nam menſurare eſt

 paſſio

paſſio quantitatis, ergo ſi multiplicatur paſſio, multiplicatur eſſentia; *1. Solutio.* hoc nihil valet; nam in homine multiplicantur paſſiones & non eſſentia. Et dicitur ſe- *2. Solutio.* cundò, quod eſſentia quantitatis continuæ & diſcretæ in ratione continuæ & diſcretæ, ſit diuerſæ ſpeciei. Et nota, *Obſeru.* quod, vt ſupra diximus, eſſe menſuram in quantitate, reſpectu ſubſtantiæ, eſt quidam ipſius modus; ſicut ſubſtare accidentibus eſt modus ſubſtantiæ; & iſte modus non ponitur in prædicamento quantitatis in recta linea; ſed ſolum ad latus. Et ita ſpecies, quæ ſumuntur in ratione menſuræ ſunt ſpecies ſecundum quid. Ex his manet iam hæc quæſtio explicata. Vtrum quãtitas in ratione mẽſuræ analogicè dicatur de continua & *Corollar.* diſcreta. Nam ſuppoſito, quod eſſe mẽſuram ſit modus quantitatis, nihil retulerit, quod dicatur analogicè; nõ enim menſura eſt genus. Quam ad longum tractatam videre poteris ſupradictis locis: quam nõ amplius examinabo, quia ex dictis planiſſima manet, & nullius vtilitatis quæſtio eſt ad naturam prædicamenti intelligendam.

QVÆSTIO XXI.

Vtrum quantitas continua diuidatur in lineam, ſuperficiem, & corpus tanquam in ſpecies adæquatè diuidentes quantitatem.

Argum. ET videtur, quod non. Primo, quia linea & ſuperficies includuntur in corpore; ergo non ſunt diuerſæ ſpecies. Cõſequẽtia probatur, quia vna ſpecies non debet includi in alia, homo enim non includitur in equo, neque albedo in nigredine, & ſic in aliis. Antecedens illud probatur; quia corpus eſt longitudo, latitudo, & profunditas, *Solutio.* ſeu eſt trina dimenſio. Si dicas, quod *Impugnat.* intrant materialiter, contra; nam hæc eſt formalis prædicatio, corpus eſt longum, latum, & profundum: ergo longitudo formaliter, & ſimiliter latitudo continentur in corpore, &c.

Secundò. Terminatiuum ſubſtan- *2. Argum.* tiæ, vt ſuppoſitalitas, quod eſt terminus naturæ humanæ, non ponitur directè in prædicamento ſubſtantiæ, tanquam aliqua ſpecies completa; ſed indirectè, vt aliquid incompletè ad poſitionem ſuppoſiti, quod terminat; ſed terminatiuum corporis eſt ſuperficies, & terminatiuum ſuperficiei eſt linea: ergo non ponentur in prædicamento directè, ſed indirectè, vt termini: &ꝯ ita linea, & ſuperficies non erunt ſpecies quantitatis. Et confirmatur. *Confir.* Nam hac ratione punctum non ponitur directè in prædicamento quantitatis, quia eſt terminus lineæ: ex quo ſequitur eſſe quid incompletum in genere quantitatis; nam terminus quantitatis, vt ſic, quid incompletum dicit, ſed linea eſt terminus ſuperficiei, &ꝯ ſuperficies corporis; ergo erunt reductiuè, vt quid incompletum in genere quantitatis.

Tertiò. Locus eſt ſpecies quanti- *3. Argum.* tatis, & ſimiliter tempus, vt patet ex Ariſtotele in prædicamento hoc: &ꝯ non ſunt corpus, linea, & ſuperficies: ergo aliæ ſpecies quantitatis dantur, quam prædictæ. Et confir- *Confir.* matur. Nam pondus pertinet ad prædicamentum quantitatis: & tamen non eſt aliqua ſpecies ex dictis; ergo &c. Maior probatur, nam ponderi conuenit proprietas quantitatis in quarto modo, quæ eſt, vt ſit menſura, ergo conuenit illi eſſentia quantitatis.

Quartò. De ratione ſuperficiei *4. Argum.* non eſt ſolum latitudo ſine longitudine; ergo includit longitudinem eſſentialiter; ergo longitudo non eſt ſpecies quantitatis. Antecedens patet ex definitione ſuperficiei, quæ dicitur longitudo cum latitudine, ſeu longitudo, & latitudo. Prima conſequentia probatur. Nam ſi linea, vt ſic, intrat compoſitionem ſuperficiei; ergo linea eſt pars eius, & ſic nõ erit ſpecies cõpleta:

ſicut

ſicut materia non eſt ſpecies completa ſubſtantiæ, & ſimiliter forma, ſed ſunt completæ, quia componunt ſubſtantiam completam. Et idem argumẽtum fit de corpore, quia ſuperficies, vt ſic, eſt de eius ratione. Nam non ſola profunditas eſt corpus, ſed profunditas, & latitudo, & lõgitudo: ergo linea, & ſuperficies ſunt partes componẽtes corpus, & ita erunt aliquid incompletum. Dices quòd componant materialiter, non formaliter. Contra: & ſit

5. Argum. & replica ad præced. Quintum argumentum. Nam linea formaliter eſt diuiſibilitas, ſeu extenſio ſecundum longitudinem; ſed ſuperficies eſt extenſio ſecundum longitudinem & amplius, ſcilicet, ſecundum latitudinem: & idem eſt dicendum de corpore, quod eſt extenſum ſecundum latitudinem, ergo formaliter componunt linea ſuperficiem, & ſuperficies corpus non ergo materialiter ſolum, ergo ſunt partes, & aliquid incompletum. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum. Nam materia prima ex eo, quod materialiter componit hominem, verbi gratia, eſt pars, & ſubſtantia incompleta; ergo ex eo, quod ſuperficies componat corpus, & linea ſuperficiem, etiam ſimiliter hoc habent; erunt ergo entia incõpleta, & ſpecies quantitatis incompletæ.

6. Argum. Sextò. Linea componit ſuperficiem cum ſua forma, & ſuperficies componit corpus cum ſua forma; ergo componunt formaliter. Nam quid eſt componere formaliter, niſi hoc? ergo non ſunt ſpecies quantitatis linea, & ſuperficies, quia impoſſibile eſt, quod vna ſpecies completa & perfecta ingrediatur in compoſitionem alterius ſpeciei cum ſua forma, quia eſt quoddam totum perfectum in illo genere, ergo non poteſt aliud totum eiuſdem generis componere. *Confir.* Et confirmatur quia impoſſibile eſt in linea, & in ſuperficie duas rationes diſtinguere, vnam formalem, & alteram materialem, vt hac ratione componant, & alia non; nam explica quid ſunt iſtæ rationes.

7. Argum. Septimò. Tempus & locus ſunt verè quantitates continuæ, vt aſſerit Ariſtotel. hic, & tamen non ſunt ſuperficies, nec linea, nec corpus, ergo plures ſunt ſpecies. Et confirmatur. *Confir.* Nam motus eſt quantitas continua, & nulla illarum; ergo ſunt aliæ ſpecies plures illis.

Præambula ad quæſtionem.

In hac quæſtione primò dicemus, quæ ſunt ſpecies quantitatis continuæ permanentis; & poſtea de quantitate continua determinabimus. Eſt ergo tradenda primò definitio quantitatis continuæ. *Explicatur definitio quantitatis continuæ.* Quantitas continua eſt, cuius partes terminantur aliquo termino communi. Senſus eſt; quantitas continua eſt quantitas habens partes terminatas termino communi. Quantitas eſt genus, terminari communi termino eius partes, ponitur loco differentiæ, ſeu eſt differentia, quia per illam continuum differt à diſcreto, vt optimè notat Caietanus in præſenti capite. Terminus communis duo dicit, & termini rationem, & communitatem. *Quid ſit terminus cõis & qd exigat.* Et ad hoc quod ſit terminus communis quantitatis, non ſufficit, quod ſit terminus, & quod ſit communis, ſicut neque ad hoc, vt ſit Monachus albus, ſufficit quod ſit Monachus, & quod ſit albus, ſed requiritur, vt terminus ſit communis, quod actum terminandi habeat communem, ita vt ſit terminus vnius partis, & vt etiam ſit terminus alterius; ſicut punctum in quocumque lineæ loco deſignetur, hinc & inde commune eſt. Et quia de ratione termini eſt, quod ſit indiuiſibilis: quoniam, ſi diuidi poſſet, iam non eſſet vltimum terminans, quia haberet aliquid vlterius terminans, ideo terminus communi non deſignatur aliquid diuiſibile communiter terminans vtramque partem. Et hoc eſt in linea punctum, in ſuperficie linea, in corpore ſuperficies, in tempore inſtans. Locus autem vel eſt ſuperficies, vel corpus, vt dicemus, & infra inquiremus, vtrum iſta indiuiſibilia rea-

liter dentur vel ſolum per animæ conſiderationem. Et ſi contra hoc aſſeras, nam vt ſupra quæſtione præcedenti definitũ fuit, eſſentia quãtitatis eſt eſſe rationem, qua ipſa, & ſubiectum habeãt partes extenſas, ergo quantitas continua non eſt, cuius partes terminantur termino communi: quia ratio talis non habet partes copulatas.

Inſtantia.

Solutio.

Reſpondetur, quod illi conuenit habere partes copulatas, vt quo, id eſt, eſt ratio quantitatis continua, qua ipſa, & ſubſtantia habent partes extenſas, & copulatas vnico termino communi.

Explicatur iſta definitio quantitatis continuæ.

Alii definiunt quantitatem continuam hoc modo, & Ariſtoteles primo & ſexto phyſicorum, & primo de Cælo. Continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Et li diuiſibile, eſt genus, in quo conuenit cum quantitate diſcreta, li, in ſemper diuiſibilia, eſt differentiæ loco, per quam differt à diſcreta quãtitate. Et prima definitio traditur per reſpectum partis ad totum via compoſitionis: Secunda verò per reſpectum partis ad totum via reſolutionis, & ſecunda datur per propriam paſſionem. Nam diuiſibilitas paſſio eſt quantitatis, niſi ſumatur pro radice.

Quid ſit quantitas diſcreta.

Ex his infertur quid ſit quãtitas diſcreta, nimirum illa, quæ non habet partes copularas: & quæ eſt quantitas non diuiſibilis in ſemper diuiſibilia. Quæ, quamuis negatiuè ponantur iſtæ differentiæ, explicant tamen aliquid poſitiuum in quantitate diſcreta: nam eſſentia eius poſitiua eſt.

Deciſio quæſtionis.

Concluſ. Sp^s quãtitatis continuæ nõ sũt plures trib. nep., linea, ſuperficies, corpus: sũtque ſingulæ inter ſe diuerſæ.

Concluſio. Linea, ſuperficies, & corpus ſunt diuerſæ ſpecies quantitatis cõtinuæ, & adæquatè in has ſpecies eſt diuiſa quantitas continua, ita vt nulla alia ſpecies completa aſſignari poſſit quantitatis continuę, præter iſtas tres ſpecies. Probatur cõcluſio primò, quod ſint diuerſæ ſpecies quantitatis continuæ. Nam ratio quantitatis eſt, quod ſit extenſionis ratio, vt cuius partes copulantur termino communi: ſed iſta ratio contrahitur eſſentialiter ad lineam, ſuperficiem, & corpus, tanquam ad diuerſas ſpecies; ergo iſtæ ſunt ſpecies quantitatis continuæ. Minor probatur, quia linea dicit extenſionem ſecundum longitudinem, ſuperficies verò ſecundum latitudinem, corpus ſecundum profunditatem, quæ quidem extenſiones continuæ ſunt diuerſæ eſſentialiter. Et confirmatur: Quia illæ sũt diuerſæ ſpecies, quæ habent diuerſas rationes formales, ſed ſupra dictæ habent diuerſas, & oppoſitas rationes formales; ergo &c. Minor probatur, quia linea ita dicit extenſionem ſecundum longitudinem, vt dicat negationem ſecundum latitudinem, & profunditatem, & ſuperficies ita dicit extenſionem ſecundum longitudinem, & latitudinem, vt dicat negationem extenſionis ſecundum profunditatem; ergo ſunt diuerſæ. Et confirmatur. Nam quaternarius etiamſi includat ternarium, & binarium, ſunt tamen diuerſæ ſpecies numeri; ergo etiã corpus, licet includat ſuperficiem, & lineam, erunt diuerſæ ſpecies. Patet antecedens, quia ideò quaternarius eſt diuerſa ſpecies à ternario: quia, licet includat illum, hoc eſt, materialiter, non verò formaliter, vt ternarius eſt; ergo ſimiliter, licet corpus includat ſuperficiem, & ſuperficies lineam, erunt diuerſæ ſpecies, cum hoc ſolum ſit materialiter. Probatur minor. In continua quantitate dantur diuerſa continuantia; ergo diuerſæ ſpecies continuatæ per illa. Conſequentia eſt nota, quia diuerſæ ſpecies expoſcunt diuerſa continuantia: Et antecedens probatur, quia continuatiuum lineę eſt pũctum, ſuperficiei linea, & corporis ſuperficies, ſed corpus, linea, & ſuperficies sũt diuerſa inter ſe, vt conſtat, ergo &cet. Probatur. Eſſentia quantitatis eſt extenſio, ſed in linea, corpore, & ſuperficie ſunt diuerſæ rationes extenſionis, ergo diuerſæ ſpecies. Et confirmatur. Quia profectò, ſi iſtæ non eſſent ſpecies quantitatis, nullæ eſſent ſpecies: nam nullæ potiori modo rationem quãtitatis participant, quam iſtæ. Et confirmatur. Nam Mathematici multas paſſiones demonſtrant de linea, quas de ſuperficie non demonſtrant, & de ſuperficie

ſicie alias, quas non demonſtrat de cor poreiergo ſunt diuerſæ ſpecies. Nam ſi eſſent eædem ſpecies, non haberent niſi eaſdem paſſiones. Dices, quod demonſtrant eaſdem paſſiones, vt de entibus & ſpeciebus incompletis. Sed contra, nam in ſuo genere, & ratione linea & ſuperficies ad nihil aliud formaliter ordinantur; ergo ſunt ſpecies completæ. Nam incompletum, vt ſic, in ſua ratione ordinatur ad completum, vt patet in anima, &c. Quod verò non ſint aliæ ſpecies quantitatis continuæ permanentis, probatur. Nam, vt dictum eſt, ratio quantitatis eſt extenſio; ſed hæc extenſio tantum tribus modis poteſt diuerſificari ſcilicet in longum, latum, & profundum, nec alius modus poterit cogitari; ergo, &c. Vnde D. Thom. cum argumentaretur ad oppoſitum 1. par. quæſtione 3. articu. ſecundo, & vellet probare, Deum eſſe corpus, nullam aliam præter tres dimenſiones poſuit; ergo non ſunt aliæ. Præterea Mathematicè hoc probatur. Nam tot ſunt dimẽſiones, quot lineæ poſſunt ſe interſecare perpendiculariter, ſed ſic eſt, vt tantum tribus modis poſſint lineæ ſe interſecare; ergo ſunt tantum tres dimenſiones ſupra dictæ. Minor probatur. Nam ſi ducamus vnam lineam rectam, & aliam, quæ ad modum crucis interſecet illam, & poſtea aliam, quæ interſecet illas duas in puncto, in quo ſunt interſectæ illæ duæ primæ, prima denotat longitudinem, ſecũda latitudinem, tertia profunditatem; ſed non poſſunt fingi alii modi interſecandi pꝛter iſtos, ergo ſolum ſunt tres ſpecies quantitatis continuæ. Præterea probatur quodam principio phyſico. Quia tot ſunt extenſiones, quot poſitiones in loco; ſed ſolum ſunt tres poſitiones: ergo ſolum tres extenſiones. Probatur minor. Nam quidquid eſt in loco, vel eſt ante & retrò, & hoc denotat profunditatem, quæ eſt corpus: Aut eſt ſurſum & deorſum, & hoc denotat longitudinem, quæ eſt linea: Aut eſt dextrum, & ſiniſtrum, & hoc denotat latitudinem, quæ eſt ſuperficies: ergo. De hac cõcluſione vide Ariſt. libro primo, de Cælo, capitulo primo, & ibidem Diuũ Thom. quinto, Metaphyſicæ cap. de Quanto, vbi expreſsè tenet noſtram concluſionem, & Ptolemæum, libro de dimẽſionibus. Et quia hæc res pertinet ad Geometriam, nec verbum amplius. De tempore dicam in fine quæſtionis. Ex hoc ſequitur, locum nullam aliam extenſionem, nec diuiſibilitatem poſſe habere diſtinctam à diuiſibilitate ſuperficiei, & ſecundum opinionem antiquorum a diuiſibilitate corporis. Vnde in ratione diuiſibilis & extenſi nõ eſt alia ſpecies quantitatis, ſed in ratione menſuræ eſt ſpecies imperfecta.

Solutio.

Impugnat.

Probatur, non dari ſpecialias ſpẽs quãtitatis continuæ à tribus commemoratis

Reg. mathematica.

Reg. phyſic.

Argumenta diſſoluuntur.

AD primum reſpondetur, lineam includi in ſuperficie, & ſuperficiem in corpore materialiter, non formaliter. Alia enim formalitas eſt eſſentia & formalitas lineæ, & alia formalitas ſuperficiei, & alia formalitas corporis. Ceterum, ſicut linea requirit puncta ad ſui continuationem, & terminationem, eodem modo requirit ſuperficies lineam, & corpus ſuperficiem. Et ſicut alia eſt lineæ eſſentia ab eſſentia puncti, eodem modo, alia eſt eſſentia ſuperficiei ab eſſentia lineæ & corporis ab eſſentia ſuperficiei, & quælibet harum ſpecierum habet ſuam propriam eſſentiam, & formalitatem diſtinctam ab extenſione, & formalitate alterius, licet nos explicemus formalitatem ſuperficiei per longitudinem lineæ, & latitudinẽ & formalitatem corporis, per latitudinem & longitudinem ſuperficiei. Eſt optimum exemplum in numero. Nam quaternarius non poteſt eſſe, niſi ſit ternarius: & ex neceſſitate debet eſſe prior ternarii forma, quam ſit quaternarius. Nihilominus non præſupponitur ſpecies ternarii ad conſtitutionem quaternarii, ſed tantum materialiter pro tribus vnitatibus. Eodem modo linea præſupponitur materialiter, non vero pro ſua forma, ita vt forma ſuperficiei conſtituatur ex forma lineæ. Et ad replicam; nam hæc eſt prædicatio

Ad 1. arg. 1. Reſponſio Quo corpus contineat lineam & ſuperficiẽ, & quo non.

Exemplũ.

Ad replicã 1. Solutio.

dicatio formalis, ſuperficies eſt longitudo: reſpondetur primò, quod, quando iſta prædicatio conceditur, facit ſenſum cauſſalem, id eſt, ſuperficies reſultat ex longitudine. Secundò reſpondetur, quod, quando dicimus, ſuperficiem eſſe longitudinem, per hoc explicamus propriam extenſionem ſuperficiei, quæ ſine iſtis intelligi nequit. Secũdò reſpondetur ad argumentum, quod linea, vt eſt in ſuperficie, & ſuperficies, vt eſt in corpore, dupliciter poſſint cõſiderari. Vno modo vt diuiſibiles, alio modo vt indiuiſibiles. Primo modo intrant materialiter compoſitionem ſuperficiei, & corporis. Secundo modo intrant formaliter linea ſuperficiem, & ſuperficies corpus, ſed tunc intrant, vt ſpecies quantitatis, de quarum ratione eſt, quod ſint diuiſibiles: & ſic intrant, vt continuatiua formaliter, & in obliquo, non in recto. Itaque de eſſentia ſuperficiei formaliter ſolum eſt latitudo, de eſſentia corporis formaliter ſolum profunditas: & in corpore longitudo intrat materialiter, & in ſuperficie, longitudo autem formaliter eſt in linea.

2. Solutio. *2. Reſp. ad arg. principale.* *Doct. pulcra.*

Ad 2. arg.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur negando conſequentiam. Nam terminatiuum ſubſtantiæ ſemper dicit ordinem ad ſuum terminum, vt ſuppoſitalitas, quæ alio modo concipi non poteſt, niſi in ordine ad naturam, quam terminat, & ſemper concipitur vt aliquid incompletum. At verò linea, licet, vt eſt terminatiua ſuperficiei, ponatur in prædicamento quantitatis indirectè, quia tunc conſideratur vt indiuiſibilis, ſicut punctum: & eſt aliquid incompletum: quia tamen poteſt conſiderari alio modo, vt eſt ſpecies completa illius, vt ſcilicet diuiſibilis, ideò poteſt collocari in prædicamento quantitatis, vt quid completum in illo genere. Ex per hoc patet ad confirmatio. Punctum enim reductiuè ſolum pertinet ad prædicamentum quantitatis, ſicut vnitas, quia non habet aliquam diuiſibilitatem, quam linea & ſuperficies habere conſtat.

Linea duobus modis ponitur in prædicamẽto quantitatis, nẽpe directè, & indirectè.

Ad confir.

Ad 3. arg.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod locus & tempus ſint ſpecies incompletæ in ratione diuiſibilis, & ita non ponantur in prædicamento quãtitatis in recta linea. Nam recta linea prædicamenti quantitatis conſtat ex quantitatibus diuiſibilibus per ſe; & locus & tempus non habent propriam diuiſionem. Sed de his infra dicemus, & de tempore in fine quæſtionis, & poſtmodum de omnibus in ratione menſuræ, & vt conſiderantur, vt ſpecies completæ. Ad confir. reſpondetur, quod põdus non ſit quantitas, ſed quædam qualitas, cuius proprium eſt impellere rem deorſum, ſicut leuitatis eſt proprium impellere rem ſurſum. Et cum dicitur, quod ſit menſurabile: reſpõdetur quod menſuretur æquiuocè, non per aliam quãtitatem, ſed per aliam qualitatem; ita menſuratur vna vncia per aliam, ſicut ſi mẽſurarem vnam albedinem per aliam.

Quò locus & tempus pertineant ad prædicamentũ quãtitatis.

Ad confir.

Ad 4. arg. & confir.

Ad quartum patet ex primo argumẽto. Et ex dictis patet ad confirmationẽ. Ad vltimam confir. reſpondetur, materiam primam ſecundum ſuam rationẽ & eſſentiam componere; & ita ſecundum ſuam eſſentiam eſt pars ſubſtantię incompletæ; ſed linea intrat, vt continuatiuum, qua ratione eſt indiuiſibilis, & ita, quia habet aliam conſiderationem, vt eſt diuiſibilis ſecundum longitudinem, & vt ſic eſt eſſentialiter quantitas, & vt ſic non componit ſuperficiẽ & ſimiliter non eſt quid in completum ſecundum ſuam eſſentiam, bene tamẽ, vt eſt quid continuatiuum.

Ad 5. Arg.

Ad quintum iam patet ex dictis: explicamus. n. per illã prædicationẽ id, quod formale eſt in ſuperficie, & nõ dicimus ſuperficiẽ formaliter eſſe lineã.

Ad 6. arg.

Ad ſextum iam patet ex ſolutione primi argumenti, & iam ex his, quæ diximus, confirmatio manet confutata.

Ad 7. arg. Eadem prædicamenta conſiderantur à Logico & Metaphy. ſed diuerſo fine.

Ad ſeptimum argumentum reſpondetur, nos iam ſæpius dixiſſe, non eſſe niſi decem prædicamenta, & non viginti, ita vt decem conſideret Logica, & alia decem Metaphyſica. Et ad illa decẽ reducuntur omnes rerum eſſentię completæ, & perfectæ. Sed hæc decem in ordine ad alium finem logicus, & metaphyſicus conſiderant. Et cum prædicamẽtũ quantitatis conſtituatur per rõ-

nem

Digitized by Google

nem extenſionis, vt ſupra diximus, nihil ad hoc prædicamentum refertur, niſi in quantum extenſum. Vnde cum locus & tempus non habeant propriam extenſionem, non ſunt in hoc prædicamento per ſe, ſed vt ſpecies incompletæ in menſura. De qua re vide D. Thom. 5. Met. cap. de quantitate. Locus autem D. Thom. ſic habet: Sciendum eſt, quòd Philoſ. in prædicamentis poſuit tempus quantitatem per ſe, cum hic ponat ipſum quantitatem per accidens, quia ibi diſtinxit ſpecies quantitatis ſecundum diuerſas rationes menſuræ. Aliam rationem habet tẽpus, quod eſt menſura intrinſeca. Et ideò ponitur ibi, vt alia ſpecies quantitatis. Hic autem conſiderat ſpecies quantitatis, quãtum ad ipſum eſſe quantitatis. Et ideò illa, quæ non habent eſſe quantitatis, niſi ex alio, non ponuntur hic ſpecies quãtitatis, ſed quantitates per accidens, ſcilicet, motus & tempus. Locus autem ponitur ibi alia ſpecies quantitatis: ſed non hic, quia habet aliam rationem mẽſuræ, ſed non aliud eſſe quantitatis. Hæc D. Thom. Ex quibus colliges quæ ſupra docuimus. Res enim non ponuntur in prædicamento, niſi ſecũdum ſuum eſſe eſſentiale. Et cum tempus & locus non habeant eſſe eſſentiale quantitatis, non ponuntur in prædicamento; ſed quia ſecundum illa ſumuntur aliquæ prædicationes in ordine ad ſubſtantiam, conſiderantur à logico, vt ſpecies imperfectæ, & incompletæ.

Doctri. D. Thom. *Explicãtur loca Ariſt. apparenter contraria.* *Quare locus & tempus eſſentialiter nõ ſint ſpecies quantitatis continua.*

Dupliciter dicitur quantũ per accidens. Et nota, quod aliqua dicantur quanta per accidens dupliciter; Vno modo ex eo, quod ſunt accidentia alicuius quanti; ſicut muſica dicitur quanta per accidens, quia eſt accidens quanti: ſicut ædificatio dicitur accidens muſicæ; quia eſt accidens muſici.

Alia verò dicuntur quanta per accidens, quia ſunt diuiſibilia per accideus, ideſt, per aliud; vt motus & tempus, quæ ſunt diuiſibilia ad diuiſionem quantitatis ſpacii. Et has vocat Diuus Thomas quantitates per poſterius; quia eſſe quantum ab aliquo priori participant, quod ſufficit, vt non collocentur in prædicamento: quia quantitas de illis, analogicè ad minus dicetur. Sed de his infra.

Obiectio ex D. Thom. quod longitudo infinita non ſit linea. Eſt argumentum contra conclusionem ſupra poſitam ex Diuo Thoma in principio huius capitis de quantitate in metaphyſica. Vbi dicit ſanctiſſimus præceptor, quòd longitudo finita eſt linea, & latitudo finita ſuperficies, &c. Vnde ſi eſſet longitudo infinita, non eſſet linea: ergo malè diximus definiendo abſolutè, lineam eſſe ſpeciem quantitatis.

Solutio, & explicatio. Reſpondetur, quòd Angelicus doctor loquatur de linea in ratione menſuræ. Et vult dicere, quod ſi linea eſſet infinita, non eſſet ſpecies quantitatis in ratione menſuræ. Non autem vult negare, non eſſe ſpeciem quantitatis abſolutè. Quinimo hoc ſæpe aſſerit in multis locis ſuæ doctrinæ.

Replica. Sed contra; quia eſſe menſuram eſt paſſio quantitatis; ergo ſi non eſt menſura; ergo nec linea. *Satisfit.* Reſpondetur, quod, vt ſit quantitas, ſufficit quod ſit menſura ſecundum ſe, vel ſecundum partem, vel quod ſit menſurabile ſecundum ſe, vel ſecundum partem; quia ſic illi conuenit paſſio. Non verò eſt neceſſe, quòd ſecundum ſe totam ſit menſura, vel menſurabilis, ſicut terra ſecundum ſe totam non mouetur, ſed ſecundum partem ſolum, & ſimpliciter conceditur quòd ſit ens mobile.

QVÆSTIO XXII.

An linea, ſuperficies, & corpus ſint ſpecies infimæ quantitatis.

1. Argum. ET videtur quòd non. Primò; ſi daretur linea infinita, illa haberet eſſentiã lineæ, vt modo dicebamus; & tamen differret ſpecie à linea finita; ergo linea eſt genus. Minor probatur; quia duo indiuidua eiuſdem ſpeciei nõ poſſunt

poſſunt differre penes finitum, & infinitum. Item: nam plus differunt, quam duæ lineæ infinitæ; ſed illæ differunt numero; ergò illæ plus quam numero; ergò ſpecie.

Confirm. 1.

Et confirmatur hoc. Nam ſubſtantia infinita non poteſt pertinere ad prædicamentum ſubſtantiæ ratione infinitatis, ergo nec linea infinita eadem rõne, ergo eſt alterius ſpeciei ſaltẽ à linea finita.

Confirm. 2.

Et confir. quia linea bicubita, & tricubita differunt definitione, ergo ſunt ſpecies lineæ. Et idem dicendum eſt de linea curua & recta.

Secundum argumentum. Superficies quadrata, & triangularis differunt ſpecie; ergo &c. Antecedens probatur; quia aliæ ſunt paſſiones vtriuſque, & ita ſunt diuerſæ ſpecies corporum, curuum, & quadratum.

Diſſoluitur quæſtio.

Concluſio. Linea ſuperfic. & corpus ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ quãtitatis continuæ.

RESpondetur ad hanc quæſtionem breuiter, ſupra dictas ſpecies eſſe infimas, & indiuiſibiles. Hæc concluſio videtur eſſe Diui Thomæ 5. Metaphyſicæ, vbi ſupra, & eſt communis inter Logicos in iſto capite. Et probatur. Quia in linea nulla alia ratio differentialis datur, niſi extenſio in ordine ad longitudinem, ergo non dantur aliæ ſpecies lineæ. Conſequentia probatur. Quia ad hoc, vt darentur diuerſæ ſpecies erat neceſſum, quod in ratione longitudinis diuerſæ rationes darentur, ſeu differentiæ. Et probatur antecedens. Nam quæcunque alia ratio addatur lineæ, iam hæc extrahit illam à ſua ratione eſſentiali; ergo non eſt differentia eius. Impoſſibile eſt enim quod longitudini addatur differentia eſſentialis, quæ contrahat illam ad diuerſas ſpecies longitudinis, ſicut nec ternario poteſt addi differentia, quæ contrahat illum ad diuerſas ſpecies ternarij; quia lineæ ratio eſt vltimum eſſentialiter determinans quantitatem continuam ad rationem talis quantitatis, ſicut differentia hominis eſt vltimum determinans rationem animalis ad rationem talis animalis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. argu. An linea infinita eſſet eiuſdem ſpeciei cum linea finita.

AD argumentum primum reſpondetur. Quod ſi daretur talis linea infinita, verè haberet eſſentiam lineæ, & eſſet diuiſibilis ſecundum longitudinem, quamuis ſit impoſſibile dari, quia illa ex natura ſua ordinaretur ad extendendam ſubſtantiam ſecundum longitudinem. Et impoſſibile eſt ſubſtantiam aliquam eſſe extenſam ſecundum longitudinem infinitam in actu. Si tamen daretur, eſſet eiuſdem ſpeciei cum alia linea, quia illa infinitas, eſt infinitas ſecundum quid, quæ non tollit rationem rei, ſicut gratia Chriſti infinita eſt ſecundum quid, & eſt in prædicamento qualitatis. Maternitas in beata Virgine eſt infinita ſecundum quid, & verè habet eſſentiam relationis prædicamentalis, & bene poſſunt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei differre penes finitum & infinitum, ſecundum quid, vt patet in gratia mea, & gratia Chriſti, habituali.

Ad confirm. Quare linea infinita eſſet in prædicamẽto, ſubſtantia autẽ infinita nõ.

Ad confir. reſpondetur, quod ſi daretur infinita ſubſtantia, illa eſſet ſimpliciter infinita, quia eſſet ens per ſe infinitum, & ita in ratione eſſe infiniti haberet infinitam perfectionem, vnde ad nullum pertineret prædicamentum. At vero linea infinita eſſet infinita non ſecundum eſſe, ſed ſecundum longitudinem, quæ eſt infinitas ſecundum quid, & ita poſſet eſſe in prædicamento.

Ad 2. argu. Linea recta & curua quomodo differant ſpecie.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod linea curua, & recta differunt accidentaliter, & illud accidens videtur pertinere reductiuè ſaltem ad Prædicamentum qualitatis. Et ita videtur dicere Ariſt. in ſimili de numeris, 5. Metaphyſicæ, de quali, & ibi D. Thom. quem vide. Ex hoc etiam manet determinata illa quæſtio pro quantitate diſcreta, quomodo ternarius non diſtinguatur in diuerſas ſpecies, ſed ſpecies ſubalterna immediatè ad omnes ſpecies numerorum atomas eſt numerus, & omnes aliæ ſpecies numerorum ſunt infimæ.

Qualibet ſpecies numeri eſt ſpecies ſpecialiſſima.

Et hæc quoniam in particulari pertractare pertinent ad Arithmeticum, & Geometram, non volo de

de his plura verba facere. Vide Euclidem in Elementis.

QVÆSTIO XXIII.

Vtrum linea, ſuperficies, & corpus continuentur, & componantur ex indiuiſibilibus.

Neceſſarium eſt hanc pertractare quæſtionem, vt ſciamus, an ſit verum, lineam eſſe extenſam, & diuiſibilem ſecundum longitudinem, & ſuperficiem, ſecundum latitudinem, & corpus, ſecundum profunditatem. Nam ſi ex indiuiſibilibus componuntur, non poſſunt hanc habere extenſionem. Et videtur, quod non
1. Argum. continuentur per indiuiſibilia. Primò, talia indiuiſibilia non dantur, ergo &c. Probo antecedens. Nam punctum terminatiuum lineæ non datur, nec continuatiuum: ergo nullum punctum datur. Probo antecedens quoad primam partem. Nam etiamſi non ponatur illud punctum, linea manet terminata: ergo illud ſuperfluè ponitur. Antecedens probatur, quia manebit nec maior nec minor, ergo &c. Quod verò non ſit neceſſarium ponere continuatiuum, probatur, quia partes lineæ ſeipſis continuantur: ergo, &c.

2. Argum. Secundum argumentum. Si dantur hæc puncta cōtinuatiua, ſequitur quod dentur infinita puncta in continuo realiter inter ſe diſtincta, quia continuum habet infinitas partes. Quod ſi hoc cōceſſeris, ergo etiam in multitudine poterit dari infinitum in actu, quia omnia inconuenientia, quæ dantur poſita multitudine infinita, ſequuntur poſita multitudine infinita punctorum realiter diſtinctorum.

3. Argum. Graue. Tertium argumentum. Si dantur lineæ continuantes ſuperficiem ſecundum latitudinem, ſequitur quod in actu dentur infinita indiuidua ſpeciei alicuius, ſcilicet, lineæ, hoc autem eſt abſurdum: ergo &c. Probo ſequelam. Nam ſicut lineæ partes continuantur punctis: ita partes ſuperficiei lineis, ſed ſunt infinitæ partes ſuperficiei, quia eſt diuiſibilis in infinitum; ergo ſunt infinitæ lineæ actu, & realiter diſtinctæ: quia diſtinguuntur à parte ſuperficiei, ergò inter ſe. Hoc autem eſt falſum, vt probatur 3 Phyſicorum, & idem de ſuperficiebus, reſpectu corporis, dici poteſt. Et nota bene hoc argumentum.

Quartò, nullum eſt ſubiectum, in quo *4. Argum.*
poſſit eſſe huiuſmodi punctum, ergo nec dari poteſt tale punctum. Et idem de linea dicendum eſt. Et conſequentia probatur. Quia punctum, & linea ſunt accidens, & ita in ſubiecto debent eſſe. Antecedens probatur, quia illud ſubiectum eſt diuiſibile, vel non. Non primum, quia eſt improportionatum ſubiecto, & ſicut albedo non poteſt ſubiectari in Angelo, quia non habent proportionem, ita neque punctum in ſubiecto diuiſibili. Vel eſt indiuiſibile, & hoc non, quia nullum tale ſubiectum poteſt dari, quia nec erit ſubſtantia, nec accidens, vt de ſe patet, ergo, &c.

Quintò arguitur authoritate Ariſt. *5. Argum.*
lib. 3. Metaph. cap. 5. text. 17. qui dicit: Sicut Mercurius non eſt in rudi lapide actu, ſed potentia; ita eſt ſuperficies in medio partium corporis; ergo ex Ariſtot. ſententia non dantur continuatiua actu exiſtentia. Nam eadem ratio eſt de punctis & lineis, &c. Et D. Thom. opuſ 39. in hæc verba ait. In linea ſunt puncta quidem duo actu, vt eius termini, qui cadunt in eius definitione; & infinita alia in potentia, ſecundum quæ ipſa in potentia diuiſibilis eſt in infinitum: ergo ſecundum D Thom. non dantur puncta continuātia actu, quia quod eſt in potentia, conti uare non poteſt; eſt enim neceſſaria exiſtentia ad continuationem, quia continuatio exercitium quoddam eſt, quod ex neceſſitate præſupponit exiſtentiam eius, quod continuat.

Sextò. Detur per diuinam potentiā *6. Argum.*
corpus perfectè ſphæricum ſuper corpus perfectè planum, & ſi tangit in pūcto, moueatur ſucceſſiuè perfectè ſphæricum per planum, ita vt eodem pun-

cto

Digitized by Google

ɛ̃to ducatur, & lineam conſtituat, ſi tangit in puncto, quando quieſcit, ſequitur, quod nunquam poſſit moueri motu continuo, quod eſt contra experientiam; ergo non tanget in puncto, & per conſequens non dantur talia indiuiſibilia. Probatur illa ſequela, quod nunquã poſſit moueri. Quia, dum deſerit punctum, aut eſt in parte diuiſibili, aut in indiuiſibili; immediatè non poteſt eſſe in parte diuiſibili, quia indiuiſibile non poteſt eſſe in diuiſibili parte; ergò immediate eſt in indiuiſibili, & ſic vlterius progrediendo. Ex quo ſequitur, quod non moueatur motu continuo, quia in motu continuo pars diuiſibilis debet acquiri. Sequitur etiam, quod dentur puncta immediata, quod eſt impoſſibile, aliàs linea componeretur ex indiuiſibilibus. *Confir. 1.* Et confir hoc argumentum. Nam ſi illud punctum, quod tangit perfectè planum, mouetur, ergo immediatè deſerit illud punctum, & acquirit aliud punctum; non enim poteſt acquirere lineam; ergo illa duo puncta ſunt immediata; ergo componitur linea ex indiuiſibilibus. *Solutio.* Dices quod acquirat lineam; *Impugnat.* contra: quia indiuiſibile non poteſt acquirere locum diuiſibilem, & ita debet acquirere aliquid indiuiſibile. *Confir 2.* Et confir. ſecũdò. Nam quod mouetur motu continuo, partim eſt in termino, à quo, & partim in termino, ad quem; ſed punctum mouetur motu continuo, ergo partim eſt in termino, à quo, & ad quem. Maior patet 6. Phyſico. minor probatur; quia mouetur globus motu continuo, ergo omnia, quæ ſunt in illo motu continuo, mouentur, ergo & punctum, maximè cum punctũ habeat poſitionem in continuo, & ſit in linea; ſed hoc eſt impoſſibile, quia cum non habeat partes, non poteſt eſſe partim in termino, à quo & ad quẽ; ergo ex neceſſitate ſuppoſito, quod moueatur, debet habere partes; fictitium ergo eſt dicere, omninò eſſe indiuiſibile. Vide alia argumenta in Soto. 6. Phyſicorum, quæſt. 1.

Præambula ad quæſtionem.

Controuer. 1. Opinio. IN hac quæſtione ſunt variæ doctorum ſententiæ. Durandus 2. diſtinct. 2. quæſt. 4. & Greg. 2. d. 2. quæſt. 2. art. 1. & Ocham in Logica, capite de quantitate dicunt, quod in quanto eſt vera longitudo, & latitudo realis, & profunditas; ſed dicunt in corpore non dari latitudinem, nec longitudinem realiter inter ſe & à corpore diſtinctam nec formaliter. Sed corpus per ſe habet omnes has dimenſiones, &, prout conſideratur à nobis, vt ſolum habens longitudinem, vocatur linea, vt verò conſideratur à nobis cum longitudine, & latitudine, vocatur ſuperficies; punctũ verò a nobis cõcipitur per modum poſitiui, in ſe tamen eſt quid priuatiuum. Sed hæc ſententia falſiſſima eſt, quia ſequeretur non eſſe tres ſpecies quantitatis, lineam, corpus, & ſuperficiem, quia ille author ſolum aſſerit, eſſe gradus eiuſdem ſpeciei, ſicut concipimus in homine gradũ vitæ & ſenſibilis, &c. *2 Opinio.* Alii dicunt, dari puncta, & lineam, & ſuperficiem non continuantes, ſed terminantes. *3. Opinio.* Alii, quod puncta ſunt aliquid per operationem intellectus confictum. Sed nihilominus pro rei explicatione

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. An quantitas continua componatur ex indiuiſibilibus. SIt prima concluſio. Nulla quantitas continua componitur ex indiuiſibilibus. Hæc concluſio eſt expreſſa Ariſtot. 6. Phyſi. vbi hæc concluſio latiſſimè diſputatur. Et probatur nunc breuiter. Nam vnum indiuiſibile additum alteri non facit maius extenſiuè; ergo linea non componitur ex indiuiſibilibus. *Probat. 1.* Antecedens probatur. Nam vnum indiuiſibile additum alteri, vel attingit illud ſecundum ſe totum, vel ſecundum partem. *Probat. 2.* Non ſecundum partem, quia indiuiſibile eſt, quod non habet partes; nec ſecundum ſe totum, aliàs eſſent in eodem loco; & ita non augeretur quantum compoſitum ex illis.

Præterea. Si linea compoſita ex quinque punctis, eſt maior, quam compoſita ex quatuor, ſequitur, quod poſſit diuidi in duas medietates maiores, quã antea; ſed hoc eſt impoſſibile; ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur minor, quia punctum additum non habet partes; ergò linea ratione illius non poteſt diuidi in maiores partes; ergo non facit maiorem, ergo linea non componitur ex indiuiſibilibus.

Probat. 3. Tertio. Quia ſi linea componitur ex indiuiſibilibus, ſequitur, quod circulus maior, & circulus minor eſſent æquales. Conſequens eſt falſum, ergo &c. Patet antecedens. Falſitas conſequentis probatur. Quia quod eſt maius altero, non eſt æquale illi: ergo circulus maior non eſt æqualis minori. Patet conſequentia. Nam illa dicuntur æqualia, quæ habent totidem partes: ergo ſi circulus minor habet tot partes, quot maior, erunt æquales. Sed, quod habeat tot partes æquales, probatur; quia circulus minor habet tot puncta, quot circulus maior. Sed puncta ſunt partes, ex quibus componitur linea in hac opinione; ergo habet tot partes. Probatur maior, quia à quacunque parte circuli maioris deducamus lineam ad centrum, inueniemus in circulo minori incluſo in maiori punctum, in quo illa linea terminatur, ita vt à nullo puncto circuli maioris poſſit deduci linea, cui non correſpondeat alterum punctum in circulo minori. Et hoc argumentum conuincit de partibus æqualibus. Nam licet corpus minimum habeat tot partes quot maius proportionales, non tamen tot partes æquales.

Probat. 4. Hic verò probatur, quod habeat tot partes æquales, quia puncta æqualia ſunt. Præterea; nam ſequitur, ſi linea cõponitur ex indiuiſibilibus, quod motus tardiſſimus non plus temporis conſumeret in tranſeundo aliquod ſpacium, quam motus velociſſimus, hoc autem patet eſſe falſum, ergo &c. Nam ſi detur linea conſtans duobus punctis, per quam moueatur motus tardiſſimus, & velociſſimus, tunc in eodem temporis ſpacio, in quo motus velociſſimus tranſiuit medietatem illius lineæ, tranſit etiam motus tardiſſimus. Nam illa pars eſt indiuiſibilis, ſcilicet vnum punctum. Et neceſſariò eſt conſumendum vnum inſtans à motu quolibet in illius tranſitu, nec magis, nec minus. Et idem eſt dicendum de alia parte, & ſic de tota linea; ergo in eodem tempore, quo motus velociſſimus tranſit, tranſibit tardiſſimus.

Probat. 5. Præterea ex Ariſto. 6. Phyſicorum, qui dicit, continuum eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia, quod eſſet falſum, ſi linea componeretur, verbi gratia, ex decem punctis, quia non poſſet diuidi niſi in decem partes. Vide alias probationes in Soto, vbi ſupra libro 6. Phyſicorum. Et Pererius adducit 20. rationes pro hoc probando. Et hanc noſtram concluſionem aſſerit expreſſe Diuus Thom. opuſculo 36. in primo Poſteriorum, lectione 10. colum. prima, in quibus locis definit punctum eſſe de definitione lineæ, non autem de eſſentia; ſed ſi eſſet pars componens, eſſet de eſſentia, ergo &c. Et in Quodlibet. 7 artic. 9. ad ſecundum dicit: Punctum additum lineæ non facit maius, nec remotum facit minus. Et idem dicit 3. Metaphyſic. lectione. 11. ergò non componunt lineam, aliàs additum augeret illam, ſubtractum diminueret. Vide 1. part. q. 85. artic. 8. ad ſecundum.

Obiectio difficilis. Sed contra concluſio. eſt argumentum. Si detur globus perfectè ſphæricus, & moueatur per aliquam lineam, tunc globus, cum tranſeat per totam lineam, neceſſariò debet tangere illam, & non ſecundum aliquam partẽ planam, aliàs non eſſet perfectè ſphæricus; ergo tangit illam aliquo indiuiſibili, ergo tota linea eſt compoſita ex indiuiſibilibus. Probatur hæc vltima conſequentia. Quia globus tangit lineam totam aliquo puncto indiuiſibili, ergo id, quod tangitur in linea, eſt indiuiſibile. Probatur conſequentia; Quia tangens & tactum debent proportionari, ergo ſi tangens lineam eſt aliquid indiuiſibile, & tactum, maximè quia totum quod eſt in linea tangit, cum totam pertranſit, & non tangit niſi punctum, ergo in linea non eſt aliquid, quod non ſit punctum.

1. Solutio. Sed hoc argumẽtum difficile hic eſt ſoluendum. Omiſſis multis ſolutionibus quorundam impertinentium Philoſophorum reſpondetur

An omne mobile tāgat id, per quod mouetur.

detur à quibuſdam primò, quod nō omne tangit id, per quod mouetur. Hoc enim ſolum eſt verum de motu per ſe, non de motu per accidens. Sicut anima, quia non mouetur per ſe, ſed per accidens ad motum corporis, non tangit omne id, per quod tranſit; ita etiam cum punctum non moueatur per ſe, ſed per accidens ad motum corporis, non tangit omne id, per quod tranſit; & ita non tangit in puncto totam lineam. Sicut enim per accidens aliquis poteſt moueri motibus contrariis; Vt ſi nauis moueatur orientem verſus, poteſt qui defertur naui moueri verſus occidentem, quia per accidens mouetur verſus orientem, & iſte motus reperitur in cœlis; ita poteſt punctum, quia per accidens mouetur, non tangere omne punctum. Itaque, quia primum quod mouetur eſt corpus, corpus tangit totum locum, & ad eius tactum & motum mouentur omnia, quæ ſunt in corpore.

2. Solutio. An glob. tāgat planū in indiuiſibili, vel diuiſibili.

Secundò reſpondetur, quod, quando globus permanenter planum tangit, in aliquo indiuiſibili tangit, in ſucceſſione verò tangit in aliquo diuiſibili; ſicut ergo per planum tango primò quantitatem vnius palmi, ſucceſſiuè verò tango quantitatem multò maiorem, & proportio debet eſſe in primo tactu, non in ſucceſſiuo. Hæc argumenta probant etiam, ſuperficiem non componi ex lineis, neque corpus ex ſuperficiebus.

2. Concluſ. An indiuiſibilia verè dētur in quātitate continua.

Secunda concluſio. Hæc indiuiſibilia verè dantur in quantitate continua, itaque in linea dantur puncta, in ſuperficiebus lineæ, in corporibus ſuperficies. Hæc concluſio communis eſt inter omnes Philoſophos, Metaph. & Logicos. Hanc tenet Ariſtot. 6. Phyſicorum, & multis aliis in locis, & D. Tho. locis ſupra citatis, & illam tenent eius diſcipuli, 2. diſtinct. 2. quæſt. 2. artic. 3. & 3. diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 3. Sonci. 5. Metaph. quæſt. 20. & Soto, & Caiet. in prædicam. quantitatis, Alexand. Alēſis. 3. Metaph. Videatur Burleus 1. Phyſicorum, tex. 5. & Ariſtot. in hoc cap. & 3. Phyſicorum, ca. 3. & 1. de anima tex. 70. vbi dicit, quod puncta habent poſitionem in continuo; ergo ſunt. Et

Probat. 1.

probatur ratione. Nam hæc eſt differentia inter continua, & contigua, quod continua ſint, quorum vltima ſunt vnum, & contigua, quorum vltima ſunt ſimul; ſi autem ſunt vltima, ſunt priuationes, & non poſitiuum aliquid, & ita non poſſunt iſtæ definitiones verificari, quia priuationes non ſunt ſimul, ergo iſta puncta ſunt aliquid reale; nam quando dicimus, quod ſunt indiuiſibilia, volumus dicere quod ſunt aliquid reale.

Probat. 2.

Præterea; nam ſequeretur, quod ſi non ſunt aliquid reale, ſed priuatiuū, verbi gratia, punctum priuatio vlterioris extenſionis in linea, & linea priuatio vlterioris extenſionis ſecundum longitudinem in ſuperficie, & ſuperficies priuatio vlterioris extenſionis profunditatis in corpore, quod partes lineæ, & ſuperficiei, & corporum eſſent contiguæ & non continuæ; hoc eſt falſum; ergo &c. Probatur ſequela: Quia illæ duæ partes, vt partes ſunt, intelliguntur cum priuatione vlterius extenſionis, quia vna pars non eſt alia, & ſic vt eſt maior intelligitur, quod vlterius extendatur. Sunt ergo continuæ, quia habent vnum terminum communem vtrique. Et ita duæ lineæ, quæ coniunguntur ſecundum vltima, non ſunt vnū continuum, quia habent duos terminos.

Obiectio.

Et ſi dicas; duo indiuiſibilia non poſſunt eſſe ſimul, ergo nec duo puncta:

Solutio. Quomodo duo indiuiſibilia poſſint eſſe ſimul.

diſtinguo antecedēs. Duo indiuiſibilia intrinſeca, fateor, duo indiuiſibilia, quæ non ſunt intrinſeca, nego. Et confirm. hoc, quia tactus fit in punctis ſæpiſſime, & in lineis, & ſuperficiebus; ergo ſunt aliquid reale, quia in aliquid rationis non fit tactus. Quod verò punctum ſit, probatur, quia perfectè ſphæricum, vt dictum eſt, tangit aliquid reale. Et hoc aſſerit Ariſt. lib. 1. de anima, cap. 1. & Euclides in Elementis, lib. 5. propoſitione 16. Quod ſi dicas, quod tangit in plano, ergo iam non eſt perfectè ſphæricum; quia lineæ ductæ à centro ad circumferentiam non ſunt æquales; nec eſt credibile, quod non ſe tangant illa duo corpora, quia ſi ſphæricum corpus eſſet graue, impediretur à plano, ne deſcenderet: ergo per contactum. Et confirm. quia ſi detur pyramis

ramis perfecta, & tangat corpus perfectè planum, ex neceſſitate tangit in puncto, aliàs non eſſet perfecta pyramis, ergo &c. *Probat. 3.* Et præterea, quia ſi auferantur puncta continuatiua duas medietates lineæ, illæ non manerent continuæ, ſed contiguæ; ergo dantur talia puncta. Capreolus dicit, non poſſe auferri illa puncta, quia ſtatim pullularent alia. Sed ponatur vt poſſibile. Nam hoc modo non diſputamus; certe manerent diſcontinuæ: ergo antea per puncta continuabantur. Nam quid faciebat continuationem illarum partium realiter diſtinctarum, in ratione partis, niſi puncta? *Probat. 4.* Præterea quælibet linea a parte rei eſt realiter terminata, ergo realiter habet terminum, ergo terminus eſt realis, non diuiſibilis, ergo indiuiſibilis; ergo eſt punctum. *Quid ſit pũctus ſecundum Euclidem.* Nam punctũ ſecundum Euclidem, prima propoſitione, eſt, cuius pars non eſt. Nec ſufficit dicere, quod linea terminetur per negationem vlterioris diuiſionis, quia hęc negatio debet fundari in aliquo vel diuiſibili, vel indiuiſibili. Non diuiſibili, quia illud non poteſt fundare negationem indiuiſibilis, ergo aliquo indiuiſibili, & hoc eſt punctum. Sicut humanitas Chriſti non terminatur negatiuè, ſed poſitiuè per ſuppoſitalitatem, ſeu perſonalitatem. De linea probatur, quod detur, quia ſi detur corpus perfectè quadratum, & attingat corpus perfectum planum, tangit illud in linea, aliàs non eſſet perfectè planum, & idem de duobus corporibus perfectè planis, ſi ſe tangunt, tanguntur quidem ſecundum ſuperficiem, & non ſecundum profunditatem; ergo datur ſuperficies indiuiſibilis ſecundum profunditatem. *Probat. 5.* Præterea. Corpus opacum, & tranſparens recipiunt lumen, ſed opacum ſolum in ſuperficie, tranſparens etiam in profunditate, ergo datur ſuperficies indiuiſibilis ſecundum profunditatem; aliàs omne corpus eſſet *Probat. 6.* perſpicuum & tranſparens. Præterea. Locus & locatum ſunt æqualia, ſed non ſunt aliquid diuiſibile ſecundum profunditatem: ergo ſunt aliquid indiuiſibile ſecundum profunditatem; & ſunt æqualia ſecundum ſuperficies, ergo ſuperficies ſunt indiuiſibiles ſecundum profunditatem: ergo &c. Et hoc argumentũ magis conuincit, ſi dicatur, quòd corpus & locatum ſint realiter æqualia, & non ſolum imaginariè. Et confir. *Confirm.* Quia ſi non darentur iſta indiuiſibilia, periret omnis demonſtratio geometrica, vt patet ex Euclide, qui incipit ſuas demonſtrationes à puncto, & linea, & ſuperficie, & corpore, & dicit punctum eſſe, cuius partes non ſunt, & lineam eſſe longitudinem clauſam duobus punctis, &c. ergo &c. *Probat. 7.* Præterea in ſucceſſiuis datur indiuiſibile terminans, ergo & in continuis. Antecedens patet. Nam terminat tempus inſtans. Conſequentia probatur. Nam ideò datur indiuiſibile terminans, quia ſunt partes terminabiles, ſed etiam ſunt partes terminabiles in linea, ergo &c. Et probatur. Quia in toto Metaphyſico datur terminus terminans, vt differentia, & in Phyſico ſimiliter, ſcilicet, forma, ergo in toto Mathematico debet dari terminus, qui ſunt ſupra aſſignati. Alias rationes colliges ex Diuo Thom. vbi ſupra, & ex Doctoribus ſupra citatis. Iſtæ ſufficiant modò, quia iſtis temporibus aliqui hæc indiuiſibilia auferunt.

Obiect. 1. Sed eſt contra argumentum 1 quia iſta puncta non ſunt partes eſſentiales *Quo ſe habeant indiuiſibilia in quãtitate continua.* lineæ, nec integrales, nec accidentia lineæ, nec propriæ paſſiones, ergo nullo modo dantur. Conſequentia eſt clara, & prob. antecedens. Quod non ſint partes integrales, nec eſſentiales, iam patet. *Controuer.* Quod non ſint accidentia, probatur, quia lineà ſine illis nec eſſe, nec intelligi poteſt. *1. Opinio.* Dicunt aliqui, quod ſunt modi lineæ, ſed contra: *Impugnat.* quia rem in ſuo eſſe conſtitutam præſupponit modus, cum ſit adiacens rei determinatio; ſed puncta non præſupponunt lineam in ſuo eſſe conſtitutam, & idem de aliis continuatiuis; ergo, &c. Probatur minor, quia non poteſt intelligi, lineam habere partes actu ſine punctis actu, & habere partes in potentia ſine punctis in potentia. *2. Opinio ſimiliter impugnatur.* Aliqui dicunt, lineam poſſe intelligi habere partes vnitas ſine punctis, non tamen continuatas. Sed hæc ſolutio eſt ridicula. Quia puncta continuare partes lineæ nihil eſt aliud, quam ea

ea vnire: nam diſcontinuatæ partes nō ſunt vnitæ. Et ideò reſpondetur ex Diuo Thom. quod ſit de definitione lineæ punctum. Sicut enim filius eſt de definitione patris, quia eſſentia patris ſine termino intelligi non poteſt, licet non ſit pars eſſentialis, vel aliquid huiuſmodi, ita punctum eſt de definitione lineę, quia ſine illo intelligi non poteſt, ſicut nec potentia ſine obiecto, & eſt de eſſentia illius, vt continuatiuum, vel vt terminatiuum lineæ.

3. Opin. D. Tho. defenditur.

Obiectio 2. An punctū moueatur per accidēs ad motum corporis. Secundò ſic. Si datur punctum indiuiſibile; ergo datur in centro globi perfectè ſphærici. Et ſi ſic, ſequitur, quod ſi moueatur corpus, quod moueatur punctum; quia impoſſibile eſt aliquod totum moueri, & non moueri omnia, quæ ſunt in illo, ſaltem per accidens; ſed hoc eſt falſum, ergo &c Nam ſi moueatur in eodem loco globus circulariter, tunc non mouetur centrum, quod eſt punctum; Quia nec ſecundum partes, cum non habeat illas; nec ſecundum ſe totum, quia totum non mutat locum, ergo &c. *Solutio.* Reſpondetur; quod non mouetur centrum, quia eſt incapax motus illius circularis, quia nec ſecundum partem, nec ſecundum ſe totum, cum maneat ſitus ex eo, quod circa ipſum ſit motus.

Obiectio 3. An pūctus ſit cauſa cōtinuationis partium lineæ, & in quo genere. Solutio. Tertiò. Si punctum continuat lineā, & linea ſuperficiem, ergo in aliquo genere cauſæ; ſed in nullo datur: quia non in genere cauſæ materialis, nec formalis, nec efficientis, nec finalis. Reſpondetur, quod in genere cauſæ formalis partes continuet, & vniat, quia lineæ per puncta ſunt formaliter continuatę, & vnitæ. Eſt enim continuatio formalis partium, & vnio. Alia argumēta hic fieri poſſent, quæ magis Phyſicam concernunt, ideo omittantur modo vſque ad 6. Phyſicorum.

3. Concluſ. Tertia concluſio. In linea ſunt duo puncta realiter diuiſa, ſcilicet, terminatiua, & continuatiua, & ſunt multa alia puncta, ſcilicet infinita in potentia ſecundum quod ipſa eſt diuiſibilis in infinitum. Hæc concluſio eſt D. Thom. opuſculo 36. capit. 2. *In linea ſunt infinita puncta non tamen infinita entia.* Sed ſenſus illius eſt, quod ſunt plura puncta in linea, & infinita puncta; ſicut ſunt infinitæ partes non tamen ſunt infinita entia: quia illę partes idem eſſe habent. Itaque non ſunt realiter tanquam duo entia diſtincta illa puncta inter ſe, ſicut de partibus dicimus; nam etiamſi infinitas partes concedamus reperiri in continuo, ſed non concedimus vllo modo reperiri infinita entia. *Probat. 1.* Probatur, quod ſint puncta realiter diſtincta in ratione puncti. Et idem dicendum de aliis indiuiſibilibus inter ſe. Nam partes continuatæ per puncta realiter diſtinguuntur in ratione partis, ita vt vna pars non ſit alia, ergo & puncta continuantia illas partes, ita vt vnum punctum non ſit aliud. Probatur conſequentia: Quia ſunt in partibus realiter diſtinctis in ratione partis; ergo ipſa puncta ſunt eodem modo realiter diſtincta. *Probat. 2.* Præterea; Nam vnum punctum continuans hanc partem, A, verbi gratia, nō continuat aliam partem, B, quæ diſtat ab illa per aliam partem intermediam; ergo ab illo realiter diſtinguitur. Non tamen eſt concedendum, quod ſint diuerſa entia, quia non habent diuerſum eſſe. Ita aſſerit D. Thom. 4. Sententiarū, diſtinct. 10. articulo 3. ad 1. Vnde Quodlibeto 1. quæſt. 10. artic. 1. dicit, quod diuiſio potētialis faciat plures vnius corporis partes, ſed actualis diuiſio faciat plura corpora. Vbi dicit D. Thom. quod ex eo, quod continuum in plures poteſt diuidi partes, habeat plures partes, quia nihil diuiditur, niſi habeat partes. Actualis verò diuiſio facit plura corpora; quia ſequitur ad illam diuerſum eſſe, & ita facit plura entia. *Probat. 3.* Præterea probatur concluſio: Quia in linea ſunt plura puncta; (Et idem de aliis continuatiuis eſt dicendum) ſed vnum punctum non eſt aliud, vt de ſe patet, nec componit alterum, ergo eſt diſtinctum ab alio. *Confirm.* Et confirmatur. Nam punctum, quod eſt in hac parte lineæ habet diuerſam poſitionem à puncto, quod eſt in alia, ergo eſt diſtinctum punctum. *Probat. 4.* Præterea: Punctum continuans hanc partem, A, poteſt remanere deſtructo puncto continuante partem, C: ergo ſunt realiter diſtincta. Conſequentia eſt euidens, quia idem formaliter deſtrui, & remanere eſt impoſſibile. Antecedens

patet;

Digitized by Google

patet. Nam deſtructa illa parte deſtruũtur puncta, quæ ſunt in illa, ſed poteſt illa pars deſtrui ſine alia, ergo &c. Quod verò puncta à linea, & linea à ſuperficie, & ſuperficies à corpore formaliter diſtinguantur, non eget probatione; quia tres illæ dimenſiones ſunt diuerſæ ſpecies quantitatis, vt ſupra probatum eſt, ergo diſtinguuntur formaliter. Pũctum etiam habet diuerſam formalitatem, ſiquidem directè non ponitur in prædicamento quantitatis, ergo &c. An vero diſtinguantur, tanquã res à re, probabilius videtur, quod ſic; licet hoc non ſit omnino certum; & eſt difficile hoc determinare. Sed contra; Nam ſi puncta realiter diſtinguuntur inter ſe & à linea, ſequitur, quod poſſit Deus ſeparare hanc multitudinem punctorum, & conſequenter linearum, & conſequenter ſuperficierum, & ita darentur infinita entia in actu. Reſpondetur, negando ſequelam, quia hoc implicat; ſicut non valet, partes diſtinguũtur realiter inter ſe, ergo Deus poteſt illas collectiuè ſeparare; neganda eſt conſequentia propter implicationem, ſed de hac materia iterum in prædicamento relationis redibit ſermo.

An puncta quæ ſunt actualiter in linea diſtinguãtur realiter inter ſeſe, & à linea.

Vtraque pars probabilis: affir. probabilior.

Inſtantia

Solutio.

Diſſoluuntur argumenta.

AD primum reſpondetur, quod ſi non ponatur aliud punctum terminatiuum, linea non manet terminata poſitiuè, ſed manebit terminata negatiuè, ideſt, non infinita; ſed caſus eſt impoſſibilis, non enim poteſt illud punctũ auferri. Et dato, quod auferretur, ſtatim reſultaret aliud punctum terminãs intrinſecè lineam. Sed quamuis intelligeremus non habere punctum illud, non eſt infinita poſitiuè, ſed negatiuè, ideſt, non finita intrinſecè. Ponitur ergo punctum illud ad terminandam lineam intrinſecè, nec partes lineæ ſeipſis continuari poſſunt, quia eſt ratio formalis, ſeu forma continuans punctum, vel ſaltem eſt neceſſarium, vt quid intrinſecum ad continuationem partium lineæ, ſicut linea eſt neceſſaria ad continuationem ſuperficiei partium.

Ad 1. An linea ſine punctis remaneret terminata, ſeu finita.

Ad ſecundum reſpondetur, quod dantur infinita puncta, ſicut dantur infinitæ partes in continuo. Nec hoc eſt inconueniens, quia non ſunt infinita entia. Sed de hoc dicetur latius 3. Phyſicorum.

Ad 2.

Ad tertium, quod habet plus difficultatis, reſpondetur; quod ſicut non eſt inconueniens, quod dentur infinita puncta, ita non eſt inconueniens, quod dentur infinitæ lineæ in potentia, quæ actu ſunt continuantes ſuperficiei partes, non tamen actu ſunt entia: quia non habent diſtinctum eſſe ab eſſe ſuperficiei, ſicut pars non habet diſtinctum eſſe ab eſſe totius; eſſet autem inconueniens, quod actu darentur infinita indiuidua actu exiſtentia per propriam exiſtentiam.

Ad 3.

Ad quartum reſpondetur, punctum proximè eſſe in partibus lineæ, quas cõtinuat, & lineam in partibus ſuperficiei, ſuperficiem in partibus corporis quantitatiui, corpus autem de prædicamento quantitatis in ſubſtantia. Vnde hæc indiuiſibilia non habent immediatum ſubiectum.

Ad 4. In quo ſubiectãtur pũcta & alia indiuiſibilia.

Ad quintum reſpondetur, quod Ariſtoteles in illo loco vult dicere idem prorſus, quod D. Thomas aſſerit: Nimirum puncta terminantia lineam eſſe quidem actu continuantia, non potentia, quia, quando diuiditur continuum, reſultant duo puncta, & duæ ſuperficies, & cetera, actu per illam diuiſionem, quæ quidem antea non erant. Nã ſi erant actu, ergo actu erant immediata. Nam non fiunt ex diuiſione lineæ, & inter vnam & aliam nihil mediabat, nec ex vna fiunt duæ, aliàs eſſent indiuiſibiles. Sed ſolum erant in potentia, vt iam explicuimus. Vide D. Thom. ibidem. Sicut enim figura Mercurii non erat in ligno actu, ſed in potentia, ita illæ ſuperficies non erant actu, ſed in potentia. Et lineæ in potentia diuiſæ, & actu non diuiſæ non repugnant, vt patet in partibus corporis, quæ ſunt actu partes, & non actu entia & diuiſa. Et ſi dicas, actu eſſe & in potentia eſſe repugnat eidem, ſecundum idem; ſed li-

Ad 5. Quo pũcta continuantia ſint in linea, actu, vel potentia.

Obiectio difficilis.

nea actu eſt linea, quia actu eſt continuatiuum partium ſuperficiei; nam partes ſuperficiei ſunt actu terminatæ, & non niſi per lineam; ergo eſt actu linea, & non in potentia. Cõſequentia patet, quia impoſſibile eſt, vt ſit aliquid actu terminans, & non ſit actu: Reſpondetur, quod ſuperficies, quæ eſt actu, habet actu lineas terminantes, & lineæ terminantes actu habent puncta actu; non tamen eſt neceſſe, vt puncta actu habeant diſtinctum eſſe actu à linea, & linea actu a ſuperficie actu, vt ſupra diximus. Superficies in potentia habet lineas in potentia, & puncta in potentia. Et hoc voluit angelicus Doctor aſſerere. Fateor, quod eſt difficile argumentum, ſed ſoluat melius, qui melius ſcit, hanc difficultatem:

Solutio.

Ad 6. Ad ſextum argumentum reſpondetur, quod punctum mouetur per accidens, & illud ſufficit, vt non debeat per ſe locum acquirere, ſed illud acquirit locum per ſe, quod per ſe mouetur, ſicut anima mouetur ad motum hominis motu continuo, & tamen ipſa non acquirit locum per ſe, nec deſerit locũ per ſe, ſed deſerit ad deſertionem illius, quod per ſe mouetur, & acquirit ad acquiſitionem illius. Et per hoc patet ad reliquas replicationes, de quibus latius in Phyſicis. Et hæc de hac quæſtione. Nam de imperfectis ſpeciebus continuæ quantitatis infra dicetur.

Quomodo punctum moueatur ad motum corporis.

QVÆSTIO XXIV.

Vtrum quantitas diſcreta ſit aliquid extra animam, an ſolum habens eſſe per operationem intellectus.

1. Argum. ET probatur, quod ſit aliquid rationis. Nam Ariſtoteles 5. metaphyſicæ dicit, non eſſe numerum ſine numerante; ſed numerans eſt intellectus; ergo numerus pendet ab intellectu, ergo eſt aliquid rationis. Conſequentia vltima patet; quia entia realia eſſe habent ſecluſa operatione intellectus, & in hoc ab entibus rationis diſtinguuntur.

Secundum argumentum: Partes quãtitatis diſcretæ non ſunt aliquid reale, ergo nec tota quantitas conſurgens ex illis. Conſequentia patet, & probatur magis, quia totum a ſuis partibus non diſtinguitur; ergo, ſi partes ſunt aliquid rationis, & totum conſurgens, ſicut ſi partes eſſent accidens, totum eſſet accidẽs, & ſi partes eſſent ſubſtãtia, &c. Probatur primum antecedens, quia quantitas diſcreta reſultat & componitur ex vnitatibus, ſed vnitas non eſt aliquid reale: ergo &c. Probatur minor, quia vnitas dicit negationem diuiſionis formaliter, ſed negatio diuiſionis eſt aliquid rationis, ergo, &c. Maior probatur. quia vnitas conuenit cum ente, & differt ab illo per indiuiſionem, ergo in diuiſio eſt formalis ratio vnitas. *2. Argum.*

Tertium argumentum: Quoties aliqua plura componunt aliquid totum, illa plura vniuntur aliqua forma reali, vel rationis, ſed plures vnitates, quando componunt ternarium, non vniuntur in aliqua forma reali, ergo in forma rationis; eſt igitur numerus aliquid rationis. Probatur minor. Nam ſi ſit vnitas vna Pariſiis, altera Salmanticæ, verè componunt binarium, ſed intelligibile eſt, quod res tam diſtantes vnum reale componant, & vna forma realis ſit in rebus ita diſtantibus, ergo, &c. *3. Argum.*

Quartò. Ternarius, verbi gratia, componitur ex tribus vnitatibus, ſecũdum quod vna eſt prima, alia ſecunda, alia tertia, ſed quod ſint prima, ſecunda, & tertia, eſt per operationem intellectus, ergo &c. Minor probatur. Nam poteſt intellectus modò facere hanc vnitatem primam, & modò vltimam; ergo hoc non conuenit illi realiter, nam ſi realiter eſſet prima, non poſſet eſſe vltima, nec ſecunda. *4. Argum.*

Quintò. Numerus eſt multitudo facta per vnum; ſed multitudo dicit negationem vnitatis, quæ eſt aliquid rationis; ergo numerus formaliter includit, vt genus, aliquid rationis, & conſequen- *5. Argum.*

ſequẽter non poterit eſſe aliquid reale.

6. Argum. Sextò: Quia ſi datur numerus a parte rei, ſine operatione intellectus, ſequitur, quod in duobus binariis hominum, & equorum daretur infinitas numerorum, hoc eſt abſurdum & falſum, ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela: Quia dato iam hoc binario, eſſet alius numerus, ſcilicet, binarius illorum binariorum, quem poſuimus in principio, & etiam eſſet ternarius binariorum, & rurſus quaternarius binariorum, & ſic in infinitum; Nam ſemper idem numerus auget numerum cum aliis.

7. Argum. Septimum argumentum ex D. Tho. 1. part. quæſt. 30. arti. 1. ad 4. vbi ſic dicit, quod numerus eſt duplex, ſcilicet, numerus ſimplex, & abſolutus, vt duo, & tria: & eſt numerus, qui eſt in rebus numeratis, vt duo homines, duo equi. Si igitur in diuinis accipiatur numerus abſolutè, ſiue abſtractè, nihil prohibet in eo eſſe totum & partem, & ſic non eſt niſi in acceptione intellectus noſtri. Non enim numerus abſolutus à rebus numeratis eſt, niſi in intellectu. Si autem accipiamus numerum, prout eſt in rebus numeratis, ſic in rebus quidem creatis, vnum eſt pars duorum, & duo trium, & ſic non eſt in Deo, quia tantus eſt Pater, quanta tota Trinitas; & idem dicit articulo 2. ad 5. ergo ſecundum diuum Thomam numerus formaliter eſt aliquid rationis, ſiquidem non eſt niſi in intellectu.

Deciſio quæſtionis.

Concluſ. Numerus prædicamẽtalis eſt aliquid reale exiſtens extra animã. Probatur. SIt concluſio. Numerus prædicamẽtalis eſt aliquid reale exiſtens à parte rei ſine opere intellectus. Et idem eſt etiam dicendum de numero tranſcendentali. Sed modò probatur de numero prædicamentali. Nam habetur à Diuo Thoma 5. metaphyſicæ, capite de quantitate, & ſupra dicto opuſculo, & expreſſè illam tenet angelicus Doctor, 1. part. quæſt. 30. art. 3. in corpore, & in ſolutionibus argumentorum. Nam ſæpiſſimè dicit, quod numerus ſit ſpecies quantitatis. Tunc ſic; ergo eſt aliquid reale. Probatur conſequentia, quia quantitas eſt aliquid reale, & in genere exiſtente reali, ſpecies debent eſſe aliquid reale, quia genus reale non poteſt determinari niſi per differentiam realem, quia perfectio, & perfectibile debent eſſe eiuſdem rationis. Et confirmatur: nam impoſſibile eſt, quod genus rationis habeat ſpecies reales; ergo impoſſibile eſt, quod genus reale habeat ſpecies rationis. *Confir.*

Probat. 2. Secundò. Quantitas diſcreta eſt ſenſibile commune; ſed omne ſenſibile commune eſt aliquid reale: ergo quantitas diſcreta eſt aliquid reale. Maior patet ex Ariſtotele 2. de anima. Et probatur, quia ſentitur communiter: videmus enim numerum & quãtitatem. Minor probatur, quia potentia materialis non percipit aliquid rationis.

Prob. 3. Tertiò: Obiectum Arithmeticæ eſt aliquid reale, quia eſt ſcientia realis, vt diſtinguitur à ſcientia rationali; ſed numerus eſt obiectum Arithmeticæ; ergo eſt reale.

Prob. 4. Quartò, quia numerus non dicit actualem ordinem ad numerationem, ſed potentialem, ergo ex hoc nõ ſequitur, quod ſit aliquid rationis, quia numeratio intrinſeca potentialis benè poteſt eſſe aliquid reale, ſicut viſibilitas & intelligibilitas rerum intrinſeca aliquid reale eſt.

Prob. 5. Præterea. Nam, quod binarius habet tot entitates, non dependet ab intellectu; nam antequam ſit intellectus operans, Petrus & Ioannes ſunt duo homines; ergo nec ratio numeri eſt habens eſſe per operationem intellectus. Et hæc concluſio eſt demonſtrata. Et idem dicendum eſt de quantitate diſcreta tranſcendentali, niſi ſit illa quantitas tranſcendentalis entium rationis, vt duarum relationum rationis, quia tunc eſt aliquid rationis.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. An detur numerus ſine numerãte. AD primum argumentum reſpondetur: Primò, quod Ariſtot. vult dicere, quod non detur numerus, quin detur numerans, poſſibile ſaltem. Vel ſecundò reſpondetur, Ariſtotelem velle dicere, quod numeratio in actu requirat intellectum actu numerantem; & ita numerus actu numerans dicat

actionem intellectus numerantis per illum. Hoc autem eſt accidens numeri. Sed prima ſolutio eſt verior, & videtur eſſe D. Thomæ, capite de quanto, vbi dicit, quod ſi eſſet multitudo infinita, non eſſet numerus, quia infinitum numerari non poteſt. Sed cum impoſſibile ſit, quod detur numerus infinitus; illo poſito ſequeretur, quod eſſet numerus, vt patet ex hypotheſi, & quod non eſſet numerus, quia numerus dicit multitudinem finitam, cum omnis numerus ſit menſurabilis per vnum.

Duæ expoſitiones, ſed prior melior.

Ad 2. An partes et forma numeri ſint aliqd reale.

Ad ſecundum reſpondetur, quod partes numeri, & forma numeri ſint aliquid reale. Forma enim, verbi gratia, binarii quid reale eſt, & partes eius. Nam vnitates quantitatiuæ dicunt ens quantum indiuiſum, ſeu vt ſtat ſub indiuiſione, ſicut ſupra dictum eſt de paſſionibus entis, vt aſſerit D. Thom. loco proximè citato primæ partis. Vnde quæſt. 11. primæ partis, articulo 1. in corpore dicit, quod vnum, quod conuertitur cum ente, non addit aliquam rem ſupra ens, ſed vnum, quod eſt principium numeri, aliquid addit ſupra ens ad genus quantitatis pertinens. Et articulo 2. ad 2 dicit, quod vnitates non componant multitudinem ſecundum id, quod habent de indiuiſione, ſed ſecundum id, quod habent de entitate. Itaque illa vnitas pro entitate de prædicamento quantitatis, quatenus ſtat ſub indiuiſione, numerum conſtituit, non verò ipſa indiuiſio: & illud quid reale eſt.

Ad 3. An poſſit aliquid cõponi ex partibus diſtãtibus, & vna forma eſſe in pluribus diſtãtibus ſubiectis.

Ad tertium reſpondetur, quod quia hæc compoſitio eſt metaphyſica, bene poteſt fieri ex partibus ita diſtantibus, & vna forma eſt in pluribus ſubiectis partialibus. Sicut relatio paternitatis refertur ad terminum, etiamſi diſtet multum, ita numerus componitur ex vnitatibus, etiamſi diſtent multum. Et aduerte, quod de facto numerus rerum materialium, qui ſunt in mundo, eſt maior numerus, & hoc ſine operatione intellectus, quia habet tot vnitates. Et in hoc maximo numero continentur realiter aliæ ſpecies numerorum materialiter componentium ratione vnitatum, quas habent. Itaque ſunt numeri in rerum natura ſine noſtra operatione intellectiua.

Ad 4.

Ad quartum dicemus inferius, vbi diſputabimus, vtrum vltima vnitas det ſpeciem numero.

Ad 5. Quõ vnum opponatur multitudini.

Ad quintum reſpondet noſter angelicus Doctor, quæſt. 11. artic. 2. in corpore, quod vnum, quod eſt principium numeri, opponitur multitudini, quæ eſt numerus, vt menſura menſurato. Vnum enim habet rationem primæ menſuræ, & eſt menſura incompleta, vt dicemus infra. Et numerus eſt multitudo menſurata per vnum, vt patet ex 10. metaphyſicæ. Vnum verò, quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini per modum priuationis, vt indiuiſum diuiſibili.

Ad 6. Qualis ſit numerus, quo numerantur numeri.

Ad ſextum reſpondetur, quod numerus, quo numerantur numeri, non eſt numerus prædicamentalis, ſed tranſcendentalis. Alii dicunt, illam multiplicationem ſolum eſſe per intellectũ, quia à parte rei non ſunt niſi duo binarii.

Ad 7. Explicatur locus Diui Thom. difficilis.

Ad ſeptimum reſpondetur, ſanctum Doctorem non aſſerere, eſſentiam numeri prædicamentalis eſſe aliquid rationis. Sed vult dicere, quod numerus abſtractus à materia ſenſibili non reperiatur, niſi in intellectu. Et hic vocatur numerus abſolutus, ſiue abſtractus, conſideratus ſine ſubiecto materiali, in quo eſt. Sicut ſi conſideraretur linea ſecundum propriam abſtractionem mathematicam, ſolum eſſet in intellectu, quia à parte rei ſemper eſt coniuncta materiæ ſenſibili: tamen ratio illius lineæ aliquid reale eſſet, & non rationis, eodem pacto numerus conſideratus, vt ad mathematicum pertinet, cum illa abſtractione, non eſt in re, ſed in intellectu; ratio tamen numeri realis eſt.

QVÆ-

QVAESTIO XXV.

Vtrum numerus ſit ens per ſe, vt diſtinguitur ab ente per accidens.

1. Argum. ET videtur, quod non. Primò, partes alicuius totius completi in aliquo genere debent eſſe incõpletæ, vt homo in genere ſubſtantiæ eſt quoddã totum completum, & partes eius corpus & anima rationalis ſunt incompletæ; ſed homo, vt eſt vnitas componens numerum, non eſt quid incompletum. Minor probatur: Quia, ſi eſſet aliquid incompletum, diceret ordinem ad illud, in quo completur, ſed homo non dicit talem ordinem; ergo &c. Et ſi dicas,
Solutio. quod homo non componit numerum binarium, verbi gratia, niſi quatenus in ip-
Impugnat. ſo reperitur vnitas quantitatiua, ſic argumentor; ergo vnitas illa eſt aliquid incompletum, & dicit ordinẽ ad aliquid, in quo compleatur, ſed vnitas non poteſt dicere illum ordinem. Probatur minor: Quia ſi diceret ordinem, ſequeretur primò, quod diceret infinitos ordines. Et probatur: Quia nullus eſſet dabilis numerus, ad quem non diceret ordinem, quia illum poteſt componere, & cum iſti ſint infiniti, diceret ordines infinitos. Secundum inconueniens; quia impoſſibile eſt, quod pars alicuius ſpeciei compoſitiua ſit pars alterius ſpeciei, ſed ſi vnitas diceret ordinem ad ſpeciem, quam componit, cum componat diuerſas ſpecies, eſſet pars diuerſarum ſpecierum, & diceret ordinem ad
Confirm. illas, quod eſt impoſſibile, ergo &c. Et confirmatur hoc, & explicatur: Nam vnitas, verbi gratia (& idem eſt de duabus, & de tribus vnitatibus) componit numerum binarium, ternarium, quaternarium, & omnes numeros, vt patet ex Geometria; ergo eſt pars infinitorum numerorum ſpecie differentium, quod eſt impoſſibile, quia impoſſibile eſt, quod vna pars eſſentialis vnius ſpeciei ſit pars eſſentialis aliarum ſpecierum, vt patet in anima rationali, &c.

Secundò. Ex duobus entibus in actu *2. Argum.* non fit vnum ens per ſe, ſed vnitates ſunt entia in actu, & exiſtentia ex propria forma; ergo non poſſunt facere vnum ens per ſe, faciunt autem numerum, numerus ergo non eſt ens per ſe. Et confirmatur: nam ex duobus entibus *Confirm.* in actu in eſſe naturæ non poteſt fieri vnum ens per ſe in eſſe naturæ; ſed vnitas eſt ens in actu in eſſe naturæ & numerus ſimiliter, ergo non poteſt fieri ex vnitatibus.

Tertiò: Omne ens per ſe debet habe- *3. Argum.* re aliquam rationem cõſtitutiuam ſui, ſed quantitas diſcreta nullam habet, ergo non eſt ens per ſe. Minor probatur: Nam ſi aliquam haberet, maximè illam ordinationem ad vnicam numerationẽ intellectus haberet; ſed hanc non: ergo &c. Probatur minor: Quia ratio formalis quantitatis eſt extenſio partium: ergo ratio formalis talis quãtitatis erit talis extenſio partium, & non ille ordo ad numerationem intellectus, quia extenſio & numeratio diſparate ſe habẽt, & non ſunt idem.

Quartò; Quodlibet quantum per ſe *4. Argum.* habet eſſe determinatum, vt patet in linea, quæ duobus punctis terminatur, & ſuperficies duabus lineis extrinſecis: ſed quantitas diſcreta non habet terminos, quibus poſſit terminari: ergo non eſt ens per ſe. Minor probatur: Quia ſi aliquos terminos haberet, maximè primam & tertiam vnitatem, verbi gratia, in ternario, & proportionabiliter in aliis numeris; ſed in his non datur, nam non eſt maior ratio, quare vna vnitas dicatur prima, vel tertia alia à parte rei, ſed hoc ſolum habet per operationem intellectus: ergo numerus non habet eſſe à parte rei aliquod ens per ſe.

Quintò: Quia pars alicuius entis per *5. Argum.* ſe non fit pars illius, & alterius, ſine aliqua mutatione ex parte ſua: ſed vnitas ſine aliqua ſui mutatione fit pars binarii, & ternarii, & quaternarii: ergo non eſt pars alicuius entis per ſe. Et confirmatur, quia vnitas eſt de ſe *Confirm.* indifferens ad quemlibet numerum com-

componendum; ergò indiget aliquo determinante; ſed determinans eſt intellectus; ergo numerus formaliter loquendo pendet ab intellectu. Et ita à parte rei non eſt ens per ſe, habens ſuum eſſe in rerum natura, ſed eſt multitudo entium per ſe coniunctorum per accidés ab intellectu: ſicut ſi coniungeret duo generaliſſima per ſuam operationem.

6. Argum. Sextò: Vel forma numeri, ſi eſt numerus ens per ſe, eſt forma ſimplex, vel compoſita. Simplex eſſe non poteſt: quia accidens ſimplex impoſſibile eſt, quod ſit in multis ſubiectis, ita diſtantibus, ſicut diſtant duæ vnitates exiſtentes apud Indos, & apud Hiſpanos. Nec eſt compoſita forma ex pluribus formis partialibus, quia iſtæ duæ formæ partiales in binario nihil aliud ſunt, quam duæ vnitates in binario, ſed neutra vnitas eſt partialis forma, ergo &c. Probatur minor. Nam ſi vnitas eſt partialis forma binarii, ita erit ternarii: & ſic in reliquis numeris, & ita habebit formam partialem omnium numerorũ: hoc autem eſt impoſſibile, quia cum formæ totales differant in ternario & binario, & formæ partiales etiam debent differre, ex quibus reſultat forma totalis; ergo nullo modo habet formam entis per ſe numerus; quamobrem erit ens per accidens. Et hæc argumenta valent ad probandum, quod ſit aliquid rationis.

Præambula ad quæſtionem.

Explicat, q. d fit ens per ſe, & quid ens p accidens. ANtequam de hac difficultate cenſeamus, quid ſit ens per ſe, breuiter eſt determinandum: ex quo planum fiet, quid ſit ens per accidens. Ens per ſe vocatur ens vnius eſſentiæ, & vnius rationis, ſiue ſit compoſitum, ſiue ſimplex. Nam dum plura conueniunt ad conſtitutionem vnius eſſentiæ, & rationis, vnum ens faciunt per ſe. Vnde Angelus, homo, albedo, ſeorſum conſiderata, ſunt ens per ſe: & materia & forma faciunt vnum ens per ſe. Si verò cõſiderentur ſecundum proprias ſimul rationes, & non vt vniuntur, non faciunt ens ſe, quod ſignificat iſte terminus, materia & forma non eſt ens per ſe. Ens autem per accidens dicitur ens, nõ vnius rationis & eſſentiæ, ſed plurium. Vnde homo & albedo ſunt ens per accidens. Vnde conſueuit definiri, quod ſit conſtans ex rebus diuerſorum prædicamentorum, quia illa non poſſunt vnam eſſentiam & rationem facere. Sed hæc definitio non explicat complete & totaliter rationem entis per ſe. Nam Petrus & Paulus non ſunt ens per ſe, & ſunt eiuſdem prædicamenti, & non faciunt vnum ens per ſe. Cum ergò illuſtres metaphyſici illam definitionem aſſignant enti per accidens loquuntur de famoſiori ente per accidés, quale eſt illud, quod ex rebus diuerſorum prædicamentorum conſtat. *Definitio entis p accidés, quæ communiter circumfertur, non vſquequaque bona.* Notat tamen D. Thomas, opuſculo quadrageſimo octauo, capite. 2. de prædicamentis, quod per ſe in alia ſignificatione accipitur dupliciter. *Ens per ſe dupliciter ex D.Tho.* Vno modo vt diſtinguitur contra per accidens, & ſic homo eſt animal per ſe, & albus per accidens. Et iſto modo omnia accidentia ſunt entia per ſe, vt diſtinguitur contra per accidens: quia hæc eſt per ſe, albedo eſt ens, quantitas eſt ens. Accipitur alio modo per ſe, vt diſtinguitur contra eſſe in alio. Et iſto modo omnia accidentia non ſunt entia per ſe, ſed in alio.

Deciditur quæſtio.

HIs viſis ſit concluſio: Quantitas diſcreta eſt ens per ſe, id eſt, vnius rationis, & non eſt ens per accidens, id eſt, plurium rationum. *Concluſ. Numerus eſt ens per ſe, & non p accidens.* Hæc concluſio eſt expreſſa Ariſtotelis, capite de quantitate, in Logica, & capite de quanto, in metaphyſica, vbi vocat numerum ſpeciem quantitatis: & illam habet Euclides in ſua Arithmetica. Eſt expreſſa ſententia D. Thomæ 1. p. q. 30. artic. 3. vbi dicit, numerum eſſe ſpeciem quantitatis. Omnis autem ſpecies eſt ens per ſe: ergo numerus eſt ens per ſe, vt diſtinguitur contra per accidens. Et hanc concluſionem habet D.Thom. locis etiam adductis præcedenti quæſtione, & de potentia, quæſt. 9 artic. 5. & ad 8. & articulo 6. & 8. metaphyſicæ, lectione 3. & 1. p. quæſt. 31. articu. 2. ad 2. Et *Varia loca D.Tho pro concl.*

eſt

eſt communis ſententia omnium diſcipulorum D. Thomæ. Et D. Thomas ſupra dicta lectione 3. 8. metaphy. dicit in hæc verba, quibus probatur concluſio: Eſt enim vnum per ſe numerus, in quantum vltima vnitas dat ſpeciem, & vnitatem. Sicut etiam in rebus compoſitis ex materia & forma, per formam eſt aliquid vnum, & vnitatem & ſpeciem ſortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac ſi numerus non eſſet vnus per ſe ipſum, non poſſunt dicere, quod ſit vnus, ſi eſt vnus. Cum enim componatur ex multis vnitatibus, aut non eſt vnus ſimpliciter, ſed vnitates aggregantur in eo per modum coaceruationis, quæ non facit ſimpliciter vnum, & per conſequens, nec ens in aliqua ſpecie conſtituunt. Et ſic numerus non eſt aliqua ſpecies entis. Aut ſi numerus eſt vnus ſimpliciter & non per ſe ipſum, dicendum eſt, quid faciat eum vnum ex multis vnitatibus, quod non eſt aſſignare aliquid. Et ſimiliter definitio eſt vna per ſe ipſam, & ſic non habet aliquid aſſignare per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, quia per eandem rationem ſubſtantia, quam ſignificat definitio, eſt ita vnum ſicut eſt numerus, ſcilicet, per ſe, ex hoc, quod vna pars eius eſt forma alterius, & non eſt vna, vt indiuiſibile, ſicut vnitas aut punctum, ſed quia vnaquæque earum eſt vna forma & natura quædam. Hæc D. Tho. Quæ verba ſunt ferè Ariſtotelis ibidem. Ex quibus ſic

Probat. 1. argumentor. Definitio & eſſentia cuiuſlibet rei habentis partes, eſt vnum per ſe, quia in illis partibus altera earum ſe habet vt materia, & altera vt forma, vt patet in definitione metaphyſica, & phyſica hominis; ſed ita ſe habent partes numeri; ergo numerus eſt vnius rationis & eſſentiæ, & eſt vnum per ſe. Probatur minor, quia, quando multæ vnitates concurrunt ad numerum conſtituendum, ſuperueniẽs vnitas dat ſpeciem numero; ergo ſe habet vt forma reſpectu præcedentium; ergo hoc ſufficit, vt numerus ſit ens per ſe, quod illa ſe habeat, vt forma dans ſpeciem numero. Probatur antecedens. Nam qua ternarius per vnitatem ſuperuenientẽ tribus conſtituitur in ſpecie. Itaque ſicut multæ perfectiones in homine exiſtentes faciunt vnum per ſe ens, quia rationalitas ſe habet vt forma, reſpectu omnium præcedentium, ita multæ vnitates in numero conſtituunt ſpeciem, ex eo quod vltima eſt forma reliquarum. Et ita numerus ex ſe ipſo habet, quod ſit vnum & per ſe. Præterea. *Probat. 2.* Ens per accidens non habet partes ordinatas in ratione materiæ & formæ, ſed numerus habet iſto modo partes ordinatas; ergo non eſt ens per accidens. Maior patet in aceruo, cuius partes nõ ita ſunt ordinatæ, ſed quadam coaceruatione, & confuſione. Minor probatur. Nam omnes partes numeri ſub vltima ſunt ordinatæ, & illa eſt reliquarum perfectio complementum eſſentiale. Præterea Arithmetica eſt vera *Probat. 3.* ſcientia, ſed agit de numero, ergo numerus non eſt ens per accidens. Probatur conſequentia, quia de ente per accidens nulla eſt ſcientia, ſicut nec definitio, cum non habeat vnam rationem. Et ſi dicas, quòd de ente per accidens *Obiectio.* poteſt eſſe ſcientia, quia perſpectiua agit de linea & viſualitate. Reſpondetur, quod non agit ex æquo, ſed agit de viſualitate in linea, & hæc eſt vna ratio ſimplex: ergo &c. Præterea: Corpus eſt *Probat. 4.* ens per ſe, etiamſi componatur materialiter ex linea & ſuperficie, quia habet vnicam formam, ergo & numerus erit ens per ſe, etiamſi componatur ex vnitatibus, quandoquidem conueniunt in vna forma, quæ eſt vltima vnitas. Dicunt aliqui, quod omnes numeri vnitates vniuntur in ordine ad vnicam numerationem intellectus, & ita vnica numeratio facit, quod omnes componãt vnicum ens per ſe. Sed hæc explicatio eſt *Reijcitur ſolutio quorundam.* contra D. Thom. vbi ſupra, & conſequẽter contra veritatem. Omnes enim numeri vnitates, quatenus ad vltimam ordinatæ ſunt, habent rationem materiæ, & ipſa ſuperueniens reliquis habet formæ rationem, ſiquidem dat ſpeciem, & ita omnes numeri vnitates faciũt vnum ens per ſe.

Ad 1. Ad primum argumentum reſpondetur, quod vnitas ſit aliquid incomple- *1. Solutio.* tum in genere quantitatis, & vltima

ſet Deus ponere tres homines ſimul in eodem inſtanti, in iſtis autem non dabitur determinata & vltima vnitas, ergò vltima vnitas non eſt forma numeri. Antecedens probatur. Nam da quæ ſit vltima, nam poſſet incipere à Petro, & terminare numerationem in Franciſco & è contra: ergo &c. Et non valet dicere, quod eſt vltima ſuperueniens: quia omnes ſimul habuerunt eſſe.

2. Argum. Secundò: Nam vel vltima vnitas eſt eſſentialis ratio numeri, prout dicit vnitatem, vel ſecundum quod dicit rationem vltimæ; neutro modo, ergo & cet. Non primum: Quia ſecundum quod eſt vnitas, non dicit aliquid determinatum ad rationem formæ, ſed eſt quid commune omnibus vnitatibus. Si intelligatur ſecundum rationem vltimæ, vel intelligitur, prout dicit denominationem vltimæ vnitatis ab intellectu. Et hoc non, quia numerus eſt aliquid extra animam, & non pendet ab intellectu, ergo nec eius ratio eſſentialis debet eſſe per intellectum. Vel ſecundum quod dicit relationem ad aliam vnitatem: & hoc modo non pertinet ad hoc prædicamentum, ſed ad prædicamentum relationis.

3. Argum. Tertiò: Omnis forma cuiuslibet rei, vel eſt phyſica, vel metaphyſica: ſed vltima vnitas neutro modo eſt forma, ergo &c. Probatur minor: Quia non eſt forma metaphyſica, nam iſta eſt differentia contrahens & determinans genus: ſed vltima vnitas non eſt huiuſmodi: ergo &c. Probatur minor: Quia differentia prædicatur in quale de re, cuius eſt differentia, ſed non prædicatur vltima vnitas hoc modo, vt de ſe patet: ergo non eſt differentia & forma metaphyſica. Quod non ſit forma phyſica probatur: Nam deberet eſſe forma materialis: ſed hæc nō, ergo &c. Probatur minor: Quia forma materialis educitur de potētia materiæ & informat materiam: ſed vltima vnitas non educitur de potentia aliarum vnitatum, nec informat illas: ergo &c.

4. Argum. Quartò: Si vltima vnitas eſt forma numeri, ſequitur, quod eadem ratione vltima coſta ſit forma quadrati, & vltimum angulum forma trianguli: conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Sequela probatur: Quia ideo dicunt Thomiſtæ, vltimam vnitatem eſſe formam numeri, quia ipſa poſita conſtituitur ſpecies numeri, & ablata tollitur ſpecies: ſed etiam addita vltima coſta ſit quadratum, & addito vltimo angulo ſit triangulus, ergo eſt eadem vtrobique ratio. Falſitas conſequentis probatur: Quia eſt contra communem omnium opinionem: nec vllus vnquā hoc dixit. Et cōfirmatur: Quia forma debet eſſe in tota re, cuius eſt forma: ſed vltima vnitas non eſt in omnibus vnitatibus reliquis, nec in toto numero: ergo non eſt illius forma. Confir.

5. Argum. Quintò: Nam ſequitur, quod ſi vltima vnitas eſt forma numeri, quod modò in rerum natura non ſit niſi vnicum indiuiduum numeri ſcilicet, conſtans ex omnibus vnitatibus, quæ ſunt in mūdo rerum materialium: conſequens eſt falſum; ergo &c. Sequela probatur, quia vltima vnitas dat ſpeciem numero, ſed omnium rerum naturalium eſt vltima aliqua vnitas complens numerum, & eſt ſola vna vltima vnitas: ergo ſolummerit vnus numerus, conſequens eſt falſum, quia eſt binarius, ternarius, & quaternarius, & diuerſæ ſpecies numerorum, vt patet ex Arithmetica: ergo &c.

Argum. Sextò: Numerus non dicit aliquid diſtinctum à quantitatibus rerum quantarum, ſed in illis quantitas non ſe hēt vt forma alterius, ergo nec in numero. Maior patet; quia vnitas non dicit aliquid diſtinctum a quātitate rei quæ eſt vna, ſed vnitas eſt principiū numeri, ergo nec numerus aliquid diſtinctum dicit à quantitate rerum quantarum, vt à tribus lapidibus, verbi gratia: minor illa probatur, quia corpus de prædicamento quantitatis quod eſt in hoc lapide non eſt forma illius corporis, quod eſt in alio lapide & cetera, ergo & cetera.

Præambula ad quæſtionem.

Contr. IN hac quæſtione Suarez diſputatione 41. ſectione 1. prolixè, vt eſt illi in moro

Digitized by Google

Op. Suarez. more, omnia iſta aſſerit, numero ſexto, dicit, quãtitatem diſcretam, licet ſit in rebus, non habere in illis vnitatem realem, quæ ad conſtituendam veram aliquam ſpeciem accidentis realis ſufficiat. Et probatur, quia numerus non eſt per ſe ens: ergo non eſt per ſe quãtitas: quod autem non eſt per ſe quantitas, non poteſt eſſe ſpecies quantitatis. Antecedens primum probat, quia numerus conſtat ex quantitatibus, quæ non habent inter ſe vnionem aliquam realem, quia quod vnitas ſit prima, ſecunda, aut vltima, eſt per operationem intellectus, & hic negat vltimam vnitatẽ eſſe formam realem numeri, de quo in iſta quæſtione inquirimus. Et confirmatur hoc, quia numerus non conſtituitur per aliquam vnionem partium, ſed potius conſtituitur per negationem talis vnionis, ergo numerus eſt ens per accidens, & ita nec ſpecies quantitatis, vnde nec vltima vnitas ſe habet vt forma illius. Et confirmatur vltimò, quia in aliis multitudinibus tranſcendentibus nec eſt aliquid per ſe vnum, nec vltima vnitas ſe habet vt forma reliquarũ, ergo nec in multitudine prædicamentali. Conſequentia probatur à paritate rationis; vnde infert numero decimo ſexto, numerum in reipſa ſpectatũ nõ eſſe propriam & peculiarem ſpeciem entis, ſed ſecundum quod a nobis concipitur per modum vnius, dici poteſt habere aliquam vnitatem ſufficientem, vt de illo tanquam de vna ſpecie entis loquamur, & vt ſub tali denominatione in prædicamento quantitatis collocetur. Et hoc dicit, ne diſcedat à communi modo loquendi. In his enim aſſerit, ſentiendum eſſe cum paucis, & loquendum cum multis. Et diſput. 41. nu mero 12. ſectionis 4. dicit, ineptum eſſe aſſerere, vltimam vnitatem eſſe formã numeri, niſi analogia quadam. Sed cui hæc ſtatim non riſum moueant? Et quis non videat hæc omnia contra Ariſtotelem, & contra omnes metaphyſicos, & logicos militare? Quinimo ipſe ſibi eſt contrarius in eadem diſputatione, ſectione 4.

Suarez recedit à cõi opinione, et parum ſibi ipſi cõſtat.

Quæſtio diſſoluitur.

2. op. Auct. aperitur ſequentib. cõcluſionib.

1. Concluſ. Cont. Suarez.

Numerus eſt vera ſpecies realis quãtitatis proinde qd vnũ ſimpliciter, non p accidens.

Sit igitur prima concluſio. Numerus eſt vera ſpecies realis quantitatis, realis, inquam, ſecundum rationem generis, & ſpeciei, & prout eſt in re, & prout à nobis concipitur [Itaque nos concipimus numerum eſſe veram ſpeciem realem quantitatis. Hæc concluſio clara relinquitur ex præcedenti quæſtione, & eſt expreſſa ſententia Euclidis in ſua Arithmetica; & eſt D. Thomæ locis adductis in præcedenti quæſtione, & Ariſtotelis in logica, capite de quantitate, & quinto Metaphyſicæ, capite de quanto, ponẽtis numerum ſpeciem quãtitatis, & D. Thomæ ſeptimo metaphyſicæ, lectione decima ſeptima, capite 8. lectione 3. Capreol. in primo, diſtinctione vigeſima quarta, quæſtione prima, concluſione 3. Soncin. 7. metaphyſicæ, quæſtione decima. Cai. & Soto in logica, & multorum aliorum. Et probatur præterea: Quia Arithmetica eſt verè ſcientia realis ex parte obiecti etiã, ſed obiectũ Arithmeticæ eſt numerus, ergo numerus eſt ens reale formaliter loquẽdo. Nullus enim hoc uſque dixit, obiectũ Arithmeticæ eſſe ens rationis: & obiectum eius eſt numerus, ergo numerus non eſt ens rationis. Et certè, ſi per iſtos authores liceat, mirabor ſatis. Volunt obiectum logicæ eſſe ens reale contra communem ſententiam, & volunt Arithmeticæ obiectum eſſe ens rationis contra communem omnium ſenſum. Præterea probatur concluſio: Numerum eſſe par vel impar, eſt propria eius paſſio, ſed hæc paſſio eſt aliquid reale, ergo & obiectum Arithmeticæ eſt aliquid reale. Conſequentia probatur. Quia impoſſibile eſt obiectum rationis habere paſſiones reales, paſſio enim dimanat, ſeu conſequitur ad eſſentiam, & impoſſibile eſt ad eſſentiam rõnis paſſionem realem cõſequi, quia paſſio daretur ſine eſſentia, nam paſſio realis hẽt eſſe ſecluſa operatione intellectus, & ens rationis non item, ergo nõ cõſiderãte intellectu eſt paſſio ſine ſubiecto,

Prob. 1.

Phantaſia 3 compoſita Suarez.

Prob. 2.

Digitized by Google

iecto, quod ita eſt impoſſibile, ſicut eſſe riſibile ſine homine. Non probo eſſe par, vel impar aliquid reale, cum ſit per ſe notum; nam intellectus non facit vnitates pares vel impares. Præterea; *Probat. 3.* Ratio generica quantitatis eſt aliquid reale, ergo & ratio ſpecifica. Antecedens patet, quia quantitas eſt modus entis realis, & conſtituit prædicamentum reale. Sed conſequentia probatur: Quia impoſſibile eſt, genus eſſe aliquid reale, & differentiam aliquid rationis, ſiquidem eſt perfectio generis & determinatiua illius, quod non poſſet competere enti rationis, ſed numerus ponitur in prædicamento quantitatis, ergo participat rationem genericam quantitatis, ergo etiam habet propriam differentiam determinatiuam illius, quia non eſt quantitas in genere ſolum, ſed in aliena ſpecie, ergo differentia eius eſt aliquid reale. Præterea: *Probat. 4.* Quantitas continua eſt aliquid reale, ergo & diſcreta. Probatur conſequentia, Quia eſt ſpecies condiſtincta contra illam, ſed omnes ſpecies alicuius generis realis debent eſſe ſpecies reales, ergo, &c. Præterea: *Probat. 5.* Si numerus ponitur in prædicamento, vt ipſe aſſerit, ergo participat rationem illius generis, ſed ratio illius generis eſt quantitas realis, ergo numerus eſt quantitas realis, ergo differentia propria numeri, vt ſic, eſt quid reale; quia vt dictum eſt, differentia perfectior eſt genere, & ita genere exiſtente reali differentia debet eſſe realis; ergo eſt vna quantitas per ſe, quia omne exiſtens in prædicamento eſt ens per ſe Et quod exiſtit in prædicamento quantitatis eſt quantum per ſe, vt condiſtinguitur contra per accidens, ergo vnitas, quam habet numerus non conuenit illi, prout à nobis concipitur, ſed in re habet illam. Præterea. *Probat. 6.* Omnium ſententia tenet; omne, quod collocatur in prædicamento, eſſe ens per ſe, ſed numerus collocatur in prædicamento, vt ipſe aſſerit, ergo eſt ens per ſe. Et præterea, omne *Probat. 7.* obiectum ſcientiæ eſt ens per ſe, ſed numerus eſt obiectum ſcientiæ, ergo eſt ens per ſe. Maior patet, quia ens per accidens, cum non habeat vnam rationem, nec definitionem, non poteſt ſciri, quia ſcientia habetur de ſubiecto per eius rationem. Probatur minor, nam eſt obiectum Arithmeticæ. Et quidem ego neſcio, quonam pacto ſibi potuerit perſuadere, numerum eſſe ens per accidens, cum de illo euidentiſſima ſcientia Arithmetica pertractet. *Improbabilitas opin. Suarez.* Nec poteſt negari eſſe ſcientiam, cum Ariſtoteles in principio librorum de anima, & multis aliis in locis hoc aſſerat, & ſit omnium communis ſententia. Nec valet dicere, quod numerus, vt eſt à nobis cognitus, habet vnitatem & rationem, ſecundum quam poſſit in prædicamento collocari. *Fuga.* Et ſic poterit de illo eſſe ſcientia. Nam numerus formaliter non eſt ens rationis, quia vt viſum eſt, eſt obiectum ſcientiæ realis, & eſt ſpecies quantitatis, & in genere reali continetur, vbi non ſunt rationis entia. *Impugna.* Et ſi eſt ens rationis formaliter, ergo vel erit relatio, vel priuatio, vel negatio. Quod ſi ſit aliquid horum, ergo non eſt formaliter in prædicamento quantitatis. Probatur conſequentia. Quia in decem prædicamentis directè nullum ens rationis collocatur; ens enim reale, vt patet ex Ariſtotele, in antepræedicamentis, eſt diuiſum in decem prædicamenta. Præterea; Si numerus, vt eſt a nobis cognitus, etiamſi in re ſit ens per accidens, habet ſufficientem vnitatem, vt ponatur in prædicamento, ergo omne ens per accidens poterit poni in prædicamento, vt homo albus, homo eſt accidens, quia potero ego ex mea voluntate apprehendere eum quodam ordine ſupradicto; quia ad hoc, quod ſic apprehendantur res, non requiritur, quod à parte rei habeant ordinem. *Confirmat. pulcra.* His ergo omiſſis tamquam falſiſſimis, & à communi ſenſu abhorrentibus, vide Soncinatem 10 Metaphyſicæ, quæſt. 8.

Sit ſecunda concluſio; Non poteſt negari in opinione D. Thom. vltimam vnitatem eſſe formam numeri, & dare illi ſpeciem. *Concluſio contra Suarez.* Nam 8. metaphyſicæ, lectione 3.

ne 3.dicit, ex Ariſtotele id aſſerente, in hæc verba: Numerus eſt id, quod eſt vnus: eſt enim per ſe vnum numerus, in quantum vltima vnitas dat ſpeciem numero, & vnitatem. Sicut in rebus compoſitis ex materia & forma per formam eſt aliquid vnum, & vnitatem & ſpeciem ſortitur. Vbi vides contra Suarez duo. Alterum, quod numerus eſt ens per ſe, & ita aſſerit etiam Ariſtoteles. Alterum; quod vltima vnitas eſt forma numeri, quod etiam ipſe negat vbi ſupra: ſiquidem dicit eſſe ens per accidens. Soncinas 7.metaphyſicæ, queſt.9. in fine quæſtionis, ad 3 explicat hanc authoritatem Philoſophi, & Diui Thomæ de numero abſtracto, & non de numero, qui eſt accidens rerum. Et prout eſt rebus applicatus, uocatur numerus, abſtractus verò, pro vt tantum habet eſſe in intellectu non concernendo modum ſenſibilem. Et rationem reddit, quia ille numerus abſtractus habet ordinem prioris & poſterioris; nam binarius eſt prior ternario, & ternarius quaternario, & ſic in reliquis. Et in iſtis vltima vnitas eſt forma numeri, in numero verò reali, & in rebus exiſtenti non poteſt ullo modo dici, quod vltima vnitas ſit forma numeri: quia talis vnitas non datur à parte rei, ſed ſolum habet, quod ſit vltima, ex eo, quod vltimò numeratur per intellectum. Nam Petrus & Ioannes poſſunt in eodem inſtanti produci, & tunc non eſt maior ratio, quare vna vnitas ſit vltima, & alia non, quam e conuerſo. Sed profectò hæc explicatio non placet. Tum quia apertè Diu. Thomas aſſerit, vltimam vnitatem eſſe formam numeri, & non diſtinguit de numero abſtracto, vel de numero in rebus. Tum etiam, quia numerus abſtractus eſt aliquid reale, ſiquidem pertinet ad prædicamentum quantitatis: ergo eſt ens per ſe; ergo illius partes habent ordinem realem actus & potentiæ. Impoſſibile eſt enim plura facere vnum per ſe, niſi iſto modo habeant ordinem. Nec valet aliquid ſua explicatio, nimirum, quod multæ partes poſſunt concurrere ad aliquid vnum per ſe conſtituendum ſine eo, quod vna habeat reſpectu alterius rationem formæ. Vt patet in partibus domus, quæ conſtituunt vnum ens per ſe, ſine eo, quod vna ſit alterius forma, per hoc ſolum, quod omnes partes ſunt materia, ex quibus reſultat totum. Et Philoſophus vult dicere, quod quando vna pars reſpectu alterius eſt forma, reſultat totum per ſe, non uerò e conuerſo. Hoc, inquam, non ualet. Nam ſi anima rationalis non eſſet forma materiæ, non poſſet reſultare ex eis vnum totum per ſe, ſiquidem partes ſine aliquo vnientur ordine: & in partibus domus tectum & ſummum faſtigium eſt forma reliquarum partium domus. Quatenus enim reliquæ partes in illo adunantur, domum conſtituunt: & reſultat poſtea forma totalis ex eo, quod in partibus datur forma partialis, ſicut ex coniunctione materiæ & animæ rationalis reſultat humanitas, quæ eſt forma totalis: quia anima rationalis eſt forma partialis. Nec bene loquitur Soncinas in hac quæſtione. Nam certè videtur ſentire, numerum eſſe aliquid rationis. Itaque non eſt dubitandum, neceſſum eſſe, partes numeri inter ſe habere rationem materiæ & formæ aliquo modo, vt reſultet ens per ſe. Quænam autem vnitas ſit forma, hoc reſtat explicandum. Et Diuus Thomas aſſerit, vltimam vnitatem eſſe numeri formam. Quod vt explicent eius diſcipuli, in varias abiere opiniones. Iam viſum eſt, quid ſenſerit Soncinas. Capreolus in primo, diſtinctione 24. contra tertiam concluſionem, aſſerit, vltimam vnitatem ſpeciem dare numero, tanquam eius formam; & dicit vocari hic vltimam vnitatem illam, quæ ſpeciem dat numero. Hæc autem ex neceſſitate eſt in numero reali determinata & certa, licet non ita ſit in numero rationis facto ab anima. Nos autem neſcimus ſignare, quænam ſit illa. Sicut multæ rerum differentiæ ſunt, quæ determinant rationem gene-

Duo dicta falſa Suarez.

Explicatio authoritatis D.Tho. & Ariſtot. ex Soncinate 7. Meta. q.9.

Reijcitur explicatio Soncinatis.

Controuer. An plures partes componere poſſint aliqđ vnum ſine eo, quod vna ſe hēat vt materia alia vt forma.

Opinio Soncinatis affirmans.

Opinio Authoris negans.

Abſurdum conſequens ex opi. Soncin.

Controuer. Quomodo vltima vnitas ſit forma numeri.

1.Opin. Capreo.

generis,& tamen nos non ſcimus, quænam ſint iſtæ rerum differentiæ: ita in numero,quia ſunt plures partes facientes vnum ens per ſe, ex neceſſitate vna illarum eſt forma reliquarum,quę illas determinat ad certam ſpeciem. Et hæc vocatur vltima. Nos autem non poſſumus ſignare quænam ſit iſta. Et non dicitur vltima vnitas forma numeri,quia eſt vltima accepta ab intellectu: hoc enim eſt aliquid rationis in vnitate vltima,acceptam eſſe ab intellectu. Nec tamen diſplicet iſte loquendi modus defenſoris acerrimi doctrinæ angelici Doctoris Soto in prædicamento quantitatis quæſtione ſecunda,dicit,vltimã vnitatem aduenientem numero dare illi ſpeciem. Vltimam dicit, ſecundum conſiderationem intellectus, ſcilicet quod vnitas addita binario facit ternariũ & vnitas addita ternario facit quaternarium. Et in fine illius articuli potuiſſet Soto non dicere verba illa,quod nihil perdet authoritatis D. Tho. quando non credamus illi diceti, numerum eſſe ſimplicem formam diſtinctam ab vnitatibus(licet hoc non aſſerat Diuus Thomas ſeptima metaphyſicæ,lectione decima tertia.) Fateor quidem nihil perdere authoritatis Diuũ Thomã, cuius authoritas tanta eſt, vt firmam radicem in conciliis in grauiſſimis doctrinis fidei emiſerit. Sed ipſe Soto authoritatem perdit,qui magis ſuo ſenſui innititur, & grauiſſimo Eccleſiæ Doctori non fidem adhibet. Quamuis,vt verum fatear,non ex illis Doctoribus eſt angelicus magiſter, qui non rationibus firmiſſimis ſuam fulcit doctrinam, quas ſi intellexiſſent aliqui ex eius diſcipulis in vna,aut altera re minima non ab illo diſceſſiſſent,nec præbuiſſent occaſionẽ aliis malè affectis diſcedendi à lumine Eccleſiæ in ſuam ipſorum perniciem.

2. opi. Soti.

Taxatur Sotus modica Eccleſiæ & fidelitate er[ga] D. Th.

Refellitur opinio Soti vt falſa.

Hæc itaque ſententia Soti falſa eſt. Nam numerus quid reale eſt, & in prædicamento quantitatis,ergo forma illius conſtitutiua etiã partialis aliquid reale eſt ſecluſa animæ operatione. Probatur conſequentia, quia eſſentia eius eſt aliquid reale,& habens eſſe operatione intellectus ſecluſa. Et præterea; Quia ſine operatione intellectus, & ſine eius conſideratione habet ſuam eſſentiam; ergo vltima vnitas non dat illi eſſentiam ſecundum noſtram intellectus conſideratione. Et præterea: Quia vt ſupra arguebamus, intellectus nunc poteſt apprehendere,hanc vnitatem eſſe vltimam, nunc aliam,ergo variabitur forma numeri per intellectum diuerſa conſideratione,quod eſt impoſſibile,cum ſit forma fixa ex eo, quia realis eſt.

Et hic nota,quod cum Diuus Thom. aſſerat ſupra dicta lectione 13. dualitatem non eſſe duas vnitates, ſed aliquid ex eis compoſitum, non vult dicere, numerum eſſe quid ſimpliciſſimum, vt patet,quia ex eo, quod eſt ex partibus compoſitus,vt aſſerit D. Thomas, non poteſt eſſe ſimplex. Sed voluit dicere, dualitatem ſiue binarium nõ eſſe duas vnitates quomodocunque, ſed ordine quodam, quatenus vna eſt forma alterius,& in potentia ad ſuſcipiendam illam formalitatem.

Explicatur locus Diui Th. grauis.

Alii Thomiſtæ dixerunt,omnes vnitates numeri ſe habere ad numeri conſtitutionem, ſicut conſenſus viri & fœminæ ſe habent ad conſtitutionem matrimonii. Nam ſi ſimul expplicentur, vnus conſenſus reſpectu alterius eſt forma,& alter materia, & è conuerſo. Eodem modo vnitates binarii, v.g. vna reſpectu alterius eſt forma, & altera materia, & è conuerſo altera eſt materia,& alia forma. Et hoc habent ex eo, quod ad inuicem ſe determinant ad binarii conſtitutionem. Et idem eſt dicendum in ternario,& aliis numeris: quia omnes vnitates ad inuicem ſe determinant & determinantur;quia concurrũt ad vnam eſſentiam ſpecificam cõſtituẽdam, quod nullatenus ſine hac determinatione poſſunt facere. Nec etiã diſplicet mihi modus iſte loquendi. Alii dicunt,vltimam vnitatem,v g. in ternario inter has tres vnitates eſſe ternarii formam, & ſic in aliis numeris. Et hæc forma eſt determinata. Sed, vt ex his opinionibus,quod verum ſit, eliciamus

3. opi. aliorum Thomiſtarum.

4. op. aliorũ

5. op. Auct.

Sit tertia concluſio. Vltima vnitas non eſt vltima differentia numeri. *3. Concl.*

Hæc

Vltima vnitas non eſt forma metaphyſica numeri.

Hæc concluſio ſatis conſtat ex capite de differentia. Nam differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus in quale eſſentiale, ſed vltima vnitas non ſic prædicatur de numero; ergo non eſt eius differentia. Probatur minor: Quia quod prædicatur, debet dicere totum, quod eſt in ſubiecto, ſaltem in confuſo: ſed vltima vnitas, verbi gratia, ternarii, non dicit alias duas vnitates, nec actu, nec in potentia, nec explicitè, nec implicitè: ergo &cet.

4. Concluſ. Vltima vnitas eſt forma phyſica numeri.

Quarta concluſio: Vltima vnitas eſt forma veluti phyſica numeri. Nam ſicut homo conſtat & componitur ex partibus iſtis, nimirum corpore & anima: in quibus anima eſt forma, & corpus materia, quia anima determinat corpus: ita in ternario, & in omni numero contingit, quod vltima vnitas determinet reliquas ad conſtitutionem ſpeciei. Nam quarta vnitas in quaternario reliquas determinat ad quaternarii conſtitutionem, & ablata quarta vnitate non remanet quaternarius. Vnde autem conſtet, quod vnitas aliqua debeat determinare reliquas, ex hoc patet. Quia vbicunque ſunt plura entia conſtituentia aliquod ens per ſe, vnum ſe debet habere, vt actus, aliud vt potentia, aliàs non facerent ens per ſe, ſed per aggregationem ex eo, quod concurrunt, vt lapides in aceruo ſine ordine. Proprium autem eſt formæ determinare, & ita vltima vnitas forma numeri eſt.

Doctrina pulcra.

Obiectio. An de ratione formæ ſit inhærere ei, cuius eſt forma.

Sed contra. Nam omnis forma eſt ſubiectiuè, in his, quibus eſt forma (& loquimur de accidentibus formis) ſed vltima vnitas non eſt in aliis ſubiectiuè; ergo nõ eſt forma illarum.

Solutio.

Reſpondetur, quod de ratione formæ non eſt inhærere, vt patet in anima rationali, ſed ſolum determinare, & actuare. Vnde bene poteſt vnitas eſſe forma aliquarum, ſine inhærentia per determinationem illarum, vt patet etiam in conſenſu matrimonii: Licet non ſit per omnia paritas. Et maximè, quando forma eſt extrinſeca, vt obiectum eſſe conceditur formam extrinſecam reſpectu potentiæ & actus, & non inhæret. Et in artificialibus patet, formam tecti non inhærere formæ fundamenti. & tamen eſt illius forma. Et determinat vltima vnitas reliquas, quia reliquæ, quatenus dicunt ordinem ad illam & ſtant ſub illa, componunt numerum, & reliquæ vnitates habent quandam potentialitatem in ordine ad vltimam, hac ratione poſſunt habere rationem materiæ Vide alia argumenta in Capreolo diſtinctione 24. contra. 3. concluſionem.

Capreolus.

5 Concluſ. Quõ vltima vnitas numeri habeat, vt ſit vltima & ſpecificatiua numeri, à parte rei, vel ſecũdũ acceptionẽ intellectus. Afferũtur duo modi dicendi.

Quinta concluſio; Quomodo ſit explicandum, vltimam vnitatem reperiri in numero abſque noſtra operatione intellectus, & quod ex natura rei ſit vltima, ſatis explicatur à Capreolo ſupra relato. Itaque licet nos non ſciamus, quæ ſit illa, quæ eſt vltima, & completiua aliarum, tamen à parte rei eſt: quia à parte rei addita vnitate variatur ſpecies numeri, & ablata ſoluitur; ergo ſignum eſt, quod aliqua vna vnitas ſpeciem det numero, quæ dicitur vltima. Quæ autem ſit iſta, nos non ſcimus, nec per quid in particulari habeat eſſe vltimum, ſicut non ſcimus, quæ ſit differentia vltima leporis, nec per quid in particulari in illa ratione conſtituatur. Secundus modus eſt ille, qui ſumitur a ſimilitudine materiæ Sacramenti matrimonii. Sacra enim Theologia, & fides diuina multam nobis metaphyſicam docuerunt, vt patet de eſſentia accidentis. Itaque vnitas numeri, qua ratione vna eſt alterius perfectiua, dicitur vltima & forma numeri, & qua ratione perficitur, dicitur materia veluti phyſica. Et hoc habet numerus, quia eſt ſpecies quædam non multum perfecta, nec habens omnimodam vnitatem, ſed tamen ſufficientem, vt ſit vera ſpecies in prædicamentis exiſtens. Nam non eſt quærenda eadem vnitas in omnibus rebus.

Obiectio.

Sed contra: Nam tunc ſunt multæ vnitates dantes ſpeciem numero, quia vna reſpectu alterius habet rationem vltimæ, ſed hoc videtur eſſe contra Diuum Thomam, ergo non eſt verus iſte modus loquendi & dicendi. Reſpondetur, quod Diuus Thomas non

aſſe-

Digitized by Google

Nitio. aſſerit, niſi vltimam vnitatem dare ſpeciem numero, & eſſe formam numeri. In quo non ſignificat, quod vna ſola vnitas det ſpeciem, & ſit forma veluti phyſica, ſiue ſit vna, ſiue plures. Nam Diuus Thomas ſolum intendebat aſſignare, quid ſit quod eſt forma reſpectu aliarum vnitatum, ad quod dicant vnitates ordinem, ne ens per accidens conſtituant. Et dicit, quod ſit vltima vnitas modo ſupra explicato.

6. Concluſ. Numerus hēt & ipſe ſuā formā metaphyſicam, ſed eſt incognita.

Sexta concluſio: Numerus etiam habet ſuam formam metaphyſicam, id eſt, vltimam differentiam, quam nos non ſcimus aſſignare in omnibus numeris; & iſto modo vltima vnitas non eſt numeri forma. Hæc concluſio adeò clara eſt, vt non egeat probatione, quia ternarius eſt ſpecies numeri ergo conſtat ex genere & differentia, quia omnis ſpecies genus habet & differentiā. Et quod vnitas hoc modo non ſit differentia, ſupra probatum eſt: quia non prædicatur de pluribus in quale eſſentiale, ergo &c.

Ad 1. 1. Reſp.

Ad primum argumentum reſpondetur, quod vltima vnitas ſecundum rem ſit certa & determinata, licet à nobis non certò cognoſcatur, vt diximus in concluſione penultima; Secundò reſpondetur, quod certa ſit & determinata.

2. Reſp.

Nam vna vnitas reſpectu alterius eſt forma, & e conuerſo, vt patet in exemplo adducto de matrimonio, cujus forma eſt certa, & determinata, & ſupra dicto modo ſe habet.

Ad 2. Quō forma ſpecificatiua numeri dicatur vltima vnitas.

Ad ſecundum reſpondetur, quod eſt ratio & forma numeri, prout dicit vnitatem determinantem reliquas. Et hæc vocatur vltima vnitas; ſicut differentia hominis vocatur vltima hominis perfectio eſſentialis. Et vltima hoc modo non inconuenit dicere reſpectum tranſcendentalem.

Ad 3.

Ad tertium argumentum patet ex vltimis concluſionibus.

Ad 4.

Ad quartum reſpondetur, quod in quadrangulo id, quod eſt determinatiuum reliquarum partium eius dicatur forma reſpectu aliarum. Sicut & hoc reperitur in partibus domus, & hoc nullus vnquam negauit.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpondetur ex tertia cōcluſione; ſufficit enim, vt ſit forma reliquarum, quod ſit illarum determinatiua. Alia argumenta poſſem adducere contra hanc noſtram doctrinam ex Euchariſtiæ Sacramento. Sed quia hæc excedunt limites logicales multum, ab his ſuperſedeo, certus quod diſcipulus Diui Thomæ ea diſſoluet facillimo negotio.

Excuſatio Auct.

Ad 5. 1. Reſp. Soncinatis. Eſſe vnum tantū numerum in mūdo contingere pōt dupliciter.

Ad quintum argumentum Soncinas libro decimo metaphyſicæ, quæſtione octaua, dicit, eſſe tantum vnum numerum in rerum natura, poſſe intelligi dupliciter. Vno modo in actu: alio modo in potentia. Si primo modo intelligatur, dicit tantum eſſe vnum numerum, qui eſt numerus omnium continuorum. Si verò ſecundo modo intelligatur, ſunt plures numeri, & non poteſt reduci iſta potentia ad actum, ita vt actu ſint plures ſimul, ſed tantum ſucceſſiuè. Si enim tota multitudo continuorum eſſet, exempli gratia, tantum decem, tunc ſi vnum eorum corrumpatur eſſet nouem, & ſic nouenarius reducitur ad actum. Et ſic de reliquis. Et ratio huius eſt: quia numerus omnium continuorum eſt vnum per ſe; partes autem vnius per ſe habent eſſe tantum potentiale. Vnde qualibet vnitas eſt tā tum actu pars vnius numeri; ſed in potentia eſt pars cujuslibet alterius.

Reijcitur Soncinas.

Sed hæc ſolutio mihi non placet; quia communiter dicitur ab omnibus, eſſe numerum binarium, & ternarium, & ſic in reliquis. Et hoc intelligitur non ſolum in potentia, ſed etiam actu. Quod probo: Quia numerus eſt multitudo vnitatū; ergo vbi fuerit diuerſa ratio determinans actu multitudinem, erit actu diuerſus numerus, ſed in duobus lapidib. eſt alia ratio diſtincta determinās multitudinem, quam ſit in ternario: ergo ibi ſunt diuerſi numeri actu. Item: Binarius actu eſt habens actu duas vnitates, ſed modò ſunt actu duæ vnitates ad inuicem ſe determinantes, ergo eſt binarius actu, & ſic in cæteris. Eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ multis in locis, maximè octauo metaphyſicæ, lect. 3. Et ad argumētum Sōcinatis, quia eſt pars

binarius

binarius ternarii, concedo; ſed materialiter concurrens, vt quid diſtinctum à ternario, ſicut linea concurrit ad compoſitionē ſuperficiei, & ſuperficies corporis. Nec eſt inconueniens, quod vna vnitas, vt pars materialis, ſit pars multarū ſpecierum numeri, ſicut linea poteſt eſſe pars materialis ferè infinitarū figurarum diſtinctarum ſpecie, vt patet in Euclide.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod numerus eſt multæ vnitates cum ordine; quę multæ vnitates diſtinctæ ſunt aliqua ratione à quantitatibus. Nam quantitas mea, quatenus eſt indiuiſa in duas quantitates, eſt vna quantitas, & principium numeri, quatenus verò eſt diuiſibilis ſecundum longitudinem, & latitudinem, & profunditatem, eſt corpus de prædicamento quantitatis Et ita illæ quantitates, licet in ratione corporis, v.g. non habeant ordinem, in ratione vnitatis habent illum. Quod verò vnitas de prędicamento quantitatis addat aliquid ſupra ſubſtantiam, nō eſt dubium, quia addit quantitatem, vt indiuiſam. Ita aſſerit D. Thom. 1. par. quæſt. 11. articulo 1. ad 2.

Quæſt. quæ poterat hic diſputari. Hic poterat eſſe dubium, an numerus cuiuſcunque quantitatis, ſcilicet, numerus linearum, vt tres lineæ, numerus ſuperficierum, vt tres ſuperficies pertineant ad hoc prædicamentum, an ſolum numerus corporum. Sed certè videtur, quod omnis numerus cuiuſcunque rei habens ſpeciem quantitatis ſit numerus prædicamentalis, vt numeri

Opi. Auct. ſupra dicti Nec eſt aliqua ratio, quare aſſeramus, ſolum numerum corporum pertinere ad hoc prædicamētum, cum etiam reliqui ſint veræ quantitatis ſpecies Et per hoc ſatis patet ad argumenta Suarez. Nam licet accipi vt vltima, vel vt prima, ſit aliquid rationis, ſed eſſe determinatiuam aliarum, eſt quid reale, & hoc vocatur vltima vnitas.

Ad confir. Ad aliam confirmationem reſpōdetur, quod numerus conſtituitur per hoc, quod vnitates vniuntur in ratione determinantis, & determinati, quod eſt quid reale. Et hæc vocatur vnio, non verò per hoc, quod ſunt vnitæ aliquo termino communi. Ad vltimam confirmationem reſpondetur, quod in rebus nō quantis non datur numerus, qui ſit ſpecies aliqua, quia vnitas tranſcendentalis ſupra ſubſtantiam rei nihil reale addit. At verò in rebus quantis datur vnitas, quæ addit aliquid ſupra rei ſubſtantiam pertinens ad prædicamētum quātitatis. Et quia hoc eſt aliquid imperfectum, in genere quantitatis additum alteri vnitati conſtituit ſpeciem in genere quantitatis. De quo videatur D. Thomas, vbi ſupra. *Ad confir.*

QVÆSTIO XXVII.

Vtrum intra numeri latitudinem dentur variæ ſpecies numerorum.

IN hac difficultate Niphus libro 13. Metaphyſicæ quæſt 3. dicit, omnes numeros eſſe eiuſdem ſpeciei, nec reperiri diuerſitatem ſpecificam in illis. Et probatur hæc ſententia: Primò. Omnes vnitates ternarii, & quaternarii, & cuiuſcunque alterius numeri ſunt eiuſdem rationis: ergo totum conſurgens ex illis vnitatibus erit eiuſdem rationis; ergo omnes numeri erunt eiuſdem rationis, & ita non different ſpecie. Conſequentiæ bonæ ſunt. Nam quod conſtituit ſpeciem alterius rationis ab alia, debet eſſe alterius rationis, & eſſentiæ à conſtitutiuo alterius ſpeciei, vt patet in homine & in equo. Et ita dixit Ariſtoteles in anteprædicamentis, capite de regulis diuerſorum generum, & non ſub alternatim poſitorum, differentes ſunt ſpecie differentiæ. Sed antecedens illud primum probatur, quia omnis vnitas eſt quantitas indiuiſa, nec aliquid aliud habet vnitas ſuperueniens ternario, quam vnitates, quæ erant in ternario. Et certè eſt difficile argumentum. Nam vnitas ſuperueniens nec differt per aliquid eſſentiale, vt de ſe patet, *Controuer. 1. Op. Nip.* *1 Arg.*

nec

nec per aliquid accidentale. Et ſi differat per aliquid, hoc modo non variabitur ſpecies.

2. Argum. Secundò: Ita ſe habet bicubitum & tricubitum in quantitate continua, ſicut binarius & ternarius in diſcreta, ſed bicubitum & tricubitum in continua non variant ſpeciem, ergo nec binarius & ternarius in diſcreta. Minor probatur: Quia linea bicubita eiuſdem ſpeciei eſt in ratione quantitatis continuæ cum linea tricubita, ergo binarius in ratione quantitatis diſcretæ erit eiuſdem ſpeciei cum ternario, ita vt non ſint diuerſæ ſpecies quantitatis continuæ, nec lineæ. Antecedens patet ex omni comparatione, quæ fieri poteſt

3. Argum. Tertiò: Quia inter omnes ſpecies cuiuſcunque generis Deus poteſt aliā mediam dare, ſed inter binarium & ternarium non poteſt dari aliqua media ſpecies: ergo non ſunt ſpecies quantitatis.

Deciditur quæſtio.

2. Opin. Comparatio ſpecierū ad numeros. IN oppoſitum eſt Ariſtoteles, vbi ſupra, 8. Metaphyſicæ, lectione 5. apud D. Thomam, vbi dicit, quod ſpecies rerum ſe habeant ſicut numeri. Nā ſicut addita vnitate ſpecies alia numeri conſurgit, ita addita noua perfectione generi conſurgit noua rerum ſpecies. Præterea; Par eſt diſtincta ratio ab impari, & eſt conueniens numero binario, & non ternario, nec illi poteſt competere, ergo aliam eſſentiam habet. Nam ſi haberent eandem eſſentiam, ſicut binarius eſt par, ita poterit eſſe par ternarius. Nam, vel eſt differentia, & tunc habeo intentum, quod ſit alia eſſentia binarii à ternario, ſiquidem habet diuerſam definitionem. Vel eſt proprietas quarto modo, & idem ſequitur. Vel eſt accidens binarii, & hoc non, quia non poteſt abeſſe ab illo, ergo eſt aliquid eſſentiale. Et hoc non conuenit ternario: ergo habent diſtinctas eſſentias, ſiquidem aliquid eſſentiale habet vnus numerus, quod non habet alius. Tertiò: In quantitate continua addito vno angulo aliis, reſultat alia ſpecies figuræ, vt patet in figura ſex angulorum, ſi addatur alius fit ſeptem angulorum figura, quæ eſt alterius ſpeciei, ergo idem erit in numeris; nam addita alia vnitate reſultabit alia ſpecies numeri. Et præterea; In Arithmetica demonſtrantur diuerſæ paſſiones de vno numero, quæ de alio non demonſtrantur; ergo illi numeri differunt ſpecie. Conſequentia probatur. Nā quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, eaſdem habent paſſiones. Sed antecedens patet ex tota Euclidis Arithmetica.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. Quō omnes vnitates ſint vnius & diuerſarum rōnū. AD primum argumentum reſpondetur, quod non omnes vnitates ſint eiuſdem rationis in omnibus. Nam licet conſiderentur ſecundum communem rationem, in quantum ſunt aliquid indiuiſum, & ſic ſint eiuſdem rationis, tamen quatenus vna eſt alterius determinatiua, diuerſam habet rationem ab illa, quæ determinatur vt ſic. *Ope. Simile* Sicut conſenſus viri & fęminæ eiuſdem rationis ſunt in ratione cōſenſus, tamen quatenus vnus eſt determinatiuus alterius, nō ſunt eiuſdem rationis. Et ita vnus eſt alterius forma. Vnde in ternario & quaternario vnitas determinans, & dans ſpeciem, alterius eſt rationis, quia virtus determinatiua, ſiue ratio determinatiua eſt alterius rationis, quod habet ex natura ſua, quia conſtituit aliam ſpeciem. *Modus dicendi aliorum.* Alii dicunt, quod, licet partes ſint eiuſdē rationis, totum tamen poteſt eſſe diuerſæ ſpeciei propter diuerſam vnionem, & cōmenſurationem partium. Sicut, licet omnes lineæ ſint eiuſdem ſpeciei, totum tamen reſultans eſt aliquando alterius ſpeciei in ratione figuræ propter diuerſam commenſurationem linearum, ita eſt diuerſa coaptatio vnitatum in vno numero, atque in alio: & ita reſultat diuerſa ſpecies. Sed adhuc meus non quieſcit animus. Nam illa diuerſa determinatio debet prouenire à diuerſa natura, & cū eadem ſit natura

Digitized by Google

in vnitatibus, erit eadem ratio determinans, & idem conſtitutum per illam rationem. *Solutio Authoris.* Alio modo poteſt reſponderi, quod, quia ea quæ debent determinari per vltimam vnitatem in ternario, & quaternario, nõ ſunt idem, nam in vno sũt tres vnitates, in alio ſunt duæ, hinc fit, quod, etiamſi ratio determinans ſit eadem; poteſt reſultare diuerſa ſpecies quia materia etiam eſt de eſſentia rei conſtantis ex illa. Et ſi hoc nõ placeat, quæſo aliam meliorem exhibeas ſolutionem.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, bicubitũ & tricubitum in ratione menſuræ eſſe diuerſæ ſpeciei, vt aſſerit D.Tho. in loco ſuperius adducto. Ceterum in ratione diuiſibilitatis minimè, quia eodem modo ſunt diuiſibilia.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod in ſpeciebus numerorum non poſſit dari, verbi gratia, inter ternarium & quaternarium alia ſpecies media, quia nulla vnitas mediat inter tertiam & quartam. Et cum vnitas ſit forma numeri, non poteſt dari alia forma, & conſequẽter nec alia ſpecies, quod nõ reperitur in aliis omnibus rerum ſpeciebus. Sed inter hominem & equũ poteſt aſſignari alia perfectio diſtincta, determinatiua animalis, & conſtitutiua alterius ſpeciei, licet hoc non ſit forſan verum in omnibus; quia inter hominem & Elephantem forſan non eſt dabilis alia ſpecies media.

QVÆSTIO. XXVIII.

Vtrum numerus ſit aliqua entitas diuerſa à rebus numeratis.

1. Argum. ET videtur, quod non. Primò, Quia omnia, quę sũt à parte rei, poſſunt numerari ſeipſis ſine eo, quod addatur illis aliqua entitas realiter diſtincta, ergo numerus non addit nouam entitatẽ rebus numeratis. Conſequentia probatur; quia ad nihil aliud addenda eſſet illa entitas, quæ eſt numerus. Sed antecedens probatur, quia creatis à Deo tribus angelis, vel tribus albedinibus, verè ſeclusis omnibus accidentibus poſſunt numerari & dici tot; ergo numerus ab ipſis rebus numeratis non diſtinguitur realiter. *Confir. 1.* Et confirmatur hoc argumentum. Nam datis tribus quantitatibus, illæ numerari poſſunt ſeipſis, non addito alio numero, & ille numerus quantitatum eſt numerus prædicamentalis, cum quantitates pertineãt ad hoc prædicamentum; ergo &c. *Confir. 2.* Et argumentum confirmatur ſecundò. Nam datis duobus ternariis reſultat binarius ternariorum, ſed iſte binarius eſt prædicamẽtalis, ergo, &c. Et idem eſt prorſus quod duo binarii, ergo non diſtinguitur numerus à rebus numeratis. *Solutio. Impugnat.* Quod ſi dicas, dari ibi tertiam entitatem, ſequitur inconueniens adductum à Soncinate, vbicunque eſt binarius, eſſe infinitos numeros, quia iam ibi ſunt tres entitates, & ſi illas numeres iterum per aliam entitatem, erunt quatuor, & ſic in infinitum, quod eſt falſiſſimum; ergo &c. Vide in Soncinate 10. Metaphyſicæ, q.11. alia argumenta. *Controu. 1. Opinio.* Aliqui aſſerũt numerum non diſtingui à rebus numeratis vllo modo, & conuincuntur ſupra allatis argumentis, quæ Soncinas in oppoſitum adduxerat, ſupra dicta quæſtione.

Quæſtio deciditur.

2. Opinio. Numerus diſtinguitur à rebus numeratis. SEd tamen reſpondetur, numerũ prædicamentalem diſtingui à rebus, in quibus eſt ſubiectiuè, & à rebus quę numerantur per illum, verbi gratia, ternarius à tribus hominibus, & ſic de reliquis numeris. Et modò nõ diſputamus, an hæc diſtinctio ſit realis, tãquam res à re, vel formalis & eſſentialis, de hoc enim agemus infra. *Probat. 1.* Et probatur cõcluſio. Quantitas & ſubſtantia realiter diſtinguuntur, quia pertinent ad diuerſa prædicamenta, quæ realiter formaliter ſaltem diſtinguuntur; ſed numerus eſt quantitas, & res numeratæ ſunt ſubſtantiæ, vt homines, vel lapides; ergo &c.

Præ-

4. Prob. Præterea; Vnitas, quæ eſt principiū numeri, eſt aliquid additum ſubſtantiæ rei, & diſtinctum ab illa, vt D. Thomas aſſerit ſupra dicta quæſtione 11. primæ partis; ergo & numerus. Probatur conſequentia, quia numerus nihil eſt aliud, quam multæ vnitates ordinatæ, ſeu multitudo facta per vnum. 5. Prob. Præterea ſequitur, quod binarius & ternarius ſint eiuſdem ſpeciei; hoc autem eſt falſum, ergo, &c. Probatur ſequela: Quia ſi non diſtinguuntur nec realiter nec formaliter à rebus numeratis, ergo ſicut duo homines & tres homines ſunt eiuſdem ſpeciei, ſimiliter & binarius & ternarius. Sed minor illa probatur; quia Ariſtoteles 8. Metaphyſicæ, tex. 10. dicit, quod quælibet vnitas addita, vel ſubtracta variat ſpeciem. Coroll. Ex hac concluſione ſequitur, numerum eſſe quantitatem abſolutam, & non relatiuam, quia pertinet ad prædicamentum quantitatis. Obiectio. Sed contra: Nam numerus eſt multitudo menſurata per vnum, ſed menſuratum & menſura ſūt de prædicamento relationis, ergo & numerus. Solut. Reſpondetur, quod numerus non eſt ipſa relatio, ſed aliquid, in quo fundatur relatio, ſicut ſcientia eſt menſuratum, & tamen ſcientia non dicitur relationem, ſed eſt id, in quo fundatur relatio. Sequitur etiam, quod numerus nō ſit forma ſimplex, ſed compoſita. Hoc iam ſuperius diximus, & probatꝛ: Quia nullum ſimplex conſtat ex partibus, ſed numerus conſtat ex vnitatibus, tanquam ex partibus, ergo, &c.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. argu. AD argumenta in contrarium reſpondetur, quod non poſſunt numerari ſeipſis numeratione prædicamentali, niſi addatur numerus de prædicamento quantitatis, ſicut ſeipſis non poſſunt eſſe alba, niſi addatur albedo; Numeratione tranſcendentali, ſecundum quod entia ſunt, tranſeat, quod numerentur ſeipſis, ſed nos loquimur de numero prædicamentali. Ad 1. Conf. Ad primam confirmationem reſpondetur, quod tres quantitates ſint numerus prędicamentalis, quia ipſo numero numeratur ſubſtantia & conſequenter ipſa quantitas, ſicut ſupra diximus, lineam extendere ſuas partes, & partes ſubſtantiæ. Vide in principio huius prædicamenti. Ad 2. Cōf. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quod ille numerus non ſit prædicamentalis, ſed tranſcendentalis, de quo iam dictum eſt. Obiectio. Et ſi dicas: Contra: nam ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, ſed binarius eſt ſpecies, ergo prædicatur de hoc & illo binario, ergo ſunt duo binarii, & iam numerabuntur alio binario. Solut. Reſpōdetur, quod cū in definitione ſpeciei dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, non ponitur ibi pro numero de prædicamento ſubſtantiæ, ſed pro numero tranſcendentali. Nam in ſubſtantiis, in quantitatibus, & relationibus reperitur ſpecies, & tamen nō ſunt de prædicamento quantitatis. Vide Sōcinatem 10. quæſtio. 12. Et hæc ſententia D. Thomæ, quam habet quæſtio. 11. primæ partis citatæ, & multis in aliis locis ſupra adductis, eſt expreſſa ſentētia Commentatoris adducti à Soncinate ſupra dicta quęſtione, aſſerentis, nec quantitatem, nec numerum eſſe ſubſtantiam.

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum numerus angelorum pertineat ad hoc prædicamentum.

Cōtrouer. 1. Opin. IN hac parte eſt antiquorū Theologorū opinio, aſſerentium, in angelis verè reperiri eſſentiam quantitatis diſcretæ, & verum numerum de prędicamento quantitatis. Ita tenet Gregorius in 1. diſt. 24 q. 2. artic. 3 & idem aſſerit ibidem Aureolus, & etiam Ocham, & Gabriel. Maior. Quam etiam videtur tenere Richardus in 1. diſt. 19.

art.3.quæſtio 1.ad quartum.& diſt.24. ar.1. quæſt.2.& articulo 2 quæſt.1.& Marſilius in 1.quæſt 27. articulo 1.quã ſequuntur aliqui moderni Logici,&Metaphyſici. *Suarez.* Et Suarez diſputatione 4.ſectione 2.aſſerit,hanc opinionem & oppoſitam differre ſolum penes loquendi modum.Et addit,quod ſi aliquis mordicus affirmet,nomine quantitatis diſcretæ ſolum ſignificari quamcunque rerũ multitudinem,facilè defendet,quantitatem diſcretam in angelis reperiri.

1. Argum. Probatur iſta ſententia primò authoritate Auguſtini, 2.de libero arbitrio, capite 16.vbi probat,numerum intelligibile quid eſſe,& in omnibus rebus reperiri. Et ideò aſſerit Damaſcenus libro 3.de fide orthodoxa, capite 8.vbi aſſerit, numerum eſſe in omnibus rebus,quæ inter ſe differunt.Et confirmatur hoc argumentum. Nam communis loquendi modus aſſerit, angelorum numerum eſſe maiorem numero rerum materialium,&eſſe multos angelos, & in magno numero,ergo ibi verè reperitur numerus.

2. Argum. Secundò,Nam Ariſtoteles 10.Metaphyſicæ in principio,aſſerit, numerum eſſe multitudinem numeratam vnitate,ſed quaternarius angelorum eſt verà multitudo numerata vnitate, ergo eſt verè numerus.

3. Argum. Tertiò.Omnis ratio extenſionis diſcretæ, & ſimiliter omnis ratio vnitatis, quæ reperitur in numero rerum corporalium,reperitur etiam in numero rerum ſpiritualium,ergo,ſicut in illis reperitur verus numerus quantitatiuus,etiam in angelis reperitur. Probatur antecedens ; Quia illa extenſio ſolum eſt diuiſio vnius ab alio, ſed hæc reperitur in numero angelorum, ergo ibi eſt verus numerus quantitatiuus.Si verò dicas, eſſe neceſſarium, vt vnitates ſingulæ ſint materiales extenſæ,& diuiſibiles, hoc eſt per accidens ad rationem vnitatis,quia vnitates non componunt numerum, vt diuiſibiles;ſed vt indiuiſibiles.

4. Argum. Quartò,Quia numerus eſſentialiter conſiſtit in quadam habitudine vnitatum ad vnicam numerationem intellectus,ſed hæc ita inuenitur in numero angelorũ,ſicut in numero hominũ, pertinet ad quantitatẽ diſcretã;ergo ſicut numerus hominũ pertinet ad quãtitatem diſcretam, ita numerus angelorũ. Minor patet;Quia ita ſunt apti tres angeli numerari ab intellectu,& facere vnum ternarium,ſicut tres hoĩes.Et cõfirmatur hoc argumentum: Quia numerus componitur ex vnitatibus, vt ſunt indiuiſibiles,ſed vnitates angelicę ſunt multo magis indiuiſibiles, quam quælibet alia vnitas,cum ſint magis perfecta entia,ergo,&c.

Quintò,Quinarius angelorum differt ſpecie à quaternario angelorum, ergo ſunt ſpecies alicuius generis,non alterius,niſi quantitatis;ergò verè ſub quantitate continentur. Et confirmatur hoc argumentum. Quia relationes & actiones angelorum ita pertinent ad prædicamentum actionis,& relationis, ſicut actiones & relationes hominum, ergo idem erit de numero,nam eadem eſt ratio.Alia friuola argumenta multiplicant huius ſententiæ authores, quæ conſultò omitto. *5. Argum.*

Deciditur quæſtio.

Oppoſitam ſententiam,ſcilicet, numerum rerum ſpiritualium,& numerum in vniuerſum, qui non ſit rerum quantarum nullatenus ad hoc prædicamentum pertinere. Ita docet angelicus Doctor 1.part.quæſt.11.articulo 1.ad 1.Vbi dicit in hæc verba ; Ad primum igitur dicendum,quod quidam putantes idem eſſe vnum, quod conuertitur cum ente,& quod eſt principium numeri, diuiſi ſunt in contrarias poſitiones. Pythagoras enim & Plato,videntes,quod vnum, quod conuertitur cum ente, non addat aliquam rationem ſupra ens,ſed ſignificet ſubſtantiam entis,prout eſt indiuiſa,exiſtimauerunt, ſic ſe habere de vno, quod eſt principium numeri : & quia numerus componitur ex vnitatibus, exiſtimauerunt,quod numeri eſſent ſubſtantiæ omnium rerum.E contrario autem Auicenna conſiderans, quod vnum quod *1.Opin. & vera. Qui numerus pertineat ad prædica quantitatis. Opinio Pythagoræ & Platonis. Opi. Auic.*

quod

quod eſt principium numeri, addat aliquam rem ſupra ſubſtantiam entis, (aliàs numerus ex vnitatibus compoſitus non eſſet ſpecies quantitatis) credidit, quod vnum quod conuertitur cum ente, addat aliquam rem ſupra ſubſtantiam entis, ſicut album ſupra hominem. *Impugnat. Auic.* Sed hoc manifeſtè falſum eſt, quia quælibet res eſt vna per ſuam ſubſtantiam. Si enim per aliquid aliud ſit illa res vnum, cum iterum illud ſit vnum, ſi ſit vnum per aliquid aliud, eſſet abire in infinitum. Vnde ſtandum eſt primo. Sic igitur dicendum eſt, quod vnum quod conuertitur cum ente, non addit aliquam rem ſupra ens, ſed vnum, quod eſt principium numeri, addit aliquid ſupra ens ad genus quantitatis pertinens. In his verbis expreſsè dicit Diuus Thomas, res omnes per aliquid aliud, quod eſt quantitas, & ad genus quantitatis pertinens, conſtitui in ratione numeri. Et idem Doctor ſanctiſſimus 1. parte, quæſtione trigeſima; articulo tertio, eandem veritatem docet. *Not.* Et legatur attentè iſte articulus, & in primo, diſtinctio. 24. quæſtione 1. articulo 3. & quæſtione 9. de potentia, artic. 7. & opuſculo 48. eandem ſententiam omnes tenent Thomiſtæ; Capreolus in 1. diſtinct. 24. quæſt. 1. & commentatores 1. part. in locis adductis ex illa, Soncinas 10 Metaphyſicæ, quæſt. 11. Iauellus 8 Metaphyſicæ, quæſt. 11. Quinimo eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis, vt patet 3. Phyſicorum, capite 6. & 7. vbi dicit, numerum fieri ex diuiſione continui. Et 2. de anima, capite 6. numerum conſtituit inter ſenſibilia communia. Et probatur iſta ſententia ex Ariſtotelis rationibus, & authoritatibus. Nam numerus eſt obiectum Arithmeticæ, vt omnes fatentur; ſed obiectum Arithmeticæ non abſtrahit à materia ſenſibili ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum conſiderationem, vt ſupra dictum eſt, & docet Ariſtoteles 3. Metaphyſicæ, capite ſecundo, & 3. Phyſicorum textu 40. Et hoc aduertit Diuus Thom. in locis, quos adduximus ibidem, & Commentator 5. Metaphyſicæ, commento 2. ſed angeli & ſecundum rem & ſecundum rationem abſtrahunt ab omni materia; ergo non reperitur in illis numerus, qui ſit ſpecies quantitatis, nam talis eſt obiectum Arithmeticę. Præterea; Numerus eſt ſenſibile commune, vt patet ex Ariſtotele proximè citato: ſed numerus rerũ ſpiritualium non eſt huiuſmodi; ergo non eſt numerus quantitatiuus. *Opp. arg.* Præterea: Vel numerus ſecundum quod accipitur ab oppoſitum opinantibus ſignificat ſubſtantiam, vel accidens, vel aliquid aliud, neutrum horum poteſt ſignificare, ergo non datur talis numerus, qui ſit in prædicamento qualitatis. Non poteſt ſignificare ſubſtantiam: quia omnis numerus in prædicamento quantitatis conſtitutus debet eſſentialiter eſſe accidens; quia ponitur in prædicamento accidentium, & ita debet participare naturam illius prædicamenti, quæ eſt, quod ſit tale accidens. Vel ſignificat accidens; & nec hoc poteſt dari: nam numerus Angelorum nullum accidens dicit formaliter: quia ſi dicit accidens, debet eſſe additum naturis angelicis: & tunc illud accidens debet pertinere ad hoc prædicamentum, vel ad aliud, & ſi ad hoc, ergo iam Angeli habent quantitatem prædicamentalem, & ſic non erunt ſpiritus. Non poteſt pertinere ad aliud prædicamentum, quia numerus nec eſt relatio, nec quantitas, & cetera. Nec poteſt dici, quod abſtrahat a ſubſtantia & accidenti: quia tunc non eſſet in prædicamento quantitatis, quæ neceſſariò dicit ſpecialem modum entis, & non abſtractum, ſed inferius ad ens: & ita debet eſſe accidens, vel ſubſtantia. *Probatur.* Præterea probatur hoc: Nam etiam reperitur numerus in relationibus, quemadmodum iſti conſtituunt numerum, & in ſubſtantiis, & in qualitatibus, & in actionibus, & denique in omni prædicamento, ergo numerus non poteſt dicere peculiarem rationem entis exiſtentem in hoc prædicamento. Conſequentia probatur: Quia ratio prædicamentalis cuiuſcunque prædicamenti eſt ſibi propria. Sed antecedens probatur, quia ſũt tres ſubſtãtię tres relationes, tres actiones, tres qualitates, &c. *Probatur.* Præterea: Si in angelis datur numerus prædi-

prædicamentalis, vel dicit aliquid reale, vel aliquid rationis eſſentialiter, hoc eſt vel ſua eſſentia eſt realis, vel rationis. Non poteſt dici, quod ſit rationis, quia eſſentia rationis non collocatur directè in prædicamento reali, nec eſt obiectũ Arithmeticæ: Vel eſt aliquid reale eſſentia iſta. Et tũc vel eſt idem, quod eſſentiæ angelicæ, vel non, ſi primum, ergo eſſentiæ angelicæ ponũtur in prædicamento quantitatis, quod eſt ridiculum. Vel eſt diſtinctum ab eſſentiis angelorum formaliter. Et tunc, vel eſt ſubſtantia, & nec hoc dici valet, quia ſubſtantia non collocatur in prædicamento quantitatis. Vel eſt accidens, & tunc erit aliquid illis ſuperadditum, & pertinens ad prædicamentum quantitatis, ergo iam haberent aliquod accidens materiale: quia quantitas, vt eſt generaliſſimum, eſt accidens materiale. Præterea ſequitur, quod tres perſonæ ponẽtur ſub ſpecie ternarii, quia ita ſunt tres diſtinctę, & accipiuntur, vt quid diſtinctum in ordine ad vnam numerationem intellectus noſtri, quod nullus audebit dicere. Præterea: Vnum, vt dicit ens indiuiſum, eſt paſſio entis, & non ponitur in aliquo prędicamento etiam reductiuè, ergo nec multitudo reſultãs ex illis vnitatibus. Probatur conſequentia: Quia, quando aliquid conſtat ex partibus, ponitur totum in illo prædicamento per ſe, vbi partes reductiuè ponũtur, vt patet in materia & forma, vnitate materiali, & numero materiali. Præterea: Nam etiam in entibus rationis reperitur numerus, quia ſunt tres relationes rationis, tres priuationes, & cætera, ergo tunc iſte numerus ponetur in prædicamento: Probatur conſequentia: Quia eſt numerus vnitatum acceptarum in ordine ad vnam numerationem noſtri intellectus. Item ſequeretur, quod decem prędicamenta eſſent in prædicamento quantitatis, quia ſunt ſecundum iſtos numerus denarius. Vide alias rationes in Soncinate acutiſſimo, libro 10. Metaphy q. 13. à quo iſti multa furantur, licet illum impugnent. Ego verò volo modò, vt aduerſarii has rationes diſſoluant, etiamſi mordicus oppoſitum teneant, vel tenere ſtatuerint. Ex his infertur, numerum, qui in angelis, vel in quibuſlibet aliis rebus reperitur, præter quantitatem, eſſe numerum tranſcendentalem, repertum in omni ente: & nihil eſt amplius, vt angelicus Doctor affirmat, quã entia indiuiſa. Præterea probatur noſtra ſententia: Nam nihil reale poteſt vniuocè dici de ſubſtantia & accidenti, ſed numerus ſecundum iſtos dicitur de ſubſtantia & accidenti, quia dicitur de angelis, & dicitur de quantitatibus, & de actionibus, ergo numerus non eſt quid vniuocum, ergo non ponitur in prędicamento quantitatis; nam nullum analogum ibi ponitur. Antecedens illud primum eſt Diui Thom. expreſſum. Nam cum inferiora includãt ſuperius, ſi ſuperius eſt analogum ad aliqua duo, omne includens illud ſuperius debet deferre eandem analogiam, & inæqualitatem, & imperfectionem ſuis inferioribus.

Prob. *Prob.* *Prob.* *Nota.* *Corollar.* *Probat.*

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. Explicatur modus loquendi aliquorum. AD argumenta in principio. Ad primum reſpondetur, D. Auguſtinũ, & Damaſcenum, & communem loquẽdi modum, cum aſſerunt, numerum in angelis reperiri, intelligi debere de numero tranſcendentali, qui conſtat ex vnitate, quæ eſt paſſio entis, & quid trãſcendens.

Ad 2. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod cum Ariſtoteles dicit, numerum eſſe multitudinem numeratam per vnum, loquitur de multitudine prędicamentali, & de vnitate prædicamentali tali, quia talis vnitas eſt pars numeri conſtituti in prædicamento quantitatis, quia vnitas eſt quid imperfectum in genere quantitatis ex natura ſua, dicens ordinem ad conſtituendum aliquod totum in illo genere.

Ad 3. Ad tertium dicitur, quod extenſio, quæ eſt ratio formalis quantitatis, eſt aliquid pertinens ad quantitatem. Illa verò extenſio, quæ eſt in angelis tribus eſt extenſio tranſcendens, hoc eſt, multa entia indiuiſa; numerus verò prædicamen-

camen-

camentalis debet conſtare ex vnitatibus quantitatiuis.

Ad 4. In quo conſiſtat numerus. Ad quartum reſpondetur, numerum non conſiſtere, niſi in pluribus vnitatibus quantitatiuis, quæ ita ſe habent, vt vna determinet alteram realiter & è conuerſo. Ex quo ſequitur, quod intellectus poteſt numerare illas vnica numeratione, vt dicendo tres, vel ſex, vel decem. Et hæc numeratio, vt ſit numeratio quantitatiua, ideſt, numeri de prędicamento quantitatis, ſupponit in numero aliquid pertinens ad prædicamẽtum quantitatis, quod ex neceſſitate debet eſſe in re quanta. Vnde non poteſt in angelis reperiri, nec in aliis rebus non quantis, & ex dictis patet ad confirmationem.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod quinarius angelorum non differat ſpecie à quaternario angelorum, quia ſunt vnitates aliquid tranſcendens, & ita dicũt ſubſtantiam, & eſſentiam angelorum cum indiuiſione illarum, & ita non conſtituunt numerum prædicamentalem, & quinque angeli non eſt numerus, ſed aggregatio quinque ſpecierum angelorum. Quinarius verò quantarum rerũ, quia dicit vnitates quantitatis, quæ vt ſic, ſunt aliquid imperfectum in genere quantitatis, & ex natura ſua ordinantur ad numerum conſtituendum, dicit aliquam ſpeciem in genere quantitatis contentam. Sicut binarius partium materiæ, ſcilicet, & formæ ſpeciem conſtituunt, quia illæ partes ex natura ſua ſunt quid imperfectum, & ordinantur ad totum conſtituendum; binarius vero hominum non conſtituit ſpeciem in genere ſubſtantiæ, quia ſunt quid completum, & perfectum in illo genere. Et in ſpecie quantitatis nõ poſſunt vnam ſpeciem conſtituere, niſi habeant quantitatem, quæ deficit in angelis, & in aliis ſimilibus.

Ad confir. Quare relationes Angelorũ ſint in prædic. Ad confirmationem reſpondetur, quod relationes angelorum verè conſtituantur in genere relationis, quia totum ſuum eſſe, vt quid limitatum & finitum, habet ad aliud, & genus relationis non expoſcit amplius. At verò numerus prædicamẽtalis expoſcit in ſua ratione conſtare ex vnitatibus quãtis, quia totum debet participare rationẽ generaliſſimi, quæ eſt quãtitas, cum ponatur ſub illo. Et hæc quantitas non reperitur in angelis, & ita nec numerus prædicamentalis. Nec verò actiones immanentes angelorum ponuntur in prædicamento actionis, quia ibi ſolum collocantur actiones phyſicæ, & quæ dicunt motum, vel ſaltem reperiuntur in materia ſenſibili, quod de illis angelicis actionibus dici non poteſt, ſed pertinent illæ intellectiones angelicæ ad prædicamentum qualitatis, vt ibidem dicemus. Et hæc ſint de hac quæſtione. Modò agendum eſt de quantitatibus aliis, vt de oratione, loco, tempore, & motu, & poſtmodum agemus de quantitatis proprietatibus.

QVAESTIO XXX.

Vtrum oratio pertineat ad hoc prędicamentum quantitatis, & ſit vera ſpecies illius.

VT videtur, quod pertineat ad hoc prædicamentum, & ſit vera ſpecies illius. *1. Argum.* Nam Ariſtoteles capite de quantitate in logica poſt enumerationem ſpecierum quãtitatis, inter quas retulit orationem, ita dicit. Atqui hæc ſola, quæ dicta ſunt, propriè quanta dicuntur, cetera verò vniuerſa per accidens. Ad hoc enim aſpicientes cetera quanta dicimus, velut album ex eo multum dicitur, quia in multa ſuperficie eſt. Et in principio prædicamenti ita dicit: Similiter & oratio diſcretum eſſe videtur, nam quantum ipſam eſſe ex eo patet, quia breui longaque ſyllaba menſuratur. Ex quibus conſtat, Ariſtotelem veram ſpeciem quãtitatis poſuiſſe orationem, & in pædicamento ab illo collocari. Et confirmatur: Nam D. Th. opuſculo 48 cap. 2. dicit, orationem eſſe ſecundam ſpeciem quãtitatis diſcretam. Et iſta videtur eſſe opinio om-

Digitized by Google

nium Commentatorũ Ariſtotelis, quos non adduco, ne moleſtia afficiam lectorem in re non dubia: & Grammatici de quantitate ſyllabarum libros ediderũt.

2. Argum. Secundò. Nam longum & breue ſunt paſſiones quantitatis, ſed oratio eſt longa & breuis, ergo quãta; ſed omne quãtum ad prædicamentum quãtitatis pertinet, ergo & oratio pertinebit, vt vera illius ſpecies.

3. Argum. Tertiò. Species in prædicamẽto quãtitatis logico numerantur in ratione menſuræ, quia ibi locus cõſtituitur ſpecies, & non habet hoc ratione diuiſibilitatis, ſed ſolum ratione menſuræ, ſed oratio eſt diuerſa ſpecies menſuræ ab omnibus aliis mẽſuris, ergo eſt verè in hoc prædicamento, vt ſpecies ab aliis diſtincta. Minor probatur, quia oratio mẽſurat res ſucceſſiuas diſcretas, quas nec numerus, nec tempus menſurant.

Deciſio quæſtionis.

Contro. IN hac quæſtione illi, qui cenſent, ſpecies quantitatis diſtingui & conſtitui per rationem menſuræ, orationem veram, & completam ſpeciem quantitatis aſſerunt, ſed quia iam hoc in hoc prædicamento exploſimus, ſit

Concluſ. Oratio reductiuè pertinet ad prædic. quantitatis. Concluſio: oratio nullatenus eſt ſpecies quantitatis, & perfecta exiſtens in prædicamento quantitatis directè, & per ſe, ſed eſt quædam ſpecies incompleta, & imperfecta reductiuè pertinẽs ad hoc prædicamentum conſiderando illam in ratione menſuræ. Sed antequã probemus concluſionem, aduertẽdum eſt, multipliciter vſurpari hoc nomen, oratio, à logicis. *Nota. Dupliciter accipitur oratio.* Accipitur enim ab Ariſtotele in libro primo peri hermenias pro voce ſignificatiua ad placitum &c. & in præſenti non ſic accipitur oratio. Alio modo accipitur oratio pro voce aggregata ex diſtinctis ſyllabis eã mẽſurantibus, quæ in partibus ſuis non habet permanentiam, ſiue ſit ſignificatiua ſiue non: & iſto modo fit in præſentia ſermo de oratione ab Ariſtotele. Quinimo quamuis D. Tho. ita definierit orationem in ſupra dicto prædicamento, non eſt neceſſe, quod ſit vox; nam Diu. Thom. definiuit orationem per vocem, tanquam per quid notius, vt fieret progreſſus ad orationes, quæ non ſunt voces, vt ſunt ſonitus tubæ, & citharæ. Imo & in ſaltatione ſunt ſuæ orationes, nam motus illi diſcreti, qui ſunt ſecundum numerum & proportionem, orationes dicũtur, & eodem modo mẽſurantur ſicut ſonitus citharæ, & ſicut ſonitus vocis, qui fit ad cantum citharæ proportionatus.

2 Nota. Oratio adhuc dupl. Et rurſus eſt notandum, hanc orationem poſſe dupliciter accipi, vno modo pro ipſis vocibus, ſeu ſonis, ſeu motibus numericis, alio modo pro quadam menſura in ipſis exiſtentibus. Verbi gratia, iſta vox, cano, poteſt conſiderari, vt ex ſyllabis conſtat. Et ſic eſt quædam res pertinens ad prædicamentum qualitatis, vt aduertit Caietanus in ſua logica: quia eſt ſonus quidam, ſonus autem pertinet ad prædicamẽtum qualitatis. Poteſt accipi alio modo, pro quadam menſura, quæ longitudinem illarum ſyllabarum mẽſurat, quæ vocatur apud Poetas Spondæus. Et in hac ſecunda ſignificatione accipitur ab Ariſtotele oratio cum dicit, eſſe menſuram, & priori modo, cum dicit, orationem mẽſurari ſyllaba longa, vel breui. Itaque iſte ſonus, cano, qui etiã dicitur oratio, menſuratur hac ſpecie menſuræ, quæ eſt oratio, & vocatur Spondæus, ſicut ſi diceremus, hominem mẽſurari linea, quia eius quãtitas per lineam nota fit. Itaque oratio eſt nomen æquiuocum, & ad menſuram, & ad rem quæ menſuratur. His conſideratis, probatur cõcluſio. *Oratio eſt quid æquiuocum.* Nam ratio formalis quantitatis eſt extenſio, vt ſupra dictum eſt, ſed oratio ſecundum hanc rationem conſiderata non habet rationem extenſionis ſpecificam, ergo non habet rationem ſpeciei quantitatis. Conſequentia probatur, quia ſpecies quantitatis diuerſificãtur per diuerſam rationem extenſionis. Sed antecedens probatur. Nam oratio non habet aliam rationem diuiſibilitatis, ſi ſingulæ partes ſeorſum conſiderentur, quàm habet motus prolationis: & motus diuiditur ad diuiſionem ſpatii, ergo non habet aliam rationem exten-

Digitized by Google

tenſionis; quia diuiſibilitas eſt propria paſſio quantitatis, nec omnes partes ſimul habent etiam aliam rationem extenſionis, quam ſpatium. *Obiectio.* Dices, quod habet aliam rationem extenſionis, quã partes, quia eſt diuiſibilis ſecũdum partes indiuiſibiles, ſicut numerus aliam extenſionem habet, quam partes, et quã vnitates, ſi conſiderentur materialiter, quia eſt diuiſibilis in indiuiſibilia. *Solutio.* Contra, quia iliæ partes, etiamſi ſecundum numerum conſiderentur, ſunt quantæ & diuiſibiles, ſecundum longitudinem, & breuitatem, etiamſi conſiderentur vt partes orationis, ſed longitudo & breuitas non habent aliam extenſionem diſtinctam ab extenſione ſpatii, & motus, ergo oratio eſt per aliud diuiſibile, & ita per ſe non eſt quantum. Præterea, omnes partes orationis ſunt quantæ per accidens, ergo tota oratio non poteſt eſſe quanta per ſe. Antecedens patet, quia nullam habent extenſionẽ ſpecierum quantitatis propriam. Conſequentia probatur, quia tantum per ſe & eſſentialiter non poteſt reſurgere ex quantitatibus per accidens, propterea dicimus, numerum Angelorum non eſſe prædicamentalem, quia vnitates, ex quibus conſtat, ſunt vnitates tranſcendentales, & non prædicamentales, ergo etiam dicendum, numerum ſyllabarum ſecundum longitudinem, vel breuitatem conſideratarũ, non eſſe prædicamẽtalem; quia ipſæ ſyllabæ non pertinent per ſe ad prædicamentum. Et præterea: Ariſtoteles 5. metaphyſicæ, vbi de ſpeciebus per ſe quantitatis tractauit, nullam fecit mentionem orationis, ergo ſignum eſt; non eſſe per ſe ſpeciem quantitatis, aliàs diminutus fuiſſet. Hanc ſententiam ſequitur Caietanus in prædicamento quantitatis, Albertus 5. metaphyſicæ, commento 18. & ibidem Commentator, & multi moderni ex noſtris, & alienis.

2. Concluſ. Oratio in ratione mẽſura eſt ſpecies imperfecta. Secunda concluſio: Oratio eſt ſpecies imperfecta, & reducta ad prædicamentum quantitatis, conſiderando illam in ratione menſuræ, quia vt ſic menſurat ſyllabarum durationem ſecũdum longitudinem & breuitatem, ſicut locum ad prædicamentum quantitatis reducimus, quia eſt ſpecies quædam imperfecta, menſurans ſubſtantiam extrinſecè, ita reducenda eſt oratio. Nec ad hoc requiritur, quod ſit quantitas per ſe, ſed ſufficit, quod ſit aliquid quantitatis. Et de hoc iam ſuperius in hoc prædicamento egimus.

Diſſoluuntur argumenta.

AD argumenta in aduerſum adducta reſpondetur. *Ad 1.* Et ad primum dicitur ex Caietano, vbi ſupra, ibidem Ariſtotelem aliquas ſpecies quantitatis aſſignaſſe, non quod veræ ſint ſpecies illius, ſed quia communiter circumferebantur ſuo tempore, vt ſpecies. *Quomodo interpretari debet philoſophus.* Et quia tunc non rimabatur exactè naturas rerum, ſed ad prædicamenta adunabat in ordine ad prædicationes faciendas, & quia ſuo tempore exiſtimabatur, orationem eſſe ſpeciem quantitatis, illam inter ſpecies reliquas illius inſeruit, non tamen verè cenſuit eſſe ſpeciem. *Opt. re.* Vnde factum eſt, vt illam in metaphyſica prætermitteret, vbi ſpecies ſecundum veritatem, & propriam numerabat ſententiam. Et quamuis dixerit eſſe quantam per ſe, ex aliorum loquebatur ſententia. *Alia reſp.* Vel ſecundò reſpondetur, quod ſit ſpecies imperfecta, in ratione menſuræ, non tamen abſolutè. Et in hac conſideratione dixit eſſe quanta per ſe, hoc eſt in ratione menſuræ, non verò abſolutè, & in ratione quantitatis. Et D. Thom. eandem habet expoſitionem. Non enim voluit Angelicus Doctor aliud dicere, niſi quod dixerit Ariſtoteles.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod oratio ſit longa, & breuis nõ propriè, quia longum & breue ſunt paſſiones lineæ, ſed per metaphoram dicitur longa, quia plus conſumit temporis in ſui prolatione, quam oratio breuis, quæ minus temporis inſumit. *Alia reſp.* Et ſecundò reſpondetur, quod ſit per accidens longa, & breuis, non verò per ſe; quod requirebatur, vt eſſet ſpecies quantitatis.

Ad 3. Ad tertium iam patet ex dictis ſupra in hoc prædicamento.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXI.

Vtrum oratio ſit ſpecies imperfecta atoma, vel ſubalterna: & an ſit ens per accidens.

1. *Argum.* ET videtur, quod non ſit ſpecies, nec atoma, nec ſubalterna diſtincta ab alijs ſpeciebus, quia partes eius non diſtinguuntur à tempore; ergo non eſt ſpecies diſtincta etiam in ratione menſuræ à tempore. Conſequentia videtur bona, & antecedens probatur, quia oratio eſt tempus menſurans longitudinẽ & breuitatem ſyllabarum. Et argumentum confirmatur: Quia totum & partes eiuſdem ſunt rationis in homogeneis, ſed oratio dicit partem temporis, ergo eſt eiuſdem rationis cum toto tempore: ergo non eſt ſpecies imperfecta diſtincta à tempore.

Argum. Secundum argumentum. Si ſpecies orationis multiplicarentur, maximè ex diuerſa ratione longitudinis, vel breuitatis ſyllabarum, ſed hac ratione non poſſunt multiplicari; ergo, &c. Probatur minor. Quia, quod ſyllabæ correptè, vel productè proferantur, & quod ſit longa vel breuis, eſt ex voluntate proferentis, & ex hominum beneplacito, ſed hoc non poteſt dare ſpeciem realem rebus, ergo oratio non eſt ſpecies realis quantitatis.

3. *Argum.* Tertium. Omnis duratio rerum corruptibilium tempore menſuratur, ſimiliter & omnis motus; ſed oratio eſt quid corruptibile, ergo non poteſt alia menſura, quam tempore menſurari, ergo non eſt ponenda iſta ſpecies menſuræ.

4. *Argum.* Quartum argumentum: Si oratio eſt menſura, vel eſt realis menſura, vel rationis, non hoc ſecundum, aliàs eſſet relatio, vel negatio, vel priuatio, & ſic non eſſet quid menſurans; ſi ergo eſt realis, vel eſt ſubſtantia, vel accidens. Non primum, ergo ſecundum. Sed nec hoc, quia omne accidens habet aliquod ſubiectum, ſed oratio nullum ſubiectũ habet, ergo &c. Probatur minor, quia non ſubiectatur, vbi tempus, nec in aere, nec alibi, ergo, &c.

5. *Argum.* Quintum argumentum: Omnis menſura prædicamentalis menſurat ſubſtantiam, ſed oratio non menſurat ſubſtantiam, ergo non eſt menſura prædicamẽtalis. Maior patet, quia quantitas eſt ſubſtantia menſuræ, & ita omnis menſura prædicamentalis ſubſtantiam debet menſurare.

6. *Argum.* Sextum argumentum. Omnis ſyllaba vel eſt longa, vel breuis: ergo non poſſunt eſſe niſi duæ ſpecies orationis. Probatur conſequentia, quia ſpecies orationis non poſſunt variari, niſi ſecũdum lõgitudinem, vel breuitatem ſyllabarũ.

7. *Argum.* Septimum. Si oratio eſt menſura diſcreta, ſequitur, quod vbi ſint ſyllabæ æquales numero, ibi ſit oratio eiuſdem ſpeciei, ſed hoc eſt falſum, ergo non eſt menſura diſcreta: & ſic non diſtinguetur à tempore. Probatur maior, quia in numero æquales vnitates faciunt numeros eiuſdem ſpeciei. Probatur minor, quia oratio conſtans duabus ſyllabis breuibus differt ſpecie ab illa, quæ conſtat illis longis.

8. *Argum.* Octauum argumentum: Non videtur, quomodo ex diuerſis ſyllabis poſſit reſultare vnum ens per ſe, quia illæ partes nec ſe habent vt materia & forma, nec vt actus & potentia, quod eſt neceſſarium vt ſit ens per ſe, ergo reſultabit ens per accidens:

Deciſio quæſtionis.

AD quæſtionem igitur reſpondetur, orationem eſſe ſpeciem imperfectam menſuræ ſubalternam tamen. Sicut enim anima eſt ſpecies ſubalterna imperfecta ad animam hominis & leonis, &c. ita oratio eſt ſpecies imperfecta ſubalterna ad omnes pedes carminum, & ad omnia carmina ad dactylũ, ſpondæum, &c. De quibus vide Soto in hoc prædicamento, & D. Auguſtinum in libris de muſica. Nam ſpecies orationis diſtinguuntur penes diuerſam proportionem, quam habent ſecundum longitudi- *Concluſ. Oratio eſt ſpecies menſura, imperfecta tamen.*

gitudinem, & breuitatem; nam hac ratione diuerſimodè menſurant. Sed quia hæc non multum attinent ad logicam, nolo amplius illa proſequi; & eſt quodam ens per ſe, licet non per ſe totum, ſicut locus eſt ens per ſe, licet non ſit ſpecies quantitatis perfecta. Et hoc ideo dicitur, quia illæ ſyllabæ ad inuicem habent in ordine ad modulationem, ſeu menſuram rationem materiæ, & formæ, ſicut ſupra de vnitatibus dictum eſt. Et argumenta, quæ contra hoc fieri poſſent in dicta quæſtione, qua quæſiuimus, an numerus eſſet ens per ſe, ſoluta manent.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Modus dicendi aliquorum.

AD primum argumentum, vt conſtat ex D.Thom. in ſupra dicto opuſculo, cap. 2. aliqui dixerunt, orationem nihil eſſe aliud, quam multa tempora diuiſa, ſeu intercisa, ita vt oratio; quæ eſt ſpondeus, nihil ſit aliud, quam tempus menſurans duas partes huius orationis. Et ſi fiat argumentum. Nam ſequeretur, quod non diſtingueretur oratio à tempore, quia pars temporis non diſtinguitur ſpecie à tempore. Reſpondent, negando conſequentiam, quia orationis ſunt illæ partes, vt indiuiſæ. Et ſic ſecundum hanc rationem oratio differt à tempore, quia tempus non dicit partes indiuiſas in ſui ratione. Oratio ergo, dicunt iſti, eſt, vt à tempore non quomodocunque, niſi quatenus ſunt indiuiſa. Sed hæc ſolutio non videtur vera; & ſolum refertur à D.Tho. nec approbatur, quia non eſt, niſi vnicum tempus numero conſtans ex diuerſis partibus, non interruptis, præterito, ſcilicet, & futuro, quæ in inſtanti præſenti continuantur. Oratio autem neceſſariò conſtat ex diuerſis durationibus realiter diſtinctis, & non continuatis, vt patet in hac oratione, Dominus.

Improbatur præcedẽs ſolutio.

Præterea: Nam Ariſt. dicit, orationem eſſe aliquid diſtinctum à tempore, quod colligitur ex eo, quod dicit: Orationem dico eam, quæ eſt cum voce. Item Oratio dicit aliquando duas ſyllabas, ſeu tres, quarum altera eſt breuis, altera longa, ſed in tempore non eſt conſiderare partem breuem & partem longam eo modo, quo longum & breue accipitur in oratione, ergo &c. Vnde ad argumentum dicitur, quod ipſa menſura, quæ eſt oratio, vt diximus quæſtione præcedenti, eſt realiter in oratione vocali ſeu reali, vt cum in illo verſu dicitur: Arma virumque cano, idem eſt realiter illa menſura cum illis ſyllabis prolatis, & eſt intrinſeca menſura illarum ſecundum longitudinem & breuitatem, vt inter ſe dicunt ordinem concentus. Verum eſt tamen, quod illarum longitudinem & breuitatem cognoſcimus, vt alius dixit, ex eo, quod Syllaba longa duo conſumit tempora, ſed quæ Dicitur eſſe breuis, tempus ſibi vendicat vnum. Tamen tempus non eſt menſura, quæ eſt oratio, ſed ipſa longitudo, & breuitas, quæ eſt in ſyllabis, illa eſt, quæ eſt oratio, nam etiamſi non eſſet motus primi mobilis, illæ ſyllabæ haberent aliquam durationem maiorem, & minorem.

Obiectio.

Sed contra; nam Diu. Thom. ſupra dicto cap. 2. dicit, ſyllabas eſſe indiuiſibiles, ergo non habent longitudinem.

Solutio.

Reſpondetur, quod vult dicere, quod non poſſunt diuidi in duas ſyllabas: In hac enim dictione, Maria, & in hac dictione, Thomas, non poſſumus ſyllabas in alias ſyllabas diuidere, licet illa duratio cuiuſcunque poſſit intelligi conſumere tempus diuiſibile. Itaque illa coexiſtit tempore diuiſibili, non tamen eſt diuiſibilis, ſicut ſolemus hoc dicere de Angelica operatione relata ad noſtrũ tempus. Et per hoc patet ad confirmationem. Et nota bene hanc ſolutionem pro intelligenda quiditate orationis.

Ad 2. Arg.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ex natura ſua ſyllabæ habent longitudinem, vel breuitatem, licet in aſſignanda hac longitudine, vel breuitate ſint opiniones hominum diuerſæ, & placita diuerſa, in quo falſum dicit Suarez, diſput. 47. ſect. 3.

Ad 3. Arg.

Ad tertium reſpondetur, quod omnis duratio talis tempore menſuratur, ſi per ſe ſumatur. Ceterum ſi ſumatur duratio vnius, & alterius, vt inter ſe habent concentum quendam ſecundum rationem longitudinis, & breuitatis, ſic

menſuran-

menſurantur propria menſura, quæ eſt
oratio, ſicut ſi homo conſideretur in ſe,
menſuratur, linea, corpore, vel ſuperfi-
cie. Si verò ſumatur, vt coniunctus
cum aliis, numero menſuratur, quæ eſt
alia ſpecies.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod ora-
tio eſt accidens reductum ad prædica-
mentum quantitatis, ex eo, quod non
habet propriam diuiſibilitatem, & ſicut
tempus ſubiectatur in primo mobili,
ita oratio in voce menſurata ſubiecta-
tur, ſeu in ſyllabis menſuratis. Nam pa
rum refert hoc dicere. Sicut enim dici
mus, orationem eſſe longam; ita aſſere-
re debemus, illam longitudinem in ip-
ſa ſubiectari, nam intrinſecè menſura-
tur per illam.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod ſuf-
ficit menſuram prædicamentalem men
ſurare aliquid ſubſtantiæ, ſcilicet, actio
nem, vel aliquid huiuſmodi, vt patet in
tempore.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod ex va-
ria combinatione illarum duarum ſyl-
labarum adiuncta cum aliis reſultant
multæ ſpecies, ſicut ex varia commix-
tiooe quatuor qualitatum reſultant va
rii colores. Et hoc patet in arte poeti-
ca, vbi ſunt multæ ſpecies carminum, &
pedum illorum.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpōdetur, quod quia
illæ ſyllabæ æquales in numero habent
Opt. Simi- alium & alium concentum, ſeu accen-
le. tum, & longitudinem, & breuitatem,
componunt aliam ſpeciem diſtinctam,
ſicut, quamuis homo & equus conſtent
ex duabus, materia & forma, quia illæ
partes ſunt alterius rationis, ſaltem in
ratione formæ, alia ſpecies reſultat; ita
eodem modo dicendum eſt de partibus
orationis. In numeris verò, quando eſt
idem numerus vnitatum, ſunt eiuſdem
rationis vnitates, & ita eadem reſultat
ſpecies.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur, ex conclu
ſione poſita in hac quæſtione.

QVÆSTIO XXXII.

Vtrum locus, tempus, & motus ſint
veræ ſpecies quantitatis.

ET hæc quæſtio iſta tria cō
prehendit, quia ex ea-
dem radice de omnibus
eſt ſententia ferenda. Et *1. Argum.*
probatur primò, locum
eſſe diſtinctam ſpeciem
à linea, corpore, & ſuperficie, & verè
locatum in prædicamento quantitatis
directè. Nam Ariſt. in logica cap. de quā
titate, locum ponit ſpeciem quantita-
tis, & dicit eſſe quantum per ſe, & non
per accidens; ergo intentum habetur.
Et confirmatur hoc argumentum: Nam
locus habet paſſionem quātitatis, quòd
eſt eſſe menſuram ſubſtantiæ, ergo & eſ
ſentiam. Antecedens patet. Et proba-
tur conſequentia, quia cui conuenit paſ
ſio, & eſſentia competere debet.

Secundò, eſſe formam intrinſecam *2. Argum.*
& extrinſecam ſunt rationes ſufficien-
tes ad variandam ſpeciem, & diſtinguē
da prędicamenta aliquando, vt patet in
loco, & vbi, tempore, & quando; ſed lo-
cus diſtinguitur à ſuperficie, vt forma
extrinſeca, nam quatenus proprium
ſubiectum afficit ſuperficies, dicitur for
ma intrinſeca, vt autem circumſcribit
aliud corpus, habet ſe vt forma extrin-
ſeca eius, ergo vt ſic diſtinctam conſti-
tuit ſpeciem, & non poteſt ad aliud præ
dicamentum pertinere, niſi ad hoc, er-
go, &c. Probatur minor, quia tribuit illi
quandam extenſionem, & menſuratio-
nem extrinſecam, quæ pertinet ad præ
dicamentum quantitatis.

Tertiò. Nam D. Thom. ſupra dicto *3. Argum.*
opuſculo quadrageſimo octauo, cap. 6.
& alibi ſæpe dixit, locum eſſe quantita-
tis ſpeciem, & habere propriam diffe-
rentiam diſtinctam à differentia ſuper-
ficiei, ſcilicet, eſſe immobilem, ergo eſt
diſtincta ſpecies à ſuperficie, & hæc ſpe
cies ad nullum prædicamentum poteſt
pertinere, niſi ad prędicamentum quan
titatis, ergo, &c.

Quar-

4. Argum. Quartò. Nam locus ex natura ſua dicit quandam extenſionem potentem aliam comprehendere; ſed hanc extenſionem non dicit ſuperficies, ergo eſt alia ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie. Maior patet, quia locus potẽs eſt circumſcribere & continere locatum. Hoc autem ſine extenſione non poteſt facere. Extenſio autem ratio eſt quantitatis, ergo dicit extenſionem de genere quantitatis, & minor illa probatur. Nam ſuperficies non dicit, niſi extenſionem ſecundum latitudinem & longitudinem, & non dicit extẽſionem potentem aliquid aliud comprehendere: ergo illa extenſio diſtincta eſt ab iſta, & ſic erunt duæ ſpecies quantitatis. Et confirmatur: Nam certè locus aliquid addit ſupra ſuperficiem: ſuperficies enim, quæ aliud corpus non comprehẽdit, non eſt locus, ſed illud, quod addit, eſt de genere quantitatis. Nam non eſt alterius generis; ergo eſt diſtincta ſpecies. Probatur conſequentia: Quia ex eo ſuperficies eſt diſtincta ſpecies, quia addit aliquid lineæ pertinens ad genus quantitatis, nimirum latitudinem, ergo, &c. Quod verò tempus ſit ſpecies quantitatis, probo, & ſit

5. Argum. Quintum argumentum. Tempus per ſe eſt extenſum; ergo per ſe eſt quantũ: ergo per ſe eſt in prædicamento. Prima conſequentia eſt euidens: nam ratio quantitatis conſtitutiua eſt extenſio. Et probatur antecedens; nam de intrinſeca ratione temporis eſt habere partes diuiſibiles & extenſas, ergo de eius ratione eſt eſſe extenſum. Antecedens probatur: Nam tempus in hoc differt ab inſtanti, quia inſtans eſt indiuiſibile, tempus verò eſt diuiſibile, & extenſum, & ita in ſua ratione dicit partes extenſas, quarum vna non eſt alia. Et confirmatur hoc argumentum, quia Ariſt. in prædicamento hoc tempus numerat inter ſpecies quantitatis per ſe, vt ſupra viſum fuit, ergo, &c.

6. Argum. Sextò. Implicatio cõtradictionis eſt, quod tempus ſaluetur in aliquo indiuiſibili ſecundum quamcumque conſiderationem; ergo ex ſua ratione eſt extenſum & diuiſibile. Conſequentia eſt euidens: Quia ſi per accidens conuenit illi extenſio, & diuiſibilitas, bene poſſet ſaluari cum his, quæ per ſe illi inſunt abſque eo, quod haberet ea quæ per accidens illi conueniunt, & ſic poſſet ſaluari ſine extenſione. Et confirmatur hoc argumentum: Quia ſaltem ſi extenſio non eſt de ratione temporis, per intellectum poſſet conſiderari tempus ſine extenſione, ſed hoc fieri non poteſt, quia neceſſariò debet intelligi pars prior, & poſterior in tempore, quæ partes etiam neceſſariò debent intelligi diuiſibiles, aliàs tempus continuum intelligeretur compoſitum ex indiuiſibilibus, quod eſt impoſſibile, ergo, &c.

7. Argum. Septimò. Vel tempus componitur ex indiuiſibilibus, vel ex diuiſibilibus: Non primum, vt de ſe conſtat, ergo ſecundum, ergo eſt quantum eſſentialiter, quia illud eſt eſſentialiter quãtum, quod ex diuiſibilibus componitur. Alia argumenta adduci poſſent, ſed quia ad Phyſicos pertinent, omitto prudens: ſolum ea enim adduco, quæ probant ex propriis, tempus eſſe ſpeciem quantitatis.

8. Argum. Octauò probatur: quod motus ſit quantitatis ſpecies vera & propria. Et omnia argumẽta, quæ probant, tempus eſſe ſpeciem quantitatis, probant etiam motum eſſe ſpeciem quantitatis, quia etiam eſt extenſum, & diuiſibile per ſe, & ex ſua ratione. Vnde non poteſt fieri in inſtanti, ſed ſpecialiter. Probatur de motu. Nam D.Thom. 5 metaphyſicæ, lectione 13. ita dicit, loquendo de tempore, & motu; vnde hæ non ſolum quantitates per accidens dici poſſunt, ſed magis per poſterius, in quantum quantitatis diuiſionem ab aliquo priori ſortiuntur. Ex quo ſic argumentor: D.Thom. aſſerit, tempus & motum eſſe quanta per poſterius, & non per accidẽs, hoc eſt, per ſe ſecundò; ſed ſufficit, vt conſtituantur in prædicamento quãtitatis, ſpecies iſtas eſſe quantas per ſe ſecundò; ergo reuera ſunt quantitatis ſpecies. Probatur minor, quia quæ ſunt talia per ſe ſecundò, non ſunt talia per accidens, & ſic pertinebunt ad hoc prędicamentum. Et confirmatur hoc argumentum, ex eodem D. Thom. ibidem. Nam dicit, quod Ariſtoteles egit de ſpe-

ciebus

ciebus quantitatis in logica, ſecundum rationem menſuræ, & ita illas diſtinxit ſecundum diuerſam rationem menſuræ, ſed locus & tempus habent diuerſam rationem menſuræ ab aliis ſpeciebus; ergo conſtituent in prædicamento logico diuerſam ſpeciem. & ſic erunt in illo, vt veræ ſpecies in ratione menſuræ. Confirmatur hoc argumentum. Nam D. Thom. 11. metaphyſicæ, lectione nona, & 5. lectione ſeptima, & lectione decima quarta, & 3. phyſicorum, lectione 4. dicit, pertinere locum ad genus quantitatis; & idem dicit opuſculo 42. cap. 19.

9. Argum. Nonò. Motus habet varias ſpecies, vt patet ex Ariſtotele in poſtprædicamentis, ergo motus eſt genus, ergo pertinet ad aliquod prædicamentum, & non ad aliud, niſi ad prædicamentum quantitatis, ergò eſt ſpecies illius. Prima conſequentia probatur, quia decem genera dicuntur, quia ad illa omnes ſpecies, & genera ſubalterna reducuntur. Minor probatur, quia quantitas dicit extenſionem, & motus eandem importat; ergo pertinet ad hoc prædicamentum.

10. Arg. Decimum argumentum. In motu eſt peculiaris continuitas diſtincta à continuitate temporis; ergo motus cauſſat diuerſam quantitatis ſpeciem diſtinctã à tempore. Antecedens probatur. Nam motus omnes, præter motum primi mobilis, non ſunt tempus, & ſunt aliquid continuum; ergo diſtincta continuitate à continuitate temporis.

11. Arg. Vndecimò argumentor communiter pro omnibus hic dictis, quod ſint ſpecies quantitatis: Nam omnia iſta non ſunt quanta per accidens: ergo ſunt quãta per ſe. Conſequentia eſt bona, quia inter per ſe & per accidens non datur medium. Sed probatur antecedens: Nã quantum per accidens eſt illud, quod ex ſe non habet extenſionem, ſed illam habet aliunde. Nam, vt ait Ariſtoteles in prædicamento quantitatis; quantum enim per ſe eſt, ad quod aſpicientes cetera quanta dicimus, & quantum per accidens eſt illud, quod dicitur tale ratione quantitatis alterius. Sicut ſubſtantia non per ſe dicitur quanta, ſed ratione quantitatis, albedo ſimiliter, ſed ita non dicitur motus, & tempus, & locus quantum, ergo non ſunt per accidens quanta. Probatur minor, quia non dicuntur quanta ratione quantitatis ſpatii, verbi gratia, quamuis inde ſumatur radix, ſed ex propria definitione, & ratione, ergo, &c.

Præambula ad quæſtionem.

Controuer. 1. Sent. IN hac quæſtione ſunt variæ ſententiæ. Quidam enim dicunt de loco veram ſpeciem completam & perfectam eſſe huiuſmodi prædicamenti quantitatis. Et hoc etiam diuerſimodè à diuerſis explicatur. Nam aliqui dicunt, eſſe veram ſpeciem quantitatis in ratione menſuræ, non verò in ratione diuiſibilitatis, quia vt dicit D. Thom. in prædicamento logico, de quantitate agitur ſub hac ratione. Verum de hoc in principio huius prædicamenti dictum eſt, diceműſque in ſolutionibus argumentorum: iam enim rationem formalem conſtitutiuam quantitatis ſolum eſſe extenſionem, & non rationem menſuræ, & hoc tam in prædicamento logico, quam in metaphyſico dictum eſt, quia ſecundum omnem conſiderationem ſolum ſunt decem genera rerum; aliàs metaphyſicus fuiſſet diminutus, ſi non numeraſſet hanc rationem formalem entis conſtitutiuam prædicamenti quantitatis logici.

2. Sent. Alii verò dicunt, locum eſſe ſpeciem veram quantitatis, quia habet aliam rationem extenſionis diſtinctam à ſuperficie; nam ſuperficies dicit extẽſionem intrinſecam, locus verò extenſionem extrinſecam. Sed hæc opinio falſa eſt:

Reijcitur præcedens opin. quia locus nullo modo extendit extrinſecè locatum, cum locatum à propria quantitate extendatur; ergo nullo modo reſpectu locati habet extenſionem locus, nec reſpectu locantis; quia locans propria ſuperficie, & linea, & corpore habet ſuas extenſiones, & non à loco, vt ſic. De tempore verò etiam eſt opinionum diuerſitas. Dicunt aliqui, tempus eſſe diuerſam ſpeciem quãtitatis, & à motu, & à reliquis, quia tempus habet propriam extenſionem diſtinctam ab extenſione motus, & cum exten-

extenſio ſit ratio formalis quantitatis, erit tempus alia ſpecies.

3.Sent. Alii autem cenſent, tempus aliam eſſe quantitatis ſpeciem, non diſtinctam à motu; ſed motus non eſt ſpecies quantitatis, tempus autem eſſe quantitatis ſpeciem, quia per illud motus extenditur. In ratione verò menſuræ tempus eſſe quantitatis ſpeciem multi Thomiſtæ aſſerunt. Videatur Soto in prædicamento quãtitatis, & videtur eſſe etiam Ariſtotelis ſententia, nam ponit tempus ſpeciem quantitatis, & non in ratione diuiſibilitatis; ergo in ratione menſuræ. *Soto.*

De motu autem multi aſſerunt, quod licet eſſentialiter non ſit quantus, eſſe tamen in eo propriam quandam quantitatem, quæ eſt proprietas eius per ſe ſecundò illi conueniens, quæ ſub genere quantitatis peculiarem conſtituunt ſpeciem ab omnibus aliis diſtinctam. *Fonſeca.* Et hanc ſequitur etiam Fonſeca lib. 5. metaphyſicæ, capit. 13. quæſt. 8. & ratio ſupra adducitur, cui innititur hæc ſententia, quia, ſcilicet, habet propriam extenſionem. Sed, vt aperiam, quid ſecundum Thomiſticam doctrinam, & veritatem, in hac parte verum cenſeam, eſt

Deciſio quæſtionis.

1.Conclus. Locus vt diuiſibilis nõ eſt ſpecies quantitatis. PRima concluſio: Locus in ratione diuiſibilis, ſeu extenſi nullo modo eſt ſpecies quantitatis (& accipio locũ, pro ſuperficie vltima corporis continẽtis.) Iſta concluſio aperta manet ex dictis ſuperius. Nam locus non habet aliam extenſionem diſtinctam ab extenſione ſuperficiei: ergo locus non eſt alia ſpecies in ratione extenſionis. Conſequentia eſt euidens, quia ſpecies quantitatis in ratione extenſionis diſtinguitur per diuerſam extenſionis rationem. Sed antecedens probatur, quia non poteſt diuidi, niſi ſecundum latitudinem, & longitudinem. Præterea: Omnis extenſio quantitatis continuæ, vel eſt ſecundum longitudinem, vel ſecundum latitudinem, vel ſecundum profunditatem; nec imaginabilis eſt alia extenſio; ergo omnis extenſio vel eſt linea, vel ſuperficies, vel corpus; nulla ergo alia extenſio præter dictas cum dari poſſit, omnis ſpecies quantitatis continuæ, vel erit linea, vel ſuperficies, vel corpus. Quod ſi habet locus aliam extenſionem diſtinctam ſecundum longitudinem, vel latitudinem, erit alia ſuperficies diſtincta à ſuperficie corporis. Et hoc eſſe non poteſt, quia duo accidentia ſolum numero diſtincta in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt: ergò &c. Et ſic hæc concluſio demonſtrata eſt. Vnde Ariſt. 5. metaphyſ. non numeranit locum ſpeciem quantitatis, quia ibi tractabat de quantitate in ratione diuiſibilis. Et ita definiuit, quantum eſſe diuiſibile in ea, quæ inſunt; & accipimus diuiſibilitatẽ radicaliter pro extenſione, in qua conſideratione locus non habebat nouam extenſionem ſeu diuiſibilitatẽ.

2.Conclus. Locus in ratione mẽſura eſt in prædicamẽto quantitatis. Secunda concluſio: Locus in ratione menſuræ eſt ſpecies quædam, quæ reducitur ad prædicamentum quantitatis, ex eo, quod menſura eſt aliquid ipſius quantitatis; ſed tamen hæc ſpecies eſt aliquid imperfectum, & reductum ad hoc prædicamentum.

Hanc concluſionem ſuperius docuimus. Et probatur modò, quod ſit ſpecies quædam in ratione menſuræ, quia diuerſimodè menſurat, quam tempus, & ſuperficies menſurent; nam res permanentes, & extrinſecè menſurat. Hoc autem totum eſt quid imperfectum in genere quantitatis, quæ eſt veluti modus ipſius. Et prędicamentum logicum non poteſt ſecundum hanc rationem conſtitui, quæ cum ſit diuerſa à ratione extenſionis, eſſent vndecim prædicamenta, quod eſt contra Ariſt. vt vidimus ſuperius. Hæc concluſio eſt D. Tho. in ſupra dicto opuſculo. 48. & 5. metaphyſicæ, locis citatis, qui vt minimum ſic debet in illis locis intelligi. *D Thom.*

Obiectio. Et ſi dicas, ſequitur, quod etiam detur ſpecies extrinſeca, quæ dicatur linea extrinſeca, & in ratione menſuræ diſtinguatur ſpecies à loco, quia etiam linea menſuratur extrinſecè a linea, ſeu à longitudine, hoc autem eſt falſum, & contra Ariſt. qui nullam talem poſuit menſuram in prędicamento quãtitatis, ergo &c. *Solutio.* Reſpondetur dupliciter

Digitized by Google

citer. Vno modo concedẽdo ſequelam. Datur enim ſpecies imperfecta in ratione menſuræ, quæ dicitur linea, quatenus eſt extrinſecus menſurans rei longitudinem tantum, & illud quidem eſt extrinſecè. Sicut enim datur menſura, quæ eſt locus menſurans longitudinẽ, & latitudinem extrinſecè, ita datur mẽſura extrinſeca, menſurans tantum longitudinem rei. Et Ariſt. non numerauit illam explicitè, ſed implicitè: nam numerando locum numerauit conſequenter ſpeciem lineæ in ratione menſuræ extrinſecè. Secundò reſpondetur, quod iſta menſuratio longitudinis formaliter includitur in menſuratione loci, & ita non eſt diſtincta ſpecies imperfecta etiam in ratione menſuræ, non vero extenſio intrinſeca ſecundum longitudinem includitur formaliter in extenſione ſuperficiei, & ita conſtituit diuerſam ſpeciem in ratione extenſionis, quę eſt ratio formalis prædicamenti quantitatis. Et ſi dicas; Quare menſuratio extrinſeca longitudinis includitur formaliter in ratione menſurationis loci, & non extenſio lineæ in extenſione ſuperficiei? Reſpondetur, quod non poteſt menſurare formaliter locatum, niſi menſuret formaliter eius longitudinem, & latitudinem. At verò bene poteſt ſaluari propria extenſio ſecundum latitudinem ſine incluſione formali extenſionis ſecundum lõgitudinem, quia hæc eſt continuatiua extenſionis ſecundum latitudinem, quod non reperitur in menſuratione ſecũdum latitudinem, & longitudinem.

Solut. 2. — *Obiectio.* — *Solutio.*

3. Concluſ. Cont. Fonſecam.

Tertia concluſio. Motus non eſt ſpecies prædicamenti quantitatis, conſiderando quantitatem ſecundum ſuam propriam rationem, quæ eſt extenſio. Hæc concluſio eſt mihi demonſtrata in doctrina Ariſt. Nam motus vt ſic, eſt poſtprædicamentum, vt aſſerit Ariſtoteles in poſtprædicamentis, capite 13. de ſpeciebus motus, ſed poſtprædicamenta non ſunt in prædicamento aliquo tanquam ſpecies illius, aliàs non dicerentur poſtprædicamenta, ergo &c. Præterea, Motus, vt aſſerit Ariſtoteles, & D. Thomas 11. Metaphyſicæ, lectione 9. vbi eleganter agit D. Thom. de actione, & paſſione, & motu, eſt quid imperfectum, & incompletum, ergo non poteſt eſſe ſpecies prædicamenti quantitatis. Probatur conſequentia, quia ſpecies cuiuslibet prædicamenti eſt ens completum & perfectum in ſua ratione, nec eſt in fieri, & in tendentia ad aliud. Prçterea: Prædicamenta, & omnia quæ in illis ſunt directè, formaliter diſtinguuntur à poſtprædicamentis, aliàs non debuiſſet Ariſtoteles numerare poſtprædicamenta, vt quid diſtinctum à prædicamẽtis; ergo motus, & omnes eius ſpecies diſtinguuntur formaliter ad minus ab omni ſpecie prædicamentali; ergo in nullo eſt prædicamento. Et ita eſt cõmunis ſententia Ariſtotelis 3. phyſicorum, & ſupra dicto capite, & lectione 9. apud D. Thom. vbi ſupra, quod motus reducitur ad prædicamentum ſui termini. Ex quo ſic argumentor: Motus pertinet reductiuè ad prædicamentum ſui termini, vt, ſi eſt alteratio ad qualitatem, ſi augmentatio ad quantitatem, ſi latio ad vbi, ergo non eſt ſpecies prædicamenti quantitatis directè ibi exiſtens, quia nullum reductum ad prædicamentum eſt ibi directè; hęc enim ſunt pugnantia. Loquimur enim hic de motu, ſecundum quod eſt actus entis in potentia, ſecundum quod in potentia. Prçterea ſequitur, quod augmentatio ſit per ſe in prædicamento quantitatis, & non ſit per ſe in illo, quod eſt contradictorias eſſe veras. Probatur: Nã eſt per ſe in illo, ſi eſt ſpecies illius, & non eſt per ſe, quia reductiuè pertinet ad prædicamentum ſui termini, ergo &c. Ex quo patet, quam falsè dixerit oppoſitũ Fonſeca, vbi ſupra. Vnde quamuis motus eſſet quantitas per ſe ſecundò, non ſequitur, quod ſit ſpecies quantitatis, quia eſt quid imperfectum & incompletum, & in via ad aliud.

Optima ratio ad probãdũ motũ nõ pertinere formaliter ad aliquod prædicamẽtũ.

Reÿcitur Fonſeca.

Quarta concluſio, quę plus habet difficultatis, ſit: Tempus non eſt ſpecies quantitatis (in ratione extenſionis conſiderando quantitatem,) quæ ponatur directè in prædicamento quantitatis. Hæc concluſio eſt Ariſtotelis lib. quinto Metaphyſicæ, tex. 18. & lectione 13. apud D. Thom. vbi dicit expreſsè, tempus & motum eſſe quanta per accidẽs.

4. Concluſ. Tẽpus quatione nõ eſt in prædic. quantitatis.

Et

Et ſubdit rationem: Etenim hæc quanta quædam & continua dicuntur, quia illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus, atque non dico, id quod mouetur, ſed id, ſuper quod efficitur motus. Quia enim quantum eſt illud, ideo etiã motus quantus eſt: tempus etiam ideo quantum eſt, quia motus quantus eſt. Super quem locum ita aſſerit D. Thom. *Duo modi quãtitatis per accidẽs* Diſtinguit modos quantitatis per accidens, & ponit duos modos quantitatis per accidens, quorum vnus eſt, quod aliqua dicuntur quanta per accidens, ex hoc ſolum, quod ſunt accidentia alicuius quanti, ſicut album, & muſicum, per hoc quod ſunt accidentia alicuius ſubiecti, quod eſt quantum. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens, non ratione ſubiecti, in quo ſunt, ſed ex eo, quod diuiduntur ſecundum quantitatem ad diuiſionem alicuius quantitatis. Sicut motus & tempus, quæ dicuntur quædam quanta & continua, propterea, quod ea, quorum ſunt, ſunt diuiſibilia & ipſa diuiduntur ad diuiſionem eorum. Tempus enim eſt diuiſibile & continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem, non quidem eius, quod mouetur, ſed eius, in quo aliquid mouetur. Ex eo enim, quod illa magnitudo eſt quanta, & motus eſt quantus, & propter hoc, quod modus eſt quãtus, & tempus eſt quantum. Ex quibus locis ſic argumẽtor. Ea, quæ poni debent in prędicamento quantitatis, debent eſſe quanta per ſe, & propria ratione, ſed tempus & motus non ſunt quanta per ſe, & ex propria ratione, ſed ſunt quanta per aliud, ergo non ſunt ſpecies quantitatis. Maior patet, quia ex propria definitione, & ratione debet illis cõpetere extẽſio, & ratione ipſius aliis debet competere. Minor patet ex Ariſtotele, quia habent hoc finaliter ab extenſione ſpatii. *Obiectio.* Si dicas, quod conueniat illis p ſe eſſe quanta, vt diſtinguitur contra accidentaliter, quod ſufficit vt in prædicamento collocentur tempus & motus, & nõ eſt neceſſe, quod cõueniat illis hęc ratio per ſe, id eſt, nõ per aliud. *Solutio.* Contra, nam ex eo, quod conuenit illis ratio quanti per aliud, explicat D Tho. per poſterius; Et ita dicit; vnde hæ non ſolũ quantitates per accidens dici poſſunt, ſed magis per poſterius. Ex quo ſic argumentor. *Quantum dicitur analogicè, de tẽpore, & motu.* Ratio quanti dicitur de tempore & motu, de quanto per ſe analogicè, ergo tempus non ponitur, nec motus in hoc prædicamento. Probatur conſequentia: Quia ea, quæ ponuntur in hoc prædicamento, debent participare vniuocè, & ſimpliciter rationem quantitatis. Probatur antecedẽs, quia dicitur per prius, id eſt, ſimpliciter de quantitate continua, ſcilicet, de linea, corpore & ſuperficie, per poſterius, id eſt, ſecundum quid de quantitate per accidens, ſcilicet, motu, & tẽpore, ergo &c. Nõ enim poteſt intelligi rationem quantitatis conuenire motui & tempori, niſi per ordinem ad quantitatem ſpatii, ſicut nec accidens rationẽ entis poteſt participare, niſi in ordine ad ſubſtantiam. Vnde prius iſti diuiſio debet fieri, quantum aliud per ſe, aliud per accidens. Et poſtea, quantum per ſe, aliud continuum, aliud diſcretum. Continuum: aliud linea, aliud corpus, aliud ſuperficies. Explicatur hæc ratio, & cõfirmatur. Nam tempus & motus ſunt ſecundum quid quantitates, ergo non poſſunt collocari in hoc prædicamento. Probatur antecedens: Quia participant rationem quantitatis ſecundum quid, & in ordine ad quantum continuum per ſe, & ita non poſſunt intelligi in ratione quanti, niſi in ordine ad quãtitatẽ per ſe ſpatii. Præterea probatur concluſio. Nam tempus eſt quidam modus, ſeu proprietas motus, ſed motus eſt quid incompletum, & imperfectum, ergo, & hæc proprietas illius erit quid incompletum, & imperfectum, ergo nõn ponetur in prædicamento. Conſequentia eſt clara, quia non poteſt habere incompletum, & imperfectum proprietatem conſequutam ad illud, vt incompletum eſt, quæ ſit in prædicamento. Nam licet intellectus animæ rationalis ſeparatæ in prædicamento qualitatis, & anima in nullo prædicamento collocetur, non conſequitur intellectus animam, vt eſt quid incompletum, ſed tempus conſequitur motum, qua ratione eſt actus imperfectus, & quid in potentia, & abſolutè tempus in genere ex

Digitized by Google

tenſi habet extenſionem imperfectam & incompletam. Præterea ſecundum Ariſtotelem non habet tempus rationem quanti, niſi ratione motus, ſed motus non eſt in prædicamento, vt oſtendimus, ergo nec tempus. Non enim debet perfectiori modo participare rationem quantitatis, quam illud, quod eſt tale. Nam iuxta Ariſtotelis maximam, propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Et hanc ſententiam tenent viri graues. Vide Caietanum in prædicamento quantitatis. Nihilominus addendum eſt, tempus pertinere ad prædicamentum quantitatis reductiuè, vt quid attinens ad quantitatem, ſicut de loco dictum eſt.

Caiet.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Explicatio verborum Ariſtot.

AD primum dicitur: Ariſtotelem dupliciter explicari in prædicamento quantitatis in logica. Primo modo, cum aſſerit, locum ſpeciem eſſe quantitatis diſtinctam à linea, corpore, & ſuperficie, loqui non ex propria ſententia, ſed ſecundum quod communiter tunc opinabatur, & ex aliorum placito. Et quia communiter tunc verſabatur in opinione omnium, locum & tempus eſſe veras ſpecies quantitatis, & per ſe quanta, ideo Ariſtoteles hoc ipſum dixit. Et quia ibi agebat de quantitate non metaphyſicè, ſed logicè, non protulit propriam ſententiam. In quinto verò metaphyſicæ, capite de quāto, veras ſpecies ex propria ſententia recenſens omiſit locum, & motum, & tempus. Secundo modo explicatur, quod dicat eſſe ſpecies quantitatis reductiuè, quia ſunt ſpecies alicuius proprietatis ſubſtantiæ. Sicut ſi diceremus, animam rationalem eſſe ſpeciem imperfectam. Et ſi dicas; nam dixit, quòd ſunt quanta per ſe, vult dicere, quod ex propria ratione habent aliquam extenſionem; ſed hęc extenſio non eſt ſufficiens, vt vidimus, ad conſtituendam ſpeciem quantitatis, & dicemus de hac re amplius inferius.

2. Explica.

Ad Conf.

Ad confirmationem reſpondetur primò, quod eſſe menſuram ſit paſſio quātitatis modo inferius explicando, & nō habeat paſſionem quantitatis, ſicut riſibile eſt hominis paſſio, & non habet paſſionem. Vnde non ſequitur, quod vt ſic, ſit homo, ſed quod ſit paſſio hominis.

Ad 2. arg. Quid requiratur ad diuiſionē.

Ad ſecundum reſpondetur, quod non præcisè ex eſſe intrinſeco, vel extrinſeco diuiſio inter ſpecies ſumatur, niſi participetur ratio generica, & locus, vt ſic, non eſt quantum, ſed quædam quanti proprietas. Neque etiam extrinſecum, & intrinſecum variant prædicamenta, niſi in illis ſit diuerſus entis modus, & diuerſa formalis ratio.

Ad 3. arg. Locus D. Th. quomodo interpretandus.

Ad tertium reſpondetur, D. Thom. ibi loqui ſecundum Ariſt. mentem, & non ex propria ſententia, & ita ſicut Ariſt. eſt explicandus. Et huius ſignum eſt, quod dum commentaretur in Ariſtotelis metaphyſicam, lib. 5. cap. de quanto, non poſuit locum, nec tempus ſpeciem quantitatis.

Ad 4. arg. Quare locus non faciat aliam ſpeciē quātitatis.

Ad quartum reſpondetur, locum non dicere aliam extenſionem ab extenſione ſuperficiei, ſed dicere eandem extenſionem cum alio modo apto ad extrinſecus menſurandum. Hoc autem non facit aliam ſpeciem quantitatis, ſicut nec linea curua, & recta ſpecies ſunt quantitatis diuerſæ: quamuis non per omnia ſit ſimilitudo. Ad confirmationem dicitur, quod ſuperficiei addat locus modum quendam, qui eſt continentiæ modus, vel actualis, vel aptitudinalis: non tamen dicit nouam, nec diuerſam extenſionem. Nam ſuperficies ſolum dicit longitudinem & latitudinem, at verò locus addit continentiam. Sed de hoc in phyſicis redibit ſermo, Deo volente. Et hic modus reducitur ad quantitatem.

Ad 5. 6. & 7. 1. Solutio.

Ad quintum, ſextum, & ſeptimum argumentum, & ad ſuam confirmationem reſpondetur, quod tempus ſit quid extēſum; ſed extenſio illa conuenit tēpori per aliud, non per ſe, vt autem eſſet ſpecies quantitatis, erat neceſſe, vt conueniret per ſe, & non per aliud; ſicut modò mea ſubſtantia extenſa eſt, & habet partem extra partem, ſed quia hoc illi conuenit, per quantitatem, non eſt in prædicamento quantitatis. Et quamuis non ſit in omnibus ſimilitudo inter ſupra dictas extenſiones. Quia ſub

ſtantia

ſtantia non habet in ſua ratione habere partes extenſas, quod habet tempus; ſed ſufficit, vt tempus non ſit in prædicamento diuerſo, quod illa extenſio cõ ueniat illi per aliud, quia ex hoc ſequitur, quod ſit extenſio ſecundum quid, & imperfectum in illo genere. Secũdò

2. ſolutio. reſpondetur, quod extenſio ſecundum quid & dicitur extenſio de illa, & de extenſione corporis, & lineæ, & ſuperficiei analogicè, quia participat rationẽ extenſionis à quanto continuo. Vnde quantum, abſtrahendo à per ſe [& per aliud, eſt analogum, & diuiditur in quã tum per ſe, & per aliud analogicè, & proportionalitatis, & proportionis analogia, & non conſtituit prædicamentum quantitatis, ſed quantum per ſe, vt diſtinguitur contra per aliud eſt generaliſſimum huius prædicamenti, & ita eſt extenſio temporis, & motus imperfecta extenſio, & ſecundum quid, vnde non conſtituit hoc prædicamẽtum, nec ſpecies illius. Itaque nec in ſe, nec in ordine ad extenſionem per ſe, eſt ſimpliciter extenſio, ſed ſecundum quid, quæ participat rationem extenſionis in ordine ad quantitatem per ſe, ſicut accidens rationem entis in ordine ad ſubſtantiam.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur, & ad primam authoritatem D. Tho. patet ex dictis. Et ad ſecundam authoritatem noſtri Doctoris & Eccleſiæ reſpondetur, quod nihil aliud velit dicere, quam Ari-

Explicatur Ariſtot. ſtoteles. Vnde cum Ariſtot. vt Caietanus dicit, in hoc prædicamento, non cõſtituat ibi ſpecies, niſi ſecundum opinionem communem cum ſuo tempore, & non ſecundum rei veritatem; ita eſt explicandus D. Thom. qui eſt Ariſtotelis anima in explicanda ſua doctrina. Aliam expoſitionem dedimus ſuperius.

Ad 9. Ad nonum reſpondetur, quod motus ſit quid imperfectum, & ſuæ ſpecies ſimiliter. Vnde non pertinent ad aliquod prædicamentum, niſi reductiuè.

Ad 10. Ad decimum patet ex dictis; nec motus, nec ſpecies ſunt quanta per ſe, & ſimpliciter, ſed per aliud, & ſecundum quid. Et hoc ſufficit, vt accipiantur vt menſuræ alicuius, & quodammodo pertineant ad quantitatem: non verò conſtituant veram ſpeciem quantitatis.

Ad vndecimum & vltimum reſpondetur, per accidẽs accipi dupliciter ex Ariſtotele in 4. & quinto metaphyſicæ, & vt diſtinguitur contra per ſe, vt idem valeat, quod accidentaliter, & non in aliquo modo perſeitatis, & vt diſtinguitur contra per aliud, quomodo accidens eſt ens per aliud, ſcilicet, per ſubſtantiam, & non accidentaliter. Et iſto modo motus eſt extenſus, & tempus eſt extenſum; ſed hæc extenſio eſt ſecundum quid extenſio, & ens imperfectum, ſicut motus eſt ens imperfectum. *Ad 11. & vlt. Per accidens dupliciter accipi poteſt.*

QVAESTIO XXXIII.

Vtrum rectè ab Ariſtotele aſſignentur proprietates quantitatis.

ET primò ponam concluſiones, quibus cuiuslibet proprietatis eſſentia declarabitur; poſtmodum argumenta, quæ contra quamlibet proprietatẽ fieri ſolent, diſſoluam, vt lucidè & perſpicuè procedamus. *1. Proprietas. Quantitati nihil eſt cõtrarium*

Prima concluſio: Prima quantitatis proprietas rectè aſſignatur ab Ariſtotele. Eſt autem hæc proprietas: quod quãtitati nihil eſt contrarium. Hanc concluſionem probat Ariſtoteles per exẽpla. Nam bicubito & tricubito nihil eſt contrarium, ſicut nec lineæ, aut ſuperficiei, aut corpori, & eodem modo poteſt eſſe exemplum in diſcreta quantitate. Nam ternario, aut quaternario nihil eſt contrarium. Et probatur: Nam contraria propriè ſunt duæ formæ poſitiuæ ſub eodem genere, mutuò ſe expellentes ab eodem ſubiecto, ſed magnum & paruum, bicubitum, & tricubitum non ſunt huiuſmodi; ergo quantitati nihil eſt contrarium. Nam ſi illi eſſet aliquid contrarium, maximè ſupra

dicta eſſent contraria. Maior conſtat ex his, quæ in ſuperiori prædicamento diximus de proprietatibus ſubſtantiæ. Minor probatur, quia eadem res eſt magna & parua, & bicubita & tricubita, nec ſe ab eodem expellunt ſubiecto. Tertiò. Quia magnum non fit paruum etiam reſpectu eiuſdem per receptionem alicuius formæ, & expulſionem alterius, quod requiritur ad veram contrarietatem, ſed per additionem, vel deperditionem alicuius partis, vel per cõpreſſionem, vt patet in cera, ergo &c. Et omnes rationes, quibus probauimus, ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, probant etiam, quantitati nihil eſſe contrarium.

Obiectio. Sed contra eſt argumentum ex Ariſt. quod magnum & paruum ſunt cõtraria, ſed magnum & paruum pertinẽt ad quantitatem, ergo &c.

1. Solutio. Reſpondet Ariſtot. multipliciter huic argumento. Primò dicit, quod magnum, vt ſic, & paruum vt ſic, non ſunt quantitates, ſed pertinent ad prædicamentum relationis. Et probat Ariſt. quia ratio quantitatis conuenit quantitati ſine ordine ad aliud, ſed magnum & paruum non conuenit alicui ſine ordine ad aliud, ergo non eſt quantitas paruum & magnum, vt ſic. Patet antecedens: Nam linea ſine ordine ad aliud eſt linea, paruum verò minimè, quia granum ſinapis in ordine ad aliud granum eiuſdem ſpeciei magnum eſſe ſolet, & in ordine ad alia diuerſæ ſpeciei, eſt minimum, vt inquit Chriſtus, & mons etiam eſt paruus reſpectu magnorum montium, vnde magnum, vt ſic, totum ſuum eſſe habet in ordine ad aliud, licet, vt aliquid ſit magnum, præſupponat quantitatem. Nec inconuenit vnius prædicamenti rem paſſionem eſſe rei alterius prædicamenti, vt patet, nam intellectus eſt in prædicamento qualitatis, & eſt paſſio hominis, qui eſt in prædicamento ſubſtantiæ.

2. Solutio. Secundò reſpondet Ariſtoteles, magnum & paruum non eſſe contraria. Quia nullum ſubiectum reſpicit ſimul duo contraria in gradibus perfectis: quia contraria ſunt, quæ ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt, ſed paruum & magnum ſunt in ſubiecto eodem ſimul reſpectu diuerſorum,

Replica. ergo, &c. Sed contra eſt argumentum. Quia augmentatio, & diminutio ſunt motus contrarii, ergo terminantur ad terminos contrarios, ſed terminantur magnum & paruum in quantitate, ergo magnum & paruum ſunt contraria, & ita quantitati eſt aliquid contrarium.

Solut. Soto reſpondet, quod magnum & paruum vt reductiuè pertinent ad ſubſtantiam ſunt contraria.

Alia repli. Sed contra, quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ergo etiam magnum & paruum, vt reductiuè pertinent ad ſubſtantiam, non ſunt contraria.

Solutio. Et ideo reſpondetur, quod, quando dicimus, motus eſſe contrarios, qui terminantur ad terminos contrarios, accipitur contrarietas non in rigore, quæ eſt oppoſitio duarum formarum ſub eodem genere, maximè diſtantium, & ab eodem ſubiecto ſe expellentium, ſed accipitur contrarietas impropriè pro quacunque incompoſſibilitate, & repugnantia.

Quomodo accipiatur contrarietas in prædicamento quãtitatis. Et ita magnum & paruum, quatenus accipiuntur vt termini augmentationis, & diminutionis, habent repugnantiam, quia, quatenus vnum motum terminant, non poſſunt alium terminare, licet eadem res poſſit eſſe parua & magna. Sed de hoc agitur in libris de Generatione.

Obiectio. Sed eſt contra argumentum: Quia magnum & paruum ſunt duæ formæ poſitiuæ, & ſub eodem genere continentur, & ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt: ergo ſunt propriè contraria, & rigorosè. Antecedens probatur. Quia paruum dicit aliquid certis terminis circumſcriptum, & determinatum, ſed cum aduenit magnum, excludit paruum, ita vt non ſit illis terminis, quibus antea erat, determinatum; ergò verè vnum excludit aliud.

Solutio. Reſpondetur, quod probat hoc argumentum, magnum, vt ſic, reſpectu eiuſdem, reſpectu cuius eſt magnum, non poſſe eſſe paruum; & ſic eſſe incompoſſibilia, vt termini ſunt motus ſupra dictorum, ſicut terminus à quo, & terminus ad quem; non autem probat, quod ſit vera contrarietas. Eſt etiam aliud argumentum Ariſtotelis

telis contra eandem concluſionem.

Obiectio.

Nam locus ſurſum; & deorſum ſunt contraria, & tamen pertinent ad quantitatem: ergo quantitati aliquid eſt contrarium. Et confirmatur, Quia linea recta, & curua opponũtur, & ſunt quantitates. Opponuntur, inquam, contrariè, ergo quantitati eſt aliquid contrarium.

Solut.

Reſpondetur ad argumẽtum: quod locus ſurſum & deorſum ſunt oppoſita, non verò propriè contraria, niſi accipiantur cum contrariis qualitatibus, ratione quarum, vt induunt illas, poſſunt habere contrarietatem, & linea recta & curua, vt ſic ad qualitatem pertinent, vt adduximus ex Diuo Thoma ſuperius in hoc prædicamento. Vide Caietanum in hac proprietate. Hæc autẽ proprietas, non eſt in quarto modo, quia conuenit ſubſtantiæ, vt ſupra viſum eſt.

2. Concluſ. Quantitas nõ ſuſcipit magis & minus.

Secunda concluſio: Optimè aſſignatur ab Ariſtotele ſecunda proprietas quantitatis, quæ eſt, vt nõ ſuſcipiat magis & minus. Probatur concluſio demonſtratiuè. Quia vnum bicubitum non eſt magis bicubitum alio, nec vnus ternarius eſt magis ternarius, quàm alius, & ſimiliter, nec minus; & ratio huius eſt, quia in hoc nullam habent latitudinem. De hoc iam in proprietatibus ſubſtantiæ dictum eſt, quia etiam ſubſtantia non ſuſcipit magis, & minus. Vnde hæc proprietas non eſt proprietas in quarto modo; quia conuenit etiam ſubſtantiæ. Et adhuc magis probatur concluſio: Nam ſola qualitas ſuſcipit magis & minus intenſiuè, vt inductiuè patet in omnibus, ſed quãtitas non eſt qualitas, ergo non ſuſcipit magis & minus. Maior patet, quia ſola qualitas habet latitudinem intenſiuam; quantitas enim ex eo, quod ſe habet ad modum ſubſtantiæ, & eſt accidens conſequens materiam primam, habet ab illa indiuiſibilitatem. Quomodo autem Diuus Thomas vocet augmentum quantitatis augmentum intenſiuum 1.2. quæſtione 52. articulo ſecundo, ad primum, & ſecũda ſecundæ, quæſtione 24. articulo quinto, ad primum, vide ibi Caietanum. Non enim loquitur de intenſione propriè, & in rigore, ſed ſimilitudinariè, nam ſicut intenſio qualitatum fit ſine additione nouæ qualitatis, ita rarefactio ſine additione nouæ quantitatis per extenſionem prioris.

Explicatur locus D.T.

3. Concluſ. Quantitati maximè conuenit eſſe æqualẽ, vel inæqualem.

Tertia concluſio. Tertia proprietas quantitatis optimè eſt ab Ariſtotele aſſignata, & eſt talis, vt ſit maximè proprium quantitati, vt dicatur æqualis, vel inæqualis. Hanc Concluſionem probat Ariſtoteles inductiuè, ita, vt quantitas dicatur æqualis, & inæqualis, vt linea lineæ, numerus numero, &c. & ratione quantitatis cetera dicantur æqualia.

Duplex æqualitas.

Sed nota, quod æqualitas poteſt dupliciter ſumi, vno modo propriè, vt diſtinguitur contra ſimilitudinem, & nihil aliud eſt, quam relatio vnius quanti ad aliud quantum, ſecundum negationem exceſſus, & ſequitur quantitatem, ita vt ipſa ſola ſit æqualis, vel inæqualis, & ſi quid aliquid dicitur æquale, vel inæquale, non niſi, ſecundum quod quantum eſt, dicitur. Appellantur namque duo homines æquales, quia eorum quantitates æquales ſunt, & duæ actiones æquales, quia earum tempora æqualia ſunt, & tempora, quia motus æquales ſunt, & motus, quia ſpacia æqualiter ſunt. Alio modo ſumitur æqualitas tranſumptiuè, ſeu metaphoricè, & idem eſt, quod perfecta ſimilitudo, & nihil aliud eſt, quam relatio vnius ſe habentis per modum quanti, ad aliud ſe habens per modum quanti ſecundum negationem exceſſus hinc, & inde. Et ſic æqualitas ſequitur quantitatem ſimilitudinariè dictam, quæ vocatur quantitas virtutis, vnde reperitur extra genus quantitatis. Albedo enim, vt tres in Socrate, & vt quatuor in Platone, ſimiles ſunt, ſed quia non perfectè aſſimilantur, æquales non ſunt. Si autem albedo intendatur, & fiat, t quatuor, iam ſint ſimiles perfectè, hoc eſt, æquales, & diuinæ perſonæ æquales dicuntur. Sed contra, nam ſi eſſet ſolum vna quantitas in mundo, illa eſſet verè quãtitas, & tamen nec æqualis, nec inæqualis alteri, ergo, &c. Probatẽ minor: quia non eſt aliud extremum, cui æqualis dicatur,

Obiectio.

catur. Et confirmatur: Quia ſi eſſent duæ quantitates, ſolum illæ eſſent, vel æquales tantum, vel inæquales tantum, & non æquales vel inæquales; male ergo hanc aſſignat Ariſtoteles proprietatem eſſe quantitatis. Probatur conſequentia, quia proprietas conſequitur ſtatim poſito illo, cuius eſt proprietas, ſicut riſibilitas poſito homine conſequitur ſtatim. Aliqui reſpondent huic argumento, & probat Suarez hanc ſolutionem, ſectione 5. diſputatione 45. quod cum omnis quantitas debeat habere partes, totum erit inæquale reſpectu ſuarum partium. Ceterum hæc ſolutio mihi non placet, quia omnis proprietas conſequitur aliquam eſſentiā, ſeu gradum, & ſi eſſentia illa eſt vna numero, debet proprietas eſſe vna numero, & ſic proportionabiliter. Vnde ſi eſt vnus homo, eſt vna riſibilitas; & non plures riſibilitates, & ita, ſi eſt vna quātitas, eſt vna æqualitas, vel inæqualitas. Si autem diceretur æquale vel inæquale totum, reſpectu partium, cum etiam partes ſint multæ & æquales, vel inæquales inter ſe, ſignari poſſent multæ paſſiones eiuſdem rationis in vno numero indiuiduo, quod eſt impoſſibile, imò infinitæ reſpectu partium ad totum, quia ſunt infinitæ partes, & omnes inæquales toti. Præterea, quia inæqualitas iſta totius ad partes & partium inter ſe, non poteſt eſſe proprietas realis; ergo non eſt paſſio quantitatis. Et ideò reſpondetur aliter, quod æqualitas poteſt ſumi dupliciter, vno modo formaliter, vt dicit relationem, alio modo fundamentaliter, ſeu aptitudinaliter. Si accipiatur formaliter, non eſt paſſio quantitatis, vt probat argumentum. Sed ſi dicenda eſt paſſio, accipienda eſt quantitas non in vno indiuiduo, ſed in pluribus, & tūc proprium eſt quantitatis eſſe æquale, vel inæquale, ſicut dicimus, proprium eſſe relatiuorum, quod dicantur ad conuertentiam. Si autem ſumatur aptitudinaliter ſeu fundamentaliter, tunc vna quantitas ſola habet hanc proprietatem, quia eſt apta, vt ſit æqualis, vel inæqualis alteri, ſi ſit aliud extremum æqualitatis. Hæc autem æqualitas eſt modus quidam ipſius quantitatis, & per omnia ſe habet, ſicut ſupra diximus de paſſionibus ſubſtantiæ. Ad confirmationem reſpondetur, quod eſſe ęqualem ſit accidens quantitatis, ſimiliter eſſe inæqualem præciſè; eſſe verò æqualem, vel inæqualem paſſio eſt, ſicut dicimus de propoſitione, quod ſignificare verum eſt accidens, & ſimiliter ſignificare falſum: ſed ſignificare verum, vel falsū explicat eſſentiam propoſitionis, quæ eſt referri ad obiectum ſignificatum tale. Et idem ſolemus dicere de numero pari, vel impari.

Solutio Suarez.

Reijcitur Suarez.

Vera reſpōſio.

Aequalitas modus quātitatis.

Quarta concluſio. Aliæ proprietates etiam tribuuntur quantitati, quarum vna eſt, quod proprium eſt quantitati eſſe diuiſibilem, diuiſione quantitatiua. Hæc concluſio adeo certa eſt, vt non egeat probatione. Quia quantum ex eo, quod eſt quantum, debet habere partes extenſas: & ita ex neceſſitate debet eſſe diuiſibile, & hæc eſt proprietas in quarto modo, quæ cōuenit omni, ſoli, & ſemper. Et ſi conſideretur quantitas, vt eſt extenſa, vt quo, vbi eſt diuiſibilitas in radice, ſicut eſt riſibilitas in radice in rationali, conſiderato ſecundum genus, & differentiam. Et hæc diuiſibilitas, vt eſt communis quantitati continuæ & diſcretæ, abſtrahit à diuiſione in infinitum, vel non. Continuum autem eſt diuiſibile in infinitum, vt patet tertiò phyſicorum, textu. 24. & 1. phyſicorum textu. 15. Diſcretum autē diuiſibile eſt non in infinitum, quia nullus numerus datur, qui conſtet infinitis vnitatibus. Sed dices, hæc diuiſibilitas, quæ eſt paſſio quantitatis, eſt diuiſibilitas phyſica, aut mathematica? vel quæ diuiſibilitas eſt iſta? Reſpondetur ab aliquibus, eſſe diuiſibilitatem abſtrahentem à mathematica, vel phyſica diuiſione. Diuiſio mathematica vocatur illa, quæ fit per deſignationem intellectus, quæ vnam partem ab alia ſeparat. Diuiſio phyſica illa eſt, qua realiter totum in ſuas partes ſeparatur, & hoc loquendo de quantitate in genere. Nam ſi fiat ſermo de quantitate continua, eius diuiſibilitas eſt phyſica, ſi autem loquamur de quantitate diſcreta, eſt mathematicè diuiſibilis. Alii dicunt, paſſionē quan-

4. Concluſ.

Obiectio.

Solutio.

Quid diuiſio phyſica, et quid mathematica.

Alia ſolut.

quantitatis eſſe diuiſibilitatem phyſicam, quia etiamſi actus diuiſionis non poſſit fieri circa omnem quantitatem, vt circa quantitatem cœli vel minimi, habent tamen huiuſmodi potentiam ad diuiſionem, quæ aliunde, & ab extrinſeco impeditur. Et numerus conſtat quod eſt diuiſibilis phyſicè ex eo, quod habet partes, etiamſi actualis diuiſio forſan repugnet illi. Quia binarius duorum hominum non poteſt non eſſe binarius manentibus illis hominibus, nihilominus, quia eſt totum quoddam, bene poteſt intelligi diuiſibilitas totius in ſuas partes, ſicut cœlum diuiſibile eſt in materiam & formam, etiamſi non detur diuiſio phyſica aliquando illarũ, & non manebit hominum illorum binarius, ſi alter eſſe deſinat. Et de hoc diximus, dum aſſignaremus eſſentiam quantitatis.

5. Concluſ. Finitum et infinitum ſint ne paſſiones quãtitatis.

Quinta concluſio: Eſſe finitum, vel infinitum non eſt paſſio quantitatis, ita vt ſit in quantitate aptitudo ad ſuſcipiẽdam infinitatem, vel in ſe, vel in aliqua ſui ſpecie. (Et accipimus infinitum ſimpliciter in genere quantitatis, hoc eſt pro infinito in actu, & categorematicè, non ſyncategorematicè) Hæc concluſio ſatis demonſtratur ab angelico noſtro Doctore prima parte, quæſt. ſeptima, artic. 3. Nam impoſſibile eſt, quod detur tale infinitum in quantitate, ergò impoſſibile eſt, quod ſit paſſio quantitatis. Conſequentia eſt euidens, quia paſſio debet ſubiecto conuenire, ſed impoſſibile nõ cõuenit ſubiecto, ergo &c. Sed antecedens probatur, quia omnis quantitas, ſi eſt in rerum natura, debet habere aliquam figuram; impoſſibile eſt infinitum habere figuram; ergo impoſſibile eſt dari quãtitatem infinitam. Probatur minor. Quia figura eſt, quæ certis terminis clauditur, & infinitum non poteſt claudi certis terminis. Maior patet, quia figura eſt paſſio quantitatis. Vide D.Thom. eodem loco. Dices, quod ex eo, quod quantitas eſt, eſt finita vel infinita, & ita erit eius paſſio. Sed reſpondetur, quod hac ratione poſſet dici, quod eſſe finitam, vel Deũ, eſt paſſio quantitatis, quia ſi eſt quantitas; ergo eſt finita, vel Deus, quia eſt

Obiectio.

Solutio.

vna diſiunctiua, cuius vna pars eſt vera, ergo tota eſt vera, & ideo fuit poſita concluſio cum illa formalitate. Vide D.Thomam quinto metaphyſicę, lectione 15. & Caietanum ſupra dicto loco primæ partis. Sed contra iſtam concluſionem eſt argumentum, quia communiter dicitur finitum, vel infinitum eſſe paſſionem quantitatis, ergo &c. Et confirmatur: Nam Ariſtoteles hoc videtur dicere ſupra dictis locis. Et etiam ratione probatur, quia, ſi daretur linea infinita, poſſet poni paſſio quantitatis. Reſpondetur, quod admiſſo illo impoſſibili ſequitur, quod ſit paſſio, & non ſit paſſio, ſicut ſi homo eſſet lapis, eſſet homo, vt patet ex hypotheſi, & non eſſet homo, quia eſt lapis, & lapis non eſt homo, quia ex impoſſibili ſequitur quælibet contradictoriarum. Ad Ariſtotelem reſpondetur primò, quod loquebatur ex ſuppoſitione, ſi daretur linea infinita, pertineret ad quantitatem, ſed antecedens eſt impoſſibile. Ex hoc infertur, non bene aſſignaſſe Scotum ſupra dictam paſſionem, dicendo, 2. metaphyſi. quæſt. 6. quod eſſe finitam, vel infinitam, eſt paſſio quantitatis, accipiendo infinitum in potentia. Quia ſi loquatur de quantitate in genere non eſt diuiſibilis in infinitum, vt patet: quia non conuenit hæc diuiſibilitas quantitati diſcretæ. Si loquatur de quãtitate continua, eſſe finitam, vel infinitam, non eſt paſſio quantitatis, quia nõ eſt diuiſibilis finitè, ſed in infinitum, & ita deberet dicere, quod eſſe diuiſibilẽ in infinitum, eſt paſſio quantitatis continuæ. Diſiuncta enim non debent aſſignari pro paſſionibus, niſi quando altera pars diſiuncti poteſt competere quantitati in ſe, vel in ſuis inferioribus. Nam ſi repugnat pars diſiuncti, totum diſiunctum non debet dici paſſio. Non enim eſt paſſio hominis eſſe riſibile, vel chimæra, ſed ibi impertinenter ſe habet, vel chimæra.

Obiectio.

Confirm.

Solutio.

Explicatur Ariſtot.

Impugnat. Scoti Doct.

Opt. regula.

6. Concluſ. Menſura eſt paſſio quantitatis.

Sexta concluſio. Eſſe menſuram eſt paſſio quantitatis. Hæc concluſio eſt communis animi conceptio. Et nota, quod menſura dupliciter poteſt accipi, actiuè & paſſiuè. Actiuè eſt, quod res ſit apta ad menſurandum aliud: paſſiuè

verò, quod ſit apta, vt menſuretur ab alio. Cum ergo aſſerimus, proprium eſſe quantitatis eſſe menſuram, accipimus menſuram actiuè, id eſt, proprium eſt quantitatis, quod poſſit aſſumi vt id, per quod quantitatem alterius rei cognoſcere poſſimus. Et ſi argumentaris; nam vnitas eſt maximè menſura, & non eſt quanta, ſed principium quantitatis, & nec eſt quantitas continua vllo modo, nec principium illius, ergo eſſe menſuram non eſt quantitati proprium. Reſpondetur, quod eſt proprietas, non in quarto modo, ſed conueniēs omni quantitati, & non ſolum quantitati. Et probatur concluſio: Nam omne quantum eſt aptum eſſe æquale alteri, ſed omne æquale eſt aptum ad menſurandum alterum: ergo omne quantum eſt menſura, & etiam poteſt intelligi concluſio de menſurabilitate paſſiua. Nam quantum ex eo, quod tale, eſt aptum menſurari, & cognoſci per aliquid ſibi æquale. Et hinc traductum eſt nomen menſuræ ad certificatiuum cuiuſcunque, ſiue ſit in quantitate virtutis, ſiue in perfectione. Vide D. Thom. 1. metaphyſic. ſtatim in principio. Et ſolent menſuræ tres aſſignari conditiones. Prima eſt, quod ſit nota certa, & fixa vel ſecundum rem, vel ſecundum acceptionem noſtram, quia comparatur ad menſurata, vt principium ad concluſiones. Secunda, quod ſit paruæ quantitatis, & ita omnes menſuræ reducuntur ad aliqua minima, non amplius diuiſibilia. Tertia, quod ſit homogenea, vt linea altera linea menſuretur, & corpus ab alio corpore, numerus numero, & duratio duratione, quia huiuſmodi menſuratio fit per ſimilitudinem quaſi vniuocam, quæ non poteſt eſſe, niſi inter ea, quæ ſunt aliquo modo homogenea. Et non eſt neceſſe, quod ſit homogenea rigoroſè, ſed ſat eſt, quod habeat aliquam proportionem. Et hæc de hac quæſtione ſufficiant, de menſura tractatur in 10. metaphyſicæ.

Obiectio. *Solutio.* *Tres conditiones menſuræ.*

QVÆSTIO XXXIIII.

Vtrum quantitas diſtinguatur à re quanta.

IN hac quæſtione fuit celebris opinio Nominalium, quantitatem non diſtingui realiter à re quanta, ſed eadem res, quæ eſt ſubſtantia, eſt etiam quantitas, & vocatur ſubſtantia, quatenus eſt ens per ſe, quantitas, quatenus extendit ſubſtantiam: & dicunt, in vnoquoque compoſito materiali tot eſſe quantitates, quot ſunt entitates materiales realiter diſtinctæ. Vnde aliā quātitatem habet materia equi, aliam forma, aliam albedo, &c. Et iſtę quantitates ſe penetrant, ſicut entitates materiales ſe contingit penetrare. Hanc opinionem habet Ocham venerabilis inceptor, prima parte ſuæ logicæ, cap. 44. & 45. & Quodlibeto 7. quæſt. 25. ca. 17. Ita etiam ſentit Aureolus apud Capreolū in 2. diſtinct. 18. artic. 2. Gabriel in 2. diſtinct. 10 & Marſilius in 2. diſtinct. 12. quæſt. 2. Adam Godam in 4. quæſt. 5. Saxonia 1. Phyſicorum, quæſt. 7. nec explicant iſti authores ſatis, an inter ſubſtantiam & quantitatem ſit diſtinctio ex natura rei, an ſolum per operationem intellectus. Magiſter Soto, in capite de quantitate, quæſt. 2. art. 2. videtur docere, ipſos ſentire, nullam eſſe diſtinctionem realem inter quantitatem, & rem quantam ex natura rei, ſed diſtingui formaliter, licet realiter ſint idem. Et probant hanc ſententiam.

Controuer. 1. Opi. Nominalium.

Primò: Quia rerum diſtinctio non eſt aſſerenda ſine neceſſitate, ſed iſta diſtinctio realis ſine neceſſitate aſſeritur: ergo &c. Prob. minor: Quia omnia, quæ nos aſſerimus, habere ſubſtātiā per quātitatē, poſſumus ſaluare in ſubſtātia per ſe ipſam; nam ſubſtantia per ſe ipſam poteſt habere partem extra partem, & ſituationem formalem, ergo, &c. Probatur antecedens: Nam ſicut ſubſtantia vna ſe ipſa eſt diſtincta ab alia ſubſtantia

1. Argum.

tia:

tia; ita partes ſubſtantiæ ſe ipſis ſunt diſtinctæ, & extenſæ, non igitur ad hãc extenſionem faciendam ponenda eſt quantitas. Ex hoc ſequitur, quod ex eo, quod vna res ſe ipſa ab alia diſtinguatur, etiam ſe ipſa poterit eſſe in loco diſtincto. Et in hac ratione nullam videntur admittere diſtinctionem ex natura rei. Nam ſi ex natura rei ponerent diſtinctionem, non ſe ipſa ſubſtantia eſſet extenſa, ſed per formalitatem à ſe diſtinctam, ſicut non bene dicimus, quod ſimilitudo ſe ipſa diſgregat viſum, etiamſi ſit idem realiter cum albedine, quæ ſe ipſa viſum diſgregat.

2. Argum. Secundum argumentum: Nam ſi quantitas diſtinguitur à re quanta, ſequitur, quod vna numero poſſit eſſe ſuſceptiua contrariorum, hoc autem eſt falſum, quia hæc proprietas eſt propria ſubſtantiæ, ergo nullo modo conuenit quantitatis ergo non diſtinguuntur. Hic etiam videntur aſſerere, nullam eſſe diſtinctionem realem formalem inter quantitatem, & ſubſtantiam realem, quia aliàs non rectè argumentarentur.

3. Argum. Tertium argumentum; Nam ſi eſſent res diſtinctæ ſubſtantia, & quantitas, ſequeretur, quod poſſent ſeparari, & quod ſubſtãtia poſſet manere ſine quantitate, hoc autem eſt falſum, ergo, &c. Sequela probatur; Nam duæ res diſtinctæ bene poſſunt per diuinam potentiam ſeparari, ſicut habent diſtinctum eſſe. Minor probatur, quia ſubſtantia, etiam ſeparata quantitate haberet partes extenſas, ergo haberet effectum formalem, ergo & quantitatem, quia effectus formalis quantitatis ſine quantitate eſſe non poteſt. Et certè alia argumenta adducit Soto, & alii pro hac ſententia, quæ nullius momenti ſunt, & ideo prætermitto illa.

Deciditur quæſtio.

2. Opinio communis. Quantitas diſtinguitur à re quanta. Oppoſitam ſententiã habent, quos Reales vocãt, & illam tenent Angelicus Doctor 3. part. quæſt. 77. arti. 2. & in 4 diſt. 12. quæſt. 1. artic. 1. vbi idem tenet Scotus q. 2. Durandus, Maior, & cõmuniter Theologi in illa diſtinctione 12. & Thomiſtæ in ſupra dictis locis, & Heruæus Quodlibeto 1. q. 15. Aegidius, Theoremate 36. Albertus primo phyſicorum, tractatu 2. cap. 4. Soncinas 5. metaphyſicæ, quæſt 19. Quinimo hæc ſententia eſt Ariſtotelis 3. Metaphyſicæ tex. 17. Et 1. phyſicorum, tex. 13. ait, ſubſtantiam, & quantitatem non eſſe vnũ, ſed multa. Et 7. metaphyſicæ, tex. 8. ait; longitudo, latitudo, & profunditas quantitates quidem ſunt, ſed non ſubſtantia; quantitas enim non eſt ſubſtantia, ſed magis, cui hæc inſunt. Et ſecundo de anima, text. 65. ait, ſubſtantiã eſſe ſenſibilem per accidens, quantitatem per ſe, ergo non ſunt idem omnibus modis, aliàs eodẽ modo eſſent ſenſibiles. Et primo phyſicorum, tex. 33. ait, ſubſtantiam non eſſe per ſe diuiſibilem, ſed per quantitatem.

Quantitas diſtinguitur formaliter à re quanta. Et probatur hæc ſententia rationibus firmis. Primò probo, quantitatem diſtingui formaliter à ſubſtantia. Nam quantitas, & ſubſtantia pertinent ad diuerſa prædicamenta, ergo diſtinguuntur formaliter. Antecedens per ſe notum eſt in doctrina communi omnium. Sed conſequentia probatur, quia prædicamenta formaliter diſtinguuntur, & cum dico, diſtingui formaliter, intelligo diſtingui eſſentialiter, & definitione, ita vt nec definitio ſubſtantiæ ſit definitio quantitatis, nec è conuerſo. Et iſta formaliter habent eſſe ſecluſa operatione intellectus, & ſimiliter habent diſtinctionem operatione intellectus ſecluſa. (voco definitionem largo modo deſcriptionem, quo natura ſubſtantiæ & quantitatis explicatur.) Quod verò prædicamenta formaliter diſtinguantur, probo; aliàs, ſi quantitas & ſubſtantia haberent eandem formalitatem, cum ſint entia completa, ſub eodem genere collocari, & ordinari poſſent, quod eſt impoſſibile. Præterea probatur. Nam prædicamentum quantitatis eſt prædicamentum accidentis, prædicamentum ſubſtantiæ eſt rerum, quæ ſunt ſubſtantiæ, & ſubſtantia & accidẽs diſtinguuntur eſſentialiter, & formaliter, vt conſtat, ſiquidem ens dicitur analogicè de illis, & ita non poſſunt habere-

habere eandem eſſentiam. Et hoc magis patet ex eorum definitionibus, quæ ſunt diuerſæ: ergo, &c. Præterea: Nam in mirabili tranſubſtantiatione panis in corpus Chriſti ſubſtantia panis conuertitur in corpus Chriſti, & quantitas non conuertitur: ergo quantitas ad minus formaliter diſtinguitur à quãtitate, aliàs, ſi eandem haberet eſſentiã, ſimiliter conuerteretur in Chriſti corpus, ſicut conuertitur ſubſtantia panis; ergo formaliter diſtinguitur ſubſtantia panis, & quantitas. Et hoc mihi ita certum eſt, vt oppoſitum improbabile, & periculoſum exiſtimem, vt à cenſendo abſtineam.

2. Concluſ. inter quantitatem & rem quantam eſt diſtinctio rei à re.

Dico ſecundò: Quantitas diſtinguitur realiter à ſubſtantia, tanquam res à re, ſicut albedo à ſubſtantia diſtinguitur, itaque ſunt duo entia realia realiter diſtincta, quorum vnum ſine alio eſſe poteſt. Hanc concluſionem nõ eſt difficile perſuadere ex ſacratiſſimo myſterio Euchariſtiæ: nam in illo Chriſtus ſeparauit quantitatem à ſubſtantia panis cõuertens panem in ſuum corpus, & conſeruans quantitatem panis, ergo realiter tanquam rès à re diſtinguuntur: Antecedens probatur. Quod conuerterit panem, eſt fides catholica, quod maneat quantitas patet experiẽtia, quia manet longitudo, latitudo, & profunditas; ergo manet quantitas. Quod hoſtia ſit longa, ſit lata, & habeat groſſitiem, quis non videt. Præterea; Nam quantitas eſt ſenſibile commune, & albedo, verbi gratia, eſt ſenſibile proprium, ſed ibi videt oculus qualitatem, & tactus ſentit quantitatem; ergo manet quantitas facta conſecratione. Præterea. Ibi ſunt accidentia, ſed hæc ſuſtentantur in quantitate, quæ eſt immediatum ſubiectum; ergo. &c.

Solutio Nominalium.

Reſpondent Nominales, quod facta conſecratione maneat quantitas accidentium, non verò quantitas ſubſtantiæ.

Impugnat.

Sed contra: quia nec aliud corpus, nec alia ſubſtantia conſecrata poteſt eſſe penetratiuè in eodem loco cum hoſtia conſecrata, ergo manet quantitas ſubſtantiæ quæ conuerſa eſt. Antecedẽs patet: conſequentia probatur, quia aliæ qualitates cum ſuis extenſionibus bene ſe habent penetratiuè: Nam albedo, dulcedo, ſapor, penetratiuè ſe habent. Et iam ſupra dictum eſt, nullam aliam rem extenſionem facere tam in ſubſtantiis, quam in accidentibus, niſi quantitatem, ratione cuius cetera omnia ſunt extenſa. Et quia hoc mihi conſtitutiſſimum eſt, vide alias rationes in Magiſtro Soto, quæſt. 2. de quantitate, & in Soncinate, & aliis authoribus ſupra citatis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum reſpondetur, quod hæc diſtinctio vrgentiſſimis de cauſis aſſignatur, quia ſicut ſubſtantia, per ſe alba eſſe non poteſt, ita nec quanta, & iſta forma, quæ facit talem effectum, cum ſit proprietas materiæ, diſtinguitur realiter à toto compoſito. Et de hoc iam diximus in principio huius prædicamenti: tam materiale enim accidens non poteſt identificari in toto compoſito, quod habet multum actualitatis, nec cum materia, quia eſt pura potentia, nec cum forma, quia non eſt ſubiectum capax accidentium. Et loquimur de forma corporali. Ita D. Tho. quæſt 77. 3. par. art. 2. Cum forma verò ſpirituali conſtat non poſſe identificari, quia eſt ſpiritualis, nec vna ſubſtantia quantitatiuè eſt diſtincta ab alia, niſi per quantitatem, eſt verò diſtincta entitatiuè per ſuam entitatem.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum argumentum. Quod eſt ſuſceptiuum contrariorum, vt ſubiectum magis principale, eſt proprietas ſubſtantiæ, non verò vt ſubiectum minus principale. Sed de hoc diximus in ſuperioribus.

Ad 3. arg. Subſtantia ſine quantitate nõ poteſt eſſe in loco.

Ad tertium reſpondetur, quod in præſenti ita contingit, quod quantitas ſeparatur à ſubſtantia; & poterit Deus facere, vt exiſtat ſubſtantia, ſine quantitate, nec erit in loco tunc, nec habebit partes extenſas: quia deficit ratio formalis horum, quæ eſt quantitas, ſed erit in vniuerſo, tanquam pars illius, non tamen erit in loco, ſicut de Angelo ſolet dici 1. par. quod poteſt

non

Digitized by Google

non habere applicatam ſuam virtutem alicui loco, & ita poteſt non eſſe in loco, erit tamen in vniuerſo, vt pars illius. Nec valet argumentum Molinæ, quod, ſi aqua ſit ī vaſe & ſeparet Deus quantitatem ab aqua, manebit tunc aqua in vaſe, ſicut in loco per ſuam extenſionem ſubſtantialem. Quod probat, quia ſi Deus reproducat quantitatem, debet reproducere in eodem vaſe, ergo ſignum eſt, quod erat antea ibi aqua. Reſpondetur, quod Deus poterit reproducere quantitatem, vbicunque voluerit, & ibidem erit aqua localiter, vbi fuerit reproducta quantitas, quia illa eſt ratio exiſtendi aquæ in loco, ſicut Angelus erit in loco, vbi ſuam applicuerit virtutem. An verò rem realiter diſtinctam Deus poſſit ſeparare ab illa, à quo realiter diſtinguitur, vtrumque eſt probabile. Nã licet aliqua realiter diſtincta poſſit Deus ſeparare, quia non habent tantum dependentiam, nõ tamen omnia, vt patet in duobus relatiuis. Sed de hoc alibi dicemus. Et de hoc prædicamento ſatis; nam iſta potiora iudicaui, quæ diſputarentur.

Obiectio Molinæ.

Reijcitur Molina.

De prædicamento ad aliquid.

De hoc prædicamẽto agit angelicus Doctor multis in locis ſuæ doctrinæ. Sed vide ipſum 1 p. q. 13. art. 7. q. 28. q. 32. art. 2. q. 42. art. 1. & 2. q. 45. art. 3. ad 2. ſecunda ſecundæ, q. 81. art. 1. ad 3. 3. par. q. 2. art. 7. ad 2. qu. 16. art 6. ad 2. q. 1. art. 1. ad 2. q. 35. arti. 4. ad 3. 2. contra Gentes, c. 11. 12. 13. 14. 4. contra Gentes, c. 14 ad medium, & capite. 24. 5. metaphyſicæ, lectione 19. 10 metaphyſicæ, lect. 9. & 10. de potentia q. 3. art. 3. q. 7. art. 8. 9. & 10. & 11. de veritate. q. 1. art. 5. ad 15. q. 3. artic. 2. ad 8. quæſt. 4. artic. 5. q. 21. artic. 1. Quodlibeto 1. ar. 2 Quodlibeto 7. ar. 4. Quodlibeto 9. art. 4. Quodlibeto 12. artic. 1. opuſculo 34 capit. 3 & 4. opuſculo 48. tractatu 5. 1. diſtinct. 19. artic. 1. & 2. & multis aliis locis. Vide etiam alios metaphyſicos, & logicos de hoc prædicamento.

QVAESTIO XXXV.

Quomodo diſtinguantur relatiua ſecundum eſſe, & ſecundum dici.

Hanc quæſtionem primò explicamus, vt ſtatim fiat acceſſus ad ea, quæ propriè ad hoc pertinẽt prædicamentum. In hac quæſtione explicanda ſunt varia placita apud metaphyſicos, & logicos. Suarez diſputatione 40. ſectione 3. nume. 6. approbat ſententiam quorundam aſſerentium, relationem ſecundum dici vocari relationem rationis, & eſſe idẽ cum illa, quod cenſuit Henricus Quodlibeto 3. quæſt. 4. & Auicennæ libro 3. ſuæ metaphyſicæ, qui dicunt, relationẽ ſecundum dici ſolum eſſe illam, quæ habet eſſe in intellectu, & conuenit rebus, quæ non ſunt abſolutè ad aliquid, ſed ſolum ſecundum quod ab intellectu concipiuntur, & dicuntur, & explicantur ad modum relationum, cum reuera non ſint. Quod nihil aliud eſt, quam habere relationem rationis. Ipſi verò magis placet hęc aſſerere, primò, quod relatio ſecundum dici non eſt idem quod relatio tranſcendentalis, imò ab illa condiſtinguitur, ſi ſumatur cum præciſione, & relatio prædicamentalis ab ipſo etiam dicitur relatio ſecundum dici, quia etiã ipſa dicitur cum habitudine ad aliud. Et dicit relationem ſecundum dici eſſe illam, quæ in ipſo dici habitudinem habere videatur, in eſſe tamen nullam habeat nec tranſcendentalem, nec prædicamentalem. Et licet ſint res omnino independentes ab extrinſeco, à nobis concipiuntur cum reſpectu ad aliud propter noſtrum modum imperfectũ concipiendi, vel propter ſuam eminentiam, quia eſt cauſſa eminenter continens

Cõtrouerſia.

1. Opinio Suarez.

tinens ſuos effectus. Sicut de Deo dicunt Theologi, non poſſe videri perfectè, aut comprehendi, quin in eo cognoſcantur creaturæ; licet Deus non dependeat ab extrinſeco. Et in eadem quæſtione, numero 10. dicit, relationem ſecundum eſſe diuidi in relationem prædicamentalem, & tranſcendentalem. Itaque datur in creaturis ſecundum ipſum aliqua vera relatio ſecundum eſſe, realis, completa, & quæ non pertinet ad prædicamentum relationis, ſed ad multa pertinet prædicamenta; & propterea vocatur tranſcendentalis relatio. Et probatur primò. Quia ordo ad aliquid realiter, includitur in omni conceptu entis creati; nam omne ens creatum, quatenus tale eſt, dicit habitudinem eſſentialis dependentiæ ad ens increatum, & ideo eſt analogicè ens; omne item accidens dicit eſſentialem habitudinem ad ſubiectum, ob quam dicitur entis ens: & in omnibus generibus videbimus ſpeciales habitudines, quæ conueniunt illis eſſentialiter, vt patet: nam in genere ſubſtantię materia & forma habēt inter ſe veram & realem habitudinem eſſentialiter incluſam in proprio eſſe illarum, & ideo vna definitur per habitudinem ad aliam; ergo dantur verè relationes ſecundum eſſe, tranſcendentales tamen, quia reperiuntur & in genere ſubſtantiæ, & in quantitate, & qualitate, &c. Et confirmat hoc ex ſententia D. Thom. 1. par. quęſt. 28. artic. 1. vbi ſic dicit: Ea, quæ dicuntur ad aliquid, ſignificant ſecundum propriam rationem ſolum reſpectum ad aliud, qui quidem reſpectus aliquando eſt in ipſa natura rei, vtpote quando aliquæ duæ res ſecundum naturam ſuam ad inuicē ordinatæ ſunt, & ad inuicem inclinationem habent. Huiuſmodi relationes oportet eſſe reales, ſicut in corpore graui eſt inclinatio & ordo ad locum medium, vnde reſpectus quidam eſt in ipſo graui reſpectu loci medii. Et ſimiliter de aliis huiuſmodi. Quæ ratio maximè procedit de reſpectu tranſcendentali: nam ſecundum illum reſpectū maximè reperiuntur res ordinatæ ad inuicem. Et patet, hanc eſſe ſententiā D. Thom. Nam grauitatis inclinatio non pertinet ad prædicamentum relationis, & eſt relatio ſecundum eſſe, ergo, &c.

2. Opinio. Antiquiſſima fuit opinio alia etiam Thomiſtarum aſſerentium, relatiua ſecundum dici ea eſſe, quæ ſunt res abſolutæ omninò, cæterum non poſſunt explicari, niſi per ordinem ad aliud. Sicut ſcientia eſt relatiua ſecundum dici, quia in rei veritate habet eſſentiam abſolutam qualificatiuam ſubiecti, verum hæc abſoluta eſſentia non poteſt explicari, niſi per obiectum, non quia dicat ordinem ad illud, ſed quia ſua eſſentia exigit huiuſmodi explicationem per ordinem ad aliud. Exemplum ſatis accommodatum eſt illud de omni potentia Dei. Videmus enim rem abſolutam omnibus modis eſſe Dei omnipotentiam, cæterum non poſſumus nos illam explicare, niſi per ordinem ad ea, quæ facere poteſt. Nam hac ratione Deus eſt omnipotens, quia omnia facere poteſt, quæ contradictionem non implicant: ſed quia D. Thom. in hac parte nos docuit, ex eius doctrina veritas explicanda eſt.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Quid ſint nomina relatiua. Prima concluſio: Nomina relatiua ſecundum dici dicuntur illa, quæ ſunt impoſita ad ſignificandas res, quas conſequuntur quædam habitudines, ſicut mouens & motum, caput, & capitatum, & alia huiuſmodi, & ita ſignificata per talia nomina ſunt relatiua ſecundum dici, hæc eſt expreſſa ſententia D. Thom. multis in locis, ſed apertè 1. p. quæſt. 13. artic. 7. ad 1. Et ſi quæris, quare illa dicantur relatiua ſecundum dici, cum reuera non ſint relatiua; *Quare relatiua ſecundū dici dicantur talia.* reſpondetur, quod multiplici de cauſa ſic appellantur. Primò, quia, vt dicit D. Thom. videntur eſſe relatiua propter relationes adiunctas, & reuera nō ſunt, & quia illas relationes adiunctas habent, dicuntur relatiua ſecundū dici. Secundò dicuntur relatiua ſecundum dici ex eo, quod important reſpectus ad aliud, vel tanquam ad finem, vel tanquam ad obiectum, vel tanquam

Digitized by Google

ad cauſſam. Et vt explicemus, quod dicant reſpectum, & quod reuera ille reſpectus non ſit relatio, ſed aliquid aliud, ideo vocantur relatiua ſecundum dici, vt opponuntur relatiuis ſecundũ eſſe Ex quo ſequitur, quod eſſe relatiua ſecundum dici non eſt ad placitum, nec conſiſtit in ſolo dici, ita vt propterea dicantur relatiua ſecundum dici, quia dicuntur præciſè relatiua, quia ſic etiã Deus eſſet relatiuum ſecundum dici, quia poteſt à me dici relatiuum, tale & concipi per modum ad aliud, & tamen non eſt Deus, vt ſic, relatiuum ſecundum dici, licet aliqua nomina dicta de Deo ſic dicantur propter relationem annexam & cõiunctam, quomodo creator dicitur relatiuum ſecundum dici. Nam etſi creator non reſpiciat, vt ſic, quid extrinſecum, habet tamen relationem reſpicientem extrinſecum, ſibi cõiunctam. Si enim ſepares relationem rationis à creatore, non reſpicit creator aliquid extrinſecum, ita vt ſua eſſentia ſumatur in ordine ad illud. In creaturis autem, verbi gratia, intellectus, & ſcientia dicuntur relatiua ſecundum dici, quia non ſolum habẽt relationem adiũctam, ſed quia ipſæ eſſentiæ etiam ſumuntur per ordinem ad extrinſecũ. Et prima ratio eſt eſſentialis omni relatiuo ſecundum dici, ſecunda verò eſt propria alicuius relatiuĩ ſecundum dici, non in quantum relatiuum ſecundum dici, ſed in quantum tale relatiuum. Et per hoc ſoluitur quoddam argumentum, quod fieri poterat.

Corollar. 1

Corollar. 2

Sequitur ſecundò, non dici relatiua ſecundum dici, quia ſint relatiua rationis, quia relatiua rationis aliqua ſimpliciter, & ſecundum eſſe ſunt relatiua. Tota enim eſſentia generis eſt ad ſpeciẽ: ſicut & tota eſſentia patris eſt ad filiũ, in quo antiqui fallebantur. Et his poſitis probatur noſtra concluſio: Nã creator, iuſtificator ſunt relatiua ſecundũ dici, & tamen non dicunt ordinem in ſua ratione formali ad aliud, ſed ſolũ coniunctam habent relationem ſecundum eſſe, ergo, &c. Illa concluſio D. Tho. eſt vera; & probatur minor; nam nemo negabit minorem; ſi enim iſta non ſunt relatiua ſecundum dici, nulla dabuntur. Probatur, inquam, minor; Nam creator in ſuo conceptu formali non dicit ordinem realem ad creaturam, aliàs eſſentia diuina ſumeretur ab aliquo extrinſeco: nam creator eſſentiam diuinam dicit, nec ordinem rationis, aliàs eſſet relatiuum ſecundum eſſe, nam ille ordo rationis relatio eſt ſecundum eſſe, ergo ex hoc relatiuum ſecũdum dici appellatum eſt, quia habet coniunctam relationem. Nam ex eo, quod Deus creat, ſequitur creaturam referri ad ipſum, & ipſum ad creaturã per relationem rationis, & habet relationem dominii coniunctam, ſiue formaliter, ſiue fundamẽtaliter proximè. De quo dicemus infra. Verum eſt, quod ſi loquamur de relatiuis ſecundum dici, nõ ita amplè, ſed prout ſunt in creaturis, quod tunc relatiua hæc ſecũdum dici, quę habent aliquas relationes ſibi adiunctas, dicunt ordinem ad aliquid extrinſecum in ſua ratione & eſſentia. De quo ſtatim.

2. Concl. Non dãtur relatiua ſecũdum eſſe tranſcẽdentalia.

Secunda concluſio: Nullatenus dantur relatiua ſecundum eſſe tranſcendẽtalia, & quæ reperiantur in omnibus, ſiue in multis prædicamentis. Hæc concl. eſt D. Tho. ſupra dicto art. ſeptimo vbi ſic dicit: Ad primum ergo dicendũ eſt, quod relatiua quædam ſunt impoſita ad ſignificandum ipſas habitudines relatiuas, vt dominus, ſeruus, & pater, filius, & huiuſmodi. Et hęc dicuntur relatiua ſecundum eſſe. Dicit eſſe relatiua ſecundum eſſe, id eſt, nomina relatiuorum ſecundum eſſe, quę impoſita ſunt ad ſignificandum ipſas habitudines relatiuas, ſcientia verò ſignificat habitudines qualificatiuas. Et ſic videbis hoc contingere in reliquis. Vnde falſum patet eſſe, dicere, quod ſcientia ſit relatiuum ſecundum eſſe, & materia ſimiliter, pariter & forma, quod aſſerebat Suarez, quia non ſunt ipſæ habitudines relatiuæ.

Reijcitur Opi. Suar.

Et probatur præterea cõcluſio: Nam abſolutũ ſecundum eſſe, & relatiuum ſecundum eſſe diſtinguũtur eſſentialiter: Sed ſcientia, verbi gratia, & intellectus, & alia huiuſmodi, ſunt abſoluta ſecundum eſſe, ergo non ſunt relatiua ſecundum eſſe. Maior patet, quia pertinẽt ad diuerſa prædica-

Digitized by Google

dicamenta. Minor probatur, quia ſcientia habet eſſentiam abſolutam ſecundũ eſſe, quia ſua eſſentia pertinet ad prædicamentum qualitatis; prædicamentum autem qualitatis abſolutum eſt ſecundum eſſe. Secundo probatur concluſio: Nam poterat reſponderi huic argumento, quod relatiuum ſecundum eſſe tranſcendens, & abſolutum non diſtinguuntur, ſed ſunt idem eſſentialiter, relatiuum verò ſecundum eſſe prædicamentale diſtinguitur ab abſoluto ſecundum eſſe. Contra ſic argumentor: ergo relatiuum ſecundum eſſe tranſcendentale eſt abſolutum ſecundum eſſe: ergo malè dicitur, quod ſit relatiuum ſecundũ eſſe. Præterea ex hac opinione ſequitur, quod non detur abſolutum ſecundum eſſe, vel quod eſt idem dicere, abſolutum ſecundum eſſe, & relatiuum ſecundum eſſe tranſcendentale. Probatur ſequela: Quia omne ens creatum eſt relatiuum ſecundum eſſe, vt ipſe probat, vbi ſupra; ergo nullum eſt abſolutũ ſecundum eſſe. Quod ſi voluerit intelligere, quod abſolutum ſecundum eſſe ſit idem formaliter cum relatiuo ſecundum eſſe tranſcendẽtale, potuiſſet non ita loqui, ſed vti communi modo loquẽdi metaphyſico, quia nihil peculiare dixit ſic loquendo. Præterea, ens diuiditur per relatiuum & abſolutum, ergo omne ens vel eſt relatiuum, vel abſolutum; ergo illud relatiuum tranſcendentale eſt abſolutum, vel relatiuum; non relatiuum, aliàs nullum dabitur abſolutum, ergo eſt abſolutum. Et præterea: Nam metaphyſici communiter dicunt, eſſe prædicamenta abſoluta, & prædicamenta relationis, & non dicunt, omnia prædicamenta eſſe relatiua ſecundum eſſe, ergo Suarez contra omnes metaphyſicos loquitur, vel ſentit.

Reijcitur Suarez.

Præterea: Scientia ſecundum ſuam vltimam differentiam eſt qualitas, ergo ſecundum ſuam differentiam vltimam eſt abſoluta & qualificatiua ſubiecti; ergo quacunque ratione conſideretur, non eſt relatiuum ſecundum eſſe. Probatur conſequentia, quia relatiuum ſecundũ eſſe etiam tranſcendentale non debet nec qualificare, nec quantificare ſubiectum, &c: Sed præciſè ad aliud referre.

3. Concl. Regula ſecũdum aliquos ad cognoſcẽdum relatiua ſecundũ eſſe, & ſecundũ dici.

Solent à metaphyſicis variæ aſſignari differẽtiæ, quibus cognoſcamus, quo modo diſtinguantur relatiua ſecundum dici à relatiuis ſecundum eſſe. Conſtituam illos, atque examinabo; & in hac tertia concluſione omnes iſtæ differentiæ continebuntur. Prima differentia aſſignari ſolet, quod relatio prædicamẽtalis requirit aliquod fundamẽtum reale abſolutum, hoc autem non requirit relatio ſecundum dici, & hæc quidem differentia vera eſt; ſed habet ſe antecedenter ad relationis eſſentiam. Secunda differentia eſt, quod relatio ſecundũ eſſe & prædicamentalis requirit terminum realem, & realiter exiſtentem, non vero relatio ſecundum dici. Hæc differentia non eſt vera ſecundum aliquos, quia relationes tertii ordinis non requirunt in alio extremo formaliter terminum realiter nec materialiter aliquã do, vt patet in logica menſurata ab ente rationis eius obiecto, quæ refertur relatione reali ad illud in ratione menſurati; & non eſt terminus eius vllo modo realiter, niſi ratione fundamenti; relationes verò ſecundum dici bene poſſunt reſpicere ens rationis, & rem nullo modo exiſtẽtem, quia, vt aliquid ſit obiectum vel finis, non eſt neceſſe vt exiſtat; & ita ſcientia, & cognitio poteſt eſſe de re non exiſtente, & de aliquo obiecto rationis, vt patet in cognitione qua cognoſcitur ſecunda intẽtio.

Impugnatur præcedens aſſertio.

Et de ſcientia logicali aliam differentiã aſſignant aliqui, quod reſpectus ſecundum dici reperitur eiuſdem ad ſeipſũ, non verò prædicamentalis, vt patet in ſcientia diuina, quæ eſt relatiuum ſecũdũ dici reſpectu eſſentiæ diuinæ, a qua non diſtinguitur, niſi ratione. Hoc, inquam, falſum eſt, quia relatiuum ſecundum dici debet eſſe ſaltem reſpectu termini formaliter diſtincti, aliàs animal & homo ad inuicem comparata eſſent relatiua ſecundum dici, & idem reſpectu ſui ipſius, quod eſt falſum: nã reſpectus ſecundum dici tantam requirit diſtinctionem, ſicut reſpectus ſecundum eſſe, licet non tantam realitatem ſemper requirat, vt conſtabit inferius. Dominus Caietanus opuſculo de ente & eſſentia, capite 7. quæſt. 15. conſtituit

Impugnat.

Opinio Caietani.

aliam

aliam differentiam, quod relatiua ſecũdum eſſe ſolum reſpiciunt terminum ſub ratione termini, ſed relatiua ſecundum dici reſpiciunt terminum non ſub ratione termini, ſed ſub ratione cauſſę, vel effectus, vel obiecti, vel ſubiecti, vel huiuſmodi. Et ſumitur hæc differentia ex intrinſeca ratione relatiui ſecundũ eſſe; nam quia eius eſſentia tota conſiſtit in reſpiciendo aliud, hinc fit, quod aliud purè ſit terminus, quia, ſicut efficiens non eſt cauſſa, nec ſubiectum, nec aliquid huiuſmodi, ſed præciſè ſe habet ad aliud, terminus reſpectus ex neceſſitate ſolum debet eſſe terminus. Et quia in relatiuis ſecundum dici relatiuum non totum ſuum eſſe habet ad aliud, ſed eſt abſolutum ſecundum eſſe, & ſimpliciter, fit cõſequens, quod aliud non reſpicit niſi vt cauſſa, vel effectus, vel obiectum, vel quid huiuſmodi. Et quando dicimus, quod relatiua ſecundum eſſe reſpiciunt terminum ſub præciſa ratione termini, volumus dicere, quod nullo modo aliquid aliud habet terminus, nec facit niſi terminare. Sed contra: Nam motus, actio, & paſſio dicuntur

Obiectio 1. relatiua ſecundum dici, & tamẽ non reſpiciunt aliquid, niſi ſub ratione termini, ergo, &c. Maior patet, minor probatur; quia ſpecificantur ex terminis, ergo ſolum aliquid ſub ratione termini reſpiciunt, ſiquidem reſpiciunt ſub ratione ſpecificantis. Reſpondetur,

Solutio. quod motus reſpicit terminũ non quomodocunque, ſed vt acquirendum, & conſtituendum per motum, vnde motus habet rationem viæ, & terminus nõ præciſè reſpicitur, vt terminus, ſed vt quid acquirendũ. Et idem eſt de actione, & paſſione, & ita de aliis proportionabiliter. Relatiua verò ſecundum eſſe ſolum reſpiciunt terminum, vt terminus, quia ſolum ſunt reſpectus quidã.

Obiectio 2. Secundum argumentum eſt contra hanc differentiam. Omnis reſpectus in cõmuni ſolum reſpicit aliud ſub ratione termini, abſtrahendo ab omni alio. Si verò ſumatur contractè, vt eſt talis, vel talis reſpectus, dicit habitudinem ad talem terminum, quæ ſit cauſa, vel effectus, vel obiectum, vel aliquid huiuſmodi, vt patet de patre, quia reſpicit filium, vt quid cauſſatum per ipſũ, ſaltem in creaturis, ergo ſupra dicta differẽtia eſt falſiſſima. Reſpõdetur, quod *Solutio.* quando dicimus, relatiua ſecundum eſſe reſpicere terminum ſub ratione termini, nolumus dicere, quod reſpiciat terminum in communi, nam reſpiciũt terminum particularem, in ordine, ad quem ſpecificantur, vt pater, qui reſpicit filium, & filius reſpicit patrem, ſed etiamſi reſpiciant particulares terminos, nõ illos ſub alia ratione reſpiciũt. Nec tamen pater reſpicit filium formaliter, vt cauſſatum ab illo, licet illa res, quæ reſpicitur, vt terminus in creaturis ſit cauſſata, non tamen à relatione ſub illa ratione reſpicitur. In relatiuis ſecundum dici ſemper reſpicitur, vt aliquid, quod cauſſatur aliquo modo, vel cauſſatur ab illo. Si autem fiat ſermo de relatiuo communi, abſtrahendo á relatiuo ſecundum dici, reſpicit terminum ſolũ ſub ratione generica termini, abſtrahendo ab hoc, quod eſt præciſè terminare, vel cauſſare, vel efficere.

Tertiò ſic argumẽtor. Vnio hypoſtatica dicit tranſcendentalem habitudinem *Obiectio 3* ad Verbum diuinum, & tamen nõ reſpicit illum, niſi ſub pura ratione termini, & tamen vnio hypoſtatica nõ eſt relatiuum ſecundum eſſe. Itidem argumentum fieri poteſt de eſſentia diuina, quando exercet officium ſpeciei in ordine ad viſionem diuinam, quæ eſſentia præciſè terminat intellectum, & nõ informat illum, & ita præciſè reſpicitur vt terminus. Et tamen intellectus reſpiciens non eſt relatiuum ſecundum eſſe; ergo, &c. Reſpondetur, quod Verbũ *Solutio.* diuinum dicitur purè terminus, vt intelligamus nõ exercere aliquã cauſſalitatem formalem reſpectu vnionis; vnio tamen attingit realiter Verbum vniendo ipſum humanæ naturæ. Et per hoc patet ad aliud de eſſentia diuina. Alia differẽtia aſſignari ſolet, quod relatiua ſecundum eſſe ſunt ſimul natura; nõ verò relatiua ſecundũ dici. Sed agemus de hoc in proprietatibus relatiuorum. Aſſignatur præterea alia differentia. Nam relatio ſecundum eſſe nũquã fit per ſe ex actione alicuius agentis, ſed conſequitur. Et ita dicit Ariſto. 5. phyſi-

phyſicorum,ad relationem nõ eſſe per ſe motum. Sed relatiuum ſecundum dici in creaturis eſt maximè intẽtum ab agente, & ita fit per actionem ſaltem formaliter, vt contingit in calore, vel ſaltem eſt pars alicuius per ſe intenti. Quod dico propter materiam primam. Et ratio eſt, quia relatio ſecundum eſſe non eſt inſtituta à natura, niſi ad hoc, quod aliquæ res ſe reſpiciant ex vi alicuius fundamenti realis. Et ideo talis relatio nihil aliud eſt, quam reſpectus conſurgens poſito fundamento, & reliquis neceſſariis. Relatio ſecundum dici non eſt ad hoc inſtituta, ſed ad aliquid aliud, quod poteſt per ſe intendi, vel poteſt eſſe pars per ſe intentæ rei. Ex quo ſequitur alia differentia, quod relatio ſecundum eſſe nunquam poteſt eſſe per ſe principium agendi aliquando, vt patet in potentia actiua, in ſcientia, & in formis aliis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Cõditio omninò requiſita ad relatiua ſecũdũ eſſe. AD primum reſpondetur, quod etiamſi omne ens creatum includat ordinem ad aliud, non ſequitur, quod ſit relatiuum ſecundum eſſe, quia erat neceſſe, quod ille ordo & reſpectus eſſet ad aliud, tanquam ad terminum, vt ſit relatiuum ſecundum eſſe, cuius totũ ſuum eſſe ſit reſpicere aliud. Nam etſi potentia reſpiciat obiectum, non eſt totum ſuum eſſe reſpicere, ſed qualificare ſubiectum, vt operetur circa obiectum, & ita eſt ſimpliciter ſecundum eſſe abſolutum, & nõ relatiuum, licet dicatur relatiuum ſecundum dici rationibus dictis. *Explicatur D. Th.* Ad confirmationem ex D. Thoma 1. p. adductam reſpondetur, nõ velle eum dicere, niſi quod relatio ſecundum eſſe aliquando ſit relatio realis, nimirum quando illæ res ex natura ſua ordinatæ ſunt in ratione cauſſæ, vel effectus, vel alio quouis modo reali. Quinimo ex hoc loco conuincitur oppoſitũ, quia dicit ſanctus Doctor, quod ea, quæ dicuntur ad aliquid ſignificant ſecundũ propriã rationem ſolum reſpectũ ad aliud. Et cõſtat, quod ſciẽtia, verbi gratia, non ſignificat ex propria ratione ſolum reſpectum, ſed quid abſolutum qualificatiuum ſubſtantiæ. Nõ tamen vult dicere D. Thomas, quod omnis reſpectus eſt relatio ſecũdum eſſe, vt patet luce clarius rectè inſpicienti.

Replica. Sed tamen contra ſupra dicta eſt argumentum: Sequitur ſaltem, quod omnia, quæ ſunt in rerum natura, ſint relatiua ſecundum dici, etiam Deus ipſe, hoc autem abſurdum videtur, ergo & illud, quod ſequitur. Probatur ſequela: Quia omnia reſpiciunt aliud, vel habent aliquas relationes annexas, ergo ex ſupra dictis omnia ſunt relatiua ſecũdum dici, quia ad hoc ſufficit vnũ ex ſupra dictis. *Solutio.* Ad hoc argumentũ reſpondet Caietanus de ente & eſſentia, capite 7. q. 15. quod res, quæ ſunt in mũdo ſunt in triplici differentia. *Res quę sũt in uniuerſo, ſunt in triplici differentia.* Aliæ ſunt abſolutę, quæ abſoluuntur ab omni cauſſa extrinſeca, quales ſunt ſubſtantiæ omnes cõpletæ, quæ abſoluuntur à ſubiecto, & termino, cum in ſuo eſſe ab illis nõ dependeant, quia habent eſſe per ſe abſque alterius creaturæ adminiculo. Alię ſunt res omninò oppoſitæ, quæ pper ſuam minimam entitatem nec abſoluuntur à ſubiecto, nec à termino, ſed pẽdent ab vtroque. Et huiuſmodi ſunt relationes prædicamentales, & ſecundũ eſſe, quia ſunt accidẽtia. Aliæ verò sũt res medio modo ſe habentes, quæ non abſoluuntur ab omni extrinſeco, licet abſoluantur à termino, vt ſcientia, potentia, & cetera, quæ reſpiciunt ſubiectum, quatenus ſunt accidentia, & obiectum, & iſta ſunt relatiua ſecundũ dici. *Obiect.* Sed contra, quia res primi generis, in quantum entia creata dicunt ordinẽ ad ens increatum, & etiam ad ſuum finem; ergo non ſunt omninò abſolutæ: maximè quia ſunt perfectibiles ab aliquo extrinſeco; ergo dicunt ordinem ad illud. Quælibet enim res dicit ordinem ad ſuam perfectionem, eiuſdẽ generis, & maximè, quia in omni re eſt potentia obedientialis, vt faciat Deus de ipſa, quidquid voluerit, ergo non ſunt omninò abſolutæ. *1. Solutio.* Aliqui reſpondent, quod in primo genere res conſtituuntur, quæ in ſua definitione non dicunt ordinem ad aliquid extrinſecum, & ita ſunt ſubſtantiæ completæ, quæ in ratione talis non dicit in ſua definitione ordinem

ordinem ad aliud, licet ſub ratione creati & imperfecti ad aliud dicat ordinem. *2. Solutio* Alii autem dicunt, quod concludit, omnia eſſe relatiua ſecundum dici, quia important in ſe ordinē ad aliquid extrinſecum, ſiue in ratione ſubſtantiæ, ſiue in ratione entis, ſiue alia ratione.

Ad 2. Ad ſecundum argumentum contra ſupra dicta: quid faciat relatio adiuncta, vt res, cui adiungitur, vt dicatur relatiuum ſecundum dici. Verbi gratia, creator eſt relatiuum ſecundum dici, quia ex eo, quod Deus creat, habet relationem adiunctam, nam eſt in rei veritate quid abſolutū, & quod non importat ordinem ad aliud, cum dicat eſſentiam diuinam, quæ non ſumit ſuam eſſentiam ab extrinſeco. Reſpondetur, quod faciat multum, nam ex eo, quod habet relationem adiunctam ex neceſſitate noſtro modo cognoſcendi, debet explicari, vt talis in ordine ad aliud. Nec poſſumus dicere, quid ſit creator, niſi dicendo producēs creaturam. Et quia ex neceſſitate expoſcit in ordine ad nos iſtum modum explicādi eius rationem, hinc fit, quod ſit relatiuum ſecundum dici: Deus autem non habet, vt ſic, relationem adiunctam, & ita poteſt à nobis explicari, dicēdo, quod ſit ſubſtantia infinita, actus purus, &c. non explicando eius eſſentiam per ordinem ad aliquid extrinſecum, licet cognoſcatur à nobis per ſpecies creaturarum.

Relatiua ſecundum dici inueniuntur in entibus rationis. Hic nota, quod etiam iſta relatiua ſecundum dici dentur in entibus rationis, vt patet in priuationibus omnib. Ex dictis in hac quæſtione ſequitur, quid ſit relatio ſecundum eſſe, & prædicamentalis. Nam eſt accidens, cuius totum ſuum eſſe, & eſſentia eſt ſe habere ad aliud, tanquam ad terminum præciſè. Per illud verbum, accidens, excluduntur relationes diuinæ, & relationes rationis. *Obiectio.* Sed contra. Nam ſi relatio eſt accidens; ergo totum ſuum eſſe non eſt aliud. Probatur conſequentia, quia debet etiam inhærere ſubiecto, & dicere in. *Solut.* Reſpondetur, quod definitio debet ſic intelligi, quod totum eſſe relationis proprium eſt ad aliud. Per li, proprium, intelligo id, quod ad rationem communem accidētis addit: addit enim referibilitatē ad aliud, & taliter afficit ſubiectum, vt ipſum ad aliud referat tanquam ad terminum præciſè.

QVAESTIO XXXVI.

Vtrum relatio ſecundum eſſe, & prædicamentalis ſit ens reale.

1. Argu. ET videtur, quod non. Primò: Omne ens reale præter Deum, habet aliquod cauſſatiuū ſui, ſed nulla relatio habet aliquod cauſſatiuū ſui, ergo nulla relatio eſt ens reale. Maior patet, & probatur minor. Si aliqua relatio, verbi gratia, paternitas, habet aliquid productiuum ſui, vel eſt pater, vel filius, vel aliquid aliud, ſed neutrum horum, ergo &c. Non pater, quia nulla relatio producitur, niſi ad productionē alicuius abſoluti; ſed pater nullum abſolutum producit in ſe, ergo nec relationem. Quod non producatur à filio, probatur, quia in diuinis non poſſet concedi, paternitatē à filio produci, aliàs pater aliquid acciperet à filio, quod eſt falſum. Et in humanis probatur: Nam non producit illam in primo inſtanti ſui eſſe, ergo non producit illam, quia in primo inſtanti ſui eſſe pater habet paternitatem. Probatur antecedens, nam per quam actionem illam producit? nullam enim actionem habet erga patrem filius in illo inſtanti. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum, nam paternitas fundatur ſuper genuiſſe, quod tranſit, & non eſt, ergo eſt aliquid rationis. Probatur conſequētia, quia relatio, cuius fundamentum non eſt aliquid reale, & ipſa ſimiliter, quia relatio omnem ſuam realitatem habet à fundamento. Antecedens probatur, quia vſque dum ſit genuiſſe, non eſt relatio.

2. Argu. Secundò: Nullum ens reale aduenit

Digitized by Google

alicui ſine ſui mutatione, ſed relatio aduenit ſine ſui mutatione, ergo relatio non eſt aliquid reale. Probatur minor; nam ſi exiſtam albus, & alius in India fiat albus, dicor illi ſimilis, ſine mei mutatione. Sed maior probatur, quia impoſſibile eſt, quod mihi adueniat aliqua forma realis, & non det eſſe reale; quod ſi dat, ergo ſub eo genere aliter quam antea me habebam, ſiquidem habeo aliquam denominationem realem, quam antea non habebam, & aliquod eſſe reale accidentale, quod antea non habebam. *Solutio.* Quod ſi dicas, relationem realem aduenire ſine ſui mutatione, non verò formam abſolutam, contra: nam Deus non dicitur per relationem realem Dominus ex tempore, quia mutaretur, ergo relatio realis de nouo adueniens facit aliquam mutationem in ſubiecto. *Impugn.* Et certè non eſt intelligibile, quod me in Hiſpania exiſtente albo, & quod apud Indos naſcatur alius albus, & ſim illi realiter ſimilis, cui antea non eram realiter formaliter ſimilis, & non fiat aliqua mutatio. *Confir.* Et confirmatur hoc argumentum: Nam hanc relationem ſimilitudinis non producit, qui eſt apud Indos, quia eius actio non ſe poteſt extendere ad me, nec produxit illam, qui produxit meam albedinem: quia iam non eſt. Et ſit caſus, quod ſit mortuus, nec mea albedo producit illam ſimilitudinem, quia non eſt forma actiua, ergo à nullo producitur: non ergo eſt ens reale.

3. Arg. Tertiò: Nulla relatio realis poteſt dependere à non ente, ſed ſcientia dependet à non ente, ergo relatio ſcientiæ ad ſcibile non eſt realis. Maior patet, & videbitur infra; ſed minor probatur, quia non exiſtente ſcibili adhuc eſt ſcientia.

4. Arg. Quartò ſequitur, quod ſi relatio eſt aliquid reale, per hoc ſolum, quod Petrus moueatur, acquiret infinitos reſpectus, hoc autem eſt inintelligibile, ergo relatio non eſt aliquid reale. Probatur maior. Nam per hoc ſolum, quod Petrus mouetur, diuerſimodè reſpicit omnia indiuidua, quæ ſunt in mundo, ergo tot acquirit relationes, quot ſunt in mũdo indiuidua. Imò ſequitur, quod in Petro ſint infinitæ perfectiones, & relationes actu, quoniam Petrus eſt dupliciter maior ſua medietate, & quadrupliciter maior ſua quarta parte, & ſic in infinitum, ergo, &c. Et confirmatur hoc argumentum: *Conf.* Omne accidens reale dicit ſpecialem inhærentiã, ſed relatio, vt relatio eſt, non dicit ſpecialem inhærentiam, ergo non eſt aliquid reale. Conſequẽtia probatur, quia aptitudinalis inhærentia eſt de eſſentia accidentis. Sed minor probatur, quia relatio conſtituitur, non per peculiarem modum inhærendi ſubiecto, ſed per ordinem ad aliud, ergo relatio vt ſic non dicit peculiarem inhærentiam: vnde non erit accidens, & conſtat quod non ſit ſubſtantia; ergo, &c.

Quintò. Propria ratio relationis prędicamentalis competit relationibus rationis, ergo propria ratio relationis prædicamentalis non eſt realis. *5. Argum.* Antecedens probatur ex D. Thom. 1. p. q. 28. articulo 1. qui dicit, in genere relationis reperiri aliqua ſecundum rem, & ſecundum rationem, ergo ratio relationis prædicamentalis non debet eſſe realis, aliàs non competeret relationibus rationis.

Sextò: Totum eſſe relationis eſt ad aliud ſe habere, ergo relatio prædicamentalis non eſt accidens. *6. Argum.* Antec. eſt definitio relationis. Conſequentia probatur; Quoniam accidens non ſe habet ad aliud, ſed ex neceſſitate reſpicit ſubiectum in ſua ratione, & definitione, ergo relatio non eſt accidens, & ſic non eſt ens reale. Subſtantia autem eſſe non poteſt, quia ſubſtantia non ponitur in genere relationis.

Septimò: Relatio prædicamentalis, vt relatio eſt, nihil eſt præter abſoluta, ergo ſimpliciter nihil in genere relationis. *7. Argum.* Antecedens probatur: Quia ſi ponamus duo alba in rerum natura, illa ex vi qualitatum abſolutarum, quas habent, ſunt inter ſe ſimilia omni relatione ſecluſa, & ſuperaddita; ergo relatio nihil eſt. Conſequentia probatur, quia ſi relatio aliquid eſſet ad hoc, poneretur in iſtis extremis, vt eſſent formaliter ſimilia. Sed probatur

probatur antecedens, quia ſi cogitatio ne ſepares relationem, ſiue per Dei potentiam, illa duo alba ſunt ſimilia, nec intellectus poteſt aliud concipere, cum habeant vnitatem formalem. Et confirmatur, quia Deus eſt creator, & Dominus, & columna dextera ſine aliqua relatione ſuperaddita, ergo, &c.

8. Argum. Octauo: Propria ratio conſtitutiua prædicamenti relationis, ſcilicet, ipſum ad, eſt aliquid rationis, ergo tota ratio eſt aliquid rationis, & non quid reale. Conſequentia probatur, quia impoſſibile eſt, quod aliqua eſſentia componatur ex ente reali, & rationis, vt diximus in materia de ente. Antecedens probatur; quia ad, in quantum ad, non dicit in; ergo non eſt accidens. Conſequentia probatur, quia omne accidens dicit in. Sed antecedens probatur, quia ad, vt ad, eſt oppoſitum in, ergo non includit illud. Nullum enim oppoſitum includit in ſua ratione & eſſentia aliud oppoſitum.

9. Argum. Nonò; ad, vt ad prædicamentale conuenit cum ad rationis conſtitutiuo relationis; ergo non eſt aliquid reale. Conſequentia probatur, quia ens rationis cum ente reali non poteſt conuenire in aliquo reali. Sed antecedens probatur, nam ita relatio generis eſt ad aliud, ſicut relatio paternitatis, ergo iam conueniunt in illo ad. *Solutio.* Si dicas, quod illud ad abſtrahit a reali, & rationis; & in relatione reali eſt aliquid reale, in relatione rationis, eſt aliquid rationis, & in communi nec eſt reale nec rationis. *Impugn.* Contra, quia prima diuiſio entis eſt per reale & rationis, ergo omne ens debet eſſe, vel reale, vel rationis, & non debet abſtrahere. Sicut ſi animal diuidatur per rationale & irrationale, omne animal in particulari debet eſſe rationale, vel irrationale, ergo non poteſt dari talis ratio abſtracta.

10. Arg. Decimò, ad, vt ad, non eſt perfectio, ergo, ad, vt ad, (in relatione prædicamentali loquor) non eſt quid reale. Antecedens probatur, nam aliàs Pater in diuinis haberet aliquam perfectionem, quæ non conueniret Filio, quia habet ad ad filium, quod ad, non conuenit filio. Conſequentia probatur, quia omnis entitas realis dat aliquod eſſe, & ita dat aliquam perfectionem. Nã ens, quatenus ens, perfectio eſt, ſiquidẽ eſt bonum, bonum autem & perfectum idem ſunt ergo, &c.

Præambula ad quæſtionis deciſionem.

IN hac ſententia fuere variæ metaphyſicorum opiniones. *Controu. 1. Opin.* Aliqui enim aſſeruerunt, relationem prædicamentalem eſſe aliquid rationis. Hoc refert Auicenna in ſua metaphyſica libro 3. capite 10. & Aureolus 1. Sententiarum, diſtinctio. 30, quęſt. 1. hanc ſequitur ſententiam. *2. Opinio.* Alii moderni ex parte ſunt hanc opinionem ſequuti, dicentes, relationem eſſe aliquid reale, ratione quadam, quatenus dicit in, eſſe verò aliquid rationis, qua ratione dicit ad, & reſpectum ad terminum. Quam opinionem vidi defendiſſe ſapientiſſimum magiſtrum meum fratrem Bartholomæũ à Medina, primarium Salmanticenſem. *Mag. Med.* Nec reputabat inconueniens, aliquid rationis eſſe modum completiuum alicuius entis realis, ſicut dicunt aliqui de tempore, & de paſſionib. entis. Ita dicebat ipſe, relationem dicere aliquid rationis, vt quid complens eſſentiam relationis prædicamentalis. Hoc tamen de relationibus diuinis negabat. *3. Opinio.* Alia & tertia opinio eſt, relationem prædicamentalem, quantum ad omnia, & quantum ad rationem communem accidentis, & quantum ad ſpecialem rationem relationis, quæ eſt ad, eſſe quid reale.

Quæſtionis deciſio.

PRima concluſio: Relatio prædicamentalis eſt aliquid reale, vt diſtinguitur contra ens rationis, & aliquid potens in rerum natura exi- *1. Concl. Relatio prędicamẽtalis eſt quid reale.*

Digitized by Google

ſtere. Hæc concluſio ita aperta eſt, vt ſit ridiculum illam in dubium reuocare. Eſt ſententia Ariſtotelis in hoc capite, & quinto Metaphyſicæ, vbi relationem conſtituit vnum genus entis realis ex æquo diuiſum contra alia prædicamenta realia. Habet illam Diuus Thomas prima parte quæſtione 28. articulo primo, vbi dicit: Ea verò, quæ dicunt ad aliquid, ſignificant ſecundũ propriam rationem ſolum reſpectum ad aliud, qui quidem reſpectus aliquãdo eſt in ipſa natura rerum, vtpote quãdo aliquæ res ſecundum ſuam naturã, ad inuicem ordinatæ ſunt, & ad inuicem inclinationem habent. Et huiuſmodi relationes oportet eſſe reales, ſicut in corpore graui eſt inclinatio, & ordo ad locum medium. Ecce D. Thomas relationes reales conſtituit. Sed in his verbis aduerte, non facere ſermonem Diuum Thomam de inclinatione, & ordine formali, qui ordo eſt relatio, nam ſic principium peteret, ſed loquitur de ordine fundamentaliter, ita, vt ſenſus ſit, inter eas res eſſe relationem realem mutuam, in quibus eſt eadẽ cauſa referibilitatis, ſeu ratio fundandi relationem Et hoc idem intelligendum eſt per inclinationem, aut non inclinationem, per modum habitus, aut potentiæ. De quo vide acutiſſimum Caietanum prima parte, quæſtione quarta, articulo tertio, & quæſtione 13. articulo 7. & de hoc agemus rurſus. Ex quo etiam videbis, quam extra chorum hanc Diui Thomæ ſententiam adduxerit Suarez, quæſtione præcedenti ad probandum, dari relationes ſecundum eſſe, quæ nõ ſint prædicamentales in creaturis. Et idem ait Diuus Thomas multis aliis locis in principio huius prædicamenti adductis, & eſt communis animi conceptio fere omnium. Præterea probatur: Nam ens reale eſt ens diuiſum in decẽ prædicamenta, vt patet quarto metaphyſicæ, vbi Ariſtoteles reiecit ens rationis, & poſtea de ente reali loquutus eſt, ergo relatio participat rationem diuiſi, ergo eſt aliquid reale. Præterea: Quando fit diuiſio ab Ariſtotele in antepr ædicamentis omnium prædicamẽtorum, aut diuiditur ens reale in decẽ prædicamenta, & ſic habeo intentum, quod relatio erit aliquid reale, quia ex neceſſitate debet participare naturam & eſſentiam diuiſi. Vel eſt aliquid rationis, & hoc falſum, aliàs qualitas, & quãtitas, & reliqua prædicamenta eſſent aliquid rationis, quod eſt abſurdum. Nam albedo, & calor non ſunt ens rationis. Vel eſt aliquid abſtractum ab ente reali, & rationis, vt dicitur in quarto metaphyſicæ, & de hoc ſupra libro ſecundo actum eſt. Ergo omne inferius ad ens debet eſſe reale, vel rationis, quia debet continere rationem illã diuiſam determinatam per aliquam illarum rationum, ergo ex neceſſitate erit relatio ens reale, & nõ rationis. Et hęc ratio eſt demonſtratio. Præterea: Dantur habitudines reales, quarum totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, ſecluſa omni operatione intellectus, ergo dantur relationes tales ſecluſa operatione intellectus; & iſtæ ſunt prædicamentales, ergo relationes prædicamentales ſunt reales. Antecedens primum patet, nam cauſa & effectus, pater & filius, ſunt aliquid formaliter ordinati ad inuicem, ergo formaliter relatiui. Et hoc antequam intellectus conſideret, nam intellectus non ordinat illa formaliter, ſed cognoſcit formalem ordinem. Præterea: Nam in diuinis ſecundum fidem dantur relationes reales ad inuicem ordinatæ, vel relatio paternitatis ad filiationem, ſeu patris ad filiũ, ergo in creaturis etiam dabuntur relationes reales, licet non tanta certitudine. Probatur conſequentia: Quia ſicut in diuinis dantur illę relationes reales, quia habent omnia requiſita, vt ſint aliquid reale, nimirum fundamẽtum, terminum, & cetera: ita relatio paternitatis habet ſubiectum reale, & fundamentum reale, nimirum potentiam generatiuam, & rationem fundandi, ſcilicet generationem, & terminum, ſcilicet filium, nam nihil aliud requirit relatio ad ſuam realitatem: ergo, &c. Præterea, profecto non videtur tutum dicere, matrem Dei non eſſe matrem formaliter, niſi conſi-

Nota.

Arguitur Suarez.

Ratio efficax & demonſtratiua

conſiderante intellectu, cũ habeat omnia requiſita ad rationem maternitatis, & ſubiectum ſit capax relationis realis, ergo, &c.

2. Concl. Modus conſtitutiuus relationis prædicamētalis eſt aliquid reale. Secunda concluſio: Vltimus modus conſtitutiuus relationis prædicamentalis eſt aliquid reale. Itaque non ſolum relatio eſt aliquid reale, qua ratione habet eſſentiam accidentis in communi, ſed etiam, qua ratione dicit ad, & reſpectum ad terminum. Hæc concluſio probatur ex Diuo Thoma, vbi ſupra, qui dicit, aliquas relationes eſſe reales, & loquitur certè ſupra dicta quæſtione 28. articulo 1. & quæſtione 13. articulo 7. de relatione ſecundum ſuam formalem rationem completam. Aliàs malè diceret, relationem eſſe aliquid reale; nam ſolum accidens eſſet aliquid reale, & non relatio. Et facit veluti formalem ſenſum Diuus Thomas, cum dicit, relationem eſſe aliquid reale, nimirum quatenus relatio eſt; nam hoc volebat inquirere, & apertè definiuit, cum dixit, quod reperiuntur aliqui reſpectus in rerum natura, ergo loquitur formaliter de reſpectu. Hoc itaque certum ſit, qui dicunt, ad prædicamentale eſſe aliquid rationis, contra Diuum *Not.* Thomã loqui, quod magis patet Quodlibeto primo, quæſtione ſecunda, articulo primo in corpore, & in primo diſtinctione 26. quæſtione ſecunda, articulo primo in corpore, & ad 3. vbi expreſsè dicit, quod de ratione relationis realis ſunt duo, fundamentum & reſpectus ad aliud, ſed fundamentum nõ eſt intrinſecum relationi, ergo reſpectus eſt aliquid reale ſecundum Diuũ Thomam. Et probatur rationibus. *Prob.* Primò: Nam impoſſibile eſt vnam eſſentiam ex rebus diuerſorum generum conſtitui; ergo impoſſibile eſt, quod ad in relatione prædicamentali ſit aliquid rationis. Antecedens probatur: quia res diuerſorum generum ſunt eſſentiæ diuerſæ, & ita non poſſunt facere vnam eſſentiam ſed plures. Conſequentia patet, quia ens reale & rationis plus quã genere differunt, cum ens dicatur de illis analogicè duobus conceptibus. Et *Conf.* confirmatur; Nam ſi, ad, eſt quid rationis, & in quid reale, in relatione prædicamentali, verbi gratia, in paternitate, ergo paternitas non eſt realis, nec rationis, hoc autem eſt falſum, quia omne ens particulare debet eſſe reale, vel rationis, ergo, &c. Probatur maior: Quia compoſitũ ex duabus rebus neutra illarum eſt, vt patet in homine, maximè quando ex æquo componunt, & vnum non ſe habet, vt materiale reſpectu alterius. *Compoſitũ ex duabus rebus ex æquo neutra illarũ eſt.*

Secundò: ſi, ad, in paternitate, verbi gratia, eſt aliquid rationis, ergo vel eſt negatio, vel relatio, vel priuatio, quia non eſt aliud genus entis rationis, vt ſupra viſum fuit ex Diuo Thoma: ſed negatio vel priuatio eſſe non poteſt, vt de ſe conſtat, nec relatio, ergo non eſt ens rationis. Probatur vltima pars, quia vna relatio completa non poteſt eſſe modus alterius relationis complens, & determinans illius rationem. Præterea: Nam ſi relationis, verbi gratia, paternitatis eſt accidens reale, cum ſit accidens quoddam particulare, ante operationem intellectus debet ex neceſſitate habere determinatam rationem accidentis; ergo vel per aliquem modum abſolutum: & hoc non, quia pertineret ad prædicamenta abſoluta, vel per aliquid relatiuum, & ſic iam ſecluſa operatione intellectus haberet rationem relationis, quod intendimus, & ſic erit illud, ad, quid reale. Quod ſi dicas, non habere rationem accidentis determinatam *Fuga.* per aliquem modum; hoc eſt impoſſibile; ſicut impoſſibile eſt, quod detur *Impugnat.* ratio quantitatis non determinata per aliquem modum. Quod ſi dixeris, eſſe *Fuga.* ſicut embryo, in quo non eſt determinata ratio animalis per aliquam rationem ſpecificam; contra; ergo iam illa ratio relationis non pertinebit directè ad prædicamentum relationis, *Impugnat.* ſicut nec pertinet embryo directè ad prædicamentum ſubſtantiæ, & erit pars quædam, ſeu ens partiale, & ita etiam per aduentum, ad, rationis non ſit quid completum, & perfectum, vnde nunquam erit in prædicamento relationis. Præterea: Modus determinatiuus alicuius, debet eſſe proportionalis illi, & ita, ſi id,

quod determinat, eſt reale, modus determinans debet eſſe realis, ergo cum, in, ſit reale in omnium opinione, modus determinatiuus illius debet eſſe realis. Quonam modo poteſt ens reale determinari per ens rationis? Sicut enim differentia generis realis, non poteſt eſſe quid rationis, ita etiam determinatiuus modus entis realis non poteſt eſſe quid rationis. Præterea: Nunquam genus determinatur per vnā differentiam realem, & aliam rationis, ergo nunquā determinatur ens reale per vnum modum realem, & alium rationis, ſed reliqui modi determinatiui entis ſunt reales, ergo & hic modus huius prædicamenti, ſed talis modus eſt, ad, ergo, ad, non eſt quid rationis.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Non datur, ad, commune enti reali, & rationis, quod abſtrahat à reali, & rationis, & multò minus datur relatio, quæ importat vnum conceptum relationis communem relationi reali, & rationis. *Non poteſt aſſignari, ad, commune reali, & rationis.* Hæc cōcluſio ponitur contra Caietanum, qui prima parte, quæſtione 28. articulo 1. dicit, ad, vt ſic ſeu propria ratio relationis, eſſe aliquid abſtrahens ab ente reali, & rationis, cuius ratio eſt, quia, ad, vt ſic, nec dicit ſubſtantiam, nec accidens, nec aliquid reale, vel rationis, ſed ſolum dicit ad aliud ſe habere. *Prob. 1.* Eandem ſententiam ſequitur Ferrarienſis 4. cōtra Gentes, cap. 14. in fine. Hanc etiam ſequitur Soncinas & multi Thomiſtæ moderni; verumtamen concluſio eſt demonſtrata. Et probatur: Nam prima diuiſio entis, vt ſuperius viſū fuit ex quarto metaphyſicæ, eſt per ens reale, & ens rationis, & iſta ſunt membra adæquata diuiſionis, ergo neceſſum eſt, quod omne, quod participat rationem entis diuiſi, cōtineatur in aliquo membrorum diuidentium. Probatur conſequentia: Aliàs ſi non contineretur ens determinatum ſub aliquo membro diuidenti, mala eſſet diuiſio; nam hæc eſt proprietas bonæ diuiſionis, vt nihil ſit ſub diuiſo, quod non ſit in membris diuidentibus. *Opt. ſimile.* Sit exemplū patens: Nam ſi ſubſtantia diuiditur per corporeā, & incorporeā, nihil pōt eſſe ſubſtantia determinatè, quod non ſit corporeū, vel incorporeū. Cū igitur, ad, ſit ens, & determinatum ens, & habeat in ſe rationem entis determinatam, neceſſariò debet eſſe reale, vel rationis. *Prob. 2.* Præterea: Sicut rationale determinat animal, & irrationale ſimiliter, & non poteſt animal ad particularia deſcendere, niſi determinatum his differentiis, ita ens ad particulares rationes deſcēdit medijs his modis realis, vel rationis; ergo non poteſt in aliquo ente determinato reperiri ratio entis, quin ſit determinatum per modū entis realis, vel rationis. Et ita non poteſt eſſe, quin ſit ens reale, vel rationis. *Prob. 3.* Præterea, ad, includit rationem entis, & eſt ens magis determinatum, quam ſit ens in communi, ergo determinatur aliquo modo entis, vt ſit reale ens, & primi modi entis determinatiui, ſeu conſtitutiui diuerſorum generum, ſeu rationum entis ſunt reale & rationis, nec alia mēbra ſunt huius primæ diuiſionis entis, ergo ex neceſſitate hoc ens nimirū, ad, debet eſſe reale vel rationis. Vel ſi habet aliam rationem entis, iam ens debuit per tria mēbra diuidi, quod eſt falſum. Nam omne ens determinatum, vel habet eſſe per operatione m intellectus, vel non, & non eſt dare medium, quia ſunt contradictoria. Si habet eſſe per operationem intellectus, eſt ens rationis, ſi non erit ens reale, ſi eſt ens, & non poteſt dari conceptus abſtractus: ſed ens ſe habet ad reale & rationis, ſicut homo viuus & pictus, nam duobus conceptibus eſt analogum. Sed, etiamſi daretur conceptus abſtractus, argumenta hæc conuincunt. Et cōfirmatur, quia non poteſt dari homo, qui non ſit viuus, vel pictus, ergo nec ens, quod nō ſit reale, vel rationis, quia eodem modo ſe habent. Certè, ſi hæc argumenta non cōuincunt, modi arguendi à diuiſo ad membra diuidentia, & e conuerſo nihil valent. *Solutio aliquorum. Impugnat.* Aliqui reſpōdēt, quod iſti modi arguendi valent in diuiſis vniuocis, non verò in analogis. Sed hæc ſolutio in nulla ratione firmatur. Et ſic argumentor contra illam: Nā diuiſum analogum vel habet membra diuidentia adæquata, vel non. Secundum non poteſt dici: nam etiamſi ſit analogum, determinatur ad rationes particulares:

res: ergo per modos, ergo diuiditur per modos. Tum ſic, vel iſti modi ſunt adæquati, vel non, certè ſi ſunt adæquati, vel poſſunt eſſe, quia omne diuiſibile habet adæquata membra diuidentia, ergo valebit à diuiſo ad membra diuidētia, vel è conuerſo, ergo ſi ad eſt ens determinatum, ſeu habet in ſe rationem entis determinatam, ergo per modos primos entis diuiſiuos, ſed iſti ſunt reale & rationis, ergo eſt ens reale, vel rationis. Vnde ſupra dicta ſolutio eſt ex ignorantia logicali aſſignata, vt patet. Nam ens diuiditur analogicè in ſubſtātiam, & accidens, & tamen eſt bona cōſequentia; eſt ens determinatum, ergo ſubſtantia, vel accidens. *Solutio aliorum.* Reſpondent aliqui, quod ſunt aliqui modi determinatiui entis, qui ſunt ita vniuerſales, ſicut ens, quod determinatur, & ita modus determinatiuus entis ad eſſe, ad eſt tam vniuerſalis, ſicut ens. *Impugnat.* Sed iſte modus deſtruit metaphyſicam, & logicam ſimul. Nam ſi determinat rationem entis ad aliquem modum, ergo dicit rationem magis limitatam, & determinatam, ergo nō ita vniuerſalem, ſicut ens: aliàs eſſet impoſſibile, quod reſultaret ex illo modo aliquid magis particulare, & determinatum. Antecedens probatur. Nam ſi dicit idem, quod ens & eodē modo, ergo erit idem, quod ens, ergo dicit ens alio modo magis determinato, & ita iam non erit ita vniuerſalis. Et hoc patet inductiuè in omnibus modis & differentiis. *Obiectio.* Et ſi dicas, quod modi vnius veri & cetera determināt ens, & tamen manent ita vniuerſales paſſiones entis, ſicut ens: patet, quia determinant extrinſecè, de quo ſupra, ſicut riſibile determinat hominem, *Solutio.* maximè impugnatur hæc ſolutio. Nam non datur vnus conceptus abſtractus ab ente reali & rationis, ſed duobus conceptibus ens ſignificat ens reale, & ens rationis, ergo nec ad debet abſtrahere ab ente reali & rationis. Antecedens probatur, quia ens rationis participat tam diminutè rationem entis, vt ſit ens alterius rationis. Sicut homo pictus eſt homo alterius rationis, ergo ſimiliter ad reale, & ad rationis erunt diuerſę rationes, propterea quod eſt alterius rationis. Et iſta diuerſitas in illo, quod ſe habet ad modum ſuperioris, vel ſe debet habere, ſufficit ad faciendum diuerſitatem in inferioribus. Nam quia ens eſt analogum ad ſubſtantiam & accidens, nihil poteſt ſubſtantiæ & accidenti dari vniuocum. *Obiectio.* Sed cōtra. Nam non datur vnus conceptus entis realis, & rationis, ergo non diuiditur ens per reale, & rationis. *Solutio 1.* Reſpondetur, quod volumus dicere, tam diuerſa eſſe ens reale, & rationis, vt ex neceſſitate debeāt habere diuerſos conceptus, & omnia entia ex neceſſitate reducenda eſſe ad ens reale, & rationis, ſicut omnes homines ad hominem viuum & pictum. *Solutio 2.* Secundò reſpondetur, quod etiamſi daretur conceptus abſtractus ab ente reali, & rationis, quia iſta ſunt prima membra diuidētia ens, omne ens deberet eſſe reale, uel rōnis. *Replica.* Sed contra ſupra dicta eſt argumētum forte: Nā ſapientia eſt ſuperior ad ens. Et tamen nec eſt creata, nec increata, nec finita, nec infinita, & tamen prima diuiſio entis realis per ſe, vt diſtinguitur cōtra per accidens, eſt per finitum, & infinitum, ergo, ſicut nō valet, ſapientia eſt ens, ergo finitum, vel infinitum, ita nō valet, ad, ſeu relatio, eſt ens: ergo reale vel rationis. *Solutio.* Sed ſicut ſapientia abſtrahit à finito, & infinito, ita ſimiliter ad eſt relatio abſtrahens à reali & rationis. Hoc argumētum varias habet ſolutiones ſecundum quod variè opinatum eſt de conceptu, analoga omnia non habere vnum conceptum præciſum, in qua ſententia eſt Caietanus, vt patuit ſupra: facile.n. ſoluit hoc argumentum. Nam ſapientia dicitur de ſapientia finita, & infinita analogicè duobus conceptibus, ſicut ens: nam ens dicitur analogicè de finito & infinito, ſic adeo, vt non detur vnus conceptus præciſus & abſtractus entis finiti & infiniti, ſed duo conceptus proportionabiliter ſe habentes, in quibus formaliter ſaluatur ratio entis, & ſimiliter de ſapientia dicendum eſt. Vnde ſapientia finita alium conceptum habet, & alium ſapientia infinita, & ſapientia in communi non datur cum vnico conceptu, & ita ſicut ſapientia infinita, eſt ens,

Digitized by Google

& infinitum ens: & ſimiliter ſapientia finita eſt ens finitũ. Et certè hoc argumẽtũ facit probabiliſſimam opinionẽ Caietani de conceptu entis, & modo non eſt amplius hoc diſputandum. Sed vide de ente ſupra: & per differentiam inter analoga vnius, aut pluriũ conceptuum ſoluendæ ſunt omnes difficultates. Et per hunc modum ſoluenda ſunt omnia argumenta, quæ fieri poterant de ratione ſpeciei intelligibilis, quæ in ſua ratione non dicit eſſe ſubſtantiam, vel accidens, finitam vel infinitam, & idem de verbo, & cetera.

4. Concluſ. Relatio rationis eſt vera relatio.

Quarta concluſio: Relatio rationis eſt vera relatio, non tamen conſtituitur in prædicamento relationis. Hæc vltima pars probatur, quia ſola entia realia directè conſtituuntur in hoc prędicamento, ſed relatio rationis non eſt ens reale, ergo non conſtituitur in hoc prædicamento. Probatur maior, quia ens reale eſt ens diuiſum in decẽ prædicamenta, vt patet ex Ariſtotele in ante prædicamentis de diuiſione prędicamentorum, & 4. & 5. metaphyſicæ. Prima pars concluſionis probatur, quia totum ſuum eſſe talis relationis eſt ad aliud, tanquam ad terminũ, vt patet in genereitate, ſpecieitate, &c. ergo, &c. Et ita ſentit D. Thomas 1. par. quæſtio. 28. articulo 2. Et præterea: Nam genereitas, verbi gratia, vel relatio dominii in Deo eſt quoddam ens, non abſolutum, & quod habeat eſſe ad ſe, ergo relatiuum, & quod habeat totum ſuũ eſſe ad aliud, ergo verè eſt relatio, ſed non ponitur in prædicamento, quia eſt ens rationis.

Obiectio.

Sed contra. Nam de ratione veræ relationis eſt, quod ſit ſimul cum ſuo termino, ſed relatio rationis nõ eſt huiuſmodi, ergo, &c. Nam prius eſt genereitas, quam ſpecieitas, quę eſt ſuũ correlatiuũ, quia prius intellectus conſiderat, vt poteſt conſiderare, genereitatem, quam ſpecieitatem: ergo habebit prius eſſe, & tunc ſi non conſideretur ſpecieitas, non habebit eſſe, cum eſſe eius ſit per operationẽ intellectus, ergo, &c. De hoc iam ſupra diximus & dicemus inferius in proprietatibus relatiuorum

Obiect. ex D. Tho.

Et ſi arguas ſecundò contra eandem concluſionem, ex D. Tho. loco proximè adducto, qui dicit: Conſiderandum eſt, quod in his, quæ dicũtur ad aliquid, reperiuntur aliqua ſecundum rationem tantum, & non ſecundũ rem, & tamen facit ſermonem de prædicamento. Nã ſi non eſſet ſenſus, quod in prædicamento relationis reperiãtur aliqua ſecundum rem, & aliqua ſecundum rationem, ſed ſolum diceret, quod in aliquo ſuperiori analogo, nimirum in relatione reperiãtur relationes reales, & rationis, nihil diceret: quia etiã reperitur quantitas rationis. Vt quando imaginamur chimæram magnam, & reperitur priuatio, quæ eſt qualitas rationis. Et hoc videtur D. Thom. docuiſſe multis aliis in locis ſupra adductis, vt artic. 2. eiuſdem quæſtionis, & quæſtio 13. articul. 7. in 1. part. & quodlibeto 1. articulo 2. quodlibeto 9. articul. 5. & quæſtion. 2. de potentia, articulo 5. & ſæpe alibi Et hoc etiam ante Caietanum docuit Capreolus in 1. diſtinctio. 33 articulo 1. & Ferrarienſis 4. contra Gentes, capite 14. & Soncinas 5. metaphyſicæ, quæſtione 26. Et ratio horum diſcipulorum D. Thomæ eſt, quia definitio relationis rationis eſt eadem cum definitione relationis realis, in quantũ eſt relatio. Sed reſpõdetur, quod, vt demonſtraui, relatio non poteſt importare vnam rationem ad relationem realem, & rationis, niſi analogã, quia ens analogum eſt ad ens reale, & rationis.

Explicatur mẽs D. Th.

Et D. Thomas voluit dicere, quod dantur relationes rationis, quæ ſunt veræ relationes, analogicè tamen. Et vult dicere, quod in hoc analogo, quod eſt relatio, dantur verè relationes reales, & verè relationes rationis, ſed analogicè dicuntur relationes rationis tales, ſicut verum ens eſt albedo: ſed analogatum in ordine ad ens. Ita vera relatio eſt genereitas, ſed analogata in ordine ad relationem: nec conuenit illi eſſentia relationis vniuocè, ſed analogicè.

Differentia inter relationem & quantitatem rationis.

Relatio verò, quæ ponitur in prædicamento relationis, eſt aliquid reale, nec datur vera quantitas rationis, quæ verè extendat partes ſubiecti, ſicut datur vera relatio, quia relatio ex eo, quod eſt ordo ad aliud, poteſt reperiri in relationibus rationis, quæ verè poſſunt ordi-

Digitized by Google

ordinati ad aliud. Et ad hoc non eſt neceſſe, quod relatio inhæreat, nec eſt neceſſe, quod detur vnus conceptus relationis in communi abſtractus à relatione reali & rationis, ſed ſat fuerit, quod detur quoddam ens rationis cuius totum ſuum eſſe ſit ad aliud. Et hoc poteſt reperiri, quia reſpectus rationis ex eo, quod reſpicit aliud, vt terminum, poteſt hoc habere, quod aliis prædicamentis denegatur, quia omnia prædicamenta habent ſuum effectum formalem in ordine ad ſubiectum. Et ita non poteſt ille effectus, nec alius ſimilis analogicè, qui verè ſit talis, reperiri in ente rationis, ſed ſi tale, impropriè eſt, ſicut homo pictus dicitur homo. Bene autem poteſt reperiri reſpectus ad aliud, qui ſit talis analogicè, & formaliter talis in entibus rationis, quia habet aliud reſpicere relatio realis, & ita poteſt illi aſſimilari formaliter alia relatio rationis, licet deficienter & analogice, ſicut accidens eſt ens formaliter ſimile ſubſtantiæ, analogicè tamen.

Notabile optimum. Et nota, quod cum D. Thomas dicit, relationem, ſecundum propriam rationem, non ponere aliquid, non vult dicere, ſecundum propriam rationem non eſſe aliquid reale, ſed vult dicere, quod ſecundum propriam rationem referatur ad aliud ſubiectum, & non faciat, quod ſubiectum habeat eſſe abſolutum. Et videbis hoc eſſe verum in 1. diſtinct. 20. articulo 1. in corpore, vbi hoc concedit de relationibus diuinis. Et tamen ſecundum propriam rationem non ſunt aliquid rationis, ſed aliquid reale. Et *Locus D. Thom. quomodo intelligendus.* quando 1. part quæſt. 28. articulo 2. in corpore dicit; relationem ſecundum eſſe eius inhærere ſubiecto, ſecundum verò propriam rationem tantum aſſiſtere, loquitur D Thomas ad eundem modum, & ſignificat, quod propria relatio rationis eſt ordo ad terminum, & importatur, ac ſi non inhæreret in rei veritate, & tamen inhæret, quando eſt relatio prædicamentalis. Et videbis, hoc eſſe verum, quia in 1. diſtinct. 33. art. 1. in corpore aſſerit, relationem ſecundum quod eſt in ſubiecto, facere compoſitionem cum eo, quia aliud eſt eſſe relationis, & ſubiecti, quod refertur; ergo eſt aliquid reale, etiam ſecundum propriã rationem. Et loquor de prædicamentali. Nã ſi eſſet aliquid rationis, non poſſet facere compoſitionem cũ ſubiecto, quia ens rationis non facit compoſitionem cum ſubiecto, vt patet de relatione dominii in Deo, quæ non facit compoſitionẽ cum Deo. *Quæ differentia ſit inter relationẽ realem, et qualitatem.* Itaque hæc eſt perpetua differentia inter relationem realem, & qualitatem, vel quãtitatẽ, quod quantitas & qualitas dant eſſe formale ſubiecto in ordine ad ſe, hoc eſt, non in ordine ad terminum. At verò relatio dat eſſe ſubiecto, non in ordine ad ſe, ſed in ordine ad aliud, faciendo relatũ, & ad aliquid. Et hoc eſt, relationem nõ ponere aliquid in ſubiecto, hoc eſt, non terminare omnem effectum ſuum formalem in ſubiecto, ſed illud referre ad terminum, vt ſic.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Opinio aliquorum. AD argumenta in principio quæſtionis, & ad primum reſpondetur ab aliquibus, relationem produci ab eo, qui producit terminum. Vt ſi ergo ſim albus, & alius producat alium album, qui producit illud album, producit in me relationem ſimilitudinis, quæ conſequitur. *Impugnat.* Sed nõ poſſum intelligere, imo nec reputo verum, vt, qui producit album exiſtens apud Indos, producat relationem in Hiſpania, quia nihil operatur apud aliud album exiſtens in Hiſpania. Verum eſt, quod producit aliquid neceſſarium, vt ſit relatio ſimilitudinis inter illa duo alba, nimirum fundamentum proximum & extremum relationis, ſcilicet, aliud album. *Alia ſolutio.* Sed ſecundò reſpõdetur, relationem produci ab eo, qui produxit fundamentum. Verbi gratia, ſum ego albus, & producitur poſtea aliud album, dicimur ſimiles, & in me eſt relatio ſimilitudinis ad aliud album, & in alio albo etiam eſt relatio ſimilitudinis ad me, qui produxit meã albedinem, produxit meam ſimilitudinem, quando reſultat in actu illa eadem actione, quia produxit albedinem. Et ſi non reſultauit poſita actione productiua albedinis, ex eo fuit, quia non erant omnia requiſita poſita, nimirum, alia albedo. Sicut dicimus, motum grauium

eſſe

Digitized by Google

eſſe à generante, & eadem actione produci, qua producitur graue, quæ primò & per ſe terminatur ad graue, & ſecundariò ad motum; eodem modo actio producentis albedinem primò terminatur ad albedinem, & ſecundariò ad ſimilitudinem Et ita dixit Ariſtoteles, quinto phyſicorum, ad relationem non eſſe per ſe motum, bene tamen per aliud, ſcilicet, per fundamentum. Et illa relatio per reſultantiam producitur ab albedine, & reſultat ex actione productiua ipſius albedinis, ſicut accidentia generantia eadem actione & generatione, qua generatur ſubſtantia, quæ primò & per ſe terminatur ad ſubſtantiam, ſecundariò ad accidentia, quæ reſultant ex ſubſtantia per actionem primam generantis.

Doctrina pulcra.

Obiectio. Et ſi dicas, contra. Nam modò non eſt producens albedinem, quando reſultat ſimilitudo, quia iam fuit corrupta, ergo modo non poteſt producere ſimilitudinem: *Solutio.* reſpondetur, quod reliquit aliquid ſui, nimirum ſuum effectum, ex quo reſultat illa ſimilitudo. Et hanc virtutem, vt poſſet per reſultantiam producere, relationem habuit per actionem producentis albedinem, quia ſtatim reſultare deberet ab illa albedine ſimilitudo, ſi eſſet aliud extremum & fundamentum proximum. Nam ex eo, quod relatio eſt tam minimæ entitatis, facilè reſultat poſito termino, & ipſa virtus, ſecundum quam reſultat, nihil aliud eſt, quam albedo poſita in actu, ſi tamen adſint requiſita. *Reijcitur opinio quorundam.* Ex hac ſolutione patet, quam falſa ſit illa ſolutio aſſerentium, quando fuit producta albedo, ſeu fundamentum, relationem, quantum ad in, & poſito termino produci, quantum attinet ad reſpectũ, & ad quod, dici, quia relatio eſt quid ſimpliciſſimum, & non poteſt per partes produci. Illa magis explicabuntur cum ſermonem inſtituemus de diſtinctione relationis à fundamento. *Reijcitur alia opinio.* Alia ſolutio etiam, quæ dicit, quod quando producitur fundamentum, producitur relatio quantum ad realitatem, & quando producitur terminus, producitur quantum ad formalitatem, etiam eſt falſa. Nam nihil relationis erat productum, antequam produceretur eius formalitas, quia, vt dixit, relatio eſt quid ſimpliciſſimum, & caret partibus, quæ poſſint produci diuerſis temporibus. Et ſi dicas, ergo quando Petrus producit Ioannem, qui debet producere aliũ filium, ſequitur, quod tunc cauſſet relationem paternitatis, negatur ſequela; ſed tunc ſolum cauſſat aliquid, ex quo poſtea virtute eiuſdem actionis debet reſultare relatio poſita actione generãdi, & reliquis requiſitis. Relatio verò, quæ eſt in termino, producitur à producente fundamentum, vt relatio filiationis à producente Petrum, & à Petro per reſultantiam.

Ad 2. arg. Solutio Capreoli. Ad ſecundum argumentum reſpondent aliqui, relationem aduenire cum mutatione ſubiecti ratione fundamenti. Nam ad hoc, quod adueniat relatio, eſt neceſſarium, vt adueniat prius fundamentum, vt, verbi gratia, ad hoc, quod adueniat relatio ſimilitudinis, eſt neceſſe prius habere albedinem, in qua acquirenda mutatur homo, & hoc ſufficit, vt relatio ſit aliquid reale. *Impugnatur Capreolus.* Sed hæc ſolutio non mihi placet, quia etiam poſſemus dicere, relationem rationis eſſe aliquid reale, quia aliquando fundamentum eius mutat ſubiectum, vt eſſe viſum, quod eſt ens rationis, fundatur in videre, quod eſt aliquid reale, & mutat realiter ſubiectum, nam viſio facit realiter videntem. Et præterea. Nam ſi loquitur de mutatione phyſica, tum dicit, quod eſt aliquid reale, quia fundamentum eſt aliquid reale, adueniens cum mutatione, hoc eſſe non poteſt, nam relatio menſurati non aduenit cum huiuſmodi mutatione. *Solutio aliorum.* Alii dicunt, quod forma abſoluta aduenit cum mutatione ſubiecti, quia eſt ad ſe: at verò forma relatiua, quia eſt ad aliud, non dat ſubiecto mutationem, Capreolus primo diſtinct. 30. reſpondet, quod ſi relatio adueniat cum ſuo fundamento, tunc non poteſt aduenire ſine ſubiecti mutatione propriè dicta, ſi verò adueniat ſine fundamento, bene poſſe accidere ſine mutatione, vt ſi alius ſit albus de nouo & ego fiam ſimilis illi. Sed hæc ſolutio eſt eadem cum prima. Et ideo reſpondetur, quod mutatio accipitur dupliciter.

Digitized by Google

Ex prima ſolutio Authoris. pliciter. Vno modo pro mutatione propriè dicta, quæ fit per motum, ſeu mutationem phyſicam, vt per alterationem, augmentationem, motum localē, per generationem & corruptionem, & relatio non cum huiuſmodi mutatione producitur, quia ad relationem non eſt per ſe motus, ſeu mutatio phyſica. Alio modo accipitur mutatio pro hoc, quod eſt rem habere modò aliquam formam, quam antea non habebat, ſiue illa forma producatur per motum, ſeu conſequatur ad aliam productam per motum, quæ vocatur mutatio metaphyſica, & relatio aduenit cum huiuſmodi mutatione, quod ſufficit, vt ſit relatio realis, quod aduenīat cum hac mutatione metaphyſica. Nam propterea negamus, relationem realem Deo ex tempore competere, quia aliàs Deus mutaretur, ſiquidem ex tempore haberet aliquid reale, ſeu aliquam relationem realem, quam ab æterno non habebat, quod eſt mutari metaphyſicè. Nam ſi ſubiectum poteſt recipere hanc realitatem, ſeu rationem formalem realem, ergo potentialitatem aliquam habebat ad illam ſuſcipiendam, & ſic iam realiter aliter ſe habet, ſiquidem refertur ad id, ad quod ante non referebatur realiter, & ſic aliquo modo mutatur. Ad confirmationem patet ex dictis.

Duplex mutatio.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum diximus, & dicemus etiam, cum tractabimus fundamenta relationis realis. Communis ſolutio eſt, quod ſi ſcibile exiſtat, eſt relatio realis, & ita refertur ad rem, & vna relatio realis non pendet ab alia, quia dependentia dicit aliquod genus cauſſæ, & relatiua ſunt ſimul natura, quapropter vnum non eſt cauſſa reſpectu alterius. Vnde nec dependet vnum ab alio, quamuis requirat aliud vt terminum. Si verò ſcibile non exiſtat, relatio menſurati in ſcientia eſt relatio rationis, ſicut in Imperatoris imagine relatio menſurati ad Imperatorem mēſurantem, & non exiſtentem eſt relatio rationis.

Diuerſo modo ſcibile exiſtēs refertur ad ſcientiam, & diuerſo modo ſcibile non exiſtens.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondent aliqui, non eſſe inconueniens, quod in eodem continuo, ſicut ſunt infinitæ partes actu, vel puncta infinita, ita ſint relationes infinitæ. Ita Suarez diſputatione 47. ſectione 8 num. 5. Sed contra, nam ſequitur, quod dentur infinita indiuidua actu exiſtentia, quod eſt impoſſibile. Et probatur, quia dantur actu infinitæ partes, & in qualibet parte eſt ſua relatio diſtinctionis, qua diſtinguitur à toto & qualibet parte: Et hæc relatio eſt diſtincta ab alia non ſpecie, ergo numero, ergo dant actu infinita indiuidua, quod eſt impoſſibile. Partes enim infinitæ bene poſſunt dari, non tamen indiuidua infinita quia omnes partes habent idem eſſe, illæ verò relationes cum ſint numero diſtinctæ, non poterunt habere idem eſſe. Et ideo alia ſolutio adhibetur ab aliis, quam aſſignat Soncinas quinto metaph. quæſtion. 25. quod inter totum & partes non eſt diſtinctio realis, & ideo nec relatio talis. Sed hoc verum eſt, ſi loquamur de toto & partibus ſimul ſumptis. Ceterum totum & quælibet pars per ſe realiter diſtinguuntur, quia totum addit aliquid ſupra partem.

Reÿcitur Suarez.

Solutio aliorum. Et ideo reſpondent alii, quod licet largè loquendo, totum & quælibet pars realiter diſtinguantur, tamen in rigore loquendo non eſt diſtinctio realis, quoniam pars rei, & ideo totius ad partes integrales non eſt diſtinctio realis. Sed hæc ſolutio habet inconueniens non paruum, quia inter materiam & totum compoſitum ex illa eſt relatio realis cauſſæ & effectus: nam cauſſat totum materia in genere cauſæ materialis, ergo etiam ibi erit relatio diſtinctionis, quia omnis cauſſa realiter debet eſſe diſtincta à ſuo effectu, & ſi habet ſufficientem diſtinctionem, vt cauſſet & habeat relationem cauſæ, etiam habebit ſufficientem diſtinctionem, vt realiter diſtinguatur & referatur relatione diſtinctionis. Et præcipuè, quia partes integrales diuiſiuè componunt & cauſant totum integrale: ergo referuntur relatione reali cauſæ ad effectum, quod eſt totum. Sed reſpondetur, quod vt ſit relatio realis, debet res eſſe diſtincta ab illo,

Impugnatur præcedens ſolutio.

Vera reſpōſio.

illo, ad quod refertur, vel tanquam diſtincta entitas, vel tanquam diſtincta formalitas ſaltem. Et in partibus integralibus nihil horum reperitur, quia nec ſunt entitates diſtinctæ: non enim homo conſtat ex infinitis entitatibus; nec à toto diſtinguuntur formaliter, quia etiam non conſtant ex diſtinctis formalitatibus infinitis, ſed dicitur partes integrales, quia habent idem eſſe & entitatem actu. Et præterea poſſunt eſſe diuerſæ, & ita non refertur totum ad ſuas partes integrales relatione reali ob dictam cauſam, ſed partes infinitę dicuntur, quia diuiſiuè poſſunt eſſe ſeparatæ. Sed certe argumentum eſt difficile, & de illo infra iterum dicam. Ad illud de relationibus diſtantiæ reſpondetur, quod cum ſint minimæ entitatis, non eſt inconueniens, quod omnia indiuidua ad illud dicant diuerſas relationes diſtantiæ, quæ ſunt in magno numero. Vel poteſt dici ad argumentum principale, quod omnes partes vnica relatione referuntur ad totum, quia habent idem eſſe; ſi autem loquaris de partibus ſignatis, illæ finitæ ſunt. Ad cōfirmationem reſpondetur, quod relatio dicit peculiarem modum inhærendi: nam inhæret ſubiecto vt forma, quæ ipſum ad aliud, vt ad terminum, refert, & iſte eſt peculiaris modus inhærendi, inhæret enim referendo, & refert inhærendo.

Ad confir.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur ex concluſionibus. Vocat enim ibi genus analogum in genere relationis, duobus conceptibus, quod eſt relatio, & in hoc analogo dicitur reperiri relationes reales & rationis, non verò datur conceptus vnus abſtractus communis ad reale, & rationis.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, concedendo antecedens & negando conſequentiam. Nam aliqua accidentia ſunt, quorum totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, non ex eo, quod non inhæreant, ſed ex eo, quod inhæreant referendo ad aliud, & ea quæ ſic inhærent ſunt accidentia, quorum totum ſuum eſſe eſt, ad aliud ſe habere. Differentia enim accidentis relatiui & abſoluti in hoc conſiſtit, quod accidens relatiuum prædicamentale inhæret referendo, & accidens abſolutum inhæret non referendo, ſed dando eſſe abſolutum à termino, & accidens quidem in communi, vt eſt commune ad accidens relatiuum, & abſolutum, dicit inhærere ſubiecto abſtrahendo ab hoc, quod eſt dare eſſe in ordine ad terminum, vel in ordine ad ſe, hoc eſt abſtrahendo ab abſoluto modo, vel relatiuo.

Ad 7. arg. Ad ſeptimum reſpondet Suarez diſputatione 49. ſectione 2. numero 24. relationem non eſſe aliquid ex natura rei diſtinctum ab abſolutis, ſed ſolum ratione, & præſcindi ab abſolutis, vt aliquid ſolum ratione ab illis diſtinctum. Vnde concedit, eis duabus albedinibus, Petrum & Paulum eſſe ſimiles formaliter, quatenus conſideratur albedo in ordine ad aliud. Nam ſi per ſeſe la conſideretur, eſt albedo, ſi verò conſideretur in ordine ad aliud, eſt ſimilitudo. Sed hæc ſolutio falſiſſima eſt, quia, vt videbimus infra, relatio a ſuo fundamento realiter formaliter ex natura rei ſaltem diſtinguitur, cum pertineat ad aliud prædicamentum, & ita habet diuerſa genera & differentias, vnde habet ex neceſſitate aliam eſſentiam. Et ita reſpondetur, quod duo alba nō ſunt ſimilia formaliter per albedines, ſed per quaſdam relationes ſimilitudinis ſuperadditas illis ex natura rei ad minus diſtinctas. Et Deus dicitur Dominus per relationem rationis ſuperadditam illi, & per hoc patet ad confirmationem.

Impugnatur Suarez.

Vera ſolutio.

Ad 8. arg. Ad octauum argumentum: negatur, quod propria ratio prædicamenti relationis, ſcilicet, ipſum, ad, ſit aliquid rationis. Et cum dicitur, quod, ad, in quantum, ad, non dicit, in, diſtinguitur hoc, ad, in quantum, ad, non dicit in, in genere ſine aliqua determinatione, fatemur, ſed dicit tale in, ſcilicet, inhærentię modum, qui determinat rationem accidentis communi ad hoc, vt ſit tale accidens referens ad terminum, nec, ad, vt ſic eſt oppoſitum, in, in genere, ſed includit illud, ſed opponitur modis aliorum prædicamentorum, modis quantitatis, ſcilicet, & qualitatis.

Ad

Digitized by Google

Ad 9. arg. Ad nonum reſpõdetur, quod, ad, reale conuenit cum, ad, rationis analogicè, & non vniuocè, & analogicè quidẽ duobus conceptibus, vt dictum eſt quia ens incluſum in quolibet, ad, duobus conceptibus dicitur de ente reali & rationis.

Ad 10. arg. Ad decimum argumentum reſpondetur, quod, ad, includit ens reale, vtrum autem dicat perfectionem, ad, videbimus infra.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrum eſſentia relationis ſit actu, vel aptitudine referri.

Controuerſia. HÆC quæſtio ſubtilis eſt, quam etiam ſolent diſputare Theologi, prima parte, dum de conſtitutiuis diuinarum perſonarum diſputant, in qua re Ioannes Maior 4. diſtinctione 12. quæſtione

1. Opin. 1. Ledeſma Luſitanus prima parte quarti, quæſt. 28. articulo 2. dubio 4. dicunt, Deum poſſe conſeruare paternitatem creatam ſine proprio ſubiecto, vel per ſe ſeparatam, vel in alio ſubiecto, puta, in lapide, & in hac ſententia clarum eſt, ibi ſeruari relationem, ſine proprio effectu formali, quia lapidi non poteſt dare eſſe patrem, & conſequenter conſeruatur ſine eo, quod actu refertur ad aliud, quia non eſt terminus, ad quem referatur, & ita eſſentia relationis non erit actu referri, ſed aptitudine ſolum referri. Et confirmatur hæc ſententia. Nam vulgatiſſima regula eſt in Summulis, verba in definitione non dicere actum, ſed aptitudinem. Cum enim dicimus, albedinem eſſe diſgregatiuam viſus, non eſt ſenſus, quod ſemper actu diſgreget, ſed quod poſſit. Et cum dicimus, eſſentiam quantitatis eſſe extendere ſubſtantiam, non intelligimus actu, ſed aptitudine, ergo cum dicimus, relationem eſſe, cuius totum ſuũ eſſe eſt ad aliud ſe habere, & referri ad aliud, non eſt ſenſus, quod actu referatur, ſed ſenſus eſt, quod aptitudine ſit referibilis. Suarez diſputatione quadrageſima ſeptima, ſectione 5. in fine, dicit, rem conſtitui aptam referri per fundamentum, & non per relationem, proprium autem effectum formalem relationis eſſe actu referre, vbi, velit nolit, ex natura rei diſtinguit inter relationem & fundamentum. Nam dicit, aliàs nec diſtingueretur ſecundum rationem formalem à fundamento, cuius oppoſitum ſuperius vidimus dixiſſe, quod non diſtinguuntur in re, ſed per intellectum & rationem, nisi dicat, quod non intelligimus ipſum, & tranſeat. Hanc quæſtionem ſic breuiter explico. *2. Opinio. Suarez.*

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. DIco primò: Ratio formalis & eſſentialis relationis prædicamentalis (nam de relationibus rationis ſupra multa diximus) eſt, quod ſit forma quædam, qua conſtituitur aliquid in eſſe relatiui, ſicut albedo eſt id, quo aliquid conſtituitur in eſſe albi. Probatur hæc concluſio; Nam omnis forma accidentalis eſt id, quo aliquid in eſſe tali conſtituitur, vt patet per omnia prædicamenta diſcurrendo, ſed relatio eſt forma accidentalis, ergo eſt id, quo aliquid conſtituitur in eſſe relatiui. Maior patet. Nam forma eſt, quæ dat eſſe formaliter, ergo eſt id, quo aliquid conſtituitur in eſſe. Et minor patet de ſe. Vnde infertur, quod relationis eſſentia non eſt referri ad aliud. Et loquimur de prædicamentali relatione: nam referri ad aliud, conuenit conſtituto, per relationem, ſed relatio non eſt huiuſmodi, ergo eius eſſentia nõ eſt referri ad aliud. Minor probatur, quia conſtitutum per relationem eſt relatiuum, relatio autem non eſt relatiuum. *In quo conſiſtat ratio formalis relationis.*

2. Concluſ. De eſſentia relationis nõ eſt actualiter referre. Dico ſecundò: De eſſentia relationis non eſt actu conſtituere aliquid in eſſe relatiui ſecundum exiſtentiam, ita vt ſemper faciat aliquid relatiuum. Probatur: Nam ſi relatio non exiſtat, non habet iſtum effectum, & tamen ſemper verum eſt dicere, relationem eſſe formam relatiuam, quia hæc eſt propoſitio æternæ veritatis, ergo ſua

eſſentia

eſſentia non eſt dare actualiter tale eſſe.

3. Concluſ. Quid ſit relatio in potentia.

Dico tertiò: Relatio in potentia eſt id,quo aliquid poteſt eſſe relatiuum,& relatio in actu,& exiſtens eſt id,quo aliquid eſt actu relatiuum, & non poteſt poni relatio in rerum natura,quin faciat aliquod eſſe actu relatiuum,ideſt referri actualiter ad aliud. Probatur iſta vltima pars: Quia impoſſibile eſt poni relationem in ſubiecto, quin habeat aliquem effectum formalem, ſed relatio non habet alium effectum formalem,niſi cõſtituere relatiuum,ergo,&c. Maior probatur,quia ex informatione formæ & ſubiecto reſultat aliquod eſſe,& erit hoc,quod eſt eſſe relatiuum,nam aliud fingi non poteſt. Et ſi conſideretur, vt potens exiſtere in rerum natura, conſiderabitur,vt potens facere relatiuum.

Difficultas. An Deus cõſeruare poſſit relationẽ ſine ſubiecto.

Et ſi inquiras,an Deus poſſit conſeruare relationem ſine ſubiecto,reſpõdetur,(& per hoc patet ad argumentum in principio) impoſſibile eſſe,cõſeruari relationẽ per ſe ſine eo,quod ſit in ſubiecto, & minus poteſt poni in alieno ſubiecto,quia indiuiduatur penes hoc ſubiectũ. Et ita ſi eſſet in alio ſubiecto, iam haberet ab illo indiuiduationem, & ita à duobus ſubiectis totalibus dependeret,quod eſt impoſſibile.

Difficultas. Quare relatio conſeruari non poſſit ſine ſubiecto,& fundamento.

Et ſi inquiras,quare nõ poteſt relatio ſeparari à ſubiecto & fundamento, reſpondetur,quia pendet neceſſariò ab illis,nam ex natura ſua reſpicit terminum,& non poteſt illum reſpicere,niſi reſpiciendo & dando eſſe prius ſubiecto. Et ſi arguas,poſſumus concipere relationem vt afficientem ſubiectum, & conſtituentem relatiuum,& non, vt referentem ſubiectum ad aliud, ergo de eſſentia relationis non eſt referri actu ad aliud,vt quo etiam. Antecedens probatur,nã in diuinis concipimus relationẽ patris,vt conſtituentem patrem, & non vt referentem illum ad filium.

Conſequentia probatur,quia ſi eſſet de ſua eſſentia,non poſſemus illam ſine actuali relatione concipere, quia res non poteſt concipi ſine ſua eſſentia diſtinctè,vel confuſè,ſi ſemel concipiatur,& in humanis ſimiliter prius concipio relationem paternitatis, vt conſtituentẽ patrẽ,q̃ vt referẽtẽ ad filium.

Effectus formalis relationis dupliciter concipi poteſt, adæquatè, & inadæquatè.

Reſpondetur,quod relatio vnum habet effectum formalem completum, & perfectum. Et hoc eſt conſtituere relatiuum & referre ad terminum. Et hunc effectum impoſſibile eſt concipere ſine reſpectu ad terminum,ſicut eſt impoſſibile rem ſine ſua eſſentia concipere, quia res & ſua eſſentia idem ſunt. Ceterum hunc effectum formalem ſi inadæquatè concipiam, poſſum coucipere paternitatem,vt conſtituentem patrẽ, & non conſiderare explicitè ordinem ad filium,quia non concepi paternitatem explicitè,& completè. Et etiam, quia noſtro modo intelligendi effectus, formalis paternitatis, verbi gratia, prius terminatur ad hoc,quod eſt conſtituere,quam ad hoc,quod eſt referre, vſque dum completè,& perfectè intelligamus relationem paternitatis. Sunt enim gradus noſtro modo intelligendi in relationis effectu formali. Et ita eſt intelligendus D. Tho. quæſt. 40. art. 4. in fine corporis articuli, dum dicit, quod proprietas perſonalis patris poteſt cõſiderari dupliciter. Vno modo,vt eſt relatio, & ſic iterum ſecundum intellectum præſupponit actum notionalem, quia relatio, in quãtum huiuſmodi fundatur ſuper actum. Alio modo,in quantum eſt cõſtitutiua perſonæ,& ſic oportet,quod præintelligatur relatio actui notionali:ſicut perſona agens prȩintelligitur actioni. Per iſta enim verba non intendit D. Tho. explicare ordinem inter relationem, & actum notionalem, vt ſunt à parte rei,ſiue ex parte obiecti ſecundum ſe,ſed ſolum intendit explicare ordinem, quo hæc intelliguntur à nobis ſecũdum noſtrum modũ imperfectum intelligendi. Quia, videlicet, prius intelligitur imperfectè & confuſè paternitas diuina ſub communi ratione proprietatis conſtituentis perſonam, quam intelligatur diſtinctè, & in particulari ſub ratione propria relationis paternitatis conſequentis actum generandi. Sed ad hoc, quod intelligatur à nobis ipſa relatio paternitatis diſtinctè & in particulari,quatenus talis relatio eſt, neceſſariò debet intelligi actus generãdi, tanquam eius fundamentum. Vide aliam ſolutionem

Explicatur locus Diui Tho. difficilis de relatione vt relatione, & vt conſtitutiua perſonæ.

in

Alia expli cationes ex Caiet. Fer. & Capreol. in Caietano queſtion. 40. articulo 4. ſupra dicto, & aliam in Ferrara 4 contra Gentes, & Capreol. 1. diſtinctione 26. queſtione 1. Sed hæc, quæ à nobis exhibetur explicatio, melior videtur. Et quia hæc diſputatio pertinet ad materiam de Trinitate, non eſt amplius diſcutienda vſque ad illum locum. Et ſufficiant hæc pro hac quæſtione.

QVÆSTIO XXXVIII.

Vtrum relatio terminetur ad relatiuum, vel abſolutum.

IN definitione relationis, quam explicamus, dicitur, quod totum ſuum eſſe ſit ad aliud. Modò, vt magis explicetur hæc relationis eſſentia, inquirimus, an illud aliud debeat eſſe relatiuum, vel abſolutum, vel abſtrahens. Et probatur primò, terminum relationis non poſſe eſſe aliquid relatiuum, nam relationes tertii ordinis terminantur ad aliquid abſolutum, ergo &c. Probatur antecedens. *1. Argum.* Nam relatio creaturæ terminatur ad Deum ante omnem operationem intellectus: & ante omnem iſtam operationem non eſt aliqua relatio in Deo, quæ terminet relationem creaturæ, ergo relatio creaturæ terminatur ad abſolutũ. Maior probatur, quia relatio creaturæ eſt realis, & ita ante operationem intellectus totum ſuum eſſe eſt ad aliud, & reſpicit aliud. Minor probatur: Nam relatio creatoris deberet terminare relationem creaturæ, ſed hæc eſt aliquid rationis in Deo, ſiquidem aduenit illi in tempore, & nihil reale poteſt Deo in tẽpore aduenire, aliàs mutaretur Deus, ergo eſt rationis relatio, ſed nulla relatio rationis habet formaliter eſſe ſeclu ſa operatione intellectus, ergo terminatur in Deo ad aliquid abſolutũ. Et idẽ argumẽtũ fieri poteſt de relatione ſciẽtiæ ad ſcibile in ratione menſuræ, nã in ſcientia eſt realis, in ſcibili eſt rationis.

Argum. Secundò: Terminus, vt ſic, eſt finis alterius relatiui terminati, ſed finis eſt prior eo, quod eſt ad finem, ergo terminus eſt prior correlatiuo, ergo non eſt relatiuum. Probatur conſequentia, quia relatiua ſunt ſimul natura. Maior patet, quia terminus & finis idem ſunt, quia terminus, & vltimum idem ſunt, ſed vltimum & finis ſunt idem, ergo & terminus & finis.

3. Argum. Tertiò. Sequitur, quod ſi terminatur ad aliquid relatiuum, ſint duo prædicamenta relationis, hoc autem eſt falſum, ergo, &c. Probatur ſequela; nã accipio relationem, ſecundum quod eſt generaliſſimũ prædicamenti relationis, illa ſi terminatur ad aliquid relatiuum, terminus debet eſſe æqualis illis et diſtinctus, ergo iam erit correlatiuũ æquale, & diſtinctũ. Aequale patet, diſtinctũ probatur, quia terminus relationis realis debet eſſe diſtinctus realiter à relatiuo terminato ad ipſum, ergo iã erũt duo prę dicamẽta relationis, quod eſt abſurdũ.

4 Argum. Quartò: probatur, quod nec relatiuũ nec abſolutum debeat eſſe, ſed aliquid abſtrahens, quia quędam relatiua terminãtur ad abſoluta, vt in relatiuis tertii ordinis, quæd ãad relatiua, vt pater terminatur ad filium, ergo relatiuũ in genere non terminatur ad abſolutũ, aliàs omne relatiuum terminaretur ad abſolutum, nec ad relatiuum eadem ratione, & ſic terminum habebit, qui abſtrahat à relatiuo, & abſoluto, ſed hoc eſt falſum, quia ſic terminus erit prior relatiuo, quia abſtrahens à relatiuo, & abſoluto vniuerſalius eſt, & ſic prius.

5. Argum. Et ſit quintum argumentũ: Nã ſequitur, quod cum definitur genus ſupremum relationis, quod ſit, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere. Si intelligatur relatiuum, ſequitur, quod idem ponatur in definitione ſui ipſius, quod eſt abſurdum, quia illud aliud non eſt diſtinctum à relatiuo, quia ſi eſt diſtinctũ, ergo dantur duo generaliſſima relationis: & cum nõ dentur, debet illud aliud eſſe idem cum generaliſſimo, ſi eſt relatiuum, & ita idem ponetur in definitione ſui ipſius.

Confirm. Et confirmatur hoc quintũ argumentum: Nam ſimilitudo in communi non poteſt referri ad aliam ſimilitudinẽ, cũ ſit relatio æquiparantiæ, at præter ſimilitudinem in cõmuni non eſt alia ſimilitudo,

Digitized by Google

tudo, ergo nō poteſt habere terminum relatiuum, habet ergò abſolutum.

6. Argum. Præterea probatur ex proprijs, vt ip ſe ait, & ſit ſextum argumentum. Nam in relatiuis non mutuis relatio termina tur ad abſolutum, ergo & in mutuis, quia eodem modo debēt terminari om nia relatiua. Et cōfirmatur, quia ſi Deus per impoſſibile auferret relationem pa ternitatis à Petro, & maneret relatio fi liationis in Ioanne, terminaretur ad Pe trum, ſicut antea terminabatur, & ita relatio oppoſita ad terminationem ha bet ſe concomitanter, & non eſt ratio formalis terminandi.

7. Argum. Septimum argumentum. Quia com mune axioma eſt, poſito fundamento & termino, reſultare relationem prædi camentalem, & non aliam; ergo termi nus vnius relationis non poteſt eſſe re latio oppoſita. Probatur conſequentia, quia poſita relatione oppoſita non re ſultat relatio, ſed poſito fundamento proximo, ergo illud eſt terminus for malis, ſcilicet, fundamentum proximū.

8. Argum. Octauum argumentum. Fundamen tum proximum eſt ratio fundandi rela tionem, ergo eſt etiam ratio terminan di oppoſitam relationem. Probatur cō ſequentia, quia illud ſolum ſufficit ad terminandum, quod ſufficit ad fundan dum, non enim vnum album refertur ad aliud album, quia habet relationem ſimilitudinis, ſed quia habet albedinē, & Petrus non refertur ad Paulum, quia habet relationem paternitatis, ſed quia genuit ipſum. Ratio enim, quare vnum relatiuum refertur ad aliud, ſemper eſt aliquid diſtinctum ab ipſa relatione, & in Deo ratio terminandi relationem creaturæ, eſt potentia diuina creandi, vt actu influens.

Præambula ad quæſtionem.

Controuer. 1. Opi. Scoti & aliorum. IN hac quæſtione metaphyſici & lo gici variè opinantur. Scotus 1. d. 30. quæſtione 1. & alij Scotiſtæ ibidem do cent, omnes relationes terminari ad ab ſolutum fundamentaliter, cuiuſcunque ſint ordinis. Et Capreolus quæſt. 2. art. 2. ad tertium, & Soncinas 5. Metaph. quæſt. 30. videntur idem ſequi, vt qui buſdam placet; quæ ſentētia placet Sua rez diſputatione 47. ſect. 16. Et ita expli cat illā his propoſitionibus. Prima pro poſitio, in relatiuis non mutuis ratio, quæ eſt in vno extremo ad terminandā relationem alterius, non eſt aliqua rela tio oppoſita relationi alterius, ſed eſt ip ſa entitas, vel proprietas aliqua abſolu ta realis termini. Et probatur hoc argu mento communi, quod cōſtituimus pri mo loco in principio quæſtionis. Ad dit tamen acutè, quod hoc debet intelli gi formaliter, & per ſe loquendo, nam ſcientia, ſeu amor poteſt terminari ad aliquam relationē, vt ad obiectum, ſed non vt ad oppoſitam alteri relationi, ſed ſe habet obiectum, ac ſi eſſet aliquid abſolutum, ſed de hoc vltimo iam dixi, hæc non eſſe relatiua, ſed abſoluta. Di cit ſecundò: etiam in relationibus mu tuis formalis ratio terminandi non eſt relatio oppoſita, ſed aliqua ratio abſo luta, quæ eſt fundamentum formale re lationis oppoſitæ: & conſtituit regulā generalem, nimirum illud, quod eſt pro xima ratio fundandi relationē ad aliud, illud ipſum eſſe proximam rationem, & formalem terminandi relationem al terius ad ſe: Vt in Petro ratio fundandi relationem paternitatis ad Paulum eſt potentia generatiua. Quod, ſi vna rela tio aliam fundet, tūc non ſe gerit, vt re latio, nec opponitur relatiuè illi rela tioni, quam terminat per ſe ipſam, ſed opponitur per aliam relationem, quam in ſe fundat. Probat hanc aſſertionem noſtro tertio argumento ſupra facto, & 5. 6. 7. & 8.

Ferrara ſecundo contra Gentes, capi te 11. quam etiā opinionē tenet Niphus in 5. diſput. 14. dicit, terminum relatio nis poſſe accipi dupliciter. Vno modo vt abſolutè terminat habitudinē, & re ſpectū ſui correlatiui, ſicut patet in re terminat tendentiā filij. Alio modo po teſt conſiderari terminus ſecundū quod ponitur in definitione ſui correlatiui, vt quando filius definitur, quod ſit, qui habet patrem, & ſic debet terminus eſ ſe aliquid relatiuum, non primo modo. *2. Opini. Fer.*

Dominus Caiet. 1. parte, q. 13. art. 7. abſolutè aſſerit relatiuum terminari ad relatiuum. Vt igitur Diui Tho. ſenſum explicemus, notandum eſt, dum quæri mus, an abſolutum, vel relatiuum ter minet *3. Opinio Caiet.*

Fundamentum pro veritatis deciſione. minet aliud relatiuum non inquirere de formali denominatione termini, vt actu terminat, ſed de forma & ratione, quæ in re requiritur, vt ſit apta terminare. Sicut cum quærimus, an viſio albi terminetur ad album, non quærimus, quænam ſit ratio eſſe viſi, nam eſt terminus formaliter in actu, hoc eſt, eſſe reſultans ex viſione terminata ad album, quod quidem eſt ens rationis. Sed quærimus, quid ſit id, quod eſt in re, vt terminetur viſio. Et dicimus albedinem eſſe rationem formalem, ſecundum quam viſio terminatur ad album, eodem modo cũ inquirimus, an paternitas terminetur ad relatiuum, non inquirimus, quid ſit eſſe à paternitate reſpectum terminũ, nam hoc aliquid rationis eſt. Sed inquirimus, quænam ſit ratio formalis in re, ſecundum quam, & ratione cuius relatiuum vnum aliud reſpiciat. Et aliqui dicunt eſſe abſolutum, aliqui vero eſſe relatiuum, vt vidimus.

Diſſoluitur quæſtio.

1. Concluſ. contra Suarez. Sit igitur prima concluſio; Quando vnum relatiuum definitur, id, quod ponitur in definitione, vt terminus illius, eſt aliquid relatiuum, & non abſolutum. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ *Locus Diui Thomæ pulcher pro concluſione.* prima parte, quæſtione 40. articulo 2. ad quartum, vbi ſic dicit: Ad quartum dicendum, quod relatio præſupponit diſtinctionem ſuppoſitorum, quando eſt accidens, ſed ſi relatio ſit ſubſiſtens, nõ præſupponit, ſed ſecum affert diſtinctionem. Cum enim dicitur, quod relatiui eſſe eſt ad aliud ſe habere, per ly, aliud, intelligitur correlatiuum, quod non eſt prius, ſed ſimul natura. Si autem eſſet aliquid abſolutum, non eſſet correlatiuum, quia non eſt relatiuum. Item in creaturis abſolutum prius natura eſt relatione ſecũdũ ſuũ genus; quia relatiuum fundatur in abſoluto, fundamentũ & cauſſa in talibus prius eſt, quam res fundata ſupra illud, ergo, &c. Et ſecũdo *Alius locus D. Tho. ad hoc euidentior.* contra Gentes, capite 11. ratione ſecunda ſic dicit: Non poteſt aliquid intelligi, relatiuè dici ad alterum, niſi è conuerſo illud relatiuè diceretur ad ipſum ſed res relatiuè dicuntur ad Deum, vt pote ſecundum ſuum eſſe, quod à Deo habent, ergo è conuerſo Deus relatiuè dicetur ad creaturas, ergo ſi relatiuum terminaretur ad abſolutum, ita vt terminus formalis, ſeu ratio formalis terminandi ſit abſolutum, bene poſſum ego intelligere, aliquid relatiuè dici ad abſolutum ſine eo, quod intelligam, abſolutum relatiuè dici ad aliud, quia de ratione abſoluti nõ eſt referri ad aliud. Et hanc eandem veritatem docet Diuus Thomas multis aliis in locis. Vnde 1. parte, quæſtione 73 articulo 7. ſic dicit: Vnde in ſcibili & ſenſibili non eſt aliqua relatio realis ad ſcientiam & ſenſum, ſed ſecundum rationem tantum, in quantum intellectus apprehendit ea, vt terminum relationum ſcientiæ, & ſenſus, idem enim intelligit Diu. Thom. eſſe terminum & relatiuum.

Præterea probatur iſta concluſio: *Ariſt.* Nam Ariſtotel. 5 Metaph. capite de ad aliquid, & in prædicamento hoc expreſſè aſſerit, ſeruum eſſe domini ſeruum, & dominum eſſe ſerui dominum, ergo expreſſè aſſerit, terminum relatiuorum eſſe relatiua. Et 5. Metaphyſicæ tex. 20. ita aſſerit: Ad aliquid dicuntur alia per ſe, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, ergo ex Ariſtotelis ſententia formalis terminus relatiui relatio eſt.

Et præterea probatur rationibus vrgentiſſimis. Primò: Nam relationes di- *1 Ratio pro concluſione* uinæ terminantur ad relatiua: ergo etiã relationes creatæ. Antecedẽs probatur: Nam pater in diuinis non terminatur, niſi ad filium, ſi enim terminaretur ad aliquid abſolutum, ſequeretur, quod diſtingueretur ab illo abſoluto, qui a cum illo haberet oppoſitionem; cõſequẽs eſt hæreticũ, ergo, &c. Nam in diuinis omnia ſunt vnum, vbi nõ obuiat relationis oppoſitio. Cõſequentia verò probatur, quia relationes Diuinæ & creatæ nõ differunt ex terminis in genere, vtraque n. habet terminum, ſed ex ratione finitatis et infinitatis.

Præterea. Nam hæc eſt differen- *2. Ratio.* tia inter relationem ſecundum eſſe, & ſecundum dici, quod terminus relationis ſecundum eſſe ſolum reſpicit aliud, quod habet rationem termini,

aliæ relationes reſpiciunt aliud, quod non ſolum habet rationem termini, ſed vel finis, vel obiecti, vel alicuius huiuſmodi; ergo relatio prædicamentalis nō terminatur ad abſolutum. Probatur cōſequentia, quia ſi terminaretur ad abſolutum, bene poſſet terminus habere rationem obiecti, cauſæ, & alicuius huiuſmodi, quia hæc abſolutis bene conueniunt.

3. Ratio petita ex conceſſis Suarez. Præterea: Si terminus relationis eſt quid abſolutum, (& loquor de relatione in genere,) illud abſolutum, vt aſſerit Suarez, debet eſſe ratio fundandi relationem, ſed nulla ratio fundandi generica poteſt abſtrahi, quæ ſit aliquid abſolutum, ergo illud erit relatiuum ex neceſſitate. Probatur minor. Nam fundamenta ſunt menſura, & menſuratum quantitas, actio, & paſſio, ſed ab iſtis nihil poteſt abſtrahi, quod ſit fundamentū, ergo, &c. Probatur minor: Quia iſta fundamenta pertinēt ad diuerſa prædicamenta, ſed à prædicamentis diuerſis nihil poteſt abſtrahi, niſi ratio accidentis vt ſic, ſed ratio accidentis, vt ſic, etiamſi addas abſolutum, non poteſt eſſe terminus relationis, quia, cum definitur relatio, non dicitur, quod totum ſuū eſſe ſit ad accidens, ergo, &c. *Solutio.* Dices, quod abſtrahitur ratio fundamenti. *Impugnat.* Cōtra; Nam fundamentum, vel dicit quantitatem, vel actionem, vel paſſionem, vel rationem menſuræ; & hoc non, ergo dicit aliquid abſtractum ab illis, ſed ab illis nihil poteſt abſtrahi, niſi ratio accidentis: quia pertinent illa ad diuerſa prædicamenta accidentis, & accidēs eſt, quod diuiditur immediatè in decem prædicamenta; ergo, &c.

4. Ratio. Præterea: Nam relatiua dicuntur ad conuertentiam, vt pater eſt filii pater, & filius eſt patris filius; ſed hęc conuertentia eſt reſpectu termini formalis, ergo terminus formalis eſt relatiuus.

5. Ratio. Præterea: Inter patrem & filium eſt relatiua oppoſitio, ſed abſoluta non opponuntur relatiuè, ergo ea, quę relatiuè opponuntur, ſunt relatiua. Oppoſitio enim relatiua eſt quædam incompoſſibilitas diuerſorum relatiuorum reſpectu eiuſdem, quæ quidem ex eo eſt, quia formaliter reſpiciuntur, ergo, &c.

Præterea: Relatiua ſunt ſimul cognitione, ſed non eſſent ſimul cognitione, ſi non reſpicerentur vt ſic, ergo, &c. *6. Ratio.* Probatur minor, quia ſi pater reſpicit aliquid abſolutum, ſupra quod fundatur relatio filiationis, bene poteſt tota eſſētia paternitatis cognoſci ſine cognitione filiationis, quia ſunt terminus, non eſt filiatio, ſed aliquid, quod eſt cauſa illius, & fundamentum, & ſic illo intellecto ſatis intelligeretur relatio paternitatis, ſine eo, quod intelligeretur relatio filiationis: hoc autem quam ſit abſurdum, quis dubitet? Itaque ſicut potentia viſiua terminatur ad colorem, ita relatio paternitatis terminatur ad filiationem formaliter, & non eſt filiatio, vſque dum ſit paternitas, & è conuerſo. Et quando definio etiam relatiua tertii ordinis, debeo in eorum definitione ponere formaliter relatiuum, vt in definitione creaturæ creatorem, in definitione ſerui dominum, & cetera.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Relatiua tertii ordinis, (& ſunt illa, quæ non habent ex parte alterius extremi relationem realem) ante omnem operationem intellectus non habent terminum formaliter in re, licet habeant terminum fundamentaliter proximè. *Quando relatiua non mutua habeāt ſuum terminum formalem actualem.* Itaque ſicut ſi eſſet potentia viſiua in rerum natura, & non eſſet color ille reſpectus, potentia non haberet obiectum formaliter, licet eſſet ſubiectum illius obiecti, quod eſt ſubſtantia, nec haberet in rerum natura aliquid, quod poſſet terminare eius reſpectum, eodem modo relatio creaturæ ſecluſa operatione intellectus non habet terminum formaliter, licet habeat fundamentaliter. Hæc concluſio patet ex dictis, nam terminus formalis eſt relatio, ſed relatio dominii in Deo, cum ſit ens rationis, non habet eſſe, niſi per intellectum actu referentem Deum ad creaturas; ergo non eſt illa ratio formalis terminandi ſecluſa operatione intellectus. Et ſi dicas, contra: D. Thom. de potentia, *Obiectio.* quæſtione ſeptima, artic. 10. dicit, hunc terminum, dominus, tria importare, ſcilicet potentiam coercitiuam ſubditorum, ordinem ad ipſum, & terminationem

tionem ordinis ipſorum, inuenitur ergo ſignificatio huius nominis in Deo, quantum ad terminationem, & potentiam, ergo dicit reperiri terminationem in Deo ſine formali relatione. Reſpondetur ex Caietano, quod termina-
Solutio ex Caiet. tur fundamentaliter proximè, non verò formaliter. Et terminare fundamentaliter nihil aliud eſt, quam reſpici aliquid, vt fundamentum termini formalis. Terminare formaliter eſt, reſpici, vt terminus formalis talis reſpectus, & hoc non eſt in Deo ſecluſa operatione
Impugnatur. intellectus. Sed contra: nam illa relatio creaturæ eſt realis, ergo habet ter-
Satisfit. minum realem. Negatur; ſed ſufficit habere extremum reale ſecluſa operatione intellectus, quod terminat materialiter, & fundamentaliter, non verò formaliter. Vnde aliud eſt eſſe extremum, aliud eſt eſſe terminum formaliter. Ad primum enim ſufficit, eſſe aliquid reale, & habere fundamentum proximum relationis, quæ eſt formalis terminus.
Alia Obiectio. Ad ſecundum verò requiritur, quod ſit ipſa relatio formalis. Et ſi rurſus dicas: ad relationem realem eſt neceſſarium terminum eſſe realem, ſed relatio creaturæ eſt realis, ergo terminus
Solutio. eſt realis: reſpondetur, quod ad relationem realem ſat fuerit, extrema eſſe realia, ſeu terminum pro materiali eſſe aliquid reale, vt poſtmodũ videbimus.
Reijcitur Fer. Ex quo patet, falſam eſſe etiam ſententiam Ferraræ, vbi ſupra; qui ait, relatiua tertii ordinis à parte rei habere terminum realem abſolutum, in definitione verò habere terminum relatiuum, quia omnis relatio vnicum tantum terminum habet; ergo vel debet eſſe relatiuum, vel abſolutum, & non modò relatiuum, modò abſolutum, ergo ſi in re terminus eſt abſolutus, in definitione erit abſolutus, & è contra Nam per illud, quod in re reſpicit, definitur, ſed in re reſpicit abſolutum, ergo definitur per aliquid abſolutum, & ſi definitur per aliquid relatiuum, in re debet
Reijcitur opin. aliorum. reſpicere aliquid relatiuum. Sequitur ſecundò, falſam eſſe illorum ſententiam, qui dicunt, relatiua tertii ordinis terminari ad abſolutum, relatiua verò alia ad relatiuũ, quia ſequeretur, quod relatio in communi terminaretur ad aliquid abſtrahens à relatiuo, & abſoluto, quod nullum aliud eſt, niſi ens, & ita terminus relationis in communi eſſet ens, quod eſt falſiſſimum, vt de ſe patet, quia eſt ſuperius ad relatiuum, ergo nõ poteſt eſſe terminus.

Diſſoluuntur argumenta.

Controuer. Quando relatio domini formaliter ponatur in Deo. AD primum reſpondetur ab aliquibus, relationem dominii poni formaliter poſito fundamento eius proximo: alii reſpondent, quod denominat relatio Deum dominum, licet non ſit formaliter ſecluſa operatione intellectus.
1. Opin. Sed de his ſupra latiſſimè diſputauimus
2. Opin. dum ageremus de vniuerſalibus, & de exiſtentia entis rationis. Et ideo quia cenſeo, ens rationis nõ eſſe formaliter,
3. Opin. niſi ſit eius actualis cognitio; reſpondetur, quod relatio tertii ordinis terminatur materialiter ad aliquid abſolutum, non omnino, ſed quod eſt fundamentaliter proximè relatiuum, formaliter verò non habet terminum, ſeu, vt melius dicam, non habet terminum formalem, niſi quando exiſtit relatio dominii. Sicut, vt dixi, ſi eſſet potentia viſiua in mundo, ſeu ſenſus communis ſine ſenſibili communi, terminaretur quidem potentia viſiua, & ſenſus communis ad ſenſibile per accidens, ſeu ad commune, non tanquam ad obiectum eius formale ſpecificatiuum, ſed tanquam ad obiectum ſecundarium, ſeu per accidens, quia illa potentia poteſt illa obiecta cognoſcere: eodem modo relatio tertii ordinis terminatur ad Deum, vt ad id, quod materialiter reſpicit, non vt ad terminum formalem ſuum, quia non ſpecificatur à Deo, ſed à creatore, ſeu à Domino; itaque habet in re materialem terminum, non formalem, licet habeat extremum reale.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod relatiuorum vnum non eſt finis alterius, quia nullo modo eſt cauſſa; nec vnum relatiuum definitur per aliud relatiuũ, quia hæc dictio, per, denotat aliquod genus cauſſæ, ſed definitur ad aliud, ita quod ly, aliud, præciſè rationem termini dicat.

Digitized by Google

Ad 3. Ad tertium dicemus quæſtione ſequenti, vbi diſputabimus, an relatiuum in communi habeat terminum, & quomodo.

Ad 4. Ad quartum patet ex prima & ſecunda concluſione, & ex corollariis primæ. Semper enim terminus formalis relatiui eſt aliquid relatiuum, ſiue dum definitur relatiuum, ſiue dum à parte rei eſt, licet non ſemper hæc formalitas illi cõpetat, niſi operante intellectu.

Ad 5. Ad quintum argumentum, pro opinione Suarez reſpondebitur, quæſtione ſequenti.

Ad 6. Ad ſextum, pro eadem opinione reſpondetur ex dictis, quod terminatur materialiter ad abſolutum, quod eſt fundamentum proximum relationis, quæ eſt formalis terminus oppoſitæ relationis. Caſus autem poſitus eſt impoſſibilis, quia vna relatio realis ſine alia eſſe non poteſt, ſed ſi admittatur, terminabitur ad illud ſubiectum, vt ad terminum materialem, non verò formalem: nam tunc non habet formalem terminum. Et ſi dicas; Formalis terminus eſt, qui terminat, diſtinguo; qui terminat relationem, vt id, à quo ſpecificatur, concedo; qui terminat relationem vtcumque, nego.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondetur, quod illud axioma ſumit terminum materialiter, & cauſſaliter, non formaliter, ad terminum enim formalem non reſultat relatio, ſed terminus formalis includit relationem.

Ad 8. Ad octauum reſpondetur, quod illud, quod ſufficit ad fundandam relationem, non ſufficit ad terminandum illam formaliter, bene tamen materialiter, vt dictum eſt. Aliud enim eſt eſſe cauſſam relationis creatæ, & aliud eſſe terminum formalem illius: Nam primum eſt fundamentum, ſecundum eſt oppoſita relatio. Et quando dicimus, vnum album referri ad aliud, quia habet albedinis vnitatem, explicamus cauſſam referendi veluti efficientem. Quando verò dicimus, vnum album referri ad aliud, quia habent relationem ſimilitudinis, & explicamus rationem formalem referendi, & formam, per quam refertur, & ſupra dictus author conſiderauit fundamentum relationis, & referendi, & non conſiderauit cauſſam formalem referendi. Petrus enim non refertur ad Paulum formaliter, quia genuit illum, ſed cauſſaliter, & fundamentaliter. Formaliter autem refertur, quia habet relationem paternitatis. Eodem modo Ioannes non refertur ad Petrum formaliter; quia genitus eſt, ſed quia habet relationem filiationis. Et eodem modo Ioannes non terminat formaliter relationem paternitatis, quia genitus eſt; ſed cauſſaliter, & formaliter terminat, quia habet relationem filiationis. Et idem eſt dicendum ex parte patris. Vnde videbis, quam ſine Ariſtotele, & fortibus rationibus iſte author cõuincitur in his Metaphyſicis quæſtionibus. Vide plura de hac quæſtione apud Caietanum prima parte, quæſtione decima tertia, articulo ſeptimo, vbi eleganter loquitur. Et ita hæc ſint ſatis.

Plura reguntur ad terminandum, quã ad fundandum relationem.

QVÆSTIO XXXIX.

Vtrum relatio in communi habeat terminum, & quomodo conſtituatur in prædicamento relationis.

ET in hac quæſtione multiplex eſt dicendi modus ab acutiſſimis logicis, & metaphyſicis excogitatus, ad hanc difficultatẽ explicandam. Quidam dicunt, prædicamẽtum relationis diuerſum eſſe ab aliis, & ideo diuerſam coordinationem habere ſpecierum, & generũ; quamobrem dicit, cõſtare ex duobus generaliſſimis partialibus, quæ vnũ totale generaliſſimum cõſtituunt, quod in aliis prædicamentis non reperitur, quia tota eſſentia relationis in cõmuni eſt ad aliud, & ita ex neceſſitate debet exigere correlatiuũ, vt illud correlatiuũ terminet relationẽ. Et quia ratio terminandi relatiuũ eſt relatio, ſicut relatio in cõmuni

Controuer. 1. Sententia Solum prædicamentũ relationis inter alia prædic. nõ hẽt vnũ genus generaliſſimum ſimplex, ſed aggregatũ ex duob. generaliſſimis partialib.

muni non poteſt abſolui à termino, ita nec poteſt abſolui à correlatiuo. Et cum ſit argumentum: Nam relatio in communi, & ſuum correlatiuum conueniũt eſſentialiter in ratione relationis; ergo poteſt abſtrahi ab illis conceptus relationis, & ſic non erunt genus generaliſſimum. Negant conſequentiam, quia conceptus relationis non poteſt abſtrahi ſine correlatiuo, ad quod dicitur, & ita illa eſt ſumma abſtractio; ſicut ſenſus tactus & potentia viſiua ſunt in prædicamento qualitatis. Et quamuis abſtrahantur omni poſſibili abſtractione, non poſſunt non includere ex parte obiecti qualitatem ſpecificatiuam illorum, & quæ eſt in eodem prædicamento, & illa maxima, à quacunque eſſentia li conuenientia aliquorum poſſum abſtrahere vnum conceptum communem illis, intelligitur in abſolutis, non verò in relatiuis. Et hæc ſententia poteſt confirmari ex illo loco D. Thom. prima parte, quæſtion. 40 articulo ſecundo, ad 4. vbi dicit, quando dicitur, relatiui in communi eſſe eſt ad aliud, per ly, aliud, intelligitur correlatiuum; ſed relatiui in communi eſſe eſt ad aliud ſe habere; ergo habet correlatiuum non ſuperius nec inferius, ergò æquales & illud æquale debet pertinere ad prædicamẽtum relationis; ergo prædicamentum hoc ex neceſſitate duabus partibus conſtat. Et ſi dicas; illa duo generaliſſima partialia, vel ſunt genus, vel ſpecies; reſpondetur, quod ſunt genus, & quodlibet illorum prædicatur de ſuis inferioribus quidditatiuè. Ceterum ex neceſſitate ſunt duo, vt terminentur ad inuicem, non ergo faciunt vnum genus, vt partes eiuſdem generis, ſed faciunt vnum prædicamentum, & hac ratione vocantur generaliſſima partialia. Ego vellem, quod hæc ſententia eſſet probabilis, ſed mihi ingerit maximam difficultatem, & ideo argumentor contra illam. Nam illa duo generaliſſima, quæ conſtituunt prædicamentum relationis totale, quod vocant ipſi conſtituere vnum generaliſſimum totale, vel differunt eſſentialiter, vel nõ. Si non differunt eſſentialiter, erunt idem eſſentialiter, & ita non erunt duo genera, nam genera ex neceſſitate debent differre eſſentialiter, ſi non ſint ſubalternatim poſita. Si differunt eſſentialiter, ergo habent diuerſas definitiones; ſed hoc eſt impoſſibile; quia cuiuslibet propria definitio eſt hæc; relatiuum eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, nec poteſt fingi alia; ergo non differunt eſſentialiter, ergo non ſunt duo genera.

D. Tho pro hac opinio.

Satisfit obiectioni, quæ fieri poſſet.

Refellitur præfata opinio.

1. Ratio.

Præterea loquor de quolibet eorum ſeorſum; vel illud prædicatur de omni contento in recta linea, vel non. Hoc ſecundum dici non poteſt, quia quodlibet contentum in recta linea eſt relatiuum. Quod ſi prædicatur, eſt generaliſſimum, quia generaliſſimum eſt illud, quod ſub ſe omnia contenta in prædicamento comprehendit, & ipſum à nullo alio comprehenditur, & eſt prædicabile de illis in quid, & vniuocè. Et idem argumentum poteſt fieri de alio partiali generaliſſimo, non ergò ambo faciunt vnum generaliſſimum.

2 Rat.

Præterea; quodlibet eorum determinat rationem entis per modum relatiuum, ergo quodlibet illorum eſt generaliſſimum, & nihil illi deficit, vt ſit completè determinans entis; ergo non poteſt eſſe quid partiale, & ita erit generaliſſimum totale, nec poſſunt dari duo generaliſſima relationis totalia: quia nullo modo poſſunt differre ſeipſis, cum habeant eandem definitionem.

3. Ratio.

Præterea: Nam quodlibet iſtorum eſt relatiuum reale, finitum, vniuocum & completum; ergo conueniunt in ratione relatiui realis, finiti, &c. ſed hoc eſt conuenire in generaliſſimo, ergo conuenit in generaliſſimo, ſi dantur; non ergo poſſunt eſſe duo generaliſſima. Ideo exploditur hæc opinio, etiamſi ex noſtra familia originem duxerit.

4. Ratio.

Alii eiuſdem ſcholæ dicunt ſecundò ad ſupra dictam difficultatem explicandum, quod relatio in communi habet terminum, & iſte terminus, non eſt aliquid, quod ſit directè in prædicamento relationis, ſed indirectè, quia eſt quid imperfectum, vnde reducitur

2. Sentẽtia Terminus Relationis nõ ponitur directè in prædicamẽto relationis, ſed indirectè.

Digitized by Google

ad hoc prædicamentum, ſicut punctum ad prædicamentum quantitatis. Hæc opinio mihi non placet. Et ratio eſt, quia, licet terminus, vt ſic, ſit quid imperfectum, & ſit quidam modus relationis ipſa terminatio, ceterum hæc terminatio impoſſibile eſt, quod reperiatur, niſi in relatione, ſicut, licet obiectum terminare potentiam viſiuam, ſeu albedinem terminare actionem videndi ſit modus quidam ipſius, impoſſibile tamen eſt, quod illa terminatio, & modus reperiatur, niſi in ratione formali obiecti potentiæ viſiuæ, nimirum in colore. Ergo ſi relatio in communi habet terminum, ita vt terminetur ad aliquid, impoſſibile eſt, quod illa terminatio reperiatur, niſi in relatione, quia ratio terminandi relationem eſt relatio, & non abſolutum. Tunc ſic, ergo ſi relatio in communi terminatur ad aliquid, ergo illud formaliter eſt relatio, quia eſt ratio formalis terminandi, vel ergo illa relatio eſt æqualis, vel ſuperior, vel inferior relatione terminata. Non poteſt dici ſecundum; vel ſecundum, erit ergo æqualis, & ſic erunt duo prædicamenta; vel idem erit ratio terminandi ſeipſum, quod eſt impoſſibile, nam paternitas non poteſt eſſe ratio, quare ipſa ſit terminus ſui ipſius. Et rurſus, nam idem erit terminus ſui ipſius, quod eſt impoſſibile, aliàs non erit relatio realis. Itaque in hoc fallitur hæc opinio, quia exiſtimauit, rationem termini in relatiuis, ſeu ipſam terminationem reperiri extra relationem, quod eſt falſum in opinione acutiſſimi magiſtri D. Thomæ.

Refellitur.

Vnde manauit error ſecũda opinionis.

Tertia opinio in hac parte eſſe ſolet, quæ à Thomiſtis etiam defenditur, relationem in communi habere terminũ, ſed in actu quidem ſignato, non in actu exercito. Sicut enim dicimus, demonſtrationem duabus debere conſtare præmiſſis, & tamen in communi non habet duas præmiſſas in actu exercito, ſed in actu ſignato: ita relatio, cum dicimus, quod habeat terminum, non intelligitur in actu exercito, ſed in eſſe concepto, & ſignato. Sed nec opinio hæc veritatem habet, ſi dicat in communi habere terminum. Nam quando dicimus, quod habet terminum in actu ſignato, cum terminus debeat eſſe relatio, vel ille ſignatus, & conceptus terminus eſt æqualis, vel inferior, vel ſuperior; debet certè eſſe æqualis, ergo erunt duo prædicamenta relationis; & redibunt eadem inconuenientia, quæ ſuperius adduximus.

3. Sententia quorũdam Thomiſtarum.

Reijcitur.

Alij dicunt, quod habet terminum in confuſo. Sed idem quæro de iſto termino in confuſo, an ſit æqualis, & tunc erũt duo prędicamenta, quia terminus in confuſo cognitus & acceptus poterit explicitè & clarè cognoſci, & ſic, cũ ſit æqualis generaliſſimo, erit aliquid generaliſſimum, & reſultabunt duo prædicamenta.

4. Sententia aliorum. Reijcitur.

Dicunt aliqui præterea, quod eadem met relatio in communi concipitur, vt terminus ſui ipſius, non quidem in re, ſed in definitione. Sed hęc eſt peior opinio: Quia, vt dicit Diuus Thom. ſupra dicta quæſtione 40. relatio in ſua ratione dicit diſtinctionem, quia eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud, & illud aliud eſt correlatiuum, quod debet eſſe diſtinctum ex neceſſitate, & in relatione rationis eiuſdem ad ſeipſum, etiã formaliter extrema ſunt duæ relationes.

5. Sententia peior cetere.

Nec in præſentiarum volo adducere opinionem eorum, qui dicunt, habere terminum in communi, ſed abſolutum, quia hoc excluſum eſt quæſtione præcedenti; & maiora ex hac opinione ſequũtur inconuenientia. Vt igitur, quod ſentiam, explicem, ſit

6. Sententia remanens ex ſupra dictis excluſa.

Deciſio quæſtionis.

Prima concluſio: Genus generaliſſimum prædicamenti relationis nullum habet terminum ſibi adæquatè correſpõdentem, per quem definiatur nec explicitè, nec implicitè, nec in actu ſignato, nec in actu exercito, loquẽdo de termino in cõmuni. Hæc concluſio eſt communis inter metaphyſicos, & logicos. Idẽ tenet D. Auguſt. libro Categoriarum cap. 11. Vbi ſic dicit, ſpecialiter, & regulariter, vt hæc categoria manifeſtius dignoſcatur, non rectè dici ad aliquid

1. Concluſ. Contra relatas opin.

Explicatur locus D. Auguſt.

aliquid, niſi cum ſingulare ad ſingulare refertur. Quæ ſententia ſic explicanda eſt, quod ſemper relatio in particulari habeat terminum, in communi verò non, quod magis inferius explicabitur. Et iſtam ſentẽtiã ita refert Scotus 1. diſtinctio. 21. Tenet illam Albertus 5. Metaphyſicæ, tractatu 3. capit. 7. & in prædicamento ad aliquid, Simplicius, & Boetius. Et probatur concluſio:

Probat. 1. Nam ſequitur ex neceſſitate, vt ſæpius repetitum eſt, eſſe duo prædicamenta relationis, hoc autem eſt falſum, ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia ille terminus in opinione Diui Thomæ ſi datur, debet eſſe correlatiuum, & debet habere relationem, nam hæc eſt ratio terminandi correlatiuum, & illud relatiuum ex neceſſitate debet eſſe æquale generaliſſimo, ergo, cum non contineatur ſub illo, conſtituet aliud prædicamentum. Hoc autem falſum eſt, quia ſolum eſt vnum prædicamentum relationis, ergo, &c.

Probat. 2. Præterea; ſicut generaliſſimum refertur, cum ſit verè relatiuum, ſi datur terminus in communi, ita rurſus ille terminus cum ſit verè relatiuum referetur ad generaliſſimum, & non continebitur ſub generaliſſimo, nec erit idem cum illo; ergo habebit alia inferiora ſub ſe, quia impoſſibile eſt dari generaliſſimum ſine inferioribus, ergo conſtituet aliud prædicamentum. Dicere vero, quod ibi ſolum eſt ratio termini ſine relatione, falſum eſt; quia ratio termini habetur in relatione, vt ſupra dictum eſt, ita vt ſit impoſſibile terminare ſine relatione, quia relatio eſt ratio terminandi.

Probat. 3. Præterea, illud correlatiuum prædicabitur de omnibus, de quibus prædicatur generaliſſimum, quia habet eandem eſſentiam; ergo erit idem cum generaliſſimo, & quidditatiuè prædicabitur, & non erit diſtinctum, ergò non erit terminus; nam terminus relationis realis quid diſtinctum debet eſſe à relatiuo, quod terminat. Præterea:

Probat. 4. Si relatiuum, quod eſt genus, generaliſſimum, refertur in cõi, vel refertur ad terminum eiuſdem rationis, vel diuerſæ. Si eiuſdem rationis, ergo poteſt ab illis abſtrahi vnus conceptus relatiuus, quia ab omnibus eiuſdem rationis obiectis vna ratio communis poteſt abſtrahi. Et tunc de illo conceptu abſtracto, qui eſt relatiuum, inquiram, an habeat terminum, & ſequeretur idẽ incõueniens: ſi verò refertur ad terminum diuerſæ rationis; ergo cum ſint relatiua diuerſæ rationis, non erũt generaliſſima, quia conuenient in aliqua ratione ſuperiori relatiua, ergo & hæc argumenta conuincunt etiam de termino, quacunque ratione conſideretur, ſiue in exercitio, ſiue in actu ſignato, ſiue explicato, ſiue implicito, dummodo ſit terminus adæquatus. Nam inadæquatus eſſe non poteſt, quia omnis res, quæ ad aliquid terminatur, in ſeipſa debet habere terminum adæquatum, præcipuè, ſi ſua eſſentia ſumitur in ordine ad illud.

Difficultas grauis contra concluſionem. Sed contra concluſionem argumentor; Nam relatiuum in communi, ſeu relatio eſſentialiter eſt relatiuum, ergo illi conuenit definitio relatiui, ſed relatiuum eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, ergo relatiuum in communi habet terminum ſibi adæquatum. Probatur minor ex communi definitione relatiuorum. Et quia Diuus Thomas ſupra dicta quæſtione 40. dicit, quod cum in definitione relatiui dicitur, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud, per ly, aliud, intelligitur correlatiuum, quod debet eſſe diſtinctum.

Augetur difficultas. Et confirmatur hoc argumentum: Nam generaliſſimum, vel eſt ad ſe, vel non eſt ad ſe. Primum dici non poteſt, quia erit abſolutum, ergo ſecundum eſt verum. Non eſt ad ſe, & habet eſſe aliquod, ergo ad aliud, & illud aliud eſt terminus; ergo totum ſuum eſſe eſt ad terminum in communi.

Solutio Caietani. Reſpondetur ad hoc argumentum ab aliquibus, quod ad aliquid ſignificat relationem in eſſe concepto; quia vniuerſalia non ſunt in rebus, ſed ſolum in intellectu, & relatio in eſſe concepto non habet terminum, ſed ſolum in exercitio. Ita videtur docere Caiet. in logica, capit. Ad aliquid: & loco citato primæ partis. Sed nec hoc placet, quia

Reijcitur. relatio, vt concepta, v.g. paternitas eſt

forma eſſentialiter, cuius eſſentia eſt conſtituere relatiuum; ſed eſſentia relatiui eſt habere terminum, ergo etiam relatio in ſui ratione includit ordinem ad terminum. Impoſſibile eſt enim eſſe ꝺum formalem ordinem ad aliud dicere, & hunc ordinem non includi in forma, vt in ratione referendi ad aliud, & qui intelligit eſſentiam paternitatis, ex neceſſitate intelliget ordinem ad filium, quia ordo ad filium eſt de eſſentia paternitatis, & per hoc diſtinguitur à filiatione, præterquam quod ad aliquid, vt notat Caietanus in principio ſupra dicti prædicamenti, ſignificat relationem, vt exercitam, & non vt conceptam. Et ideo reſpondetur, quod definitio relationis, ſecundum quod eſt generaliſſimum, eſt hæc: cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud, & id in ordine, ad quod definitur, terminus eſt eius. Ceterum non eſt terminus eius correſpondens illi in ſua vniuerſalitate, ſed correſpondens illi in ſuis inferioribus. Eſt ergo de eſſentia relatiui, quod totum ſuum eſſe eius ſit ad aliud, ſed non eſt de eſſentia eius, quod in vniuerſali habeat terminum, quia vt ſit ſua eſſentia relatiua, & ad aliud, ſufficit quod in inferioribus habeat terminum. Et huius rei varia poſſunt adduci exempla, Nam propoſitio eſt oratio verum, vel falſum ſignificans, & tamen in communi non ſignificat verum vel falſum. Et etiam dicimus, quod albedo in communi eſt diſgregatiua viſus, & tamen albedo in communi non poteſt diſgregare viſum, ſed ideo dicitur, quod ſit diſgregatiua viſus, quia eſt talis eſſentiæ, quod in particulari diſgregat viſum, ita relatio in communi, ſeu relatiuum definitur, quod totum ſuum eſſe ſit ad aliud, non quia ibi aliud reſpiciat tanquam adæquatum terminum, ſed quia eſt talis naturæ, vt in particularibus & inferioribus relationibus referatur ad aliud, & habeat terminum. Itaque relatio in communi eſt ratio referendi ad aliud in particulari, & relatiuum dicit in concreto hanc rationem referendi in particulari, ſicut propoſitio in communi ſignificat verum, vel falſum, id eſt, importat rationem in concreto, ſecundum quam inferiores propoſitiones ſignificant verum vel falſum. Et hoc exemplum non habet verum in omnibus; quia propoſitio in communi terminum habet, & non habet iſtum terminum relatio in communi; ergo in communi habet eſſentiam relationis, ſed non reſpicit terminum, niſi in particulari. Sed dices contra hoc: Nam potentia viſiua etiamſi in communi non exerceat actum cognoſcendi, ſed in ſingulari, quia actiones ſunt ſuppoſitorum, ſed in communi concipitur in ordine ad ſuum obiectum, vt virtus cognoſcitiua illius, licet actualem cognitionem in ſingulari exerceat, & ponitur in eius definitione obiectum adæquatum: ergo ſimiliter, licet actu habere exercitium relationis non conueniat, niſi particularibus relationibus, ſed tamen concedendum ex neceſſitate eſt, quod relatio in communi habeat terminum in ordine, ad quod definitur. Et confirmatur hæc ratio, quia paternitas non exercet actū referendi ſubiectum ad filium, niſi in particulari, & tamen definitur in communi in ordine ad filium, ergo idem prorſus erit dicendum de relatione in communi. Reſpondetur huic argumento, quod, quia paternitas eſt quædam particularis relatio, & ſpecifica, non præhabet in ſe omnem rationem relationis, vt ſuperius genericum. Et ita oppoſitum relatiuum de facto habet, quapropter definitur in ordine ad filium, licet exercitium referendi non habeat, niſi in indiuiduo, quia eſt forma quædam ex natura ſua producta, vt ad filium referat ſubiectum, ſicut eſt facta & producta potentia viſiua, vt videat coloratum, licet ſit differentia, quod color reſpicitur, vt finis à potentia viſiua, filius ſolum vt correlatiuum, quia reſpectus non eſt operatio, ſed aliquid per modum actus ſecundi, & operationis. Sed relatio, quæ generaliſſimū eſt, cum abſtrahat ab omni particulari relatione, non poteſt habere relationem ſibi oppoſitam, quia omnis relatio ſub illa continetur, vt inferius ſub ſuperiori ſuo, & ita abſtrahit ab omni ratione oppoſitæ relationis, vnde non poteſt habere

1. Solutio Auth. not.

Varia exempla ad explicandam veritatem.

Instantia.

Augetur difficultas.

1. Solutio.

Doctr. pulcra explicans, quid interſit inter relationem in genere, in ſpecie, & in indiuiduo.

habere terminum nec in exercitio, ita vt ipſa in ſe exerceat reſpiciendi actû, quia hoc eſt ſingularium, nec poteſt habere terminum adæquatum, per quem definiatur, quia hic debet ex neceſſitate eſſe diſtinctus ab illa, quod non poteſt fieri, cum ſub illa comprehendatur omnis relatio, ſed definitur per hoc, quod ſit res quædam, quæ in ſuis inferioribus habeat terminum, & per hoc habeat hanc eſſentiam, quod totum ſuû eſſe ſit ad aliud ſe habere. Secundò reſpondetur his argumentis, quod relatio eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, quantû eſt ex parte ſua, nam etiam concepta & cognita in communi etiam concreto ſi haberet terminum, referretur ad illum, ſicut paternitas, ſeu pater refertur ad filium, ſed ſi non referatur, nec habeat terminum adæquatum, non eſt ex parte ſua, ſed quia implicat eſſe illum terminum ex eo, quod debet eſſe relatio, & nulla relatio poteſt eſſe æqualis generaliſſimo, ſed neceſſariò ſub illo contenta, quia generaliſſimum cuiuſcunque generis omnia continet, quę ſunt illius generis.

2. Solutio.

Alia diffic. Et ſi rurſus tertiò arguas, quia relatio in communi determinat rationem entis accidentalis ad eſſe huius prædicamenti per ly, eſſe, ad; ergo habet terminum huius reſpectus. Reſpondetur; Diſtinguo antecedens, quantum eſt ex parte ſua, fateor; quod reſpicit terminum, ita vt habeat correlatiuum ſibi correſpondens, nego. Vel ſecundò reſpondetur, quod habet terminû in particularibus relatiuis.

1. Reſp. *2. Reſp.*

Alia difficultas contra concl. Sed contra argumentor quartò. Nam relatio ſimilitudinis eſt relatio inferior generaliſſimo, & tamen non habet terminum, ergo, &c. Probatur minor, quia relatio ſimilitudinis in communi nô habet extremum ſibi oppoſitum, quia omnes ſimilitudines ſunt eiuſdem ſpeciei, & ita non poteſt habere relationem oppoſitam.

Solutio. Reſpondetur, quod ſufficit, quod ſimilitudo in indiuiduis habeat terminû, vt ſit verum, quod aſſerimus. Quinimo ex hoc confirmatur noſtra concluſio, quia, ſicut relatio ſimilitudinis eſt vera relatio, (& loquimur de relatione ſimilitudinis, quæ eſt in duobus albis) & tamen non habet in communi conceptu ſpecifico correlatiuum, ſed hunc habet in particulari, ita poteſt relatio in communi eſſe vera relatio, & non habere terminum in communi.

Corollar. Ex hoc infertur, quod relatio habet terminum ſaltem in particulari. Et probatur, quia, vt conſtat, ex omni definitione relatio totum ſuum eſſe habet ad aliud, & non habet in communi terminum, ergo debet illud habere in particulari.

Difficul. Et quartò argumentor contra concluſionem; Nam ſequitur, quod accidens ſit relatiuum eſſentialiter, conſequens eſt abſurdum, ergo, & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia in ſuis inferioribus refertur ad aliud, & habet terminum; nam prædicamentum relationis eſt ſibi inferius, & in his, quæ cô tinentur in prędicamento relationis, accidens habet terminum.

Solutio. Reſpondetur, quod relatio in ſuis inferioribus, vt relatio eſt, refertur. At verò accidens nô refertur in ſuis inferioribus, vt accidens eſt, nam non refertur in ſuis inferioribus, quæ continentur in prædicamento qualitatis, & quantitatis. Quinimo paternitas, vt accidens eſt, non refertur, ſed abſtrahit à relatiuo, & abſoluto.

Difficultas grauis. Sextò: A quacunque eſſentiali cô uenientia poteſt abſtrahi vnus conceptus, qui dicat illam eſſentialem; ſed omnes relationes, quæ continentur ſub generaliſſimo, conueniunt eſſentialiter in hoc, quod referuntur ad terminum, ergo poteſt abſtrahi vnus conceptus relatiuus, qui referatur ad terminum; ſed talis eſt conceptus generaliſſimum: ergò refertur ad terminum ſibi æqualem.

Solutio notanda. Reſpondetur, quod habere terminum adæquatum, eſt prædicatum eſſentiale inferiorum relatiuorum, vt ſunt relationes particulares; quamobrem, non poteſt eſſe prædicatum generaliſſimi, quod abſtrahit à particularibus relationibus, vnde non conuenit generaliſſimo in ſe, ſed in ſuis inferioribus. Relatiua enim peculiaria habent correlatiua oppoſita, non verò poteſt generaliſſimum habere correlatiuum oppoſitum, & ita nô poteſt habere terminû in communi. Nam cum ille terminus deberet eſſe relatiuus: Et cum generaliſſimum,

Digitized by Google

liſſimum, & correlatiuum conueniant in hoc, quod eſt habere terminum, rurſus ab iſtis poſſet abſtrahi conceptus relatiui habentis terminum in communi. Et ſic, cum terminus & relatiuum conuenirent in eſſe relatiui, ab his poſſet abſtrahi alius conceptus, vnde eſſet in infinitum proceſſus.

2. Concluſ.

Secunda concluſio. Aliqua relatiua particularia dantur, quæ non habẽt terminum, niſi ſecundum indiuidua, vt videre licet in relatione ſimilitudinis.

Locus D. Tho. perſpicuus pro cõcluſ.

Hæc concluſio videtur eſſe Diui Thomæ in 1. diſtinctione 27. quæſtione 1. articulo 1. ad ſecundum. Vbi ſic dicit: Ad ſecundum dicendum, quod quidam dixerunt, vt Auicen. dicit, quod eadem numero relatio eſt in vtroque extremorum, quod non poteſt eſſe, quia idem numero accidens non eſt in duob. ſubſtantiis. Et ideo dicendum, quod in vtroque extremorum eſt vna relatio differens ab alia in quibuſdam ſecundum ſpeciem, ſicut in illis, quæ diuerſis nominibus vtraque appellantur, vt paternitas, & filiatio. Sed in quibuſdam non differunt ſpecie, ſed numero tantum, ſicut quando vtriuſque eſt vnum nomen, vt in ſimilitudine, & æqualitate, & tunc relatio, quæ eſt in vno ſicut in ſubiecto, eſt in altero ſicut in termino, & contra. Et ideo relatio ſecundum ſuum eſſe, prout in re fundamentum habet, non eſt medium, ſed extremum, ſed ſecundum reſpectum eſt medium. Vnde patet, quod realiter diſtinguantur. Et idem aſſerit Angelicus Doctor in quarta, diſtinctione 25. quæſtione prima, articulo primo, quæſtiuncula 1. ad quartum. Et probatur concluſio. Nam duo alba habent relationem ſimilitudinis in albedine, quæ relationes ſunt eiuſdem ſpeciei; ergo ab illis non poteſt abſtrahi, niſi vna ratio ſpecifica; ſed illa non habet terminum in communi, ergo, &c. Probatur iſta minor, quia ille terminus nec differt numero, vt de ſe conſtat, nec ſpecie, quia ſolum eſt vnica ratio ſpecifica ſimilitudinis ſecũdum albedinem; nec etiam differt genere, vt conſtat, ergo, &c. Et hæc ratio etiam probat, relatiuum in communi non habere terminum, quia ille terminus vel differt numero; & hoc non, cum ſit generaliſſimum; vel ſpecie, & nec hoc, eadem ratione, quia generaliſſimum non eſt ſpecies; nec genere, aliàs eſſent duo genera relatiuorum, ergo non habet terminum, quia nõ eſt alia diſtinctio poſſibilis inter generaliſſimum, & ſuum terminum; quia debet eſſe relatiuus in noſtra ſchola.

Quãdo relatio differat ĩ extremis ſecũdũ ſpeciem, & quando ſecũdũ numerum.

1 Ratio pro cõcluſione.

2. Ratio.

Præterea: Si relatio ſimilitudinis in albedine haberet terminum; ergo eſt illi aliquo modo oppoſitus, quia omnis terminus relationis cum eo, quod ad ipſum terminatur, habet oppoſitionem aliquam, ſed nullo modo poteſt eſſe oppoſitus, quia nec numero, nec genere, nec ſpecie, vt dixi ſupra. Et per hũc modum reperies multa relatiua in prædicamento relationis, quæ non habent terminum, niſi in indiuiduo; & in relatiuis eiuſdem denominationis ſufficit, quod relatio terminans numero diſtinguatur. Per hoc intelliges, falſum dixiſſe Suarez, eandem numero relationem ſimilitudinis eſſe inter duo alba. Nam D. Thom. demonſtrat, eſſe falſum, cum non poſſit relatio eadem numero eſſe in duobus ſubiectis numero diſtinctis: & quia omnis relatio ad alterum relatiuum debet referri, impoſſibile eſt, quod ſit alterum relatiuum, ſi eſt eadẽ relatio numero.

Error Suarez.

3. Concluſ. cont. Suar. & Vaſqu. ſeq. Sco. & profitenſes ſeſe interpretes D. Tho.

Tertia concluſio. Relatiuum in communi nõ habet terminum abſolutum, nec quid abſtrahẽs a relatiuo, & abſoluto. Hæc concluſio ponitur contra Suarez, vbi ſupra adductus eſt quæſtione præcedenti, & contra Vaſquez, qui 1. parte, diſputatione 159. art. 6. aſſerit, relatiuum in creaturis terminari ad abſolutum, ſecus in diuinis; vbi dicit terminari ad relatiuum. Et probat, quia Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ, cap. 15. dicit, viſum non referri ad viſibile, nec intellectum ad intelligibile, quia committeretur in eorum definitionibus inutilis circulus. Et adducit pro ſe Diuum Thom. 1. par. quæſt. 25. artic. 3. Et idem inconueniens eſſet, ſi pater referretur ad filium. Et iſto argumento conuincitur. Sed gratias Deo, quia nõ multum negotii faceſſit ipſe, nec eiuſdem claſſis alii authores ſoluentibus ſua argumenta.

Digitized by Google

gumenta. Et noſtra concluſio eſt contra Scotum in 1. diſtin. 30. q. 1. quem ipſi ſequuntur, ſed non eiſdem innituntur rationibus, & fundamentis: & ſupra probata fuit quæſtione præcedẽti, prima concluſione, & probabitur magis quæſtione ſequente. Iam enim probauimus terminari ad relationem, ergo nec in communi, nec in particulari terminatur ad abſolutum. Et etiam ſequenti quæſtione ſoluemus eius argumenta, quæ quæſtione præcedenti remiſimus ſoluenda in hanc quæſtionem, quia relatiuum in communi non habet terminum in communi, ſed in particulari. Et per relatiuum in particulari intelligimus illa relatiua, quæ oppoſitas rationes relatiuas habent aliquo modo, vt pater ad filium terminatur, & dominus ad ſeruum, &c. Exercitium autẽ reſpiciẽdi terminum in re ipſa ſemper eſt in ſingularibus, ſicut actiones ſunt ſingularium.

QVÆSTIO XL.

Vtrùm vnum relatiuum ſit definiendum in ordine ad ſuum correlatiuum.

1. Argum. ET videtur, quod non, quia definitio datur ad manifeſtandam, & declarandam naturam definiti, nam eſt definitio modus ſciendi, quæ eſt alicuius ignoti manifeſtatiuus. Et ita aſſerit Ariſt. 6. Topicorum: ſed vnum relatiuum poſitum in definitione alterius non eſt notius, ergo non debet poni in eius definitione, ergo nec debet ad illud definiri. Probatur minor, quia ſi eſſet notius altero, ſequeretur, quod idem eſſet notius, & ignotius reſpectu eiuſdem, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo, &c. Probatur ſequela, quia pater definitur in ordine ad filium, ergo iam filius debet eſſe notius, quia definitur filius in ordine ad patrem, ergo pater eſt notius illo, ergo iam idẽ reſpectu eiuſdem erit notius, & ignotius.

2. Argum. Secundum argumentum. Si vnum relatiuum definiret reliquum, ſequeretur, quod idem poneretur in definitione ſui ipſius, ſed hoc eſt maximum peccatum in arte definiendi, ergo, &c. Probatur ſequela ex Ariſtot. 2. Topicorũ, vbi dicit, quod loco nominis poſiti in definitione alicuius licet ponere eius rationem. Vnde, ſi loco relatiui definiẽtis alterum ponatur eius ratio, ita reſultabit definitio; pater eſt, qui habet filium, ponamus loco filii eius rationem, & dicemus, pater eſt qui habet eum, qui habet patrem, quod eſt ridiculum, & idem ſui ipſius definitionem ingrederetur. Et ſi definiamus ſpeciem, quod ſit, quæ ſub aſſignato genere ponitur, & loco generis ponatur eius definitio, ita erit dicendum: ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato prædicabili de plurib. differentibus ſpecie in eo, quod quid. Vbi apparet, ſpeciem in definitione ſpeciei cadere.

3. Argum. Tertium argumentum. Si vnum relatiuum definitur per reliquũ, ſequitur, quod vnum relatiuum habeat aliquam cauſſalitatem reſpectu alterius, ſed hoc eſt falſum, ergo, &c. Maior patet, quia ly, per, aliquod genus cauſſæ dicit, vt aſſerit D. Thom. 1. par. quæſtione 36. articulo 3. in calce, & quæſtione 39. artic. 8. in calce. Probatur minor, quia vnum relatiuum nullo modo habet rationem cauſſæ reſpectu alterius, ſed ſunt ſimul natura. Si dicas, quod non definitur per aliud, ſed ad aliud, ſupra dicta ratione, fit.

4. Argum. Quartum argumentum contra: Nam vnum relatiuum habet aliquam cauſſalitatem ſuper aliud in creaturis, ergo ſupra dicta ratio nulla eſt. Antecedens probatur, quia vnum relatiuum in creaturis (nam de illis relatiuis loquimur) dependet ab alio, ſed omnis dependentia eſt reſpectu alicuius cauſſæ, ergo, &c. Maior probatur ex Diuo Thoma 4. contra Gentes cap. 14. Minor ſatis patet, quia nihil dependet ab illo, niſi, quia in aliquo genere cauſſæ eſt ab illo. Et ita non dicimus Filium in diuinis dependere à Patre æterno.

5. Argum. Quintũ argumentum. Relatiua ſunt ſimul natura, ergo ſimul cognoſcuntur.

tur: ergo vnum non eſt notius altero: & ita non eſt ponendum in definitione alterius, vt quid magis notum. Antecedens, & prima conſequentia clara ſunt, & probatur ſecunda conſequẽtia: quia ſicut vnum non poteſt cognoſci ſine alio, quia ſunt ſimul natura & cognitione: ita vnum non poteſt cognoſci magis quam aliud, quia ex eo, quod vnum magis cognoſcitur, & aliud debet magis cognoſci ſimul, aliàs non erunt ſimul cognitione ſaltem quantũ ad magis & minus cognoſci, ſiquidem vnum eſt notius altero, ergo vnum magis cognoſcitur, quam aliud, & ita, quantum ad hoc, non erunt ſimul cognitione, ſed maior cognitio vnius erit cauſſa, & ratio maioris cognitionis alterius.

6. Arg. Sextum argumentum. Si vnum relatiuum definitur in ordine ad aliud, ergo eſt propter aliud correlatiuum, ſed hoc eſt falſum, ergo, &c. Minor probatur, quia tunc vnum relatiuum eſſet alterius cauſſa, ſaltem finalis. Prima conſequentia probatur; Nam propterea potentia viſiua eſt propter obiectũ, quia definitur in ordine ad obiectum, ergo idem erit in relatiuis, & ſic vnum relatiuum alterius erit cauſa.

Praambula ad quæſtionem.

Controu. 1. Opi. Vaſquez. IN hac quæſtione, quæ de quidditate relationis eſt, etiam ſunt variæ ſententiæ. His diebus Pater Vaſquez 1. p. diſputatione 59. cap. 6. dicit, relatiua non terminari, niſi ad abſoluta, & ita non eſſe ſimul cognitione, nec vnum in ordine ad aliud debere definiri; nam vnum relatiuum non poteſt cognoſci, niſi id, ad quod eſt, cognoſcatur, quod eſt verum de abſoluto. Et hoc eſt, quod dixit Ariſtoteles in prædicamento relationis. Non verò dixit, relatiua eſſe ſimul cognitione, vt relatiua ſunt. Vnde infertur, relatiuum non bene definiri in ordine ad aliud, vt pater non bene definitur in ordine ad filium, ſed pater eſt, qui genuit ſibi ſimilem in natura; excipit tamen ab hac doctrina relationes diuinas, quæ terminantur ad relatiua. Vt pater terminatur ad filium formaliter, quia generatio diuina terminatur ad relationem formaliter. Sed iſte authore abraſit hanc doctrinam ex quodã argumento, quod adducit Caietanus contra veritatem, capite de ſpecie in hoc dubio, quod eſt ſecundum in ordine; quod diſſoluitur ab omnibus logicis, & ex quibuſdam, quæ reiicit Soto, capite de relatione in logica, quæſt. 1. ad octauum argumentum. Nam, vt ab Ariſtotele, & D. Thom diſcederet, æquum erat, vt maioribus inniteretur argumentis, ne ſuam maximam libidinẽ contradicendi D. Tho. oſtenderet, præcipuè cum ſit doctrina cõmunis, quam Ariſt. & D. Thom. ſequuntur. Vt ergo illam explicemus, ſit *Vnde acceperit Vaſquez occaſionem ſentiendi contra D. Th.*

Prima concluſio. Vnum relatiuum definiẽdum eſt formaliter in ordine ad aliud relatiuum formaliter ſumptum, quod eſt eius correlatiuum. Hanc concluſionem habet Angelicus, & ſanctiſſimus præceptor 1. parte, quæſtione 40. articulo 2. ad quartum, vbi ſic dicit: Cũ dicitur, quod relatiui eſſe eſt ad aliud ſe habere, per ly aliud intelligitur correlatiuum, quod non eſt prius, ſed ſimul natura. Ecce apertè docet noſtram concluſ. Eandem habet Caietanus ibidem, ſolutione ad quartum: & quæſtione de cimateſtia, eiuſdem primæ partis articulo 7. & in logica, capite de ſpecie. Illam habet Soncinas 5. Metaphyſicæ, Albertus in prædicamento relationis, in logica & Metaphyſica. Soto in logica, vbi ſupra, & denique omnes Thomiſtæ, præter paucos logicos quoſdam, qui rem hanc parum calluerunt. Quinimo eſt expreſſa ſententia Porphyrii in capite de ſpecie. Vbi ſic dicit, quod ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicentes, quod de pluribus & differentibus ſpecie prædicatur (& ſpeciem dicimus id quod ſubeſt generi) noſſe oportet, quoniam genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies. Ideo neceſſum eſt eiſdem rationibus in vtriſque vti. Reddit enim rationem, quare genus in ordine ad ſpeciem, & ſpecies in ordine ad genus definiatur, quia ſunt correlatiua, & ideo vnum in alterius definitione debet collocari. Et certè, vt conſtat, loquitur *1. Opinio Authoris: 1. Concl. contra nonnullos logicos, & Vaſquez.*

de

Digitized by Google

de genere & ſpecie formaliter. Nã materialiter animal non reſpicit hominẽ, nec homo in definitione animalis eſt collocandus. Et ex hoc videbis, quam ſine fundamento Vaſquez, vbi ſupra, docuerit, quod cum genus & ſpeciem definierit Porphyrius, & communis opinio, non accipi ibi ſpeciem quatenus correlatiua generis, hoc eſt, quatenus illi ſubiicibilis, ſed quatenus de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, quis hoc non videat? Nam in ſpecie eſt relatio ſubiicibilis, & prædicabilis. Et vult iſte author, quod prætermittatur relatio ſubiicibilis ad genus in ſpecie, & quod referatur genus ad ſpeciem, quatenus eſt prædicabilis, cum ſecundum hanc rationem ſit relatiuum, & non correlatiuum generis. Nam ſi genus refertur profectò ad id, quod ad eſſe refertur, debet referri, & hoc eſt ſpecies, quatenus ſubiicibilis, & ſic nõ effugit inconueniens. Nam ſi refertur ad ſpeciem, vt prædicabilem, vt ſic eſt relatiuum, ergo iam genus ad relatiuum refertur, & in ordine ad relatiuum habet definiri. Sed de his egimus ſupra. Et bene video Logicos hanc Porphyrii, & Ariſtotelis doctrinam nullatenus deſerturos, quia aduerſarius dicit, quod non probat. Eandem concluſionem tenet Ariſtoteles princeps doctrinæ Peripateticæ in logica, capite de relatione, vbi hæc docet, quod omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, vt ſeruus domini ſeruus, & dominus ſerui dominus, & duplum, dimidii duplum, & maius minore maius, & minus maiore minus. Et vlterius dicit: Dico autem, quoniam neque horum, quæ conuertibilia dicuntur, & nomina eis poſita ſunt, ſi ad aliud eorum, quæ ſunt accidentia, aſſignentur, & non ad ea, quæ dicuntur; vt ſeruus, ſi domini non aſſignetur ſeruus, ſed hominis, vel bipedis, aut alicuius talium, non erit conueniens aſſignatio. Ecce igitur dicit, hæc relatiua per ſe dici ad correlatiuum formaliter, nam ſi ad ſubiectum, vel ad aliud dicantur, dicuntur in ordine ad ea, quæ accidunt relatiuis formaliter loquendo, & non in ordine ad relatiuum, ad

Error Vaſquez.

In ſpẽ duæ sũt relationes, altera ſubijcibilis ad genus, altera prædicabilis ad indiuidua.

Locus inſignis Ariſt. pro conclu.

quod debent dici, quemcunque enim terminum aſſignaueris domino, niſi aſſignes correlatiuum, non aſſignabis id, ad quod per ſe dicitur, ſed id, ad quod per accidens dicitur. Et licet aliquando aſſumat Ariſtoteles aliqua relatiua ſecundum dici, vt caput, & capitatum, ala, & alatum, hoc non tollit, quin ſit verum, relatiua ſecundum eſſe terminari, & definiri ad relatiuum, quia ſupra dicta ſumuntur loco relationum, quæ fundantur in illis. Et inferius dicit: Ex his ergò manifeſtum eſt, quod ſi quis aliud eorum, quæ ſunt ad aliquid definitè ſciet, & illud, ad quod dicitur, definitè ſciturus eſt. Ex quo ſic argumentor. Sed dominus dicitur ad ſeruum, vt modo dixit, ergo ſi aliquis ſcit quid ſit dominus, ſciet quid ſit ſeruus; ergo ſeruus, & cognoſcitur, & definitur in ordine ad dominum. Et idem dicit in quinto Metaphyſicæ. Nec valet explicatio huius authoris, quod Ariſtoteles non dixit, niſi quod relatiuum non poteſt cognoſci ſine eo, quod dicitur, quod eſt vnum: ſed hoc non eſt relatiuum, ſed abſolutum, quia hoc expreſsè eſt contra Ariſtotelem, dicit enim, quod dominus eſt ad ſeruum, & ſeruus, ad dominum, ſed iſta formaliter ſunt relatiua. Et præterea aſſerit, quod qui definitè nouit relatiuum, nouit definitè id, ad quod dicitur, ſed dicitur ad ſeruũ, ergo nouit definitè ſeruum. Sed cur cruciamur in re tam patenti, quandoquidem aduerſarius nullam afferat rationem. Præterea probatur concluſio variis rationibus. Relatiuum formaliter, verbi gratia, pater, vt pater eſt, habet eſſentiam aliquam conſtitutam in prædicamento, cuius eſſentia eſt ad aliud ſe habere, vel ergo ſuum eſſe eſt ſe habere ad abſolutum, vel ad relatiuum. Si ad abſolutum, hoc eſt impoſſibile, ergo, &c. Probatur minor. Quia abſolutum reſpectu relatiui bene poteſt habere rationem cauſſæ, obiecti & finis, ſed terminus relatiui non poteſt habere rationem ſupra dictorum, ergo, &c. Maior patet: quia abſolutũ non eſt ſimul natura cum relatiuo, ſed prius. Sed minor probatur, quia hæc eſt vera & quid-

Obſeruat. Auctor. in quadã verba Ariſt.

1 Ratio pro concluſ.

Digitized by Google

& quidditatiua differentia aſſignata inter relatiua prædicamentalia, & quæ non ſunt prædicamentalia, quod relatiua prædicamentalia reſpiciunt aliud præciſè in ratione termini, & alia relatiua reſpiciunt aliud, vel in ratione finis, vel obiecti, vel alia ratione. Præterea. In diuinis reperiuntur relatiua perfectiſſima, ſed illa terminantur ad relationes formaliter ſecundum fidem catholicam, & definiuntur in ordine ad alia relatiua, vt Pater in ordine ad Filium, ergo & relatiua creata idem habebunt; quia relatiua creata ſunt verè relatiua, & conueniunt in ratione relatiui cum relatiuis diuinis, licet analogicè. Aſſignat Vaſquez diſparitatem, quia generatio Diuina terminatur ad relationem formaliter, quod non reperitur in generatione, quia Filius in humanis generatur. Sed Diuus Thomas non ita aſſerit, quæſtio. 27. art. 2, ad 3. in prima parte, quem vide. Præterea; Abſoluta, quæ per additamentum definiuntur, vt accidentia, verbi gra. potentia viſiua, & ſimilia, definiuntur per abſoluta, & non per relatiua, ergo relatiua quando formaliter definiuntur, debet definiri per aliquod relatiuum formaliter. Conſequentia probatur; quia, habent diuerſas rationes. Præterea: Nam ſequitur, quod non dentur correlatiua, quod eſt contra omnium ſententiam communem. Et probatur ſequela: Quia vnum relatiuum formaliter non definitur, nec terminatur ad aliud relatiuum formaliter, ergo non habet correlatiuum: quia ad hoc non ſufficit, quod terminetur ad ſubiectū: ſeu fundamentum relationis, quia ſubiectum, ſeu fundamentum non eſt relatiuum, & ita non eſt correlatiuum: eſſe enim correlatiui eſt, quod formaliter ad inuicem referatur. Præterea: Nam Ariſtoteles quinto Metaphyſicæ, capite de ad aliquid, dicit, quod impoſſibile eſt aliquid intelligi relatiuè dici ad aliud, niſi intelligamus aliud relatiuè dici ad ipſum, ſed ſi terminatur ad abſolutum, & definitur per abſolutum: benè poſſum ego intelligere hoc relatiuè dici ad aliud, ver gra. pater ad illū, qui genitus eſt, & non intelligere terminum, vt ſic, ad filium, quia vt terminus eſt, eſt aliquid abſolutum. Abſolutū autem non dicit ordinem ad relatiuum, ergo, &c.

2 Ratio. (margin, beside "nis, vel obiecti")

Reijcitur Vaſquez. (margin)

3. Ratio. (margin)

4. Ratio. (margin)

5. Ratio. (margin)

6. Ratio. Præterea: Semper in omni opinione correſpondet in altero extremo aliqua relatio ſiue realis, ſiue rationis, ergo in definitione ponenda eſt illa relatio, vt naturam relatiui intelligamus. Conſequentia probatur: Nam profectò propterea talis correſpondet relatio, non vt ſit ibi impertinenter, ſed quia eſt formalis terminus relationis alterius, & alterius eſſentia ſine ipſa intelligi non poteſt.

7. Ratio. Præterea: Si relatiua non terminentur, nec definiantur in ordine ad relatiua, ſed ab abſoluta, proprietates, quas Ariſtoteles aſſignat relatiuis, eſſent malè aſſignatæ: ſed hoc non eſt dicendum, ergo, &c.

Probatur maior: Quia non eſſent, ſimul natura, quia relatiuum, & abſolutum non ſunt ſimul natura, nec ſimul cognitione, quia prius cognoſcibile eſt, quod eſt ad ſe, quam quod eſt ad aliud, nec dicerentur ad conuertentiam, eiſdem rationibus: ergo, &c.

2. Concluſ. Vnum relatiuum definitur ad reliquum, nō per reliquū.

Secunda concluſio. Vnum relatiuum non definitur per reliquum, ſed ad reliquum. Quam concluſionem ponimus, vt intelligamus, nullam cauſſalitatem vnum relatiuum habere in ordine ad aliud relatiuum. Hæc concluſio eſt Alberti Magni, Caietani, Soti, & aliorum in locis citatis. Et ratio eſt, quia illa particula, per, vt viſum fuit, denotat aliquod genus cauſſę, ſed vnum relatiuum reſpectu alterius nullum genus cauſſę habet, quia relatiua formaliter loquendo ſunt ſimul natura, ergo. Quomodo autem ſint ſimul natura, agemus, cum proprietates relatiuorum declarabimus. Præterea: Si vnum relatiuum haberet reſpectu alterius rationem cauſſę, ergo alterum iam eſſet cauſſatum, & loquimur formaliter, ergo eſſet poſterius natura, & ita non ſimul natura, nec cognitione. Vnde ſequitur, vnum relatiuum ab alio non dependere, quia ipſa dependentia eſt quædam poſterioritas naturæ, ſeu reperitur in his, quæ ſunt poſterius natura. Etſi dicas:

Inſtantia. eas: Nam vna relatio formaliter non poteſt eſſe ſine alia, & loquamur de relationibus mutuis, ergo pendet ab illa: *Solutio* Negatur conſequentia, & inſtatur in diuinis, vbi Pater non poteſt eſſe ſine Filio, & tamen non pendet à Filio: ita ſimiliter in humanis, quia requiritur, vt quid ſimul coexiſtens iſta relatio, non verò, vt aliquid, à quo aliud pendeat. Materiale verò relationis, ſeu ſubiectũ non inconuenit, dependentiam habere à materiali alterius relationis in creaturis, & quia relatio reſpectu alterius relatiui præcisè habet rationem termini, & ratio termini nullam dicit cauſſalitatem, vt terminus eſt, hinc fit vnum relatiuum reſpectu alterius nullam habere cauſſalitatem.

3. Concluſ. Vnũ relatiuum nõ eſt genus, vel differentia alterius. Tertia concluſio. Vnum relatiuum non eſt genus, nec differentia alterius, licet ſit id in ordine, ad quod ſumitur ratio alterius correlatiui. Explicatur hæc concluſio: Nam eſſentia paternitatis conſiſtit in reſpectu ad filium: eſſentia generica huius relationis conſiſtit in hoc, quod eſt reſpicere aliud; filius verò non eſt genus huius relationis, quia genus debet eſſe idem cum re, cuius eſt genus, nec ſimiliter differentia eadem ratione. Eſſentia enim rei idem eſt, quod res, & illi eſt intrinſeca, & cũ terminus non ſit idem cum re, nec illi intrinſecus, ſeu idem cum re, nec genus, nec differentia, nec eſſentia eſſe poteſt. Eſt tamen aliquid in ordine, ad quod eſſentia ſumitur. Et ita dicitur, quod ſit de definitione alterius, quia non poteſt eſſentia relatiui definiri ſine termino, non tamen eſt de eſſentia, vt quid intrinſecum, quia non eſt genus, nec differentia. Sed quia hæc quæſtio de definiẽdo accidente per additamentum tractatur in 7. Metaphyſicæ, & Caietanus, capite vltimo de ente & eſſentia; non dico amplius de illa, vſque dum infra diſputemus, vtrum relatio ſumat ſpeciem à termino.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

1. Solutio. Caiet. AD primum reſpondet Caietanus locis citatis, vnum relatiuum poni in definitione alterius, non quidem vt magis notum, ſed vt æquè notum, quia iſta relatiua ſunt ſimul natura, & cognitione, & ita æquè nota: & vnum non poteſt eſſe magis notum alio. Et ſi *Obiectio.* arguas, relatiuum definitur ſic; cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, ſicut pater eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ſe habere ad filium; ſed definitio debet eſſe notior, quia eſt modus ſciendi: modus autem ſciendi eſt oratio alicuius ignoti manifeſtatiua, ergo eſt magis nota, quam definitum. Reſpõdetur, *Reſponſio.* quod tota definitio notior eſt definito, non tamen ſingulæ partes ſeorſum. Nã ex eo, quod explicatius dicit definitio id, quod definitum implicitè dicit, notior eſt, non tamen ſequitur, quod correlatiuum poſitum in definitione ſit notius definito, nam illæ partes ex eo, quod ſic coniunguntur, reddunt definitionem notiorem. Secundò reſpondetur, *2. Solutio. Caiet.* (& eandem ſolutionem tribuit Caietanus Auicennæ & Alfarabio) *Auicenna. Alfarabij.* vnum relatiuum eſſe notius altero, vt terminus eſt alterius, terminus autem, vt ſic, notior eſt illo, quod terminatur ad ipſum, quoniam interminatum, vt ſic, ignotum eſt, & ita non inconuenit, idem eſſe notius & ignotius ſecundum diuerſas conſiderationes: quatenus enim terminatur ad aliud, eſt ignotius, quatenus verò eſt terminus, eſt notius. Tertiò reſpondetur, *3. Solutio aliorum.* quod definitio relatiui eſt notior ratione primæ partis, non ratione ſecũdæ. Nam cum dico, pater eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad: hæc prima pars definitionis notior eſt definito, quia dicit explicius, quod definitum dicebat implicius. Altera verò pars, ſcilicet, filium, non eſt notior definito, ſed æquè nota.

Et ſi contra ſecundam ſolutionem arguas; *Obiectio.* quia relatiua ſunt ſimul cognitione, ergo vnum non poteſt eſſe notius altero; *Reſpon.* negatur conſequentia, quia ſimul cognoſcuntur vnum vt notum, aliud vt magis notum. Sicut quando lumen & color ſimul videntur eadem viſione, ſimul cognoſcuntur, & tamen magis videtur lumen, quia eſt ratio videndi colorem, eodem modo, licet relatiuum

Digitized by Google

tiuum & terminus ſimul cognoſcatur, magis cognoſcitur terminus, quia eſt ratio, ſeu ad, ratione cuius cognoſcitur quidditatiuè correlatiuum.

Ad 2. Ad ſecundum argumentum adductū à Caietano, quo conuincitur Vaſquez, *1. Solutio Caiet.* reſpondet Caietanus; cum Ariſtoteles aſſerit, loco nominis definientis licere ponere eius rationem, intelligitur quoad ea, quæ intrinſecè cadunt in illius nominis ratione, non verò quoad ea, quæ ponuntur, vt additum; & ita non ſequitur quod idem definiat ſeipſum. Et ita cum definitur homo, quod eſt animal rationale, loco, ly animal, poteſt poni viuens ſenſibile, quia in ſua ratione nihil habet, vt additum, loco vero de ly rationale, non poteſt poni ſua ratio, quia rationale eſt gradus vitæ talis determinans animal, & ita animal poneretur in ſui definitione, cum differentiæ includant genus, vt additum. *2. Solutio aliorum.* Alii reſpondent, illud non eſſe inconueniēs, quia cum pater definitur, ſi iterum repetatur pater in eadem definitione, hoc eſt, vt terminus filii, non vt aliquid ad ſe pertinens. Sed prima ſolutio eſt melior, quia cum definitio detur innoteſcendi gratia, debet perſpicua & clara eſſe, quam perſpicuitatem tollit illa reduplicatio eiuſdem in eadem definitione. *3. Solutio Soti.* Soto explicat Ariſtotelem, in abſolutis non in relatiuis. Vide illum ad octauum argumentum quæſtione prima, de relatione.

Ad 3. Ad tertium patet ex ſecunda concluſione. Et nota, quod illud, in ordine, ad quod correlatiuum definitur, non habet rationem cauſſæ formalis, quia non refertur ad aliud tanquam ad rem, quæ finis rationem habet, ſed in ordine ad ſuum correlatiuum, quod ſolum eſt terminus.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur ex ſupra dictis, quod vnum relatiuum ab alio nō dependet, ſed in creaturis aliquando contingit, quod à materiali dependeat. Et quando D. Thomas & viri graues in creatis dicunt, vnum relatiuum ab alio dependere, intelligunt vnum relatiuū requirere aliud, vt exiſtat, non vt à quo dependeat, quia ſe mutuò reſpiciunt, & totum eſſe vnius eſt ad aliud, & è contra. Quomodo hoc ſit verum in relatiuis tertii ordinis, iam volumus dicere.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod non *1. Solutio.* valet conſequentia. Simul cognoſcitur, ergo vnum non magis cognoſcitur, quam aliud; & ſupra adducta fuit inſtantia, & modò inſtatur, nam eadem cognitione naturali angelus ſe, & Deū cognoſcit, & magis cognoſcit ſe, quam Deum, quia ſe intuitiuè & comprehenſiuè cognoſcit, Deum verò non cognoſcit quidditatiuè, nec comprehenſiuè.

Secundò reſpōdetur, quod vnum, vt *2. Solutio.* terminus, magis cognoſcitur, quia, vt terminus, eſt magis notum. Et ita licet ſimul cognoſcantur ſecundum aliam rationem, vnum magis cognoſcitur alio, quia illa ratio termini tunc non militat in alio.

Ad ſextum reſpondetur, quod quia *Ad 6.* definitur in ordine ad aliud ſolum, vt ad terminum, & non vt ad obiectum, & cetera, non ſequitur, vnum relatiuū finem eſſe alterius. Et iam de hoc dictum eſt.

QVÆSTIO XLI.

Vtrum relatio prædicamentalis requirat terminum realem realiter exiſtentem.

IN hac quæſtione fuit ſolennis opinio ſapientiſſimi Magiſtri mei fratris Bartholomæi de Medina, primarii Salmanticenſis, *Controu. 1. Op. Med.* qui aſſerebat in quotidianis concertationibus, relationem realem poſſe terminari ad non ens, & ad non exiſtens. Et probat hanc ſententiam his duobus argumentis. Primò Omnis ſcientia refertur realiter in ratione menſurati ad *1. Argum. pro Med.* ſuum obiectum exiſtens; ergo etiam refertur realiter ad obiectum non exiſtens. Antecedens ab omnibus conceditur; conſequentia probatur. Nam exiſtentia nihil facit ad hanc relationem,

nem, quia obiectum menſurans abſtrahit ab exiſtentia, quia eſt quid vniuerſale, ſcientiæ enim ſunt vniuerſalium, & ab illis menſurantur, & adæquantur prædicatis, ſeu veritatibus demonſtratis de ſubiecto. *Solutio.* Si dicas, quod exiſtentia eſt conditio neceſſaria. *Impugn.* Contra; nam exiſtentia non eſt conditio neceſſaria ad menſurationem, ergo nec ad relationem menſurati. Antecedens probatur, quia obiecto non exiſtente ſcientia eſt vera & menſuratur, nam exiſtentia non dat veritatem, nec menſurationem, ſed menſuratur à veritatibus æternis, & perpetuis, cuiuſmodi non eſt exiſtentia. Conſequentia illa probatur, quia relatio menſurati conſequitur ad menſurationem paſſiuam, quæ neceſſariò eſt poſita menſuratione actiua.

2. Argum. Secundum argumentum, quod ſupra quæſtione ſeptima etiam adduximus. Logica refertur ad ſuum obiectum relatione reali, & tamen obiectum nullo modo eſt, ergo, &c. Probatur minor, quia eſt ens rationis, ens autem rationis non poteſt realiter eſſe. Maior probatur, quia ita menſuratur à ſuo obiecto, ſicut aliæ ſcientiæ; & conſequenter ita debet referri relatione menſurati; nam poſito fundamento proximo ponitur relatio.

3. Argum. Tertium argumentum. Sequitur, quod nullo modo ſcientiæ referantur realiter ad ſuum obiectum: (& loquor de ſcientiis, quæ agunt de rebus vniuerſalibus,) conſequens eſt contra Ariſtotelem in præſenti, ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela. Nam ſcientia menſuratur à ſuo obiecto vniuerſali, & non ab obiecto particulari, vt metaphyſica menſuratur ab ente, & non ab hoc ente ſaltem primò & per ſe, ſed ens in vniuerſali non exiſtit, ſed in particulari, quia exiſtentia eſt particularium, ergo ſi exiſtentia eſſet neceſſaria in altero extremo ad relationem realem, nunquam ſcientia referretur realiter ad ſuum obiectum. *Solutio.* Dices, quod ſufficit exiſtentiam competere ſingularibus, vt realiter referatur ſcientia ad vniuerſale obiectum. *Impugn.* Contra; nam ſcientia non refertur primò & per ſe ad hoc particulare, ſed ad vniuerſale, ergo illud debet exiſtere. Antecedens patet; nam illud eſt, quod dicitur ſcibile.

4. Arg. Quartò. Omnis cauſſa refertur realiter ad ſuum effectum; ſed aliqua cauſſa eſt non ens aliquando, vt finis non exiſtens; ergo non ens refertur realiter ad ens; ergo non requiritur exiſtentia extremi ad realitatem relationis. Maior probatur, quia omnis cauſſa realiter ordinatur ad effectum cauſſando illum, ergo etiam realiter refertur ad effectum. Conſequentia probatur, quia minus requiritur ad hoc ſecundum, quam ad primum, cum hoc ſecundum ſit minoris entitatis, & fundetur in primo. Sed antecedens primum probatur, quia cauſſa eſt, quæ influit in effectum, & iſte influxus realis debet eſſe, cum producatur effectus realis, & ſit communis influxus ad omnem cauſſalitatem. Et confirmatur hoc argumentum; Nam imago realiter refertur ad imaginatum, non exiſtens, ergo intentum.

5. Arg. Quintò. Relatio habet totam ſuam realitatem à fundamento, ergo omni alio circumſcripto adhuc habet realitatem, & ſic poteſt eius terminus eſſe non exiſtens. Antecedēs probatur inferius.

6. Arg. Sextò. Etiam termino exiſtente rationis, relatio eſt realis, ergo intentum. Antecedens probatur, nam in relationibus tertii ordinis terminus eſt aliquid rationis formaliter, ergo, &c. *Solutio.* Dices, ſat eſſe, quod ſit materiale aliquid exiſtēs. *Impugn.* Contra, nam relatio nō refertur ad materiale, nec materiale terminat, vt iam probatum eſt in ſuperiorib. ergo, &c.

7. Argum. Septimò argumentor. Relatio ſecundū dici terminatur ad nō ens, vt cognitio chimæræ ad chimæram, & ſcientiæ roſæ ad roſam non exiſtē(n)tem, ergo etiā poterit terminari relatio ſecundū eſſe prędicamentalis. Probatur conſeq. quia nō eſt aliqua ratio, quare vna poſſit terminari ad nō ens, & non alia: nam relatio ſecūdū eſſe ſpecificatur per ordinē ad terminū, ſicut relatio ſecundū dici. *Solutio.* Dices eſſe diſparitatem, quia relatio ſecundum dici ſpecificatur ab obiecto vel fine, & relatio ſecundum eſſe à ter-

mino. Sed contra, quia relatio ſecundũ eſſe non pendet à termino, & relatio ſecundum dici maximè: ergo ſi relatio, quæ pendet ab obiecto, poteſt eſſe obiecto non exiſtente, multò magis erit relatio, quæ non pendet à termino, & ſupra quam terminus nullam cauſſalitatem habet.
Confirm. Et confirmatur hoc argumẽtum: Nam relatio rationis terminatur ad aliquid exiſtens: ergo relatio realis terminabitur ad non exiſtens. Probatur conſequentia à commutata proportione. Nam ſi relatio rationis eſt vera relatio, & terminatur ad exiſtens, quare relatio realis non terminabitur ad aliquid rationis, & non exiſtens.

8. Arg. Octauò. Relatio realis non pendet à termino, nec terminus aliquam cauſſalitatem habet ſupra relationem: ergo poterunt exiſtere termino non exiſtente. Probatur conſequentia, quia nullo modo dependet ab illo. Nam ſi non poteſt ſine illo eſſe, certè aliquam ab illo habet dependentiam: & ita terminus habebit aliquod genus cauſſæ reſpectu illius.

9. Arg. Nonò. Effectus cauſſæ finalis realiter dependet à cauſſa finali non exiſtente: ergo etiam realiter referetur ad illam. Conſequentia patet: quia vbi eſt dependentia realis, poteſt eſſe relatio realis. Sed primum antecedens probatur, quia omnis effectus realiter à ſua cauſſa dependet, ſiquidem eſſe ſine eius cauſſalitate non poteſt.

10. Arg. Decimò confirmatur iſta ſententia authoritate Diui Thomæ, prima parte, q. 13. art. 7. in corpore, vbi dicit in hæc verba, quod inter ſcientiam, & ſcibile eſt realis relatio; ſecundum quod ordinatur ad ſciendum res. Vbi Diuus Thomas vniuerſaliter loquitur, nec apponit conditionem, ſi exiſtat ſcibile. Et rationem huius aſſignat, quia ordinatur ad ſciendas res: ſed etiamſi ſcibile non exiſtat, ſcientia ordinatur ad ſciendas res, ita bene, ac ſi ſcibile exiſteret, ergo ita bene erit relatio realis: ergo intentum.

Deciſio quæſtionis.

Prima concluſio. Neceſſarium eſt, vt relatio realis ſit, alterum extremum *2. Opi. Authoris.*
eſſe realiter exiſtens: ita vt ſi non exi- *1. Concluſ.*
ſtat realiter, non erit relatio realis ad *cont. Med.*
ipſum. Eſt ergo neceſſaria conditio ad exiſtentiam relationis realis exiſtentia extremi. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ ſupra dicto articulo, vbi in hęc verba loquitur. Et ſimiliter eſt in omnibus relationibus, quæ ſunt inter ens & non ens, quas format ratio, inquantum apprehendit non ens, vt quoddam extremum. Et loquitur D. Thomas de relatio- *Loca Diui Tho. pro cõcluſ.*
ne rationis, & de cauſſis, quare aliqua ſit rationis relatio, & vna eſt, quando relatio eſt inter ens & non ens. Et hoc eſt intelligendum, ſiue non ens dicatur ens non exiſtens, ſiue dicatur ens rationis. Nam quantum ad hoc, paria iudicãtur. Idem aſſerit Sanctus Doctor 2. contra Gentes, cap. 12. ratione. 3. vbi dicit: Entis quod eſt actu ad ens, quod eſt in potentia eſt relatio realis. Et infert hoc inconueniens: Nam ſequeretur, quod in binario exiſtente eſſent infinitę relationes: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & illud, ex quo ſequitur. Et probatur ſequela: Nam binario ſunt infiniti numeri in potentia maiores: ita vt vnus ſit reſpectu illius in duplo maior, & ad illum vnica relatione referatur, & alius, in triplo, & ad hoc referatur alia relatione, ſpecie diſtincta, quia fundamentum eſt diuerſum. Et iuxta hanc computationẽ conſiderando numerũ in potentia, ſunt infiniti exceſſus: ergo & relationes infinitæ. Et licet relationes non diſtinguerentur realiter inter ſe, diſtinguerentur realiter formaliter, quod ſufficit, vt dicantur infinitæ relationes ſpecie diſtin-
ctæ. Et nota, quod quia hæc veritas ſit *Obſeruatio Authoris.*
velut aliquod connexum eſſentiæ relationis, non poteſt demonſtrari a priori, ſed ſolum per incõuenientia; quia principia indemonſtrabilia ſunt. Habet hoc ipſum de potentia, quæſt. 3. articu. 3. ad 5. Sequuntur Angelicum Doctorem omnes Thom. vno excepto Medina, qui illum

Digitized by Google

illum explicabat hoc modo: Quod relatio realis debet eſſe inter extrema realia, vel ita ſe habentia, ac ſi eſſent aliquid reale. Quæ explicatio nulla eſt: nam profectò binarius referretur realiter ad numeros in potentia illo maiores, quia eundem exceſſum in vnitatibus importat numerus, non exiſtens, verbi gratia, millenarius ad binarium, quem importat exiſtens: nam excedit illum tot vnitatibus. Et tamen ſecundum Diuum Thomam non eſt relatio realis ad illum: ergo non ſufficit ita ſe habere quo ad aliquid, ac ſi eſſet exiſtens, vt relatio ſit realis, ſed debet verè exiſtere & eſſe ens: quia ordo realis

1. Proba. concl.

exiſtens non poteſt eſſe, niſi inter exiſtentia. Præterea probatur concluſio, loquendo de relationibus realibus, quæ non ſunt tertii generis. Nam vt ſit relatio paternitatis, debet eſſe fundamẽtum remotum, & proximum, & ſubiectum illius relationis, quia, cum ſit accidens, ſine ſubiecto eſſe non poteſt: & cum ſit debiliſſimum ens, requirit fundamentum & relationem fundandi: ſed non poteſt eſſe generatio, ſeu genuiſſe, niſi ſit genitum, & ad genitum conſequitur relatio ſtatim, ergo, ſi ponatur paternitas, ponetur filiatio. Et idem argumentum fieri po-

2. Probat.

teſt de omnibus aliis relatiuis. Præterea, ſi eſt relatio realis, ergo refertur realiter, quia non poteſt eſſe relatio in exercitio ſine actuali relatione, ergo habet extremum, ad quod referatur actu, ergo & relationem formaliter illius extremi, quia relatio illa alterius extremi in his, de quibus loquimur, relationibus conſequitur ſimul cum alia relatione ad ſuum proprium fundamentum; vt relatio filiationis conſe-

Solutio.

quitur ad genitum eſſe, quod eſt ſimul cum generaſſe. Dices, quod modò inquirimus, cur, poſtquam pater habet hanc relationem paternitatis, etiamſi filius deſinat eſſe, non manebit hæc relatio in patre, & terminabitur ad fi-

Impugna.

lium, qui fuit. Sed dicimus hoc impoſſibile, quia ſi eſt pater, ergo eſt filii pater, ſed non eſt filius, ergo nec pater. Vnde hæc relatiua ſimul ſe ponunt,

3. Prob.

& interimunt. Et præterea, quia ſunt iſtæ relationes talis naturæ, vt vna ſine alia eſſe non poſſit, quia cum ſint reſpectus, & totum eſſe ad aliud, requirunt ex neceſſitate aliud eſſe, iuxta ſuam naturam, quod non habet locum in relationibus tranſcendentalibus, quia totum ſuum eſſe non habent ad aliud. Vnde mirè cruciatur Suarez

Inconſtãtia Suarez in ſuis dictis.

diſputatione 47. ſectione 8. inquirendo diſcrimen inter relationes prædicamentales, & relationes ſecundum dici, quas ipſe vocat relationes ſecundum eſſe, cùm videat iſtas terminari, ad non ens, non verò illas. Et multa concedit, quæ negauerat, & tamen adhuc non reperit rationem vllam, quæ ſibi, & nobis ſatisfaciat, quare relationes, quas ipſe vocat ſecundùm eſſe tranſcendentales, terminentur ad non ens, & non prædicamentales. Præ-

4. Proba.

terea probatur concluſio; Nam cùm relatio ſit purus ordo, impoſſibile eſt quod ſit ordinata ad purum non ens, maximè cum ſit veluti medium quoddam connectens terminum cum relatiuo, & quia hoc modo ens non poteſt cõnecti, non poteſt ad aliud eſſe relatio realis. Cum dico, eſſe medium, intelligo verè in ſuo ſubiecto aliquid eſſe, ſed quod aliud reſpicit. In relationibus verò tertii ordinis probatur, quia, ſicut exigit relatio in aliis coexiſtentiam, formalem alterius relationis formaliter, ſecluſa operatione intellectus, ita exigit in iſtis coexiſtentiam alterius relationis, quantum fuerit poſſibilis, cùm ſit formalis terminus illius, ſed non poteſt eſſe ſecluſa operatione intellectus, niſi ratione fundamenti proximi, & hoc ſine exiſtentia ſubiecti eſſe non poteſt, ergo &c. Probatur, quia Deus non poteſt eſſe fundamentaliter proximè Dominus ſine potentia coercitiua, quæ eſt aliquid reale exiſtens. Et in ſcibili patet etiam, quia non poteſt ſcientia reſpicere aliquid proximè referibile, niſi ſit fundamentũ in illo, ſed fundamentum eſſe non poteſt ſine exiſtentia ſubiecti, ergo, &c. Itaq; requirit hæc relatio tertii ordinis, quia eſt purus reſpectus, vt ſit aliud correlatiuum, quantum fuerit poſſibile ſecluſa operatione intellectus. Et ita requiri-

Digitized by Google

quiritur exiſtentia ſubiecti,& fundamē ti proximi,& actualis terminatio alterius relationis ad ipſum exiſtens, quæ terminatio eſt materialis, tamen requiſita,vt conſurgat formalis terminatio. De quo vide Diuum Thomam ſupra dicto articulo ſeptimo,quæſt.13.in prima parte,& dicemus nos adhuc. Ferrara loco ſupra allegato probat hanc concluſionem,quia omne, quod terminat hanc relationem, terminat ratione alicuius formæ realiter inexiſtentis, vt patet inductiuè in omnibus relatiuis, ſed hoc ſine exiſtentia eſſe non poteſt, & relatiua tertij ordinis terminant ratione fundamenti proximi,quod eſt forma realiter exiſtens, vel habens ſe ad modum formæ, ſed hæc terminatio non eſt formalis, niſi per oppoſitam relationem. Ex hoc patet, ſententiā Medinæ falſam eſſe, & maximè pugnare,quantum videtur,contra ſententiam Diui Thomæ.

2.Concl. Secunda concluſio. Etiam de potentia Dei abſoluta non poteſt relatio manere in exiſtentia,ſiue extremo exiſtente, modo iam dicto in præcedenti concluſione. *Contra Medinam.* Et probatur concluſio: Nam de definitione relationis eſt terminus, ergo de ratione relationis actu eſt terminus in actu. Hoc eſt,de ratione relationis exiſtentis eſt terminus exiſtens, nam ſicut pater eſt,qui habet filium,ita pater exiſtens eſt, qui habet filium exiſtentem,& non poteſt fieri pater exiſtēs pater,ſine filio exiſtenti. *Quorundã Opinio.* Aliqui dicunt, hoc repugnare,quia eſt veluti de ratione formalis effectus relationis. Et ſicut relatio in ſubiecto non poteſt eſſe ſine ſuo effectu formali, ita nec ſine termi- Itaq. ratio formalis relationis eſt facere relatiuū referri ad terminum, quod ſine termino in actu fieri non poteſt, quia intrinſecè requirit terminum, ſicut non poteſt eſſe viſio ſine re viſa, & intellectio ſine re intellecta. *Inſtantia.* Sed cōtra, quia ſunt duæ res realiter diſtinctæ, ergo vna poteſt eſſe ſine alia. *Solutio.* Reſpondetur,quod, licet hæc conſequentia apud Sotum ſit magni momenti, non tamen apud nos. Et inſtatur in materia prima, & forma corruptibili, & viſione, & luce, & multis aliis, quæ ſeparari nequeunt,quia intrinſecè requirunt ſe ad inuicem.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. Ad argumenta in principio quæſtionis, ad primum, negatur conſequentia, nam licet exiſtentia actualis nihil faciat ad menſurationem fundamentalem,facit tamen multum ad menſurationem formalem. Volo dicere, quod id,ad quod inclinatur ſcientia, in obiecto reperitur, nimirum, quod homo ſit riſibilis,quod ſit rationalis,quia ſunt veritates æternæ. *Doctrina pulcra.* Ceterum relatio menſuræ, quæ conſequitur ad hanc adæquationem, non reperitur, niſi exiſtentia obiecti poſita. Sicut imago ſimilis eſt Imperatori, etiam ipſo non exiſtenti, quia omnes conditiones, quas habuit Imperator relucent in imagine. Verum relatio, menſurati ad menſurā, non eſt in imagine, quia non eſt id, ad quod refertur,nimirum Imperator. Mēſurat itaque fundamentaliter, ſed non formaliter, quia non eſt relatio menſuræ. Et per hoc patet ad confirmationē. *Ad confir.* Nam exiſtentia eſt conditio neceſſaria, ſeu quid neceſſarium, vt ſcientia referatur realiter ad menſuram ſuam. Nam etſi non ſit neceſſaria, vt menſuret, eſt neceſſaria, vt menſuratum referatur realiter ad menſuram, quia niſi menſurans exiſtat, non poteſt ad aliud eſſe relatio realis.

Ad 2. Et per hoc patet ad argumentum ſecundum. Nam logica relatione rationis refertur ad ens rationis, quia ens rationis non exiſtit.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur,quod, vt obiectum dicatur exiſtere, & ſit ad ipſum relatio realis, ſufficit, quod illa ratio, quæ eſt vniuerſalis,exiſtat: nam vniuerſalitas eſt conditio obiecti, & res ſcita eſt obiectum. Vnde ſi hoc exiſtat realiter,licet nō prout eſt in intellectu,ad illud erit relatio realis. Et quia,ſi Petrus exiſtit, homo exiſtit, hinc ſequitur, quod,vt dicatur exiſtere obiectū, quod eſt vniuerſale, ſufficit, quod exiſtat in ſingularibus,

Ad

Digitized by Google

Ad 4. Ad quartum reſpondetur ab aliquibus, quod nulla cauſſa non exiſtens referatur realiter, licet realiter cauſet, quia, vt finis realiter & phyſicè cauſſet, ſufficit, quod moueat metaphoricè, alliciendo voluntatem. Et hac ratione dicitur realis cauſſa; ſed hæc cauſſatio non eſt in fine, ſed in re mota à fine, & in his, ad quæ ſe extendit cauſſalitas finis. Sicut dici ſolet, quod actio eſt in paſſo, licet agens cauſſet realiter actionem illam; non tamen refertur realiter, quia non eſt realiter, nec effectus eadem ratione refertur realiter ad ſuam cauſſam quia cauſſa non exiſtit. Et idem eſt dicendum de cauſſa efficiente, quæ, quando genuit filium, iam non erat, ſed quādo ab ipſa fuit deciſum ſemen, erat exiſtens, & poſtmodum deſiuit eſſe: & ſemen in virtute agentis transmutat materiam, & inducit formam, & tunc eſt generatio. Et tamen nec effectus refertur ad cauſſam realiter, quia cauſſa non eſt, nec cauſſa ad effectum, quia ad hoc erat neceſſarium, vt exiſteret. Nec refertur ad virtutem realiter, quia virtus non eſt cauſſa agens, ſed inſtrumentum agentis. Vide aliam ſolutionem in Soncinate 5.q.27. Sed proprius locus de finis cauſſalitate eſt in 1.2. & in 2. Phyſicorum. Ad confirmationē iam patet ex dictis.

1. Solutio. *2. Solutio Soncinatis.*

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, totam ſuam realitatem relationem habere à fundamento, tanquam à cauſſa efficiente, ſeu producente per reſultantiam relationis. Eſt autem relatio prædicamentalis realis ex propria forma & natura, ſicut qualitas eſt aliquid reale ex propria ratione. Ceterum, vt hæc realitas exiſtat, requiritur neceſſariò exiſtentia extremi, quia cum ſit purus reſpectus, non poteſt exerceri ſecundum exiſtentiam ſine exiſtentia ſui correlatiui & termini.

Ad 6. Ad ſextum ſufficit ſolutio ibi aſſignata. Et ad probationem, ſeu confirmationem reſpondetur, quod ad extremum refertur relatio, vt ad terminum materialem. Quando verò intelligitur relatio oppoſita, iam habet formalem terminum, & eſt neceſſarium, vt ſit realis relatio exiſtens, vt terminus materialis exiſtat, in quo veluti in fundamento eſt formalis relatio formaliter terminans.

Ad 7. Ad ſeptimum argumentum reſpondetur, diſparitatem maximam verſari inter relationes ſecundum dici, & relationes ſecundum eſſe. Nam relatio ſecundum dici non reſpicit terminum in ratione termini præciſè, ſed in ratione obiecti & finis, vel alia ratione, & eſt ſimpliciter aliquid abſolutum exiſtens in prædicamento abſoluto, habens eſſe ad ſe, & ita bene poteſt reſpicere non ens, quia de ratione obiecti & finis non eſt quod ſit exiſtens. Vnde, quod illa, vt ſic, reſpicit, non exigit coexiſtentiam in obiecto, maximè cum habeat eſſe ad ſe. At verò relatio prædicamentalis nō habet eſſe ad ſe, ſed eſt purus reſpectus, & reſpicit aliud præciſè in ratione termini, & ſic non poteſt eſſe, ſine ſuo exiſtente extremo, quia terminus exiſtere debet, vt ſit res terminata ad ipſum, ex eo quod illa res eſt purus reſpectus. Et quamuis relatio includat accidens, & accidens abſtrahat à relatiuo, & abſoluto, nihilominus accidens in relatione eſt relatiuum, quia iam determinatum eſt per illum modum ad eſſe relatiui. Vnde non abſtrahit in relatione à relatiuo, & abſoluto, ſicut nec animal in homine abſtrahitur à rationali, & irrationali, in quo deceptus eſt Vaſquez.

Diſparitas inter relationē ſecundū eſſe, & relationem ſecundū dici.

Deceptio Vaſquez.

Ad confirmationem reſpondetur, quod relatio rationis bene poteſt terminari ad exiſtens, cum extremum reale ſit magis exiſtens, quam ens rationis, & ita habet omnia requiſita ad hoc, quod relatio habeat ſuum eſſe, quod poteſt habere, quinimo habet amplius. At verò relatio realis non poteſt exiſtere ſine termino reali, quia nō ens non eſt aliquid ſibi compar, nec superexcedens.

Ad 8. Ad octauum reſpōdetur, relationem non dependere à termino, quia dependentia eſt reſpectu cauſſæ, & nullum relatiuū reſpectu alterius cauſſa eſt, quia ſunt ſimul natura. Ceterum cum ſit purus reſpectus, & reſpiciat aliud, vt terminus ſolum, vt exiſtat, requirit exiſtēs extremum.

Ad 9. Ad nonum iam patet ex dictis: quia enim relatio eſt purus reſpectus, requirit exiſtentiam in extremo, quod in aliis locum non habet, quia alia non ſunt reſpectus, cuius totum ſuum eſſe ſit ad aliud, tamquam ad terminum ſolum.

Ad 10. Ad decimum reſpondetur, quod ex dictis à ſanctiſſimo præceptore Eccleſiæ, in corpore articuli, intelligitur, requiri exiſtentiam in ſcibili, vt ad ipſum referatur relatio realis. Quia iam præmiſerat, inter ens & non ens non dari relationem. Aſſignat ergo rationem, quare ſcientia referatur realiter ad ſcibile, quia ſcilicet ex natura ſua ordinatur ad ſciendas res, & res non referunt realiter, quia ex natura ſua non ordinantur, vt ſciantur à ſcientia. Ceterum, vt hæc relatio realis exiſtat, exiſtentiam in extremo requirit neceſſariò.

QVÆSTIO XLII.

Vtrum relationes ſpecie differant penes terminum.

1. Argu. ET videtur, quod non. Nã relatio paternitatis & maternitatis ſpecie differunt, & tamen habẽt eundem terminum ſpecie, ergo non ſumitur differentia ſpecifica ex terminis, ſeu in ordine ad terminos. Maior patet, quia aliam definitionem eſſentialem habet paternitas, & aliam maternitas. Et probatur minor, quia in genito vt ſic, non eſt niſi vna relatio, quæ dicitur filiatio, & non ſunt duæ relationes ſpecie diuerſæ, ſiquidem non eſt, niſi vnus effectus formalis vnius rationis, qui eſt eſſe filium.

2. Argum. Secundò. Similitudo & diſſimilitudo differunt ſpecie, & habent eundem terminum, ergo, &c. Probatur minor: nam album eſt ſimile alteri albo, & nigrum eſt diſſimile eidem albo, ergo iam idem album eſt terminus ſimilitudinis & diſſimilitudinis, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum.

Tertiò. Contingit aliquando, relationem eſſe realem, cum terminus eſt ens rationis, ergo relatio non ſumit ſpeciem à termino, ſed potius à fundamento. Probatur conſequentia. Nam impoſſibile eſt, ens rationis dare ſpeciem enti reali. Probatur maior in relatione ſcientiæ ad ſcibile exiſtens, & in vniuerſum in relationibus tertii ordinis, in quibus terminus formalis poſitus in definitione eſt ens rationis, & ab illo relatio realis ſumit ſpeciem, ſi ſpecificatur a termino, quod eſt impoſſibile. 3. Argum.

Quartò. Relatiua ſunt ſimul natura, ergo terminus non ſpecificat relationem. Antecedens eſt Ariſtotelis. Conſequentia probatur: quia ſpecificans prius natura eſt ſpecificato; nam ſpecificare pertinet ad genus cauſſæ formalis, quod autem eſt cauſſa, prius natura eſt eo, cuius eſt cauſſa. 4. Argum.

Quintò. Si relatio ſumit ſpeciem à termino, ſequitur, quod relatio creaturæ ad creatorem ſumat ſpeciem à Deo, quia terminatur ad Deum, tum ante operationem intellectus in Deo nihil ſit niſi Deus; & ante operationem intellectus terminat, hoc autem eſt falſum, ergo &c. Probatur minor, quia aliàs relatio creaturæ maneret ex ſua natura incognita, ſiquidem Deus ſecundum ſe à nobis cognoſci pro hoc ſtatu non poteſt, & vt ſic terminat. Quinimo ſequeretur, quod, vt quidditatiuè cognoſceretur, deberet Deus videri, quia ſecundum ſe eſt terminus, & terminus cognoſci debet vt quidditatiuè cognoſcatur res, quæ reſpicit talem terminum. 5. Argum.

Sextò. Si relationes, quæ habent diuerſa fundamenta, ſpecie differunt, ergo ratio ſpecifica à fundamentis ſumenda eſt, ſed non poteſt ratio ſpecifica ſumi à duobus, ergo non ſumitur à termino. Antecedens primum probatur, quia relatio, quæ fundatur in actione, diuerſa eſt ab illa, quæ fundatur in quantitate, & in ratione menſuræ, & diſcurrendo per ſingula fundamenta hoc patet, ergo, &c. 6. Argum.

Septimum argumentum. Nam prius intelligimus relationes eſſe diſtinctas 7. Argum.

ſpecie

Digitized by Google

ſpecie ex fundamentis, quam intelligamus eſſe ſpecie diſtinctas penes terminos, ergo, &c. Antecedens probatur, quia cum fundamentum & terminus concurrant neceſſariò ad hoc, quod ſit relatiò, prius intelligimus concurrere fundamentum, & relationem prius intelligimus conſequi ad fundamentum, & poſtmodum terminari ad talem terminum. Sed in illo priori intelligimus eſſe diuerſam ſpecie ab alia relatione, quæ conſequitur ad aliud fundamentum diſtinctum ſpecie, præciſè in ordine ad fundamentum, ergo ab illo, ſeu in ordine ad illud habet ſuam ſpeciem.

8. Argum. Octauò: Actiones non ſolum penes terminos ſpecie differunt, ſed etiam penes principia, ſed relationes habent principia, cuiuſmodi ſunt fundamenta, & habent etiam terminos, ergo penes vtrumque differunt ſpecie. Maior eſt D. Thomæ 1.2.q.1.articulo 3. & probatur. Nam calefactio ſpecie differt à frigefactione, non ſolum, quia illa eſt ad calorem, & hæc ad frigiditatem, ſed etiam, quia illa procedit à calore, hæc a frigore, ergo, &c. Minor ſatis de ſe patet.

9. Argum. Nonò: Ab eo habet relatio diſtinctionem, à quo habet eſſe, ſed habet eſſe à fundamento, ergo & diſtinctionem; non ergo hanc habet à termino. Maior probatur, quia ex eo, quod homo habet eſſe hominem ab vltima differentia, ab illa etiam habet diſtinctionem. Minor probatur, quia ex eo, quod fundamentum eſt, cum omnibus requiſitis relatio eſt, ergo ab illo habet eſſe.

Preambula ad quæſtionem.

De quo diſputãdum ſit in hac quæſtione. IN hac quæſtione nolo diſputare, an vna relatio poſſit terminari ad plures terminos, vel an plures relationes, ſolo numero differentes, in eodem poſſint eſſe ſubiecto; hoc enim ſtatim pertractabo; ſed ſolum hoc vnum inquirere volo, vnde ſumenda ſit diſtinctio ſpecifica in relationibus, ex fundamentis, an ex terminis. Et cum ſit conſtitutum, nec terminum, nec fundamentum eſſe differentiam relationis, non hoc inquiro, ſed volo inquirere in ordine ad quid ſumatur differentia relationis; iam quod ſumitur in ordine ad aliud, quia eſt eſſe ſuum aliud reſpicere, & eſt accidens, quod per additamentum debet definiri.

In hac re ſunt variæ ſententiæ. Quidam dicunt, relationes diſtingui ſpecie ex ordine ad diuerſos terminos ſpecie diſtinctos. Et cenſent, hanc eſſe D. Thomæ ſententiam, prima parte, quæſtione 32. articulo 2. Alii verò exiſtimant ſpecie diſtingui penes fundamenta, & etiam exiſtimant ſe ſequi Diuum Thomam, 3.p.q.35. articulo 5. Alii dicunt, entitatem habere à fundamento, ſpeciem verò à termino. Alii à ſe ipſa relationem habere ſpeciem. *Contron. 1. Opinio. 2. Opinio. 3. Opinio. 4. Opinio.*

Deciſio quæſtionis.

1. Concl. PRima concluſio: Relationes ſpecie diſtinguuntur ex fundamentis, ita vt illæ relationes ſint diuerſæ ſpeciei, quæ habent fundamenta, vt ſic ſpecie diſtincta. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ tertia parte, vbi ſupra, vbi ſic dicit: ſi verò ſint cauſſæ diuerſæ ſpecie differentes, ex conſequenti videntur etiam relationes ſpecie differre. Vnde nihil prohibet relationes eidem ineſſe. Sicut ſi aliquis eſt aliquorum Magiſter in Grammatica, & aliorum in Logica, alia eſt ratio magiſterii vtriuſque. Et ideo relationibus diuerſis vnus & idem homo poteſt eſſe magiſter vel diuerſorum, vel eorundem, ſecundum diuerſas doctrinas. Contingit autem quandoque, quod aliquis habet relationem ad plures ſecundum diuerſas cauſſas eiuſdem tamẽ ſpeciei, ſicut cum aliquis eſt pater diuerſorum filiorum, ſecundum diuerſos generationis actus. Vnde paternitas non poteſt ſpecie differre, cum actus generationum ſit idem ſpecie. Ecce expreſsè Diuus Thomas aſſerit, relationes differre penes fundamenta, ad- *Locus Diui Th. expreſſus pro concluſione.*

iuncta ſimul ratione fundandi. Idem aſſerit in tertia, diſtinctione octaua, articulo quinto. Quem locum omnino vide pro fundamentis relationum intelligendis. Et idem dicit Quodlibeto nono, quæſt. 2. articulo 3. & opuſculo 3. capitulo ſecundo. Et probatur concluſio inductiuè in omnibus fundamentis relationum, ſiue ſpecificis, ſiue genericis. Et ratione probatur, nam fundamenta ſunt cauſſæ relationum, ergo per illa diſtinguuntur relationes in genere cauſſæ efficientis. Probatur conſequentia: Nam ad cauſſas diſtinctas ſpecie, vt diſtinctæ ſunt, effectus ſpecie diſtincti conſequuntur. Et ita eſt bona conſequentia, cauſſa differt ſpecie, ergo & effectus; ergo ſi relationum cauſſæ ſunt diſtinctæ, ſimiliter & relationes. Et hæc ratio vniuerſaliter eſt vera. Nam ſi adducas inſtantiam de Adam per creationem producto, & de Abel producto per generationem, qui ſunt eiuſdem ſpeciei: reſpondetur, quod, vt termini ſunt illarum actionum, etiam ſpecie differunt. Nam Adam productus in quantum ens, ſeu alia ratione differt ſpecie ab Abel, vt producto per generationem, propter diuerſum terminandi modum. Itaque ſunt diuerſi in ratione termini, licet non materialiter. Et in relationibus non eſt alius terminandi modus, niſi eſſentia ſpecifica diuerſa relationum. Præterea, paternitas & maternitas ſpecie differunt, non ex terminis, ergo ex fundamentis. Maior patet, quia habent diſtinctos effectus formales primarios ſpecie diuerſos, vt eſſe patrem, & eſſe matrem. Minor probatur, quia filius vt ſic vnam tantum relationem habet. Præterea: Actio caloris ſpecie diuerſa eſt ab actione frigiditatis, quia ex diuerſis oritur principiis, ſed relatio, quæ habet diuerſum fundamentum, ex diuerſo principio oritur, ergo erit ſpecie diuerſa, licet quantum ad omnia non ſit ſimilitudo.

1. Ratio pro concluſione. *Soluitur inſtantia apparens.* *2. Ratio.* *3. Ratio.*

2. Concl. *Per quid relatio habeat rationem gene-*

Secunda Concluſio. Relationes ſpecificantur ex terminis extrinſecè, ex ordine ad terminos ſpecie diuerſos intrinſecè. Nam ſicut rationale eſt hominis differentia, eodem modo ordo ad terminum ſpecie diuerſum eſt differentia relationis. Itaque paternitas reſpicit filiationem. Et ſi conſideretur filiatio, non ſecundum quod dicit ſpecialem rationem, ſed ſolum, vt relatio eſt, tunc paternitas ex ordine ad filiationem, vt ratio eſt, habet rationem genericam relationis. Si conſideretur terminus ſecundum ſpecialem rationem, vt talis relatio eſt talis ſpeciei in ordine ad talem relationem, habet ſpecificam rationem, quia iſte modus reſpiciendi talem filiationem, vt talis eſt, determinat genericam rationem, & conſtituit ſpeciem, ſicut rationale determinat animal, & conſtituit ſpeciem hominis. Hanc concluſionem habet Diuus Thomas prima parte, quæſtione trigeſimaſecunda, articulo ſecundo, in corpore, vbi ſic dicit, quod cum ratio ſpecifica relatiui conſiſtat in hoc, quod ad aliud ſe habet, neceſſe eſt dicere, quod duæ relationes non ſint diuerſæ ſecundum ſpeciem, ſi ex oppoſito vna relatio eis correſpondeat. Oportet enim aliam ſpeciem relationis eſſe domini, & patris ſecundum diuerſitatem filiationis, & ſeruitutis, & inferius. Vnde ſecundum duas relationes filii, & Spiritus Sancti, quibus referuntur ad Patrem, oportet intelligi duas relationes in Patre, quibus referatur ad filium & Spiritum ſanctum. Et probatur rationibus concluſio: Eſſentia relationis in communi eſt reſpicere terminum, ſiue communem, ſiue particularem, ergo penes diuerſum modum reſpiciendi talem terminum, ſeu per talem reſpectum talis termini ſumetur differentia ſpecifica in relationibus. Probatur conſequentia; Nam quia ſcientia ſumit rationem genericam ex obiecto, penes ordinem ad diuerſum obiectum ſpecie reſultat diuerſa ſpecies ſcientiæ, ergo ita in propoſito. Secundò Ariſtoteles quinto Metaphyſicæ, capite de ad aliquid, dicit, idem relatiuum non bis dici, quia ſequeretur, quod haberet duplicem eſſentiam, quia eſſentia relatiui eſt reſpicere aliud, & totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere. Si igitur ſe habet ad duo, habebit duo eſſe, ſeu duas eſſentias, quia de hoc eſſe loqui-

ricã & ſpecificam. *Locus Diui Th. citãdus pro cõcluſione.* *1. Ratio pro concluſione.* *2. Ratio.*

loquitur Ariſtoteles , ergo efficax argumentum eſt , quod ſpecies relatiui ſumatur ab ordine ad terminum vnius ſpeciei , quod ſi reſpiceret duos terminos , eſſet in duobus ſpeciebus , quod non poteſt vni relatiuo competere, ergo &c.

3. Ratio. Præterea: In his , quæ reſpiciunt aliud ex diuerſo termino ſpecie, oritur diuerſa eſſentia, vt patet in omnibus ſpeciebus motus, ſed etiam relatiuum reſpicit aliud, ergo erit diuerſum ſpecie ex diuerſo ordine ad terminum ſpecie diſtinctum , qui reſpicitur ab illo.

4. Ratio. Præterea; Idem eſt conſtitutiuum & diſtinctiuum rei, ſed relatio ab aliis generibus diſtinguitur per reſpectum ad terminum, ergo per illum conſtituitur in eſſe relationis in genere ; ergo & in tali ſpecie conſtituitur per talem reſpectum ad talem terminum ſpecie. Et certè in materia de Trinitate diſtinctionem relationum ex reſpectu ad diſtinctos terminos colligimus, vt paternitatem dicimus diſtinctã à filiatione, quia iſta patrem, illa filium reſpicit, & ſic in aliis, ergo, &c.

Obiectio. Sed dices ; ergo ſpecies relationis ſumitur ex ordine ad duo, ſcilicet, in ordine ad fundamentum & terminum , quod eſt impoſſibile , quia cum iſta ſint termini, non poſſent facere vnum ſpecificatiuũ formale extrinſecum. Et ad hoc explicãdum, & vt dicta à Diuo Thoma ad concordiam reducamus, ſit

3. Concluſ. Specificatio relationũ non eſt tantum ex fundamentis , ſed etiã ex terminis formalibus diſtinctis.

Tertia concluſio ; Relatiua efficienter ſpecificantur à fundamentis , ſed formaliter ex terminis , ſeu ex ordine ad terminos ſpecie diſtinctos. Hæc cõcluſio videtur Diui Thomæ in 3. d. 8. articulo 5. ad 2. Et probatur: nam fundamẽta producunt ſaltem per naturalem reſultantiam relationes terminatas ad tales terminos, & ſpeciem, ergo ſpecificant effectiuè ſeu radicaliter, ſicut de principiis actionum diſputari ſolet 1. 2. q. 1. articulo 3. Et ita ſemper, quod fundamenta ſunt diſtincta in ratione fundamenti , relationes conſequutæ ſunt diſtinctæ penes fundamenta , tanquam penes cauſſam effectiuam. Ceterum , quia ſpecificatio formalis ſumitur ab illo, quod ſe habet, vt forma ; & terminus eſt huiuſmodi, ideo ex ordine ad illum ſumitur vltima differentia, & ſpecies. Dixi, quod ſe habet vt forma terminus: quia non eſt vere forma , quia in nullo genere cauſſæ eſt prior, ſed habet ſe vt forma, quia eſt vltimo reſpectu à correlatiuo. Et hac ratione formaliter concurrit ad ſpecificationem , licet intrinſecè & eſſentialiter ſpecificans ſit ordo ad terminum ſpecie diuerſum.

Varia cauſſæ, quæ concurrunt ad ſpecificationem relationum.

Hinc ſequitur quod, ſi inquiras, quare hæc relatio eſt alterius ſpeciei ab illa, rectè reſpondebimus in genere cauſſæ efficientis reddendo rationem , quia fundatur in alio fundamento ſpecie diſtincto. Et ſi inquiras, quænam ſit relatio formalis, quare hæc relatio ſpecie differat ab illa, reſpondebis, quia habet alium ordinem ad alium terminũ ſpecie diuerſum. Et quare habet iſtum ordinem, quia iſte terminus eſt diuerſus: reddẽdo veluti rationem formalẽ vltimam & extrinſecam , in ordine, ad quam ſumitur ratio formalis intrinſeca. Et hoc voluit dicere Angelicus Doctor, qui nunquam ſibi eſt contrarius.

Alius modus dicẽdi aliorum.

Alii dicunt, fundamentum concurrere in genere cauſſæ materialis neceſſariò requiſitæ ad ſpecificationem , quia relatio, cum ſit minimæ entitatis , requirit fundamenta , quibus innitatur. Et ita ſi fundamenta ſunt diſtincta, & relationes. Itaque ſpecificans formaliter intrinſecè eſt ordo ad terminum ſpecie diuerſum, terminus verò ſpecificat formaliter extrinſecè, quia in ordine ad illum ſumitur ordo ſpecificus formalis, fundamẽtum verò efficienter, vel materialiter modo iam dicto.

4. Concluſ. Quo terminus ſpecificet relationem.

Quarta concluſio . Differentia ſpecifica ſumitur ab ordine ad terminos ſpecie diſtinctos , non materialiter conſideratos, ſed formaliter . Probatur ; nam ad album refertur aliud album relatione ſimilis, & nigrum relatione diſſimilis, & ſi terminus materialiter conſideretur , ſimilitudo , & diſſimilitudo eſſent eiuſdem ſpeciei . Ceterum, quia album terminatur ad aliud album, quatenus ſimile, & ſecundum quod habet relationem ſimilitudinis, & nigrum quatenus

diſ-

Digitized by Google

diſſimile, & ſecundum quod habet relationem diſſimilitudinis, hinc fit, quod ſimile & diſſimile ſpecie differant, quia termini formaliter ſunt ſpecie diuerſi. Et relatio ſimilitudinis in albo fundatur in vnitate albedinis cum alio albo, & diſſimilitudinis relatio fundatur in diuerſitate vnitatis formalis cum nigro, quæ fundamenta ſunt etiam formaliter diſtincta.

5. Concluſ. Duplex terminus relationis, totalis et partialis.

Quinta concluſio: Differentia etiam ſpecifica ſumenda eſt in ordine ad terminum totalem, & non partialem. Ex quo ſequitur, quod filiatio, qua filius refertur ad patrem, & matrem, ſit vna ſpecie, quia pater & mater reſpiciuntur ab illo, vt terminus totalis, & totale correlatiuum, quod quidem colligendum eſt ex fundamentis relationum iſtarum. Relatio enim filiationis fundatur in genito eſſe, & quia ad genitum eſſe requiritur Mater & Pater, hoc eſt, maſculus & fæmina, vt vnum principium totale generationis, inde fit, quod filius referatur ad patrē & ad matrem, vt ad vnum terminum totalem. Nam totalitas termini colligenda eſt ex fundamento totali. Et ſicut actio patris & matris (ſiue actiuè ſiuè paſſiuè concurrat) requiruntur, vt vna totalis cauſſa, vt reſultet relatio paternitatis, & maternitatis, hinc fit, quod etiam paternitas, & maternitas terminent, vt vnus terminus totalis. Et facere vnum totale extremum non eſt, quod vna relatio ſit pars alterius relationis, ſed quod terminent reſpectum filii, ex eo, quod filius ad ſui productionem matrem, & patrem requiſiuit, & ſi deficiat mater, refertur filius ad patrem, quia non deficit tota ratio termini, & reſpicitur à filio, vt principium actiuum ſuæ generationis. Et deficiente patre refertur ad matrem, vt ad principium paſſiuum ſuæ generationis, ſeu ad relationem, vt fundatam in tali ratione. Hinc etiam colligitur, quomodo duæ relationes ſpecie differentes, quales ſunt paternitas & maternitas, poſſint habere pro termino vnam relationem ſolam vnius ſpeciei, quia iſtæ ſunt relationes fundatæ ſupra actiones, quæ concurrunt, vt vnum totale principium filii, & ita poſſunt habere vnum terminum vnius ſpeciei, qui eas terminet, maximè, quia eas terminat diuerſimodè. Nam pater terminatur ad filium, quatenus fuit ab ipſo productus taliter actiuè, ſcilicet, mater terminatur ad filium, quatenus fuit paſſiuè ab ipſa productus. Et ita idem filius ſecundum aliū, & alium reſpiciendi modum terminat duas relationes ſpecie differentes. Sicut ſolemus dicere, quod ens, quatenus per diſcurſum eſt cognoſcibile, eſt obiectum intellectus noſtri, & quatenus eſt ſine diſcurſu cognoſcibile, eſt obiectum intellectus angelici; ita eadem relatio filii diuerſimodè reſpecta terminat duas relationes ſpecie diuerſas. Et iſtum diuerſum modum reſpiciendi colligimus, & explicamus ex fundamentis. Et ſi dicas, quod D.Tho. ſupra ad vltimum dicit, in filio eſſe duplicem relationem ſecundum rationē, licet ſit eadem ſecundum rem; ergo filiatio, quatenus terminat relationem patris, diſtincta eſt formaliter à ſeipſa, quatenus terminat relationem matris.

Inſtātia in D. Thom.

1. Reſpōſio.

Reſpondetur, D.Thom. velle, quod eſt duplex filiatio ſecundum rationē, quia intelligimus nos duos reſpectus diuerſos terminari ad illam, ex quibus reſultat duplex terminatum eſſe: Et ita reſultat duplex ens rationis ex illa terminatione, & duplex ratio terminati eſſe. Non verò vult, vt ratio terminandi paternitatem ſit alia formaliter à ratione terminandi filiationem, quia hæc eſt eſſentia filiationis, quæ vna eſt ſpecie.

2. Reſpōſio.

Secundò reſpondetur, quod vult dicere, quod eſt duplex ſecundum rationem, ideſt, quod apprehendimus nos illam, vt duas relationes, propterea quod duas relationes terminet. Præterea infertur ex dictis, falſam eſſe illorum opinionem, qui dicunt maternitatem & paternitatem eſſe eiuſdem ſpeciei. Et probatur. Conſequuntur ad diuerſa fundamenta, ergo differunt ſpecie, vt patet ex prima concluſione. Et præterea, quia habent diuerſos effectus formales, ſecundum ſpeciem: nam

eſſe

Digitized by Google

Controuer. An paterni tas & maternitas ſint eiuſdẽ ſpeciei. eſſe patrem eſt effectus paternitatis, & eſſe matrem eſt effectus maternitatis, & pater non eſt mater, nec e conuerſo, ergo, &c. Et ita tenet angelicus doctor in tertia parte, vbi ſupra. Infertur præterea falſam eſſe illorum opinionẽ, qui di- *Controuer. An in filio ſint duæ relationes diſtinctæ, quarũ vna referatur ad patrẽ, alia ad matrẽ.* cunt in filio eſſe duas relationes diſtinctas ſpecie, vt terminet relationes maternitatis & paternitatis ſpecie diſtinctas, quia in filio non eſt niſi vnicum fundamentum vnius ſpeciei, ſcilicet, eſſe genitum, ergo ſolum reſultat vna relatio vnius ſpeciei ex hoc fundamento. Nec valet dicere, mortuo patre adhuc terminatur filius ad matrem, ergo per alium reſpectum. Reſpondetur, quod per eundem reſpectum terminatur, quia non fuit ablatus totalis terminus, ſicut mortuo vno filio pater, quia habet multos filios, eodem reſpectu terminatur ad alios, quia non fuit adæquatus terminus ablatus. Sequitur præterea, falſum eſſe, dicere, eſſe duas relationes filiationis numero diſtinctas, quibus filius refertur ad patrem & matrẽ. Nam relatio numero diſtinguitur penes ſubiectum, & cum ſit idem ſubiectum, non poſſunt multiplicari relationes numero. Et præterea, quia fundamentum ſolum eſt vnum, ſcilicet, genitum eſſe, ergo non poſſunt relationes numero multiplicari, non multiplicato *Error Suarez.* fundamento. Vnde Suarez falſum dicit, diſputatione quadrageſima ſeptima, ſectione ſeptima, numero vigeſimo quarto; qui dicit eſſe plures relationes numero diſtinctas in filio ad patrem & matrem, & quæ ſolum ratione ratiocinata diſtinguuntur. Implicat enim eſſe numero diſtincta, & non niſi ratione ratiocinata diſtingui, quia diſtinctio numerica eſt ſecluſa operatione intellectus, indiuidua enim realia non fiunt per operationem intellectus habente fundamẽtum in re. Maximè quia fallitur, dum exiſtimat, abſolutum & relatiuum non diſtingui, niſi ratione ratiocinata, de quo ſtatim diſputabo. Ex hac concluſione etiam vltimò colligitur, quomodo relationes multiplicentur ſecundum ſpeciem, quia multiplicantur ex terminis ſuppoſita diuerſitate fundamentorum, quia vna relatio non poteſt ad duos terminos ſpecie diuerſos referri, aliàs idem bis diceretur, quod eſt contra Ariſtotelem, vbi ſupra.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. 1. Solutio. AD primum reſpondetur ex vltima concluſione, habent enim eundem terminum ſpecie, quia illæ relationes fundantur in actionibus, ſeu in actione & paſſione neceſſariò requiſitis ad productionem filii, & ita terminantur ad vnam relationem ſpecie. Vel ſecundò *2. Solutio.* dicitur, quod diuerſimodè reſpicitur filius à patre & matre, à patre, vt à principio actiuo, à matre vt à principio paſſiuo.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod habent eundem terminum materialiter, non formaliter.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod relatio ſumit ſpeciem intrinſecè, ex ordine ad terminum, quia eſt aliquid reale, licet terminus formalis aliquando ſit aliquid rationis, vt patet in relationibus tertii ordinis. Et hoc non inconuenit, nam cognitio entis rationis extrinſecè ſpecificatur ab ente rationis, intrinſecè autem ab ordine ad illud, qui ordo realis eſt. Et ad hoc, quod ſpecificetur extrinſecè, non eſt neceſſe, quod formaliter exiſtat, ſed ſat fuerit, quod ſit fundamentum proximum ſuæ exiſtentiæ, & quod poſſit ab intellectu apprehendi, vt terminus formalis illius reſpectus. Et ita, quando dicimus, quid eſt creatura, dicimus eſſe, quæ refertur ad Dominum. Vbi formalis terminus eſt relatio rationis, & neceſſariò ponendus in definitione, & logica ſpecificatur ab ente rationis extrinſecè, quod non exiſtit niſi operante intellectu.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod non eſt cauſſa formalis vnum relatiuum reſpectu alterius, ſed eſt terminans reſpectum alterius, & ita ſe habet, ac ſi eſſet cauſſa, quia ita terminat.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod relatio creaturæ non terminatur ad Deum vt ſic, vt probat argumentũ, ſed ad Dominum. Si autem terminatur ad Deum, vt eſt proximum fundamentum relationis dominii, hoc eſt materialiter, & non formaliter.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quod fundamenta ſpecificant cauſſaliter, non formaliter, vt dictum eſt in prima concluſione. Et per hoc patet ad ſeptimum *Ad 7. arg.* argumentum, nam in illo priori intelligimus radicem ſpecificationis, non formalem ſpecificationem. Et per tertiam concluſionem patet ad octauum *Ad 8. arg.* argumentum.

Ad 9. arg. Ad nonum reſpondetur, quod relatio prædicamentalis ex propria natura relationis prædicamentalis habet eſſe ens reale, vt diſtinguitur contra ens rationis, in genere vero cauſſæ efficientis & materialis proximè habet exiſtentiam à fundamento, quia reſultat à fundamento. Et quando D.Thom.& alii authores graues dicunt, quod relatio habeat ſuam realitatem à fundamento, intelligunt cauſſaliter, ideſt, ſua realitas cauſſatur ex fundamento. Quæ autem conditiones requirantur, vt relatio ſit realis, iam dicam.

QVÆSTIO XLIII.

Vtrum relatio habeat vnitatem indiuidualem ex ſubiecto.

NOLO in præſenti quæſtione diſputare de principio indiuiduationis, ſed præciſè de relationibus inquirere, an indiuiduationem & vnitatem numericam habeant à termino, an à fundamento, & ſubiecto. *Controuer. 1. Opinio Suarez.* In hac quæſt. Suarez diſputatione 47.ſect.17.nume.16.incunctanter affirmat, plures relationes ſolo numero differentes eſſe poſſe in eodem ſubiecto, quæ reſpiciant diuerſos terminos, vt duæ paternitates in eodem patre, quæ reſpiciant duos filios, eſſe poſſunt. Et hanc ſententiam his mediis probat, & ſit primum argumentum: *1. Argum. Pro Suarez.* Nam effectus formalis vnius non eſt omnino ſimilis effectui formali alterius relationis: ergo bene poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Antecedens patet: quia vna paternitas facit hominem eſſe patrem huius filii, & alia eſſe patrem alterius; Cõſequentia probatur, quia quando duo accidentia non ſunt omnino ſimilia, bene poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Et *Confirm. 1.* confirmatur hoc argumentum; Nam poſito vno filio ponitur vna relatio, quæ omninò pendet ab illo, addito verò alio termino additur alius reſpectus, qui poteſt omnino eſſe ſine priori, & hac ratione eſt alius, ergo, &c. Et confirmatur ſecundò; *Confirm. 2.* Nam poſito primo filio, ille eſt totalis terminus & adæquatus paternitatis, ergo, ſi ponatur alius terminus, ponendus eſt alius reſpectus. Conſequentia patet, quia reſpectus non poteſt extendi vltra adæquatum terminum. Sed antecedens probatur; quia actio generandi primum filium fuit adæquata generatio illius filii, & nullo modo alterius filii: ergo relatio terminatur ſolum ad primum filium, & non ſecundum.

2. Argum. Secundò; nam ad hoc quod Petrus refertur ad primum filium, egebat relatione & reſpectu, ergo, vt referatur ad ſecundum, hac agebit etiam. Patet conſequentia, quia eſt eadem ratio. Et præterea probatur conſequentia, quia per primam relationem erat pater Petri, & non erat pater Franciſci, ergo, vt ſit pater Franciſci, aliam requirit relationem.

3. Argum. Tertiò; nam mortuo primo filio iam in paternitate non eſt reſpectus ad illum, & antea erat reſpectus, ergo deperdit illa paternitas aliquem reſpectum, & cum non componatur ex pluribus reſpectibus, fit conſequens quod ad primum filium referebatur vna relatione, quæ deperditur, & ad ſecundum, alia, quæ manet. Et confirmatur hoc argumentum. *Confirm.* Nam reſpectu ad primum filium poteſt eſſe ſine reſpectu ad ſecundum, & ſecundus ſine reſpectu ad primum,

mum, ergo ſunt realiter diſtincti. Probatur conſequentia, quia, quando duo ita ſe habent, vt vnum ſine alio eſſe poſſit, & e conuerſo realiter diſtinguuntur. Sed antecedens probatur, quia mortuo primo filio manet reſpectus ad ſecundum in patre, & mortuo ſecundo, manet reſpectus ad primum, & ille reſpectus eſt relatio, ergo ſunt duæ relationes paternitatis in patre. *Modus dicendi quorundam.* Aliqui dicũt, quod præexiſtens reſpectus augetur, vt terminetur ad ſecundum filium, ſicut augetur habitus ſcientiæ, vt terminetur ad ſecundam concluſionem. Et iſti ita hoc opinantur, ne multiplicentur relationes in eodem ſubiecto. *Alius modus dicendi aliorum.* Alii dicunt, quod, quando Pater genuit primũ filium, referebatur relatione vna paternitatis ad illum: quando verò genuit ſecũdum, deſtruitur prima relatio, & producitur alia, qua refertur ad duos filios, & quando generat tertium deſtruitur præcedens & producitur alia, qua refertur ad tres filios, & ſic deinceps. Et ita dicunt de relatione filiationis ad patrem & matrem, & ſi moriatur pater, producetur alia relatio in filio, qua referatur ad matrem præcisè. Et probatur iſta ſententia, & ſit

4. Argum. Quartum argumẽtum. Nam bene poteſt vna relatio ad plures terminos, qui faciunt adæquatum & indiuiſibilem, referri, vt genus ad plures ſpecies, quaternarius ad binarium relatione dupli ad duas vnitates refertur, & totum ad omnes ſuas partes, ergo ſimiliter erit dicendum de relatione paternitatis ad multos filios, ex eo, quod plures relationes numero ſolo differentes non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, nec vna poteſt referri ad vnum filium modò, & poſtea ad duos.

5. Argum. Quintum argumentum. Accidentia reſpectiua differunt ab abſolutis, ergo etiam in modo indiuiduationis differre debent, ſed abſoluta indiuiduantur penes ſubiectum, ergo reſpectiua penes terminos, & ita, ſi fuerint plures termini ſolo numero differentes, poterunt in ſubiecto, quod refertur, eſſe plures relationes ſolo numero differentes, quia indiuiduantur penes ordinem ad terminos. Et confirmatur hoc: Nam ſpecificantur penes ordinem ad terminos, ergo indiuiduabuntur penes ordines ad terminos materiales, quia vtriuſque eſt æqua ratio.

6. Argum. Sextò. Multa accidentia ſunt, quæ differunt numero, & ſunt in eodem ſubiecto, ergo idem dicendum erit etiam de rationalibus. Antecedens patet; nam duæ ſpecies viſibiles Petri & Pauli ſolo differunt numerò, & ſunt in eadem potentia viſiua Petri, & ſunt in eodem puncto aeris, quando veniunt ad potentiam viſiuam. Et actus caritatis in Chriſto Domino, qui regulabatur ſcientia infuſa & viſione beata, erat eiuſdem ſpeciei, & tamen erant iſti actus in eodem ſubiecto, & in eadem voluntate, ergo, &c. Vide alia argumẽta in Caiet. tertia parte, quæſt. 35 articulo quinto. Iſtis argumentis multi conuincuntur, vt teneant, duo accidentia ſolo numero differentia maximè reſpectiua eſſe poſſe in eodem ſubiecto. Et hac via tendit Scotus, & multi illum ſequuti in tertio, diſtinct. octaua, & in primo, diſtinct. tertia, quæſt. ſexta, & qui diſcedunt à D. Thom. hiſce temporibus, illam maximè amplectuntur, ſed ſine ratione. *Phantaſia Aſturicenſis contra D. Thom.* Ego verò magis miror, ſapientiſſimum Magiſtrum fratrem Ioannem Vincentium in Relectione de gratia Chriſti, folio 416. in fine paginæ, aſſerere, duo accidentia ſolo numero differentia reperiri poſſe in eodem ſubiecto, ſi ſint reſpectiua, vnde actus dilectionis Dei cogniti lumine gloriæ, & cogniti lumine ſcientiæ infuſæ ſunt in eadem Chriſti voluntate, & tamen ſolo numero differunt. Et idem dicit de actu dilectionis Dei, & proximi, quando à virtute caritatis procedunt, qui ſolo numero differunt, & ſunt in eodem ſubiecto. Et loquitur, quando diſtinctis actibus Deus & proximus diliguntur, non quando vno actu. Nihilominus pro D. Tho. & veritate defendenda,

Deciditur

Digitized by Google

Deciditur quæſtio.

2. Opinio Auctoris. Concluſ. SIt concluſio; Omnia in vniuerſum accidentia habent diſtinctionem numericam ex ordine ad ſubiectum particulare. Vnde duo accidentia, ſiue reſpectiua ſint ſecundum eſſe, ſiue ſecundum dici, ſiue abſoluta, non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſi ſolo numero differant. *Duo accidentia ſolo numero diſtincta, abſoluta vel relatiua non queunt eſſe in eodẽ ſubiecto.* Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ prima parte, quæſtion. 39. articulo tertio, in corpore, vbi ſic dicit: Accidentia autem, ſicut eſſe habent in ſubiecto, ita ex ſubiecto ſuſcipiunt vnitatem, vel multitudinem. Et tertia parte, quæſtion. 35. artic. 5. in corpore ita dicit: Et quia plures formæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto, nõ eſt poſſibile, quod ſint plures paternitates in eo, qui eſt pater plurium filiorum. Hoc expreſsè etiam docet in prima, diſtinct. 8. quæſt. 1. articu. 2. in corpore. Et poſſem innumera loca ex Diuo Thom. pro hac ſententia adducere, ſed dicta ſufficiant. Et probatur concluſio rationibus. *1. Ratio pro concluſione.* Primò: Nam omnis diſtinctio accidentis eſt penes materiam, vel penes formam, ſi eſt penes formam, eſt diſtinctio formalis & ſpecifica, ſi penes materiam, eſt diſtinctio numeralis, & indiuidualis: (& accipimus materiam largo modo pro ſubiecto accidentium) ergo ſi ponantur duæ paternitates in eodem ſubiecto & diſtinctæ, vel diſtinguuntur penes aliquid, quod eſt formale in ipſis, & ſic erit diſtinctio ſpecifica, vel penes aliquid, quod eſt materiale, & ſic erit diſtinctio materialis & indiuidualis. *Solutio.* Dices, hæc duo accidentia reſpectiua, ſcilicet, duæ paternitates, diſtingui penes aliquid materiale, ſcilicet, penes duos filios, qui ſint aliquid materiale. *Impugnat.* Contra: Nam materia in accidentibus eſt illud, quod concurrit ad eſſe indiuiduale in genere cauſſæ materialis ſuſtentans eorum eſſe, ſed termini dicti non hoc modo concurrunt, ergo non ſunt cauſſæ materiales diſtinguentes materialiter. Præterea: Nam accidentia iſta, ſcilicet, duæ paternitates ſuam indiuiduationẽ in ſe habere debent, & illam debent de ſumere in ordine ad aliquid extrinſecum. *2. Ratio.* Tunc ſic argumentor; A quo eſſe habent paternitates, debent habere diſtinctionem, ſed eſſe habent à ſubiecto, ergo & à ſubiecto debent habere diſtinctionem, ſed eſſe habent numericum à ſubiecto, ergo & à ſubiecto debent habere diſtinctionem numericam; & nullo modo habent eſſe indiuiduale à terminis, quia termini non cauſſant eſſe relationum in nullo genere cauſſæ, ergo nec indiuiduationem poſſunt in aliquo genere cauſſæ producere. Præterea; Nam videmus hãc albedinem eſſe vnam numero, quia eſt in hoc ſubiecto, & illam eſſe alteram numero, quia eſt in alio ſubiecto; ergo ſimiliter hoc dicendum eſt de paternitatibus. *3. Ratio.* Sed vide ſapientiſſimum Magiſtrum Bannes, libro primo de Generatione latiſſimè hanc quæſtionem tractantem. Præterea; nam ſi quodlibet extremum materiale exigit ſuam materialem relationem, ſequitur, quod in vno albo ſint ferè infinitæ relationes ſimilitudinis, quia multiplicantur alia ſimilia materialiter ferè in infinitum, & quis hoc credet? *4. Ratio.* Præterea, vna relatio numero non poteſt eſſe in duobus ſubiectis totalibus, & iſti maximè hoc affirmant, ſed ſi ſuam vnitatem numeralem acciperet à termino, bene poſſet eſſe: ergo ſi non poteſt, ex eo eſt, quod vnitatem numeralem ſumit à ſubiecto, & ita vnum accidens, quia habet vnam vnitatem, vnum ſubiectum debet habere. *5. Ratio.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod deſumptum eſt ex Scoto, ſicut & reliquæ confirmationes, & dicitur, quod non ſint duæ paternitates in eodem ſubiecto, quod habet plures filios, & ita non eſt effectus formalis vnius & alterius. *Ad 1. conf.* Ad primam confirmationem

nem reſpondetur, quod vna & eadem relatione pater ad plures filios refertur, & ita non additur noua relatio, nec reſpectus adueniente ſecundo filio, ſed primus reſpectus, vel prima relatio ſe extendit ad ſecundum filium, quia eſt eiuſdem rationis cum filio in ratione filii, & ab eodem homine genitus, & ſe extendit nihil de nouo acquirendo, ſed per hoc ſolum ſe extendit, quod per alium genuit filium, nec intenditur nec augetur per additionem noui reſpectus, hæc enim omnia ſunt per illa, ſed eodem reſpectu exiſtente poſita generatione ab eodem ſubiecto re-
Obiectio. ſpicitur ille nouus filius. Et ſi dicas, quod relatio debet eſſe ſimul natura cum ſuo termino, ſed cum ſecundo fi-
Solutio. lio non eſt ſimul natura, ergo, &c. Reſpondetur, quod debet intelligi debere eſſe ſimul natura cum termino ſuo, ſiue adæquato, ſiue cum parte materiali illius, ita vt ſit ſemper verum dicere, pater eſt filii pater, & filius eſt patris filius: non verò eſt neceſſe, vt ſit ſimul natura cum qualibet parte inadæquata il-
Ad 2. conf. lius termini. Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, quod primus filius non eſt terminus adæquatus huius relationis paternitatis, ſed terminus adæquatus eſt filius productus ab iſto homine, ſiue vnus, ſiue plures, & paternitas producta per generationem primi filii eſt ſufficiens forma referendi ſubiectū ad omnem filium, quod ſi non refert ad plures filios, eſt, quia non ſunt produ-
Ad prob. cti ab iſto homine. Et ad probationem, quod generatio primi filii ſit adæquata generatio illius filii, & nullo modo alterius, verum eſt, ſed produxit relationem, quæ iam ſemel producta omnem huius hominis filium reſpicit. D. Tho. dicit ſupra dicto articu. 5. quod requirit aliam cauſam, ſcilicet, generationem alterius filii, vt referatur: intelligitur vt in actu ſecundo dicatur ad omnem filium, quia iam erat reſpectus poſitus, ſecundum quem hic pater omnem filium à ſe genitum reſpicere poteſt.

Ad 2. arg. Et per hoc patet ad ſecundum argumentum. Ad hoc enim, quod referretur ad primum filium, egebat forma, ſed iam producta paternitate non eget alia paternitate, vt referatur ad ſecundum filium, ſed eadem paternitate refertur: requirit tamen nouam cauſſam, hoc eſt, nouam generationem, vt ſit terminus ſecundus, ſcilicet, filius ſecundus, quo poſito, reſpicitur ab eadem relatione. Et ſicut, quando pater eadem numero generatione duos, vel tres producit filios, vna dumtaxat relatione refertur, quia ſolum eſt vna generatio, eodem modo, quando plures filios ſucceſſiuè genuit, vnica ſolum relatione refertur ad illos.

Ad tertium reſpondetur, quòd mor- *Ad 3. arg.* tuo primo filio non reſpicitur filius in actu ſecundo, hoc eſt, non terminatur paternitas ad illum, tamen idem reſpectus manet, quātum eſt ex parte ſua potens referre ad illum, ſi ſit. Ad cōfirma- *Ad confir.* tionem reſpondetur, quod nō ſunt duo reſpectus, quo primus filius reſpicitur, & ſecundus, ſed vnus met, qui non terminatur in actu ſecundo ad filium mortuum, licet de ſe ſit ſufficiens illum reſpicere, ſi ſit.

Ad quartum argumentum reſponde- *Ad 4. arg.* tur, quod illa reproductio relationū eſt ridicula, & ſine cauſa dicta. Nam prima & ſecunda relatio, ſi ab iſtis ponuntur, non habent oppoſitionem, & ita non ſe deſtruerent, maximè quia ſufficiens eſt vna relatio ad referendum ſubiectum ad omnes, quos produxerit filios.

Ad quintum reſpondetur, quod quā- *Ad 5. arg.* uis in ſpecie & genere differant, non tamen differūt in modo indiuiduationis, quia cum omnia habeant eſſe in ſubiecto, ab illo debent habere indiuiduationem. Ad confirmationem, negatur con- *Ad confir.* ſequētia, quia enim totum ſuum eſſe eſt ad terminum, in ordine ad illum ſumit ſpeciem. Indiuiduatio verò eſt vnitas materialis, & ita debet ſumi à ſubiecto, quod eſt quid materiale reſpectu illius, & à quo habet eſſe. Reſpectus verò ad terminum eſt quid formale in relatione, & ita eſt diuerſa vtriuſque ratio.

Ad ſextum argumentum va iæ ſunt *Ad 6. arg.* ſolutiones. Modò reſpōdetur, quod quēadmodum cognitio Petri & Pauli ſpe- *Doctrina* cie differunt, quia Petrus & Paulus in *pulcra.* ratione obiecti ſpecie differunt, licet nō in ratione hominis, ita etiam ſpecies viſibiles

viſibiles Petri, & Pauli, ſeu huius & illius albedinis ſpecie differunt, quia repræſentant obiecta ſaltem virtute. quæ in ratione cogniti ſpecie differunt, & in ratione obiecti, licet non in genere rei. Aliquid enim aliud cognoſcitur per vnam ſpeciem, quod non cognoſcitur per aliam, quia conditiones indiuiduantes ſunt diuerſæ, & ita obiectum in ratione obiecti differt ab alio ſpecie.

Ad argumētū Aſturicenſis. Ad argumentum Vincentii opinantis contra D. Thom. reſpondetur, quod illi duo actus non differunt ſolum numero, ſed etiam in genere moris ſunt diuerſi, quia vnus eſt liber, & alter neceſſarius. Et dilectio Dei & proximi, licet in ordine ad caritatem ſint vnius ſpeciei, etiam habent aliam differentiam, quia obiecta materialiter, differunt pluſquam ſpecie, ſcilicet Deus & proximus. Et ita illi actus non ſolo numero differunt. Secundò reſpondetur, quod, quando diligitur Deus, & proximus ita, vt Deus expreſsè ſit ratio diligendi proximum, non ſunt duo actus, ſed vnus actus ſolum, ſicut quando videtur color propter lumen. Sed de his ſecunda ſecundæ, in materia de caritate. Et quando proximus ſolus diligitur, & virtualiter propter Deum, eſt alius actus numero, quia ſit in alio tempore.

QVÆSTIO XLIV.

Quæ conditiones requirantur, vt aliqua relatio ſit realis.

Et primò agemus de conditionibus neceſſariis ad relationem non mutuã; poſtmodum de his, quæ requiruntur ad mutuam relationem realem. Vnde dico primum, quod, vt ſit relatio realis non mutua, non requiritur, quod extremum ad quod dicitur, ſit aliquid reale pro formali. Probatur in relatione creaturæ ad Dominum, quæ eſt relatio realis, & tamen eſſe Dominum formaliter eſt aliquid rationis. Et beatiſſima Virgo Maria noſtri ordinis ſingulariſſima protectrix, verè refertur relatione reali ad ſuum filium, quia eſt verè Dei genitrix, & tamen Chriſtus, vt Filius Virginis, non dicit realem relationem ad Virginem beatiſſimam, licet realiter ſit Filius Virginis ſanctiſſimæ. *1. Concluſ.*

Secundò dico; Ad relationem realẽ non mutuã requiritur dependẽtia vnius extremi ab alio, & non è conuerſo, vt patet in relatione dominii, nam creaturæ dependent à Deo, & non è contra, & in relatione ſcientiæ ad ſcibile, vbi ſcientia dependet à ſcibili, & non è conuerſo. *2. Concluſ.*

Dico tertiò; Requiritur, vt relatio realis non mutua detur, quod extrema ſint aliquid reale exiſtens, vt patet ex dictis ſuperius, quia inter ens & nõ ens non poteſt eſſe relatio realis. Et hæc realitas in non mutuis relationibus requiritur ſaltem in re, quæ denominari debet relatiuum, vt in Deo, & in ſcibili, licet formalis relatio dominii ſit aliquid rationis. Quantum attinet ad relationem realem mutuam, requiruntur omnes iſtæ conditiones. Prima eſt; quod fundamentum in ipſis extremis ſit aliquid reale, & extrema exiſtentia, defectu cuius Adam & Antichriſtus non referuntur niſi relatione rationis, quia non ſunt exiſtentia. Nam ſi relatio eſt, ergo omnia requiſita ſunt, ergo terminus eſt, quia eſt vnum ex requiſitis ad relationem realem, maximè, quia relatio realis eſt ordo realis; ſed inter non entia non poteſt eſſe realis ordo. Hanc conditionem ponit D. Thom. 1. Sententiarum d 30. quæſt. 1. articulo 1. in corpore & d. 26. quæſt. 2. articu. 1. de veritate, quæſt. 1. articu. 4. ad 15 Quod verò requirantur fundamenta realiter exiſtere, probatur; quia relatio & fundamentum ſunt idem realiter in vna opinione, ergo, vt ſit relatio realis, fundamentum debet eſſe reale, quia nõ poteſt ens reale identificari cum ente rationis. Et præterea; Quia in omni opinione relatio inhæret ſubiecto mediante fundamento; ſed ſi fundamentum non ſit reale, non poteſt illo mediante inhærere, imò neceſſariò debet eſſe aliquid ratio- *3. Concluſ.* *Quot conditiones requirantur ad relationem realẽ mutuam.* *1. Cõditio.*

rationis, quia relatio non poteſt eſſe maioris entitatis, quam ſuum fundamentum. Actio vero, quæ eſt ratio fundandi, ſeu paſſio, nõ requiritur, vt ſemper exiſtat, ſed ſat fuerit, quod deduxerit fundamentum ad actum ſecundum, vt patet in relatione paternitatis, vbi potentia generatiua eſt fundamentũ, generatio eſt ratio fundãdi, ſeu cõditio, & non perſeuerat cũ relatione, ſed deducit ad actum ſecundum potẽtiam generatiuã. Et de hoc poſtmodum dicemus.

2. Cõditio. Secunda conditio eſt, quod fundamenta ſint realia, & realiter diſtincta, & non eſt neceſſe, quod ſint realiter diſtincta tanquam res à re, ſed ſat fuerit, quod ſint realiter formaliter diſtincta. Verbi gratia, in ſpeciebus qualitatis, quæ non diſtinguuntur realiter, tanquam duæ res realiter diſtinctæ, vt Petrus, & Paulus, ſed diſtinguuntur actu formaliter, vt duæ formalitates, vt ſunt paſſio & paſſibilis qualitas, eſt relatio realis diuerſitatis, quia ſecluſa operatione intellectus ſunt duo extrema, ſcilicet, illæ duæ ſpecies realiter diſtinctæ, & fundamentum eſt diuerſum, ſcilicet diuerſæ vnitates ſpecificæ in vtraque. *Duo modi dicẽdi aliorum.* Alii ponunt exemplum inter albedinem, & ſimilitudinem, inter quas eſt relatio diuerſitatis in natura ipſarum. Alii dicunt, hæc extrema debere eſſe diſtincta tanquam res à re, quia ſi eſt relatio realis, ergo eſt inter duo entia, ſed illa nõ ſunt duo entia, ergo, &c. Reſpondetur nihilominus, quod ibi ſunt duo entia formaliter diſtincta, quod ſufficit ad veram relationem realem.

3. Cõditio. Requiritur tertiò, quod ſint extrema eiuſdem ordinis, id-eſt, ad inuicem ordinabilia; ſine hoc enim non poteſt eſſe relatio realis mutua. Sed in relatiuis fundatis in quantitate intelligitur hoc, quia ſunt vel eiuſdem rationis ſpecificæ qualitates, vel quantitates, vel geneticæ; in relatiuis ſecundi ordinis, quæ fundantur in actione & paſſione, intelligitur hoc, hoc modo, quia ſicut agens perficitur agendo vel introducendo aliquam formam, in qua conſeruat ſuam naturam, vel tribuendo aliquod eſſe, quod eſt perfectio, ita patiens perficiatur patiendo, vel recipiendo eſſe aliquid. Vnde quando relatiua non ſunt hoc modo eiuſdem ordinis, non eſt relatio mutua ex vtraque parte. Et ita, quia creatura perficitur per creationem, & recipit eſſe, & Deus non perficitur, nec recipit eſſe aliquod creando, creatura refertur relatione reali ad Deum, & Deus non refertur relatione reali ad creaturam. Hanc conditionem ponit D.Tho. prima parte, quæſt. 28. articulo primo, in corpore. *Locus D. Thom. pulcher.* Vbi ſic dicit, quod, quando aliquæ res ſecundum ſuam naturam ſũt ad inuicem ordinatæ, & in inuicem inclinationem habent, huiuſmodi relationes oportet eſſe reales. Sicut in corpore graui eſt inclinatio & ordo ad locum medium, & ita reſpectus quidam eſt in ipſo graui reſpectu loci medii. *Explicatio ex Caietano.* Explicat Caiet. hunc ordinem non de ordine formali, ſed fundamentali: aliàs nihil probaret D. Thom. Itaque res, quæ ſecundum fundamenta ad inuicem ordinatæ ſunt, habent inter ſe formalem, & mutuum ordinem relatiuum. Et dicit, fundamenta eſſe ad inuicem ordinata, quando eſt eadem cauſſa in vtroque extremo referendi vnum ad alterum. Eſt autem eadem cauſſa, quia in relatiuis primi modi eſt identitas ſpecifica in cauſſa. In relatiuis ſecundi modi pertinentium ad actionem & paſſionem eſt identitas quaſi ſpecifica, ſeu formalis, quia vtrinque cauſſa, id eſt, fundamentũ eſt perfectio propria, quamuis in agente, vt habeatur; in patiente, vt conſeruetur. Hanc eandem conditionem ponit D.Tho. 1.p.q.13. art.7. vbi etiam ponit conditionẽ præcedentem. *Alia explicatio ex aliis.* Aliã explicationẽ adhibent alii huius cõditionis, dicentes, quòd relationes reales & rationis differunt ex natura rei penes hoc: quod relationes reales cõſequuntur ex natura rei extrema realiter diſtincta, & inuicẽ ordinata ſuapte natura ſecundũ aliquã habitudinẽ cõuenientiæ, aut diſcõuenientiæ, cauſſæ & cauſſati, aut aliã ſimile independenter ab operatione intellectus. Relationes autẽ rationis nõ ſequũtur fundamenta ex natura rei ordinata ad inuicem, ſed tantum ex apprehenſione intellectus. Et relationes non mutuæ

ſunt, quando ex altero extremo tantũ eſt huiuſmodi independentia.

4. Conditio. Quarta conditio eſt, quod fundamenta diſtinguantur realiter in ipſis extremis, defectu cuius conditionis relatio ſimilitudinis in diuinis perſonis eſt relatio rationis, quia fundamentum ſimilitudinis, quod eſt vnitas diuinæ eſſentiæ, eſt idem in illis, quia eadem diuina eſſentia ſingulariſſima eſt in omnibus tribus perſonis, & nullo modo diſtincta realiter, nec formaliter. Vnde, ſi duo homines per impoſſibile haberent eandem albedinem, non eſſent ſimiles in albedine ratione realis ſimilitudinis. Et relatio æqualitatis in diuinis eſt etiam relatio rationis, quia eſt eadem eſſentia in illa. Itaque Filius ſimilis eſt Patri, & æqualis Patri, & è cõuerſo; ſed relatio ſimilitudinis eſt aliquid rationis. Hanc conditionem ponit Diuus Thomas, quæſtione quadrageſima ſecunda, articulo primo, in prima parte, & quæſtione 28. articulo quarto, ad quartum argumentum expreſsè.

Quæ conditiones requirantur ad relationes rationis. Ad relationem rationis requiruntur aliqua, quæ ex defectu ſupra dictarum conditionum colliguntur: Nam ſi extrema non exiſtant, erit relatio rationis. Vnde Adam & Antichriſtus referuntur relatione rationis prioris & poſterioris: & ego, & Antichriſtus eadem ratione referimur relatione rationis, quia per intellectum debent ſuppleri extrema, vel alterum illorum, & ſi non ſint realiter diſtincta, erit etiam relatio rationis. Et ita Petrus, etiamſi exiſtat, ad ſe ipſum refertur relatione rationis, quia non exiſtit diſtinctus à ſeipſo, & ſcibile ad ſcientiam refertur relatione rationis, quia in ſcibili non eſt fundamentum reale. Hæc multum notanda ſunt pro natura relationum intelligenda, quæ magis in ſubſequentibus examinabuntur.

Corollariũ primum. Ex his ſequitur primò, quod inter Petrum & Paulum, etiamſi haberent eãdem albedinem in ratione ſimilis, in albedine non eſſet realis relatio, vt dictũ eſt, ſed nec etiam eſſet realis relatio in ratione ſimilium in vnione ad albedinẽ. Dicit enim Suarez diſpu. 47. ſectione 9. in fine, quod Petrus & Paulus tunc eſſent ſimiles ſimilitudine reali, quæ eſſet relatio, quia quamuis in fundamento non ſit ſimilitudo realis in albedine, cum ſit eadem, eſſet tamen ſimilitudo realis in vnione ad albedinem, quia, ſicut Petrus vnitur albedini eidẽ, ita Paulus vnitur eidem albedini, & in hac vnione eſt ſimilitudo, quæ eſt relatio realis. Ceterum non hoc mihi placet, quia ibi non ſunt duo extrema, *Reijcitur Suarez.* & in quibus fundamentum ſit diſtinctum. Maximè, quia etiam poneret inter Spiritũ ſanctum, & Filium relationem realem ſimilitudinis, quod eſt contra omnes Theologos. Nam in genere, ſicut Filius habet eſſentiam ab alio, ita Spiritus ſanctus, licet Filius habeat illam per generationem, & Spiritus ſanctus per ſpirationẽ. Et exemplum: quod adducit de Verbo, ſi aſſumeret duas humanitates, quod illæ humanitates ſimiliter haberent vnionem hypoſtaticam; idem prorſus eſt dicendum, quod in præſenti caſu illud eſt. Quod ſi conſideremus paſſiones duas, quas habet Petrus & Paulus in ſuſceptione albedinis, illæ referuntur relatione ſimilitudinis, quia ſunt ſimiles in natura ſpecifica.

Sequitur ſecundò, quod Petrus nõ refertur relatione ſimilitudinis, in quãtũ *Corollar. 2.* eſt homo, alteri homini diſtincta ab illa relatione ſimilitudinis, qua refertur alteri animali, in quantum eſt animal, & qua refertur alteri viuenti, quatenus viuens eſt, & alteri corpori, quatenus corpus eſt. & ita tot non ſunt relationes ſimilitudinis in Petro, quot ſunt prædicata ſuperiora. Niſi teneamus, illa prædicata cum præciſione diſtingui formaliter, quia nõ ſunt extrema illa realiter diſtincta ſecluſa operatione intellectus: quia relationes diſtinctæ ſecluſa operatione intellectus expoſcunt extrema diſtincta à parte rei, ſed Petrus refertur ad Paulum relatione ſimilitudinis ſpecificæ, quæ includit ſimilitudinem in prædictis omnibus prædicatis, & refertur ad equum relatione diſſimilitudinis ſpecificæ. Et ſi dicas, contra; nam Pe- *Obiectio.*

trus,

trus, & equus ſunt ſimiles in ratione animalis, ergo habent relationem ſimilitudinis realem in ratione animalis, ſeu ſimilitudinem genericam. Reſpon-*Impugnat.* detur, quod referuntur relatione ſimilitudinis genericæ, quæ eſt relatio rationis, quia à parte rei animal & equus idē ſunt, nec diſtinguuntur, niſi per operationem intellectus. Quid verò ſit dicendum de relatione totius & partium, iam ſupra dictum eſt.

Quoniam Ariſtot. poſuit tria fundamenta relationum, ſcilicet, quantitatē, actionem, & paſſionem, rationem menſuræ & menſurati, agendum eſt modò de iſta diuiſione, & de omnibus his fundamentis, quoniam cum relatio ſit tam minimæ entitatis, eius perfecta cognitio multum pendet ex cognitione fundamenti.

QVÆSTIO XLV.

Vtrum ſupra dicta diuiſio ſit ſufficiens.

1. Argum. PArs negatiua videtur vera. Primò. Eſt aliud fundamentum prætermiſſum ab Ariſtotele, ergo ſupra dicta diuiſio eſt inſufficiens. Probatur antecedens; nam quæ ſunt ſimilia per relationem ſimilitudinis, habent relationes non fundatas in quantitate, ergo, &c. Probatur antecedens; quia per quantitatem res dicūtur æquales & non ſimiles, vt aſſerit Ariſtoteles in prædicamento quantitatis. Et in prædicamēto qualitatis aſſerit, proprium eſſe qualitatis, vt per eam res dicantur ſimiles, ergo dicuntur ſimiles per aliquid aliud diſtinctum à quantitate, & ita eſt aliud fundamentum quartum, quod eſt qualitas. *Confirm.* Et confirmatur hoc argumentum: Nam ea dicuntur eadem, quæ habent eandem ſubſtantiam, ergo iam etiam ab Ariſt. hoc fundamentum eſt prætermiſſum, ſcilicet, ſecundum quod res dicantur eędem.

2. Argum. Secundò: Relatio appetitus ad appetibile, amoris ad amabile, deſiderii ad deſiderabile non comprehendūtur ſub aliquo illorum generum; ergo eſt mala diuiſio. Probatur antecedens, quia earum fundamentum nec eſt actio, nec paſſio, nec vnitas, nec menſura. Et confirmatur; *Confirm.* nam relatio cauſſæ fundatur in actione, ſed etiam effectus menſuratur per cauſſam, ergo coincidunt iſta fundamenta. Probatur minor, quia ille effectus eſt perfectus, quia adæquat ſuā cauſſam, & illi conformatur; ergo menſuratur per cauſſam.

Tertiò. Agens verè producit actionem, *3. Argum.* ſiue immanentem, ſiue tranſeuntem, & habet relationem ad ſuam actionem, ſiquidem eſt cauſſa illius, & hæc relatio non eſt fundata in actione, quia relatio terminatur ad actionem; terminus autem non eſt fundamentum relationis, ergo eſt dandum aliud fundamentum. Et idem argumentum fieri poteſt de omnibus rebus, quæ ab alio per reſultātiam procedunt, quia reſultantia non eſt actio, cuiuſmodi ſunt omnes paſſiones, quæ realiter diſtinguuntur à ſubiecto, motus grauium, &c. Et confirmatur *Confirm.* hoc argumentum, quia relatio calefacti ad calefactibile in nullo horum fundatur; ergo eſt aliud fundamentum ponendum. Antecedens probatur, quia nō fundatur in actione, ſed in potentia, potentia autem diſtinctum fundamentum eſt ab actione.

Quartò. Relatio Dei ad creaturas, & *4. Argum.* ſcibilis ad ſcientiam, fundatur in relatione oppoſita, vt patet ex D.Tho.1.p. q.13.art.7.& 3 p.q.35.art.5. & tamē relatio ſub nullo prædictorum fundamentorum continetur, ergo, &c. Et cō- *Confirm.* firmatur hoc argumentum, nam etiam relationes conſequuntur alia rerum genera, ergo dicendum eſt, illa eſſe etiam fundamentum relationis; non ergo ponenda ſunt ſolum tria genera fundamentorum.

Quintò: vel Ariſt. loquitur hic de fun- *5. Argum.* damentis, quæ manent cum relatione, vel de fundamentis, quæ tranſeunt, neutrum horum, ergo malè aſſignauit fundamenta. Non de fundamentis, quæ tranſeunt, quia vnitas in quantitate manet cum relatione æqualitatis. Non de his, quæ manent, quia generatio, in qua

Digitized by Google

fundatur filiatio, tranſiuit, nec manet cum relatione, ergo, &c. Alia argumenta, quæ contra hanc ſufficientiam adduci poterant, inferius in peculiaribus adducemus quæſtionibus, dum de ſpeciebus fundamenti inſtituemus ſermonē.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Quare non detur pluſ quam tria fundamenta relationum.

PRima concluſio. Hæc fundamenta relationum ſufficientiſſimè ſunt ab Ariſt. aſſignata, & adæquata eſt eorum diuiſio & enumeratio. Hanc ſufficientiam colligit D. Thom. quinto metaphyſicæ, capite de ad aliquid, in hunc modum: Nam relatio, quæ eſt in rebus, conſiſtit in ordine quodā vnius rei ad aliā, vnde oportet tot modis relationes eſſe, quot modis contingit vnam rem ad aliam ordinari; ſed non contingit vnam rem ad aliam ordinari, niſi tripliciter; ergo non erunt niſi tria genera relationum, & tria genera fundamentorum. Probatur illa minor; Quia vna res ordinatur ad aliam, vel ſecundum eſſe (& loquitur D. Thom. de ordine fundamentali, ex quo cōſurgit formalis ordo, qui eſt relatio,) prout eſſe vnius dependet ab alia, & ſic eſt tertius modus relationum menſuræ & menſurati. Nam eſſe menſurati dependet à menſura; vel ſecundum virtutem actiuam, & paſſiuam, ſecundum quod vna res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid: & ſic eſt ſecūdus modus, vel, ſecundum quod quantitas vnius rei poteſt menſurari per aliā, & ſic eſt primus modus. Et ſi dicas, quare ergo non fundat qualitas aliqua relationem? reſpondet D. Thom. ibi, quod qualitas rei, in quantum huiuſmodi, non reſpicit niſi ſubiectum. Vnde ſecundum ipſam vna res non ordinatur ad aliam, niſi ſecundum quod qualitas accipitur ſecundum rationem potentiæ actiuæ, vel paſſiuæ, prout eſt principium actionis, vel paſſionis, vel ſecundum rationem quantitatis, vel alicuius ad quantitatem pertinentis, ſecundum quod, ſcilicet induit rationem vnius, vel plurium; Sicut dicitur aliquid ſimile alteri, quia habet vnam qualitatem.

Difficultas. Solutio ex D. Thom.

Suarez impugnat D. Thom. triplici argumento.

Sed vnus Suarez impugnat hanc rationem D. Thom. diſputat. 47. ſectione 9. Primò. Nam habitudo ad aliud ſecundum dependentiam in eſſe, pertinet magis ad ſecundum genus, cum effectus dependeat in eſſe à ſua cauſſa. Si verò ſumatur ſecundum peculiarem modum dependendi, ſic tot eſſent diſtinguendi modi relationum, quot ſunt modi dependentiarum, nam cur ille modus dependentiæ conſtituit peculiare genus relationis, & non alius. Secundò, quia quantitas, vt habet rationem menſuræ, non fundat primum modum; ergo, &c. Probatur antecedēs, quia Ariſt. non dicit, fundamentum eſſe rationem menſuræ, ſed dicit, eſſe vnitatem, vel numerum, nam quando duæ quantitates dicuntur æquales, vna non eſt menſura alterius, nec in eis hoc attenditur, ſed ratio vnitatis. Et idem eſt de ſimilitudine, & identitate. Tertiò: quia ratio menſuræ non eſt apta ad fundandam relationem prædicamentalem, quia ſolum eſt extrinſeca denominatio rationis, ergo, &c. Sed iſte religioſus pater D Th. non intelligit.

Ad 1. arg. Suarez.

Vnde ad primum eius argumentum reſpondetur, quod eſſe cuiuſcunque rei menſuratæ pendet à menſurante, veluti in genere cauſſæ formalis, & exemplaris. Nam eſſe ſcientiæ conſiſtit in eſſe veram, quæ quidem veritas dependet ex obiecto; nam tunc ſcientia vera eſt, cum adæquatur ſuo obiecto; & hæc adæquatio eſt in ſua eſſentia, ſeu ſua eſſentia adæquata. Nec poteſt eſſe ſcientia niſi adæquata ſuo obiecto, quia eſſe ſcientiæ eſt ſua veritas habitualis, ſi ſit ſermo de ſcientia habituali, actualis, ſi ſit ſermo de ſcientia actua i. Et iſta dependet ex obiecto menſurante, ſicut veritas, & eſſentia imaginis conſurgit ex adæquatione ad ſuū prototypum. Et eſſe creaturæ & eſſentiæ ex adæquatione ad ſuum exemplar, quod eſt Deus. At verò in ſuo eſſe in genere cauſſæ efficientis, effectus dependet à ſua cauſſa. Et hoc non tollit, quin cauſa ſecundum aliam rationem menſuret effectum, vt patet in Deo, qui eſt cauſſa efficiens noſtra & exemplaris. Et ita in vtroque genere dependemus à Deo. Et non inconuenit, quod ſpecificè diſtin-

Digitized by Google

diſtinguuntur modi depēdentiæ in particularibus menſuratis; quinimo eſt neceſſarium, quia alia relatione ſpecie diſtincta refertur imago in ratione menſuræ ad ſuum prototypum & alia relatione refertur ſcientia. Ad ſecundum reſpondetur, quod D. Thom. explicuit Ariſt. quia intellexit illum. Et Ariſt. dicere poſſet D. Thom. quod Chriſtus veritas infallibilis illi dixit, benè ſcripſiſti de me Thoma. Etſi attētè legiſſet Ariſt. egiſſet gratias D. Thom. Nam Ariſtoteles ita dicit: Ad aliquid dicuntur, vt duplum ad dimidium, triplum ad tertiam partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem, & continens ad contentum. Et hoc magis explicat in ſequentibus Ariſt. Vnde quantitas non quomodocunque eſt fundamentum relationis, ſed quatenus ipſa aliquomodo eſt menſura alterius quantitatis, & id, per quod cognoſcitur altera quantitas. Nam quaternarius refertur ad binariū relatione dupli. Et quomodo ego cognoſco, hoc eſſe duplum, niſi quia per numerum binarium bis ſumptum reddo quaternarium? Et in re quantitas binarii habet hoc quod eſt mēſurare quaternarium, & ſic in aliis numeris. Et cū duæ quantitates æquales ſumuntur, etiā aliquomodo habent rationem menſuræ ad inuicem, loquendo de menſura quātitatiua, quia ex eo cognoſco, hanc eſſe æqualem alteri, quia illam non excedit: Et in re ex eo fundatur relatio æqualitatis in illis, quia non ſe excedunt. Et facit D. Thom. demonſtrationem huius in textu ſequenti, quæ quia tangunt Arithmeticam ſcientiam, quam optimè calluit omniſcius D Thom. nolo hic adducere, ſed te ad ſanctiſſimum remitto doctorem. Ad tertiū reſpondetur, quod quantitas, cui conuenit ratio menſuræ, apta eſt ad mēſurandum, & ſi illi nō poſſit competere ratio menſuræ, nō poſſet fundare relationes primi generis. Vide quæ ſupra diximus in prædicamento quātitatis de menſura. Præterea probatur concluſio noſtra inductiuè in omnibus relationibus, quæ in aliquo horum fundamentorū ex neceſſitate fundātur. Hoc idē affirmat D. Th. 1. p. q. 13. art. 7.

Ad 2. arg. *Explicatio Ariſt.* *Ad 3. arg.*

2. Concluſ. Secunda concluſio: Aliquādo à metaphyſicis fundandi ratio fundamentum dicitur, ſed tamen cōpletum fundamentum ex illis duobus reſultat, ex fundamento & ratione fundandi. Verbi gratia, fundamentum paternitatis in nobis eſt potentia generatiua, & ratio fundādi eſt actio, quia ad hoc, quod reſultet relatio illa, duo requiruntur, ſcilicet, & potentia generatiua, & actio generationis. Nam, vt aſſerit D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 7. ad quartum, de ratione fundamēti eſt, quod ſit primum, & quod ſit aliis partibus ædificii connexum. Non enim eſſet fundamentum in actu ſecundo, niſi ei aliæ partes ædificii cohærerent. Et ita potentia generatiua non eſſet fundamētum in actu ſecundo, reſpectu paternitatis, niſi eſſet prior illa, & ſuſtentaret illam, & illi connecteretur. Et quia ad hoc, quod connectatur illi, requiritur actio, hinc fit, quod potentiæ generatiuæ, vt ſtat ſub actione, cōuenit ratio fundamenti actualiter, & ita totum hoc cēſetur vnum fundamētū. Nec requiritur, quod illud cōplementū ſit ſemper cum relatione, ſed ſufficit, quod connexuerit illā potentiæ generatiuæ, in qua ſubiectatur. Et ſi dicas, in quo diſtinguuntur fundamentum & ratio fundandi; reſpōdetur, quod fundamentū de ſe eſt illud, quod ſuſtentat relationē, ratio verò fundandi non ſuſtentat relationem, ſed applicat fundamentum ad ſuſtentandā relationem. Et quando metaphyſici dicunt, rationem fundandi eſſe fundamentum, volunt dicere, ideſt, eſt id, quo fundamentum applicatur, vt exerceat rationem ſuſtentandi relationem. Et hoc patet in exemplo adducto de potentia generatiua, & de generatione. Hoc autē explicare in aliis fundamentis eſt magis difficile. Vt, verbi gratia, explicare, quæ ſit ratio fundandi in quantitate, & quod ſit fundamentum; & ſimiliter in menſura, & menſurabili.

Quid inter ſit inter fūdamētum, & rationē fundandi. *Difficultas Solutio.* *Quomodo intelligendum dictū metaphyſicorum.*

3. Concluſ. In quolibet genere relationum eſt aſſignare fundamentum, & rationem fundandi diſtinctam.

Sed nihilominus ſit tertia concluſio: ēt in iſtis duobus generibus eſt aſſignabile fundamentum, & ratio fundandi. Verbi gratia, in quantitate, in duplo, & ſubduplo binarius refertur ad quaternarium, quod eſt duplū, & talis quantitas eſt relatiuum, & fundamentum huius eſt vnitas, vel diuerſitas, & ratio fundan-

fundandi eſt ratio menſuræ. Totum ergo ſuum eſſe dupli, eſt ad ſubduplum, quatenus eſt diuerſa ratio numeri in vno atque in alio. Et ratio ſub qua hæc relatio fundatur, eſt ratio menſuræ, quia taliter menſuratur quaternarius à binario, & duæ quantitates ſunt æquales, & fundamentum eſt vnitas, & ratio fundandi eſt menſurabilitas. Itaque vnitas ſub ratione menſurabilitatis quanritatiuæ eſt completum fundamentum, & poſtea conſurgit relatio dupli & ſubdupli æqualis Vide angelicum Doctorem textu vigeſimo, quinto Metaphyſicæ, vbi hęc demonſtrat: Et idem explicat Diuus Thomas, de relatione ſimilitudinis identitatis ibidem. Idem eſt dicendum de relationibus tertii generis; ſcilicet, menſuræ & menſurabilis. Nam ſcientia eſt relatiuum, & ratio fundandi & fundamentum, eſt adæquabilitas ſub ratione dependentiæ, ſeu dependentia ſub ratione adæquabilitatis. Nam vt Diuus Thomas dicit in eodem textu, ab eo quælibet res menſuratur, à quo ipſa dependet Vbi videbis rem in eſſe dependere à ſua menſura. Hæc omnia fundamenta applicanda ſunt proportionabiliter relationibus rationis. Nā relatio ſpeciei & omnes, quæ ſunt ſecundæ intentionis fundantur in eſſe cognito, quod ſignificatur per modum paſſionis, & eſſe cognitum, quod eſt relatio rationis, fundatur in cognitione. Relatio rationis, quæ poteſt fundari in duobus entibus rationis ſimilibus in ſpecie, quæ erit relatio ſimilitudinis, fundatur in vnitate: Et relatio diuerſitatis fundabitur in pluralitate vnitatum formalium: Et relatio, quam dicit ens rationis ad id, quod menſuratur, ſcilicet ad ſuum conceptum, erit relatio menſurati, & ſic proportionabiliter in aliis. Modò ad argumenta in principio reſpondendum.

Quo in relationibus rationis reperiatur fundamentum, & ratio fundandi.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad primū. AD primum reſpondetur ex D Thoma ſupra dicto loco in 5 Metaphyſicæ, quod fundatur ſupra dicta relatio non per comparationem numeri ad vnum, vel ad numerum, ſed ſecundum vnitatem, nam eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt vna, ſimilia, quorum qualitas eſt vna, æqualia, quorum quantitas eſt vna. Cum autem vnum ſit principium numeri, & menſura, patet etiam, quod hæc dicuntur ad aliquid ſecundum numerum, id eſt, ſecundum aliquid ad genus numeri pertinens, non tamen eodem modo, ſicut duplum ad ſubduplum, & cetera. Nam primæ reſolutiones erant ſecundum numerum ad numerum, quia duplum continet bis ſubduplum, vel ſecundum numerum ad vnum, vt duplum ad vnitatem. Hæc autem ſecundum numerum abſolutè, id eſt, ſecundum aliquid ad numerum pertinens, quod eſt vnitas. Et per hæc patet ad confirmationem. Nota tamen ex Diuo Thoma 1.p.q 42.articulo 1.ad 2. quod vbi attenditur æqualitas ſecundum quantitatem virtualem, æqualitas includit in ſe ſimilitudinem, & aliquid plus, quia excludit exceſſum. Quæcunque enim communicant in vna forma, poſſunt dici ſimilia, etiamſi inæqualiter illam formam participant: ſicut ſi dicatur, aerem eſſe ſimilem igni in calore, ſed non poſſunt dici æqualia ſi vnum altero perfectius formam illam participet. Et ita in diuinis, quia non ſolum eſt vna natura Patris, & Filii, ſed etiam æquè perfectè eſt in vtroque, ideo non ſolum dicimus Filium eſſe ſimilem Patri, ſed etiam æqualem.

Ad confir.

Ad ſecundum reſpondet Diuus Thomas 1.Sentent.d.30.q.1. articulo 3, ad 3.in hæc verba: Dicendum, quod relatiuorum inuenitur triplex diuerſitas. Quædam ſunt, quorum vtrumque importat relationem non in re exiſtente, ſed in ratione tantum, ſicut quando ens refertur ad non ens, vel relatio ad relationem, vel aliquid huiuſmodi. Quædam vero, quorum vtrumque relationem realem importat, ſicut Pater & filius. Quædam verò, quorum alterum importat relationem realem, & alterum rationis tantum, ſicut ſcien-

Triplex genus relationis cum explicationibus ſingulorum ex D. Thoma.

ſcientia & ſcibile. Et huiuſmodi diuerſitatis ratio eſt, quia illud, ſuper quod fundatur relatio, quandoque inuenitur in altero tantum, & quandoque in vtroque. Vt patet, quia relatio ſcientiæ ad ſcibile fundatur ſupra apprehenſionem ſecundum eſſe ſpirituale, quod eſt tantum in ſciente, & non in ſcibili: quia ibi eſt tantum forma ſecundum eſſe naturale, & ideo relatio realis eſt tantum in ſcientia, & non in ſcibili. E contra eſt de amante & amato, quia relatio amoris fundatur ſuper appetitum boni; bonum autem non eſt aliquid exiſtens tantum in anima, ſed etiam in rebus. Vnde dicit Philoſophus ſexto Metaphyſicæ, quod bonum & malum ſunt in rebus, verum & falſum in anima. Et ideo dicit Auicenna, quod in amante & amato in vtroque relatiuorum eſt inuenire diſpoſitionem, per quam referatur ad alterum, non in ſciente & ſcibili, & ideo vtrobique eſt relatio realis, ſicut etiam & æqualitas, quæ immediatè fundatur ſupra quantitatem, in vtroque eſt.

Quæ relatio ſit inter amantem, & amatū, & cuius ordinis, vel modi.

Quia ergo inter amans, & amatum eſt vera cauſſalitas, ex vtroque extremo eſt relatio realis, quando bonum exiſtit à parte rei. Et iſta relatiua reducuntur ad relatiua ſecundi modi, quia fundantur ſuper actionem propriè, vel largè ſumptam, quia illa motio habet rationem actionis, & eſſe motam rationem paſſionis. Et benè conſidera hanc profundiſſimam ſanctiſſimi præceptoris authoritatem: Dicit Suarez diſputatione quadrageſima ſexta, ſectione tertia, quod etiam amor menſuratur ex obiecto, & ita quod eſt relatio tertii generis, hic tamen loquimur de menſuratione metaphyſica, & non morali, & quoad menſuram veritatis. Et ratio eſt, quoniam ex doctrina Ariſtotelis libro quinto metaphyſicæ, capite de ad aliquid, hæc eſt inſeparabilis proprietas relatiuorum tertii generis, quod vnum ſemper refertur ad aliud relatione rationis. Et non dicitur ad aliud, niſi quia aliud dicitur ad ipſum, vt pater in ſcientia & ſcibili, ſenſu & ſenſibili, ſed amor refertur realiter ad amatum, & amatum ad amorem, vt talia ſunt (& loquimur de amato creato) ergo vt ſic, non ſunt relatiua illius tertii generis. Probatur minor, quia amor, vt ſic, eſt cauſſatus ab appetibili, & includit in ſua propria ratione, quod propter aliud fiat, & appetibile eſt, cuius gratia aliquid fit. Cum ergo dicimus, eſſe relationem tertii generis relationem menſuræ & menſurati, loquimur de menſuratione veritatis rei.

Requiritur Suarez.

Ad 3. arg. 1. Solutio.

Ad tertium reſpondetur, quod agens poteſt conſiderari in ordine ad effectū, quem producit Vt, verbi gratia, pater in ordine ad filium, & tunc refertur ad effectum relatione paternitatis fundata in actione, tanquam in ratione fundandi. Et idem eſt, ſi conſideretur ignis in ordine ad alium ignem generandum; nam refertur relatione reali fundata in vera actione. Poteſt rurſus agens conſiderari in ordine ad ſuam actionem, & quia illam actionem non producit per veram actionem, aliàs eſſet proceſſus in infinitum, ad illam actionem, dicunt aliqui, refertur per indiſtinctam relationem fundatam in ſimplici emanatione, quæ ſe habet ad modum actionis. Et ita reducitur iſta relatio ad ſecundum genus relationum. Alii dicunt, quod agens eadem relatione refertur ad actionem, & ad terminum; ad actionem, vt ad rationem fundandi, ad terminum, vt ad quod ordinatur ratio fundandi. Et hoc intelligitur, quando ſimul terminus & ratio fundandi exiſtunt. Sed prima ſolutio eſt melior, nam pater refertur ad filium relatione paternitatis: ad generationem verò non refertur relatione paternitatis. Maximè, quia antequam exiſtat filius in humanis, eſt actio generationis antecedens, ſecundum quod tendit ad introductionem ſimilis formæ, vt deciſio ſeminis, & cetera. Et tùnc ad illam non refertur relatione filii, quia non exiſtit filius, nec vllo modo illa actio poteſt habere rationem filii.

2. Solutio.

Ad conf.

Ad confirmationem reſpondetur, quod illa relatio fundatur in potentia calefaciendi, & in potentia, vt calefiat

ſiat, & ratio fundandi eſt poſſibilis actio. Ita aſſerit Ariſtoteles in hæc verba ſupra dicto capite de ad aliquid, in quinto, & D.Thom. ibidem, vbi inquit, calefactiuum ad calefactibile, quia poteſt; iterum calefaciens ad calefactum, & ſecans ad ſectum, tanquam agentia. Vbi Diuus Thomas ita dicit, ſciendum etiam eſt, quod eorum relatiuorũ, quæ dicuntur ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam, attenditur diuerſitas ſecundum diuerſa tempora. Quædam enim horum dicuntur relatiuè ſecundum tẽpus præteritum, ſicut quod fecit, ad illud, quod factum eſt, vt pater ad filium, quia illud genuerit, illud genitus eſt, quæ differunt ſicut feciſſe, & paſſum eſſe. Quædam verò ſecundum tempus futurum, ſicut facturus refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illæ relationes, quæ dicuntur ſecundum priuationem potentiæ, vt impoſſibile, et inuiſibile, dicitur enim aliquid impoſſibile huic, & ſimiliter inuiſibile. Et ſi inquiras, an hæc relatio, quæ eſt ad futurum, vt calefactiuum ad calefaciendum, ſit realis. Reſpondetur, quod ſi extrema exiſtant, eſt relatio realis, quia vtrumque ad inuicem realiter ordinatur ratione potentiæ actiuæ & paſſiuæ, quod eſt fundamentum ordinis prædicamentalis. Et huic fauet Ariſtoteles, qui in prædicamento relationis commemorat ſupra dicta relatiua, & dicit eſſe relatiua ſecundi generis. Et ſi dicas, non eſt actio actu, ergo nec relatio actu, quia actio eſt ratio fundandi: reſpondetur quod actio actu eſt ratio fundandi in relatiuis, quæ ſunt agentis ad paſſum, & agentis ad effectum. Ceterum in relationibus, quæ ſunt actiui ad paſſiuum, non eſt ratio fundandi actualis actio, ſed actio & paſſio, quatenus ſunt in virtute potentiæ. In quo etiam fallitur Suarez, vbi ſupra, & malè explicat Ariſtotelem, ſiquidem dicit, non omnia exempla Ariſtotelis in hoc prædicamento eſſe fundamenta relationum prædicamentalium, nam aliàs perperam docuiſſet naturam relationis prædicamentalis, ſi exempla adducta ad fundandam relationem prædicamentalem non fundarent illam.

Doctrina D.Tho. exquiſita.

Dubium.
Solutio.

Dubium.

Solutio.

Error Suarez.

Ad quartum reſpondetur, quod relatio dominii non fundatur in relatione oppoſita, nec ſimiliter relatio ſcibilis, ſed requiritur, vt quid neceſſarium, vt relatio creaturæ terminetur ad Deum, ad hoc quod ego poſſim apprehendere relationem dominii, & tribuere illam Deo. Secundò reſpondetur, quod, quia relatio dominii eſt aliquid rationis, & ſimiliter relatio ſcibilis, non inconuenit, quod præſupponat vt fundamentum relationem creaturæ. Ariſtoteles autem loquitur de fundamentis relationum fundamentalium. Et hac ratione dixit Diuus Thomas, quod Deus dicitur realiter Dominus, & Chriſtus realiter filius Virginis, ex eo, quod creatura realiter refertur ad Deum, vt ad terminum materialem, & beata Virgo realiter refertur ad Chriſtum. Et ſicut dicitur aliquid genus ratione fundamenti proximi, etiamſi non habeat formaliter relationem generis, ſic in propoſitis caſibus. Sed de hoc poſtmodum.

Ad 4. arg. 1. Solutio.

2. Solutio.

Ad confirmationẽ reſpondetur, quod nullum aliud genus conſequuntur, niſi quatenus induunt aliquid ſupradictorum fundamentorum.

Ad confir.

Ad quintum reſpondetur, quod rationes fundandi aliquando manent, aliquãdo non, fundamenta verò ſemper manent, quamdiu manet relatio. Et ita, ſi Ariſtoteles intelligatur de ratione fundandi, non ſemper manet ratio fundandi, ſi autem loquatur de fundamento, hoc ſemper manet.

Ad 5. arg.

QVÆSTIO XLVI.

Vtrum aliqua relatio immediatè fundetur in ſubſtantia.

MOdò agendum eſt de fundamentis relationis in particulari. Et quia primum fundamentum eſt numerus, vel vnitas, ſeu quantitas, quomodo in iſta fundentur

tur relationes, eſt diſputandum. Et quia ſubſtantia eſt prior, ideo de illa quæritur, vtrum poſſit induere immediatè aliquod horum fundamentorum, & fundare immediatè relationem. Et videtur quod non; Nam ſi relatio fundatur immediatè in ſubſtantia, ſequitur quod relatio ſit perfectius accidens omnibus accidentibus, conſequens eſt falſum, quia eſt minimæ entitatis, vt aſſerit Diuus Thomas 3 Phyſicorum; ergo illud, ex quo ſequitur. Probatur maior; quia ſuum eſſe immediatius & proximius participat à ſubſtantia, ergo perfectiori modo participabit. Conſequentia probatur exemplo; nam ſi ignis calefaciat aquam, & aqua calefaciat manum, perfectiori modo participabit calorem aqua, quam manus. Et ita Diuus Thomas 3 p. ex acceſſu maiori ad fontem gratiæ, qui eſt Deus, colligit maiorem perfectionem gratiæ in Chriſti humanitate, & poſtmodum in ſacratiſſima Virgine, quæ fontem gratię in ſe habuit nouem menſibus. *1. Argu.*

2. Argum. Secundò. Probabilis opinio eſt, quod relatio non diſtinguitur à fundamento realiter; ſi ergo accidens immediatè fundatur in ſubſtantia, ergo ſubſtantia erit res eadem, quæ eſt accidens, & erit accidens realiter, hoc autem abſurdum videtur, quia id, quod habet eſſe in alio, & ab alio dependet, non poteſt eſſe id, quod habet eſſe per ſe, & independens ab alio.

3. Argum. Tertiò ſequitur, quod vnionis relatio materiæ ad formam immediatè fundetur in ipſa materia prima, hoc autē eſt falſum; ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia materia prima eſt vnita formæ, ergo habet relationem vnionis, & ſi poteſt fundari in ſubſtantia immediatè, hæc relatio erit immediatè in materia prima: hoc autē eſt falſum, ergo, &c. Probatur minor, quia materia prima non poteſt habere eſſe accidentale, niſi prius habeat eſſe ſubſtantiale, & etiam quia adueniret forma non enti in potentia, ſed actu, quia iam habet illam relationem, quæ eſt actus.

4. Arg. Quartò: Subſtantia non eſt nec numerus, nec vnitas, nec actio, nec menſura, ergo nullo modo poteſt in illa fundari immediatè aliqua relatio. Probatur conſequentia: quia ſupra dicta ſunt immediata fundamenta relationum.

Et confir. hoc argum. ſuper ſubſtantiam per modum ſubſtantiæ non fundatur relatio, nec ſuper qualitatem per modū qualitatis; ergo nec ſuper illam etiam conſideratam per modum quantitatis. Probatur conſequentia, quia hęc conſideratio nullum fundamentum ponit in ſubſtantia, aut qualitate, quod nō haberet in ſe. Sed primum antecedens probatur, quia ſubſtantia ſecundum ſe, aut qualitas non ordinantur ad aliud; ergo non poſſunt fundare relationem. Probatur conſequētia, quia illud, quod habet rationem fundamenti, debet ordinari ad aliud.

Deciditur quæſtio.

PRima concluſio: Relatio poteſt immediatè fundari in ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtantia induit aliquam rationem, vel quantitatis, vel actionis, vel menſuræ. Hæc concluſio videtur mihi aſſerta ab Ariſtotele, vbi ſupra, & Diuo Thoma, in quinto Metaphyſicę, in illis verbis, eadem enim ſunt ea, quorum eſt ſubſtantia vna. Et quamuis ſubſtantia hic accipiatur pro eſſentia, nihil retulerit; nam duo homines habent relationem identitatis, quia illorum eſſentia eſt eadem, vterque enim eſt animal rationale, & eadem definitio eſt vtriusque; & Diuus Thomas hoc ipſum accipit ibi ex Ariſtotele. Præterea D. Thomas 1. p. q. 42. ar. 1. conſtituit æqualitatem & ſimilitudinem in diuinis perſonis, & illa relatio eſt aliquid rationis, quia eſſentia diuina non eſt diſtincta in perſonis, ſed eadem: & tamen in diuinis perſonis non eſt vnitas accidentalis, & prædicamentalis, ſed ſubſtantialis, ergo etiam erit relatio identitatis in ſubſtantiis duab. immediatè, etiam ſi ibi non ſit verā quantitas. Vnde notandum eſt, quod, quando dicitur, quod relatio primi modi fundatur in quantitate, non accipitur quantitas propriè pro quantitate prædicamentali, aliàs diuinæ *1. Concluſ. Quo relatio immediatè fundatur in ſubſtantia.* *Notādum.*

diuinæ perſonæ nō eſſent æquales quia ea ſunt æqualia, quæ ſunt vnū in quantitate, & quantitas prædicamentalis non eſt in diuinis, nec duæ albedines eſſent ſimiles, quia ſimilia ſunt, quæ ſunt vnū in forma, & ibi non eſt propriè vnitas, ſed accipitur vnitas tranſcendentaliter pro ente indiuiſo, & hoc vocatur quantitas, quia habet ſe ad modum quantitatis. Ita aſſerit Diuus Thomas, vbi ſupra, & Flandria quinto Metaphyſicæ, quæſtione 16. articulo tertio, in fine. Probatur præterea concluſio; Inter duas albedines eſt relatio ſimilitudinis ſpecificæ, quia ſunt duo exiſtentia realiter diſtincta habentia eandem vnitatem formalem fundamentaliter, ideſt, ſunt, duæ albedines, quæ principiis formalibus nō diſtinguuntur, quia illa principia formalia ſunt indiuiſa, non quia ſit indiuiſio formaliter ſecluſa operatione intellectus, ſed fundamentaliter proximè, quia etiam duæ ſubſtantiæ habebunt relationem ſimilitudinis ſpecificæ eadem ratione, quia habent eaſdem conditiones. Præterea duæ ſubſtantiæ realiter diſtinguuntur ſecluſa operatione intellectus, etiam conſiderando ſubſtantias in propriis entitatibus indiuidualibus, ſed diſtinctio formaliter eſt relatio; ergo hæc relatio fundatur in ſubſtantia immediatè, quia ſubſtantię ſunt, quæ immediatè ſunt diſtinctæ, & diuiſæ. Præterea, duæ quantitates poſſunt fundare relationem æqualitatis, ſeu inæqualitatis; ergo duæ ſubſtantiæ relationem identitatis, vel diuerſitatis. Probatur conſequentia; quia eſt eadem ratio, & magis diſtinguuntur ſubſtantiæ duæ, quam duæ quantitates, & ita poterunt fundare relationem diſtinctionis. Præterea, relatio creaturæ, quæ eſt ſubſtantiæ, eſt relatio realis; ſed hæc fundatur in ſubſtantia immediatè, ergo, &c. Maior patet, quia creatura realiter dependet, & refertur ad Deum. Minor probatur, quia ſubſtantia ipſa creatur, & producitur à Deo, & poſſet illam Deus producere ſine aliquo accidenti, & tūc referretur relatione reali, & fundaretur illa relatio immediatè in ſubſtantia, ergo, &c.

1. Ratio pro concluſione. *2. Ratio.* *3. Ratio.*

2. Concl. Secunda concluſio: Hæc relatio eſt relatio prædicamentalis, & directè in prædicamento ad aliquid. Probatur; quia hæc relatio formaliter eſt accidens, & totum ſuum eſſe habet ad aliud; Ergo eſt in prædicamento relationis: nihil enim amplius requiritur, vt ſit in prædicamento. Præterea hæc relatio eſt ens finitum, & per ſe, & completum, ergo in aliquo genere. Præterea etiam hoc probatur: quia relationes reliquæ, quæ fundantur in albedine, vt relatio ſimilitudinis, ſunt in prædicamento relationis, ergo & iſta relatio. Probatur conſequentia, quia cum fundamentum non ſit de eſſentia relationis, nec pars eius, non tollit eſſentiam relationis prædicamentalis. Et ita etiamſi fundetur in ſubſtantia, erit vera relatio prædicamentalis. Et hæc relatio neceſſariò eſt accidens, quia, vt aſſerit Diuus Thomas, de potentia, quæſtione octaua, articulo ſecundo, ad primum, nulla ſubſtantia creata poteſt eſſe relatio, quia cum ſubſtantia ſit limitata ad certum genus, non poterit eſſe, vt ſic, in aliquo genere, & ſi eſſet formaliter relatio, eſſet in aliquo genere, quia eſſet in genere relationis. Quapropter omnis relatio creata ex neceſſitate eſſe debet accidens. Relatio verò diuina, quia non eſt limitata ad certum genus, benè poteſt eſſe, & eſt ſubſtantia. Ex hoc ſic argumentor: Hæc relatio identitatis, ſeu ſimilitudinis ſeu diſtinctionis ex neceſſitate eſt relatio accidentalis, ergo eſt in prædicamento relationis, quia ex nullo capite impediretur, ne eſſet in prædicamento relationis, niſi, quia eſſet ſubſtantia, quod eſt impoſſibile, vt demonſtrat Diuus Thomas. Et ſi dicas, quod poterit eſſe ſubſtantia, vt diſtinguitur contra accidens, vnde non ſequitur, quod ſit in genere ſubſtantiæ; contra, nam relatio, quæ eſt in mea ſubſtantia, qua diſtinguor à Petro, ſi eſt ſubſtantia mea formaliter, erit ſubſtantia completa, & ſic erit in prædicamento ſubſtantiæ, & ſequetur quod non poſſit eſſe in prædicamento relationis, vt ſic. Dices, quod eſt ſubſtantia imperfecta, ergo iam non erit mea ſubſtantia, ſed modus eius. Et nec hoc eſſe poteſt, quia relatio non poteſt

1. Ratio pro concl. *2. Ratio.* *3. Ratio.* *Solutio.* *Impugn.* *Alia ſolut.* *Impugn.*

teſt eſſe modus ſubſtantiæ creatæ, ſolum enim hoc conuenit relationibus diuinis, quæ ſunt modi de eſſentia eſſentiæ diuinæ, & ſunt ſubſtantiæ.

3. Concl. Tertia concluſio, relatio ſimilitudinis, æqualitatis, & identitatis ſunt relationes reales aliquando, & non ſemper ſunt relationes rationis. Hæc concluſio ponitur contra multos metaphyſicos, & logicos, qui oppoſitum cenſuerunt. *Contra pleroſq. metaphyſicos, & logicos.* Sed eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis vbi ſupra, & illam habet Angelicus Doctor prima parte, quæſtione vigeſimaoctaua, articulo primo, ad ſecundum, vbi ita dicit: Ad ſecundum dicendum, quod relatio, quæ importatur per hoc nomen, idem, eſt relatio rationis tantum, ſi accipiatur ſimpliciter, idem, quia huiuſmodi relatio non poteſt conſiſtere, niſi in quodam ordine, quem ratio adinuenit alicuius ad ſe ipſum, ſecundum aliquas eius duas conſiderationes. Secus autem eſt, cum dicuntur aliqua eadem eſſe, non in numero, ſed in natura generis, ſiue ſpeciei. *Locus Diui Tho. notandus pro concluſione.* Vult dicere, quod relatio identitatis Petri ad ſeipſum, eſt relatio rationis, relatio verò identitatis ſpecificę, ſiue genericę, qua Petrus & Paulus ſunt vnum in ſpecie, vel in natura generica, eſt relatio realis. Et non accipit vnitatem genericam formaliter, ſicut eſt aliquid rationis, & ſecunda intentio: ſed accipit vnitatem ſpecificam & genericam fundamentaliter, hoc eſt, pro vnitate formali, quæ duæ res ſunt indiuiſæ per principia formalia ſpecifica, vel generica, vt Petrus refertur ad Paulum relatione reali identitatis ſpecificæ, quia Petrus & Paulus in ratione hominis non poſſunt diuidi formaliter. Nam quamuis eorum humanitates ſint diuiſæ materialiter, ſed non formaliter, quia gaudent mutua negatione diuerſitatis per principia formalia, de quo iam diximus in ſecundo libro. Idem tenet Caietanus ibidem. Sed vt ſupra dictæ relationes ſint reales, requiruntur iſtæ conditiones, quod extrema exiſtãt, & ſint diſtincta realiter; & præterea, quod ratio, ſecundum quam attenditur identitas, ſimilitudo, & ęqualitas, ſit diſtincta in ipſis fundamentis. *Cõditiones requiſita ad relationem realẽ.* Primæ conditiones iam conſtant ex ſuperius dictis; ſed vltima conditio ſatis patet, nam relatio identitatis & ſimilitudinis in Deo hac ratione non eſt realis, quia eſſentia diuina vna numero eſt in tribus ſuppoſitis. De quo vide Diuum Thomam prima parte, quæſtione quadrageſima ſecunda, articulo primo. Et hac ratione Petrus ad ſeiſ ſum refertur relatione identitatis, quæ relatio eſt ens rationis; quia Petrus non diſtinguitur à ſeipſo realiter. Hoc ſuppoſito probatur concluſio; nam relatio identitatis, quæ eſt inter duas albedines, & relatio ſimilitudinis, habet omnes conditiones neceſſariò requiſitas, vt ſit relatio realis, ergo hoc concedendum eſt illi. Antecedens patet, nam extrema ſunt realia & exiſtentia, & realiter diſtincta, & fundamentum eſt diſtinctum in ipſis extremis. Et fundamentum eſt eiuſdem rationis in vtroque extremo: ergo, &c.

Vbi nota, quod identitas, & ſimilitudo, & æqualitas poteſt accipi dupliciter. *Obſeruatio Authoris.* Vno modo formaliter, & tunc eſt relatio, qua vnum ad aliud ſimile, vel æquale refertur, & qua conſtituitur formaliter in eſſe ſimilis. Alio modo accipitur fundamentaliter, & nihil aliud eſt, quam ipſæ duæ albedines, verbi gratia, cum fundamentis, vt poſſint fundare relationem talem ſimilitudinis. Cum ergo dicimus ſimilitudinem, identitatem, & cetera, eſſe relationes reales, non loquimur de ſimilitudine fundamentaliter, ſed formaliter. Dicitur in concluſione, quod aliquando ſunt relationes reales, & non ſemper, quia relatio Petri ad ſeipſum, ſeu hominis ad ſe ipſum non eſt realis, & etiam in diuinis relatio ſimilitudinis, & æqualitatis non eſt realis.

4. Concl. Quarta concluſio. Vt duæ quantitates dicantur æquales, debent eſſe eiuſdem ſpeciei in ratione menſuræ, vt duæ lineæ bipedales ſunt æquales, quia in ratione menſuræ ſunt æquales. *Quid requirat vt duæ quãtitates ſint æquales, vel inæquales.* Si autem altera illarum eſſet pedalis, non eſſent æquales, licet eſſent eiuſdem eſſentiæ in ratione lineæ, quia linea, vt ſic, non eſt menſura. Vnde ſi daretur linea infinita, verè eſſet linea, vt ſic,

& vt

& vt ſic non eſſet menſura; ſed ſolum eſt menſura, vt bicubita & tricubita, & ſic in reliquis. Vnde ad æqualitatem neceſſariò requiritur, quod ſint vnum in ratione menſuræ, id eſt, quod ſint vnum in ea ratione, in qua poſſunt men-

Obſeruatio Authoris. ſurare Et nota hic, quod vnitas numerica non eſt fundamentum æqualitatis, quia duæ quantitates non habent vnam vnitatem numericam, ſed bene vnam ſpecificam formalem, hoc eſt, eandem rationem non diuiſam per principia formalia. Ex hac concluſione infertur, quod albedo, vt duo, & albedo vt tres non ſunt æquales in gradibus, nec ſimiles in gradibus, ſed inæquales, ſicut linea pedalis, & bipedalis, licet ſint ſimiles in natura ſpecifica, quia eſſe ſimiles in gradibus eſt habere relationem æqualitatis, ſicut quaternarius æqualis eſt alteri quaternario, & non ſolum ſimilis; & quia non habent eoſdem gradus, non habent relationem æqualitatis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD argumenta in principio quæſtionis. Ad primum reſpondetur, quod licet relatio immediatè fundetur in ſubſtantia, non ſequitur, quod ſit perfectius accidens, quia fundatur in ſubſtantia, quatenus habet rationem quantitatis modalis, & fundatur in ſubſtantia, vt aliquid, quod dependet à fundamento, & termino, & ita vt aliquid, quod habet debiliſſimum eſſe. Vnde non poteſt pertingere ad accidentia, quæ non habent hoc debiliſſimum eſſe. Et licet immediatè inhæreret ſubiecto, non ſequeretur, quod eſſet perfectius accidens, quia quantitas materialis immediatè inhæret ſubſtantiæ, & non eſt perfectiſſimum omnium accidentiũ materialium. Nam perfectio accidentis conſiſtit in participatione perfectiori entitatis, non in immediatiori ordine ad ſubſtantiam quãtum ad inhærẽtiam.

Quòd relatio fũdetur immediatè in ſubſtantia, & tamen nõ ſit perfectior alijs accidẽtibus.

Obiect. difficilis. Sed contra, (& probo, quod non poſſit fundari relatio ſimilitudinis immediatè in ſubſtantia) quia hæc relatio, vel eſt ſpiritualis, vel materialis; neutrum horum, ergo non datur talis relatio immediatè fundata in ſubſtantia. Quod non ſit materialis, patet, quia non inhæret mediante quantitate, omne autem accidens materiale inhæret mediãte quantitate: ergo, &c. Maior patet, nam ex eo, quod immediatè fundatur in ſubſtantia, inhæret illi ſine medio. Quod non ſit ſpiritualis, patet, quia eſt accidens rei materialis, afficiens rem materialem, ergo non eſt ſpiritualis, quia ſimilitudo, quæ eſt inter duos leones materialis eſt, nullum enim accidẽs ſpirituale habent duo leones. Si dicas, quod inhæret mediante quantitate: contra, nam ſi Deus auferret quantitatem ab illis leonibus, eſſent ſimiles in natura ſpecifica ſimilitudine prædicamentali, ſicut modo ſunt ſimiles, & illa ſimilitudo non inhæret mediante quantitate, ergo nec illa, quam modo habent, quia ſunt eiuſdem rationis.

Solutio. Impugn.

Augetur difficultas. Et confirmatur hoc argumentum: nam eſt probabilis opinio, quod relatio non diſtinguitur à ſuo fundamento, ergo illa relatio identificatur cum ſubſtantia; ergo non inhæret illi mediante quãtitate. Et certè eſt difficile argumentum Thomiſtis & Peripateticis. Reſpondetur, quod iſta relatio eſt materiale accidens, & ſimul eſt indiuiſibile, & inhæret ſubſtantiæ, non media quantitate, quia propter ſuam naturam ſequitur ſtatim poſitis fundamento, & termino. Et bene poſſumus adducere exemplũ; Nam forma equi indiuiſibilis eſt, & materialis, ita hoc accidens eſt materiale & indiuiſibile, & ſi fuerit ſimilitudo duarum naturarum ſpiritualium, vt duorum angelorum, erit ſpirituale accidẽs, quia ſapiet naturam ſubiecti. Alii dicunt, quod hoc accidens eſt materiale, & inhæret ſubſtantiæ, mediante quantitate, ex eo, quod eſt accidens materiale. Vnde etiamſi ponatur fundamẽtum, & ratio fundandi, non ponetur iſta relatio, niſi poſita quantitate, & ſi eſſent duæ ſubſtantiæ materiales ſine quantitate, eſſent ſimiles fundamentaliter, non formaliter, quia deficit ratio quantitatis. Sed melior videtur ſolutio prima,

1. Solutio.

2. Solutio.

ma, quia accidentia reſpectiua ſecundũ eſſe non habent neceſſariam dependentiam à quantitate; propterea quod totũ ſuum eſſe eſt ad aliud, & ſolum dependet à fundamento, & termino; & non ſequitur, quod ſi inhæreat mediante quantitate, quod ſit diuiſibile, nam punctum inhæret ſubſtantiæ mediante linea, & non eſt diuiſibile. Qui ſciuerit ſolutionem meliorem, adhibeat illam.

Ad 2. 1. Sol. not. Ad ſecundum reſpondetur concedendo intentum, eſſet enim inconueniens, quod formaliter eſſet ſubſtantia accidens, ceterum quod realiter, nullum eſt inconueniens. Et ſi dicas, quod habet in exiſtentiam accidens, ergo diſtinguitur à ſubſtantia, formaliter concedo, realiter nego. Nam illa exiſtentia ſubſtantiæ, quatenus facit ſubſtantiam eſſe, eſt exiſtentia, quatenus facit accidens ineſſe, eſt inexiſtentia, & ita eſt formaliter diſtincta. Et in Sacramento Altaris, etiamſi maneant accidentia, non manet aliquid ſubſtantiæ panis, nec manet exiſtentia ſubſtantiæ panis. *2. Solut.* Melior, & quę mihi placet, ſolutio eſt, quod realiter tã quam res à re diſtinguitur iſta relatio à ſuo fundamento, & habet inexiſtentiam realiter diſtinctam ab exiſtentia ſubſtantiæ. Modò non definio, an exiſtentia ſubſtantiæ ſit inexiſtentia accidentium, nam exiſtimo, partem negatiuam veriorem eſſe.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quod fundatur illa relatio vnionis in actione, quæ eſt vnitio. Modò non eſt aliquid amplius de hoc diſputandum.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, quod ſuper ſubſtantiam, quatenus inducit modum quantitatis, hoc eſt, quatenus eſt eadem cum alia, ſeu diuerſa, & quatenus habet quantitatem tranſcendentalem, optimè poteſt fundari relatio. Itaque ſupra veram quantitatem, ſeu ſupra quantitatem modalem, ſeu tranſcendentalem fundatur relatio primi generis. Et ad confirmationem reſpondetur, quod, quando conſideratur ſubſtantia induta hac quantitate, quatenus eſt vnum cum alia, vel diuerſa ab alia, iam ordinatur ad aliam ſubſtantiam, & ita iam poteſt eſſe fundamentum relationis. Nam fundamentum relationis eſt, quo vna res realiter ordinatur ad aliam, licet non formaliter, vt patet ex Diuo Thoma, ſupra dictis locis.

QVÆSTIO XLVII.

Vtrum vnitas generica fundet relationem realem: & idem dicemus de ſpecifica, & analogica vnitate.

Explicatur ſtatus quæſtionis. Enſus quæſtionis eſt, an Petrus vnica relatione ſimilitudinis ſpecificæ referatur ad Ioãnem: & eadem ſimilitudinis relatione referatur ad animal, ſeu ad Brunellũ, quatenus eſt animal, & ad plantam, quatenus eſt viuens, & ad lapidem, quatenus eſt corpus, & ad angelum, quatenus eſt ſubſtantia, & ad Deum, quatenus eſt ens, an verò non vnica & eadẽ, ſed diuerſis relationibus. Et vt planè quæſtionem explicemus, nõ loquimur in præſenti de relatione generis, aut ſpeciei logicæ. Conſtat enim, has relationes eſſe aliquid rationis, & diſtingui inter ſe ſpecificè, vt ſuperius dictum eſt. Et nihil aliud eſt generis relatio, quam ordo per intellectũ ad plura ſpecie differentia, & relatio ſpeciei quam ordo ad plura differentia numero, in quibus eſt tanquam prædicatum quidditatiuum. Sed in pręſenti loquimur de quodam reſpectu reali, qui cõſequitur in Petro & Paulo exiſtentibus, ex eo, quod habent duas naturas, quæ non poſſunt diuidi per principia formalia, quod eſt eſſe vnum formaliter negatiuè, id eſt, eſſe non diuiſas per rationale & irrationale. Et ex eo, qđ habent iſtas naturas ita indiuiſibiles, dicimus, quod habent relationem realem ſimilitudinis ſpecificæ, nec eſt neceſſe quod il-

An relatio ſimilitudinis ſpecificæ inter Petrũ & Paulum ſit realis vel rationis.

la

la indiuiſio formaliter exiſtat ſecluſa operatione intellectus, ſed ſufficit quod exiſtat fundamentaliter. De hoc ergo eſt noſtra quæſtio. *1. Concl.* Et reſpondetur, quod vnitas ſpecifica, & generica modo dicto fundat relationem realē identitatis ſpecificæ, & genericæ. Hanc concluſionem habet Diuus Thomas expreſsè prima parte, quæſtione 28. articu. 1. ad 2. cuius verba ſuperius adduximus. Et hæc concluſio ex dictis ſuperius clara manet; habet enim omnia neceſſaria ad fundandam talem relationem, ſi extrema exiſtant.

2. Concluſ. *An eadē relatione ſimilitudinis Petrus dicatur ſimilis Paulo ī ſpecie, Brunello in genere, plātæ in ratione viuentis, angelo in ratione ſubſtantiæ, &c.*

Secundò dico, eadem relatione ſimilitudinis, ſeu identitatis ſpecificæ, qua refertur Petrus ad Paulum, refertur ad Brunellum in ratione animalis, quia ſunt eiuſdem generis, & ad plantam in ratione viuentis, & ad lapidem in ratione corporis, & ad angelum in ratione ſubſtantiæ. De analogia dicemus ſtatim. Probatur, quia omnes iſti ſecundū hanc rationem ſunt veluti vnus terminus totalis, & adæquatus illius ſimilitudinis, & vnitatis ſpecificæ, quæ omnia iſta præſupponit in ſubiecto, & refertur ad omnia talia, quatenus ſunt ſimilia ſuo ſubiecto. Item Petrus ad omnia iſta refertur relatione ſimilitudinis, quia omnibus iſtis eſt ſimilis, & non refertur diſtinctis relationibus, quia ſubiecta non ſunt realiter diſtincta, ſcilicet, Petrus, & homo, & animal, & cetera, ergo vna & eadem ſimilitudine completa. *Obiectio.* Sed contra; nam vnitas generica diſtincta eſt ab vnitate ſpecifica, ergo ſimilitudo fundata ſupra vnitatem genericam eſt diſtincta à ſimilitudine fundata ſupra vnitatem ſpecificam. Antecedens probo, nam vnitas ſpecifica eſt indiuiſibilis per principia ſpecifica; at vnitas generica non eſt huiuſmodi, ſed eſt diuiſibilis per differentias ſpecificas, vt patet in animali, quod eſt diuiſibile per rationale, & irrationale, quod non habet homo, ergo, &c. *1. Solut. ex Caiet.* Reſpondetur, quod illæ vnitates, quoad poſitiuū, quod important, non diſtinguuntur, niſi ratione, licet quoad priuationes diſtinguantur ſpecie, vt aſſerit Caietanus, capitulo quarto, de ente, & nos ſupra diximus. Et ita, quia ſola ratione diſtinguuntur, eadem relatione refertur vnū ad omnia ſibi ſimilia, ſiue in natura generica, ſiue in ſpecifica. *2. Solutio.* Poterat ſecundò dici, quod in Petro ſunt duæ, ſeu multæ relationes, quibus refertur. Nā alia relatione refertur Petrus ad Paulū, vt ſibi ſimilem in natura ſpecifica, & alia relatione refertur ad equum, vt ſimilem in natura generica. Et differunt ſpecie iſtæ relationes, propter diuerſitatem completam vnitatum. Nam ſicut album duabus relationibus refertur ad album in ratione ſimilis, & ad nigrum in ratione diſſimilis, eodem modo Ioannes refertur vna relatione ad Paulum, vt ſimilem ſpecificè, & alia relatione refertur ad equum, vt ſimilem genericè, & alia ad equum, vt diſſimilem ſpecificè. Et hoc videtur aſſerere D. Thomas ſupra dicto loco, dum dicit, quod vnitas generica fundat relationem realem. *Soluitur difficultas.* Et ſi dicas, quod homo & animal in Petro non diſtinguantur realiter, ergo non referuntur diuerſis relationibus, negatur conſeqnentia: nam album, vt relatum ad aliud album, non differt ſpecie à ſeipſo, vt relatum ad nigrum, & tamen refertur diuerſis ſpeciebus relationum.

3. Concluſ. *An vnitas analogica fundet relationē realem.*

Dico tertiò; Vnitas analogica fundat etiam relationem, ſed diſtinctam a ſupra dictis relationibus. Probatur concluſio, quia hoc ens, quod eſt accidens, & hoc ens, quod eſt ſubſtantia, quando in rerum natura exiſtunt, habent vnitatem ſimilitudinis analogicæ: ergo poſſunt referri relatione reali ſimilitudinis, quia fundamentum primi generis, qui petit quantitatem & vnitatem pro ratione fundandi, non dicit, quod ſit vnitas vniuocorum, ſed quod ea, quæ referuntur ad inuicem, hoc genere relationum ſint vnum. Sed hanc conditionem habent ſupra dicta analogata, ergo, &c. Quod verò illa relatio ſit diſtincta à relatione diſtinctionis ſpecificæ, & genericæ patet, quia vnitas analogica eſt ſecundum quid vnitas, & vnitas generica, & ſpecifica ſunt ſimpliciter vnitates; ergo diuerſam relationem fundant. *Obiectio.* Sed contra, nam etiamſi

vnitas

Digitized by Google

Vnitas accidentis, verbi gratia, albedinis non ſit ſimpliciter vnitas, ſed ſecundum quid, quia accidens eſt ſecundum quid ens, tamen in duabus albedinibus fundatur relatio ſimilitudinis ſimpliciter, ergo idem in propoſito erit dicendum.

Solutio. Reſpondetur, quod vnitas accidentis comparata ad vnitatem ſubſtantiæ eſt ſecundum quid vnitas. Cæterum comparatum vnum accidens ad alterũ eiuſdem ſpeciei, ſunt eiuſdem rationis illa duo accidentia, & ita vnitas formalis illorum, in quibus fundatur relatio ſimilitudinis, eſt eiuſdem rationis, & ita dantur ſpecies in accidentibus, & genera.

QVÆSTIO XLVIII.

Vtrum vna relatio poſſit fundari ſupra aliam.

1. Arg. ET videtur, quod non; quia ſi vna relatio ſuper aliam fundaretur, daretur in entibus realibus proceſſus in infinitum; ſed hoc non eſt admittendum, ergo, &c. Maior probatur, quia ſuper has duas relationes ſi fundatur relatio ſimilitudinis, ergo cum duæ illæ relationes fundatæ ſint ſimiles, ſupra illas fundabuntur aliæ duæ, & ſuper iſtas duas aliæ, & ſic in infinitum.

Confirmat. Et confirmatur; nam de facto darentur infinita indiuidua, hoc non eſt concedendum, ergo, &c. Probatur antecedens, quia iſtæ relationes, cum ſint reales, reſultãt ſine noua operatione; ſi duæ primæ relationes eiuſdem ſpeciei ſunt in rerum natura, ſuper illas fundabuntur aliæ duæ relationes ſimilitudinis, & hæ habent eſſe ſecluſa operatione intellectus, & cõſequuntur iſtæ relationes poſito fundamento, ergo infinitæ relationes conſequentur, ſicut conſequuntur duæ primæ, quia eadem eſt ratio.

2. Arg. Secundò: nam D. Thomas 2. contra Gentes, capite 13. & 1. p. q. 42. articulo 4. expreſsè hoc dicit, ergo ita tenẽdum eſt. Et idem de potentia, q. 7. art. 11. & in 1. d. 3. q. 1. art. 1. hæc loca adducit Suarez diſp. 47, ſect. 11. nu. 5.

3. Argum. Tertiò. Relationes diuinæ ſunt diſtinctæ & oppoſitæ, & non aliis relationibus, ſed ſeipſis; aliàs ſi illa oppoſitio & diſtinctio eſſet relatio realis, eſſent in diuinis pluſquam quatuor relationes reales, quod eſt pluſquam falſum, & etiam, quia illa relatio realis ſuperaddita fundaret ſupra ſe aliam, & ita in infinitum eſſent relationes reales in diuinis, quod eſt abſurdiſſimum, ergo etiam aliæ relationes ſeipſis opponuntur, & diſtinguuntur. Conſequentia probatur, quia eſt eadem, & minor ratio.

4. Argum. Quartò. D. Thomas expreſsè 1. p. q. 42. art. 1. ad 4. dicit in hæc verba: Nec iterum vna relatio refertur ad aliã per aliquam aliam relationem. Cum enim dicimus, quod paternitas opponitur filiationi, oppoſitio non eſt relatio media inter paternitatem & filiationem, quia vtroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. Ecce vbi hanc partem tenet Angelicus Doctor, & tangit rationem primi argumenti, ergo, &c.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. An oppoſitio relationum, quæ eſt inter paternitatẽ, & filiationẽ, ſit relatio diſtincta ab eis. IN hac quæſtione, vt à certis incipiamus, ſit 1. concluſio: oppoſitio, quæ eſt inter duas relationes oppoſitas, vt inter paternitatem & filiationem, non eſt alia ratio diſtincta, nec ſit per diſtinctam relationem, vt, verbi gratia, paternitas opponitur filiationi per ſeipſam, & non per aliam relationem diſtinctã. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia D. Thomę loco proximè adducto. Illam tenet Soncinas 5. Metaphyſicæ, q. 29. in ſolutionibus argumentorum, & Dominus Caietanus prima parte, q. 4. articulo 1. & eſt communis ſententia inter Thomiſtas; & probatur ratione D. Thomæ euidentiſſima. *Ratio efficax D. Th.* Nam ſi relatio paternitatis opponitur filiationi per aliam relationem, ſequitur proceſſus in infinitum

tum in actu in relationibus; hoc nullus concedet, ergo nec illud, ex quo ſequitur. Probatur ſequela, quia etiam illæ duæ relationes ibi fundatæ habent veram eſſentiam relationum, & ad inuicem terminantur: ergo ſunt oppoſitæ relatiuè, ergo per aliquas alias relationes, & ſic in infinitum, ergo, &c. Hæc eſt demonſtratio, & conuincit de omnibus relationibus, quæ terminantur ad alias, & de relationibus terminantibus illas. Præterea; oppoſitio relatiua eſt poſtprædicamentum, vt patet ex Ariſtotele, capite de oppoſitis, in poſtprædicamentis, ſed poſtprædicamentũ non eſt relatio, ergo, &c. Probatur minor, quia ſi eſſet relatio, non eſſet poſtprædicamentum, quia relatio ad prædicamentum pertinet, & non ad poſtprædicamentum. Præterea, poſtprędicamentũ eſt quidam modus entis imperfectus, qui vagatur per multa genera, cuiuſmodi eſt prioritas, ſimultas, motus, & oppoſitio; ergo non poteſt eſſe relatio; quia relatio quid perfectum eſt, pertinens ad prædicamentum relationis. Præterea; contrariè oppoſita, vt albedo, & nigredo, frigiditas & caliditas ſe ipſis, & non aliis qualitatibus ſuperadditis opponũtur, & idem eſt de contradictoriè oppoſitis, & priuatiuè oppoſitis, ergo idem eſt dicendum de relatiuè oppoſitis.

Quid ſit oppoſitio relatiua.

Quid ſit poſtprædicamentum.

2. Concluſ. Deciſiua cõtrouer. An oppoſitio relatiua ſit relatio rõnis cõtra Molinam.

Secunda concluſio: Relatiua oppoſitio formaliter loquendo, non eſt relatio rationis. Hæc ponitur contra Molinam 1. par. q. 42. articulo 1. diſputatione ſecunda, qui cenſet, oppoſitionem relatiuam, formaliter loquendo, eſſe relationem rationis. Probatur hęc concluſio: quia conſiderando paternitatem & filiationem ſecundum eorum proprias rationes, quocunque alio ſemoto ſunt incompaſſibiles in eodem ſubiecto reſpectu eiuſdem ſecluſa omni operatione intellectus, & ſecluſa omni relatione rationis; ſed hæc eſt oppoſitio relatiua; ergo ſecluſa operatione intellectus, & relatione rationis illæ ſunt oppoſitæ & formaliter, quia incompatibilitas relationum reſpectu eiuſdem eſt formaliſſima oppoſitio relatiua. Præterea, albedo & nigredo formaliſſimè opponuntur ſecluſa omni operatione intellectus, & relatione rationis; ridiculum enim eſſet dicere, quod albedo & nigredo non opponuntur, niſi exiſtente operatione intellectus, ergo etiam relationes, quia, ſicut oppoſitio contraria habet eſſe ſecluſa operatione intellectus, ita oppoſitio relatiua. Præterea, quod duæ relationes ſint oppoſitæ, nõ poteſt eſſe relatio, ergo non poteſt eſſe relatio rationis. Probatur antecedens, quia relationis totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, & totum eſſe oppoſitionis non eſt ad aliud ſe habere, quia non reſpicit terminum, ſed eſt quædam incompatibilitas aliquorum in eodẽ ſubiecto. Præterea, oppoſitio in communi eſt incompatibilitas; ergo talis oppoſitio eſt talis incompatibilitas, ergo non eſt relatio, ſed ſpecies incompatibilitatis.

3. Concluſ. Quãdo vna relatio fundare poſſit aliã relationẽ realem.

Tertia concluſio: Aliquæ relationes poſſunt fundare alias relationes aliquando, verbi gratia, paternitas & filiatio poſſunt fundare relationem diſſimilitudinis ſpecificæ, & filiationes duæ relationem ſimilitudinis ſpecificæ. Hæc concluſio probatur: Nam ſi extrema exiſtant, ſunt realia & realiter exiſtentia, & realiter diſtincta, & fundamẽtum eſt diſtinctum in ipſis extremis, & eſt vnitas in quolibet extremo diuerſæ rationis, ita vt ſint duæ vnitates tranſcendentales, ſeu modales, ergo fundabunt paternitas & filiatio relationem diſſimilitudinis ſeu diuerſitatis ſpecificæ. Præterea, duæ ſpecies cuiuſcunque prædicamenti diſtinctæ exiſtentes fundant relationem realem, ergo & duæ ſpecies relationis, quia quod ſint ſpecies relationis, hoc non tollit. Et confirmatur hæc ratio, relationes rationis poſſunt fundare aliam relationem rationis, vt in relatione indiuidui abſtracta fundatur relatio ſpeciei, & ſimiliter in relatione generis, ergo & in relationibus realibus poterit fundari alia relatio realis, quia eſt eadem ratio.

4. Concluſ.

Quarta concluſio; Hæc concluſio ſic eſt intelligenda, quod relationes poſ-

Regula generalis ad explorãdũ, quãdo vna relatio fundet aliã relationẽ realẽ, & quando non.

poſſunt fundare alias relationes, quando ipſæ relationes non ſunt rationes referendi ad ſeipſas, vt contingit in paternitate & filiatione: quando autem ſunt rationes referendi etiam ad ſeipſas, nõ fundant aliam relationem, ſed ſiſtitur ibi: vt duæ relationes ſimilitudinis non fundant alias relationes ſimilitudinis, quæ ſunt rationes referendi ſubiecta ad terminos, ſunt etiam rationes, quare ipſæ referant etiam ad inuicem ſeipſas: ſicut exiſtentia eſt ratio, quare ſubiectũ exiſtat, & ipſa ſibi eſt ratio exiſtendi. Secunda pars concluſionis probatur: quia aliàs ſequeretur proceſſus in infinitum. Et hanc partem probant argumenta facta in principio. Primam partem ſic probo; nam ſi eſſent rationes referendi etiam ad ſe, vt duæ relationes ſimilitudinis, vel duæ relationes diſſimilitudinis, & adhuc fundarent alias relationes, poſſet idem dici de aliis, & ſic eſſet proceſſus in infinitum, vt ſi exiſtentia ad hoc, quod exiſteret, aliam exiſtentiam requireret, eſſet in infinitum abitio. Et ita eſt intelligendus D. Thom. in loco adducto in quarto argumento. Et etiam loquitur Diuus Thomas iuxta primam concluſionem; de oppoſitione, quæ eſt inter ipſas relationes; nam ſeipſis opponuntur & non aliis.

Glo. ad õia loca Diui Tho. in contrarium.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. An detur proceſſus in infinitũ in relationib.

AD primum argumentum in principio reſpondetur, quod tandem deueniendum eſt ad relationes, quæ ſeipſis referuntur: vt ſi ſupra paternitatẽ & filiationem fundo relationem diuerſitatis illæ relationes fundatæ ſeipſis referuntur; nam ſicut referunt ſubiecta, & ſeipſas referunt. Paternitas verò & filiatio non ſe referunt ad inuicem: quia cum altera reſpectu alterius nullo modo habeat rationem patris, (& loquor in creaturis) nullo modo ad inuicem referuntur, ſed referunt ſubiecta. At verò relationes ſimilitudinis, quia ad inuicẽ referunt ſubiecta, quatenus ſimilia, & ipſæ ſunt ſimiles, vt quo etiam ad inuicem referuntur. Ita vt vnum totale extremum ſit, & ſubiectum, & relatio: & idem in relationibus diſſimilitudinis: quia referunt ſubiecta quatenus ſimilia ſpecificè, quod etiam ipſæ relationes habent, & ita ſe referunt etiam.

Ad 2. arg. Ad ſecundum argumentum aduerſariorum reſpondetur, quod omnia loca adducta falſa ſunt. Et quidem non ſatis fideliter citant loca, ſed quando homo cenſet ſe attigiſſe locum, manet in deſerto.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod oppoſitio relatiua non eſt relatio, ſed poſtprædicamentum: & ita nec in diuinis, nec in humanis eſt relatio, ſed modus quidam relationis; de quo dicemus in poſtprædicamentis.

Ad 4. arg. Ad quartum D. Tho. iam eius mentẽ explicui per concluſiones. Nec eſt mẽs D. Tho. dicere, quod ſupra relationem nulla poſſit fundari relatio, quia relatio paternitatis bene poteſt referri ad aliam paternitatem relatione ſimilitudinis, & hoc non habet per ſeipſam: ergo per aliam relationem ſuper ipſam fundatam. Vnde malè Suarez explicat D. Tho. diſput. 47. quod teneat nullam relationem ſuper aliam poſſe fundari.

Suar. malè exponit D. Tho.

QVÆSTIO XLIX.

Vtrùm relatio aliqua poſſit fundari in actione.

1. argum. ET videtur, quod nõ, quia relatio permanet, ſed actio tranſit: ergo non poteſt eſſe fundamentũ relationis. Probatur conſeq. quia relatio habet ſuam realitatem à fundamẽto: ergo ſi eſt relatio realis, & exiſtens, debet eſſe fundamentũ exiſtens: nam qđ non eſt, non poteſt realitatẽ tribuere.

2. argum. Secundò: Relatio paternitatis eſt relatio ſecundi generis, & non fundatur in actione, vel paſſione, ergo falſum aſſerit Ariſtoteles, dũ dicit, has relationes fundari in actione & paſſione.

Digitized by Google

Solutio. Si dicas, quod fundantur in potentia generatiua, & quod generatio eſt ratio fundandi: *Impugn.* Cõtra remota generatiua ab homine habente filium, & adhuc manet pater, ergo manet relatio paternitatis, & non fundata in actione, nec in potentia generatiua, quia non habet illam, ergo relationes ſecundi generis in aliquo alio fundãtur, quod fuit prætermiſſum ab Ariſt. Probatur primum antecedens, quia pater eſt, qui habet filium, ſed ille homo habet filium, ergo eſt pater.

3. Argum. Tertiò. Relatio agentis eſt in agente, quia refertur per illam ad effectum realiter, ſed hæc relatio non fundatur in actione, etiamſi ſit ſecundi generis, ergo falſum aſſerit Ariſtoteles, relationes ſecundi generis fundari in actione. Probatur minor, quia actio (& loquimur de actionibus tranſeuntibus) eſt in paſſo ſecundum probabiliorem opinionem.

Deciditur quæſtio.

Concl. contra Aureolum. AD hanc quæſtionem reſpondetur, actionem & paſſionem eſſe rationes fundandi relationes, vt ſuperius viſum fuit, non verò fundamenta, quidquid dicat Aureolus. Et in hac quæſtione potius eſt tractandum de difficultatibus, quas argumenta inſinuant.

Ad 1. arg. Primum enim argumentum conuincit noſtram concluſionem.

Ad 2. arg. Controuerſia. Quodnã ſit fundamentum paternitatis. Secundum verò tangit illam difficultatem, quodnam ſit fundamentum paternitatis. *1. Opinio.* Aliqui dicunt, quod paternitas fundatur ſupra patris eſſentiam capacem ad generandum. Vnde non poteſt Deus tollere fundamentum ſine eo quod tollat relationem. Et ad hoc aſſerendum conuincuntur iſti argumento ſecundo. *2. Opinio.* Alij dicunt, quod fundatur in potentia generatiua, & actio generationis eſt ratio fundandi, & vtraque opinio eſt probabilis. *Satisfit argumento ſecundo iuxta primam opinionem.* Itaque, qui dicunt fundari ſupra eſſentiam capacem generationis, debent dicere, quod potentia generatiua, & actio generandi ſunt vna ratio fundandi totalis, & neceſſariò requiſita, vt relatio inhæreat ſubiecto. Et poteſt hoc probari ex paritate. Nam filiatio fundatur in ſubſtantia filii, præſuppoſita, vt ratione fundãdi, generatione paſſiua, ſeu genitum eſſe. Nam in illo nulla potentia eſt proxima, vt poſſit generari præter ſubſtantiã ipſius: ſicut nec in re creabili eſt potentia aliqua realis, ſecundum quam creari poſſit. Aliàs potentia realis rei creabilis eſſet prior re creabili, quod eſt falſum: omne enim accidens ſubſtantiam præſuppoſit. Et hæc opinio non habet difficultatem; nam etiam requirit actionem, vt rationem fundandi, & eſt relatio ſecundi generis. Illa verò opinio, quæ dicit fundari ſupra potentiam generatiuam, vt ſupra fundamentum principale, & ſupra generationem, vt ſupra rationem fundandi, probabilis eſt etiã.

Satisfit et iuxta ſecũdam opin. Et ad argumentum reſpondetur, quod ſublata potentia generatiua, quæ ſecundum aliquos auferri poteſt naturaliter, quia potentia eſt in organo, & ablato organo aufertur potentia, ſiue auferatur miraculosè, ille homo erit pater, quia ſtatim in eſſentia reſultabit alia relatio propter ſuam minimam entitatem, & propter poſitionem termini, à qua pater denominabitur: ſicut ſi deſtrueretur primum mobile, ſtatim reſultaret ratio temporis in ſecundo mobili, quia ille motus eſſet regulariſſimus motus omnium. Et illa eſſentia tunc haberet rationem fundamenti ſublato primo fundamento. Itaque, naturaliter loquendo, potentia generatiua eſt fundamentum, ſed hoc ſublato erit eſſentia fundamentum, & in illo reſultabit relatio, ſeu ex illo virtute præcedentis generationis. *Obiect. pulcra.* Et ſi dicas, contra: ille iam non erit idem pater, quia ad identitatem patris requiritur, quod ſit eadem forma, ſed non eſt eadem forma; ergo non erit idem pater. *1. Solutio. Quid requiratur ad identitatem numericã relatiuam?* Reſpondetur, quod relatio dicit ordinem ad ſubiectum, quod conſtituit in tali eſſe relatiuo, & ad terminum. Vt ergo non maneret idem relatiuum, non ſolum deberet mutari relatio ſubiectum proximum, ſed & terminus, vnde cum non mutetur, manet idem relatiuum & idem

dem pater numero. Sed contra; ergo non manet iam idem numero, ſicut antea, quia manet eadem relatio. Reſpondetur, quod manet eadem relatio formaliter, licet non maneat eadem materialiter. Sicut ſolemus dicere de loco, quod eſt idem locus numero, etiam ſi mutentur ſuperficies materialiter, quia manent in eadem diſtantia formaliter, ita hic, quia illa relatio manet reſpectu eiuſdem termini, & manet idem ſubiectum principale, manet idem relatiuum numero.

Solutio. Ablata paternitate, & potentia generatiua à patre quo modo remaneret pater

Secundò reſpondetur, quod in prædicto caſu ille homo eſſet realiter pater, etiamſi tolleretur relatio, & potentia generatiua, non quia reſultaret alia relatio, ſed diceretur pater à relatione filii, tanquam à fundamento, ſicut Deus dicitur realiter Dominus à relatione creaturæ, & Chriſtus Dominus realiter Filius ſacratiſſimæ Virginis Mariæ Dominæ noſtræ à relatione maternitatis eiuſdem Virginis realiter terminatæ ad ipſum, ſicut aſſerit Diuus Thomas 1. part. quæſt. 35. articulo 5. Formaliter verò diceretur pater à relatione rationis, quam ei tribueret intellectus, ex terminatione relationis filii ad eum.

3. Solutio.

Tertiò reſpondetur, quod non maneret pater nec filius in illo caſu, quia relationes ſunt talis naturæ, quod vna ſublata alia remanere non poteſt. Et ita, quia ablata potentia generatiua aufertur relatio paternitatis, deſinit eſſe relatio filiationis, & ita non manet pater & filius, niſi materialiter, id eſt, ille qui fuit pater, & ille, qui fuit filius.

Soluitur difficultas.

Et ſi dicas, contra: nam pater eſt, qui genuit alium: ſed ille genuit alium: ergo eſt pater, ſed filius eſt genitus ab alio, ille eſt genitus ab alio: ergo eſt filius. Reſpondetur, quod ſicut non valet, mortuo patre iſte homo eſt genitus ab alio; ergo eſt filius, quia non eſt correlatiuum; ita non valet in noſtro caſu, quia non eſt correlatiuum formaliter; & hæc bene nota.

Ad 3. arg.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod relatio agentis non fundatur in actione, ſed in potentia actiua; actio verò eſt ratio fundandi, ratio vero fundandi non eſt neceſſe, quod ſit in eo, in quo eſt relatio, bene tamen potentia, ſupra quam fundatur actio: quia relatio realis debet eſſe intrinſeca relatiuo. Quia, vt aſſerit Diuus Thomas, 2 contra Gentes, ca. 13. licet in aliis formis inueniantur extrinſecè denominationes, in relatione non inuenitur aliquid denominari, & loquitur formaliter quaſi exterius exiſtente, ſed inhærente: quia ordo formalis, ſeu formaliter ordinari & realiter ad aliud, quod eſt effectus relationis, debet eſſe intrinſecum illi, quod refertur, & ordinatur: aliàs non erit realiter & formaliter relatum. Et ratio eſt, quia relatio eſt idem ſeu ineſt fundamento, quod in relationibus realibus debet eſſe intrinſecum rei relatæ. Ratio verò fundandi non inconuenit, quod inhæreat alteri, quam relatiuo, vt patet in actione, eſt tamen neceſſarium, quod profluat à relatiuo, quod denominat, & quod ipſum agens denominat, quod totum reperitur in actione reſpectu agentis. Cum verò dicimus, quod hoc genus relationum fundatur in paſſione, eſt ſenſus quod fundatur in potētia paſſiua, & paſſio eſt ratio fundandi: ſed nec requiritur, quod ſit vera potentia paſſiua, quia relatio filiationis fundatur in potentia paſſiua, & non eſt vera potentia paſſiua, quam habet Petrus, vt generatur, ſed accipitur impropriè pro eſſentia, quatenus generabilis eſt, & ratio fundandi eſt generatio paſſiua ſeu genitum eſſe, & generatio paſſio. Itaque eſſentia generabilis, quatenus ſtat ſub hac paſſione, eſt fundamentum filiationis. Nam nulla vera potentia realis, quæ ſit in prædicamento qualitatis, eſt in Petro antequā generetur, ſed omnis talis conſequitur generationem. Et ſi inquiras, an, cum pater generat filiū, conſurgat duplex relatio, altera, qua dicatur pater, altera qua dicatur agens: de præſēti reſpondet Suarez diſputatione 47. nu. 9. ſect. 12. dicēs, eadem eſſe relationē, quæ in ipſomet inſtāti, quo generat, cōſurgit, & pmanet quamdiu talis pater cū filio durat. Quo circa paternitas nec includit denominatio-

An relatio agentis fundetur ſuper actione, uel ſuper potentia actiua? et qd ſit fūdamētum, quid ratio fundandi.

Quare fundamentum relationis debeat inhærere ſubiecto relato, ratio verò fundandi non itē.

Controuer. An in patre, cum generat filiū, conſurgat duplex relatio, altera qua dicatur pater altera qua dicatur agens?

1. Op Suar. Tãgẽs non diſſoluens difficultatẽ & contra D.Tho.

nationem de præterito, nec de præſenti, ſed abſolutè refert ad eum, qui habet eſſe ab illo, quiſpater denominatur. Sed tetigit difficultatem, nec explicuit illam, & ſuo more, vt diſcederet à Diuo Thoma, ita hanc reſoluit difficultatem.

2. Opin. D. Tho. Doctrina exquiſita.

Ad quam D. Thomas 5. Metaphyſicæ lectione 15. ita reſpondet: Sciendum etiã eſt, quod eorum relatiuorum, quæ dicũtur ſecundum potentiam actiuam, & paſſiuam attenditur diuerſitas ſecundũ diuerſa tempora. Quædam enim horũ dicuntur relatiua ſecundum tẽpus præteritum, ſicut quod fecit ad illud, quod factum eſt, vt pater ad filium, quia illud genuerit, illud genitus eſt, quæ differũt ſecundum feciſſe, & paſſum eſſe, quędã verò ſecundum tempus futurum, ſicut facturus refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur iſtæ relationes, quæ dicuntur ſecundum priuationem potentiæ, vt impoſſibile, & inuiſibile, & ſuperius dixerat, vt calefaciens ad calefactum, quod eſt ſecundũ tempus præſens. Vnde patet, quod relatio paternitatis, (& loquimur modo in humanis, vbi eſt præteritum, & futurũ) non fundatur in generatione per modũ præſentis, ſed per modum præteriti, ſcilicet, in potentia, quæ genuit, & filiatio in illo, quo filius genitus eſt. Nam generatio, quæ eſt alteratio præcedens, non fundat relationem paternitatis, quia poteſt contingere, quod aliquis hoc modo generetur per alterationem antecedentem introductionem formæ, & non ſit pater, quia nõ ſequitur introductio formæ eiuſdem rationis cum forma generantis.

Corollariũ notandum.

Vnde ſequitur euidenter, quod eſt diuerſa relatio, qua aliquis dicitur generans per alterationem antecedentem, ab illa, qua dicitur pater, quæ eſt fundata in genuiſſe. Si autem detur vera actio, vt aliqui exiſtimant, ſecundum quam agens dicatur generãs, & aliquid dicatur genitum, ita vt ſit ſimul generare, & genitum eſſe, tunc ibi fundabitur relatio paternitatis, quatenus illa actio importatur per modum præteriti, quatenus, ſcilicet, eſt genuiſſe. Et idem dicendum eſt de igne, quando generat ignem, & alterat paſſum ad ignis generationem, quia non eſt idem alteratio & generatio ignis, ſed poteſt eſſe, quod ignis alteret introducendo calorem, & non generet ignem. Vnde alia eſt relatio producentis calorem, & generantis ignem, ſiquidem vna ſine alia reperiri poteſt. Quod ſi conſideraſſet iſte author, non diſcederet à Diuo Thoma, ſuppreſſo angelici Doctoris nomine. Secundum ergo diuerſitatem actionum diuerſitatem relationum ſumendam eſſe,

Vnde ſumẽda diuerſitas relationum.

non ſolum in ratione actionis, ſed per ordinem diuerſum, quo ipſa actio ſumi poteſt, cum etiam dicimus fundari in potentia actiua relationem, accipienda eſt potentia actiua largè, vt ſe extendit propriè ad potentiam, vel ad aliquid per modum potentiæ. Et hæc dicta ſint de ſecundo genere relationum: Per hæc enim omnia alia facilè diiudicari poterunt, ne, ſi ſingula expreſsè proſequimur, opus creſcat in infinitum.

An paternitas in equis, & in hominibus ſint eiuſdem ſpeciei.

Hic poterat diſputari, an omnes paternitates ſint eiuſdem ſpeciei, vt paternitas equi & hominis. Sed profectò videtur differre ſpecie, quia generationes ſpecie differunt.

QVÆSTIO L.

Vtrùm Ariſtoteles rectè aſſignauerit tertium genus fundamenti relationum.

Contrau.

DE hoc tertio fundamento in communi nonnulla diximus in ſuperioribus; modò in particulari agendum eſt de illo.

1. Op. Suar.

Suarez ſupra dicta diſputatione, ſectione 13. nu. 21. dicit, relationes tertii generis non fundari in ratione menſuræ. Sed inter alia exempla, quibus hunc modum explicat, dicit eſſe vnum menſurabilis ad menſuram. Verba enim ipſius Ariſtotelis ſunt. Alia enim, vt menſurabile ad menſuram, & ſci-

& ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. Vbi nullum fundamentum harum relationum declarat, ſed ſolum adhibitis illis tribus exemplis declarat hoc genus relationum, & friuolis rationibus hoc probat: Quia Ariſtoteles dixit, vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam. Et ſi eſſet fundamentum relationis menſurabile ad menſuram, non deberet ſubiungere copulatiuè ſcibile ad ſcientiam, ſed dicere, vt ſcibile ad ſcientiam. Vnde ſatis explicuit, non eſſe vnum genus relationum, quod fundatur ſupra menſurabile ad menſuram. Et confirmatur, quia ſi adduxiſſet exemplum ſupra dicti fundamenti, non debuiſſet dicere, & ſcibile ad ſcientiam, ſed vt ſcientia ad ſcibile, quia ſcientia menſuratur per ſcibile, & non è contra. Et ita Ariſtoteles hic ſolum expoſuit tertium genus relationum, quæ ſunt illæ, ſecundum quas aliquid refertur ad aliud, quia aliud refertur ad ipſum, cuiuſmodi eſt ſcibilis ad ſcientiam. Et tandem dicit, relationem ſcientiæ ad ſcibile fundari in ratione cauſſæ & effectus, quæ reducitur ad ſecundum genus relationum. Et cum videret abſurda ſequi ex hac ſententia, dicit, ſolum hæc ab ipſo aſſerta eſſe diſputationis gratia, licet cenſeat fundari maxima cum ratione in Ariſtotelis litera, & nullatenus eſſe improbabilia.

1. Argu pro Suarez. *Confir.*

Sed ne diſcedat à doctrina communi, dicit, tertium genus relationum eſſe menſuram & menſurabile. Vbi menſura non accipitur, vt dicit habitudinem ad noſtram cognitionem, quatenus, ſcilicet, eſt medium, quo nos vti poſſumus ad cognoſcendum alterius quantitatem, aut molis, aut perfectionis; Sed ſumitur menſura pro reali termino, vel obiecto, ad quod res aliqua dicit habitudinem, ſecundum quam illi coaptatur, ſeu commenſuratur. Quomodo ſcientia comparatur ad rem ſcibilem. Vnde hæc commenſuratio nihil rei eſt præter habitudinem tranſcendentalem talium rerum ad ſua obiecta, quæ eſt ſufficiens fundamentum relationis prædicamentalis. Et hæc ſententia ſit pro primo argumento.

2. Argu. Secundum argumentum: Relatio creatoris ad creaturam, & relatio dominii ſunt relationes tertii generis, & tamen non fundantur in ratione menſuræ, & menſurabilis, ergo falſum eſt aſſerere hoc eſſe tertium genus relationum.

Confir. Probatur maior, quia habent conditiones omnes harum relationum. Nam ſolum ex parte vnius extremi eſt relatio realis, & fundamentum reale ſolum eſt ex parte vnius extremi. Et ita dicit Diuus Thomas prima parte, quæſtione decimatertia, articulo ſeptimo. Minor probatur, quia creatura non refertur ad creatorem, vt creatura eſt, quia ſuum eſſe eſt adæquatum eſſe diuino, ſed quia producitur à Deo, & conſeruatur. Et confirmatur; Nam relationes tertii generis non fundantur in actione, ſed in adæquatione ad menſurã, ſed ſupra dictæ relationes fundantur in actione, ergo non ſunt huius generis. Maior probatur, quia ſcientia dicitur vera & menſurata à ſuo obiecto, non per aliquam actionem, ſed per ſuam eſſentiam. Sicut imago dicitur menſurata, non per aliquam actionem, nam ex eo, quod producitur ab agente, ſine alia actione eſt menſurata obiecto ſuo per ſeipſam.

3. Argu. Tertiò, Relatio dexteritatis eſt relatio tertii generis in animali, & tamen non eſt relatio menſuræ, ergo, &c. Maior patet, quia ſemper ex parte alterius extremi eſt relatio rationis, ergo ſignũ eſt, quod eſt relatio tertii generis, quia relationes tertii generis ſemper ſunt non mutuæ.

4. Argu. Quartò, Obiectum realiter cauſſat ſcientiam aliquando producendo ſpecies neceſſarias ad habendã ſcientiã, ergo tunc illa relatio erit relatio mutua, & non tertii generis Cõſequẽtia patet ex dictis, quia illæ relationes non ſunt mutuæ. Sed antecedẽs probatur in obiectis ſenſibilibus, quæ emittunt ſpecies, & cauſſant ſcientiam per emiſſionem illarum ſpecierum, Et confirmatur: quia ſen- *Confirma.*

ſenſibile realiter immutat organum,ergo realiter ordinatur ad ſenſum, ergo non ſolum,quia ſenſus refertur ad ſenſibile, & ſic erit relatio realis in ſenſibili ad ſenſum.Probatur conſequentia,nam quando aliquod extremum realiter ordinatur ad aliud,bene poteſt, imò fundat relationem realem.

5. Argu. Quintò; Ens non ſolum eſt ſcibile in actu, quia ſcientia terminatur ad ipsũ, ſed quia habet naturam realem & rationem formalem, ad quam conſequũtur aliquæ proprietates, quæ per illam rationem formalem demonſtrari poſſunt, & hominem eſſe volitiuum, eſt ſcibile, ex eo,quod habet rationem,& cauſsã, per quam demonſtretur ſcilicet, quia eſt intellectiuus,& non ſolum,quia ſcientia terminatur ad ipſum; ergo relatio ſcibilis erit realis. Probatur conſequentia, quia præſupponit aliquid reale in ſcibili, conueniens illi ex natura rei, ſcilicet ſuam rationem formalem, quæ, ſi exiſtat poterit referri realiter ad ſcientiam, ſicut duæ quantitates realiter referuntur,quia fundamentum eſt reale in vtraque.

6. Argu. Sextò; Relatio menſurati ad menſuram eſt aliquando relatio rationis,ergo non ſunt iſtæ relationes tertii ordinis non mutuæ. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens. Nam ſi menſurans non exiſtat, relatio menſurati ad menſuram erit etiam relatio rationis & ita non erunt mutuæ, quia ex neutra parte eſt relatio realis. *Confir.* Confirmatur: Nam relatio ſcibilis ad ſcientiam non eſt prædicamentalis, male ergo enumerat in prædicamento relationis relationes tertii ordinis. Antecedens probo, quia eſt relatio rationis.

7. Argu. Septimò, ſcientia in ſua eſſentia & ratione eſt menſuratum, & vt ſic non eſt relatiuum, ſed eſt abſolutum & in prædicamento qualitatis exiſtens, ergo menſuratum, vt ſic, non eſt relatiuum,& ita non erit relatiuum tertii generis.

Deciſio quæſtionis.

Prima concluſio: Iſtę relationes, quę à metaphyſicis dicuntur tertii generis,diſtincta fundamenta habent à reliquis duobus generibus,& ſunt relationes,nullo modo reducibiles ad duo dicta genera. Et hoc apertiſſimè cõſtat in Ariſtotele. Vnde nullam probabilitatẽ habet ſententia relata à Suarez, quod habeant diſtincta fundamenta. Probatur, quia iſtæ relationes nunquam ſunt mutuæ, id eſt, reales ex vtroque termino; relationes verò primi & ſecundi generis, ſæpiſſime ſunt mutuæ, imo ſemper,ſi exiſtant extrema;ergo ſunt alterius rationis, & conſequenter habent diſtincta fundamenta. Probatur conſequentia, quia ſi eadem fundamenta haberent,mutuæ eſſent,ſicut illæ. Secundò; illæ relationes habent fundamenta realia in vtroque extremo, ita vt ad inuicem ordinentur fundamentaliter, ex quo conſurgit formalis ordo, ſed hoc non reperitur in relationibus tertii ordinis, quia etſi vnum extremum realiter ordinetur ad aliud, & perficiatur in ordine ad illud,non tamen hoc contingit in alio extremo, ergo, &c. Tertiò probatur; Quia relationes primi generis fundantur in vnitate,ſeu in quantitate,relationes ſecundi in actione,ſed iſtę relationes,formaliter loquendo de proprio fundamento, in nullo illorum fundantur, nam ſcientiæ relatio in ratione menſurati, & imaginis relatio in eadem ratione in nulla quantitate,nec actione fundatur, ergo, &c. Vltimò probatur ex Ariſtotele, qui capite de ad aliquid in 5.expreſsè numerat hæc tria fundamenta; ergo ſicut primum fundamentum non reducitur ad ſecundum, nec è contra, ita neque hoc reducetur ad alia duo,nec è contra. Antecedens patet; nam ita dicit, poſtquam numerauerat primi & ſecundi generis relatiua, ergo ſecundum numerum, & potentia dicta ad aliquid, ſic omnia ad aliquid, eo quod ipſum, quod eſt alterius, dicitur id quod eſt, ſed non eo, quod aliud ad aliud. Menſurabile verò & ſci-

1 Opin. Authoris.
1. Concluſ. Cõtra Suarez.
1. Ratio pro concl.
2 Ratio.
3. Ratio.
4. Ratio.

ſcibile,& intellectuale, eo quod aliud dicitur ad ipſum ad aliquid dicuntur, ſed non eo quod illa ad aliud. Vbi apertam aſſignat differentiam, & manifeſtè diſtinguit inter relatiua huius & aliorum generum: nam alia dicuntur ad aliud, quia in ſe habent, vnde dicantur, vt patet in patre & filio, quia pater dicitur, quia genuit, & filius, quia genitus. Et numerus quaternarius ad binarium relatione dupli refertur ratione quantitatis, quam habet in ſe; at verò ſcibile non refertur ad ſcientiam, quia in ſe habeat aliquod fundamentum, ratione cuius referatur, ſed quia ſcientia refertur ad ipſum, ipſum refertur ad ſcientiam. Vnde Diuus Thomas in Commento ita dixit, proſequitur de tertio modo relationum. Et ita eſt communis ſenſus totius metaphyſicæ ſcholæ, qui plurimum momenti his rebus affert tenendis. Vnde non quilibet ſuo arbitratu debet etiam nouas inducere opiniones, ſeu imaginationes.

2. Concl. In quo diſtinguūtur relationes tertii generis à relationibus aliorum generum.

Secunda concluſio: Tota ratio diſtinctionis in hoc genere relationum ab aliis conſiderata ex parte fundamenti in hoc conſiſtit, quod in his relatiuis tota ratio fundamentalis relationis pendet ex altero extremo, ex eo nimirum, quod refertur ad aliud, & in ſe non habet aliquam fundādi rationem. In aliis verò fundandi relationem ratio eſt in vtroque extremo. Hæc concluſio eſt expreſſa angelici Doctoris in ſua lectione 15. vbi ſic dicit, poſtquam numerauerat relatiua tertii ordinis: In omnibus autem his tota ratio referendi in duobus extremis pendet ex altero, & ideo omnia iſta quodammodo ſe habēt vt menſurabile & menſura, nam ab eo quælibet res menſuratur, à quo ipſa dependet. Et probatur rationibus: nam aliquid dicitur ſcibile, quia poteſt de ipſo haberi ſcientia, & ſenſibile, quia poteſt de ipſo haberi ſenſus: ergo non dicuntur talia, niſi ab altero extremo, & non ex eo, quod aliquid eſt in ipſo. Sicut enim aliquid dicitur creabile à potentia creatoris, & non ab aliqua potentia, quæ ſit in creatura. Eodem modo dicitur aliquid ſcibile à ſcientia, & non ab aliqua potentia, quæ ſit in re. Sed in his rationibus videtur loqui Diuus Thomas de relatiuis trāſcendentalibus. Et ita verum eſt, quod etiam aliquid ſcibile denominatur à ſcientia, quæ eſt relatiuum tranſcendentale, & ſecundum dici. Vide pro huius maiori intelligentia Diuū Thomam, 4. Phyſicorum, lectione 23. Sed ex his ſit argumentum: Si res dicitur ſcibilis, & ſenſibilis præciſè à ſcientia, quæ eſt in ſciente, quia hoc nihil ponit in re ſcita: ergo etiam dicetur menſurans, ex eo, quod ſcientia menſuratur, & dependet à ſcibili, quia eſſe menſurans ſcientiam nihil reale eſt in ſcibili, per quod ordinetur ad ſcientiam.

Doctrina Diui Thomæ egregia pro concluſione.

Obſeruatio authoris.

Vnde aduerte, quod ex eo, quod ſcientia terminatur ad obiectum ſuum, verbi gratia, ex eo quod metaphyſica terminatur ad ens, dicitur ſcitum. Eſſe autem ſcitum relatio eſt, quia eſt aliquid rationis in ſcibili, ſicut eſſe viſum eſt quid rationis in pariete. Et hæc relatio ex parte ſcibilis eſt relatio rationis tertii ordinis: ſcientia autem, quæ terminatur ad ſcibile, eſt relatio tranſcendentalis, & ſecundum dici, non relatio prædicamētalis.

Quomodo reperiatur relatio mēſura inter ſcibile, & ſcientiam.

Sed ſuper hanc ſcientiam terminatam ad obiectum & illi conformem fundatur relatio quædam menſurati, quia ſcientia dependet in ſua veritate & eſſe ab obiecto; & conſurgit alia relatio menſurantis in obiecto, ex eo quod ſcientia refertur ad illud in ratione menſuræ. Quæ quidem relatio in obiecto eſt aliquid rationis: quia in ipſo nullum ordinem fundamētalem ad ſcientiam præſupponit, ſed præciſè refertur ad ſcientiam, quia ſciētia refertur ad ipſum, & dependet ab illo. Scibile autem nullo modo dependet à ſcientia. Vide Diuū Thomam, prima parte, quæſtione decimatertia, articulo ſeptimo, & de potentia, quęſtione ſeptima, articulo 10. elegantiſſimè iſta tractantem.

3. Concl. Quotupliciter contingat aliquid menſurari, & eſſe menſuram.

Tertia concluſio. Menſurabile & menſura dupliciter accipiuntur, quatenus ad præſens attinet. Vno modo propriè: alio modo largè. Propriè accipitur menſurabile & menſura, quando eſſe alicuius rei vel veritas talia ſunt,

ſunt, quia proportionantur alicui, & adæquantur illi, vt patet in ſcientia, quæ talis eſt: quia adæquatur ſuo obiecto. Et ſicut in obiecto ſunt veritates ad hunc ſenſum, quod verum eſt dicere de illo, verbi gratia, de ente, quod eſt bonum, verum, vnum, & cetera, hoc ipſum aſſerit, & dicit ſcientia, & ad illud ipſum inclinat, & obiectum nullo modo ordinatur ex ſua natura ad menſurandam rem talem. Hoc modo etiam eſſe rerum menſuratur per eſſe Dei. Alio modo largè accipitur menſurabile, etiã quantum ad præſens ſpectat, pro quacũque dependentia rei ab aliquo, quod nõ ordinatur ad dependens, nec menſura dicit ordinem ad dependens ab ipſo. Et hæc concluſio eſt Diui Thomæ ſupra dicta lectione, in quinto. Vbi ita dicit: Et ſimile eſt in omnibus aliis, in quibus relatiuè aliquid dicitur propter relationem alterius ad ipſum: ſicut dextrum & ſiniſtrum in columna. Cum enim dextrum & ſiniſtrum deſignent principia motuum in rebus animatis: Columnæ autem, aut alicui inanimato attribui non poſſunt, niſi ſecundum quod animata aliquo modo ſe habent ad ipſam; ſicut columna dicitur dextra, quia homo eſt ei ſiniſter. Et ſimile eſt de imagine reſpectu exemplaris, & denario, quando fit pretium emptionis. In omnibus autem his tota ratio referendi in duobus extremis pendet ex altero. Et ideo omnia huiuſmodi quodam modo ſe habent vt menſura & menſurabile. Nam ab eo qualibet res menſuratur, à quo ipſa dependet. Et debet intelligi Diuus Thomas de menſuratione largo modo. Et adhuc debet intelligi, dummodo mẽſurans non ordinetur ad menſuratum, ſecundum quod menſurans eſt. Nam ſi ordinetur, in aliud genus relationum ingrederetur. Nam, vt ipſe ait, ſupra dicta quæſtione, de potentia, articulo ſeptimo, hoc genus relationum ſolum debet fundari in fundamento ex vna parte: quia ſcientia ad ſcibile, & ſenſus ad ſenſibile referuntur hoc genere relationum. Quia iſtæ actiones non perueniũt ad res ſcitas, & ad res ſenſatas, ſicut actio agentis actione tranſeunte, tunc ordinaretur id, ad quod peruenit actio, ad agens, quia iam per illam actionem perficeretur, & eſſet ibi aliquis ordo fundamentalis ad agens. Ex quo ſequitur, quod amatum, ſi eſt creatum, refertur relatione reali ad amorẽ, quia cauſſat amorem, & perficitur in hac cauſſalitate, quod de Deo dici non poteſt. Ex quo ſupra diximus, vnitatem analogi eandem fundare relationem ſimilitudinis, intelligitur inter res creatas, quæ ad inuicem ordinantur. Quomodo autẽ fundamentum primi & ſecundi generis ordinem ad inuicem habeant, ſupra dictum eſt, dum ageremus de conditionibus requiſitis ad relationem realem mutuam: Et docet Diuus Thomas de potẽtia, quæſtione 7 articulo 10. in hunc modum: Nam ſi loquamur de relationibus primi generis fundatis in quantitate, quia vna quantitas abſolutè conſiderata habet ordinem ad aliam ſecundum rationem menſuræ & menſurati, & ſecundum nomen totius & partis, & aliorum huiuſmodi, quæ quantitatem conſequuntur, quia omnes quantitates ſunt eiuſdem rationis, & ita poſſunt ad inuicem ordinem ſupra dictum habere. Quia ſicut vna habet ordinem ad aliã, (& loquitur de ordine fundamentali) ita alia habebit ordinem ad ipſam, quia ſunt eiuſdem rationis & non eſt maior ratio, quare vna ordinetur ad aliam, quam è conuerſo. Quæ verò fundantur in actione, & paſſione, referuntur ad inuicem relatione reali, in quantum in ipſo effectu, vel paſſione inductis attenditur quoddam bonum ipſius agentis, vel mouentis. Et in agentibus vniuocis patet, quæ per actionem ſuæ ſpeciei ſimilitudinem inducunt, & per conſequens eſſe perpetuum ſuæ ſpeciei, ſecundum quod eſt poſſibile, conſeruar. Et hoc etiam probat in aliis, quæ mota mouent, vel agunt, vel cauſſant. Nam ex ipſo ſuo motu ordinantur ad effectus producendos. Et ita eſt ſua perfectio producere; aliàs non mouerentur ad producendum. Intelligibile verò eſt extra rationem intellectionis, quia non attingitur per intellectionem realiter, nec eſt motus pertingens ad illum; & ita

Doctrina D. Tho. ſpul cra pro concluſ.

Explicatur dicta S. Th.

Corollariũ obſeruãdũ.

Quõ ſe habeãt ad inuicẽ relationes primi, & ſecundi generis.

non.

non eſt ſua natura, quod ſit intellectum, & quod realiter attingatur ab intelligente, ſed ſua natura eſt talis eſſentia. Et ſi dicas; Deus agit producendo creaturas, ergo perficitur per hanc actionem, & refertur realiter ad creaturas: negatur conſequentia, quia Deus non agit per actionem, quæ ſit in creatura, quia ſua actio eſt ſubſtantia ſua, vnde non perficitur agendo. Et quod eſt in ſua actione, eſt omnino extra genus eſſe creati: nec ex actione diuina accreſcit aliquod bonum Deo, vnde eſt maximè liberalis, qui facit bonum & perfectum, non expectans bonum & perfectionem à creatura.

Obiectio.

Solutio

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Explicatur dictum Ariſtot.

Ad primum argumentum in oppoſitum reſpondetur, quod Ariſtoteles, cùm dixit menſuram & menſurabile eſſe tertium genus relationum, fecit velut propoſitionem vniuerſalem, ac ſi dixiſſet, omnis menſura & menſurabile eſt relatiuum tertii generis: Et cum ſubiungit, & ſcibile & ſcientia, & ſenſus & ſenſibile, reſoluit illam propoſitionem vniuerſalem per copulatiuam, & oſtendit per ſpecies, quod in genere dixerat: qui modus arguendi vocatur à Summuliſtis deſcenſus. Vt ſi dixiſſet, omnis homo eſt animal, & Petrus eſt animal, & Paulus eſt animal, explicat per partes quod in genere dixerat. Præterquam, quod verſio Ariſtotelis nō eſt tam latina & exacta, vt cum tanto ſit rigore accipienda Maxime quia ita ab omnibus communiter explicatur logicis. Confirmatio eſt ridicula. Et certè ſi in ordine verborum Ariſtotelis tot latent myſteria, miror cur ipſum non religioſiſſimè ſequantur aliqui authores.

Alia explicatio.

Ad confir.

Ad 2. arg. Relatio creatura ad quod genus pertineat.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod in creatura eſt relatio, quia refertur ad creatorem. Et hæc relatio eſt relatio tertii generis: quia vt dixit Diuus Thomas, etiam ſunt relationes menſurati omnes illæ, quæ ſunt rerum, quæ ab aliis dependent. Et non eſt mutua dependentia ex alio extremo, quia omnis dependentia quodammodo dicit menſuratum: ex eo quod res dependens ab alia ab illa menſuratur, dummodò menſurans non dependeat: quia eſſe menſuram, vt hic loquimur, eſt habere eſſe tale reſpectu alterius vt nullatenus ad illud ordinetur. Et in creatura eſt rurſus alia relatio menſurati propriè, ſecundum quam creatura refertur ad Deum, quatenus creatura imitatur creatorem, licet hæc perfectiori modo reperiatur in homine, & in angelo, vbi reperitur ratio imaginis. Et iſta relatio eſt etiam tertii generis. Ad confirmationem reſpondetur, quod relationes, quæ ſunt propriè menſurati, non fundantur in actione, ſed in adæquatione tranſcendentali: quæ verò ſunt menſurati, quatenus menſuratum dicit quodocumque dependentiam, bene poſſunt fundari in actione, vt patet in relatione dexteritatis in anima, quæ fundatur in virtute motiua applicata columnæ. Sed creaturæ relatio non fundatur in actione diuina, quæ eſt eius ſubſtantia, ſed fundatur in creatione paſſiua, ſeu in producto eſſe. Et hoc non inconuenit: actio enim Dei non eſt fundamentum huius relationis: quia non eſt etiam fundamentaliter: aliàs Deus ordinaretur ad ſeipſum per illam actionem, quod eſt impoſſibile. Sed ſolum illa actio eſt cauſſa effectiua totius entitatis, & accidentium omnium, quæ ſunt in creatura. Et per hoc patet

Ad confir. Relatio menſurati ad menſuram in quo fundetur.

Ad tertium argumentum: nam non poteſt animal eſſe dextrum, niſi columna ſit ei poſita in tali poſitione. Et tamen hoc nihil eſt in columna. Et hac ratione vocatur iſta relatio tertii generis, quia pendet eſſe dextrum columnæ ab ipſa: & quod ipſa ſit dextra, nihil eſt in illa.

Ad 3. arg.

Ad quartum reſpondetur, quod obiectum ſolum habet aliquando effi-

Ad 4. arg.

Quomodo obiectū habeat efficiētiam reſpectu ſciētiæ, & quomodo non.

cientiam reſpectu emiſſionis ſpecierum: ſed eius cauſſalitas ibi ſiſtit: quia, poſtquam intellectus eſt factus in actu ſcientifico, nulla eſt efficientia obiecti, quapropter non cauſſat effectiuè ſcientiam, nec actum ſcientiæ, ſed ſcientia effectiuè cauſſatur ab intellectu. Vnde non realiter dicit ordinem ad ſcientiā. Scientia verò maximè dicit iſtum ordinem, quia à proprio menſuratur obiecto.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpondet Diuus Thomas ſupra dicta quæſtione, de potentia, articulo decimo. Et poteſt etiam eſſe ſolutio quarti argumenti, quod licet ſenſibile immutet organum ſenſus in ſua actione, & propter hoc habeat relationem ad ipſum, vt alia agētia naturalia ad ea, quæ patiuntur ab eis: alteratio tamen organi non perficit ſenſum in actu, ſed perficitur per actum virtutis ſenſitiuæ, cuius ſenſibile, quod eſt extra animam, omnino eſt expers: quia ſcilicet non cauſſat illam actionem, vbi vides noſtram ſolutionem.

Quomodo ſēſibile habeat actiuitatē reſpectu ſenſationis, & quō non.

Doctrina Ariſt. obſeruanda pro deciſione facta.

Nam, vt inquit Ariſtoteles tertio de anima, intellectus factus in actu non eget motore. Senſus enim & intellectus habent ſe ſicut cetera viuētia, quia viuens dependet quidem à generante, quantum ad produci, ſed poſtquam productum eſt, ſe mouet per propriam formam. Eodem modo intellectus & ſenſus, etiamſi egeant motore, quantum ad habendam formam vitalem, quæ eſt ſpecies, ſed poſtquam habent illam, ipſi ſe mouent. Et hinc ſcies pro noſtris concertationibus, quare non detur ſignificare effectiuè, quia ad hoc erat neceſſarium, vt obiectum effectiuè cauſſaret cognitionem, quod cum non faciat, etiamſi effectiuè producat ſpecies, & actuet intellectum, quia intellectus effectiuè producit ſuā cognitionem, non datur ſignificare effectiuè.

Cor ollarium.

Ad 5. arg.

Ad quintum reſpondetur, quod ita eſt, quod ſcibile obiectum præſupponit naturam, quæ habeat proprietates aliquas demonſtrabiles, ſed iſta natura & proprietates non ordinantur ad ſciētiam, quia ſunt extra genus ſcientiæ, niſi ex eo ſolum, quod ſcientia ordinatur ad ipſum, ſicut creatura præſupponit Deum, tamen Deus non ordinatur ad creaturam.

Ad 6. arg.

Ad ſextum reſpondetur, quod illa relatio rationis, quæ correſpondet ex parte, ſcibilis ad ſcientiam non eſt prædicamentalis, niſi reductiuè, ſicut terminus formalis alterius relationis. Relationes verò tertii ordinis ex parte vnius extremi, quod realiter refertur, ſunt prędicamentales, quando aliud coexiſtit extremum.

Ad 7. arg.

Menſurabile dupliciter accipitur, formaliter et fundamentaliter.

Ad vltimum reſpondetur, quod menſurabile accipitur dupliciter, vno modo pro fundamento relationis, & menſurabile hoc modo eſt ipſa eſſentia ſciētiæ adæquata ſuo obiecto, & imago ſuo prototypo, & creatura ſuo creatori. Alio modo accipitur menſurabile, pro vt formaliter dicit relationem conſequutam ad talem menſurationem, quæ dicitur menſurabilitas formalis. Et iſta eſt relatio poſita in prædicamento. Et eodem modo poteſt accipi menſura & pro re, quæ menſuratur: vel pro menſuratione formali, quæ eſt relatio rationis.

Corollarium. 1.

Quæ relationes dicātur mutuæ.

Ex determinatis in hac quæſtione ſequuntur iſta conſectaria neceſſariò ſciēda, nimirum relationes mutuas dici illas, quæ reales ſunt ex proprio genere in vtroque extremo, cuiuſmodi ſunt relationes primi & ſecundi generis. Nam primæ fundantur in quantitate, quæ ratio referendi eſt realis in vtroque extremo. Vbi nota, quod relatio vnionis materię ad formam, vel aliquid huiuſmodi, non eſt fundata in quantitate, ſed in actione vnitiua. Et relationes ſecundi generis, quæ fundantur in potentia actiua, vel paſſiua, vt reducuntur ad actum per actionem & paſſionē, etiam ſunt mutuæ, quia agens & patiens ex proprio genere inueniuntur ad inuicem ordinari. Quod ſi aliquando contingat, quod agens non exiſtat, & tunc non referatur realiter, quia in ſe non manet, ſed in ſua virtute. Vt quādo generatur proles per virtutem ſeminis deciſi mortuo animali, hoc eſt, per accidens: quia quantum erat ex parte

actionis

actionis agentis creati, ordinabatur realiter ad effectum. Et ad hoc genus reducuntur omnes relationes fundatæ in omni genere cauſſalitatis, etiam materialis, formalis, & finalis, quia, quamuis non ſint actiones, habent ſe ad modum actionum. Relationes verò tertii ordinis non ſunt mutuæ, quia ex parte vnius extremi, vt ſic formaliter ſumpti, non eſt fundamentum reale ordinatum ad aliud, vt patet in exemplis ſupra poſitis. Quod ſi aliquando menſurans eſt cauſſa efficiens, vt ſi artifex depingat ad ſui ſimilitudinem imaginem, non refertur ad illam relatione reali, vt eſt menſurans, ſed vt eſt cauſſa efficiens. Vnde relationes Dei ad creaturas nullo modo ſunt reales hac ratione, quidquid Nominales dicant. De quo latius diſputatur prima parte, quæſtion. decima tertia, articulo ſeptimo.

Corollarium. 2. Controuer. An relatio dexteritatis in animali ſit realis vel rationis. Deciditur contra Suarez.

Sequitur etiam, quod malè dixerit Suarez diſputatione quadrageſima ſeptima, ſectione decima quinta, in fine, relationem dexteritatis in animali non eſſe realem. Quia, vt ait Diuus Thomas de potentia, quæſtione ſeptima, articulo decimo, homo comparatur ad columnam, vt dexter, ratione potentiæ motiuæ reductæ ad actum per actionem, vel per aliquid per modum actionis. Nec eſt relatio fundata in operatione intellectus: nam non eſt in mera cogitatione intellectus poſitum, vt ego ſim dexter columnæ: ſed quia reuera per motum & actionem fio illi in tali approximatione, & diſtantia: ex quo in me ſequitur relatio realis, & in columna rationis. Ex eo enim, quod illi approximor, referor relatione dexteri. Approximor, inquam, taliter. Sequitur præterea, relationes alias eſſe æquiparantiæ, quæ habent eandem denominationem in vtroque extremo, vt ſimile ſimili ſimile dicitur, diſſimile diſſimili. Et relationes diſquiparantiæ; quæ diuerſam habent denominationem, vt pater, & filius, ſimile & diſſimile. Et quia hæc non habent aliquam difficultatem, ſunt omittendæ.

Sequitur etiam alia diuiſio relationum in realem & rationis. Realis eſt, quæ habet eſſe ſecluſo opere intellectus, rationis, quæ præcisè eſſe habet formale per intellectum, dum intellectus vnum ad aliud refert, & facit, quod vnum aliud reſpiciat, ſiue illa ſint in re diſtincta, vt quādo refert Deum ad creaturam, ſiue non ſint diſtincta, vt quando refert idem ad ſeipſum, genus ad ſpeciem, & cetera, de quibus ſupra latiſſimè egimus, dum tractaremus de vniuerſalibus, & intentionibus. Vide locum elegantiſſimum Diui Thomæ de potentia quæſtio. ſeptima, articulo vndecimo, in corpore, vbi differentiam, & quidditatem harum relationum explicat. *Locus Diui Thomæ elegans.*

QVÆSTIO LI.

Vtrum in relationibus tertij generis vtrumque extremum realiter formaliter referatur.

PROBATVR pars affirmatiua, quia relatiua ſūt ſimul natura, ſed ſi non referatur vtrumque extremum realiter formaliter, non erunt ſimul natura, ergo, &c. Maior eſt Ariſtotelis, minor probatur. Quia cum relatio habeat eſſe per operationem intellectus, non eſt, niſi conſiderante intellectu, ſed ante conſiderationem intellectus eſt alia relatio, ergo niſi realiter formaliter referantur, non erunt ſimul natura. *1. Argum.*

Secundò. Terminus relationis debet eſſe relatiuum, ſed ſi non referatur realiter formaliter, non erit relatiuum, ergo refertur. Probatur minor; quia ante operationem intellectus non eſt aliud correlatiuum formaliter tale, ſi ſit aliquid rationis, quia relatio rationis non habet eſſe, niſi per operationem intellectus, & creatura terminatur ante operationem intellectus ad Deum. Vt ergo ſit formaliter terminus, debet eſſe aliquid reale, & referri realiter. *2. Argum.*

Tertiò: In hoc differunt relatiua tertii ordinis ab aliis: quod relatiua tertii ordinis *3. Argum.*

ordinis dicuntur talia ex parte vnius extremi, non quia ipſa referuntur ad alia, ſed quia alia referuntur ad ipſa, ſed alia referuntur ad ipſa realiter, ergo ea dem relatione ipſa referuntur ad alia. Verbi gratia, ſcibile refertur ad ſcientiam, quia ſcientia refertur ad ipſum, & ita eadem relatione ſcientia ad ſcibile refertur; ſed illa relatio eſt realis, ergo ſcibile realiter refertur, & per relatio nem realem; ergo realiter formaliter, quia illa relatio formaliter dabit ſuum effectum, & referet realiter formaliter.

4. Argum. Quartò D. Tho. prima parte, quæſt. 13. articulo ſeptimo, ad 4. ita dicit; Nec eſt inconueniens, quod à relationibus realiter exiſtentibus in re Deus denominetur, tamen ſecundum quod cointelliguntur per intellectũ noſtrum oppoſitæ relationes in Deo, vt ſic Deus dicatur relatiuè ad creaturam, quia creatura refertur ad ipſum, ſicut Philoſophus dicit quinto Metaphyſicæ, quod ſcibile dicitur relatiuè ad ſcientiã, quia ſcientia refertur ad ipſum, & tertia parte, quæſt. 34. artic 5. in corpore inquit, quod, quamuis relatio dominii non ſit realiter in Deo, dicitur tamen realiter Dominus ex reali ſubiectione creaturæ ad ipſum. Et ſimiliter Chriſtus dicitur realiter filius Virginis matris ex relatione reali maternitatis ad Chriſtum. Quibus in locis apertè Diuus Thomas inſinuat, Deum dici Dominum realiter, & referri ad creaturam per relationem dominii, & ſic erit realis & formalis denominatio in Deo ab illa reali relatione.

Reÿcitur fuga quorundam. Nec valet dicere, quod D. Thom. loquitur fundamentaliter, ſcilicet, quod eſt fundamentum reale relationis rationis, quæ correſpondet in Deo, & ab illo fundamento reali Deus dicitur Dominus realiter fundamentaliter. Non, inquam, valet hæc ſolutio, quia fundamentum vnius extremi non refert aliud, nec poteſt aliud extremum realiter fundamentaliter denominare relatiuum; quia referre eſt proprium formæ relatiuæ, & non fundamenti.

5. Argum. Quintò; Quia Ariſtoteles inter ea, quæ ſunt ſimpliciter ad aliquid, numerat ſcibile, vt refertur ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum, ſed non ſunt ſimpliciter ad aliud, niſi quæ realiter referuntur & formaliter, ergo, &c. Probatur minor, quia relatiua rationis ſecundum quid ſunt ad aliud.

6. Argum. Sextò. Quia iſta tria genera relationum per ſe pertinent ad prædicamentum relationis, & per ſe conſiderantur à metaphyſico, ſed non per ſe ſunt in prædicamento, niſi quæ ſunt aliquid reale, ergo illa tria genera ſunt aliquid reale: & ita denominantur realiter formaliter ab aliquo.

Præambula ad quæſtionem.

Controuer. 1. Opi. Caietani. Dominus Caietanus vbi ſupra q. 13. primæ partis, dicit, relatiua tertii generis, quæ ſunt non mutua, realiter formaliter referri ad aliud, ſed per relationẽ alterius extremi, ſic adeò, vt Deus dicatur realiter formaliter Dominus à relatione creaturæ, extrinſecè tamẽ, & creatura eadem relatione intrinſecè dicitur ſerua. Et eſt differentia inter relatiua tertii ordinis, & reliqua, quod reliqua dicuntur formaliter talia à relationibus exiſtentibus in ipſis extremis, hęc autẽ à relatione alterius extremi. Hanc opinionem aliqui Thomiſtæ ſequũtur.

Deciſio quæſtionis.

2. Opi. Authoris. 1. Concluſ. contra Caiet. Sed ſit prima concluſio: Relatiua tertii generis non denominantur formaliter realiter ex parte alterius extremi à relatione inexiſtente in altero. Verbi gratia, Deus non denominatur Dominus formaliter à relatione creaturæ, nec aliquid dicitur ſcibile formaliter a ſcientia, nec menſurabile à menſura. Hæc concluſio eſt expreſſa D. Thomæ multis in locis, 2. contra Gentes, capite 13. vbi in ſecunda ratione ita dicit; Duplex eſt modus, quo aliquid denominatiuè prædicatur. Denominatur enim aliquid ab eo, quod eſt extra ipſum, ſicut

Dupliciter aliquid denominatur ex alio.

à lo-

Digitized by Google

à loco dicitur aliquid eſſe alicubi, & à tempore aliquando. Aliquid verò denominatur ab eo, quod ineſt, ſicut ab albedine albus. A relatione verò non inuenitur aliquid denominari, quaſi exterius exiſtente, ſed inhærente. Non enim denominatur aliquid Pater, niſi à paternitate, quæ ei ineſt. Non enim poteſt eſſe, quod relationes, quibus Deus ad creaturam refertur, ſint res aliquæ extra ipſum. Cum igitur oſtenſum ſit, quod non ſint in ipſo realiter, & tamen dicantur de Deo, relinquitur, quod ei ſolum attribuantur ſecundum intelligentiæ modum, ex eo, quod alia referuntur ad ipſum Intellectus enim noſter, intelligendo aliquid referri ad alterum, eo intelligit relationem illius ad ipſum, quamuis ſecundum rem quandoque non referatur. Et Ferrarienſis ſuper iſtum locum optimè explicat rationem Diui Thomæ.

Ratio Diui Tho. explicata à Ferrarien.

Probatur concluſio: Impoſſibile eſt, vnam formam dare duos effectus formales diſtinctos, & oppoſitos; ſed ſcientia & ſcibile, dominus & ſeruus, creator & creatura dicunt rationes formales diſtinctas & oppoſitas; ergo non poſſunt formaliter ab eadem prouenire forma.

An eadem forma poſſit dare duos effectus formales diſtinctos, & oppoſitos.

Maior patet, quia cum forma habeat vnam ſolum eſſentiam, ſolum vnum effectum formalem poteſt dare, & non plures oppoſitos. Maximè, quia effectus formalis non eſt aliud, quam forma communicata ſubiecto, igitur non poteſt cauſſare oppoſita. Sed minor patet, quia alia eſt ratio creatoris, & creaturæ, ſcientiæ & ſcibilis. Dices, quod eſt in ſcientia duplex relatio, vna, qua ſcientia dicitur, & alia, qua denominatur extrinſecè ſcibile tale.

Impugnatur ſolutio quorundã.

Sed hoc eſt falſum, quia illa relatio, qua ſcibile dicitur tale exiſtens in ſcientia, à quo fuit cauſſata, vel quod habuit fundamentum, profecto nullum, & ita eſt imaginaria. Et præterea, quia cum debeat eſſe terminus formalis alterius relationis, non poteſt eſſe in eodem ſubiecto, vbi eſt ſua oppoſita relatio, ſed debet eſſe in alio. Præterea, eſſe relatiuum eſt ordinari ad aliud, ergo in ipſo qui ordinatur, debet eſſe talis ordo, ſed iſte ordo eſt relatio, ergo in illo relatio eſſe debet. Impoſſibile enim eſt, quod aliquid ordinetur ad aliud, niſi habeat in ſe ordinem, & cum ſcibile ordinetur ad aliud, vt ad oppoſitum, debet habere in ſe oppoſitum ordinem. Præterea, impoſſibile eſt, quod pater denominetur a filiatione, aut filiatio a paternitate, quia ſpecie differunt iſtæ relationes, ſed ſcibile & ſcientia plus quam ſpecie differunt, & idem de creatore & creatura, de menſura & menſurabili, ergo impoſſibile eſt, quod vnum denominetur à forma alterius formaliter, & realiter.

2. Concluſ. An relatio vnius relatiui poſſit eſſe fundamẽtum, & cauſa, vt aliud relatiuum denominetur tale, vel tale.

Secunda concluſio. Relatio vnius relatiui tertii generis bene poteſt eſſe fundamentum & cauſſa, vt aliud dicatur tale fundamentaliter, vt relatio creaturę poteſt eſſe fundamentum, quare Deus dicatur Dominus, & relatio ſcientiæ, quare dicatur aliquid ſcibile. Hanc concluſionem habet Diuus Thomas in locis adductis in 4. argumento. Nam quando dicit; Nec eſt inconueniens, quod à relationibus realiter exiſtentibus in re Dominus denominetur, intelligitur fundamentaliter. Et cum dicit; Tamen ſecundum quod cointelliguntur per intellectum noſtrum oppoſitæ relationes in Deo, loquitur de forma, ſecundum quam Deus dicitur Dominus, quæ eſt relatio rationis dominii. Et cum ſubdit: Vt ſic Deus dicatur relatiuè ad creaturam, quia creatura refertur ad ipſum, explicat fundamentum. Itaque fundamentaliter Deus dicitur Dominus ex eo, quod creatura ſibi ſubiecta eſt, & Deus habet potentiam gubernatiuam ipſius, formaliter verò ex relatione dominii. Sicut dicimus, quod paries dicitur viſus fundamentaliter ex viſione, formaliter ex relatione viſi, quæ conſurgit ex viſione, tanquam ex fundamento. Vide Ferrarienſem ſupra dicto c. 13. lib. 2. contra Gentes, qui optimè hoc explicat. Et probatur concluſio præterea: Nã ex eo, quod creatura referatur ad creatorẽ, intellectus põt concipere Deum, vt id, ad quod dicitur creatura, & referre Deum ad creaturam, ergo tunc fundat huiuſmodi relationem in reſpectu, quem di-

cit

Quomodo fundet ſcibilis relatio ad ſcientiam, & in Deo relatio creatoris ad creaturam.

cit creatura ad ipſum. Sicut enim ex eo, quod paries videtur, refertur ad potentiam per intellectum, vt aliquid viſum ab illa: & illud eſſe viſum fundatur in reſpectu tranſcendentali viſionis ad parietem, eodem modo fundatur reſpectus ille rationis in Deo in reſpectu reali creaturæ ad Deum ipſum. Et non ſufficeret quodcunque aliud fundamentũ, vt Deus diceretur Dominus, niſi creatura reſpiceret Deum. Et ratione huius dicitur realiter Dominus, ſecluſa operatione intellectus, non quidem à forma reali, ſed à fundamento reali. Ideſt, eſt reale fundamentum dominii in creatura, quod ſufficit, vt Deus dicatur realiter Dominus, ſecluſa operatione intellectus, licet alii explicent hoc alio modo, quod Deus dicitur realiter Dominus, ideſt, denominatur à relatione dominii, ſecluſa operatione intellectus, quæ eſt realiter in ſuo fundamento & cauſſa. Non autem aſſentior opinioni illorum, qui dicunt, relationem dominii eſſe formaliter, quia eſt fundamentum. De quo ſatis dictum eſt ſupra.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum dicemus ſtatim, cum tractabimus de proprietatibus relatiuorum.

Ad 2. arg. Ad ſecundum iam diximus ſupra, quod vſque dum fit relatio illa formaliter per operationem intellectus, creatura non terminatur formaliter, nec habet terminum formalem, ſed materialem tantum.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpõdetur, quod illa differentia attenditur penes fundamenta. Itaque in reliquis relatiuis eſt ex vtraque parte aliquod fundamentum, ratione cuius vnũ ordinatur ad aliud per relationes fundatas in illis. In relatiuis verò tertii ordinis nihil reale eſt ex parte alterius extremi. Et ita fundamentum, vt referatur Deus ad creaturam, & ſecundum quod ordinetur ad illam, nullo modo eſt in Deo, ſed in creatura, in qua eſt relatio, ſicut, vt paries dicatur viſus, nullo modo eſt fundamentum in ipſo, ſed in potentia viſiua vidente parietem.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur ex ſecunda concluſione, quod potius eſt pro nobis.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod alterum relatiuum in relatiuis tertii generis, non eſt relatiuum reale formaliter: & ita non numeratur, vt aliquid pertinens ſimpliciter ad genus relationis, ſed numeratur, vt terminus pertinentis ſimpliciter ad hoc genus, cuiuſmodi eſt relatio ſcientiæ in ratione menſurati & cetera.

Ad 6. arg. Quomodo relationes rationis conſiderẽtur à metaph.

Ad ſextum reſpondetur, quod iſta tria genera relationum pertinẽt ad prędicamentum relationis, & conſiderantur à metaphyſico per ſe, quantum ad relationes reales, quas includunt. Quando verò ex altero extremo eſt rationis relatio, non conſideratur per ſe a metaphyſico, ſed in ordine ad ens reale, & non pertinet ad hoc prædicamentum, niſi reductiuè, vt terminus relationis realis.

QVÆSTIO LII.

Vtrùm relatio diſtinguatur à ſuo fundamento.

1. Argum. ET probo, relationem nõ diſtingui à fundamento, tanquam res à re. Primò: Relatio aduenit alicui ſine ſui mutatione: ergo relatio non eſt entitas realiter a ſuo fundamento diſtincta. Antecedens patet: Nam me exiſtente albo Hiſpaniæ, ſi alius homo fiat albus apud Indos, dicor illi ſimilis per hoc ſolum, quod alius eſt albus: ergo non mutor. Conſequentia patet; nam ſi relatio eſt entitas realiter diſtincta à fundamẽto, ex neceſſitate mutaretur, quia noua entitas ex neceſſitate aduenit cum mutatione ſubiecti, cui ineſt.

2. Argum. Secundò ſequitur, quod ſi relatio realiter diſtinguitur à fundamento, quod exiſtentibus Petro & Ioanne albis, poſſit Deus tollere ab illis ſimilitudinem

manen-

Digitized by Google

manentibus albis; hoc autem eſt falſum, ergo & illud, ex quo ſequitur. Probatur maior; Nam omnem entitatem realiter diſtinctam ab alia, & quæ non eſt de eſſentia alterius, poteſt Deus ſeparare ab illa: vt patet in albedine, quam poteſt Deus ſeparare à quantitate, & in propria paſſione, quam itidem poteſt ſeparare a ſubiecto. Minor probatur: quia tunc illa duo alba eſſent ſimilia non minus quam modò, & ſine ſimilitudine, quod eſt impoſſibile: quia ſimiles eſſe, eſt effectus ſimilitudinis.

3. Argum. Tertiò: Nam Diuus Thomas, opuſculo 48. de prædicamẽtis capite 2. expreſsè dicit, relationem non diſtingui realiter à fundamento in hæc verba; Cum autem dico, quod ſimilitudo Socratis habet albedinem eius vt fundamentum, non eſt intelligendum, quod ſimilitudo Socratis ſit aliqua res in Socrate alia ab ipſa albedine: ſed ſolum eſt ipſa albedo, vt ſe habet ad albedinem Platonis, vt ad terminum; ergo ex ſententia D. Thomæ non eſt ponenda res alia diſtincta à fundamento, quæ ſit relatio, ſed eadem res, quæ eſt albedo, eſt relatio.

4. Argum. Quartò; Album ſimile alteri non eſt magis compoſitum, quam ſolum albũ, ergo ſimilitudo non eſt entitas realiter diſtincta ab albedine. Conſequentia patet; quia ſi eſſet noua entitas, faceret compoſitionem. Antecedens patet, nam idem eſt eſſe album altero exiſtente albo, quod eſſe ſimile; non igitur eſt magis compoſitum.

Præambula ad quæſtionem.

Controuer. 1. Opinio, Ocham, & aliorum. IN hac re ſunt variæ ſententiæ metaphyſicorum, & logicorum. Ocham in 1. d. 30. quæſt. 1. & diſtinct. 31. quæſt. 1. Gregorius diſtinct. 28. quæſt. 2. art. 2. Citatur etiam Ægidius in eandem ſententiam, diſtinct. 26. quæſt. 4. ſed id non dicit; & Sylueſter in Conflato quæſt. 28. dubio primo. Herueus etiam diſtinctionem realem ponit, quare non bene citatur pro hac opinione in 1. diſtinct. 30. art. 3. & quodlibeto. 7. q. 25. hæc ſententia aſſerit, relationem nullo modo diſtingui in re aliqua diſtinctione actuali à ſuo fundamento. Et probatur iſta ſententia; quia ſufficit iſta diſtinctio rationis ad affirmandum & negandum omnia, quæ de relatiuis & abſolutis dicuntur, ergo, &c. Et conuincuntur etiam iſti authores rationibus in principio factis.

Suarez imponit falsò D. Thom. Huic ſententiæ ſubſcribit Suarez, & ſine cauſa illam Thomiſtis & Diuo Thomæ imponit. Itaque inquit, relationem eſſe rem abſolutam; vt, verbi gratia, ſimilitudinem eſſe albedinem non abſolutè ſumptam, ſed in ordine ad aliud. Albedo enim dicitur illa formalitas, vt qualificat ſubiectum, & eademmet formalitas relatio dicitur, vt reſpicit terminum, hoc eſt, aliam albedinem; & inter albedinem & ſimilitudinem nulla eſt in re actualis diſtinctio, ſed omnis prouenit à ratione.

2. Opi. Soti & Iauelli. Alia ſententia eſt grauium metaphyſicorum, qui dicunt, relationem, & fundamentum diſtingui ſecluſa omni operatione intellectus actualiter, formaliter, realiter, non verò tanquam res à re. Itaque ſunt duæ formalitates, relatio & fundamentum, aut diſtinctæ, nõ, vt duæ res, vt albedo & nigredo, vt Petrus & Paulus; Sed ſicut duæ eſſentiæ diſtinguuntur, quarum vna non eſt alia in re, & ſunt duæ formalitates, licet non ſint duæ entitates. Ita aſſerit Soto quæſtione vltima, in prædicamento ad aliquid, concluſione ſecunda. Et ad tertium argumentum. Vbi dicit: Decem genera rerum ſunt decem rationes diſtinctæ entis ſecluſa operatione intellectus primò diuerſæ, quia habẽt diſtinctas quidditatiuas definitiones, ratione quarum nullus de alio affirmatur in ſenſu formali. Et conuincitur ad hoc probandum argumentis factis in principio: Eandem ſententiam ſequi videtur Iauellus 5 Metaphyſicæ, quæſt. 22.

3. Opi. Fonſecæ. Tertia opinio eſt Fonſecæ, quinto Metaphyſicæ, qui capite 15. quæſtion. 2. docet, relationem prædicamentalem diſtingui à fundamento formali diſtinctione, ita vt habeat proprium eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ diſtinctum ab eſſe fundamenti; negat tamen illam diſtinctionem eſſe realem, ſed nec rationis, ſed mediam quandam diſtinctionem. Et meo iudicio nihil aliud vult dicere, quam

Digitized by Google

Suarez male impugnat Sotũ. quam Soto, licet Suarez illum malè intelligat,& ſine cauſſa impugnet, vt nouam docentem opinionem. Quia ipſe exiſtimat, exiſtentiam accidentis eſſe realiter eandem cum exiſtentia fundamenti,& eſſentiam ſimiliter, ſed formaliter diſtingui, quia alia ratio formalis eſt vtriuſque,& in eſſentia,& in exiſtentia.

4. Opin. Scoti. Scotus autem ſuam ponit opinionem in 2. diſtinct. 1. quæſt. 3. & 3. diſtinct. 8. quæſt. 1. vbi dicit, relationes eſſe in duplici differentia. Aliæ ſunt, quæ nullo modo ſeparari poſſunt à ſuis fundamentis, vt relatio creaturæ,& aliæ huiuſmodi. Aliæ ſunt quæ ſeparari poſſunt, vt relatio ſimilitudinis, relatio paternitatis. Et iſtas aſſerit realiter diſtingui à ſuis fundamentis, ex eo, quod ſeparari poſſunt. Alias dicit non diſtingui, quia inſeparabiles ſunt: nam ſi diſtinctæ eſſent, ſeparari poſſent.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. contra primã opinionem. Prima concluſio: Ignorantia eſt maxima,& quæ totam prædicamentorum artem ſubuertit, aſſerere, relationem & fundamentum, & tandem omnia prædicamenta non eſſe diſtincta à parte rei aliqua diſtinctione actuali, ſed ſolum per operationem intellectus, ita vt albedo, quatenus qualificat ſubiectum, dicatur albedo; quatenus conſideratur in ordine ad terminum, dicatur ſimilitudo. *1. Ratio pro concluſ.* Primò: certum eſt eſſe decem rerum genera, ſecluſa omni operatione intellectus: ergo ſunt decem formalitates, & eſſentiæ, ſecluſa omni operatione intellectus, ergo vna formalitas non eſt alia, aliàs falſum eſſet dicere, quod ſunt decem rerum genera. Illud enim verbum, numerale decem, numerat ea, quæ diſtincta ſunt in re, ſiquidem in re dicimus eſſe decem. *Confirm.* Et confirmatur hæc ratio. Nam prædicamenta ſunt primò diuerſa; itaque hęc propoſitio; quantitas non eſt relatio, qualitas non eſt relatio, eſt immediata propoſitio,& per ſe nota; ergo quidditas & eſſentia ſubſtantiæ non eſt quidditas & eſſentia quantitatis, ſecluſa operatione intellectus, ſed diuerſa; & ſic in reliquis prædicamentis. Si ergo ſecluſa operatione intellectus ſũt decem quidditates primò diuerſæ; ergo & diſtinctæ actu, quia actu ſũt primò diuerſę. Maior enim ſeparatio eſt in primò diuerſis, quam in diſtinctis; quia illa ſunt primò diuerſa, quæ in nullo vniuoco conueniunt,& diſtincta conueniunt in aliquo vniuoco. *2. Ratio.* Præterea: Formalitas relationis eſt actu ſecluſa operatione intellectus; nam non fit per operationem intellectus; & formalitas fundamẽti eodem modo;& formalitas vna non eſt alia formalitas actu; ergo actu ſunt diſtinctæ formalitates. Probatur minor; quia diſtinguuntur eſſentialiter, & ſunt primò diuerſa,& in diuerſis prædicamẽtis exiſtentia; ergo vna formalitas actu non eſt actu alia formalitas, aliàs eſſent actu in eodem prædicamento. Conſequentia eſt euidens; nã ſicut iſta eſt bona conſequentia; Petrus eſt actu ens,& Paulus eſt actu ens, & Petrus non eſt entitas, ſeu ens, quod eſt Paulus; ergo diſtinguitur entitatiuè à Paulo: eodem modo, valet, hæc formalitas relationis eſt actu,& hæc formalitas fundamenti eſt actu, & hæc formalitas actu non eſt actu alia, quia habent diſtinctas definitiones; ergo actu eſt diſtincta. Et loquimur in his omnibus ſecluſa operatione intellectus tam in antecedenti, quam in conſequenti, quia eſt ſimilis formæ vtraque conſequentia. Forſitan negabunt conſequentiam, quia diſputandi artem parum callent. Sed quid faciemus cum illis? *3. Ratio.* Præterea ſtultum eſt aſſerere, albedinem eſſe nigredinem formaliter, & non diſtingui formaliter. Nec poteſt aliquis dicere, eandem qualitatem, vt congregat viſum, eſſe nigredinẽ, vt vero diſgregat, eſſe albedinem, & quod à parte rei ſecluſa operatione intellectus ſunt eadem formalitas; ergo,&c. Et dicere formalitatem relationis eſſe formalitatem fundamenti; quia magis differunt fundamẽtum, & relatio, quam albedo & nigredo, quia ſunt in diuerſis prædicamentis. Et idem argumentum fieri poteſt de quantitate & colore. *4. Ratio.* Præterea; Alio genere diſtinctionis diſtinguuntur prædica-

dica-

dicamenta, quam attributa diuina, quia propter ſuam infinitatem attributa diuina ſunt idem formaliter, & hoc non cõcedimus in creaturis, quod iuſtitia ſit ſapientia, quia ſunt formæ limitatæ, & diuiſæ: ergo nec eſt concedendum, formalitatem relationis, & formalitatem fundamenti ſecluſa operatione intellectus actu eſſe eandem formalitatem; quia etiam ſunt formæ limitatæ & in diuerſis exiſtentes prædicamentis. Præterea. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt differentiæ, & conſequenter, ſi non ſint ſubalternatim poſita, diuerſa ſunt etiam genera: & hoc actu & ſecluſa operatione intellectus: ergo eſſentiæ ſunt diuerſæ actu, & ſecluſa operatione intellectus; ergo & diſtinctæ actu. Præterea inquiro, an albedo, quatenus talis, & relatio, vt ſic, habeant eandem differentiam cũ relatione. Et ſi dicas, quod ſic, eſt contra Ariſtotelem & veritatem; quia cum non ſint ſubalternatim poſita, ſed in diuerſis prædicamentis, debent habere diuerſas differentias, & cum ſint primò diuerſa, diuerſa genera debent habere, & hoc totum actu, ergo actu ſunt diuerſæ eſſentiæ, ergo plures eſſentiæ: ergo diſtinctæ eſſentiæ actu. Et hæc eſt mihi demonſtratio. Nam quid eſt actu eſſe eſſẽtias & formas diſtinctas ſecluſa operatione intellectus, niſi ſecluſa operatione intellectus actu differentias & genera vnius diſtincta eſſe, à differentiis & generibus alterius? Et iſte eſt communis ſenſus grauium logicorum, & metaphyſicorum. Et niſi vnus aut alter non ſentit oppoſitum. Præterea ad albedinem ſecluſa operatione intellectus eſt per ſe motus, non verò ad relationem ſecluſa operatione intellectus, ergo diſtincta formalitas eſt vna ab alia ſecluſa operatione intellectus. Probatur conſequentia: aliàs motus phyſicus eodem modo ad albedinem & relationem terminaretur. Præterea, hæc conſequentia eſt bona, intenditur albedo: ergo intenditur qualitas. Et hęc conſequentia eſt mala, intenditur albedo: ergo intenditur ſimilitudo, & variatur appellatio: ergo ſignum eſt, quod diſtinctio realis eſt inter albedinem & ſimilitudinem: quæ non eſt inter albedinem, & qualitatem. Præterea, ens dicitur analogicè de decem prædicamẽtis, decem diſtinctis conceptibus, non ſolũ formalibus, ſed obiectiuis, quæ inter ſe proportionalitatem habent: ergo impoſſibile eſt, quod ſit eadem formalitas à parte rei actu fundamenti & relationis: aliàs non eſſent analoga proportionalitatis; quia iſta ex neceſſitate conſiſtit inter duo, quæ habent proportionẽ ad inuicem, vt, ſicut ſe habet hoc ad hoc, ita illud. Et analogia iſta eſt ſecluſa operatione intellectus; ergo analogata ſunt ſecluſa operatione intellectus, & ſunt diſtincta, & proportionata; quia niſi diſtincta ſint, proportionata eſſe nõ poſſunt. Præterea decem ſunt modi diuiſiui entis, ergo faciunt decem rationes diuerſas, & illi modi ſunt diſtincti actu ſecluſo intellectu, quia ſunt, & vnus non eſt alius, ergo res conſtitutæ per illos etiam ſunt diſtinctæ actu, ſecluſa intellectus operatione. Vide Diuũ Thomam libro quinto, Metaphyſicæ, lectione decima Præterea, ratio formalis relationis, & fundamenti ſunt oppoſita: ergo diſtincta; quia impoſſibile eſt aliqua eſſe oppoſita ſine diſtinctione; & cum oppoſitionem habeant à parte rei, habent à parte rei diſtinctionem. Quod ſint oppoſita formaliter, probatur, quia ratio vnius & definitio non eſt alterius, nec eſſe poteſt. Vltimò ipſe Suarez diſputatione ſeptima, ſectione prima, nu. 16. apertè aſſerit, dari diſtinctionẽ actualem in rebus ex natura rei, & ante operationem intellectus, quæ non ſit tanta, quanta ſit inter duas entitates omninò diſtinctas. Sed profectò magis differunt & diſtinguuntur prædicamenta, quam res & modus rei; ergo ſi inter rem & modum rei eſt realis diſtinctio, ſecundũ ipſum ibidem ponenda erit realis diſtinctio inter rationes formales prædicamentales, & non ſolum per rationem actualiter debet fieri.

5. Ratio. 6. Ratio demonſtratiua apud Authorem. 7. Ratio. 8. Ratio. 9. Ratio. 10. Ratio. 11. Ratio. 12. Ratio.

Corollar. Ex his rationibus ſequitur, ſaltem debere eſſe diſtiucta realiter formaliter fundamẽtum & relationẽ, quia diſtinguuntur à parte rei actualiter;

ergo ad minus hoc genere diſtinctionis realis debent diſtingui, quod diſtinctionem realem formalem vocamus.

2. Concluſ. contra opi. relat. *Varia loca D. Tho. pro concluſ.* *1. Ratio pro concluſ.*

Secunda concluſio: Fundamentum & relatio diſtinguūtur tanquam res à re: itaque eſt alia entitas, & res alia fundamentum, & alia res relatio. Hanc concluſionem exiſtimo eſſe Diui Thomæ prima p. q. 28. articulo 2. ad 2. vbi ſic dicit: Ad ſecundum dicendum; quod, ſicut in rebus creatis in illo, quod dicitur relatiuè, non ſolum eſt inuenire reſpectum ad alterum, ſed etiam aliquid abſolutum, ita in Deo. Sed tamen aliter & aliter. Nam id, quod inuenitur in creatura præter id, quod continetur ſub ſignificatione nominis relatiui, eſt alia res: in Deo autem non eſt alia res, ſed vna, & eadem. Quid clarius dici potuit? Id quod ſignificat nomen relatiuum in creaturis, v. g. pater, eſt relatio paternitatis in concreto, & paternitas ſignificat paternitatem in abſtracto. Sit hoc nomen pater nō ſignificat qualitatem, ergo cum potentia generatiua ſit qualitas, & non ſignificata nomine paternitatis, eſt alia res a relatione, ſignificata nomine relatiuo; ergo realiter diſtincta tanquam res à re. Illud enim relatiuum alia, eſt relatiuum diuerſitatis, & additum rei ſignificat realem diſtinctionem.

2. Ratio. Præterea Diuus Thomas dicit, quod relatiuum & abſolutū ſunt alia, & alia res; ergo dicit, quod ſunt realiter diſtincta, vt res diſtinguitur à re.

3. Ratio. Præterea Diuus Thomas de potentia, q. 8 articulo 2. ad 1 aſſerit, nullam ſubſtantiam in genere poſſe eſſe idem realiter, quod relatio, ſed aliqua ſubſtantia fundat relationem, ergo illa ſubſtantia realiter diſtinguitur à relatione. Nec eſt intelligibile, quod eadem res ſit ſubſtantia, & accidens, formaliter realiter diſtincta: quia omnis ſubſtantia eſt prius natura accidenti, & ita debet eſſe cauſſa eius, vt ſupra dicitur; quapropter debet eſſe realiter diſtincta ab accidenti tanquam res à re. Omnis enim cauſſa efficiens (nam de hac loquimur) realiter, tanquam res à re, diſtinguitur à ſuo effectu. Et quod aliqua relatio fundetur in ſubſtantia, ſupra oſtēſum fuit, & aſſerit Diuus Thomas q. 28. articu. 2 & patet de relatione creationis paſſiuæ, quæ fundatur in eſsētia creaturæ. Sed ipſa relatio creaturæ ſe ipſa refertur ad Deum, & non per aliam, ne detur in infinitum abitio.

4. Ratio. Præterea, iſtæ relationes creatæ ſunt accidentia eſſentialiter, quia ponūtur in prædicamento relationis, quod eſt prædicamentum accidentium relatiuorum, ſed proprium eſſe accidentium eſt ineſſe; ergo hæc accidentia relatiua inſunt ſubſtantiis; ergo realiter, tanquam res à re, ab illis diſtinguuntur. Probatur conſequentia quia ineſſe accidentis, ſeu inexiſtentia accidentis realiter diſtinguitur ab exiſtentia ſubſtantiæ; vt patet in ſacramento Euchariſtiæ, vbi manent accidentia in ſua exiſtentia, & non manet exiſtentia ſubſtantiæ vllo modo, nihil enim panis remanet facta cōſecratione. Nam per eſſe per ſe, ſeu per exiſtentiam ſubſtantiæ, quæ facit exiſtens per ſe, non poſſunt habere eſſe accidentia, quæ inhærent, nec realiter, nec formaliter, quia eſſe ſubſtantiæ eſt adæquatus actus ipſius entis per ſe, & ita non poteſt dare eſſe accidenti.

5. Ratio. Præterea Diuus Thomas in 3. d 33. q. 1. articulo 1. dicit, quod relationes inſunt ſubiectis, & faciunt compoſitionem cum illis: ergo realiter, tam quam res à re, diſtinguuntur; aliàs non poſſent compoſitionem inhærendo facere.

6. Ratio. Præterea, eſſentia relationis eſt diſtincta ab eſſentia fundamenti, vt in prima concluſione dictum fuit; ergo inhærentia accidentis relatiui eſt diſtincta ab inhærentia actuali accidentis abſoluti, quia eſſentia correſpondet exiſtentiæ vt potentia proprio actui, & ſicut potētiæ ſunt diſtinctæ, ita & actus; ergo diſtinguuntur tanquam res à re, ſiquidem habent proprias eſſentias & exiſtentias realiter diſtinctas.

Solutio. Dices, quod diſtinguuntur eſſentiæ, & exiſtentiæ realiter formaliter, & non realiter, tanquā res à re.

Impugnat. Contra: nam exiſtentia diſtinguitur ab eſſentia, tanquam res à re, quia participans & participatum realiter tanquam res à re diſtinguūtur, ergo eſſentia relationis, & ſua inexiſtentia rea-

tia realiter, tanquam res à re, diſtinguuntur, & idem de eſſentia fundamenti, & eius exiſtentia. Et iſtæ duæ eſſentiæ & exiſtentiæ non habent, vnde identificentur, ergo manent omninò diſtinctæ, ſicut albedo & nigredo. Nam quod ſit vnum fundamentum alterius non facit identitatem; quin potius arguit diuerſitatem, quandoquidem fundamentum eſt cauſſa per reſultantiam relationis, & cauſſat illam poſito extremo alio.

7. Ratio.

Præterea. Relatio identitatis ſpecificæ quæ eſt in hoc pane, & iſto pane, qui conſecratur, quando fit conſecratio, non vertuntur in corpus Chriſti, quia ſolus panis conuertitur, nec ſimiliter eſt realiter, tamquam res à re diſtinctum à ſubſtantia, quia aliàs non poſſet intelligi, ſi idem erat, quin conuerteretur cum ſubſtantia panis.

8. Ratio.

Præterea, vt dicitur 12. Metaphyſicæ, quodlibet prædicamentum habet ſua principia propria: aliaque enim principia ſunt ſubſtantiæ, alia relationis, alia qualitatis, & realiter diſtincta principia, & cuilibet correſpondet propria potentia in ſubſtantia, & propria priuatio: ergo ſunt diſtincta realiter, tanquam res à re.

Corellariū notandum.

Ex quo ſequitur, quod ea, quæ diſtinguuntur modaliter, etiam diſtinguuntur realiter: quia modus aliud eſſe habet proprium, & aliam modi rationem, quæ per illud eſſe determinatur.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. 1. Reſpon.

Duplex mutatio: phyſica, & metaphyſica: explicatur quid ſit vtraque.

AD argumenta in oppoſitum reſpondetur, quod duplex eſt mutatio. Alia eſt phyſica, quæ fit per motum, ſeu mutationem phyſicam, vt per alterationem, per augmentationem, per motum localem, & per generationem. Et hæc mutatio non terminatur ad relationem, quia alteratio ad qualitatem, generatio ad ſubſtantiam, augmentatio ad quantitatem, & latio ad vbi terminatur. Alia eſt mutatio metaphyſica, quæ terminatur ad productionem alicuius rei, quæcunque ſit illa relatio: ergo aduenit ſubiecto per mutationem metaphyſicam, non vero per mutationem phyſicam. Et de hoc iam ſupra dictum eſt.

2. Reſpon. q̄uo mutatio terminetur ad relationem.

Secundò reſpondetur, quod primò & per ſe mutatio phyſica terminatur ad ſupra dicta, ſecundario ad relationē, & ita aduenit ſubiecto, ſine ſui mutatione, qua primò & per ſe terminetur ad relationem, non qua ſecundariò. Et qui produxit fundamentum, eſt cauſſa relationis, & mutatio, per quam fuit productum fundamentum, eſt cauſſa productionis relationis, poſito termino. Et quod relatio adueniat ex neceſſitate cū mutatione metaphyſica patet. Quia ſi Deo adueniret ex tempore aliqua relatio, procul dubio mutaretur, quia illa relatio, vel eſt Deus, vel nō. Si eſt Deus, ergo iam Deo aduenit ex tempore aliquid, quod ſit infinitum, quod antea non habebat. Si non eſt Deus, ergo iam Deo aduenit aliquod accidens extrinſecum, & ſic eſſet impotentia ad vtrumque; quapropter adueniente hoc, compleretur potentia, & mutaretur. Vide aliam ſolutionem in Caietano.

3. Reſpon. ex Caie.

Et quando dicit, quod relatio erat in fundamento incompletè, non volebat dicere, quod eſſet pars illius, & pars poſtea adueniret, hoc eſt, quod eſſet ſecundum, in, in ſubiecto, & adueniret poſito termino, ad, relationis. Quia cum relatio ſit entitas ſimplex, non poteſt ſecundum partes produci. Sed vult dicere, quod erat relatio ſecundum eſſe incompletum in fundamento, hoc eſt, cauſſaliter, & poſtea adueniente termino completur, id eſt, eſt ſecundum actu. Eſſe in cauſa vocatur eſſe incompletum. Et exemplum adductum ex Diuo Thoma de potentia, quæſtione ſeptima, artic. nono, ad ſeptimū, de actione hoc confirmat. Nam ſi eſſet ignis, & non eſſet combuſtibile, non eſſet actio formaliter: eſſet tamen cauſſaliter: formaliter verò eſſet poſito combuſtibili applicato, quia tam relatio, quam actio complete, & formaliter tollitur ſublato extrinſeco.

Ad 2. arg. 1. Solutio. Curioſa difficultas.

Ad ſecundum reſpondetur, nec improbabiliter, quod poſſet Deus à duobus albis tollere relationes ſimilitudinis, & impedire concurſum fundamentorum, ne illas producerent, & tūc duæ

albedines non eſſent formaliter ſimiles, ſed fundamentaliter, quia deficit forma faciens ſimile formaliter. Nam ſicut duo alba modò per albedines non ſunt formaliter ſimiles, ſed per ſuperadditam relationẽ eodem modo eſſet tũc. Et idem de omnibus relationibus dicendum eſſet. *2. Solutio.* Secundò reſpondetur, quod hic mutauit ſententiam in prima parte, & aduerſarii ſciant, vltimam Diui Thomæ voluntatem in ſumma Theologiæ eſſe explicatam: & per hoc patet ad tertium. *Ad 3. arg.*

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur: album ſimile formaliter magis compoſitum eſſe, quam album ſolum, quia ſuperadditur illi entitas quædam Metaphyſica cum proprio eſſe diſtincta: Et ita ex iſta forma, & ſubiecto reſultat eſſe relatiui, quod ante non erat ante aduentum formæ relatiuæ. Et ex his patet, quam falſæ aliæ ſtatuuntur ſententiæ.

QVÆSTIO LIII.

Vtrum proprietates relatiuorum ſint rectè ab Ariſtotele aſſignatæ.

Explicatur prima proprietas relatiuorum, ex Caiet. an nimirũ relatiua habeant contrarium.

PRIMA proprietas relatiuorum eſt, quod relatiua habent contrarium: nam virtuti contrariatur vitium, & ſcientia ignorantiæ prauæ diſpoſitionis, & tamen vtrumque eſt ad aliquid. Hæc autem proprietas non cõuenit omnibus relatiuis. Hanc proprietatem, explicat optimè Caietanus, competere relatiuis aliquo modo, non vt relatiua ſunt, ſed ratione fundamenti, ſeu illius, quod ſupponunt.

Nam relatio, quam ſcientia ad ſcibile dicit in ratione menſurati, nõ habet cõtrarium; & idem eſt de relatione, quæ poteſt fundari in virtute in ordine ad vitium: nam poteſt ibi fundari relatio diuerſitatis ſpecificæ; ſed tamen extrema, quæ denominantur relatiua, vt ſciẽtia & virtus, contrarietatem habent. Nam illud, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud, oppoſitum habere poteſt, non verò contrarium, vt ſupra dixi, præcedenti prædicamento. Duplum autem, & ſubduplum nec ratione relationis, nec ratione quantitatis contrarium habent. Alia explicatio eſt Caietani, quod relatiua ſecundum dici aliqua poſſunt habere contrarium, non verò omnia; relatiua verò ſecundum eſſe nulla poſſunt habere contrarium, quia in eodem ſubiecto relationes ſpecie differentes compatiuntur. *Alia explicatio.* Et voluit Ariſt. hanc proprietatem aſſignare, vt perfectiorem notitiam relationum haberemus, quandoquidem cognoſcimus etiam proprietates eorum fundamentorum, & extremorum, quæ ad relationem cognoſcendam maximè conducunt, vel quia cognita natura relatiuorum ſecundum dici, quorum aliqua habent contrarium, & relatiua ſecundum eſſe non, perfectiorem notitiam relatiuorum ſecundum eſſe haberemus. Nam cognitio proprietatum conducit ad cognitionem, quod quid eſt. Denique hæc eſt proprietas qualitatis. Et quia relatio fundatur in qualitate, vt habet rationem vnitatis, ideo hæc dicitur proprietas relatiuorum, quia nec omni, & ſoli, & ſemper conuenit: nec conuenit ſoli & non omni, nec conuenit ſoli & omni, & non ſemper. Qualitatis autem eſt proprietas in quarto modo. *Habere contrariũ, quo modo vocetur proprietas relatiuorum cũ cõueniat iſ qualitati.* Vocatur autem ab Ariſtotele proprietas relatiuorũ, id eſt, alicuius, quod relationem fundat, & illius eſt proprietas in quarto modo perſeitatis, vel dicitur proprietas relatiuorum, quia ſuo tempore illa cenſebantur relatiua, & reuera non erant, & Ariſtot. retulit ſui temporis ſententiam & non probauit.

Secunda proprietas. Secunda proprietas eſt, quod relatiua magis & minus ſuſcipiunt: ſimile enim, quod eſt relatiuum, magis & minus dicitur, & inæquale magis & minus, cum vtrumque ſit relatiuum, ſed non conuenit omnibus; nam duplum & ſubduplum non ſuſcipiunt magis & minus.

Sed dubium manet in hac proprietate,

tate, an relatio magis & minus ſuſcipiat, an verò fundamentum relationis.

Si relatio ſuſcipiat magis, & minus, & quomodo, merito ſui vel merito fundamenti.

Caietanus in hac proprietate dicit, quod ſuſcipere magis & minus conuenit relatiuis, ratione fundamenti, ſed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quod ex magis & minus in fundamento relationum dicatur magis & minus; vt ſummo calido aliquid dicitur magis ſimile, quatenus eſt magis calidum. Alio modo quod ex aliqua varietate, ſeu alteratione fundamenti relatiuum dicatur magis & minus. Et hoc modo inæquale dicitur magis & minus, ex eo, quod quantum variatur ſecundum magis & minus.

Suſcipere magis, & minus ſtat dupliciter logicè, & phyſicè.

Sed aduertit Caietanus, quod ſuſcipere magis & minus, accipitur logicè, ideſt, prædicatur cum hoc aduerbio, magis & minus; non quod in rei veritate relatio magis, aut minus intendatur. Et ita, ſicut fundamentum prædicatur cum magis & minus, ita & relatio; Et ſi fundamentum & relatio phyſicè non intendantur propriè, & magis & minus radicentur ſemper in ſubiecto, vt patet in quantitate.

Alia explicatio auctoris.

Hæc eſt Caietani explicatio, mihi vero aliud occurrit, quod aliquid alteri poteſt dici ſimile dupliciter. Vno modo in forma, ſeu in qualitate. Et hæc relatio fundatur in vnitate qualitatis, & ſemper eſt eadem: nec ratione ipſius relationis ipſa ſuſcipit magis & minus: quia reſpectus ad terminum conſiſtit in indiuiſibili. Si enim reſpicit terminum, qui ſit idem in qualitate, dicitur ſimile: ſi verò non reſpicit, non dicitur ſimile. Sed ſi hæc relatio dicitur ſuſcipere magis & minus, eſt ratione ſui fundamenti: ita vt fundamentum ſuſcipiat magis & minus; & hoc non ſe extendit ad relationem. Et dicitur; qualitas magis accedit ad perfectionem alterius, & ad gradus alterius, & ad radicationem eius in ſubiecto. Alio modo aliquid dicitur ſimile alteri, non in forma qualitatis, ſed in gradibus qualitatis. Et iſta relatio non conuenit albedini, quando non æquat alteram in gradibus: ſicut ternarius non eſt ſimilis quaternario, quia nō adæquat illum in vnitatibus. Et hæc relatio non ratione ſui, nec ratione fundamenti ſuſcipit magis & minus, quia eius ſubiectum conſiſtit in indiuiſibili: ſicut numerus in indiuiſibili conſiſtit. Vnde bene poteſt eadem qualitas eſſe ſimilis alteri, ſeu aliquid eſſe ſimile alteri in qualitate, & non in gradibus, ſeu perfectione ipſius qualitatis: & ita habebit relationem fundatam in vnitate qualitatis, & non relationem fundatam in graduatione numerica, ſeu in numero graduum.

Obiectio.

Sed contra, nam iſta relatio æqualitatis in gradibus non habet fundamentum reale, ergo non eſt realis. Probatur antecedens; quia illi gradus in albedine ſecundum Diuum Thomam non datur, non enim fit intenſio per additionem gradus ad gradum.

Solutio.

Reſpondetur, quod illa perfectio maior in albedine, qua aſſimilatur alteri albedini, datur, quæ fit per maiorem radicationem in ſubiecto, & hoc ſufficit, vt detur iſta relatio fundata in æqualitate graduum; nam hanc perfectionem gradum appellamus.

3. Proprietas.

An relatiua dicãtur ad conuertentiam, et quomodo.

Tertia proprietas relatiuorum eſt, quod dicantur ad conuertentiam. Nota ex Caietano, & ex Alberto Magno, quod conuertentia conſiſtit in mutuo aliquorum reſpectu, & ideo eſt paſſio relatiuorum. Nam relatiuum dici ad conuertentiam eſt ipſum ita dici ad aliud, quod conuertat aliud ad dicendum ad ſe. Dominus dicitur ad conuertentiam ſerui, quia ſeruum conuertit, vt dicatur domini ſeruus; & ſimiliter eſt ex parte ſerui. Et differt à conuertibilitate, quia conuertibilitas conſiſtit in mutua conſequutione terminorum, vt riſibile & homo, vt habes ex primo Topicorum. Iſta autem proprietas conuenit etiam relatiuis ſecundum dici, & non ſolum ſecundum eſſe, vt patet in ala & alatum.

Dici ad conuertẽtiam quõ ſit proprietas, relatiuorum quarto modo, & quo modo non.

Et conuenit etiam relatiuis rationis, vt patet in genere & ſpecie; & conuenit relatiuis non mutuis, vt patet in menſura & menſurabili, & relatiuis ſecundum dici ex vna parte, & quæ ex alia ſunt relatiua ſecundum eſſe, licet rationis, vt ſcientia, & ſcibile. Nam ſcibile formaliter aliquid rationis eſt, ſi-

cut eſſe viſum. Eſt autem proprietas in,quarto modo, ſi conuertentia ſumatur ſecundum formas relatiuas. Solum autem iſto modo relatiua ſecundum eſſe poſſunt dici ad conuertentiam, vt pater eſt filii pater, filius eſt patris filius. Et ſecundum hanc eſſe veram relatiuorum proprietatem. Per hanc autem proprietatem horum relatiuorum naturam cognoſcimus aliqualiter.

4. Proprietas, an relatiua ſint ſimul natura. Quarta proprietas relatiuorum eſt, quod relatiua ſint ſimul natura. Et habet iſta proprietas magnam difficultatem,& argumentor contra illam. *1. Argum In contrarium.* Primò;Scientia & ſcibile ſunt correlatiua, & tamē nō ſunt ſimul natura, ergo,&c. Maior patet ex Ariſtotele in hoc capite; minor probatur; quia ſcibile prius eſt,quam ſcientia. Nam quadratura circuli,eſt prior,quam ſciētia,quia illa modo eſt ſcibilis,& non eſt inuenta ſcientia, quæ circulum quadret,ergo,&c. *Solutio.* Dices, quod ſcibile in actu eſt ſimul cum ſcientia in actu, & ſcibile in potentia cum ſcientia in potentia, & ita quadratura circuli ſcibilis eſt, ideſt,poteſt ſciri,non tamen eſt ſcita,& ſicut poteſt ſciri, ita poteſt eſſe ſcientia; Quapropter ſcientia in potentia,& ſcibile in potentia,ſunt ſimul natura, non verò ſcientia in actu & ſcibile in potentia. *Impugnat.* Contra; nam ſcientia in actu eſt prior,quam ſcibile in actu;ergo ſolutio nulla. Probatur antecedens,quia ſcibile actu,loquendo de illo in ratione ſcibilis, eſt aliquid rationis;eſſe enim ſcibile actu eſt habere relationem rationis ex eo, quod ſciētia terminatur ad ipſum, ſed ſcientia in actu eſt prior illo,vt ſic,ergo,&c. Probatur minor, quia illa relatio eſt aliquid rationis, & ſcientia eſt aliquid reale, & fundatur illa relatio in ſcientia, ergo ſcientia eſt prior natura, ſicut ens reale prius eſt ente rationis. Si autem fit ſermo de re, quæ eſt ſcibilis, hæc poſterior eſt, vt conſtat, ſcientia, quia res, quæ eſt homo, prior eſt ſcientia de ipſo habita.

Augetur difficultas. Et hoc argumentum fit etiam de ſenſibili & ſenſu, de domino & ſeruo, creatore,& creatura. Nam creatura formaliter, vt relatiuum eſt,eſt aliquid reale,& relatio creatoris,& dominii,eſt aliquid rationis, & non habet eſſe ſecluſa operatione intellectus. Et cum relatio realis habeat eſſe ſecluſa eadem operatione,& non relatio rationis, prior erit relatio realis, quam rationis, & ſic non erunt ſimul natura, maximè, quia relatio dominii fundatur in relatione creaturæ terminata ad Deum;ergo prius eſt fundamentum re fundata, & ita non ſunt ſimul. Et idem argumentum fieri poteſt de relatione generis & ſpeciei. *Augetur difficultas.* Quia,quando abſtrahitur natura humana ab indiuiduis,eſt ſpecies,& tunc non eſt genus, quia non eſt abſtracta natura animalis à ſpeciebus, & tamen ſunt correlatiua genus & ſpecies, & non ſimul natura; ergo hæc proprietas malè eſt aſſignata.

2. Argum. Secundò. Cauſſa & effectus ſunt relatiua,& non ſunt ſimul natura,ergo,&c. Probatur minor,quia cauſſa prior eſt effectu,& producit illum,& eſt impoſſibile,quod cauſſa & effectus ſimul ſint natura. Nam vna conditio ad hoc, quod aliquid ſit ſimul natura cum alio,eſt,vt nō ſit cauſſa. *Augetur difficultas.* Et idem argumentum eſt de relatione prioris, & poſterioris, quæ non poſſunt eſſe ſimul.

3. Argum. Tertiò. Hæc proprietas conuenit relatiuis ſecundum dici & ſecundum eſſe, ergo non eſt proprietas illorum.Conſequentia patet; quia quando aliqua proprietas conuenit pluribus, debet competere ratione alicuius inuenti in illis, & in relatiuo ſecundum dici, & ſecundum eſſe nihil poteſt reperiri commune,quod ſit relatiuum, quia alterum illorum eſt abſolutum. Antecedens primum probatur,quia ſcientia eſt relatiuum ſecundum dici, & Ariſtoteles aſſerit, illi competere hanc proprietatem. *Explicat mens Ariſt. quo relatiua ſint ſimul natura, & quomodo non.* Reſpondetur, quod Ariſtoteles loquitur de relatiuis formaliter ſumptis, & realibus. Et iſta ſi ſunt realia relatiua, & ſecundum eſſe, & formaliter ſumuntur non pro rebus relatiuis,ſed pro relationibus,certum eſt, quod ſunt ſimul natura,quia vno poſito aliud ponitur,& interempto vno aliud interimitur, & neutrum cauſsa eſt alterius. Et ita explicata pro-

ta proprietas omni in vniuerſum conuenit relatiuo reali, etiam infinito. Et hoc veriſſimum eſt, nec falſitatem aliquam includit. Et vt hæc explicatio in vniuerſum verum habeat, addendum eſt, quod, quando iſta relatiua ex vna parte ſunt realia, & ex altera parte rationis, ſiue ſint realia ſecundum dici, vt ſcientia, ſiue ſecundum eſſe, vt menſura tum ad menſuram, intelligendum eſt, quod ſint ſimul natura, ſi ex illa parte, qua relatiua ſunt aliquid rationis, ſumatur relatiuum non formaliter, ſed fundamentaliter proximè. Itaque ſecluſa omni operatione intellectus ſcientia in actu, & ſcibile in actu, ſeu ſcitum, ſunt ſimul natura: quia ſcientia eſt ad ſcitum, & ſcitum refertur ad ſcientiam, nec vnũ poteſt eſſe vel prius alio, vel ſine illo, ſumendo ſcitum pro illo, quod terminat ſcientiam, quod ex neceſſitate eſt relatiuum fundamentaliter proximè. Nam ex eo, quod ſcientia terminatur ad ens, verbi gratia, eſt proximum fundamentum, vt ens dicatur ſcitum, quia eſſe ſcitum formaliter eſt aliquid rationis, & fundamentaliter eſſe ſcitum eſt terminare reſpectum tranſcendentalem ſcientiæ: ſicut eſſe viſum in pariete formaliter eſt aliquid rationis, & fundamentaliter eſt reſpectus viſionis verſari circa parietem. Eodem modo dicendum eſt de relatione creatoris ad creaturam, quia iſta relatiua ſunt ſimul natura modo explicato. Nam ex eo, quod Deus terminat relationem creaturæ, eſt fundamentaliter proximè Dominus, & hoc nec eſt prius natura, nec ſine relatione creaturæ eſſe poteſt.

Regula generalis D. Tho. ad explorãdum, qua relatiua ſint ſimul natura, & qua non, & quo modo.

Et quando Diuus Thomas prima parte, quæſtione decima tertia, articulo ſeptimo, dicit, ad conſiderandum, vtrum relatiua ſint ſimul natura, vel non, non oportet conſiderare ordinem rerum, de quibus relatiua dicuntur, ſed ſignificationes ipſorum relatiuorum. Si enim vnum in ſui intellectu claudat aliud, & è conuerſo, tunc ſunt ſimul natura, ſicut duplum & dimidium, & pater & filius, & ſimilia. Si autem vnum in ſui intellectu claudat aliud, & non è cõtra: tunc non ſunt ſimul natura: & hoc modo ſe habet ſciẽtia & ſcibile. Nam ſcibile dicitur ſecundum potẽtiam, ſcientia autem ſecundum habitum, vel ſecundum actum. Vnde ſcibile ſecundum modum ſuæ ſignificationis præexiſtit ſcientiæ: ſed ſi accipiatur ſcibile ſecundum actum, tunc eſt ſimul cum ſcientia ſecundum actum: nam ſcitum non eſt aliquid niſi ſit eius ſcientia.

Licet igitur Deus ſit prior creaturis, quia tamen in ſignificatione Domini clauditur, quod habeat ſeruum, & è conuerſo iſta duo relatiua dominus & ſeruus ſunt ſimul natura. Vnde Deus non fuit Dominus, antequam haberet creaturas ſibi ſubiectas.

Obſeruatio Authoris notanda.

Non loquitur Diuus Thomas de relatione dominii formaliter, nec de relatione ſcibilis formaliter, quia iſta in mea opinione, quę eſt etiam Diui Thomæ, prima parte, quæſtione vigeſima octaua, articulo primo, non eſt illa relatio formaliter, vſque dum accedat operatio intellectus conſiderantis illam relationem in ordine ad terminum, ſed loquitur de relatione fundamentaliter proximè, ſi eſt relationis relatio. Et ſi eſt realis, loquitur formaliter, quia relatio rationis non habet eſſe formaliter ſolo proximo fundamento poſito, & realis ſuum eſſe formale actuale habet poſito proximo fundamento. Scibile vero in potentia non includit in ſuo ſignificato formali, nec in ſua ratione formali ſciẽtiam in actu, ſed in potentia, & ita non eſt correlatiuum ſcientiæ in actu, ſed in potentia. Et quoniam hic modus dicendi mihi ſatisfacit, nolo alias adducere opiniones. Vide Caietanum in iſto loco.

Ad 1. arg.

Quid ſit prius, ſcibile, vel ſcientia?

Ad argumenta contra iſtam proprietatem. Ad primum patet ex ſolutione adducta ex D.Thom. prima parte, quęſt. decimatertia, articulo octauo, quæ bene eſt aduertenda pro tota hac materia intelligenda.

Ad replicam.

Ad replicam patet etiam ex dictis in explicatione huius proprietatis, quod loquimur de ſcibili pro fundamento proximo, & de relatione ſcibilis, quatenus habet eſſe fundamentaliter proximè, non verò formaliter. De ſimultate autem requiſita in relationi-

Digitized by Google

An relatiua ſecundū rinem ſint ſimul natura.

bus rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones, ſupra actum eſt. Quantum enim eſt ex parte harum relationum, ſimul reſultarent, niſi expoſcerent diuerſos actus intellectus, vt ſint formaliter.

Ad 2. arg. Q̄ño cauſſa & effectus ſint ſimul natura, & q̄ñ non.

Ad ſecūdum reſpondetur, quod cauſſa & effectus dupliciter ſumi poſſunt; vno modo pro materiali pro re, quæ eſt cauſſa, alio modo formaliter pro relatione cauſſæ & effectus. Si primo modo conſiderentur, cauſſa prior eſt effectu: nam cauſſa eſt, ad quam aliud ſequitur. Si verò conſiderentur pro relatione cauſſæ & effectus, tunc ſunt ſimul, quia non poteſt eſſe cauſſa, niſi ſit effectus: non enim poteſt referri relatione cauſſæ, quin effectus referatur relatione effectus: ſicut res, quæ eſt pater prior eſt re, quę eſt filius in humanis, formaliter tamen ſimul ſunt. Et idem dicendum eſt de relatione prioris & poſterioris; nam res, quæ eſt prior, antecedit poſteriorem: formaliter verò relatio prioris & poſterioris ſimul ſunt natura.

Ad 3. arg. Quibus relatiuis conueniat eſſe ſimul natura?

Ad tertium reſpondetur; quod iſta proprietas non conſequitur rationem relatiui, vt abſtrahit à tranſcendentali, & prædicamentali: Vt patet ex D. Tho. vbi ſupra, qui dicit, ſcientiam eſſe ſimul natura cum ſcibili, & tamen eſt relatiuū ſecundum dici, nec etiam conuenit omnibus relatiuis ſecundum dici, & ita illius ſuperioris non eſt proprietas in quarto modo, quia conuenit ſoli, ſed non omni. Caietanum & Albertum vide in hac parte pro ampliori explicatione huius proprietatis.

Quinta proprietas. Q̄ño relatiua ſint ſimul cognitione. Explicatio Alberti Magni.

Quinta proprietas relatiuorum eſt, quod ſi quis definitè nouit aliquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitè etiam nouit & reliquum, vt ſi quis definitè nouit, quod eſt duplum, & cuius duplū eſt, mox definitè nouit, aliàs non definitè nouit. Hanc proprietatem explicat Albertus & Auerroes de cognitione quidditatiua. Si enim quis cognoſcit quidditatiuè eſſentiam patris, quæ eſt, quod totū ſuum eſſe ſit ad filium, quidditatiuè nouit filium, quia filius eſt, cuius totum ſuum eſſe eſt ad pātrem, quia cum relatiuum terminetur ad correlatiuum formaliter, ſi nouit definitè, quid eſt pater, conſequenter cognouit, quid eſt filius. Vbi vides contra Valquez; quem ſupra adduximus, Ariſtotelem tenere relatiuum terminari ad relatiuum; quia dicit, quod qui nouit duplum, cognoſcit ſubduplum, & ſi non terminaretur ad illud. Non probat Ariſtoteles; quod cognoſcit illud, ex eo, quod cognoſcit duplum.

Vaſquez contrarius Ariſtot.

Alia explicatio Caietani.

Caietanus explicat hanc proprietatem, non habere verum in relatiuis ſecundum dici, quia bene poteſt cognoſci albedo, ad quam terminatur viſio ſine cognitione viſionis: & caput poteſt ſciri, quod ſit, & non ſciri in particulari, cuius ſit caput. Nam etiam explicat ſupra dictam proprietatem, ſic, quod qui definitè, id eſt, in particulari nouit vnum relatiuum ſecundum eſſe, definitè & in particulari nouit, cuius ſit relatiuum, quod in capite & manu non habet verum. De hac proprietate ſuperius in hoc prædicamento egimus, dum de termino & de modo definiendi relatiuum ageremus. Et ideo non amplius de illo verbum facio.

Corollar.

Ex dictis huc vſque conſtat, quomodo ſit conſtituendum hoc prædicamentum, vt prius ex generaliſſimo, & poſtmodum ex relationibus fundatis ſuper illa tria fundamenta accipiendo reales relationes, & ſic procedere vſque ad indiuidua.

Doctrina pulcra: tripliciter aliquid dici poteſt ad aliud.

Nota in fine huius quæſtionis ex D. Tho. 5. in fine lectionis 15. quod tribus modis aliqua dicuntur ad aliquid, propter hoc, quod ſua genera ſunt ad aliquid, vt medicina dicitur ad aliquid, quia ſcientia eſt ad aliquid. Dicitur enim medicina ſcientia ſani & ægri, & ita ſcientia refertur ad hoc, quod eſt accidens eius, nam accidit, ſcientiam referri ad ſanum & ægrum. Secundo modo, quando aliqua abſtracta dicuntur ad aliquid: propter hoc, quod ſua concreta ad aliquid dicuntur, ſicut æqualitas & ſimilitudo ad aliquid dicuntur, quia ſimile & æquale ad aliquid dicūtur. Qualitas autem & ſimilitudo ſecundum nomen non dicuntur ad aliquid, quia ſignificantur per modum formæ, & vt quo alia ſunt talia.

Ter-

Tertio modo ad aliquid dicuntur, quando ſubiectum eſt tale ratione accidentis;ſicut homo,vel album dicitur ad aliquid, quia vtrique accidit duplũ eſ-
Obſeruatio Auth. ſe. Hoc modo caput dicitur ad aliquid, eo quod eſt pars. Circa primum modũ nota, quod medicina non intelligitur dici ad aliquid,niſi ratione ſui generis: quia ſi debet dici ad aliquid,eſt, quia ſcientia. Et vocat Ariſtoteles ſanum & ægrum accidens generis ſcientiæ. Et hac ratione vocatur hoc genus relatiuorum per accidens.

QVÆSTIO LIV.

Vtrùm relatio realis dicat perfectionem aliquam.

Controu. PRo intelligentia huius quæſtionis vide in Diuo Thoma, libro quinto Metaphyſicæ, lectione decimaſexta, quot modis aliquid dicatur perfectum. Et hæc quidem quæſtio in materia de Trinitate habet aliquid difficultatis, quam in præſenti diſputare non licet.Sed ſolum aduertendum eſt loqui in præſenti de relationibus creatis realibus. Et reſpon-
1.Opi.Authoris. detur, relationem eſſe perfectionem. Et probatur.nam relatio eſt ens reale: quia ens reale diuiditur in decem prædicamenta: ſed omne ens reale eſt bonum,quia bonum eſt paſſio entis realis: ergo relatio creata eſt bonum, bonum autem & perfectum idem ſunt; ergo relatio,ſiquidem bona eſt, etiam eſt perfecta aliqua perfectione,& ſic dicit per-
1.Ratio pro Authore. fectionem. Præterea: Nam Ariſtoteles primo Topicorum, capite decimoſexto,dicit,bonum cõuerti cum ente,quod in decem prædicamenta diuiditur, ergo relatio bonum quoddam eſt, & ſic
2.Ratio. perfecta.Præterea: Relationem dici ad aliud non tollit,quin ſit verè ens reale, & ſecundum meam opinionem realiter diſtinctum à fundamento:ſed omne ens debet eſſe bonum,& conueniens; ergo
3.Ratio. & perfectum. Præterea: Relationi nihil deeſt ex his, quæ ad ſuam naturam ſpectant;ergo eſt perfecta.Probatur conſequentia:quia iſto modo ſecundum Ariſtotelem,vbi ſupra, aliquid dicitur perfectum, quia habet ea, quæ ad ſuam naturam ſpectant, nec ex his aliquid
4.Ratio. deficit. Præterea: Relatio eſt quoddam totum metaphyſicum conſtitutum in recta linea prædicamentali: ſed totum & perfectum ſunt idem, vt dicitur tertio Phyſicorum, textu ſexageſimoquarto,ergo, &c. Et huic veritati fauet Diuus Thomas prima parte, quæſtione quadrageſimaquinta, articulo quarto, ad ſecundum.Sed contra:nam ſequitur, quod ſi homo perdat relationem, perdat perfectionem,& quod adueniat perfectio alicui ſine ſui mutatione, quod
2.Opi.Magiſtri Mancij reijcitur eſt abſurdum. Acutiſſimus magiſter meus Frater Mancius de corpore Chriſti dicit,relationem creatam non eſſe perfectionem: ſed reſpondetur, quod non eſt inconueniens,quod aliqua perfectio mihi adueniat ſine mutatione phyſica, cum metaphyſica mutatione, & quod,cum deperditur relatio, deperdatur perfectio, ſicut cum deperditur quælibet alia entitas. In diuinis etiam relationes dicunt perfectionem; ſed ſicut ſunt idem cum eſſentia diuina formaliter, & realiter, ita perfectio, quam dicunt, eſt idem cum eſſentiæ diuinæ perfectione realiter & formaliter.

Et ita eadem perfectio & dignitas eſt in omnibus diuinis perſonis, ſicut eſt eadem eſſentia, cui ſit gloria in ſecula. Amen.

De

De prædicamento Qualitatis.

QVÆSTIO LV.

In quo conſiſtat ratio qualitatis & an rectè ſit ab Ariſtotele tradita.

ARiſtoteles ita definit qualitatem: Qualitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur. Hæc definitio, ſeu deſcriptio nulla eſt, quia non explicat eſsētiam qualitatis: hoc enim erat explicandum, quid ſit eſſe quales. *1. Argum.* Et argumentor ſic: Omnis deſcriptio & definitio debet manifeſtare eſſentiam rei definitæ; ſed iſta non manifeſtat: ergo eſt nulla. Maior patet; quia datur innoteſcendi gratia, & eſt modus ſciendi, qui eſt omnino alicuius ignoti manifeſtatiua. Minor probatur, quia quale & qualitas non differunt, niſi ſicut abſtractum & concretum; ergo dicendo, quod qualitas eſt, ſecundum quā quales eſſe dicimur, nullo pacto notificatur qualitas, quia quid ſit eſſe quales, ita ignotum eſt, ſicut eſt ignotum, quid ſit eſſe qualitas.

2. Argum. Secundò. Hæc definitio conuenit alteri à definito: ergo eſt nulla. Antecedens probatur, nam differentiæ ſubſtantiali, & formæ ſubſtantiali conuenit hæc definitio, nam ſecundum illas aliqui dicuntur quales; nam quærēti, quid eſt homo, reſpondetur animal: Et quale animal, reſpondetur rationale: ergo ſecundum rationalitatem homo dicitur qualis, & tamen non ſunt differētiæ qualitates, quia ſunt in omni prædicamento reductiuè, & non ponuntur in hoc prædicamento directè.

3. Argum. Tertiò: Definiendo Ariſtoteles qualitatem, commiſit circulum: ſed hic eſt maximus defectus, ſaltem in abſolutis, ergo hæc definitio eſt nulla. Maior patet: quia definiuit qualitatem per quale, & quale per qualitatem in tex. 5. vbi dicit, quod quale eſt, quod à qualitate denominatur. Minor probatur: quia debet dari definitio per notiora in abſolutis, & hic non datur, aliàs idem reſpectu eiuſdem eſſet notius & ignotius, quod eſt falſiſſimum.

Quartò: Si ratio qualitatis ſecūdum Diuum Thomam, prima parte, quæſtione quadrageſimanona, articulo ſecundo, in corpore, importat modum ſubſtātiæ, ſequitur, quod omne accidens ſit qualitas; Hoc autem quis dicet? ergo non eſt eius quidditas & eſſentia eſſe modum ſubſtantiæ. Et ita malè hoc dixit D. Thomas. Maior probatur, quia omne accidens eſt modus ſubſtantiæ, quia importat determinationem ſubſtātiæ ſecundum aliquam determinatam rationem, quia quātitas determinat ſubſtantiam in ordine ad extenſionem; relatio ſecundum reſpectum ad aliud, actio in ordine ad aliquid, quod producitur, & ſic in reliquis prædicamentis, nam omnia ſunt determinationes, & affectiones ſubſtantiæ. *4. Argum.*

Quintò. Si qualitas, vt inquit D. Th. 1. p. q. 28. artic. 2. conſiſtit in hoc, quod ſecundum propriam rationem eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, diuerſa eſt ab eſſentia qualitatis, nam diſpoſitio ſemper eſt quid inferius ad qualitatem; quia vna ſpecies qualitatis eſt habitus, vel diſpoſitio, non ergo eſt eius ratio eſſe diſpoſitionem. Ratio enim ſpecierum non eſt ratio generaliſſimi, ſed ſpecies illi addunt. *5. Argum.*

Sextò; Differentiæ accidentales prædicantur in quale accidentale, & tamen non pertinent ad hoc prædicamētum omnes, & ſecundum illas quales dicimur, malè ergo definitur ita ab Ariſtotele in hoc prædicamento. *6. Argum.* Quod ſi dicas, prædicari in quale, non vt accidentia, quæ conſequuntur formam, qualitas autem prædicatur in quale, vt quid conſequutum ad formam; contra; quia actio conſequitur ad formam, & quod Petrus ſit agens eſt differentia accidentalis, & prædicatur in quale, & tamen *Impugn. Controu. 1. Opinio Ogna.*

non

non eſt qualitas actio, ergo nec bene definiuit Ariſtoteles qualitatem, nec explicari poteſt, in quo eius ratio conſiſtat. Et ita aſſerit: Omne, qnod neſciuit Ariſtoteles, nec nos ſcimus eius rationem explicare, nec vllus explicuit. Sed

2. Opi. Suarez contra D. Tho.

profectò ipſe neſciuit. Suarez diſputatione quadrageſimaſecunda, ſectione prima, non aſſentiens explicationi Diui Thomæ, dicit, rationem qualitatis conſiſtere in ornando ſubſtantiam intrinſecè, & perficiendo illam, vt conuenienter affecta ſit in ſuo eſſe, vel in virtute agendi. Et in explicatione huius deſcriptionis plura falſa dicit, & prædicamentum habitus vocauit etiam ornatum quendam ſubſtantiæ. Sed quis non videat, hæc friuola eſſe, nec in aliqua bona ratione, aut graui authore fundata? Primò, quia rationem gene-

Duæ rationes contra Suarez.

ricam qualitatis explicuit per eius ſpecies; nam qualitates, quæ afficiunt ſubſtantiam in ordine ad ſuum eſſe & naturam, pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, vt patet ex Diuo Thoma. q. quadrageſima nona, articu. 2. & ex Ariſtotele ibidem adducto. Quæ autem perficiunt illam, vt conuenienter affecta ſit ad agendum, pertinent ad ſecundam vel tertiam ſpeciem, & qualitates quartæ ſpeciei, quæ eſt forma, vel figura, ſunt diſpoſitiones quantitatis immediatè, & non ſubſtantiæ. Et quantitas in ſui ratione nec dicit motum, nec bonum, nec malũ. Vnde ſubſtantia per illam, vt eſt quarta ſpecies, nec perficitur, vt bene ſit diſpoſita in ſe ad agendũ, nec in ſuo eſſe. Item quia multæ ſunt qualitates, quæ per ſe deſtruunt ſubiectum, & non perficiunt, vt infirmitas habitualis, calor exceſſiuus, qui eſt huius ſubiecti, in quo eſt qualitas, & habitus vitiorum, & reliqua. Et nolo hæc latius proſequi, quia ſtatim ſe prodit hæc doctrina.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. Prima concluſio: Optimo ordine Ariſtoteles poſt relationem egit de qualitate, antequam ageret de actione & paſſione. Probatur hæc concluſio: quia denominatio qualitatis eſt denominatio intrinſeca, denominatio verò actionis & paſſionis, & ceterorum prædicamentorum non ſemper eſt denominatio intrinſeca, ſed ferè ſemper eſt denominatio extrinſeca, ſed denominatio intrinſeca prius afficit ſubſtantiam, quam denominatio extrinſeca, ergo cum prædicamenta logicalia conſiderentur in ordine ad ſubſtantiam, optimo ordine prius egit de qualitate, quam de actione, & paſſione Item, quia qualitas aliquando eſt principium actionis, ergo ex ſupra dicta ratione adiuncta iſta, optimo proceſſit Ariſtoteles ordine.

Quare Ariſt. ſtatim poſt relationem egerit de qualitate potius, quam de actione & paſſione.

1. Difficultas contra concluſ.

Sed contra concluſionem ſunt duo argumenta. Primum: nam Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ prius egit de qualitate, quam de relatione, ergo hic non procedit bene ſiquidem inuertit ordinem. Re-

Solutio.

ſpondetur, quod ibi conſiderabit prædicamenta, vt partes entis, & quia qualitas eſt perfectior relatione, prius egit de qualitate. Hic verò conſiderat prædicamenta, vt affectiones ſubſtantiæ, & quia relatio conſequitur quantitatem, quæ primo loco ponenda eſt, egit ſtatim poſt ipſam de relatione. Secundum

2. Difficul.

argumentũ. Qualitas aliquando eſt terminus actionis, & paſſionis, ergo actio prior eſt, quam qualitas, & ita prius de illa fuit agendum. Reſpondetur, quod

Solutio.

de qualitate & actione poſſumus loqui dupliciter, vno modo in particulari, alio modo à toto genere & formaliter. Si loquamur de illis in particulari, non eſt inconueniens, quod detur hæc actio, ſiue hæc paſſio, quæ ſit prior quã hæc qualitas. Sed ſi loquamur de illis à toto genere & formaliter, ſemper eſt prior qualitas, quam actio, quia ſubſtantia non poteſt immediatè per ſe ipſam ſine media qualitate exercere aliquam actionem. Nam propriũ eſt Dei operari per ſuam ſubſtãtiam, & per potentias, quę ſunt ſua eſſentia; ſed ad hoc quod creatura exerceat aliquam actionem, neceſſarium eſt, quod habeat aliquam aptitudinem, mediante qua exerceat talem actionem. Sed huius

mo

De prædicamento Qualitatis.

QVÆSTIO LV.

In quo conſiſtat ratio qualitatis & an rectè ſit ab Ariſtotele tradita.

ARiſtoteles ita definit qualitatem: Qualitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur. Hæc definitio, ſeu deſcriptio nulla eſt, quia non explicat eſſẽtiam qualitatis: hoc enim erat explicandum, quid ſit eſſe quales. Et argumentor ſic: Omnis deſcriptio & definitio debet manifeſtare eſſentiam rei definitæ; ſed iſta non manifeſtat: ergo eſt nulla. Maior patet; quia datur innoteſcendi gratia, & eſt modus ſciendi, qui eſt omnino alicuius ignoti manifeſtatiua. Minor probatur, quia quale & qualitas non differunt, niſi ſicut abſtractum & concretum; ergo dicendo, quod qualitas eſt, ſecundum quã quales eſſe dicimur, nullo pacto notificatur qualitas, quia quid ſit eſſe quales, ita ignotum eſt, ſicut eſt ignotum, quid ſit eſſe qualitas. — *1. Argum.*

2. Argum. Secundò. Hæc definitio conuenit alteri à definito: ergo eſt nulla. Antecedens probatur, nam differentiæ ſubſtantiali, & formæ ſubſtantiali conuenit hæc definitio, nam ſecundum illas aliqui dicuntur quales; nam quęrẽti, quid eſt homo, reſpondetur animal: Et quale animal, reſpondetur rationale: ergo ſecundum rationalitatem homo dicitur qualis, & tamen non ſunt differẽtiæ qualitates, quia ſunt in omni prædicamento reductiuè, & non ponuntur in hoc prædicamento directè.

3. Argum. Tertiò: Definiendo Ariſtoteles qualitatem, commiſit circulum: ſed hic eſt maximus defectus, ſaltem in abſolutis, ergo hæc definitio eſt nulla. Maior patet: quia definiuit qualitatem per quale, & quale per qualitatem in tex. 5. vbi dicit, quod quale eſt, quod à qualitate denominatur. Minor probatur: quia debet dari definitio per notiora in abſolutis, & hic non datur, aliàs idem reſpectu eiuſdem eſſet notius & ignotius, quod eſt falſiſſimum.

Quartò: Si ratio qualitatis ſecũdum Diuum Thomam, prima parte, quæſtione quadrageſimanona, articulo ſecundo, in corpore, importat modum ſubſtãtiæ, ſequitur, quod omne accidens ſit qualitas; Hoc autem quis dicet? ergo non eſt eius quidditas & eſſentia eſſe modum ſubſtantiæ. Et ita malè hoc dixit D. Thomas. Maior probatur, quia omne accidens eſt modus ſubſtantiæ, quia importat determinationem ſubſtãtiæ ſecundum aliquam determinatam rationem, quia quãtitas determinat ſubſtantiam in ordine ad extenſionem; relatio ſecundum reſpectum ad aliud, actio in ordine ad aliquid, quod producitur, & ſic in reliquis prædicamentis, nam omnia ſunt determinationes, & affectiones ſubſtantiæ. — *4. Argum.*

Quintò. Si qualitas, vt inquit D. Th. 1. p. q. 28. artic. 2. conſiſtit in hoc, quod ſecundum propriam rationem eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, diuerſa eſt ab eſſentia qualitatis, nam diſpoſitio ſemper eſt quid inferius ad qualitatem; quia vna ſpecies qualitatis eſt habitus, vel diſpoſitio, non ergo eſt eius ratio eſſe diſpoſitionem. Ratio enim ſpecierum non eſt ratio generaliſſimi, ſed ſpecies illi addunt. — *5. Argum.*

Sextò; Differentiæ accidentales prædicantur in quale accidentale, & tamen non pertinent ad hoc prædicamẽtum omnes, & ſecundum illas quales dicimur, malè ergo definitur ita ab Ariſtotele in hoc prædicamento. Quod ſi dicas, prædicari in quale, non vt accidentia, quæ conſequuntur formam, qualitas autem prædicatur in quale, vt quid conſequutum ad formam; contra; quia actio conſequitur ad formam, & quod Petrus ſit agens eſt differentia accidentalis, & prædicatur in quale, & tamen non — *6. Argum.* *Impugn.* *Controu.* *1. Opinio Ogna.*

non eſt qualitas actio, ergo nec bene definiuit Ariſtoteles qualitatem, nec explicari poteſt, in quo eius ratio conſiſtat. Et ita aſſerit: Omne, quod neſciuit Ariſtoteles, nec nos ſcimus eius rationem explicare, nec ullus explicuit. Sed *2. Opi. Suarez contra D. Tho.* profectò ipſe neſciuit. Suarez diſputatione quadrageſimaſecunda, ſectione prima, non aſſentiens explicationi Diui Thomæ, dicit, rationem qualitatis conſiſtere in ornando ſubſtantiam intrinſecè, & perficiendo illam, vt conuenienter affecta ſit in ſuo eſſe, vel in virtute agendi. Et in explicatione huius deſcriptionis plura falſa dicit, & prædicamentum habitus vocauit etiam ornatum quendam ſubſtantiæ. Sed quis non videat, hæc friuola eſſe, nec in aliqua bona ratione, aut graui authore fundata? Primò, quia rationem genericam qualitatis explicuit per eius ſpe- *Duæ rationes contra Suarez.* cies; nam qualitates, quæ afficiunt ſubſtantiam in ordine ad ſuum eſſe & naturam, pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, vt patet ex Diuo Thoma q. quadrageſima nona, articu. 2. & ex Ariſtotele ibidem adducto. Quæ autem perficiunt illam, vt conuenienter affecta ſit ad agendum, pertinent ad ſecundam vel tertiam ſpeciem, & qualitates quartæ ſpeciei, quæ eſt forma, vel figura, ſunt diſpoſitiones quantitatis immediatè, & non ſubſtantiæ. Et quantitas in ſui ratione nec dicit motum, nec bonum, nec malũ. Vnde ſubſtantia per illam, vt eſt quarta ſpecies, nec perficitur, vt bene ſit diſpoſita in ſe ad agendũ, nec in ſuo eſſe. Item quia multæ ſunt qualitates, quæ per ſe deſtruunt ſubiectum, & non perficiunt, vt infirmitas habitualis, calor exceſſiuus, qui eſt huius ſubiecti, in quo eſt qualitas, & habitus vitiorum, & reliqua. Et nolo hæc latius proſequi, quia ſtatim ſe prodit hæc doctrina.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. Prima concluſio: Optimo ordine Ariſtoteles poſt relationem egit de qualitate, antequam ageret de actione & paſſione. Probatur hæc concluſio: *Quare Ariſtot. ſtatim poſt relationem egerit de qualitate potius, quam de actione & paſſione.* quia denominatio qualitatis eſt denominatio intrinſeca, denominatio verò actionis & paſſionis, & ceterorum prædicamentorum non ſemper eſt denominatio intrinſeca, ſed ferè ſemper eſt denominatio extrinſeca, ſed denominatio intrinſeca prius afficit ſubſtantiam, quam denominatio extrinſeca, ergo cum prædicamenta logicalia conſiderentur in ordine ad ſubſtantiam, optimo ordine prius egit de qualitate, quam de actione, & paſſione. Item, quia qualitas aliquando eſt principium actionis, ergo ex ſupra dicta ratione adiuncta iſta, optimo proceſſit Ariſtoteles ordine. Sed contra concluſionem ſunt duo *1. Difficultas contra concluſ.* argumenta. Primum: nam Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ prius egit de qualitate, quam de relatione, ergo hic non procedit bene ſiquidem inuertit ordinem. Re- *Solutio.* ſpondetur, quod ibi conſiderabit prædicamenta, vt partes entis, & quia qualitas eſt perfectior relatione, prius egit de qualitate. Hic verò conſiderat prædicamenta, vt affectiones ſubſtantiæ, & quia relatio conſequitur quantitatem, quæ primo loco ponenda eſt, egit ſtatim poſt ipſam de relatione. Secundum argumentũ. Qualitas aliquando eſt ter- *2. Difficul.* minus actionis, & paſſionis, ergo actio prior eſt, quam qualitas, & ita prius de illa fuit agendum. Reſpondetur, quod *Solutio.* de qualitate & actione poſſumus loqui dupliciter, vno modo in particulari, alio modo à toto genere & formaliter. Si loquamur de illis in particulari, non eſt inconueniens, quod detur hæc actio, ſiue hæc paſſio, quæ ſit prior quã hæc qualitas. Sed ſi loquamur de illis à toto genere & formaliter, ſemper eſt prior qualitas, quam actio, quia ſubſtantia non poteſt immediatè per ſe ipſam ſine media qualitate exercere aliquam actionem. Nam propriũ eſt Dei operari per ſuam ſubſtãtiam, & per potentias, quę ſunt ſua eſſentia; ſed ad hoc quod creatura exerceat aliquam actionem, neceſſarium eſt, quod habeat aliquam aptitudinem, mediante qua exerceat talem actionem. Sed huius

mo

Digitized by Google

modi aptitudo proxima eſt qualitas, maximè, quia actiones phyſicæ formaliter loquendo, ſemper ſpecificantur à qualitatibus, ergo in genere cauſſæ finalis erant priores qualitates. Sed prima ſolutio eſt melior. Vide Diuum Thomam pro illa, prima parte, quæſtione quinquageſimaquarta, articulo primo, & ſequentibus; vbi ex eo, quod actio eſt actualitas virtutis, ſicut eſſe eſt actualitas eſſentiæ, infert, angelum & creaturam quamlibet non eſſe ſuam operationem, quia quod non eſt actus purus, non poteſt eſſe ſua actualitas, & conſequenter nec ſuum eſſe. Et cum eſſentia importet ordinem ad eſſe, neceſſarium eſt ponere aliam potentiam diſtinctam ab eſſentia, qua ordinetur angelus ad operationem, quia potentiæ penes actus diſtinguuntur, & eſſe, & operatio ſunt diſtincta.

Doctr. Diui Tho. obſeruanda.

2. Concl. Plures rationes, quare Ariſt. inſcripſerit hoc prædicamentū de qualitate & quali.

Secunda concluſio. Conuenienter Ariſtoteles inſcripſit hoc prædicamentum de qualitate & quali. Ratio eſt vna communis, vt innueret, quod qualitates proprie ponuntur in prædicamento, qualia verò reductiuè, vt ſupra ex Diuo Thoma decidimus, ideo prius qualitatem, ſecundo verò loco qualem cōſtituit. Præterea, quia apud antiquos philoſophos non erat vnanimis ſententia in admittendo qualia. Nam quidam qualitatem admittebant, alii qualia in prædicamentis. Et vt Ariſtoteles comprehenderet hæc omnia, inſcripſit de qualitate & quali. Tum etiam, quia, licet aliqua qualia nomina habeāt impoſita, quibus ſignificentur, non tamen omnes qualitates habent nomina, & aliquando qualitates habent nomina, & non qualia. Vt autem omnia & comprehenderet & ſignificaret, dixit, de qualitate & quali agendum fore. Facilè erit alias etiam congruentias inuenire.

3. Concl. Propria & eſſentialis ratio prædicamētiqualitatis q̄ ›

Tertia concluſio. Sumendo qualitatē propriè, vt ad hoc prædicamentū pertinet (de qua re vide Ariſtotelem 5. Metaphyſicæ, capite de quali) ratio propria & eſſentialis qualitatis duob. modis explicatur à D. Thoma. Primus modus habetur 1. p. q. 28. articulo ſecundo, vbi dicit, rationem qualitatis, vt eſt generaliſſimum habere duo, ſicut & reliqua omnia genera accidentium. Alterum eſt ratio communis accidentis, & hoc eſt in eſſe ſubiecto; quia accidentis eſſe eſt ineſſe, intelligitur aptitudinaliter. Alterum eſt propria ipſius ratio, ſeu modus conſtitutiuus huius prædicamēti, & determinatiuus accidentis. Et iſte modus accipitur per ordinem ad ſubiectum, & eſt, quod ſit diſpoſitio ſubſtantiæ. Vbi miro artificio naturam qualitatis explicuit. Et quia definitiones demonſtrari nequeunt, ſed explicari, & declarari, D. Thom. conſi derauit in omnibus qualitatibus, quod proprium eſt illarum, & illo relicto aſſumpſit, quod eſt commune. Et hoc dixit, eſſe qualitatis eſſentiam. Sicut ſi aliquis vellet colligere rationem animalis conſideratis omnibus animalibus, & excluſis propriis illorum, optimè inferret id, quod remanet, rationem eſſe animalis, nimirum, quod ſit viuens ſenſibile, quia in hoc omnia animalia conueniunt, vt in primo prædicato, & ratione in quantū talia. Et quia qualitatis ſpecies omnes conueniunt in hoc, quod ſubiectum diſponunt, diuerſimodè tamen, vt videbimus in earum enumeratione, D. Thom. dixit, qualitatem eſſe diſpoſitionem. Eſt autem diſpoſitio in genere ordo habentis partes. Ordinare ergo ſubſtantiam in ſeipſa eſt propria ratio qualitatis, quod eſt diſponere ſubiectum: ex quo poſtea iſta diſpoſitio, ſeu qualitas determinatur ad ſuas ſpecies per diuerſum modum diſponendi, & ordinandi ſubſtātiam in ſeipſa: & hoc eſt qualificare ſubſtātiam. Sicut enim ratio relationis propria conſtitutiua prædicamenti relationis eſt ad, reale, ex quo tanquam ex modo determinatiuo entis & ente reſultat ratio relationis, eodem modo ex ente, & modo, qui eſt diſpoſitio, reſultat ratio completa qualitatis. Hanc eandem eſſentiam qualitatis explicat ſecundo modo idem Angelicus Doctor prima ſecundæ, quæſtio. 49 articu. 2. in corpore, in hunc modum: vbi dicit; quod qualitas propriè importat modum ſubſtantiæ. Modus autem eſt, quem menſura

1. Explicatio ex Diuo Tho. continens doctrinā mirabilem pro concluſione.

2. Expl. ex eodem Diuo Tho.

præ-

præfigit, vnde importat quandam determinationem ſecundum aliquam menſuram. Vnde ſicut id ſecundum quod determinatur potentia ſubiecti ſecundum eſſe accidentale, dicitur qualitas accidentalis, quæ eſt etiam quædam differentia, vt patet per philoſophum 5.Metaphyſicæ. Ex hac authoritate colligitur, qualitatem eſſe modum quendam ſubſtantiæ, non prout modus diſtinguitur ab entitate, ſed prout dicit ens modificantem, & modum præbentem potentiæ ſubiecti, vt in ſe ſit diſpoſitum, per quod diſtinguitur ab alijs prædicamentis, cui nihil horum conuenit. Nam quantitas non eſt modus diſponens ſubſtantiam, ſed extendens, relatio referens, & ſic in reliquis prædicamentis. Et ſi in 7.Metaphyſicæ accidens vocetur diſpoſitio entis, id eſt, ſubſtantiæ, loquitur largo modo de diſpoſitione pro affectione quacunque, ſecundum quam vocatur entis ens. Vide Conradum ſuper dictum locum, prima 2. qui alias duas expoſitiones adhibet verbis ſupra dictis Diui Thomę, alteram propriam, alteram ex Magno Alberto. Caiet. in iſto articulo q.49. explicans Diuũ Thomam dicit, quod ſi modus accipiatur abſolutè, inſolubilis eſt quæſtio, quomodo quantitas non ſit modus ſubſtantiæ, determinans ſubiectum ſecundum eſſe accidẽtale; Nec minus determinat, aut modificat ſubſtantiam, quam ſecunda ſpecies qualitatis. Si verò non ſumatur vniuerſaliter, ſed limitatè, ſcilicet, quod qualitas importat quendam modum ſubſtantiæ, & quandam determinationem ſecundum aliquam menſuram, ceſſant obiectiones, quoniam ſermo non eſt niſi de quadam determinatione accidentali, quę commune nomen accidentalis differentiæ, qualitatem ſcilicet, ſibi vſurpauit. Quibus verbis licet obſcurè noſtram videtur approbare explicationem ſapientiſſimus magiſter Cano l.2.q. ſupra citata articulo 2. explicat Diuũ Thomam in hunc modum: quod, quando aſſerit, qualitatem importare modum ſecundum certam menſuram, ſic ſic intelligendum, ſubſtantiam eſſe indifferentem ad plura, & per qualitatem determinari, vt ſit alba vel nigra, &c. Et aliæ prędicamenta non ſunt determinationes ſubſtantiæ, quia non ſunt modi formales, quia modus eſt diſpoſitio ſubiecti, & quantitas non eſt diſpoſitio, licet poſſit eſſe cauſſa diſpoſitionis, vt pulchritudinis, & valetudinis. Nam, ſi quæratur ab aliquo quomodo ſe habet Petrus, non dicemus, quod eſt qualitas, ſed quod eſt bonus, aut malus, potens aut impotens, & ſic in reliquis prædicamentis. Quibus ẽt verbis ſapientiſſimus Magiſter noſtram approbat expoſitionem. Et confirmatur quidem iſte ſecundus dicendi modus. Nam ſubſtantialis differentia, vt aſſerit Ariſto. 5. Metaphyſicæ, capite de quali, dicitur qualitas ſubſtantialis, quia potentia generis determinat, & modificat, & facit, vt ſit tale animal, ergo qualitatis ratio conſiſtet in determinando ſubiectum & faciendo ipſum tale, quod eſt qualificare illud, & modificare. Nam ſicut per differentiam imponitur determinatio, & modus animali, ita per qualitatem ſubſtantiæ modus & determinatio imponitur. Et huius veritas magis plana fiet, cum de qualitatis ſpeciebus in particulari fiet ſermo.

Doctri. pulcra deducta ex ſupra dictis.

Duę alię explicationes in Conrado videndæ.

Alia explicatio Caiet.

Alia explicatio Magiſtri Cano.

Ratio appa rens pro concluſ.

Diſſoluuntur argumenta.

AD argumenta in contrarium. Ad primum reſpondetur, quod ſatis explicuit Ariſtoteles per illam definitionem naturam qualitatis, quæ conſiſtit in hoc, quod ſit diſpoſitio & modus formalis ſubſtantiæ in ſe ipſa. Et dicendo, quod eſt forma, ſecundum quam quales eſſe dicimur, hoc totum explanauit, quia nec ſumus quanti per illam, nec ad aliquid, & ſic de ceteris prædicamentis. Vnde conſtat, quod ſit peculiaris quidam modus ab alijs diſtinctus, qui qualitas dicitur.

Ad 1. argu. Quid intelligat Ariſt. cũ dicit qualitatem eſſe formam, ſecũdum quã quales dicimur.

Ad ſecundum reſpondetur, quod qualitates ſubſtantiales non ſunt propriæ qualitates, ſed analogicæ, quia non diſponunt propriè ſubiectum, nec illud modificant accidentaliter, ſed

Ad 2. argu. Quo differẽtia ſubſtantiales dicantur qualitates.

ſub-

ſubſtantialiter. Et in hac acceptione accepit Ariſtoteles. Nec fuit neceſſarium diſtinguere prius qualitatem in ſubſtantialem, & accidentalem, quia per enumerationem ſpecierũ colligitur, quod egerit de qualitate accidentali, quæ eſt propriè qualitas.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod, quando procedimus ab effectu ad cauſſam, vel à cauſſa ad effectum, non committimus circulum in definitionibus, ſed cauſſam per effectum definimus, vel effectum per cauſſam ſuam formalem. Ariſtoteles definiuit qualitatem per effectum eius formalem, qui eſt quale, & quale definiuit per ſuam cauſſam formalem, quæ eſt qualitas, & quale, quoad nos, notius eſt quia eſt magis compoſitum, qualitas verò eſt, ſecundum ſe, magis nota, vtpote magis ſimplex & abſtracta. Committeret autem circulum Ariſtoteles, ſi definiret aliquid per cauſſam, & poſtea illam cauſſam acciperet pro effectu, & effectum acciperet pro cauſſa.

Quãdo circulus fit exhibitus in definitionibus.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum patet ex concluſione vltima.

Ad 5. arg. *Quid ſit diſpoſitio.* Ad quintum reſpondetur, quod diſpoſitio, vt eſt inferior ad qualitatem, accipitur ſtrictiori modo, vt videbimus in prima ſpecie qualitatis. Cum autem dicimus, qualitatem eſſe diſpoſitionem ſubſtantiæ, diſpoſitio accipitur latius pro ordine habentis partes, ſiſtendo in hoc, nec explicando aliquid amplius.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quod accidẽtia dicuntur qualitates, pro vt qualitas diſtinguitur à ſubſtantia, & quidditatiuis prædicatis, non verò ſunt qualitates ſpecialiter ſumptæ. Illud enim, quod non prædicatur per modum ſubſtãtiæ, dicitur prædicari in quali, & per modum qualitatis. Sed hoc eſt accipere largiſſimè qualitatem. Propriè verò accipitur, vt à nobis dictum eſt, & quia generaliſſima non propriè definiuntur, & ſunt primò diuerſa, ſatis explicata manet eius ratio. Nam ſtultum eſt quærere rationem, quare qualitas nõ ſit relatio, & cetera prædicamenta. Vide D. Thomam 3. phyſicorum. lect. 5. vbi colligit ſufficientiam prædicamentorum, & aliquid de qualitate dicit.

Quãdo alia accidentia dicant quã litates differenter à prædicamẽto qualitatis.

QVÆSTIO LVI.

Vtrùm qualitas dicatur vniuocè de ſpeciebus qualitatis.

Hanc quæſtionem ideo tractamus, vt magis qualitatis naturã explicemus. Et videtur, quod ſic. Primò nam Ariſtot. dicit in principio huius prædicamenti: Eſt autem qualitas eorũ, quæ multipliciter dicuntur. Qui quidem modus loquendi ſignificat, planè qualitatẽ eſſe analogum. Nam vniuoca cum habeant vnam rationem communem ſuis inferioribus, non dicuntur multipliciter, ſed ſecundum eandem rationem: & dici multipliciter eſt multis modis conuenire ſuis inferioribus, quod planè analogiam ſonat. Et confirmatur hoc argumentum: nam in 5. capite de quali dicitur multipliciter, & numerat ſtatim qualitates, quæ ſunt ſubſtantia, & accidens, quibus quale non poteſt dici vniuocè, ergo, cum hic dicit, quod qualitas dicitur multipliciter, intellexit, eſſe qualitatem analogum. *1. Argum.* *Confirm.*

Secundò. Paſſio non eſt ſimpliciter qualitas, ſed ſecundum quid, ergo non dicitur qualitas vniuocè de ſuis omnibus ſpeciebus. Conſequentia eſt euidẽs, & probatur antecedens. Nam qualitas illius ſpeciei non denominat ſubiectũ ſimpliciter quale, paſſus enim ruborem non dicitur rubeus, ergo nec qualis, quia, cui ſpecies ſimpliciter non conuenit, nec genus poteſt ſimpliciter competere. Et Beatus Paulus videns diuinam eſſentiam, non dicebatur beatus, quia habebat viſionem diuinam per modum tranſeuntis. *2. Argum.*

Tertiò. Impoſſibile eſt, quod vna ſpecies componatur ex pluribus qualitatibus; ſed omnes ſpecies, quas numerat Ariſtoteles, componuntur ex pluribus qualitatibus; ergo non ſunt ſpecies, ſed analogata quædam, vel æquiuoca. Probatur minor; Quia prima ſpecies eſt habitus, *3. Argum.*

Digitized by Google

bitus, vel diſpoſitio, & ſecunda naturalis potentia, vel impotentia, tertia paſſio, vel patibilis qualitas, & quarta forma vel figura: ſed habitus, vel diſpoſitio non poſſunt vnam ſpeciem conſtituere, quia differunt ſuis propriis rationibus vt ſic: ergo, &c.

Deciſio quaſtionis.

1. Concluſ. PRima concluſio; Si qualitas accipiatur, prout dicitur de qualitate ſubſtantiali, vel quæ eſt differentia, & de qualitate, quæ eſt generaliſſimum, ex neceſſitate debet dici analogicè. Pro intelligentia concluſionis eſt notandum ex Ariſtotele, cap. de quali, in quinto, & ex Diuo Thoma ibidem, quod quatuor modis dicitur qualitas: primus eſt, ſecundum quem qualitas dicitur differentia ſubſtantiæ, id eſt, differentia, per quam aliquid ab altero ſubſtantialiter differt, quæ intrat definitionem ſubſtantiæ: & hac ratione dicitur, quod differentia prædicatur in quale quid: vt ſi quærat aliquis, quale animal eſt homo, reſpondemus quod rationale. Et hunc modum non tractauit Ariſtoteles in prędicamento ſubſtantiæ, quia non collocatur iſta qualitas in illo: in quinto verò tractauit de illo, quia ibi omnes modos qualitatis inquirebat. Accipitur ſecundo modo quale prout reperitur in mathematicis. Dicimus enim ſuperficies eſſe quales, in quantum ſunt quadratæ, vel triangulares, & numeri dicuntur quales, in quantum ſunt compoſiti, vt bis tria, dicitur numeri qualitas; ſenarius verò eſt ſubſtantia numeri; & hæc pertinent ad quartam qualitatis ſpeciem, quam latè explicat Diuus Thomas ibidem. Tertio modo dicitur qualitas paſſiones ſubſtantiarum mobilium, ſecundum quas corpora per alterationem mutantur, vt calidum, & frigidum: & hoc ad tertiam ſpeciem qualitatis pertinet. Quarto modo dicitur qualitas, prout pertinet ad primam ſpeciem, ſi ergo qualitas ſumatur, pro vt eſt communis ad iſtos modos, non poteſt eſſe vniuoca, ſeu analoga; & probatur, quia ſubſtantiæ & accidenti nihil reale poteſt eſſe vniuocum. Sed hic modus qualitatis eſt ſubſtantia, & reliqui accidens: ergo nihil poteſt illis vniuocum eſſe. Maior probatur, quia qualitas ex neceſſitate includit ens, ſed ens illis non poteſt eſſe commune vniuocè, ergo nec qualitas; quia analogia, cum ſit malum quoddam, conſurgit ex particulari defectu. Præterea ſubſtantialis differentia qualitas dicitur ex eo, quod ſe habet ad modum qualitatis, quæ eſt accidens, nam ſicut iſta actuat, & informat ſubiectum, & modum præbet illi, & diſpoſitionem, eodem modo & differentia ſe habet reſpectu generis; ſed hæc eſt vnitas proportionalis, ergo analogica.

Doctr. Diui Thom.

Quadrupliciter aliqd dicit̃ qualitas.

Rō efficax pro concluſione.

2. Concl. Quō qualitas dicatur vniuocè de ſuis inferioribus. Secunda concluſio. Quale & qualitas vniuocè dicitur de quatuor ſpeciebus qualitatis. Hæc concluſio probatur, quia omnes participant rationem qualis ſimpliciter; & ratio qualitatis eadem eſt in omnibus ſpeciebus qualitatis, ergo, &c. Præterea Prædicamentum habet genus generaliſſimum, quod vniuocè prædicatur de ſuis inferioribus; ſed quale eſt generaliſſimum, & ſpecies quatuor ſunt inferiora illius; ergo vniuocè prædicatur de illis. Et hæc concluſio euidentiſſima eſt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Solut. AD primum communis reſponſio eſt inter omnes logicos, Ariſtotelem dicere, qualitatem multipliciter dici, quia de ſuis ſpeciebus phyſica analogia dicitur, in genere enim latent æquiuocationes, ſcilicet, phyſicè, quia perfectiori modo ſecundum eſſe reperitur in vna, quam in alia, non verò, quia ratio non ſit eadem in ſpeciebus, & hoc omni prædicamento conuenit.

2. Solut. Secundò reſpondetur ad argumentum, & confirmationem, quod qualitas multipliciter dicitur, id eſt, analogicè, ſed generaliſſimum reſpectu ſuarum

rum

rum ſpecierum non eſt huiuſmodi, ſed eſt qualitas in communi, prout ſe extendit ad generaliſſimum & differẽtias ſubſtantiales, vt in prima concluſione dictum eſt: nam profectò eodem modo loquitur Ariſtoteles capitulo quinto, de quali, ſicut hic; ſed ibi numerauit qualitates, quæ non ſunt vniuocæ qualitates cum aliis: ergo cum hoc hic dixit etiã, voluit id ipſum explicare, & non præbuit exemplum in logica, longius tractaturus de hac re in prædicamentis, in quinto.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod paſſio eſt ſimpliciter qualitas, & facit ſimpliciter quale, licet non habeamus nomen, quo explicemus effectum formalem illius qualitatis.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod illæ ſpecies qualitatis verè ſunt ſpecies. Vtrum autem inter ſe illæ, quæ dãtur ſub diſtinctione, vt habitus vel diſpoſitio, &c. ſpecie differant, vel accidentaliter, ſtatim dicemus.

QVÆSTIO LVII.

Vtrùm ſpecies qualitatis ſint plures, an pauciores, quam quatuor.

1. Argum. ET primò probatur, quod ſint plures. Nam Ariſtot. in hoc capitulo poſt numeratas ſpecies qualitatis ita dicit: Et fortaſſe alii apparẽt quoque qualitatis modi; ſed, qui maximè dicuntur, hi ſunt. Vbi nota, quomodo ſpecies qualitatis vocat modos; *Obſer. Auctoris.* vt ſcias D. Thom. vbi ſupra, rectè dixiſſe, quantitatem eſſe modum ſubſtantiæ; ergo ſecundum Ariſt. aliæ ſunt ſpecies qualitatis, ſiquidem aſſerit ſub dubio, alias ſpecies fortè eſſe, & qui opinatus fuerit eſſe alias, non loquitur contra Ariſtotelem.

2. Argum. Secundò. Species intelligibiles ſunt qualitates, & ad nullam harum ſpecierum reducuntur, ergo plures ſunt ſpecies. Maior probatur, quia qualificãt ſubiectũ & ſunt entia creata; ergo pertinent ad prædicamentum aliquod, & non videtur quod pertineant, niſi ad hoc, ergo, &c. *Confirm.* Et confirmatur. Nam character, virtutes ſupernaturales, vt fides, ſpes, charitas, & gratia proculdubio ſunt qualitates, ad nullam harum ſpecierum pertinentes; ergo, &c.

3. Argum. Tertiò, Aſperum & leue, rarum & dẽſum ſunt ſpecies qualitatis, & ad nullam harum quatuor pertinent, ergo, &c. Probatur; Nam ſi ad aliquam, maximè ad quartam; ſed ad iſtam nõ, ergo, &c. Probatur minor, quia ab iſta reiiciuntur ab Ariſtotele, ergo non eſt contra tantum præceptorem aliquid dicendum.

4. Argum. Quartò probatur, quod non ſint tot. Prima ſpecies qualitatis & tertia confunduntur, ergo non ſunt tot. Antecedens probatur. Quia omnia illa, quæ habent vnam differentiam ſpecificam, faciunt vnam ſpeciem, & ſunt eiuſdẽ ſpeciei; ſed prima & tertia ſpecies habent eandem differentiam ſpecificam, ergo, &c. Probatur minor. Quia differentia primæ ſpeciei eſt facile, vel difficile mobilis; ſed hæc eadem eſt tertiæ ſpeciei, ſcilicet, facile, vel difficile tranſiens, ergo, &c. *Confirm.* Et confirmatur. Nam caliditas, & frigiditas interdum ponuntur ab Ariſtotele in prima ſpecie, interdum in tertia, ergo ſignum eſt, quod non diſtinguuntur ſpecie, aliàs non in illis ponerentur; vna enim eſſentia non poteſt eſſe in duabus ſpeciebus, & calor non habet, niſi vnam eſſentiam.

5. Argum. Quintò, Actus immanentes ſunt qualitates, & ad nullam talem ſpeciem pertinent; ergò concluſio dicta eſt inſufficiens. Et confirmatur, quia ſpecies viſibiles in aere ſunt qualitates, & non qualificant ſubiectum, ergo aliquid, quod nõ facit quale, eſt qualitatis ſpecies, quod eſt impoſſibile.

Deciſio quæſtionis.

Concl. contra Suar. & alios. REſpondetur, ſufficienter qualitatẽ diuidi ſupra dictis ſpeciebus, nec reperiri poteſt aliqua qualitas, quæ ad has

Digitized by Google

has ſpecies non reducatur. Hæc concluſio eſt D. Thom. 1. 2. quæſt. 49. art 2. & in 4. d. 4. q. 1. art. 1 Vbi ſic dicit, quod etſi ſunt alii modi qualitatis, omnes tamen reducuntur ad has ſpecies, quia nulla alia ſpecies inueniri adhuc potuit. Et hoc tenent omnes communiter Philoſophi graui̇ores, quamuis Boetius oppoſitum cenſuerit. Et probatur iſta concluſio ex numeratione & collectione ſpecietum qualitatis, quam ponit D. Thom. prima 2. vbi ſupra qui ita dicit, quod qualitas importat quendam modum ſubſtantiæ; modus autem, ſeu determinatio ſubiecti ſecundum eſſe accidentale poteſt accipi, vel in ordine ad ipſam naturam ſubiecti; vel ſecundum actionem & paſſionem, quæ conſequuntur principia naturæ, quæ ſunt materia & forma, vel ſecundum quantitatem Si autem accipiatur modus, ſeu determinatio ſubiecti ſecundum quantitatem, ſic eſt quarta ſpecies qualitatis; & quia quantitas ſecundum ſui rationem eſt ſine motu, & ſine ratione boni, & ideo ad quartam ſpeciem qualitatis non pertinet, quod aliquid ſit benè vel malè citò vel tardè tranſiens. Modus autē, ſeu determinatio ſubiecti ſecundum actionem, & paſſionem attenditur in ſecunda, vel tertia ſpecie qualitatis, & ideo in vtraque conſideratur, quod aliquid facilè, vel difficilè fiat, vel quod ſit citò tranſiens, aut diuturnum. Non autem conſideratur in his aliquid pertinens ad rationem boni, vel mali, quia motus, & paſſiones non habent rationem finis. Bonum autem, & malum dicitur per reſpectum ad finem; ſed modus & determinatio ſubiecti in ordine ad naturam rei pertinet ad primam ſpeciem qualitatis, & quæ eſt habitus & diſpoſitio. Dicit enim Philoſophus loquens de habitibus animæ, & corporis, quod ſunt diſpoſitiones quædam perfecti ad optimum. Dico autem perfecti, quod eſt diſpoſitum ſecundum naturam; & quia ipſa forma & natura rei eſt finis, & cuius cauſſa fit aliquid; vt dicitur ſecundo Phyſicorum, in prima ſpecie conſiderantur bonum & malum, & facilè & difficilè mobile, ſecundum quod aliqua natura eſt finis generationis & motus. Vnde in quinto Metaphyſicæ definit Philoſophus habitum, quod ſit diſpoſitio, ſecundum quam aliquis diſponitur benè, vel malè. Et in ſecundo, & hic dicit, quod habitus ſunt, ſecundum quos ad paſſiones nos habemus benè, vel malè. Quando enim eſt modus conueniens naturæ rei, tunc habet rationem boni; quando autem non conuenit, tunc habet rationem mali; & quia natura eſt id, quod primum conſideratur in re, ideò habitus ponitur prima ſpecies qualitatis. Ex toto autem iſto art. collige, quomodo qualitas ſit modus & diſpoſitio ſubſtantiæ. Hæc autem ſpecietum collectio eſt digna ſuo authore, & rem ex principiis deducit, oſtenditque, nullatenus poſſe dari qualitatem, quæ ad has ſpecies non pertineat; quia in re omni nihil aliud poteſt conſiderari, quod terminetur & qualificetur propriè, niſi vel in ordine ad naturam, vel ſecundum actionem & paſſionem, vel ſecundum quantitatem. Si in ordine ad naturam, vel conformiter, vel difformiter, ſeu benè, vel malè, & iſto modo ponitur habitus & diſpoſitio, quibus natura benè, vel malè diſponitur. Si ſecundum actionem & paſſionem, quæ conſequuntur principia naturæ, vel ſecundum principia actionis & paſſionis, & ſic habetur naturalis potentia vel impotentia, vel ſecundum actionis & paſſionis terminos, & ſic habemus paſſionem, & paſſibilem qualitatem, quæ eſt tertia ſpecies. Si res habeat quantitatem, & diſponitur ſecundum illam, ſic reſultat quarta ſpecies, quæ eſt forma vel figura. Et hanc enumerationem, & collectionem eſſe optimam, non ſolum ex dictis conſtat, ſed etiam, quia ſecundum illam ordo ſpecierum qualitatis colligitur, vt inſinuauit Diuus Thomas. Nam natura primum eſt, quod eſt in re, & quia per ſeipſam non operatur, ſtatim illam ſequuntur naturales potentiæ, quæ ſunt operationum principia, quæ operationes fiūt multoties ſecundum qualitates paſſibiles, ad

Pulcherrima vō Diui Th. qua probatur, non eſſe plures, vel pauciores modos generales qualitatis, quàm quatuor enumeratos ab Ariſtot. in tex.

Spec. authoris circa doctrinam D. Tho.

An quatuor ſpecies qualitatis debitè ordinentur in textu.

quas terminantur, quoniam ad eas ſolum eſt motus, vt dicitur 7. Phyſicorũ. Propterea habitus, vel diſpoſitio primo loco numeratur, quæ diſponit naturam ſtatim. Secundo loco ponitur naturalis potentia, vel impotentia: & tertio paſſio vel paſſibilis qualitas. Vltimo loco ponitur forma, vel figura, quæ ſequitur quantitatem, quæ eſt omnibus ignobilior. Ex hac concluſione ſequitur primò, enumerationem Simplicii non eſſe rectè aſſignatã, vt optimè probat Diuus Thomas ſupra dicto loco, prima ſecundę. Sequitur ſecundò collectionem Suarez diſputatione quadrageſima ſecunda, ſectione quinta, numero ſ[illegible] primo, ridiculam eſſe: nam præſupponit, vt fundamentum ſuæ collectionis, qualitatem eſſe inſtitutam à natura, vt ſit ornamentum ſubſtantiæ, vt ſuperius allegatum eſt. Quis autem dicat, habitus vitiorum, qui ſunt in prima ſpecie, datos eſſe à natura, vt ſint ornamentum, & complementum ſubſtantiæ: Item: Nam in enumeratione primæ ſpeciei dicit, potentiam, vel impotentiam debere eſſe ab intrinſeco; & hoc in multis videbimus eſſe falſum, & conſtat de charactere, qui eſt in 2. ſpecie, & non eſt à principiis intrinſecis ſubiecti. Item: Nam multæ qualitates ſunt in 3. ſpecie, quæ deſtruunt ſubiectum, ergo malè dicit, dum aſſerit, ordinari ad formaliter perficiendam, & ordinandam ſubſtantiam. Firma ergo manet Diui Thomæ enumeratio & collectio, & magis conſtabit, cum illas in ſpeciali numeremus, & explicemus.

Reÿcitur Simplicius

Phantaſia Suarez falſa & ridicula.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum reſpondetur, quod ita loquutus eſt Ariſtoteles modeſtiæ cauſa; nulla tamen inuenta eſt qualitas, quæ ad iſtas non pertineat, vel reducatur ſpecies, licet dixerit oppoſitũ Boetius.

Ad 2. arg. An ſpẽcies intelligibiles

Ad ſecundum reſpondetur, quod ſpecies intelligibiles ſunt habitus, quia diſponunt hominem in ordine ad ſuam naturam, & ſunt difficilè mobiles ex natura ſua, quia non habent cauſſas, vt facilè corrumpantur: ſed certè mihi videtur, quod pertineant ad ſecundam ſpeciem qualitatis, quia ſpecies non datur ad melius intelligendum, ſed ad ſimpliciter intelligendum, nec ſine ſpeciebus intelligere poſſumus: & ita faciunt vnum principium cum potentia ad intelligendum. Habitus verò datur ad melius, & nõ ad ſimpliciter: & videbis quo modo falſum dixerit Suarez, ſupra dicta diſputatione, numero 16. Sicut enim de charactere ſecundum D. Tho. dicimus, quod reducitur ad ſecundam ſpeciem; ita de ſpeciebus dicendum eſt. Maior autem difficultas eſt de ſenſibilibus ſpeciebus, quæ citò tranſeunt. Et de his dico, quod etiam pertineant ad ſecundam ſpeciem eadem ratione, quia dantur non ad melius operandum, ſed ad ſimpliciter. Potentia autem de ſe eſt pura, &, vt exeat in actum, indiget ſpeciebus, quæ ipſam informent, & actuent. Quod autem ſint citò vel tardè tranſeuntes, nihil retulerit; quia hæc non eſt differentia huius ſpeciei. Ad confirmationẽ D. Tho. in 4 d. 4. q. 1. art. 1. varias refert opiniones de re hac, & tandem tenet, characterem eſſe in ſecunda ſpecie qualitatis. Quia potentia eſt illa, qua poſſumus aliquid ſimpliciter; habitus autem, quo poſſumus illud benè, vel malè, ſicut intellectus, quo conſideramus; ſcientia, qua benè vel malè conſideramus, concupiſcibilis, qua concupiſcimus, temperantia, qua benè concupiſcimus, intemperantia, qua malè; & ſimiliter eſt de diſpoſitione, quia nihil aliud eſt diſpoſitio, quam quidam habitus incompletus. Cum ergo character ordinetur ad aliquid ſimpliciter, non ad illud benè vel malè, quia Sacerdos poteſt conficere benè vel malè, non poteſt eſſe qualitas, ſuper quam fundatur relatio characteris habitus, ſed magis potentia. Vnde relinquitur, quod non ſit in prima ſpecie qualitatis, ſed magis reducitur ad ſecundam. Et dicit, reducitur, quia eſt aliquid ſupernaturale, non quia verè non ſit in illa ſpecie ſecunda. Et hoc iterum pulchrè colligit. Nam cu-

ſint habitus, vel naturalis potentia?

Reÿcitur Suarez.

An ſpecies ſẽſibiles reducantur ad ſecundã ſpeciem qualitatis.

An character Sacramẽtalis reducatur ad primã ſpeciem qualitatis, vel ad ſecũdã.

Pulcra vb D. Thom.

cuiuſcunque rei exiſtentis in aliqua natura ſunt operationes propriæ; ita etiã in ſpirituali vita regenerati; vbicunque autem ſunt operationes propriæ, oportet, vt ſint principia propria illarum operationum. Vnde ſicut in aliis rebus ſunt potentiæ naturales ad proprias operationes, ita renati in vitam ſpiritualem habent quaſdam potentias, ſecundum quas poſſunt illa opera exercere, quæ potentiæ ſunt ſimiles illis virtutibus, quibus Sacramenta efficaciam habent ſibi inditam.

Quid ſit character D. Tho.

Et ita character nihil aliud eſt, quam quædam potentia, qua poteſt in actiones hierarchicas, quæ ſunt miniſtrationes, & receptiones Sacramentorum, & aliorum; quæ ad fideles pertinent, &, vt iſtæ operationes benè exerceantur, indigent habitu gratiæ. Vide de hoc D. Thom 3. parte, q. 63 per totam, & Caietanum articulo 2.

Virtutes ſupernaturales ad quã ſpeciẽ qualitatis pertineant?

Ad illud de virtutibus ſupernaturalibus dicitur, quod ſint in prima ſpecie qualitatis, quæ dantur ad benè operandum. Et ſi dicas contra. Nam ſine fide non poterat homo credere, ſine ſpe ſperare non poterat, nec ſine caritate diligere Deum ſupernaturali dilectione: ergo non ſunt habitus; ſed potentiæ, quia dantur ad ſimpliciter, & non ad melius.

Soluitur difficultas circa ante dicta.

Reſpondetur, quod etiam dantur, vt benè operemur. Sed de hac difficultate vide 1. 2. q. 49. articulo ſecundo, & 2. 2. de fide, ſpe, & caritate: vt enim ſit habitus ſufficit, quod detur ad benè operandum. Secundò reſpondetur, quod non eſt potentia, quia ſine iſtis virtutibus poterat homo habere actum fidei, ſpei, & amoris, licet non ſupernaturales. Et ex auxilio diuino ſine huiuſmodi virtutibus poterat homo credere, ſperare, & diligere. Vide ſecunda ſecundæ, quæſt. 23. art. 3.

Gratia ad quã ſpeciẽ qualitatis pertineat?

De gratia autem dicendum eſt cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 110. art. 3. ad 3. Vbi ſic ait: Ad tertium dicendum, quod gratia reducitur ad primam ſpeciem qualitatis, nec tamen eſt idem, quod virtus, ſed habitudo quædam, quæ præſupponitur virtutibus infuſis, ſicut earum principium & radix.

Ad 3. & 4. Ad alia duo argumenta dicemus in enumeratione ſpecierum.

Ad vlt. Actus immanentes pertineant ne ad aliqã ſpẽm qualitatis, vel potius ad prædicam. actionis.

Ad vltimum reſpondetur, quod actus intelligendi, & viuendi, & in vniuerſũ omnes actus immanentes pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, tanquam diſpoſitiones: nam illis agentia diſponũtur benè, vel malè in ordine ad ſuam naturam. Hanc opinionem habet Angelicus Doctor opuſculo quadrageſimo octauo, & Soncinas 5. quæſtione 36. & 9. quæſtio. 21. Ferrar. 2. contra Gentes, ca. 82. & 2. de anima, quæſtio. 22. Heruæus Quodlibeto 9 quæſtio. 8.

Suar falsũ ĩponit Thomiſtis.

Vnde fallitur Suarez ſupra dicta diſputatione, dicens, Thomiſtas communiter tenere, actus immanentes pertinere ad prædicamentũ actionis. Nam Thomiſtæ ſolas illas actiones, quibus annexus eſt motus phyſicus, ad prædicamentum actionis referunt, & verbum ſimiliter reducitur ad hanc ſpeciem: nam diſponitur ſubiectũ ad intellectionem, vt per terminum intrinſecum illius.

Obiectio ex Ariſt.

Sed contra: Nam Ariſtotel. decimo Metaphyſicę, lectione tertia, apud Diuum Thomam ita dicit; Atqui ſi voluptas non eſt qualitas, propter hoc bonum non eſt; nec enim operationes virtutis ſunt qualitates, neque felicitas ipſa.

Error Suarez.

Quem locum vbi ſupra malè intellexit Suarez. Iſta autem verba non ſunt Ariſtotelis, ſed ſunt argumenta Platonicorum contra poſitionẽ Eudoxi, qui volebant quatuor rationibus probare, delectationem non eſſe de genere bonorum, quia bonum pertinet ad qualitatem: ſed delectatio non eſt qualitas: ergo non eſt bonum.

Solutio.

Et Ariſtoteles reſpondet, quod non eſt bona conſequentia; delectatio non eſt qualitas: ergo non eſt bona: bonum enim dicitur non ſolum in qualitate, ſed in omnibus generibus. Itaque negauit conſequentiam Ariſtotelis. Et vt videas, quam parum Ariſtotelem calleat, vide ipſum diſputatione quadrageſima ſecunda, ſectione quinta, numero decimoquarto.

Falſa imaginatio Suarez.

Et vocat iſtum locum difficilem in Ariſtotele, quando aſſerit, actiones non eſſe qualitates; & dicit ita docere ibidem D. Thom. & alios. Et videbis, quomodo non legit D. Thom. vel non intellexit, quia D. Thom. explicatio eſt, quam modo retulimus. Et interpreta-

Digitized by Google

tur Ariſtotelem Suarez, quod non ſit pura qualitas delectatio, quæ non conſiſtat in operatione eius. Ex hoc vno diſce multa. Argumenta Platonicorum vocat reſolutionem Ariſtotelis, & explicat argumentum Platonicorum, vt ſententiam Ariſtotelis, & imponit D. Thomæ, quod hoc ibi doceat. Ad aliud de ſpeciebus ſenſibilibus in aere nõ eſt dubium, niſi quod ſint qualitates, quia in potentia ſunt qualitates, & ita etiam erunt in aere, quia non differunt eſſentialiter, ſed numero ſolum, penes diuerſũ ſubiectum. Et non eſt neceſſe, quod nobis ſit nota qualificatio ſubiecti, quam tribuunt ſpecies; quia multarum qualitatum effectum formalem ignoramus.

Species ſenſibiles ĩ aere quomodo ſint, & an ſint qualitates.

Opinio quorundam.

Alii dicunt, quod ſunt in aere præciſè, vt in deferente, & ita non tribuunt illi denominationem, ſicut nec actio paſſo tribuit denominationem aliquam formalem, ſed ſolum dicitur paſſum habens actionem. Non verò dicitur agens. Eodem modo, non dicitur aer quale, ſed habens qualitatem, quia ſunt qualitates in illo, vt in deferente. Potentia verò viſiua dicitur qualis à ſpeciebus, & accipit potentia eſſe quoddam cognoſcibile ab illis in actu primo.

QVÆSTIO LVIII.

Vtrum habitus, & diſpoſitio ſpecie differant.

Doctrina D.Th præambula ad quæſtionẽ.

ANgelicus noſter Doctor 1. ſecundæ, quæſtio. quadrageſimanona, articulo ſecundo, ad tertium, ita dicit: Ad tertium dicendum, quod iſta differentia difficilè mobile, non diuerſificat habitum ab aliis ſpeciebus qualitatis, ſed à diſpoſitione. Diſpoſitio autem dupliciter accipitur. Vno modo ſecundum quod eſt genus habitus, (nam in 5. Metaphyſicæ diſpoſitio ponitur in definitione habitus.) Alio modo ſecundum quod eſt aliquid contra habitum diuiſum. Et poteſt intelligi diſpoſitio propriè dicta condiuidi contra habitum dupliciter. Vno modo, ſicut perfectum & imperfectum in eadẽ ſpecie, vt, ſcilicet, diſpoſitio dicatur retinens nomen commune, quando imperfectè ineſt, & ita de facili amittitur, habitus autem, quando perfectè ineſt, vt non de facili amittatur, & ſic diſpoſitio fit habitus, ſicut puer fit vir.

Varij modi accipiẽdi diſpoſitionẽ.

Alio modo poſſunt diſtingui, ſicut duæ ſpecies diuerſæ vnius generis ſubalterni, vt dicantur diſpoſitiones illæ qualitates primæ ſpeciei, quibus conuenit ſecundum propriam rationem, vt de facili amittantur, quia habent cauſſas tranſmutabiles, vt ægritudo & ſanitas. Habitus verò dicuntur illæ qualitates, quæ ſecundum ſuam rationem habent, quod non de facili trãſmutentur, quia habent cauſſas immobiles, ſicut ſciẽtiæ virtutes. Et ſecundum hoc diſpoſitio non fit habitus, & hoc videtur magis conſonum intentioni Ariſtotelis. Vnde ad huius diſtinctionis probationem inducit communem loquendi conſuetudinem, ſecundum quam qualitates, quæ ſecundum rationem ſuam ſunt facilè mobiles, ſi ex aliquo accidenti difficilè mobiles reddantur, habitus dicuntur, & è conuerſo eſt de qualitatibus, quę ſecũdum ſuam rationem ſunt difficilè mobiles. Nam ſi aliquis imperfectè habeat ſcientiam, vt de facili poſſit ipſam omittere, magis dicitur diſponi ad ſcientiã, quã ipſam habere. Ex quo patet, quod nomen habitus diuturnitatem quãdam importat, non autem nomen diſpoſitionis, nec impeditur ex hoc, quoniam facilè & difficilè mobile ſunt ſpecificæ differentiæ, propter hoc, quod iſta pertineant ad paſſionem & motum, & nõ ad genus qualitatis.

Quid ſit habitus.

Modus cõis loquẽdi de habitu & de diſpoſitione.

Quid importet nomen habitus.

Nam iſtæ differentiæ, quamuis per accidens videantur ſe habere ad qualitatem, deſignant tamen proprias, & per ſe differentias qualitatum, ſicut etiam in genere ſubſtantiæ frequenter accipiuntur differentiæ accidentales loco ſubſtantialium, in quantum per eas

Digitized by Google

Ex duabus opinionib. quæ circum feruntur de habitu, & de diſpoſitio ne ſecunda probabilior eſt, & con tra eam afferuntur argumenta.

tas deſignantur principia eſſentialia. Hæc ſanctiſſimus præceptor. Vbi aduerte, quod ex illis verbis (& hoc videtur eſſe magis conſonum intentioni Ariſtotelis) magis approbat ſecundam opinionem, quam primam, licet non reiiciat primam opinionem, ſed probabilem cenſeat, licet alteram magis. Vnde nos vtramque opinionem ſumus explicaturi, & vtramque defendemus, & ſecundam vt magis probabilem. Et ideò contra ſecundam opinionem ſic argumentor.

1. Argum. Primo. Diſpoſitio fit habitus: ergo non differunt ſpecie. Conſequentia probatur: quia vna ſpecies non poteſt fieri alia. Sed antecedens probatur: Nam per primum actum virtutis moralis non generatur habitus, ſed diſpoſitio, etſi multiplicantur actus, generantur habitus, quod non poteſt intelligi, niſi, quia eadem qualitas, quæ erat diſpoſitio, facta fuit habitus, ſic adeò, vt vltimus actus in virtute aliorum generet habitum, qui ſit qualitas diſtincta à diſpoſitione, ſequitur quod vnico actu generetur habitus virtutis moralis, quod eſt falſum, quia in hoc non conuenit cum habitu ſcientifico, qui vno actu generatur. Et confirmatur argumentum: Nam vel ma- *Confirmat.* net iſta diſpoſitio, vel corrumpitur, non poteſt dici, quod corrumpatur: quia manente ſubiecto qualitas non corrumpitur, niſi à ſuo contrario. Habitus autem & diſpoſitio non ſunt contraria, cum verſentur circa idem obiectum, & ſub eadem ratione formali; vel manet, & nec hoc: quia eſſet ſuperflua: ergo, &c.

2. Argum. Secundum argumentum; Habitus & diſpoſitio ſolum diſtinguuntur, ſicut perfectum & imperfectum: ſed iſta non diſtinguuntur ſpecie: ergo &c. Probatur maior: quia hoc eſt diſponi, vel ad virtutem, vel ad vitium, vel ad ſcientiam habere aliquid in eſſe imperfecto: & habere habitum eſt iam habere aliquid in eſſe perfecto. Et *Confir. 1.* confirmatur iſta ratio: Quia Ariſtoteles in iſta prima ſpecie qualitatis ita dicit: Et vna quidem ſpecies qualitatis habitus, & diſpoſitio dicitur. Vbi ſub vna ſpecie hæc comprehendi aſſerit: ergo non ſunt duæ ſpecies, & communiter dicuntur quatuor ſpecies qualitatis. At verò ſi diſpoſitio, & habitus diſtinguuntur ſpecie, non poſſunt dici quatuor ſpecies qualitatis, ſed quinque ad minus: ergo &c. Et confir. ſecundò Quia ſcientia inchoata *Confir. 2.* eſt eiuſdem rationis cum perfecta; ſed ſcientiam inchoatam appellat Ariſtoteles diſpoſitionem: diſpoſitio ergo & habitus non ſpecie diſtinguuntur; & ægritudinem inſanabilem Ariſtoteles vocat habitum, & poſtea numerat illam inter exempla diſpoſitionis: ergo ſignū eſt, quod habitus & diſpoſitio ſunt eiuſdem ſpeciei.

3. Argum. Tertiò. Habitus & diſpoſitio non diſtinguuntur definitione: ergo neque ſpecie. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens. Quia Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ, tex. 18. ita definit habitū; & quod ſit diſpoſitio, qua modificatur aliquid ſecundum ſuam naturam benè vel malè in ſe, vel in ordine ad alterum, ſed hæc definitio diſpoſitioni conuenit, vt de ſe conſtat, ergo, &c.

4. Argum. Quartò. Vitia ſunt habitus, ſiquidem opponuntur virtutibus contrariè, contraria autem ſunt eiuſdem generis proximi; ſed vitium nō differt à diſpoſitione ſpecie, ergo habitus & diſpoſitio non diſtinguuntur ſpecie. Probatur minor, quia vitium non habet cauſſas ſuæ diuturnitatis, quia, cum ſit contra naturam rationalem, facilè corrumpitur & mouetur, ergo, &c.

5. Argum. Quintò. Opinio, quæ incipit produci per primum actum, eſt diſpoſitio, & eadem continuatur & perficitur; ſed perfecta eſt habitus; ergo habitus & diſpoſitio non diſtinguuntur eſſentialiter, ſed accidentaliter penes magis aut minus radicari in ſubiecto.

6. Argum. Sextò. Habitus habet cauſſam facilè mobile, ergo eſt facilè mobilis. Antecedēs patet, quia habitus generatur ex diſpoſitione vltima; ſed diſpoſitio, etſi ſit vltima, eſt facilè mobilis, ergo, &c. Probatur minor, quia vltima diſpoſitio eſt eſſentialiter diſpoſitio; ergo cō-

uenit illi definitio, quæ eſt facilè mobilis. Si dicas, quod vltima diſpoſitio in virtute præcedentium generet habitū; Contra: nam vltima diſpoſitio, & omnes actus præcedentes ſunt diſpoſitiones eſſentialiter, nec egrediuntur rationem diſpoſitionis: ergo non egrediuntur rationem facilè mobilis. Si dicas, quod ſumitur ratio difficilè mobilis ex ratione formali procedendi firma. Contra; nam aliàs ſequeretur, quod vitium, opinio, &c. non eſſent habitus, quod eſt contra D. Thom. vt videbimus, nam ſupra dicta non procedunt ex rationibus firmis, ſed caducis & friuolis, ergo, &c.

cundò: nam iſta conſtat ſpecie differre, vt habitus ſcientiæ, & actus eius; ſi verò accipiantur habitus & diſpoſitio pro principio primo, non ſpecie differunt.

Reprehēditur Suar. Obſecro lectorem, vt ipſum legat, & proſpiciet, quomodo nihil dicat tanta varietate verborum. Et velim, vt dicat mihi, quorſum Ariſtoteles in ſyllogiſmis tot arguendi modos poſuerit, totq. docuerit figuras, ſi nunquam illis vtatur. Refert opinionem antiquiſſimam, &, ne illi adhærere videatur, verborum foliis contegit. Et vt rem hanc conformiter, ad placitum ſanctiſſimi Doctoris decidamus, ſit

Præambula.

Contrcu. 1. Opinio. IN hac parte ſunt variæ ſententię. Aliqui conuicti ſexto argumento, nullam dicunt virtutem moralem, nec vitium eſſe propriè habitus, ſed ſolum debere dici diſpoſitiones ſecundū, vel contra naturam. *2. Opin.* Alii cenſent habitum & diſpoſitionem ſolum accidentaliter differre penes magis, aut minus in ſubiecto radicari. Vnde per habitum, & diſpoſitionem diuerſi ſtatus eiuſdem primæ ſpeciei qualitatis deſignantur, ſicut albedo intenſa vt octo, & eadem vt quatuor, non ſunt duæ ſpecies, ſed vna tantum, quæ magis aut minus perfecta eſt, propter maiorem, aut minorem in ſubiecto radicationem. *3. Opi. Suarez.* Ita in propoſito dicunt. Suarez diſputatione quadrageſimaſecunda, ſectione ſeptima, numero decimoquinto, prolixè hæc dicit, quod in hac ſpecie ſolum comprehenduntur qualitates perficientes animæ potentias, nam in qualitatibus corporis non eſt illa peculiaris ratio, quæ dictam ſpeciem conſtituit, & ita habitus in illis nunquam diſtinguuntur à diſpoſitione, ſed accidentaliter per maiorem intenſionem. Si verò accipiantur pro qualitatibus animæ habitus & diſpoſitio, ſpecie diſtinguuntur, accipiendo habitum pro principio primo concurrente cum potentia, & diſpoſitionem pro actu. Se-

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Cōtra ſecūdam opin. PRima concluſio. Magis probabile eſt, habitum & diſpoſitionem in vniuerſum ſpecie differre. Hanc concluſionem habet Angelicus Doctor, vbi ſupra, & cenſet magis eſſe Ariſtoteli conformem. Et probatur primò. Nam illæ qualitates, quibus conuenit eſſe difficilè mobiles, alteram naturam habent ab illa, quam habent qualitates, quæ facilè dimouentur à ſubiecto: ergo ad minus ſpecie differunt. Conſequentia patet, antecedens probatur. Nam ex natura ſua eſſe facilè & difficilè mobile nō poteſt vni ſpeciei competere, & cum ſint res adeo differentes, vel conſtituunt, vel ſupponunt naturę diuerſitatem. *Probatur 1* Pręterea. Si aliqua diſpoſitio non differat ſpecie ab habitu, profectò eſſet ſcientia per duos, vel tres actus acquiſita, ſed hæc eſt habitus ſecundum Ariſtotelem, ergo habitus ſpecie differt à diſpoſitione. *Probatur 2* Maior patet ex litera Ariſtotelis, vbi dicit, quod ſcientia mediocriter acquiſita eſt permanentium & eorum, quæ difficillimè mouentur. Et ſicut ſupra dicta qualitas eſt habitus, etiamſi perfectè acquiratur, ita dantur aliæ qualitates, quæ, licet ſunt intenſiſſimæ, ſunt diſpoſitiones, quia ex natura ſua ſunt facilè mobiles, vt frigus & calor.

Ter-

Digitized by Google

Probat. 3. Tertiò probatur de habitibus, & diſpoſitionibus animæ: Nam habitus, & diſpoſitio habent diuerſum formale obiectum: ergo ſpecie differunt. Conſequentia eſt bona, & antecedens probatur: Nam habitus temperantiæ habet pro obiecto delectabilia tactus & guſtus, ſecundum rectam rationem cũ iucunditate, & facilitate, & totum hoc ingreditur rationem formalem obiecti habitus; diſpoſitio verò habet pro obiecto idem cum difficultate & triſtitia, & iſte modus refunditur in rationem obiecti, & hinc fit, quod non eſt virtus, ſicut de illa qualitate, quam continentiam vocamus, aſſerit D. Thom. non eſſe virtutem, quia ſolum datur, vt anima non rapiatur à paſſionibus, nec cum facilitate operatur: ergò &c.

Probat. 4. Præterea: Habitus, & actus differunt, ſicut habitus & diſpoſitio: ſed iſta differunt ſpecie: ergo omnis habitus & diſpoſitio differunt ſpecie. Conſequentia probatur, quia eadẽ ratio in omnibus eſt diſpoſitionibus, & habitibus, reperiturque in habitu, & actu perſpicitur.

2. Concl. Qualitates corporea an ſint perfectè habitus.

Secunda concluſio: In qualitatibus corporis etiam reperiuntur paſſiones, ſed iſtæ non ſunt perfectè habitus. Hãc concluſionem habet Diuus Thomas prima ſecundæ, quæſtione quinquageſima, articulo primo, in corpore, & ſolutione ad ſecundum ita dicit Diuus Thomas. Ad ſecundum dicendum, quod diſpoſitiones corporales non ſunt ſimpliciter difficilè mobiles propter mutabilitatem corporalem cauſſarum, poſſunt autem eſſe difficilè mobiles per cõparationem ad tale ſubiectum, quia ſcilicet tali ſubiecto durante amoueri non poſſunt, vel quia ſunt difficilè mobiles per cõparationẽ ad alias diſpoſitiones: ſed qualitates animæ ſũt ſimpliciter difficilè mobiles ex ſua ratione formali & natura, & ideo non dicit, quod qualitas difficilè mobilis ſimpliciter ſit habitus, ſed quod eſt, vt habitus, ſicut in Græco habetur. Itaque qualitates corporales non habent ex ſua natura nec ex cauſſis materialibus, vel corporalibus, quæ ſint ſecundum naturam difficilè mobiles: ſed hoc habent per accidens, vel ratione ſubiecti, vel diuturnitatis, vel aliquo alio modo extrinſeco, vel ex conditionibus indiuiduantibus, vnde non ſunt habitus.

Obiectio. Sed contra. Nam Ariſtoteles dicit in prima ſpecie in hæc verba: Sanitas & ægritudo ſunt facilè mobiles, niſi fortè in his, quæ contingit per temporis longitudinem in naturam cuiuſcunque transferri, vt inſanabilis, vel difficilè mobilis exiſtat affectus, quem iam quilibet habitudinem vocet.

Solutio. Habitus accipitur tripliciter. Reſpondetur, quod habitus tripliciter poteſt conſiderari ex doctrina Ariſtotelis in hoc capite. Vno modo habitus ſecundum rem tantum. Alio modo habitus ſecundum modum tantum. Et tertio modo, habitus ſecundum rẽ, & modum ſimul. Habitus ſecundum rem tantum eſt qualitas, quæ ſecundum ſuam naturam eſt difficilè mobilis, & non ex alio capite, quamuis poſſit illi competere, ſiue moueatur facilè, non ex natura ſua, ſed ex alia cauſſa, vel ratione ſubiecti, vel propter aliquam indiſpoſitionem, vel quia non eſt totaliter firmata. Et ita charitas, licet ſit habitus, & de ſe difficilè mobilis, propter libertatem ſubiecti facilè perditur. Habitus ſecundum modum eſt, quando eſt quædam qualitas, quæ ex natura ſua facilè eſt mobilis, nihilominus ab extrinſeco difficilè dimouetur aliquando. Et iſto modo Ethica dicitur habitus, non ſecundum rem, ſed ſecundum modum; habet enim modum habitus ratione alicuius extrinſeci. Nihilominus eſt diſpoſitio, quia ex natura ſua non habet cauſſas ſuæ difficultatis. Habitus ſecundum rem & modum ſimul eſt qualitas, quæ vtroque modo eſt immobilis, vt ſcientia plenè acquiſita, qualis fuit in Angelico Doctore, & Ariſtotele; quia ſecundum ſe, & ratione ſubiecti, & modi habendi erat difficilè mobilis in illis.

Obiectio. Et ſi dicas, contra: differentia vnius ſpeciei non poteſt alteri competere, etiam per accidens: ſed difficilè mobile eſt differentia habitus: ergo nullo modo alteri cõpetere poteſt.

Solutio. Reſpondetur; ita verum eſt, nam differentia habitus eſt difficilè mobile ex natura ſua, & ab intrinſeco, & hæc nun

Digitized by Google

quam alteri competit, niſi habitui. Et cum dicitur, difficilè mobilis habitus, non dicitur, uec eſt omninò immobilis, poteſt enim corrumpi; & corrumpitur de facto, ſed tamen cum difficultate.

3. Concluſ. An opinio, vitiū error ſint habitus in rigore.

Tertia concluſio: Vitia, opinio, & error ſunt habitus. Hæc eſt aperta concluſio D. Tho. 1.2.q.51.art.3. in corpore, vbi ita dicit: Vnde ex multis actibus rationis oportet cauſſari habitum opinatiuum (& loquebatur D. Tho. in rigoroſa habitus ſignificatione, quia in titulo quæſtionis inquirit, vtrum per vnicum actum poſſit generari habiıus; & affirmat aliquos multis actibus generari, alios verò vnico. Et inter illos, qui pluribus actibus generantur, ponit opinionem; ergo opinio ex D. Thoma habitus eſt, & idem dicit q 53. articulo primo, de habitu vitii, & in proximè adducto in fine corporis idem dicit. Aſſerit enim ita; Vel etiam ex electione corrumpitur actus virtutis, vel vitii. Et idem aſſerit q 54. in 1.2. artic. 3. vbi ex profeſſo probat, habitus vitiorum diſtingui ab habitibus virtutum, & quod habitus diſtinguantur penes bonum, vel malum. Et in ſolutionibus argumentorum ſæpius dicit, vitia eſſe habitus. De errore non inueni expreſſum locum in Diuo Thoma. Sed eadem ratio eſt, atque de ſupra dictis.

Obſeruatio Authoris. Duo genera errorū: qd conueniat inter ea, & quid differat.

Sed aduerte, quod error in duplici eſt differentia. Aliqui ſunt, quorum principia nullam prorſus habent apparentiam veri; vt ſunt errores Mahometani, & etiam errores, qui fundantur in quibuſdam principiis, quæ ratione naturali, ſeu experientia facilè dimouentur. Huiuſmodi eſt error ille cuiuſdam Salmanticenſis Grammatici, qui dicit, niuem non eſſe albam, nec æſtum aliquando, nec frigus vigere, & alii huiuſmodi. Et iſti errores habituales & actuales rationem diſpoſitionum habent. Alii errores ſunt, quorum principia falſa eſſe difficillimè cognoſcitur, & iſti dicuntur, ſi ſint formati, eſſe habitus.

Probatur concl. quoad ſingulas partes.

Modò ergo tota concluſio probatur: Nam vitia, opiniones & errores aliquando ita dominantur ſubiecto, vt ipſum firmiter teneant, & ſine difficultate maxima ab ipſo dimoueri non poſſint & hoc ex natura ſua, ergo, &c. Probatur minor: Nam poſtquam præceſſerunt actus diſponentes, & ſubiicientes ſubiectum, reſultat qualitas quædam in virtute illorum, quæ ex natura ſua habet firmiter & difficilè mobiliter poſſidere ſubiectum: quod vtinam non ita eſſet experientia exploratum, nam ſicut albedo ex natura ſua habet qualificare ſubiectum, & eſſe id, quo aliquid diſgregat viſum; ita ſupra dictæ qualitates, dum generantur, ex natura ſua habent diſponere ſubiectum in ordine ad naturam, taliter quod difficilè dimoueatur.

Reijcitur Scotus.

Ex quo patet, ſententiam Scoti falſam eſſe, qui dicit, ſupra dictas qualitates ex natura ſua eſſe facilè mobiles, quia non innituntur firmis rationibus. Hoc enim non requiritur ad rationem habitus, quamuis requiratur ad rationem habitus, qui vnico actu generatur. Alii enim habitus, vt magis patebit in ſolutionibus argumentorum, etiamſi rationib. non firmis innitantur, ſunt verè habitus, quia ex natura ſua difficilè amouentur. Et hoc ſufficit, & eſt expreſſa ſententia noſtra Ariſtotelis, qui primo poſteriorum c. 26. & 6. Ethicorum expreſsè opinionem numerat inter habitus intellectuales.

4. Concluſ. Quid ſit diſpoſitio propriè, & in rigore.

Quarta concluſio. Diſpoſitiones ſunt illæ qualitates, quæ facilè amouentur ſubiecto, & diſponunt illud benè, vel malè in ordine ad ſuam naturam, vt actus voluntatis, & intellectus, & illæ diſpoſitiones, quæ ſunt in potentiis, & ex his actibus relinquuntur, quæ diſponūt ſubiectum, vt per habitum perficiātur, quia iſtæ ex ratione ſua ſunt facilè mobiles. Cognitionem verò Angelicam, qua ſe naturaliter cognoſcit, exiſtimo eſſe habitum, quia ex natura ſua eſt difficilè mobilis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum dicitur, quod diſpoſitio non fiat habitus, ſed; præcedentibus multis actibus generetur vna qualitas natura ſua difficilè mobilis, diſponens ſubiectum benè, vel

malè

Digitized by Google

malè in ordine ad ſuam naturam, quæ eſt habitus. Et ad confirmationem dici-
Ad confir. 1. Solutio. tur, quod illa diſpoſitio antecedens corrumpitur adueniente habitu, quia per aduentum præſtantioris formæ corrumpitur imperfecta, quæ diſponit ad illam, ſicut patet in embryone, qui corrumpitur per aduentum animæ rationalis in homine. Et ſecundò
2. Solutio. dicitur, quod habent repugnantiam, quia habitus inclinat ad obiectum cum facilitate, & iucunditate ex natura ſua, & hoc non habet diſpoſitio. Vnde obiectum eſt diſtinctum eſſentialiter, & ita adueniente habitu corrumpitur diſpoſitio. Sed non intelligitur de diſpoſitione, quæ eſt actus ſecundus, quæ benè ſtat cum habitu; Nec item dicimus, omnem diſpoſitionem diſponere ad habitum, quia diſpoſitiones corporeæ non diſponunt ad habitum corporalem, quia nullus talis datur, vt ſupra diximus ex Diuo Thoma. Et
Obiectio. ſi dicas, quod vna ſpecies non diſponit ad habendam aliam, cum ex æquo generis rationem participent, nega-
Solutio. tur hoc. Nam fides, & viſio ſpecie differunt, & fides cum reliquis virtutibus diſponit ad viſionem; & in mediis coloribus vnus diſponit ad alterum introducendum; vt viride ad introductionem nigri.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur: quod differunt, ſicut duæ ſpecies ſub eodem genere, & perfectior ſpecies eſt habitus.

Ad conf. 1. Ad confirmationem reſpondetur, quod cum Ariſtoteles dixit, vnam ſpeciem eſſe habitum, & diſpoſitionem, explicuit per has duas ſpecies nobis notiſſimas genus ſubalternum commune ad has duas ſpecies, quod vocat primã ſpeciem, & vnam huius prædicamenti, ſubalternam tamen.

Ad 2. conf. Ad ſecundam confirmationem reſpõdetur, quod ſcientia inchoata dicitur diſpoſitio non eſſentialiter, ſed quantũ ad modum, quia habet modum diſpoſitionis propriè, quando mediocriter eſt acquiſita, eſt tamen eſſentialiter habitus, quia ſcientiæ habitus vnico generatur actu, vt dicit D.Thom. 1.2. quæſt. 52. articulo 3.

Ad 3. arg. Quomodò habitus vocetur diſpoſitio. Ad tertium reſpondetur, quod habitus non eſt diſpoſitio, quæ contra illum diuiditur, quia eſt ex natura ſua difficilè mobilis, & diſpoſitio facilè mobilis, licet, ſi accipitur vt eſt ſuperior ad habitum & diſpoſitionem, ſic bene conueniunt in ratione diſpoſitionis, quia conueniant in genere. Et hæc non importat niſi ſubiectum afficere in ordine ad naturam abſtrahendo à benè, vel malè, facilè vel difficilè mobilis.

Ad 4. et 5. arg. Ad quartum & quintum patet ex cõcluſionibus: ſunt enim illi habitus ex natura ſua difficilè mobiles.

Ad 6. arg. Quid requiratur, vt qualitas cauſſetur ſ aliquo? Ad ſextum reſpondetur ex D.Thom. vbi ſupra, quod ad hoc, vt aliqua qualitas cauſſetur in aliquo, oportet vt actiuum totaliter vincat paſſiuum: & quia principium actiuum, quod eſt ratio, non totaliter poteſt ſuper vincere appetitiuam potentiam in vno actu, quia appetitiua potentia ſe habet diuerſimodè ad multa; iudicat enim per rationem aliquid appetendum in vno actu ſecundum particulares rationes, & circumſtantias. Vnde in hoc non totaliter vincitur appetitiua potentia, vt feratur in idem, vt in pluribus, per modum naturæ, quod pertinent ad habitum virtutis, ideo non poteſt cauſſari vnico actu, ſed pluribus; habitus
Quare habitus non cauſſet ex vno actu, ſed ex pluribus. verò ſcientiæ vnico actu generatur, quia conuincitur intellectus vnica demonſtratione. Requiruntur igitur actus iſti antecedentes, vt principium effectiuum habitus naturalis, & ita reſultat ex illis habitus productus, qui ex natura ſua eſt difficilè mobilis. Nam quamuis cauſſa producens ſit diſpoſitio, res producta habet maiorem firmitatem, quam diſpoſitio concurrens in genere cauſſæ efficientis: itaque non habet, vt à ratione formali, habitus à diſpoſitione ſuam immobilitatem difficilem: ſed ex ſua natura, quia eſt qualitas ſubiiciens ſubiectum, & ita difficilè mobilis; Et ſubiicit ſubiectum, vt dimoueatur cum difficultate virtute præcedentium diſpoſitionum, ſicut calor producit ignem in genere diſpoſitionis, & ignis non habet ſuam rationem formalem a calore,

lore, ſed à ſua differentia, ita in propoſito. Ex hoc patet, falſam eſſe opinionē Suarez, vbi ſupra, qui cenſuit, eſſe magis probabilem, cum oppoſitum Diuus Thomas, & ratio dicant.

Reijcitur Suarez.

Diſputationis gratia defenditur vt aliqualiter probabile, habitum & diſpoſitionē differre tantum accidentaliter.

In ſecunda parte quæſtionis huius defendendum eſt, licet non vt ita probabile, habitum & diſpoſitionem differre ſolum accidentaliter. Nam ita aſſerit D. Th. in loco adducto in principio quæſtionis; nec differunt aliter (loquendo de diſpoſitionibus habitualibus) habitus & diſpoſitio, quam differāt puer, & idem factus vir. Itaque cum producit intellectus noſter, vel voluntas, vel aliæ potentiæ capaces habitus, illi actus relinquunt in ſubiecto aliquam qualitatem imperfectam, & illa augetur per ſubſequentes actus, ita vt per maiorem in ſubiecto radicationem obtineat perfectionem illam, ſecundum quam dicatur habitus. Et quia illa imperfectio non eſt de ſua ratione, poteſt attingere, vt ſit habitus illa qualitas, quia erat diſpoſitio. Sicut albedo, vt quinque, poteſt eſſe, vt decem, quia eſſe vt quinque non eſt de ſua ratione. Et iſte dicendi modus habet probabilitatem in Ariſtotele, qui dicit, vnam ſpeciem qualitatis eſſe habitum & diſpoſitionem. Nam ſi velles explicare aliud genus ſubalternum, non deficeret ibi nomen aliud. Nec iſte modus explicandi ſpecies eſt vetitus Ariſtoteli, niſi in hac materia, quia ſunt eiuſdem ſpeciei. Et iſtam ſententiā ſequuntur viri grauiores Boetius, & Albertus; & Diu. Thomas cenſet probabilem. Itaque eſſentia huius ſpeciei in hac opinione eſt, illam ſcilicet eſſe qualitatem diſponentem naturam bene vel malè. Quod verò ſit facilè vel difficilè mobilis, illi accidit. Et ſi dicas, actus, & habitus ſunt diſpoſitiones, & differunt ſpecie; ergo hæc ſententia eſt falſa. Reſpondetur, quod actus, & habitus poſſunt conſiderari in ratione diſpoſitionis, & ſic ſunt eiuſdem ſpeciei, quia diſponunt ſubiectum benè vel malè in ordine ad naturam. Quod verò habitus ſit diuturnior, hoc eſt huius ſpeciei accidens. Si verò conſiderentur in ratione actus primi & ſecundi, ſic ſpecie differunt. Et ſi dicas; vnum definitur per aliud, ergo differunt ſpecie, quia nunquam ea, quæ ſunt vnius ſpeciei, ita ſe habent. Reſpondetur, negando conſequentiam, & inſtatur cognitione, qua cognoſco me cognoſcere: quæ cognitiones ſunt in genere diſpoſitionis eiuſdem ſpeciei, licet alio titulo diſtinguantur. Aliqui dicunt, D Th loqui ſolum de diſpoſitionibus habitualibus & non de illis, quæ ſe habent per modum actus ſecundi? Sed ego non video rationem huius. Et ſi dicas, quod habitus eſt difficilè mobilis ex natura ſua, quod non habet diſpoſitio; ergo ſpecie differunt: ergo hæc ſententia eſt falſa. Reſpondetur, quod habitus non ex natura huius ſpeciei eſt difficilè mobilis, ſed quia eſt in ſubiecto radicatus. Hæc enim ſpecies, quæ per hæc duo deſignatur, per habitum, ſcilicet, & diſpoſitionem, nec poteſt eſſe radicata, vel non in ſubiecto, ſed ſolum diſponere benè vel malè, in ordine ad naturam; reliqua ſunt accidentia. Sicut homo non petit, niſi à ſe animal rationale, quod verò ſit puer, & quod ſit vir, illi accidunt. Et per hæc principia omnia argumenta, quæ contra hanc ſententiam fieri poſſunt, diſſolues. Et huic quæſtioni finem imponamus illis verbis Angelici Doctoris, q. 7 de malo, ar. 2. & 4. ad quartum, vbi ſic ait; Difficilè mobile non eſt differentia conſtitutiua habitus; neque enim diſpoſitio & habitus ſunt diuerſæ ſpeciei, alioquin nō poſſet vna & eadem qualitas, quæ primo fuit diſpoſitio, poſtea fieri habitus, ſed facilè mobile & difficilè mobile ſe habent, ſicut perfectum & imperfectum circa eandē rem. Et D. Th. ſequuntur Aegidius, & multi alii in prædicamento qualitatis. Vide Alenſ. 4. p. q. 9. membro 3. art. 2 § 1. Et ratio potiſſima huius ſententiæ eſt, quia diſpoſitio ſit habitus; ergo non differunt ſpecie, nam ea, quæ ſpecie differunt, continuari non poſſunt. Ex quo infertur, rationem diſpoſitionis eandem eſſe cum habituatione. Ethica enim eſt diſpoſitio, licet ex radicatione in ſubiecto, & per accidens habeat modum habitus.

In quo conſiſtat eſſentia primæ ſpeciei qualitatis, apud tenentes, habitum, & diſpoſitionem eſſe vnam, & eandem ſpeciē eſſentialiter.

Soluitur quædā obiectio.

Difficultas ardua.

Solutio notāda, per q̄ ſoluuntur omnia argumēta adducibilia contra praſatū modū dicendi.

Locus Diui Tho. vrgentiſſimus pro hoc modo dicendi.

Corollariū.

QVAE.

QVÆSTIO LIX.

Vtrum ſecunda ſpecies qualitatis diſtinguatur à prima, & quomodo.

1. Argum. ET videtur, quod nõ: Quia ſpecies intelligibiles sũt potentia, vt dictum eſt, & etiam ſunt diſpoſitiones, quia diſponũt ſubiectum conformiter ad ſuã naturam, ſcilicet ad intelligere; ergo prima & ſecunda ſpecies non diſtinguuntur, aliàs idem ſecundum vnam rationẽ non eſſet in illis ſpeciebus.

2. Argum. Secundò. Aliquæ qualitates ſunt in prima ſpecie, quæ diſponunt in ordine ad operationem, ſicut qualitates ſecundæ ſpeciei; ergo nullo modo differunt. Probatur conſequentia; Quia, ſi differunt, maximè penes hoc deberent differre. Antecedens patet, quia prudẽtia, & ars, & alia huiuſmodi diſponunt in ordine ad operationem, quinimo & multi habitus, qui ſunt in prima ſpecie. *Solutio.* Et ſi dicas, quod diſponunt benè vel malè. *Impugnat.* Contra: Nam datur aliquis actus indifferens, vt ire in agrum, qui eſt indifferens, ergo habitus genitus ex huiuſmodi actibus erit indifferens, & ita nec diſponet benè vel malè. *Confirm.* Et confirmatur ſecundò: Nam multæ qualitates corporales ſunt, quæ nec ſunt bonæ, vel malæ moraliter, vt calor, & frigus, & iſtæ pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, ergo non conuenit illis qualitatibus, quod benè vel malè diſponant, nam benè vel malè diſponere ad genus moris pertinet.

3. Argum. Tertiò. Naturalis potentia non poteſt eſſe ſpecies qualitatis, ergo malè ab Ariſtotele ponitur vna ſpecies eius. Probatur antecedens: Eſt quidem tranſcendens, quod diuagatur per omnia prædicamenta; nam in quolibet prædicamento eſt ens, quod diuiditur per actum & potentiam. *Confirm. 1.* Et confirmat. Nam naturalis impotentia formaliter dicit priuationem; at priuatio non ponitur directè in prædicamento, ergo non conſtituit ſpeciem eius. *Confir. 2.* Et confir. Nam naturalis potentia & impotentia vel ſunt idem, quod potentia actiua, & paſſiua, vel non. Si primum, cur hoc non dixit Ariſtoteles, & vocauit impotentiam paſſiuam potentiam? Si non ſunt idem, eſt neceſſe, quod vtraque ſit actiua, & ita non erit impotentia. Vel paſſiua, & hoc eſt falſum; nam potentia actiua in hoc eſt prædicamento.

4. Argum. Quartò probatur, quod iſta ſpecies malè collocetur. Nam prius eſt naturalis potentia, quam habitus, ergo prius erat numeranda; malè ergo collocatur in ſecundo loco. Quod enim prius natura quodlibet habet, ſunt potentię operatiuæ; quia per ſeipſum non operatur, & poſtmodum adueniunt habitus, vt benè vel malè operetur cum illis.

Deciſio quæſtionis.

Controuer. 1. Concluſ. opinio Authoris. PRima concluſio: Vera differentia inter primam & ſecundam ſpeciẽ qualitatis non conſiſtit in alio, niſi in hoc, quod prima ſpecies diſponit ſubiectum benè vel malè in ordine ad naturam, & ſi eſt habitus operatiuus, datur ad benè vel malè operandum. Secunda verò ſpecies eſt qualitas, per quam diſponitur ſubiectum abſolutè ad operandum abſtrahendo ab hoc, quod eſt benè vel malè. *Opiniones cõtrariæ referuntur à D. Thom. et Soto.* Hęc concluſio ponitur contra varias opiniones, quas Soto, & D. Tho. de hac re referunt; verum eſt ipſius D. Thom. 1. 2. quæſt. 29 artic. 2. vbi ita dicit, quod habitus eſt diſpoſitio ſecundum naturam, & quia forma & natura rei eſt finis, & cuius cauſſa fit aliquid, vt dicitur, 2. Phyſicorum; in prima ſpecie conſideratur bonum & malum, & etiam facilè & difficilè mobile, ſecundum quod aliqua natura eſt finis generationis & motus; & ita Philoſophus dicit quinto Metaphyſicæ, quod habitus eſt diſpoſitio, ſecundum quam aliquis diſponitur benè, vel malè. Et idem dicit 2. Ethicorũ; quando enim eſt motus conueniens naturæ

Digitized by Google

Multis locis D.Tho. explicatur, in quo non differant eſſentialiter habitus & diſpoſitio ab vna parte, & naturalis potentia vel impotentia ab alia.

turæ rei, tunc habet rationem boni, quã do non conuenit, rationẽ, mali, & quia natura eſt id, quod primò conſideratur in re, ideo habitus ponitur prima ſpecies qualitatis, & dicit quod ad ſecundam ſpeciem qualitatis ſolum attinet, quod aliquid facilè, vel difficilè fiat, vel quod ſit citò tranſiens, aut diuturnum, non autem conſideratur in his aliquid pertinens ad rationem boni vel mali; quia motus vel paſſiones non habent rationem finis, itaque ſolum ſecunda ſpecies dicit ordinem ad actionem & paſſionem, vt aliquid producibile, vel ſuſceptibile, abſtrahendo à bene vel malè. Ecce ſententiam D.Thom.& artic.3. dicit: Eſt enim de ratione habitus, vt importet habitudinem quandam in ordine ad naturam rei, ſecundum quod conuenit, ſed natura rei, quæ eſt finis generationis, vlterius etiam ordinatur ad alium finem, qui vel eſt operatio, vel aliquid operatum, ad quod genus peruenit per operationem. Vnde habitus non ſolum importat ordinem ad ipſam naturam rei, ſed etiam conſequenter ad operationem, in quantum eſt finis naturę, vel perducens ad finem. Vnde in quinto Metaphyſicæ dicitur, quod habitus eſt diſpoſitio, ſecundum quam benè vel malè diſponitur diſpoſitum, aut ſecundum ſe, id eſt, ſecundum ſuam naturam, aut ad aliud, id eſt, in ordine ad finem. Itaque ratio habitus eſt diſponere naturam benè vel malè, & ſuper hoc addit, quod ſit difficilè mobilis; diſpoſitio vero eſt, quæ diſponit naturam benè vel malè, facilè mobilis. At verò potentia in ſua ratione non importat, niſi quod ſit principium agendi, vel patiendi, vt ſtatim dicemus. Et ideo non dicit in ſua ratione bonum vel malum. Potens enim dicitur, qui operari poteſt, ſeu pati, ſiue hoc fiat benè vel malè. Habitus enim, quia ſunt determinationes quædam vel naturæ, vel potentiarum, debent dicere iſtum modum. Potentia verò, quia abſolutè eſt principium, non debet dicere iſtum modum benè vel malè. Et hæc eſt doctrina Caiet. Soti, & Alberti, & omnium Thomiſtarum in his articulis, & in hoc prædicamento.

Controuer. an naturalis potentia & impotentia differãt ſpecie.

Vtraque opinio probabilis, probabilior tamen, quod differãt ad mentem D. Thom.

Secunda concluſio: Magis probabile eſt, quod naturalis potentia & impotentia differant ſpecie, licet oppoſitum ſit probabile. Et prima pars concluſionis ſatis patet, ſi accipiatur naturalis potẽtia pro potentia actiua, & impotentia pro paſſiua, nam potentia actiua & paſſiua ſpecie diſtinguuntur, ergo naturalis potentia & impotentia ſpecie differunt. Et quod accipiatur ſic, videtur colligi apertè ex D.Thom. ſupra dicto articulo ſecundo, quæſt. 49. in prima ſecũdæ, vbi ſic dicit, Modus autem, ſeu determinatio ſubiecti ſecũdum actionem & paſſionem attenditur in ſecunda, vel tertia ſpecie qualitatis, & ideo in vtraque conſideratur, quod aliquid facilè vel difficilè fiat, vel quod ſit citò tranſiens, aut diuturnum. Vbi D. Thom. videtur docere, ſecundam ſpeciem qualitatis conſiſtere in principio actiuo & paſſiuo: ſiquidem ibi conſideratur actio, & paſſio. Et Ariſtoteles in hoc prædicamẽto hoc ipſum indicat, dicens; aliud genus qualitatis eſt, ſecundum quod pugillatores, vel curſores, vel ſalubres, vel inſalubres dicimur, & ſimpliciter quæcunque ſecundum potentiam naturalem, vel impotentiam dicuntur. Si ergò hęc ſecunda ſpecies eſt genus, potentia & impotentia ſpecie differunt. Et præterea probatur argumento fortiſſimo: Omnis potentia vel eſt actiua, vel paſſiua, (relinquimus modò obedientialem potentiam, quæ non diſtinguitur à re, ſed eſt ipſa res, quatenus de ea Deus, quidquid voluerit, faceret) & non datur potentia neutra, vt articulo primo primæ partis diſputari ſolet: ergo iſtæ potentiæ, quæ conſtituunt hanc ſpeciem, ſeu quæ continentur ſub genere iſto ſubalterno, ſunt potentia actiua, & paſſiua, per quod explicatur genus ſubalternum, quod eſt potentia accidentalis: ſed voluit Ariſtoteles explicare genus hoc per ſpecies, quæ continentur ſub genere illo ſubalterno immediato, vt eundem ſeruaret ordinem in explicatione harum ſpecierum.

Argumentum forte pro concluſione.

Secunda verò pars probatur, quia per naturalem impotentiam non vo-

luit

Quid intelligat Ariſt. per naturalem potentiam, & impotentiam.

luit Ariſtoteles explicare, niſi potentiam debilem, & per naturalem potentiam, potentiam fortem in ſuo actu, ſiue iſtæ potentiæ ſint actiuæ, ſiue paſſiuæ. Itaque naturalis potentia eſt potentia perfecta in ſua ratione, ſiue hoc habeat actiuè, ſicut potentia viſiua iuuenis naturalis potentia dicitur, & potentia ſenis naturalis impotentia: quia vna viſionem habet fortem, alia debilem; & in paſſiuis illa, quæ reſiſtit contrario fortiter potentia dicitur, quæ debiliter impotentia: ſed iſta conſtat accidentaliter tantum differre; ergo &c. Hæc ſententia eſt Fratris, Gratia Dei ordinis Prædicatorum, in hoc prædicamento, qui optimè, & clariſſimè Ariſtotelis explicat textum.

Obſeruatio ex Caiet.

Aduerte in hac conclusione, quod iſtæ potentiæ debent eſſe naturales, & non acquiſitæ, quia tunc ſunt habitus, & pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, vt optimè aduertit hic Caietanus, & ad hanc ſpeciem pertinent omnia principia immediata operationum, ſiue pertineant ad corpus, ſiue ad animam.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. reſp.

AD primum reſpondetur, quod ſupra diximus, ſpecies pertinere ad naturalem potentiam, quia concurrunt cum potentia, vt vnum principium non benè operandi, ſed ſimpliciter operandi: nec potentia cogitatiua ſine ſpeciebus poteſt vllo modo concurrere ad cognitionem.

Obiectio ex D. Tho.

Sed contra: nam Diuus Thomas prima 2. quæſtione 50 articulo 6. in corpore, & quæſtione 51. articu. primo, dicit, eſſe habitus.

Solutio.

Reſpondetur, quod ſpecies Angelicæ ſunt habitus, & potentiæ propter plenam luminis participationem. Et ita, quatenus ſunt principia intellectionis, ſunt ſpecies; quatenus verò determinant intellectum, vt benè intelligat, dicuntur ſcientiæ & habitus. Ceterum ſecundum diuerſas rationes formales, ſi de noſtris ſpeciebus ſit ſermo, vocantur à Diuo Thoma habitus duplici de cauſſa. Primò quantum ad modum, quia superueniunt potentiæ cum diuturnitate.

Quare ſpecies noſtræ intelligibiles vocētur habitus, ſpecies verò Angelorum naturales potentiæ.

Secundò ratione ordinationis, quia ſpecies ordinatæ dicuntur habitus ſcientiæ, & quia ordinantur per habitus, & ratione habitus prouenit in illis ordinatio, ita iſtæ ſpecies non in ſe conſideratæ, ſed in ſua cauſſa ordinante habitus dicuntur; ſed potius dicitur habitus cauſſæ ordinans, de quo ſupra diximus.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſp. quod illæ qualitates diſponunt in ordine ad operationem, non abſolutè, ſed vt conformiter fiat ad naturam, & ita diſponũt ad operationem, vt benè fiat, non vt abſolutè fiat, quod eſt proprium potentiæ.

Ad replicā.

Ad replicam reſp. quod, vt demonſtrat Diuus Thomas prima 2. q. 18. art 9. nullus actus in indiuiduo eſt indifferens, ſed omnis eſt bonus, vel malus, quia vel fit, vt debet, cum fine & omnibus circumſtantiis, & ſic erit bonus, vel deficit aliquid ex his, & ſic erit malus. Vnde fictio eſt talis indifferens habitus moraliter, naturaliter etiam non poteſt dari diſpoſitio indifferens, quia ſi eſt conformiter, erit mala. Ad rationem: ergo ad habitum & diſpoſitiones pertinet benè vel malè diſponere naturam, ſiue moraliter, ſiue phyſicè: & per hoc patet ad vltimam confirmationem.

Ad 3. arg.

Ad tertium reſpond. ex Diuo Thom. opuſc. 48. quod potentia & actus accipiuntur tranſcendentaliter pro re, quæ non eſt, ſed poteſt eſſe, & talis dicitur potentia. Alio modo pro re, quę eſt, & talis dicitur actus, & iſta ſunt in eodem genere, nam in eodem prædicamento, vbi eſt homo in actu, eſt homo in potentia, & iſto modo non accipitur potentia in præſentiarum, ſed pro principio agendi in aliud, vel patiendi, & iſto modo ſunt in prædicamento qualitatis.

Ad confir.

Ad confirma. reſp. quod non dicit impotentia priuationem, ſed uel potentiam paſſiuam, vel debile principium agẽdi, vel patiendi, & ita, in communi modo loquendi, hominem parum potentem vocamus impotentem. Ad aliam confir. patet ex concluſione ſecunda.

Ad 4. arg. Ad quartum reſp. quod quamuis potentia ſit poſterior habitu, via generationis, non tamen via perfectionis, & *1. Solutio.* hac ratione primo loco collocatur habitus. Vel ſecundo reſp. quod quia diſponit naturam, quæ eſt prior, & hoc in *2. Solutio.* ordine ad finem, ideo primo collocatur loco. Vnde D. Thom. quæſtion. 49. articulo tertio, ad ſecundum ita dicit: Non *Explicatur locus D. Thom.* eſt de ratione habitus, quod reſpiciat potentiam, ſed quod reſpiciat naturam, & quia natura præcedit actionem, quam reſpicit potentia, ideo prior ſpecies qualitatis ponitur habitus, quam potentia. Vult dicere D. Thom. quod ſaluatur ratio habitus, ſine ordine ad operationem primò & per ſe, vt patet in gratia. Et ſi conſideremus diſpoſitionem, hoc ipſum reperitur in ſanitate corporali. Et potentia nunquam intelligitur ſine ordine ad actionem & paſſionem, & ideo primo loco ponitur habitus, vel diſpoſitio, quam potentia & impotentia.

QVÆSTIO LX.

Quid ſint paſſio, & paſſibilis qualitas, & quomodo differant.

1. Argum. ET videtur, quod non differant: Quia rubor tranſiens eſt paſſio, & permanens eſt paſſibilis qualitas; ſed color parum, vel multum durans eiuſdem ſpeciei eſt, ergo paſſio & paſſibilis qualitas eiuſdem ſunt ſpeciei. Minor probatur; quia parum, vel multum durare non variat ſpeciem, vt patet in omnibus *Confirm.* entibus, & ſpeciebus. Et confir. quia paſſio eſt ſextum prædicamentum; ergo non poteſt eſſe ſpecies huius prædicamenti: prædicamenta namque impermixta ſunt in ſuis rationibus formalibus, & primò diuerſa.

2. Argum. Secundò. Paſſibilis qualitas eſt vna ſpecies huius prædicamenti, & dicitur talis, quia paſſionem cauſſat in ſenſibus, ſeu cauſſare poteſt; hoc autē eſt aliquid pertinens ad prædicamentum qualitatis: nam cauſſare paſſionem eſt agere, & poſſe cauſſare hanc paſſionem eſt eſſentia potentiæ actiuæ: malè ergo Ariſt. dixit paſſibilem qualitatem eſſe huius prædicamenti tertiam ſpeciem, ſed vel erit actio, vel erit potentia actiua, quorum neutrum eſt huius ſpeciei.

Tertiò: Ariſt. dixit in textu: Quia au- *3. Argum.* tem ex his, quæ facilè ſoluuntur, & citò tranſeunt, & fiunt, paſſiones dicuntur: non enim dicimur ſecundum eas quales, neque enim, qui propter verecundiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur, nec cui pallor propter timorem venit, pallidus eſt, ſed magis quod aliquid paſſus ſit: quare paſſiones huiuſmodi dicuntur, qualitates verò minimè; ergo paſſio non eſt ſpecies qualitatis: Probatur conſequentia; Quia qualitas eſt genus; & hæc eſt bona conſequentia; non eſt animal, ergo non eſt aliqua ſpecies animalis: quia à negatione ſuperioris ad negationem inferioris maximè vniuocè eſt bona conſequentia; ergo, ſi paſſio non eſt qualitas, vt inquit Ariſtoteles, nec erit aliqua ſpecies qualitatis. Et confirmatur; Nam ſi paſſio eſt quali- *Confirm.* tas, ſequitur, quod non poſſit eſſe cum qualitate ſibi contraria, hoc autem eſt falſum, ergo, &c. Sequela patet, quia in gradibus intenſis contraria ab eodem ſubiecto ſe expellunt. Minor probatur, quia rubicundus color, & pallor opponuntur, & non ſunt in eadem parte ſubiecti; ſed rubicundus, ſi patiatur timorem, palleſcit, ergo vel non manet rubicundus, quod non poteſt dici; vel pallor non eſt qualitas, aliàs expelleret ruborem ab eodem ſubiecto, cum, ſi ſit qualitas, debeat eſſe qualitas illi oppoſita.

Quartò. Lumen gloriæ collatum Pau- *4. Argum.* lo in raptu, & ſimiliter viſio erant paſſiones; at verò viſio & lumen gloriæ, quæ modo habet, eſt beatitudo; in raptu non fuit beatitudo; & ita ſpecie differunt, ergo, &c.

Quintò. De ratione aliquarum qua- *5. Argum.* litatum eſt, quod parum temporis durent, vt: ſonus, lumen, actus intelligendi,

Digitized by Google

di, verbum; ergo ex natura ſua ſunt paſſiones: & aliæ ſunt, quæ ex natura ſua multum durant, vt calor in igne, &c. ergo iſtæ ex natura ſua ſpecie differunt, ſi quidem ex natura ſua habent multum, vel paucum durare. Vnde Diuus Thomas quæſt. 49. artic. 2. ſupra citato dicit, quod in tertia ſpecie, & in prima reperitur facilè & difficilè mobile, vel quod ſit citò tranſiens, aut diuturnum; ſed in prima ſpecie facilè aut difficilè variant qualitates ex ſua natura, ergo & in iſta tertia: & ita differunt ſpecie.

6. Argum. Sextò: Paſſiones dicuntur, quæ cauſſantur ex aliqua paſſione, ſed cauſſari ex paſſione cito tranſeunte quid extrinſecum eſt ad rationem qualitatis, & ſimiliter eſt dicendum de hoc, quod eſt cauſſari ab aliqua paſſione diuturna: ergo non eſt ſumenda diuerſitas huius ſpeciei ab aliis per huiuſmodi principia extrinſeca, nec etiam paſſio, & paſſibilis qualitas inter ſe hac ratione diſtinguuntur; id enim, à quo ſumitur diſtinctio, intrinſecum debet eſſe, maximè in abſolutis.

7. Argum. Septimum argumentum. Quia, niſi hæc ſententia eſſet vera, ſequeretur, quod ſpecies viſibilis producta in diaphano ad nullam ſpeciem qualitatis pertineret, hoc autem eſt falſum, ergo, &c. Probatur maior, quia non eſt habitus, cum non ſit difficilè mobilis à diaphanoſ; tum quia habitus propriè non eſt in corpore, nec diſpoſitio, quia non diſponit ad benè vel malè eſſe diaphani; nec eſt naturalis potentia, quia non eſt principium operationis in aere, nec paſſio, nec paſſibilis qualitas, quia nec eſt effectus, nec cauſſa paſſionis in aere, quia aer non alteratur, nec deſtruitur per receptionem ſpecierum viſibilium. Quod non ſit forma, vel figura, ſatis conſtat. Sed in iſta ſententia eſt paſſibilis qualitas, quia aer recipiendo has ſpecies perficitur.

Confirm. Et confirmatur hoc argumentum, quia ratio huius ſpeciei melius explicatur per hoc, quod ſit effectus paſſionis, quam per hoc, quod eſt eſſe principium, quia hoc ad ſecundam ſpeciem pertinet. Et iſti etiam authores dicunt, paſſionem & paſſibilem qualitatem ſolum differre accidentaliter, quia paſſibilis qualitas eſt diuturnior, non verò paſſio.

8. Argum. Octauum argumentum: Quia aliquæ qualitates ſunt, quæ dicuntur paſſibiles in ordine ad paſſionem in appetitu; ergo omnes. Probatur conſequentia, quoniam aliàs Ariſtot. æquiuocè vteretur nomine paſſionis. Antecedens probatur ex eodem. Quia, poſtquam dixit, quod color citò tranſiens ſit ex verecundia, dicit idem eſſe dicendum de coloribus permanentibus; ſed color ex verecundia dicitur paſſibilis in ordine ad paſſionem in appetitu, ergo omnes colores, & reliquæ qualitates paſſibiles hac ratione dicuntur.

Confirm. Et confirmatur: Nam ſi ita dicatur paſſibilis qualitas, ſaluari poſſunt omnia, quæ dixit Ariſtoteles in textu, quod aliquæ qualitates ſunt, quæ cauſſant paſſionem in appetitu, aliquæ cauſſantur. Quod ſi à paſſione, quæ eſt formæ receptio cum expulſione contrarii, dicerentur, minimè ſaluari poſſent. Dicit enim Ariſtot. quod paſſibiles qualitates dicuntur, non quia ſunt formæ, in quarum receptione ſubiectum patiatur; hoc enim falſum eſt: nam aqua patitur in receptione formæ cum expulſione contrarii, ergo dicendæ ſunt paſſibiles qualitates à paſſione appetitus ſenſitiui, quæ cauſſat paſſionem, vel cauſſatur ex paſſione tali. Et circa diſtinctionem paſſionis à paſſibili qualitate dicit, ſolum diſtingui ſecundum motum, quia paſſio importat qualitatem facilè mobilem, paſſibilis qualitas qualitatem difficilè mobilem. Hæc autem diſtinctio ſolum videtur eſſe accidentalis ſecundum Caietanum.

Duo diſcutienda in hac quæſt. In hac quæſtione duo ſunt tractanda. Primum, in quo conſiſtat ratio paſſionis & paſſibilis qualitatis. Et ſecundum, an differant eſſentialiter; & conſequenter videbimus, ſi aliquæ qualitates ad hanc reducantur ſpeciem.

Controu. In hac re ſunt variæ opiniones, nec Angelicus Doctor in hac re multum apertè loquitur.

1. Sent. Aliqui cenſent paſſibiles qualitates dici illas, quæ proueniunt à quacunque paſſione, ſiue perfectiua, ſiue corruptiua. Vnde omnis

qualitas,

qualitas, quæcunque illa ſit, conſiderata in ordine ad paſſionem, ita vt ſit effectus paſſionis cuiuſcunque, ad hanc ſpeciem pertinet. Et probatur ſeptimo argumento facto.

2. Sentent. Caiet. Secunda ſententia eſt Domini Caiet. qui in hoc cap. dicit, paſſibiles qualitates dici a paſſione, ſecundum quod paſſio accipitur à paſſionibus appetitus ſẽſitiui, prout à delectatione, triſtitia, timore, de quibus paſſionibus D. Thom. 1.2. longam fecit diſputationem: itaque paſſibiles qualitates ſunt, quæ cauſſant paſſiones in appetitu ſupra dictas, aut ſunt effectus paſſionum illarum. Et probatur 8. arg. facto.

3. Sentẽtia Soti: Sapientiſſimus Magiſter Soto dicit, paſſionem, & paſſibilem qualitatem differre accidentaliter, penes magis, aut minus diuturnum, & quod ratio earum conſiſtit in hoc, quod ſint cauſa, vel effectus paſſionum. Non tamen explicat, quomodo accipiatur paſſio, ſed videtur indifferenter loqui de paſſione. Nam aliquando videtur loqui de paſſione ſenſus, aliquando verò de paſſione rerum inſenſibilium.

Præambula ad quæſtionem.

Fundamentum pro diſcutiẽda veritate. Paſſio quadrupliciter dici poteſt. PRo explicatione ergo veritatis notandum eſt, paſſionem quadrifariã ſumi. Primo modo paſſio accipitur pro omni receptione, ſiue perfectiua tantum, ſiue corruptiua contrarii, & hoc modo ſe extendit ad receptionem caloris, triſtitiæ, intellectionis; & ita dicitur intelligere quoddam pati. Itaque hoc modo non ſolum patitur homo, quando recipit calorem, quando triſtatur, ſed etiam quando intelligit. Secundo modo accipitur magis ſtrictè pro receptione alicuius formæ, cum expulſione ſui contrarii: & hoc modo dicimus aquam calefieri, & hominem comburi. Tertio modo tranſſumptiuè pro operatione appetitus ſenſitiui, prout ira, gaudium, dolor, & ſpes paſſiones animæ dicuntur, quod per illas anima ad res obiectas quodammodo transferatur paſſione corporali, vt materia ſubſeruiente, quia paſſiones iſtæ habent corporalem tranſmutationem annexã; & etiam, quia interdum has paſſiones inuitus patitur homo, meritò paſſiones vocantur, & non actiones, & operationes. Quarto modo accipitur hic ab Ariſtotele pro qualitate ſenſibili exiſtente in tranſitu per motum paſſionis, & quia paſſio, cum ſit motus, vel conſtat in motu, eſſe fluens habet, ideo transfertur, vt accipitur pro iſta qualitate tertiæ ſpeciei, quæ paſſio dicitur. Tota ergo difficultas in hoc conſiſtit, vt ſciamus, quomodo accipiat paſſionem, & quomodo qualitatem paſſibilem à paſſione, vt ab effectu, vel vt à cauſſa nominarit: Quomodo namque ſit accipienda paſſio, quando Ariſtoteles dixit, paſſibilem qualitatem eſſe ſpeciem tertiam, an primo, an ſecundo, an tertio, an quarto modo, iam explicabimus. *Difficultas huius quæſtionis in quo conſiſtat?*

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: Mihi videtur magis probabile in doctrina D. Thom. quod paſſibilis qualitas dicatur a paſſione primo modo accepta. Itaque qualitas, quæ eſt producta ex paſſione, vel quæ cauſſat paſſionem, illo modo dicitur paſſibilis qualitas, ſiue illa paſſio ſit in ſenſibus, ſiue non. Et probatur iſta concluſio ex D. Tho. 1.2. quæſtione 49. ar. 2. in corpore, vbi ſic dicit: Modus autem, ſeu determinatio ſubiecti ſecundum actionem & paſſionem oſtenditur in ſecunda, vel tertia ſpecie qualitatis, & ideo in vtraque conſideratur, quod aliquid facilè vel difficilè fiat, vel quod ſit citò tranſiens, aut diuturnum. Vbi D. Thomas paſſionem abſolutè accipit, & actionem, non reſtringens illas ad paſſionem ſenſitiuam, gaudium, iram, &c. nec ad paſſionem in potentiis exterioribus cauſſatam. Et magis patet, quod ſit iſte ſenſus D. Thomæ, quod in prima ſpecie actio accipitur communiter, quia diſpoſitiones corporales ſunt in illa ſpecie, & habitus intellectuales, & tamen iſti non verſantur circa actiones appetitus, ergo paſſio cum accipi- *1. Concluſ. Quid intelligat apud D. Tho. per paſſibilem qualitatẽ? Loca Diui Thom. pro concl. pulcra.*

accipiatur à Diuo Thoma eodem modo, quo actio, cum dicit in his ſpeciebus reperiri actionem & paſſionem, eodẽ modo eſt accipienda illimitatè, & primo modo. *1. Ratio Cõcluſion.* Et probatur iſta concluſio ſeptimo argumento à nobis facto: Nam ſpecies ſenſibiles in aere ſunt qualitates, & non poſſunt eſſe, niſi paſſiones, vel paſſibiles qualitates, & tamen non à paſſione ſenſibili, ergo à paſſione primo modo accepta.

2. Ratio. Præterea, vt hanc concluſionem intelligamus, notandum eſt, quod qualitas huius ſpeciei in ſeipſa debet habere rationem genericam & ſpecificam, ſecundum quam conſtituatur in hac ſpecie, quæ debet eſſe illi intrinſeca, licet hanc rationem intrinſecam explicemus per aliquid extrinſecum illi, ſcilicet per paſſionem, quam cauſſat, vel à qua cauſſatur; debet enim ſpecies hæc eſſe talis qualitas, & taliter qualificare ſubiectũ, in quo eſt. Nam ratio qualitatis ſumitur per ordinem ad proprium ſubiectum, in quo eſt, ſed quia hæc eſſentia obſcurè cognoſcitur, cognoſcimus nos illam, & explicamus per ea, quæ ſunt ſibi annexa, ſcilicet per paſſionem antecedentem, à qua cauſſatur, vel ſubſequentem, quam infert. *Speculatio Caiet. ac Soti.* Et Caiet. colligit eius eſſentiam per paſſionem ſenſibilis appetitus, Soto per paſſionem, quæ fit cum abiectione contrarii. Nos autem in hac concluſione colligimus huius ſpeciei eſſentiam per paſſionem primo modo acceptam, ſiue ſit appetitus, ſiue ſit intellectus, ſiue ſit corruptiua, ſiue perfectiua, ſiue ſit cum expulſione contrarii, ſiue non. Nam illa qualitas diſtinctam eſſentiam habet ab aliis, quæ eſt cum huiuſmodi paſſione neceſſariò & intrinſecè: itaque ex ſua natura expoſcit hæc habere ſibi annexa, ſiue ſit propria paſſio illius, vel aliquid ad modum illius ſe habens.

Obiectio. Et ſi dicas; quod eadem qualitas ad multas pertinebit ſpecies, ſeu quod omnes qualitates ad hanc pertinebunt ſpeciem. *Solutio.* Reſpondetur, quod nulla formaliter ad hanc pertinebit: quia hæc eſt ratio propria huius ſpeciei, licet hæc ratio materialiter cum aliis ſpeciebus poſſit coincidere, de quo dicemus poſtea. Per hoc patet ad multa argumenta, quæ contra hanc concluſionem poſſent fieri.

2. Concluſ. Opinio Caiet. probabilis in doctrina Auſt. Secunda concluſio: Probabilis eſt opinio Caietani, quod paſſibilis qualitas dicatur à paſſione appetitus ſenſitiui, quia cauſſat illam paſſionem, vel quia ex illa cauſſatur paſſione.

Hæc concluſio maximum fundamentum habet in textu Ariſtotelis, à quo dulcedo, amaritudo, albedo, calor, & frigus dicuntur qualitates huius ſpeciei, & dicit; Dulcedo enim aliquam paſſionem ſecundum guſtum efficit, & calor ſecundum tactum, ſimiliter & aliæ, & albedinem, & nigredinem, & alios colores dicit eſſe qualitates, non quia cauſſent paſſionem in viſu, ſed quia ex paſſione cauſſantur.

Ex quibus ſic argumentor. Supra dictæ ſunt veræ qualitates paſſibiles, & non cauſſant paſſionem in appetitu ſenſitiuo, & melius reſpectu viſus ſunt paſſibiles qualitates, & nec cauſſant reſpectu illius paſſionem, nec cauſſantur à paſſionibus ſenſitiuis: ergo, &c. Hæc concluſio etiam confirmatur rationibus præcedentis. Videatur Diuus Thomas in quinto, capite de quali[illegible], tertia ſpecie, vbi dicit, qualitates corporum pertinere ad tertiam ſpeciem, vt calidum & frigidum, ergo non ſolum paſſiones animæ: ergo magis probabilis eſt opinio Magiſtri Soti, quod iſtæ qualitates paſſibiles dicuntur, quia fiunt cum paſſione corruptiua, vel illam cauſſant in ſenſibus, quia iſto modo paſſio magis propriè dicitur. *Opinio Soti probabilior.* Sed adhuc reſtat difficultas circa qualitates ſpirituales, & circa ſpecies intelligibiles. *Difficultas de qualitatibus ſpiritualibus, et ſpeciebus intelligibilibus.* Et poſſet dicere iſta opinio, quod illæ qualitates ſpirituales non ſunt huius ſpeciei, & ſpecies viſibiles ſunt diſpoſitiones, quia benè diſponunt ſubiectum ſecundum naturam diaphani. Et idem de luce; & maximè, quia ibi ſunt in via ad diſponendum potentias ſenſitiuas; & ita diſpoſitio eſt, quæ diſponit ſubiectum, vel eſt in via ad diſponendum ſubiectum, quia ibi dicuntur ſpecies viſibiles, non quia aer videat, nec poſſit illis videre, ſed

Digitized by Google

quia ibi ſunt in via, vt viſus per alias cauſſatas ab illis videat.

3 Concluſ. Tertia concluſio; Paſſio & paſſibilis qualitas non differunt ſpecie, ſed ſolum accidentaliter, & penes modum. Probatur concluſio ex Ariſtotele, qui vocat hanc ſpeciem tertiam ſpeciem. Et quamuis hoc non ſit ſufficiens argumentum de ſe, quia etiam vocauit habitum & diſpoſitionem vnam ſpeciem, & ſecundum D.Thom. ſpecie differunt, quia loquebatur de ſpecie ſubalterna, ratio tamen, quæ pro hac ſententia fieri poteſt, multum confirmat, hanc concluſionem ſenſiſſe Ariſtotelem, & eſt ferè communis inter expoſitores. Et ratio eſt, quia rubor cito tranſiens, & diu perſeuerans eiuſdem ſpeciei ſunt, ſicut pallor ex metu proueniens, vel ex alia cauſa, nec differunt, niſi quantum ad modum habendi. Præterea, quia parum vel multum durare in homine & in qualibet alia re non diuerſificat ſpeciem, ergo nec in qualitate. Probatur conſequentia; quia duratio extra eſſentiam rei eſt, ergo multum, vel parum durare erit etiam extra eſſentiam rei, quæ eſt qualitas, & ita non diuerſificabit ſpeciem. Præterea, durare eſt eſſentiam coniungi exiſtentiæ per aliquam menſuram, ergo magis durare eſt magis eſſe ſub exiſtentia, ſed hoc eſt merè accidentale qualitati, ergo non diuerſificabit ſpeciem. Præterea: Eſſentia qualitatis eſt qualificare ſubiectum, & eſſe modum illius, ſed ad eſſe modum ſubiecti accidentaliter ſe habet, quod parum vel multum duret, quia per hoc non diuerſificat modos qualificationis, ſed intra eundem modum ſpecificum reperitur hoc, ergo, &c.

Quid differat inter paſſionem, & paſſibilem qualitatẽ & quid conueniat: ſint ne vna, vel plures ſpecies eſſentialiter?

Quid ſit aliquid durare.

Quæ ſit eſſentia qualitatis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, ex hac cõcluſione. Ad confirmatiorem reſpondetur, quod hic accipitur paſſio pro qualitate citò tranſeunte, non verò pro motu, vt recipitur in paſſo.

Ad 2. arg. Ad ſecundum ex prima concluſione patet, quomodo ſit accipienda paſſio, & quamuis ſit quid extrinſecum paſſionem cauſſare, vel ab illa cauſſari, per hoc explicamus diuerſam eſſentiã qualitatis, quæ taliter afficit ſubiectum, per hoc, inquam, quod cauſſetur à paſſione, vel cauſſet illam.

Ad 3. arg. 1. Solutio. Ad tertium reſpondetur, quod illa verè eſt qualitas ſecundum eſſentiam, & talis qualitas, & non denominatur tale abſolutè. Sicut qui vnico actu acquiſiuit habitum ſcientiæ, verè habet eſſentiam habitus, & non dicitur habituatus, ſeu ſciens, propterea quod non habet ille habitus modum habitus, nec dicitur facilè, & promptè, & delectabiliter operans. *2. Solutio.* Secundò reſpondetur, quod pro illo breui tempore dicitur pallidus ſi ex ira palleſcat, & ita dicitur communiter. *3. Solutio.* Tertiò reſpondetur, quod ſufficit, vt ſit vera qualitas, quod ſi perſeueret, hominem denominet pallidum. Nam ſi non denominatur, non eſt ex defectu ſui, ſed ex modo imperfecto, quo participatur à ſubiecto, quia pallidi dicuntur, quibus pallor diuturnè ineſt. *Ad confir.* Ad confirmationẽ reſpondetur, quod pro illo tempore, quando durat pallor in eadem parte, non manet rubicundus color niſi in radice, & tranſacto pallore redit iterum, quia in ſubiecto manſit cauſſa productiua illius.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod illa viſio in tranſitu, & æterna, quam modo habet non differunt, niſi penes modum habendi; ſed quia de ratione beatitudinis eſt æternitas, & inamiſſibilitas, illa viſio in raptu non fuit beatitudo, licet haberet idem obiectum formale; quia non cum illo modo inamiſſibilitatis & perpetuitatis habuit. Sed de hac re in materia de fide ſolet diſputari.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod propter illud argumentum aliqui opinantur paſſionem & paſſibilem qualitatem ſpecie differre, & paſſibilem qualitatem eſſe illam, cui ex natura ſua conuenit multum durare. *Error quorundam.* Sed falluntur, quia multum durare, vel parum, non poteſt eſſe de eſſentia rei, cum durare ſit extra eſſẽtiam qualitatis, & ita, ſicut illi qualitati conuenit accidentaliter habere eſſe, ita multo tempore habere eſſe accidentaliter conuenit.

Ad

Digitized by Google

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur ex prima concluſione, per illud enim extrinſecum explicatur eſſentia qualitatis. Et *Obiectio.* ſi dicas, ergo qualitas, quæ poteſt cauſſare paſſionem, erit potentia & non tertia *Solutio.* ſpecies qualitatis. Reſpondetur, quod ſit in aliqua qualitate, ſeu ipſa qualitas ſit potentia ad agendum aliquid, illa ſecundum hanc rationem formalem pertinebit ad ſecundam ſpeciem, & nõ ad tertiam, quia potentia eſt illa, quæ ad actionem ordinatur, vt principium eius & eſt ſecunda qualitatis ſpecies. Hæc verò tertia ſpecies eſt taliter qualificãs ſubiectum, quod explicamus per cauſſare paſſionem, vel cauſſari à paſſione.

Ad 7. & 8. arg. Ad ſeptimum & octauum patet ex concluſionibus.

QVÆSTIO LXI.

Vtrùm forma, vel figura ſpecie differant.

1. Argum. ET primò videtur, non eſſe ſpeciẽ qualitatis, quia qualitas eſt modus, & terminatio ſubſtantiæ, vt apertè aſſerit Ariſtoteles in fine huius ſpeciei, ſed forma, vel figura non determinant ſubſtantiam, ergo non ſunt qualitates. Probatur minor, quia determinant & qualificant quantitatem, vt ſit triangularis, quadrãgularis, vt dicemus ſtatim; ergo nec ſufficit dicere, quod quantitas eſt aliquid ſubſtantiæ, & ita qualificando ſubſtantiæ qualitatem, videtur qualificare ſubſtantiam, quia eſſe triangularem, vel aliquid huiuſmodi, accidens eſt quantitatis, & non ſubſtantiæ, ſicut eſſe par vel impar, ergo qualificando quantitatem non qualificatur ſubſtantia. Et *Confir. 1.* confirmatur, quia effectus formalis qualitatis, ſi qualificat ſubſtantiam, debet eſſe in ipſa ſubſtantia, ſed iſte effectus nõ eſt in ſubſtantia, ſed in quantitate, ergo talis effectus non eſt effectus qualitatis. *Confir. 2.* Et confir. 2. Nam in Euchariſtia manet figura & quantitas verè qualificata, & tamen non eſt ille effectus in ſubſtantia, ergo figura non eſt qualitas nec modus ſubſtantiæ.

Secundò: Forma pertinet ad omnia *2. Argum.* prædicamenta, ergo malè aſſignatur ſpecies huius prædicamenti. Probatur antecedens: Nam eſt forma ſubſtantialis, quæ reductiuè pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ; item eſt forma accidentalis, quæ pertinet ad prædicamentum qualitatis; nam qualitas forma eſt accidentalis, relatio ſimiliter, imo reliquæ huius prædicamenti ſpecies ſunt formæ, vt habitus & diſpoſitio, naturalis potentia, paſſio, &c.

Tertiò. Forma & figura nullo modo *3. Argum.* differunt; ergo malè Ariſtot. aſſerit eſſe ſpeciem huius prædicamenti. Nam ſi forma accipiatur, prout eſt rerum artificialium, hoc eſt falſum; quia forma rerum naturalium eſt figura, quia lineis continetur. Si vero accipiatur forma, vt eſt modus quantitatis diſcretæ, & figura continuæ, nec hoc dici poteſt, nam etiam figura quantitatis diſcretę eſt forma. Nec ita in communi vſu accipi conſueuit hoc nomen, forma. Si autem forma accipiatur pro qualitate, à qua homines dicuntur formoſi, etiam falſum eſt, quia diſformitas pertinet cum pulchritudine ad primam ſpeciem, cum ſint conuenientia, aut diſconuenientia naturæ rei. Si autem dicatur, quod ſolũ differunt ratione, & quod forma dicitur figura rei, in quantum conueniens ſpeciei, figura verò, in quantum eſt terminus quãtitatis, etiam eſt falſum, quia figura, in quantum conuenit ſpeciei, pertinet ad pulchritudinem, quæ eſt primæ ſpeciei.

In hac quæſtione nullum vidi aſſerentem, formam & figuram ſpecie differre, nec ſatis explicantem, quid hęc eſſet, niſi Angelicum Doctorem, ideoque ex eius doctrina, ſicut & alia, hæc quarta ſpecies explicanda eſt.

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio: Forma dicitur, quę *1. Concluſ.* dat eſſe ſpecificum artificiato. Hæc

Digitized by Google

Doctrin. D. Thom. egregia. *Forma tripliciter accipi poteſt.*

concluſio eſt Diui Thomæ expreſſa 7. Phyſicorum, lectione 5. Et pro huius concluſionis explicatione notandum eſt, formã tripliciter ſumi. Vno modo pro forma ſubſtantiali, quæ tribuit eſſe potentiæ ſubſtantiæ, quæ eſt materia prima. Alio modo ſumitur forma pro actu tranſcendentali, & accidentali, qua ratione quodlibet accidens forma dicitur, quia tribuit eſſe tranſcendentale accidentale ſubſtantiæ. Tertio modo ſumitur, prout eſt ſpecies quarta qualitatis, & de iſta dicitur in concluſione, quod eſt, quæ dat eſſe ſpecificum artificiato, vt domui, turri, & aliis huiuſmodi Nam domus ſpecie differt ab alia domo ſecundum diuerſam formam, vt domus heptangula, ſpecie differt à domo triangulari, propter diuerſam formam ſpecie. Hæc concluſio non aliter probatur, quam ex communi loquendi modo. Nam formam domus vocamus coniunctionem plurium qualitatum, quatenus per artem introducitur, ſeu formam quantam introductam per artem. Et præterea probatur, quia forma rerum artificialium qualitas eſt, quia ſubiectum, in quo eſt, ratione quantitatis, denominat quale, & non poteſt ad aliam ſpeciem, quam ad iſtam pertinere, ergo, &c.

2. Concluſ. Quid ſit figura.

Secunda concluſio: Figura dicitur, quæ dat terminationem quantitati. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ in eodem loco, & in 3. diſtinct. 16. quæſt. 2. art. primo, ad prim. Vbi ſic dicit; Figura dupliciter dicitur. Vno modo dicitur qualitas reſultans ex terminatione quãtitatis, & iſto modo non dicitur Chriſtus transfiguratus, quia eadem lineamenta corporis in ipſo erant. Alio modo dicitur figura ſignum alicuius, & iſto modo fuit Chriſtus transfiguratus, quia claritatem ſibi veraciter inhærentem aſſumpſit ad tempus, in figuram futuræ claritatis, quæ erit in ſanctis. Sed hic eſt notandum, quod quantitas duplici ter poteſt terminari. Vno modo per ea, quæ ſunt ſui generis, vt linea terminatur punctis, & ſuperficies lineis, & corpora ſuperficiebus. Alio modo per ea, quæ ſunt alterius generis,

Figura dupliciter accipi poteſt apud Diuũ Thomam.

Obſeru. dupliciter aliquid terminari poteſt.

quæ terminatio ex priori terminatione oritur. Et iſto modo figura dicitur terminus quantitatis ſuperueniens quãtitati terminatæ propriis terminis, tribuens ei qualificationem, & modificationem, & faciens ipſam quadrangularem, triangularem. Vide ſecundum Diuum Thom. 3. part. quæſt. 45. articulo 1. ad primum, vbi definit figuram, quod ſit, quæ termino, vel terminis clauditur. Et prima parte, quæſt. 7. articu. primo, ad primum, vbi etiam aſſerit Angelicus Doctor, quod terminus quantitatis eſt ſicut forma ipſius, cuius ſignum eſt, quod figura, quæ conſiſtit in terminatione quantitatis, eſt quædam forma circa quantitatem. Et nota iſtum locũ pro dicendis inferius. Ex his locis colliges, figuram ex neceſſitate debere conuenire rebus corporeis finitis, quæ terminis clauduntur: nam corpus infinitum, ſi daretur, nullam haberet figuram.

Loca Diui Tho notanda pro inferius dicendis.

Quibus rebus neceſſariò figura conueniat.

3. Concluſ. Quo forma & figura differant.

Tertia concluſio. Forma & figura non differunt ſpecie, ſed tantum ſecundum aliquid accidens. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ ſupra dicto loco, 7. Phyſicorum, lectione quinta, & loco proximè adducto ex prima parte, vbi dicit, quod terminus quantitatis eſt ſicut forma ipſius; itaque illud ipſum, quod eſt forma, formaliter eſt figura. Sed differunt, quia forma dicitur, quatenus terminat actionem artis ſpecificando illã; figura dicitur quatenus conſequitur ad terminatiõne quantitatis per propria ipſius. Sed hæc differentia non eſt eſſentialis in figura, & forma, ſed accidit illi ab extrinſeco, ergo &c. Et magis hoc probatur: Nã ſi figura quadrangularis, ſiue ſit à natura, ſiue per artem, eſt eiuſdem ſpeciei; ſed, quatenus prouenit ex natura quantitatis ſic terminatæ, eſt figura, quatenus terminat actionẽ artis, & dat ſpeciem artificiato, eſt forma: ergo hæc conſideratio, ſeu hic reſpectus ad artem non variat rei eſſentiam. Et confirmatur. Nam Ariſt. cum dixit, quartam ſpeciem qualitatis eſſe figuram, nõ adhibuit diuerſa exempla, quorum vnum deſeruiret formę, & alterum figuræ, ſed abſolutè exempla poſuit; ergo

Differentia inter formam & figuram eſt accidentalis, non eſſentialis.

go ſignum eſt, non differre ſpecie.

4. Concluſ. An forma, & figura reperiantur etiã in quãtitate diſcreta. Quarta concluſio. Etiam in quantitate diſcreta reperitur forma & figura. Hæc concluſio contra aliquos ſtatuitur, qui dicunt, ſolum reperiri in quantitate continua. Sed eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis 5. Metaphyſicæ, capite de quali, & Diuus Thomas lectione decima quarta, circa ſecundum modum qualitatis. Vbi Ariſtoteles ſic dicit. Alio modo quale dicitur, ſicut immobilia ipſa & mathematica, quo pacto numeri quales quidam eſſe videntur, vt ipſius compoſiti ſubſtantia; namque cuiuſcunque eſt ipſum ſemel, & qualitas bis vel tres. In quibus verbis dicit Diuus Thomas: Dicimus enim, ſuperficies eſſe quales, in quantum ſunt quadratæ, vel triangulares, & ſimiliter numeri dicuntur quales, in quantum ſunt compoſiti. Dicuntur autem numeri compoſiti, qui communicant in aliquo numero menſurante eos, ſicut ſenarius numerus mẽſuratur ternario, incompoſiti numeri ſunt, qui non menſurantur alio numero: ergo, quod in numero ſuſcipit qualitatem, eſt ſubſtantia numeri, v. g. in ſenario ſex vnitates, & qualitas eſt, quod ſenarius dicat bis tria & nouenarius ter tria; nam ſic reſultant numeri quales, ſicut ex tribus lineis reſultat triangulus figura. Et in Arithmetica numeri ſortiũtur hac ratione varias qualitates, vt dicãtur quadrati, curui, &c. Et probatur ratione, Nam ſicut accidit quãtitati, quod componatur ſic ex tribus, vel quatuor lineis, & ita quadrãguli forma eſt qualitas quantitatis, ita accidit numero, quod habeat numerationem bis vel ter, & hæc eſt qualitas eius, ſed quoniam hæc ad Arithmeticam ſpectent, non ſunt extendenda hic. *Quo & quare numeri vocẽtur nominib. quadrati curui, &c.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. *1. Solutio.* AD primum reſpondetur, quod ſunt qualitates, quia in quantitate determinant aliquid, quod ſe habet ad modum ſubſtantiæ, ſcilicet lineas, vel ſuperficies, vel ſenarium numerum, quod ſufficit, vt patet ex Ariſtotele, in loco adducto in vltima concluſione. Secundò reſpondetur, quod qualificando quantitatem qualificant ſubſtantiam, quæ eſt ſubiectum quantitatis, & qualificatio quantitatis tendit, vt qualificetur ſubſtantia, ſicut extenſio quantitatis ad extenſionem ſubſtantiæ ordinatur. Et per hoc patet ad primam confirmationem. *Solutio.* Ad 2. reſp. quod etiam illa quantitas eſt habens figuram ſphæricam, & quando erat ſubſtantia panis qualificabatur per illam figuram, & erat etiam ſphærica. Et ita dicimus cælum eſſe ſphæricum, hominem eſſe rotundum, licet illa qualitas quantitatis ſpecierum non habeat hunc effectum modo, quia ſubſtantia panis fuit conuerſa in verum Chriſti corpus. *Ad 1. & 2. confirm.*

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod accipitur forma pro vt dicitur de omni prædicamento tranſcendentaliter, hæc verò accipitur ſtricto modo pro quarta ſpecie qualitatis.

Ad 3. arg. Ad tertium patet ex concluſionibus.

Ex dictis in his ſpeciebus qualitatis, quæ ſecundum communem doctrinam Peripateticã, & Thomiſticã dicta ſunt, ſequitur primò, falſum aſſerere Suarez diſputatione 41. ſectione 4. numero 9. cum aſſerit; calorem & frigus non pertinere in elementis & mixtis ad ſecundam ſpeciem; quia non ſunt facultates per ſe primò inſtitutæ ad agendum, ſed per ſe primò ſunt quædam formæ formaliter afficientes ſubſtantiam, vt conſeruent, vel inducant illam in materia. Quod, inquam, falſiſſimum eſt, quia ignis verè agit, non per ſuam eſſentiam, ergo per potentiam ſuperadditam; quia omnis res creata, cum agit, per potentiam ſuperadditam operatur. Vnde, quamuis diſponat ſubiectum, vt bene ſe habeat, non ſequitur, niſi quod ſit in duabus ſpeciebus, & in prima & ſecunda, non verò quod non ſit in ſecunda, & per ſe primò, vt potentia data eſt ad operandum. Quis negabit, hominem bene ſe habere per potentiam tactus, in quantum eſt animal, ſic adeo, vt deſtructa hac potentia pereat animal, vt aſſerit Ariſtoteles ſecun- *Falſitates, quas Suarez contra Ariſtot. & D. Tho. docet; 1. Falſitas.*

cundo de anima? & nihilominus nullus compos mentis negabit, tactum eſſe potentiam operatiuam. Et idem dicendum eſt de potentia operatiua. Et idem dicendum eſt de potentia viſiua, qua benè ſe habet natura videns, & eſt ni-

2.Falſitas. hilominus potentia. Falſum etiam cenſeo, quod aſſerit numero 10. qualitates ſenſibiles, quatenus cauſſant ſpeciem intentionalem in ſenſibus non habere rationem potentiæ, quia etiam hanc virtutem productiuam habent. Et hæc virtus illarum (modò diſtinguatur ab aliis, modo non) verè eſt potentia, & à natura ordinata ad illum finem. Nec eſt neceſſe ad hoc, quod ſit potentia, quod eadem res non poſſit aliis vſibus deſerui-

3.Falſitas. re. Falſum etiam cenſeo, quod aſſerit numero duodvcimo, grauitatem & leuitatem eſſe potentias actiuas reſpectu grauium, quia non ſunt datæ à natura à generante, licet reſpectu generantis habeant rationem inſtrumenti actiui.

Obſeruatio Auctoris ſulera. Solum aduerte, quomodo dicat, grauitatem & leuitatem eſſe potentias actiuas, & nolit hoc concedere de calore & frigore. Quis non videbit, ſine fundamento in his rebus loqui, quia etiam grauitas data eſt graui, & leuitas eidem, vt diſpoſitiones, nec illorum forma ſine his conſeruari poteſt naturaliter. & nihilominus dicit, pertinere ad potẽtias. Cur ergo hoc denegat calori & frigiditati, etiamſi diſponant ſubſtantiam, in

4.Falſitas quibus ſunt? Ex quibus colliges, etiam falſum dicere numero decimo tertio. Peius autem loquitur numero decimo quarto, vbi contra Ariſtotelis expreſſam ſententiam dicit, durum & molle non pertinere ad ſecundam ſpeciem, cum Ariſtot. dicat: Similiter autem his & durum, & molle ſe habet, vt patet in ſe-

Ratio Suarez nullius momenti. cunda ſpecie huius prædicamenti. Et ſua ratio nihil valet, quia, inquit, non ordinantur ad aliquem actum, & ita non ſunt potentiæ paſſiuæ, ſicut ſanatiuum, & ægrotatiuum ſunt qualitatis ſpecies: nam ita aſſerit Ariſtoteles: Nec inconueniet, quod reponantur in tertia ſpecie, quia vtramque rationem habere

5.Falſitas. poſſunt. Sequitur 2. in numero decimo quinto, malè dicere, prius agendum eſſe de potentia, quam de habitu, quia potentia eſt prior. Hoc enim clarum eſt, contra Ariſtotelem dici & fieri, & contra Angelicum Doctorem 1.2. queſt. 49. artic. 2. Nam etiamſi potentia ſit prior generatione, non perfectione, & habitus ordinatur ad diſponendum naturam primò, & per ſe, & ita prius de illo eſt agendum, quam de potentia. Sequitur

6.Falſitas. tertio, falſum dicere numero vigeſimo, ſanitatem non eſſe qualitatem ſimplicem, quia impoſſibile eſt, quod vna ſpecies componatur ex pluribus ſpeciebus differentibus, cum quælibet illorum ſit ens in ſuo genere completum, & ſanitas expreſsè ponitur ab Ariſto-

7.Falſitas. tele prima ſpecies qualitatis. Et peius loquitur, dum dicit, non eſſe propriam rationem primæ ſpeciei, diſponere ſubiectum, vt benè, vel malè ſe habeat in ordine ad ſuam naturam. Et ſi aliæ qualitates hoc habeant, etiam erunt diſpoſi-

8.Falſitas. tiones, vel habitus. Falſum etiam dicit, cum aſſerit, pulchritudinem non eſſe vnam ſpeciem qualitatis, nec in prima collocari ſpecie. De gratia iam diximus. Et nota, quomodo eludit exempla Ariſt. vt ſuas contra illum includat opi-

9.Falſitas niones. Videbis etiam falſum dicere, cum ait, modo à ſe poſito facilè & clarè intelligi ſpecies qualitatis: nam falſo & obſcurè ab ipſo explicatur, & exponitur contra communem opinionem, & contra Ariſtotelem, & Angelicum Doctorem.

QVÆSTIO LXII.

Vtrum ſpecies qualitatis omnes diſtinguantur ſecundum rationem, & an eadem qualitas ſit in diuerſis ſpeciebus.

Controuer. 1.Opi. Suarez contra D.Thom. SVAREZ, ſectione 4. ſupra dictæ diſputationis, un. 5. poſtquã reiecit opinionem D.Tho. vt non aptam, nec conuenientem ad Metaphyſicè diſtinguendas ſpecies, atque eſſentias harum qualitatum aſſerit,

ſerit, ſed non probat, non poſſe vnam, & eandem rem conſtitui eſſentialiter in diuerſis ſpeciebus eiuſdem generis. *1. Argum.* Nam idem calor, ſecundum quod eſt virtus calefaciendi, eſt etiam diſpoſitio ſubiecti: ergo non poteſt eſſe calor, vt ſic, in diuerſis ſpeciebus. *Confirm.* Et confirmatur: quia non poſſet vtraque illarum rationum eſſe eſſentialis illi entitati, ſed illa tantum, quæ in re non diſtinguitur ab ipſa forma. Sed adiuuemus hanc opinionem aliquibus argumentis, & ſit

2. Argum. Secundum argumentum. Nam calor, vt calor, vt eſt vna primarum qualitatum, non habet, niſi vnum genus, & vnam differentiam, ergo impoſſibile eſt, quod ſit in diuerſis ſpeciebus. Conſequentia patet, quia plures ſpecies plures naturas genericas habent diſtinctas, & determinatas per diſtinctas differentias; nam alia natura generica realiter diſtincta eſt in equo, & alia in homine, & alia differẽtia in equo, & alia in homine Antecedens patet. Nã calor, vt ſic, ſpecie differt à frigiditate, ſiccitate, & humiditate; ergo ſolum habet vnam differentiam. *Confirm.* Et confirm Nam calor vt ſic, vel eſt ens per accidens vel per ſe, non per accidens, quia non dicit diuerſas eſſentias, vel eſt ens per ſe, & ſic erit in vna ſpecie, inquiro, in qua; ſi fuerit in prima, non erit in ſecunda, & ſi in ſecunda, non in prima, nec tertia, ergo, &c.

3. Argum. Tertiò. Hoc nomen calor vel eſt æquiuocum nomen, vel vniuocum, vel analogum, reſpectu caloris, vt eſt in prima, vel ſecunda ſpecie. Si eſt æquiuocum, videtur falſum: quia communiter reputatur vniuocum: ſi vniuocum, ergo vnã rationem ſolum ſignificat, & ſic erit ſolum in vna ſpecie. *Confirm.* Et confirm. Calor, vt eſt ſimpliciſſima qualitas, & ſecundum eandẽ rationem, eſt & principium operandi, & diſponit ſubiectum conformiter, vel difformiter ad ſuam naturam; ergo ſecundum eandem rationem erit in pluribus ſpeciebus, quod eſt impoſſibile, quia, cum illæ rationes ſpecificæ ſint diſtinctæ ſecundum diuerſas rationes, debet eſſe in illis, & non ſecundum eandem.

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio. Aliqua qualitas ponitur in duabus ſpeciebus huius prædicamenti, ſecundum tamen diuerſas rationes. *2. Opin. Authoris. 1. Concluſ. contra Suarez.* Hæc concluſio eſt Ariſtot. in hoc prædicamento expreſſa. Nam in prima ſpecie collocat calorem & frigiditatẽ, & in tertia ſpecie dicit etiam eſſe calorem & frigiditatem, nigredinem, & albedinem. *Loca D. Thom. pro Cõcluſione.* Eſt etiam hæc concluſio ferè omnium interpretum Ariſtotelis in eiſdem locis, vbi illam habet Caietanus exponendo, tertiam ſpeciem qualitalis, ſimiliter & Soto. Eſt etiam hæc concluſio D. Tho. 1.2. quæſt quinquageſima, art. primo, ad vltimum, vbi ſic dicit; Commenſuratio ipſarum qualitatum paſſibilium ſecundum conuenientiam ad naturam, habet rationem diſpoſitionis, & ideo facta alteratione circa ipſas qualitates paſſibiles, quæ ſunt calidum & frigidum, humidum & ſiccum, fit ex conſequenti alteratio ſecundum ægritudinem, & ſanitatem. Primò autem, & per ſe non eſt alteratio ſecundum huiuſmodi habitus. Vbi nota, quomodo calorem vocat diſpoſitionem, & hac ratione ad primam ſpeciem pertinet. Vocatur etiam à D. Thom. paſſibilis qualitas, quæ eſt tertia ſpecies, ſed diſpoſitio vocatur ſecundum commenſurationem, & naturam, & paſſibilis qualitas abſolutè. Et dicit, quod non ſit primò & per ſe alteratio circa frigus, vt eſt diſpoſitio, ſed vt eſt paſſibilis qualitas: ergo diſtinguuntur ſaltem formaliter. Aliàs, ſi idem prorſus eſſent, fieret ex æquo alteratio circa vtrumque, & magis clarè quæſt. 49 artic. tertio, ad primum, quem vide. Et videbis apertè, qualitates ſenſibiles collocari in prima ſpecie à D. Th. Et dicis, eſſe paſſibiles qualitates, quæ collocantur in tertia ſpecie à D Thom. & à Philoſopho. *1. Ratio pro Cõcluſione.* Præterea probatur rationibus; primò probo, calorem eſſe in duabus ſpeciebus qualitatis. Nam calor eſt qualitas diſponens ſubiectum conformiter ad ſuam naturam, ergo eſt diſpoſitio. Conſequentia probatur,

Digitized by Google

quia iſta eſt definitio qualitatis primæ ſpeciei, quæ eſt diſpoſitio. Antecedens probatur, nam calor diſponit benè ignem in ordine ad ſuam naturam, & idem in homine, ſi habeatur moderatè.

2. Ratio.

Et præterea; calor eſt qualitas cauſſans paſſionem in ſenſibus, ergo eſt paſſio, vel paſſibilis qualitas; & ibi eſt paſſibilis qualitas. Quin potius ibi eſt potentia, quæ eſt principium calefaciendi, & ita erit in tribus ſpeciebus.

3. Ratio.

Præterea ſatis probabile eſt, relationem, & fundamentum non diſtingui realiter, tanquam res a re; licet ego cenſeam oppoſitum, ſed quod eadem entitas eſt albedo, & ſimilitudo; ergo etiam erit probabile, eandem entitatem eſſe poſſe diſpoſitionem, & paſſibilem qualitatem, quia magis diuerſa ſunt fundamentum & relatio; quam ea, quæ ſunt eiuſdem prædicamenti, licet ſit maior ratio ad ponendam diſtinctionem realem inter fundamentum, & relationem, quia illa ſunt abſolutum, & relatiuum, & iſtæ ambæ ſunt abſoluta. Quapropter noſtra opinio de relatione & fundamento, & hæc concluſio ſunt Diui Thomæ placitæ. Maior autem difficultas eſt in explicando, quonam modo idem calor ſit in pluribus ſpeciebus.

2. Concluſ.

Quomodo ſub diuerſis formalitatibus idem calor pertineat ad diuerſas ſpecies qualitatis.

Sit ſecunda concluſio. Calor multiplicem rationem formalem habet, & ideo, ſi conſideretur ſecundum vnam rationem formalem, eſt in vna ſpecie, ſi ſecundum aliam, eſt in alia. Et iſtæ rationes formales ſunt qualitates differentes ſpecie, & diſtinctæ actu, ſecluſa operatione intellectus. Vnde abſolutè calor non eſt vna ſpecies qualitatis, niſi explicemus in calore aliquam vnam rationem formalem. Calor enim, vt conuoniens naturæ, eſt diſpoſitio, vt principium calefaciendi, potentia, vt terminus paſſionis, paſſibilis qualitas. Hæc concluſio infertur ex præcedenti. Nam iſtæ rationes, ſecundum quas ponitur in diuerſis ſpeciebus, ſunt rationes reales, quia ſunt in prædicamento qualitatis, quod eſt aiquid reale, & diſtinctæ actu, quia ſunt in diuerſis ſpeciebus, & habent diſtinctam genericam naturam, ſicut homo habet aliam naturam genericam ab equo; ergò ſunt à parte rei. Verum eſt, quod aliqua vna ſpecies debet intelligi prius in eſſe, quam aliæ, & erit illa, quæ magis intimè conuenit, vt in calore exiſtimo eſſe diſpoſitionem.

Explicatio aliorum.

Alii explicant hoc, quod ibi ſubſternitur quędam entitas, quę induit illas diuerſas rationes formales, ſicut contingit in motu. Caietanus dicit in hoc prædicamento, quod calor & frigus ſimpliciter ſunt in tertia ſpecie, quia ſunt termini paſſionum, vel cauſſant illas, quod eſt ſimpliciter conueniens eis; vt conuenientia verò naturæ, vel diſconuenientia, ſunt in prima ſpecie.

Modus dicēdi Caiet. probabilior cæteris.

Et hic eſt probabiliſſimus loquendi modus: & eſt, quem nos explicuimus. Nam eſt aliqua ratio ſpecifica, quæ ſupra dictis qualitatibus conuenit principaliter, & alia, vt talem vel talem rationem illa ſpecies principalis habet materialiter, & per hoc intelliges, quomodo à grauiſſimis Doctoribus qualitates modò in vna ſpecie, modò in alia collocentur, quia modò vnam rationem formalem, modò aliam conſiderauerunt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

AD primum reſpondetur, quod calor ſecundum eandem rationem non poteſt eſſe in pluribus ſpeciebus, benè tamen ſecundum diuerſas. Vnde vt virtus calefactiua eſt in ſecunda ſpecie, vt verò eſt conueniens naturæ ſubiecti, vel diſconueniens, in prima, vt verò dicit ordinem ad paſſionem, in tertia; & hoc illi conuenit in re.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpōdetur, quod calor principaliter habet vnam ſpeciem, & habet etiam adiunctam aliam rationem formalem diſtinctam, vt eſt videre in albedine, & ſimilitudine ſecundum probabilem opinionem. Secundò reſpondetur, quod calor habet multas ſpecies qualitatis, & ita ſecundum vnam rationem eſt in vna, & ſecundum aliam rationem eſt in alia.

Ad 2. arg.

Et per hoc patet ad ſecundum argumentum. Nam poſſumus dicere, quod principaliter habet vnam ſpeciem, &

ſecun-

ſecundariò alias; vel quod habet multas ſpecies, ſicut motus habet cõnexas multas rationes prædicamentales. Ad confirmationem reſpondetur, quod calor, quoad principalem ſpeciem, eſt ens per ſe: ſi autem accipiatur ſecundũ omnes ſpecies, quæ ſibi conueniunt, eſt ens per accidens.

Ad confir.

Ad 3. arg. Et per hoc patet ad tertium argumẽtum. Si autem hoc nomen calor accipiatur, vt ſignificat omnes rationes calori conuenientes, ſic eſt æquiuocum. Si autem accipiatur, vt dicit vnam ſpeciem, quam principaliter importat, eſt ens per ſe. Et per hoc patet ad confirmationem. Alij dicunt ad quæſtionem hanc, quod calor, vt ſic, non dicit aliquam ſpeciem, ſed ſolum quid imperfectũ, quia non dicit aliquid determinatum, ſed ſe habet vt motus, ſed vt conueniens, aut diſconueniens eſt in prima ſpecie, vt principium operandi calorem, in ſecunda, vt quid dicens ordinem ad paſſionẽ, in tertia. Ex dictis huc vſque colliges, vbi ſit rarum & denſum, aſperum & læue: ſignificant enim qualitatem, & ſic ſunt in tertia ſpecie, & ſignificant etiã quandã poſitionem partium, & ſic ſunt in prædicamento ſitus. Et ex hoc colliges, quomodo eadem res ſecundum diuerſas rationes non ſolum in diuerſis ſpeciebus, ſed etiam in diuerſis ſit prædicamentis; quale verò quid ſit, ex his conſtat; & quomodo etiam qualitas realiter diſtinguatur à re, quæ eſt qualis; quia potentiæ, quæ ordinantur ad actus accidentia & habitus, realiter à potentiis diſtinguuntur, ſimiliter, & qualitates tertiæ ſpeciei. Et hoc magis patet de forma vel figura.

Ad confir. *Modus dicendi aliorum.* *1. Coroll.* *2. Coroll.*

QVÆSTIO LXIII.

Vtrum proprietates qualitatis ſint rectè aſſignatæ à Philoſopho.

Explicatur prima

PRima eius proprietas eſt, quod qualitas habet contrarium, vt albedo nigredini cõtrariatur, iuſtitia iniuſtitiæ, & album nigro, & iuſtum iniuſto, rubro autem, aut pallido nihil contrariũ eſt. Circa hanc proprietatem nota ex Caiet. & Soto, & aliis communiter, Ariſtotelem hic ſermonem facere de contrarietate ſimpliciter, & non ſecundum quid. Dupliciter enim aliqua ſunt contraria, ſimpliciter, & ſic vnum vni tantum contrariatur, quia iſta contrarietas eſt inter extrema, quæ maximè ſub eodem genere diſtant, & ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt, & ita non poſſunt eſſe, niſi duo, vt albedo & nigredo in genere coloris, & dulcedo & amaritudo in genere ſaporis: quia extrema maximè diſtantia duo ſolum poſſunt eſſe. Eſt ẽt contrarietas ſecundum quid, & ſic vnum pluribus contrariatur: ſic enim contraria dicuntur media ſub aliquo genere, tam inter ſe, quam relata ad extrema, vt pallidum contrariatur rubro, & albo, & nigro; ſed hæc contrarietas eſt ſecundum quid, ſiquidem contrariatur nigredini rubrum, vt ſapit albedinem, & albedini vt ſapit nigredinẽ, & nigredo rubro contrariatur, vt ſapit albedinem, & albedo rubro eidem contraria eſt, vt rubrum participat aliquid de nigredine, & vocatur ſecũdũ quid, quia non eſt ratione ſui hæc cõtrarietas, ſed vt ſapit alterius naturam, & ita, cum Ariſtotel. hic dixit, qualitati eſſe aliquid contrarium, de cõtrarietate ſimpliciter eſt contraria: quia iuſtitia, vt dicitur 3. Ethicor. non eſt virtus media inter duo extrema vitia, ſicut eſt liberalitas inter prodigalitatem & auaritiam. Concreta verò contrarietatẽ habent ratione qualitatum, hęc autem proprietas non eſt in quarto modo, quia non videtur cõpetere quartæ ſpeciei, formæ, ſcilicet, vel figuræ. Dicit ad complementum huius proprietatis ſecundò Ariſtoteles, quod, ſi vnum contrariorum eſt quale, reliquũ etiam eſt quale, ſi iuſtitia eſt quale, iniuſtitia eſt quale, nullum enim aliorũ prædicamentorum eſt contrarium qualitati, & ſi virtutis actus eſt qualitas primæ ſpeciei, quia diſpoſitio, ſuum contrarium, ſcilicet, vitii actus etiam erit qualitas eiuſdem ſpeciei, & ita erit aliquid poſitiuum cõtrarietatem habens ad rectam

Proprietas qualitatis, ex Caie. & Soto.

Aliqua dicũtur cõtraria dupliciter, nempe ſimpliciter, & ſecundũ quid.

An vni vnũ tãtum cõtrarietur vel plura quò, quãdo, & quare?

An verum ſit, q ſi unũ cõtrariorũ fuerit quale, alterum ẽt futurũ ſit quale?

ctam rationem, & ad actum virtutis.

Explicatur 2. Proprietas qualitatis.

Ponit ſecundam proprietatem qualitatis, quæ eſt, ſuſcipere magis & minus; nam album magis & minus album dicitur, & iuſtum magis & minus iuſtũ, & reſpectu ſui, & reſpectu aliorum. Dicit præterea, quod dubium eſt, an qualitates in ſe ipſis ſuſcipiant magis & minus, cum tamen certum ſit, quod in participatione earum in ſubiectis magis aut minus ſuſcipiãt. Sed hic nota, quod non ſolum participatio qualitatis in ſubiecto augetur, ſi album intenditur, etiam ipſa qualitas in ſe intenditur; & eius eſſentia, non tamen dicitur vna iuſtitia magis iuſtitia, quam alia, quia cum ſignificetur in abſtracto, imitatur ſubſtantias in modo prædicandi, quæ non prædicantur cum magis & minus. Quid ſit ſuſcipere magis aut minus, in prædicamento ſubſtantiæ diximus, & hanc proprietatem exactè tractare pertinet ad ſecundum de generatione, de qua etiam vide ſanctum Doctorem prima ſecundæ, quæſtio. 52. nam quod aliqui faciunt hic in genere diſputationem de habitibus, & de intenſione, & remiſſione, ſcum habeant proprias ſedes, & ſit phyſica tractatio, ridiculum eſt. Hæc autem proprietas non conuenit omni qualitati, quia non cõuenit quartæ ſpeciei.

Obſeruatio, quare qualitas in abſtracto non ſuſcipiat magis & minus.

3. Proprietas qualitatis.

Tertia proprietas qualitatis eſt, quod ſimilia & diſſimilia ſolum dicantur ſecundum qualitates; nam ſimile non dicitur alteri ſimile, niſi ſecundum qualitatem; non verò ſecundum ſubſtãtiam, nec ſecundum quantitatem. Et circa hanc proprietatem nota: quod, ſi ſimilitudo accipiatur formaliter, relatio eſt, & ita non dicuntur formaliter res ſimiles ratione quantitatis, ſed fundamentaliter ſolum; eſt enim fundamentum ſimilitudinis propriè dictæ vnitas in qualitate, & ſicut proprium eſt quantitatis, quod per eam res propriè dicantur æquales fundamentaliter, &, ſi aliqua æqualia dicuntur æqualia, ſecundum modum eſt, quia induunt modum quantitatis; & ita duæ ſubſtantiæ dicuntur æquales, non propriè, ſed ſecũdum modum, quatenus ſubſtantiæ induunt rationem quantitatis, id eſt, non ſe excedentes ſunt in eſſentia, ita propriè res ſimiles ſunt per qualitatem; & ſi ſecundum modum ſimiles dicuntur, & duo homines dicuntur ſimiles in eſſentia, ex eo eſt, quia conſideratur eſſentia per modum qualitatis modaliter, propriè tamen duæ ſubſtantiæ habent relationem identitatis.

Obſeru. Auctoris.

Quo ſubſtãtia dicantur æquales, vel ſimiles.

QVÆSTIO LXVI.

Vtrum vera ſint, quæ dicit Ariſtoteles in fine huius capitis.

ET videtur, quod non: Nam Ariſtoteles dicit, quod genus dicitur ad aliquid, non verò ſpecies, vt diſciplina ad aliud dicitur, Grammatica verò, quæ eſt ſpecies, non dicitur ad aliquid. Hoc falſum eſt; nam ſi ſpecies eſt abſoluta, genus non poteſt eſſe relatiuum, quia genus & ſpecies ſunt in eodem prædicamento; & impoſſibile eſt, rem aliquam eſſentialiter componi ex relatiuo & abſoluto.

Argum.

Reſpondetur. Ariſtot. verum dicere, & meminiſſe oportet ex præcedẽti prędicamento relationis diuiſionem in relatiuum, ſecundum dici, & ſecundum eſſe, & quid ſit quodlibet eorum. Cum ergò Ariſtoteles dicit, Grammaticam ſecundum ſpeciem non dici ad aliud, nec eſſe relatiuum ſecundum genus, maximè loquitur de relationibus ſecundum dici. Non enim Grammatica explicat ordinem tranſcendentalem in ratione Grammaticæ, & vt tali nomine ſignificatur in ordine ad obiectum, & diſciplina ſeu ſcientia, quæ eſt ſuum genus, dicit explicitè iſtum ordinem ſecundum nomen. Vnde eſt relatiuum ſecundum dici, & Grammatica non item; quapropter benè poteſt ſecundum genus eſſe relatiuum ſecundum dici, & non ſecundum ſpeciem, & ſicut è conuerſo potentia viſiua eſt relatiuum ſecundum dici, vt ſic, id eſt, ſignificatur cum ordine ad aliud, non verò eſt tale in ratione entis.

Concluſio.

Explicatur Ariſt. ex diuiſione relatiuorum ſecundũ eſſe, & ſecundum dici.

Itaque

Itaque relatiuum ſecundum dici ſumitur hic ab Ariſtotele pro relatiuo, quod dicitur ad aliud ſecundum nomen: non verò ſumitur pro relatiuo ſecundum eſſe, quia ſic oportet prædicamenta eſſe impermixta: nec ſumitur pro relatiuo, quod in rei veritate dicit reſpectum trãſcendentalem ad obiectum, quia ſic Grãmatica relatiuum dicitur ſecundum dici, quia in ſua ratione dicit ordinem ad obiectum ſcitum, quia in nomine, Grãmatica, non importatur iſte ordo, non dicitur relatiuum ſecundum dici. Vide aliam ſolutionem in Caietano.

Alia ſolutio Caiet.

Diſſoluitur argumentum.

Ad arg.

AD argumentũ reſpondetur, quod, quia prædicamenta debent eſſe impermixta, vt primo poſteriorũ, tex. 21. dicitur, non poteſt genus qualitatis eſſe relatiuum ſecundum eſſe, benè tamen ſecundum dici: quia relatiuum ſecundum dici res abſoluta eſt: & tale eſt, nõ quia ſit relatiuum, ſed quia dicatur: nam inter alias rationes relatiui ſecundũ dici vna eſt iſta, vt ſupra viſum fuit, vt dicatur non quomodocunque, ſed explicando reſpectum aliquem tranſcendentalem, vel habendo relationem ſecũdum eſſe adiunctam, quia talis res ſine illa relatione non explicatur.

Quo prædicamẽta ſint impermixta.

De prædicamento Actionis.

QVÆSTIO LXV.

In quo conſiſtat ratio actionis.

Controu.

1 Opi. Scoti, de duplici relatione intrinſecus, & extrinſecus aduenĩẽte.

IN explicanda eſſentia actionis variæ ſunt, diſcrepanteſque ſententiæ. Scotus ſubtilis Doctor aſſerit, eſſe relationẽ extrinſecus aduenientem, vt eſt videre apud ipſum in 3. diſt. 1. q. 1. & in 4. d. 13. q. 1. & Quodlib. 11. Cenſet enim, omnia iſta ſex vltima prædicamenta eſſe relationes extrinſecus aduenientes: & ita de actione debet ex neceſſitate dicere, quod eſt talis relatio extrinſecus adueniens. Vocat autem relationem extrinſecus aduenientem, quia non conſequitur aliquod fundamentum intrinſecum, vel quia non neceſſariò conſequitur ambobus fundamentis poſitis, vt relatio vnionis, & vbi: nam me poſito, & loco poſito, non ſequitur, me eſſe in illo. Idem dicit de relatione dexteritatis. Et hanc ſententiam optimè defendit pater Ioannes Ouando, ſupra 3. d. 1 fol. 31. Et dicit, conſiſtere in hoc, quod relata ſint ſimul; & non ſit relatio, quia in nullo extremo eſt extrinſeca entitas, quæ dicat habitudinẽ ad aliud: ſed relatio conſurgit ex nouo modo, quo res nũc ſe habet, qui modus non erat ante: & ita iſta relatio conſurgit non cùm eadem actione; ſed vna actione producitur res, & alia actione conſurgit relatio, vt patet in exemplis adductis.

Ioan. Ouando 3. ſent. explicat, et defendit opin. Scoti.

Secũda ſententia Suarez habet duas argumentationes.

Secunda ſententia eſt Suarez, diſputatione 48 ſectione 1. num. 15. & deinceps: qui dicit, quod actio nihil aliud eſt in re, quam ſpecialis illa dependentia, quam effectus habet à cauſa efficienti. Et probat, quia actio non eſt res faciẽs, nec res facta, ſeu terminus cauſſalitatis effectiuæ, nec eſt illæ duæ res ſimul ſumptæ, nec denominatio orta ex coexiſtentia illarum; ſed eſt aliquid aliud mediũ inter illas. Hoc autem nihil aliud eſt, nec fingi poteſt, niſi dependentia vnius ab alio: ergo, &c. Probatur minor: Quia ſine illa dependentia non poteſt intelligi in vno ratio effectus, & in alio ratio cauſſæ agentis: poſita verò hac dependentia, ſaluatur ratio cauſſæ, & effectus ſecluſa omni alia re: ergo, &c. Et confirmatur. Nam omnis effectus pendet à ſua cauſſa, per cauſſalitatem ipſius cauſſæ: ergo effectus cauſſæ efficientis dependet ab illa per cauſſalitatem efficientis: ſed cauſſalitas huius cauſſæ non eſt alia quam actio: ergo dependentia ſpecialis eſt actio. Dicit ſecũdò: actionem, vt ſic, dicere intrinſecè, & eſſentialiter reſpectum tranſcendentalem ad agens, ſeu ad principium agendi, & per iſtum reſpectum præcisè ſumptum non referri agens, vt ſic, ad aliud. Dicit tamen, actionem, vt ſic, dici poſſe vltimum actum potentiæ actiuæ, & exercitium eius, ſiue informet potentiam agentis, ſiue nõ.

1. Argum.

Confirmatio

2. Argum.

3. Sntа Soncinatis continens tria dicta.

Soncinas 5. Metaphyſicæ, quęſt. 26. loquens de actionibus phyſicis, vt comburere, & ſecare, & vrere, aſſerit. 1. quod actio non eſt potentia agentis, quia potentia agentis eſt prior actione: ſiquidē eſt principium agendi in aliud. Secūdò dicit: actionem non eſſe relationem agentis ad paſſum: quia actio poſterior eſt hac relatione, cum conſequatur relatio ad actionem, & etiam, quia relatio pertinet ad prædicamētum ad aliquid: actio verò eſt prædicamentum diſtinctum. Dicit tertiò, actionem eſſe formā factam in paſſo. Quam concluſionem, vt refert ibidem Soncinas, diuerſimodè explicant Capreolus, & Heruæus.

Snta Soncinatis variè explicatur à Capreolo, & ab Heruæo.

Nam Heruæus Quodlibeto 1. q. 9 & Iauellus 5. Metaphyſicæ, q. 13. aſſerunt, nihil aliud eſſe actionem, quam calorem productum ab igne, à quo ignis agens denominatur: quia denominatio non cōſiſtit in reſpectu; ſed in quadam informatione extrinſeca, ad quam poteſt cōſequi reſpectus. Capreolus verò in 2. d. 2. q. 1. art. 1. & 3. dicit, actionem dicere principaliter formam abſolutam, calorem v. g. & in obliquo importare relationem; nam debet eſſe calor, vt ab agente, ad hoc, quod ſit actio. Nec eſt inconueniens, quod aliquod generaliſſimum includat in ſua ratione formali rem alterius generis, in obliquo tamen. Et iſti authores aſſerunt, formam in fieri, vt denominat agens, eſſe actionem non in facto eſſe, ſed in fieri, prout eſt ab hoc.

Capreolus friuolè impugnatur à Suarez.

Vbi vides, quam friuolè impugnentur à Suarez, vbi ſupra, qui cenſet illos loqui de forma etiam in facto, vel non prout ab hoc. Sed noſter Angelicus Doctor in hac parte clariſſimè docet, quid ſit tenēdum. Et ideo, vt eius ſententiam de quidditate actionis explicemus, paulò altius repetendum eſt.

Hic nō diſputatī de actione Dei, quā certū eſt eſſe ipſammet eſſentiā diuināi ſimiliter nec, an actio Dei ſit in præd.

Et quidem in hac parte non inquirimus modò, quid ſit actio Dei, & an ſit in hoc prædicamento. Conſtat enim ex variis locis D. Th. Dei, actionem ſuam eſſe eſſentiam, & potentiam. Ita aſſerit Angelicus Doctor prima part. quæſt. 14 art. 4. vbi demonſtrat actionem intelligendi eſſe ſuā eſſentiam, & q. 54. in eadem prima par. per totam quæſtionem. Et ſi de actione Dei productiua aliquid ad extra ſermō fiat, etiam eſt ſua diuina eſſentia.

certum eſt enim nō eſſe, ſicut nec Deū ipsū; ſed diſputatur ſolum de actione prædicamētali, & quæritur, quæ ſit eius eſſentia, vel ratio formalis.

Nam D. Tho. 1. p. q. 44. art. 3. ad primum ita dicit. Ad primum ergo dicendum, quod creatio actiuè ſignificata ſignificat actionem diuinam, quæ eſt eius eſſentia cum relatione ad creaturam: ſed relatio in Deo ad creaturam nō eſt realis, ſed ſecundum rationem tantum: de iſtis ergo actionibus in præſenti nō eſt agendum. Nam accipiendo actionem, ſecundum quod eſt quid commune ad actionem creaturæ, & ad actionem Dei, non poteſt eſſe vniuoca: ſed ex neceſſitate debet eſſe analoga duobus conceptibus, vt aſſerit D. Thom in 2. d. 17. q. 1. art. 2. ad 4. vbi adducit Commentatorē dicentem; actionem æquiuocè dici de actione Dei, & de actione naturali. Accipit ibi æquiuocè pro analogicè duobus conceptibus. Quia cum analogia ſit quoddam medium inter vniuoca & æquiuoca, aliquando nominatur nominibus extremorum: & quia analogia duorum conceptuum accedit ad æquiuocationem, dicitur æquiuocatio. Et nolo diſputare etiam in præſenti, an actio Dei ſit in prædicamento: nam ex dictis conſtat, Dei actionem non eſſe in prædicamento, cum ſit eius ſubſtantia, & aſſerit D. Tho. in 1. d. 8. q. 4. ar. 3 ad 3. ſed in præſenti diſputamus de actione prædicamentali, quæ ſit cum motu; & de iſta inquirimus, quæ ſit eius eſſentia, & ratio.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Contra ſupra dictas opiniones.

PRima concluſio: actio eſt quædam formalitas, qua agens dicitur agere & producere ſuum effectum. Hæc concluſio ſatis patet: Nam eſſe agens eſt aliquid in entibus habens ſuam propriam eſſentiam diſtinctam ab omnibus aliis: ergo habet formam, ſecundum quam in tali eſſe conſtituatur. Impoſſibile eſt enim, aliquod eſſe conſtitutum in aliqua eſſentia, & quod non habeat hoc per formam aliquam: ſed agentis actio eſt forma: ergo eſſe formam quandam conſtitutiuam agentis eſt eſſe actionem: & hæc eſt eius formalitas. Et, vt hoc magis explicemus, dico; actionem in hoc

Digitized by Google

Quæ ſit eſſentia, vel ratio formalis actionis prædicamentalis.

conſiſtere, & hanc eſſe eius eſſentiam, eſſe quandam formam, ſecundum quam actu agens influat in effectum, dando illi per influxum eſſe, quod habet. Quemadmodum enim ratio albedinis conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe formam quandam, qua conſtituitur album in eſſe diſgregatiui viſus, eo modo eſſe actionem nihil eſt aliud, quam eſſe formam conſtitutiuam agentis, ſecundum quam habet producere effectum, & influere in illũ, dando illi eſſe per influxum. Et in hoc diſtinguitur ab aliis cauſſalitatibus aliarum cauſſarum, quæ non influunt: ſed materialis determinat, & ita habet ſuũ effectum: formalis informat: finalis eſt id, cuius gratia aliquid fit; efficiens verò habet agere influendo. Et ita hoc eſt inſeparabile ab actione, vt eius ratio formalis ſit conſtituere agens influendo in effectum.

2. Concluſ. Cõtra Suarez.

2 Secunda concluſio: Illa forma, qua agens in eſſe talis conſtituitur, eſt idem realiter cum motu, formaliter tamen diſtincta actu, ſecluſa operatione intellectus. Hæc concluſio eſt D. Thom. prima parte, quæſt. 45. artic. 2. ad ſecundum, vbi dicit, quod actio, & paſſio conueniũt in ſubſtantia motus, & differunt ſolum ſecundum habitudines diuerſas, vt dicitur tertio Phyſicorum. Idem videtur dicere 1. 2. quæſt. 90 articu 3. & libro 11. Metaphyſicæ, lectione nona, vbi dicit, quod vnus motus ſecundum ſubſtantiã eſt actio, & paſſio. Eſt etiam expreſſa ſententia Ariſtotelis tertio Phyſicorũ, cap. 3. vbi illam expreſsè docet. Et eſt communis ſententia ferè omnium, vno aut altero excepto. De quo dicemus rurſus.

Explicatio cõcluſionis ex D. Tho.

Ad intelligendam ergò concluſionem notandum eſt ex D. Tho. ſupra dicta concluſione nona, quod motiuum eſt in potentia ad mouendum, & mobile eſt in potentia, vt moueatur, & quia motiuum fit in actu, ex eo, quod mouetur, & mobile ex eo, quod mouet, idem modus erit actus, & mobilis, & motiui, motiui, in quantum facit motum, & mobilis, in quantum in eo fit motus. Vt enim motus recipitur in paſſo, eſt actus ipſius mobilis, vt verò eſt à mouente, eſt actus motiui, & quatenus motus eſt mouentis, vt à quo, dicitur actio, quatenus verò eſt actus mobilis, dicitur paſſio. Hæc ſunt verba D. Tho. vbi apertè docet, actionem, qua agens dicitur agere, eſſe motum illum, vt eſt à mouente, ſeu à motiuo: & per motum, vt eſt ab hoc ſubiecto, conſtituitur formaliter in eſſe agentis.

Verba Diui Tho. notanda pro cõcluſione.

Nam calefaciens, v. g. ignis, non dicitur calefacere vſque dum cauſſat calorem in ſubiecto: ergo per calorẽ in fieri, vt eſt ab igne, dicitur ignis calefacere: nã ſecluſo calore, vt eſt ab hoc, non dicitur ignis calefacere, & agere: ergo calor, vt eſt ab hoc, eſt ratio formalis igni agendi in actu; & idem calor, vt eſt in fieri, dicitur motus: at verò conſideratus vt actuans paſſum, dicitur paſſio: eſt ergo idem motus realiter actio, formaliter tamen diuerſa eſt ratio vtriuſque: quia quod conſtituit in ratione calefacientis, eſt actio, & hoc eſt calor, vt ab igne. Præterea, per hoc agit ignis, quia calefacit, & calefacere nihil eſt aliud, quam calorem ex ſe immittere: ergò calefactio eſt illa immiſſio caloris: immiſſio verò caloris eſt ipſe calor, vt eſt ab igne: ergo iſte eſt actio.

Difficultas contra concluſionem.

Sed contra concluſionem eſt argumentum: Nam ignis cauſſat calorem effectiuè: ergo non eſt calor, vt ab agente, actio, aliàs idem calor, vt ab agente, eſſet ratio cauſſandi eundem calorem, quod eſt impoſſibile. Nam effectus cauſſæ efficientis realiter debet diſtingui à cauſſa effectiua, & à ratione cauſſandi, ſeu conſtitutiua ipſius cauſſę in actu.

Solutio.

Reſpõdetur, quod effectus cauſſæ efficiẽtis debet realiter diſtingui à cauſſa effectiua, non verò eſt neceſſe, quod realiter diſtinguatur à ratione cauſſandi, quæ eſt actio, ſed ſufficit formalis diſtinctio inter actionem, & motum, & vt ſit vera cauſſa effectiua, ſufficit, quod effectus ſit diſtinctus realiter à cauſſa efficiẽti, non verò eſt neceſſe, quod realiter diſtinguatur ab actione effectus: quin potius ipſa actio prouenit per quandã reſultantiã effectiuè ab agente. Itaq; ignis effectiuè per actionem cauſſat calorẽ, & actio non eſt formaliter calor, ſed realiter; formaliter verò eſt ratio agendi igni: quæ ratio identificatur cũ calore in fieri: & dũ eſt calor in eſſe quieto, iã non

Digitized by Google

non eſt actio, ſed manet calor. Et pro maiori huius concluſionis intelligentia, vide D. Th. 1. Phyſicorum lectione 5. & in reliquis cauſſis hoc videbis etiã. Nam effectus cauſſæ finalis non diſtinguitur realiter à ratione cauſsãdi ipſius ſeu à cauſſalitate ipſius finis: nam motio metaphyſica eſt in effectu cauſſæ finalis, & informatio ſimiliter in effectu cãę formalis, & determinatio materiæ in effectu cauſſæ materialis. Sed de hoc latius ſecundo Phyſicorum, Deo concedẽte. Ex hac ratione ſequitur, ſatis probabiliter loquutum fuiſſe acutiſſimum Sõcinatem, vbi ſupra.

Locus Diui Tho. videndus pro concluſione.

Corollariũ.

Tertia concluſio: In actione non includitur formaliter motus, ſicut prædicatum ſuperius. Et idem eſt dicendũ de paſſione. Hæc concluſio eſt D. Th ſupra dicta lectione 5. 3. Phyſicorum. Et probatur. Nam motus diſtinguitur formaliter ab actione: ergo non includitur in illa, vt quid ſuperius. Conſequentia patet: nam animal non diſtinguitur formaliter ab hoīe; quia hõ in ſua ratione includit animal: ſed ſolum rõne ratiocinata diſtinguitur. Et antecedens probatur: Nam motus eſt poſtprædicamentũ; Sed poſtprædicamenta formaliter diſtinguũtur à prædicamentis, quale eſt actiò: ergo, &c. Præterea: Actio, vt ſic, non eſt actus exiſtentis in potentia ſecundũ quod in potentia: ergo actio non eſt motus formaliter. Conſeq. patet, & añs prob. Nam agens ex eo, quod agit, non mouetur ſed mouet, & ita nõ eſt in potẽtia, ſed actuat, & eſt in actu vltimo. & completo per illam in ratione agentis.

3. Concluſ. Quõ motus includatur in ratione formalis actionis.

Quarta concluſio: Ridiculum eſt dicere, quod actus eſt dependentia effectus à cauſſa, & eſt contra Ariſtotelem in 3 Phyſicorum, vbi ſupra, & contra omnes Philoſophos. Nam Ariſtoteles, & omnes Philoſophi dixerunt, actionem eſſe motum, provt procedit ab aliquo: ergo non eſt dependentia effectus: nam motus, prout procedit ab alio, nõ eſt dependentia. Et probatur hoc: Nam cum intelligimus nos, prius effectum ꝓcedere à cauſſa noſtro modo intelligendi, quam intelligamus dependentiam: ergo nõ conſtituitur cauſſa effectiua in eſſe talis, per dependentiã. Antecedens prob. Nam effectus ex eo, ꝙ habet eſſe à cauſſa, dependet ab illa: ergo prius intelligitur eſſe effectum ſuſceptum, ſeu ſuſcipi à cauſſa, quã intelligimus depẽdentiã. & tunc intelligimus rationẽ cauſſæ completæ, & perfectæ: tamen non intelligimus depẽdentiam: ergo, &c. Hęc autem dependentia eſt motus quidam effectus: nam ex eo, quod cauſſatur, habet iſtum motũ, quod dependeat. Item: Nam ſequeretur proceſſus in infinitũ: quia actio verè dependet à cauſſa effectiua, quia dimanat ab illa: ergo per dependentiam: & hæc dependentia cum ſit quid factum, etiam dependebit à ſua cauſſa: ergo &c. Et videbis hominem omnia cenſuræ ſubiicientem, quomodo ſit iudicandus ab omnibus: ipſe enim irridet reliquas opiniones, quia non explicant benè, quid ſit agere, ſeu actio: & minus hoc ille explicat, quia dicit, rationem actionis peculiarem dependentiam. Cum enim videret omnes effectus aliarum cauſſarum dependere ab illis, dicit, vt diſtinguat peculiarẽ rationem cauſſæ effectiuæ, quod eius ratio eſt peculiaris dependentia, & hoc deberet explicare, quid eſt peculiaris dependentia, & cum nõ explicet, nihil dixit. Nos autem dicimus, actionem eſſe formam extrinſecam, qua agens in effectum influit, & qua effectus dimanat ab efficienti: influxus autem realis ſolum eſt in cauſſa efficienti.

4. Concluſ. contra Suarez.

1. Probat.

2. Prob.

Reprehẽditur Suarez.

Quinta concluſio: Actio dicit abſolutum ſecundum eſſe, & relatiuum ſecundum dici; & hoc abſolutum explicatur optimè ꝑ relationes adiunctas, quæ ſunt ſecundum eſſe. Et Suarez numero 13. imponit D. Tho. quod non dixit. Certum eſt enim, actionem eſſe aliquid abſolutum, & relatiuum ſecundũ dici, quia eius eſſentia reſpicit agens quod conſtituit in eſſe tali, & effectum, quem producit, ſeu obiectũ, à quo ſpecificatur: & ita eſt relatiuum ſecũdum dici. Et hanc abſolutam eſſentiam explicamus nos per relationes adiunctas agẽtis, etiamſi ſit actio prior illis relationibus: quia relatiua ſecundum dici per relationes adiunctas explicamus, Sicut actionem Dei, quæ eſt ſua eſſentia

5. Concluſ. An actio ſit quid abſolutũ, vel reſpectiuum.

Suarez imponit Diuo Thom. falſum.

tia

tia, explicamus per relationem ad creaturas, & ſimiliter attributum omnipotẽtiæ. *Corollar.* Ex dictis ſequitur, actionem dicere ens cum tali modo, qui conſtituit illud in eſſe actionis, & in ratione conſtituentis illud, vt habens influxum in effectũ, & motionem, quod poſſumus dicere, eſſe influxum, vt quo, ſeu motionem, vt quo: & agens per illam mouetur & influit, vt quod. *Explicantur duo loca D.Tho.* In duobus locis adductis ſuperius ex prima parte videtur D.Th. aſſerere, actionem dicere relationem ſecundum eſſe: ſed eſt intelligendus, vt patet ex 3. Phyſicorum, lect. 5. de relatione conſequuta, quę deſeruit ad explicandam naturam actionis. Ex dictis ſequitur etiam, actionem non eſſe relationem extrinſecus aduenientem; ſiquidẽ relatio extrinſecus adueniens collocatur in prædicamento relationis. Et contra iſtas relationes vide Sotum in hoc prædicamento, & 5. Phyſic. q. 2. optimè contra Scotum rem hanc tractantem.

Diſſoluuntur argumenta.

Reſpond. Ad Argumẽta Suarez. AD argumenta Suarez patet ex dictis: actio eſt id, quo agens in effectum influit, & eſt motus, vt ab agente, vt decantant pueri. Dependentia autẽ eſt motus ipſius effectus, dum durat actio. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpondetur, quod potius eſt contra illum; quia ſi effectus pendet à cauſſa, per cauſſalitatẽ cauſſæ, alia eſt cauſſalitas, & alia depẽdentia; & dicit, quod realiter ſunt idem cauſſalitas, & depẽdentia: ſed hoc quid ad nos? Nam de formalitate loquimur, non de realitate. Nam etiam eſt actio idem realiter paſſioni, & motui, & formaliter non eſt paſſio, nec motus; ita licet cauſſalitas ſit realiter idem, quod dependentia, ſed non formaliter. Vnde videbis, quomodo hanc explicuerit formalitatem, quia diſceſſit à communi.

Difficultas grauis. Sed eſt argumentum logicum contra hanc rationem actionis. Nam ſi verum eſt, quod cauſſalitas cauſſæ propriè effectiuè eſt actio, & influere per veram actionem in effectum (nam nolo modò diſputare, vtrum reſultantia, ſeu influxus, ſiue per actionem, ſiue per reſultantiam ſit cauſſalitas efficientis) cõſtituat vnum prædicamentum reale ab aliis quatuor diſtinctum, ſequitur quod etiã cauſſalitas formalis cauſſæ, quæ eſt informare, & cauſſalitas cauſſæ materialis, quæ eſt determinare, ſeu componere, & cauſſalitas finis, quæ eſt motio metaphyſica, conſtituant alia tria prædicamenta; conſequens eſt falſum: ergo, &c. Probatur ſequela: Nam quæ eſt maior ratio, quare actio conſtituat vnum prædicamentum, quam vt informatio, & determinatio, & finalizatio conſtituãt alia prædicamenta, cum ſint entis determinationes, & habeant proprias ſpecies differentes formaliter. *Solutio.* Huic argumẽto reſpondetur? quod actio eſt quid completum; & ita, cum ſit diuerſa ratio primò diuerſa ab aliis, conſtituit vnum prædicamentum. *Doctrina pulcra.* Ceterum cauſſalitates reliquarum cauſſarum ſunt quid imperfectum, & incompletum; & ita eſt poſt prædicamentum, & reducuntur ad poſt prædicamentum prius. Itaque non eſt ratio, quare conſtituatur prædicamentum; quia eſt cauſſalitas efficientis; ſed quia eſt quid completum, & perfectum in ſuo genere, & reliquæ cauſſalitates non; ſed vagantur per multa genera, ſeu conſequuntur ad multa genera. Nam actio etiam eſt forma agentis, & ita habet hunc modum, quod eſt informare; & idem de paſſione, idem de qualitate, &c. Quod eſt argumentum, quod ſint quid imperfectum, & poſtprædicamentum, nec faciunt rationes primò diuerſas cum aliis prædicamentis. *Obiectio.* Et ſi dicas contra definitionem actionis, quod actio eſt forma, ſecundum quam agimus in ſubiectam materiam, ſed calor ignis eſt forma huiuſmodi: ergo eſt actio. *Solutio.* Reſpondetur, quod eſt forma in actu ſecundo, & calor ignis non eſt forma in actu ſecundo, & ita non eſt actio. *Explicatur locus Diui Tho.* Quapropter, quando D.Tho. ſupra dicto loco dicit, actionem importare motum, loquitur de eo, quod eſt materiale in actione; importatur enim motus in actione realiter, & materialiter, non verò vt quid formaliter incluſum in illa.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO LXVI.

Vtrum actio ſubiectetur in paſſo, an in agente.

Centrou. 1. Opi. Caiet. & aliorum.

IN decidenda hac quæſtione ſvariant Doctores. Quidam tenēt, actionem omnem eſſe in agente. Hanc opinionem habet Dominus Caiet. 1. p. q. 25. ar 1. Flandria lib. 5. Metaph. q. 22. ar. 2 & 3 & illā multi moderni ſequuntur, & cenſent, eſſe D. Tho. ſententiam. Sequitur ſupradictos Hiſpalen. 1. diſtinctione 27. q. 1. notatione 3. & illam tenet Scotus, in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. & Antonius Andreas, capite 9. de actione; & Auicennam in eandem citant ſententiam, quamuis Scotiſtæ non eodem modo accipiant actionem, ſicut & nos. Albertus 3. Phyſicorum, text. 1. capite 1. Bergomenſis tabula aurea, dubio 34. & 35.

1. Argum. Hanc ſententiam probo 1. ex Diuo Thoma, qui 2. contra Gentes, capite 9. dicit: Actio, quæ non eſt ſubſtantia agētis, ineſt ei, ſicut accidens ſubiecto, & ideo inter nouem prædicamenta computatur; & q. 7. de potentia, art. 9. ad 7. dicit; Actio, vt actio, conſideratur vt ab agente, in quantum verò eſt accidens, conſideratur vt in ſubiecto agente. Et 2. Sent. diſt. 40. quęſt. 2. art. 4. ita aſſerit: Ad primum dicendum, quod, cum actio ſit in agente, & paſſio in patiente, non poteſt eſſe idem numero accidens, cum non poſſit eſſe in diuerſis ſubiectis. Hoc etiam videtur aſſerete q 7 de potentia, art. 10. ad 1. & ad 7. & 3. contra Gentes, cap. 19.

2. Argum. Secundò. Eſſe agens eſt quid reale 9. ergo actio inhæret agenti. Probatur cōſequentia: aliàs eſſe agens erit aliquid rationis, quia denominatio extrinſeca, ſeu eſſe tale à forma extrinſeca eſt aliquid rationis, ſicut eſſe viſum aliquid rationis eſt, quia eſt à viſione, quæ eſt extrinſeca rei viſę: vt igitur ſit aliquid reale, debet eſſe denominante forma intrinſeca.

3. Argum. Tertiò: Actio eſt realis perfectio agētis, vt ſic; quia reducitur de potentia ad actum: ergo eſt in ipſo agente ſubiectiuè. Probatur conſequentia: quia forma non perficit, niſi ſubiectum, in quo eſt, quia perficit dando eſſe: & non dat eſſe, niſi vbi habet eſſe, & hoc eſt eius ſubiectum. Antecedens eſt D. Tho. q. 7. de potentia, ar. 1. ad 1. Et ratio eſt, quia vnū quodq. eſt propter ſuam operationem: ergo operatio eſt eius perfectio.

4. Argum. Quartò. Agens, dum agit, aliter habet ſe, quam antea, quam ageret, ſe haberet: ergo aliquod recipit in ſe, quod antea non habebat, ratione cuius aliter ſe habeat realiter, quam antea: hoc autem nihil aliud eſt, quam actio: ergo actio eſt aliquid reale, ſuſceptum in agente. Et confirmatur hoc argumentum. Nam Ariſtoteles 8. Phyſicorum dicit; quod ſi Deus de nouo ageret, mutaretur, hoc autem eſſet, quia de nouo in ſe ſuſciperet actionem: actio ergò eſt in agente.

5. Argum. Quintò. Actio eſt ratio fundandi relationem agentis: ergo ſubiectatur in agente. Antecedens patuit prædicamento relationis: conſequentia probatur: quia vbi eſt relatio, debet eſſe ratio fundandi & fundamentum.

6. Argum. Sextò. Agens agit per actionem, ſed non agit per formam, quæ eſt in paſſo: ergo per actionem, quæ eſt in ipſo. Maior probatur; quia ignis per calefactionem calefacit effectiuè, ſicut homo intelligit per intellectionem. Minor probatur: quia forma, quæ eſt in paſſo, eſt effectus agentis, & etiamſi formaliter diſtinguatur calefactio à calore, non poteſt producere effectiuè eandem realitatem, quæ eſt calor. Dices, quod actio non producit calorem, ſed agens per actionem producit calorem. Cōtra, quia actio in genere cauſſæ effectiuæ producit calorem: ſed ad veram efficientiam requiritur realis diſtinctio: ergo actio realiter à calore diſtinguitur, & ita debet eſſe in agente.

7. Argum. Septimò. Actio eſt accidens: ergo neceſſariò debet inhærere agenti, & non paſſo. Antecedens eſt per ſe notum; cōſequentia probatur: quia ſi inhæret, paſſum denominatur agens. Probatur conſequentia: quia impoſſibile eſt, formam

aliquam

Digitized by Google

aliquam eſſe in aliquo ſubiecto, & non denominare illud ſecundum propriam rationem formæ: nam formam denominare ſubiectum, nihil aliud eſt, quam cõmunicari ſubiecto; vel ſaltem ex hoc oritur denominatio, ſicut albedinem denominare corpus album, eſt albedinẽ communicari ſubiecto, vel oritur ſaltem ex hoc, quod communicetur ſubiecto, vt ſit ſubiectum album. Et confir. Nam cauſſalitas cauſſæ formalis eſt informatio: ſed actio informat paſſum, quia eſt in illo: ergo dabit illi ſuum formalem effectum. Confirmatur ſecundò; nam ſi actio eſt in paſſo, vt in ſubiecto: ergo habet eſſe in illo: ergo ſubiectum habet eſſe ipſius actionis, quia eſſe actionis in ſubiecto eſt: ergo illud eſſe, quod habet, eſt eſſe actionis in concreto: ergo eſt agens: nam eſſe agens nihil aliud eſt, quam habere eſſe actionis in concreto, & ſibi inhærens. Et ſi dicas, quod tribuit aliam denominationem; aſſigna illam: Præcipuè, quia forma non poteſt aliam denominationem conferre, quam illam, quæ eſt iuxta propriam naturam.

8. Argum. Octauò. Quando vnus ignis ſimul plura ligna calefacit, ibi eſt vnica tantum actio, cum tamen ſint plura, quæ patiuntur, & plures paſſiones: ſed vnicum accidens non poteſt eſſe in pluribus ſubiectis: ergo actio eſt in agente. Maior probatur: quia ab vnico agente eodem tempore vnica tantum actio eſſe poteſt: ab illo enim ſumit ſuam vnitatem. Et confirmatur: quia quando duo agentia vnum producunt effectum, ſunt duæ actiones, vt quando duo ignes calefaciunt lignum vnum in eadem parte, quia ſunt duo agẽtia: ergo nõ eſt actio in paſſo, ſed in agente: quia in paſſo non poteſt eſſe, niſi vnica actio, cum ſubiectum ſit vnum; & agentia eodem tempore agant, & ſint duo.

9. Argum. Nonò; Actio eſt cauſſa paſſionis ſecundum D. Tho. & Gilbertum, & prior natura illa: ergo eſt in ſubiecto ſeparato à ſubiecto actionis, & extrinſeco illi. Conſequentia probatur; quia cauſſa ſemper eſt diſtincta ab effectu, præcipuè efficiens cauſſa. Confirmatur: Quia ſequeretur, quod actiones Dei, & Angelorum non eſſent in illis, quod eſt contra eorũ dignitatem: ergo ſicut illæ ſunt in agente; ita & iſtæ.

Decimò; Generatio ſubſtantialis eſt actio, & non eſt in paſſo: ergo eſt in agente: ergo, &c. Probatur minor; quia eſt prior natura re genita, ergo non poteſt eſſe in re genita, & loquimur de generatione non pro alteratione, ſed ſubſtantiali introductione formæ. Nec poteſt dici, quod ſubiectetur in materia prima, quia, vt ait Diuus Thom. nullum accidens eſt in illa. Hanc opinionem aliqui explicant in hunc modum, quod ſit duplex actio, altera, quæ eſt in agente: altera idẽtificata cum motu; & illam producere hanc; & de iſta loqui Ariſtotelem, cum dicit, actionem eſſe in agente. Aliqui verò explicant, quod ſit ſolum actio vna in agente, quæ motum, & paſſionem cauſſet, & effectum producat, & dicunt, motum, prout ab agente progreditur, non eſſe actionem: ſed actio eſt forma exiſtens in agente, qua effectum producit. Suarez diſputatione 48. ſectione 4. annotatione 10. mirabilia dicit, declarando ſententiam illam, quæ aſſerit, actionem eſſe in paſſo. Et dicit primò, verã eſſe actionem aliquam tranſeuntem realem, quæ ſit accidens, & quæ nullum habeat ſubiectum, vt creatio trãſiens, & tranſſubſtantiatio. Et infert, quod actiones Dei immanentes non ſunt propriè actiones, quia non habent originem realem, qua poſſint actiones vocari, & etiam actus illi, quatenus per eos procedunt duæ perſonæ ad intra, non dicuntur actiones, quia actio dicit in ſua ratione, quod emanet à principio realiter, vel quod dicat dependẽtiam, quam illæ actiones non dicunt. Dicit ſecundò, quod non eſt de ratione actionis creatæ, (nam de iſta loquitur) quod habeat ſubiectum proprium inhæſionis: ſed hoc conuenit ei ratione ſui formalis termini. Et probat, quia tranſſubſtantiatio, & creatio non habent ſubiectum; ergo non eſt de ratione actionis, vt ſic, habere ſubiectum inhæſionis: aliàs omnis actio hoc haberet. Ex quo infert, de ratione actionis eſſe ſolum, vt ſit modus quidam inhærens termino, & per ſe immediatè fluẽs ab

10. Argum. *Opin. Suarez.* *Corollar.*

ab efficiente: ille enim reſpectus ad terminum non eſt ſicut ad ſubiectum, nec illa intima coniunctio eſt propria inhæſio, aut informatio, ſed peculiaris modus conſtituendi ipſum terminũ in rerum naturam dependentem, & fluentem à ſuo principio Et quãuis res, quæ eſt actio, requirat ſubiectũ, actio verò, vt ſic, non requirit, niſi ratione termini, nec hoc explicat, nec niſi ratione termini ſubiectum poſtulat. Et n.15. dicit: Dico quartò nulla actio, vt actio & præciſè concepta ſub ea ratione, quà à paſſione diſtinguitur, habet ſubiectum inhæſionis, ſed denominationis tantum: vnde, quæ eſt in ſubiecto, ſolũ inhæret mediante paſſione Et probat hoc: quia actio, vt actio, ſolum differt à paſſione ratione formali concepta: ſed in hoc tantum differũt, quia paſſio dicit motũ, vel mutationem inhærentem paſſo, & efficientẽ illum: ergo actio, vt actio, pręſcindit ab hac habitudine: non ergo includit formaliter eſſe in, ſed eſſe ad agens, & ideo valde analogicè eſt accidens. Et confir fortiſſimo argumento; *Confirm.* quia actio infert paſſionem: ergo non afficit paſſum ſecundum rationem ſuam. Quinimò aſſerit, eſſe dicendum, actionem immanentem, vt ſic, non inhærere agenti, vt agens eſt. Sed tam actio immanens, quam tranſiens ineſt paſſo, vt paſſum eſt, & eſt differentia inter actionem immanentem, & trãſeuntem, quod in actione immanente agens & patiens coincidunt in idem, non in tranſeunte. Et hæc omnia confirmat in ſolutionibus argumentorum, & iſta ſolum adducuntur, & non probantur.

Deciſio quæſtionis.

VT ergo veritatem Thomiſticam, & Peripateticam explicemus, ſit

1 Concl. Quò actio egreditur ab agente.

Prima concluſio: Actio egreditur ab agente, non per aliam actionem, ſed per ſimplicem emanationem. Hæc concluſio habet tres partes probandas, ſcilicet: quod egrediatur ab agente. Et probatur: Nam agens creatum agere dicitur, per hoc, quod habet actionem à ſe productam: nam ſi non haberet actionem, non ageret, & ſi non eſſet à ſe producta, non ageret; nõ enim ago ego per actionem quam Petrus producit. Quod verò non producatur iſta actio per aliã actionẽ, probatur, quia aliàs eſſet proceſſus in infinitum in actionibus: nam illa actio, per quã producitur actio, produceretur per aliam actionem, & idem de iſta eſſet dicendum. Quod verò per ſimplicem emanationem, probatur, nã non reſtat alius modus productionis ab agente, & iſte reducitur ad agens cauſſa efficientis Hæc concluſio colligitur ex D Tho. 11. Metaphyſicæ, & locis inferius citandis.

2. Concluſ. Cõtra Caiet. Actio eſt ſubiectiuè in paſſo.

Secunda concluſio: Actio tranſiẽs eſt inhæſiuè, & ſubiectiuè in paſſo, & nullo modo inhæret agenti. Hæc concluſio eſt Ariſt. expreſſa ſupra 3. Phyſicorum, cap. 3. vbi dicit, eundem motum eſſe actionem, & paſſionem, & 11. Metaphyſicæ, lectione 9. apud D. Tho. & idem ſanctus Doctor hoc ipſum docet ibi, & prima parte, quæſt. 18. art. 13. ad 1. & quæſtio. 41. art. 1 ad 2. & 2. contra Gentes, cap. 3 & 9. Metaphyſic. tex. 16. expreſsè explicando Ariſtotelem, docet idem 1. parte, q. 54 artic. 3. & lib. 3. de anima, lectione 2. & primo contra Gentes, capite 100. & 1. Senten. diſtinct 9. quæſt. 4. art 3 ad 3. eſt communis ſententia omnium Thomiſtarum, vno aut altero dempto. *Varia lectio D. Tho.* Et probatur rationibus: Nam actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed iſte motus, prout procedit ab agente, eſt in mobili, & in paſſo: ergo & actio eſt in paſſo. Et ita dixit Diuus Thomas, ſupra dicta lectione nona, quod vnus motus ſecundum ſubſtantiam eſt actus vtriuſque, & mouentis, & moti: mouentis, vt à quo, & mobilis vt in quo.

Præterea: Etiamſi ponamus formam in agente, non intelligendo motum, (& loquor de actionibus tranſeuntibus) non intelligitur aliquid agere: ergo illa forma non eſt actio. Conſequentia eſt euidens: quia ſi ponitur actio, impoſſibile eſt, quod non ſit agens: eſt enim effectus formalis actionis agere. Sed minor probatur: Nam ignis calefacit per poſitionem caloris in ligno: ergo etiã, ſi ego intelligam formam in igne, & non intelligam calorem in ligno: non intelligo ignem calefacere: ergo non in-

in-

intelligo actionem, quando intelligo illam formam, quam tu ponis: ſed quando intelligo calorem procedentem ab igne. Explicatur hoc, & declaratur amplius: intellecto calore in ligno, prout ab igne, intelligo ignem agere, & reuera ita eſt intellecta illa forma, quam tu dicis eſſe actionem reducentem ignem ad actum, & non intellecto calore ab igne, non intelligo ignem calefacere: ergo non habet actionem in ſe. Antecedens probatur, quia impoſſibile eſt ignẽ calefacere, & non habere actionem. Antecedens probatur, quia impoſſibile eſt ignem calefacere ſine calefactione, & calefactio eſt calor procedens ab igne, vel ſi non eſt calor ab igne: ergo intelligo ignem calefacere ſine calore ab igne.

Obiectio. Dices, quod tunc intelligo ignem calefacere in illo priori: quia habet calefactionem; ſed inquiro, quid

Impugnat. calefaciat, vel ſe, vel paſſum: nõ ſe, nec paſſum, quia in illo priori nihil intelligo eſſe in paſſo: ergo actio eſt motus ille, ſeu forma in fieri, prout eſt ab agente. Præterea: Illa forma, prout eſt in fieri ab agente, tribuit aliquam denominationem: non aliam niſi agentis: ergo verè illa eſt actio, & in paſſo: ergo ex eo ſolum, quod ignis calefacit lignum, dicitur agere in lignum, & producere calorem omni alio circumſcripto: ergo per ſolam illam productionem omni alia forma circumſcripta dicitur ignis agere, & ita illa erit actio. Præterea: actio, vt actio, non dicitur quod ſit in agente, ſed quod ſit agentis: ergo illa forma, quæ eſt in paſſo ab agente, erit actio. Præterea ſequitur, quod agens, dũ agit, phyſicè moueatur: hoc autem eſt falſum: ergo actio non eſt in agente. Sequela probatur. Quia, ſi calefactio eſt

Incõuenientia quæ ſequũtur ex ſniã Caiet. in igne, & dealbatio in homine dealbante: ergo dum calefacit, calefiet, & dum dealbat, dealbabitur, quia calefactio impoſſibile eſt, quod in ſubiecto nõ habeat ſecum calorem, & dealbatio albedinẽ: hoc autem falſum eſt, quia agens vt ſic non habet recipere, ſed dare paſſo aliquid. Præterea: Hæc eſt differentia ex 9. Metaphyſi. loco adducto inter actionẽ immanentem, & tranſeuntem, quod actio immanens manet in agente, & trã ſiens actio eſt in paſſo: ergo calefactio & aliæ actiones huiuſmodi ſunt in paſſo, & de immanentibus poſt modum dicemus. Probatur conſequentia: quia, ſi eſſent in agente, eſſent immanentes actiones, cum omni proprietate. Dices, *Falſa ſol.* vocari actiones tranſeuntes, quia earũ virtute reſultat in paſſo alius effectus, immanentes verò, quia virtute illarum nullus reſultat effectus. Sed contra: Nã *Impugn.* actio intellectus diuini, & voluntatis, qua voluit ab æterno, vt in tempore eſſent iſti effectus, eſt actio immanens, & tamen habet effectum ad extra: ergo, &c. Maior patet, quia manent in ſuo intellectu, & voluntate. Et confirmatur, quia, ſi Deus conferret virtutem meo actui intellectus, vt per illum ignis ad extra produceretur, verè eſſet actio immanens ex eo ſolum, quod in ſuo manet principio, ergo, etiamſi actio exiſtens in igne calorem producat in paſſo, immanẽs actio diceretur, quia in ſuo principio manet: eſt ergo agere actione trã ſeunte, quod aliquid paſſo ab agente proueniat, & non eſt neceſſe, quod maneat aliqua forma in agente ad hoc, qđ agere dicatur. Eſt tam parens hęc ſenrẽtia D. Thom. & Ariſtotelis, vt illam amplius probare ſit ſuperfluum.

Tertia concluſio: impoſſibile eſt, *3. Concluſ. Actio creata nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto.* quod detur aliqua actio creata, quæ non habeat ſubiectum, cui inhæreat. Hęc concluſio eſt demonſtrata. Et probatur, quia omnis actio creata, vel eſt ſubſtantia, vel accidens; ſubſtantia eſſe non poteſt, quia nullius creaturæ actio eſt ſubſtantia, cum nulla creatura agat per ſuam eſſentiam: ergo eſt accidens: ſed de eſſentia accidentis eſt, quod poſſit inhærere, & ſine miraculo non poteſt eſſe ſine ſubiecto: ergo omnis actio eſt ſubſtantia: ergo vel eſt prima, vel ſecunda: neutrum horum, vt de ſe patet: ergo non poteſt actio creata eſſe ſubſtantia: ergo erit accidens. Vnde ſequitur, quod ex neceſſitate debeat inhærere. Nec dicitur generatio actio ſubſtantialis, quia ſit ſubſtantia, ſed quia terminus eſt, ſubſtantia tamen verè inhæret ſubiecto mediante forma; & creatio actiua eſt in Deo, & eſt eius ſubſtantia: in creatura non eſt ali-

qua actio, qua creatura creatur, nec paſſio, quæ ſit motus in creatura receptus, ſed præciſè, vt aſſerit D. Tho. prima parte, quæſtione quadrageſimaquinta, articulo tertio, eſt relatio ad Deum creantem. Sed quia hæc tangunt creationis naturam, vide ſupra adducto articulo.

4. Concluſ. Actio, vt actio, det habere ſubiectum.

Quarta concluſio: Actio, vt actio, & qua ratione à paſſione diſtinguitur, habet ſubiectum inhæſionis. Probatur, iſta concluſio, quia actio, vt actio eſt, & vt formaliter diſtincta à paſſione eſſentialiter, eſt accidens: ergo vt ſic inhæret. Conſequentia eſt euidens, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, & impoſſibile eſt dari in rerum natura accidens non inhærens, niſi per miraculum. Et probatur antecedens, quia actio, vt ſic, includit rationem accidentis, prædicamentum enim actionis prædicamentum eſt accidentis, & ita actio dicit modum accidentalem accidentis determinatiuum, vnde eſſentialiter eſt accidens. Præterea; Actio, vt ſic, & vt diſtinguitur à paſſione, habet eſſe, vel per ſe; & hoc non, quia eſſet ſubſtantia, ergo in alio, ergo inhæret alteri, ergo habet ſubiectum inhæſionis, cui inhæreat. Et hæc eſt communis opinio. Nemo enim dubitauit hucuſq. actionem inhærere. Sed dubium fuit, an in paſſo, an verò in agente inhærentiam haberet. Vnde ego non poſſum capere, quomodo Suarez potuerit in mentem venire, quod actio vt ſic non haberet ſubiectum inhæſionis. Nam quamuis ſignificetur (loquimur enim de actionibus creatis) ex modo ſuo, vt progrediens ab agente, verè paſſo inhæret; ſicut, licet paternitas in creaturis ſignificetur, vt ad aliud, inhæret ſubiecto, quod refertur ad filium, & licet ſit idem ſubiectum actionis, & paſſionis, non propterea negandum eſt, actionem, vt ſic, non habere eſſe in alio, & non habere ſubiectum inhæſionis.

Reijcitur Suarez.

5. Concluſ. Actio immanens inhæret agenti.

Quinta concluſio. Actio immanens verè inhæret agenti, & ita concedendum eſt. Nam licet ad hoc, quod actio immanens inhæreat, præſupponatur in ſubiecto aliqua potentia paſſiua ipſius actionis, quando dicimus quod actio immanens inhæret agenti, non ſit ſenſus, quod inhæreat illi, quatenus eſt agens, ita vt ratio, quare inhæreat, ſit eſſe agens, & quod potentia paſſiua in ſubiecto requiſita ad ſuſcipiendam actionem ſit ratio agentis, hoc enim eſt impoſſibile. Sed volumus dicere, quod inhæret eidem rei, quæ agit. Et ratio, quare inhæreat, ex parte actionis immanentis eſt, quia eſt accidens, ex parte ſubiecti recipientis actionem eſt potentialitas ſuſceptiua ſubiecti, & non eſt paſſio. Quare nec dicendum eſt, quod inhæreat vt ſic. Et non facit ſenſum formalem illa propoſitio, actio immanens inhæret agenti, ſicut nec iſta, actio immanens inhæret homini; & eſt vera, ſicut eſt verum dicere, homo habet actionem immanentem. Et videbis hoc: Quia, ſi loquamur de actionibus tranſeuntibus, hæc eſt falſa, actio inhæret paſſo, vt paſſum eſt, id eſt, vt habet paſſionem, quia actio prior eſt, ſaltem noſtro modo intelligendi, paſſione, & tunc intelligimus nos actionem in ligno, & non intelligimus paſſionem; ergo non eſt ratio inhærẽdi actioni paſſio, ſed ratio inhærendi ex parte ſubiecti eſt quantitas in actionibus trãſeuntibus, & ex parte ſua, ſua propria natura.

6. Concluſ. In Deo reperiuntur propriè actiones immanentes.

Sexta concluſio. In Deo ſunt operationes immanentes, & propriiſſimè; itaque eſt operatio intellectus, & voluntatis, quæ ſunt propriiſſimæ, ſed infinito modo operationes; & quando Deus operatur aliquid ad extra, etiam propriiſſimè dicitur operari. Hanc concluſionem in præſenti nolo diſputare. Sed aduerte, quod ita loquuntur ſacra Concilia, & Euangelium, & Sancti. Probatur iſta concluſio breuiter, vt logicum conformiter ad Sanctos, & Concilia doceamus loqui. Probatur ex Concilio Conſtantinopolitano 6. actione 4. vbi ſic definitur: Cum duas autem naturas, duaſque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in vno Domino, non contrarias eas, nec aduerſas ad alterum dicimus. Et infra; Et & naturales in ſe voluntates, & operationes habere diuinam ſcilicet, & humanam; diuinam ſcilicet ope-

Digitized by Google

operationem,& voluntatem habere exiſtimo,&c.Et hoc ipſum ſæpius repetit, nec eſt neceſſe, vt ſit perfectè actio diuina,& operatio diuina profluat à potentia,vt quid realiter diſtinctum ab illa;hoc enim eſt operationis finitæ & limitatæ proprium,ſed ſufficit,vt ſit propriiſſima operatio,& actio,quod conſtituatur Deus noſtro modo intelligendi in actu ſecundo per illam, ſeu quod præſtet id,quod noſtra actio præſtat altiori modo dēptis imperfectionibus.Et Chriſtus de Patre, & de ſe dicit; Pater meus vſque modo operatur,& ego operor, & Deum dicimus beatum,beatitudo autem in operatione conſiſtit.Item, Omnis perfectio , quæ eſt in creatura, tribuenda eſt Deo demptis imperfectionibus,ſed creatura intelligit , & habet actionem intellectiuam,ergo hanc concedere debemus Deo altiori modo dēptis omnibus imperfectionibus.Sed quia hæc res eſt Theologica , ab illa ſuperſedeo.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Explicatur D.Tho. *1. Solutio.* AD primum reſpondetur , quod quando D.Tho.dicit, actionem , quæ non eſt ſubſtantia agentis , eſſe in agente,ſicut accidens in ſubiecto, loquitur de actione immanente,& hæc eſt in prædicamento , vt dicemus ſtatim. *2. Solutio.* Secundò reſpondetur, quod loquitur de actione non ſecundum ſe , ſed ratione relationis . Itaque actio etiam tranſiens eſt in ſubiecto ratione relationis,non ratione ſui ipſius. Ad ſecundam authoritatem reſpondetur , quod loquitur,quantum ad denominationē, quod actio, vt denominans videtur eſſe in agente ratione denominationis , ratione verò ſui exitus dicitur eſſe ab agente;erit ergo ab agente, & denominat agens . Ad illud in ſecundo ſententiarum reſpondetur,quod ibi refert illam ſolutionem, quia ſufficiebat ad ſoluendum argumentum propoſitum, licet non dixerit illam ex propria ſententia.Tātū honorem defero D.Tho. & eius dictis,vt cenſeam, oppoſitam ſententiam propter hanc authoritatem eſſe probabilem,licet D.Tho.quem defendimus,ex propoſito doceat . Quamobrem probabilior eſt;qui oppoſitum tenere voluerit,legat Caietanum ſupra dicto loco primæ partis.

Ad 2. arg Per quid conſtituat agens in ratione agentis. Ad ſecundum reſp.quod vt agens dicatur realiter agens,& eſſe agens ſit aliquod reale,ſufficit , quod actio realiter profluxerit ab agente , & non eſt neceſſarium,vt inhæreat illi, quia per hoc dicitur realiter agere , quia actio ab ipſo fluit.Et tūc,ſi inquiras,an mutetur;reſpondetur;quod mutatione metaphyſica non dubito,quia acquirit denominationem realem,licet extrinſecam, & relationem;phyſica verò mutatione non mutatur,quia non habet in ſe motum,nec mutationem.

Ad 3. arg. Differētia inter actionem immanentem,& tranſeuntem. Ad tertium reſpondetur ; actionem immanentem eſſe perfectionem intrinſecam agentis , non verò tanſeuntem ; ſed actio tranſiens eſt perfectio paſſi. Nā agens actione tranſeunte non agit vt ſe perficiat,ſed vt perficiat paſſum; quare potius iam præſupponitur perfectum in ſe, vtpote quod eſt potens alteri conferre perfectionem . Quæ ſolutio colligitur ex D.Tho. prima parte,quæſtione 18.articulo quinto, ad 1. quem vide, & Ariſtotel.6. Ethicorum capite 5.Etſi aliquando dicitur , quod eſt perfectio agentis, intelligitur extrinſeca , non intrinſeca , ſiue inhærens ; ſed extrinſeca , in quantum eſt conſeruatio ſuæ ſpeciei , & communicatio alicuius perfectionis,quæ tamen non eſt , niſi in illo , cui communicatur.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur ; quod aliter ſe habet, non per ſuſceptionem actionis,ſed quia actio ab illo fluit , & quia acquiſiuit relationem,quæ eſt quędam mutatio metaphyſica. *Ad conf. 1.* Ad cōfirmationem reſpondetur, quod Ariſtoteles putauit,nihil à Deo de nouo fieri ſine eo, quod poneretur de nouo in intellectu eius aliqua actio immanens, & ita dixit quod mutaretur.Sed nos dicemus volitione illa ſua æterna in temporę res produxiſſe,vnde non mutatur creando ; Deus enim mutat res , immobilis manens.

Ad 5. Ad quintum diximus iam in prædicamen-

Digitized by Google

ſamento relationis. Ratio enim fundandi bene poteſt eſſe in alio ſubiecto, dũ tamen fluxerit à potentia, quæ eſt fundamentum relationis.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur; quod ignis, tanquam per principium effectiuum, agit per ſuum calorem, mediante actione, quæ eſt forma efficientis. Et hæc, vt dicatur agere calorem effectiuè, ſat fuerit, quod ab ipſo formaliter diſtinguatur, & agens principale realiter, de quo iam diximus.

Ad 7. arg. Ad ſeptimum reſpondetur; quod actio eſt in paſſo, & nõ denominat illud, quia non eſt ab illo; actio enim eſt forma ab agente; vnde vt paſſum denominaret, deberet eſſe ab illo. Et quando dicitur, quod effectus formalis eſt, vel prouenit à forma illi communicata, intelligitur, quando eſt capax talis denominationis ſubiectum; at verò paſſum non eſt capax talis denominationis, quia, vt eſſet capax, deberet eſſe ab illo; tribuit tamen illi hoc eſſe accidentale, quod eſt habere paſſionem; ſicut ſpecies albedinis non facit aerem albiorem in eſſe ſenſibilis, quamuis iſte ſit effectus eius in oculo, quia aer non eſt capax huius denominationis; nam ad hoc deberet eſſe cognoſcitiuus. Et per hoc patet ad confir.

Quare actio licet ſubiectiuè ſit in paſſo, non denominet illud.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur; quod in illo caſu ſunt plures actiones, quia plures calores ab eodem igne exeunt: nec inconuenit, quod vnum agens ſimul plures producat actiones in diuerſis ſubiectis, quia omnes illæ reputantur pro vna totali actione.

Ad confir. Ad confirmationem reſpondetur: quod illæ non poſſunt eſſe cauſæ totales eiuſdem effectus, ſed partiales, & ita nõ eſt, niſi vnica actio reſpiciens duo partialia agentia per modum vnius, de quo non eſt hic amplius agendum.

Ad 9. arg. Ad nonum reſpõdetur, quod ſufficit, quod actio dicatur cauſa paſſionis, vt ratio, ſecundum quam agens agit, quod ſit formaliter diſtincta à paſſione, & nõ eſt neceſſe, quod realiter tanquam res à re diſtinguatur; & diximus, & dicemus plura de hoc.

Ad confir. Ad confirmationem reſpondet Caietanus, & Ferrar. non dari actiones ad extra productas ab agentibus per intellectum, & voluntatem. Vnde Caietanus prima parte, q.15. art.1. & Ferrar. ſecundo contra Gentes, cap.1. & 17. & idem videtur aſſerere D. Tho. ibidem capite 23. & 25. ſecundum opinionem aliquorum. Et hanc opinionẽ multi ſequuntur. Et ratio horum eſt, quia non decet agentes per intellectum agere per actiones, quæ ſunt extra illos. Alii dicunt, (& hanc potius ſequor ſententiam) creationem ſolum eſſe actionem in Deo cum reſpectu rationis ad creaturam, & non eſſe actionem, nec paſſionem in creatura, quia actio prior eſt natura ſuo termino, & cum res totaliter per creationem produceretur, daretur actio ſine ſubiecto, quod implicat. Quãdo verò Deus, ſeu Angeli aliquid operãtur in ſubiectis, ibi eſt etiam externa actio producta à Deo, & Angelis, vt quãdo Deus iuſtificat, auget gratiam, quando Angelus mouet lapidem, gratia illa, prout à Deo procedit, eſt iuſtificatio actiua, prout recipitur in paſſo, paſſiua iuſtificatio. Et hanc ſententiam videtur ſequi D. Tho. Nam actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed illa iuſtificatio eſt mutatio procedens à Deo, ergo eſt actio Dei, quæ cauſatur per aliam actionem internam Dei ipſius, quæ eius volitio eſt cum reſpectu ad extra rationis. Nec eſt contra dignitatem Dei, vt per illam immanentem actionem producat ad extra aliquid, quod ſit actio tranſiens, ſicut producit formam, quæ eſt effectus ipſius, & ita externa actio denominat Deum agentem, ſed non eſt denominatio realis, quia Deus non habet denominationem realem à ſuis effectibus, & creaturis.

Ad 10. arg. Ad decimum reſpondetur, quod generatio dupliciter accipitur. Vno modo pro alteratione præcedente; & hæc ſubiectatur in ſubiecto quod alteratur. Alio modo accipitur pro introductione inſtantanea formæ in materia, & hæc ſubiectatur in compoſito, quod generatur ratione formæ. Nam cum illa identificatur realiter, quia actio generatiua hominis eſt forma in introduci. Et quod dicitur, eſt prior re genita; diſtinguo, in facto eſſe cõcedo, in fieri nego. Sed de hoc lib. 1. de Generatione.

Ad argu. Suarez. Ad argumenta Suarez de creatione, quomodo non ſit ratio, niſi in Deo, iam diximus. De transſubſtantiatione reſpõdet Diuus Thomas in quarta, diſtinctione vndecima, quæſtione prima, articulo tertio, ad tertium, quod transmutatio huius conuerſionis non ponit aliquid imperfectum, ſed ſolum ſucceſſionem quandam perfectorum, non ſolum actuum, ſed rerum iam ſubſiſtentium, ſucceſſio autem eſt in ſuccedentibus ſibi, ſicut ordo in ordinatis. Vnde iſta relatio ordinis huius ſucceſſionis eſt quidem ſecundum rem in ipſo pane, qui mutatur, non autem in ipſo corpore Chriſti, niſi ſecundum rationem, quia ipſum immutatum manet. Quæ verba D. Thom. duplicem poſſunt habere ſenſum. Primus, quod, ſicut forma binarii eſt in prima & ſecunda vnitate, ſecundum quod vna dicit ordinem ad aliam, & è conuerſo, & motus Angelicus eſt in ſucceſſione termini, à quo, & ad quem, ita transſubſtantiatio eſt in pane, & in corpore Chriſti; in hoc, vt in eo, in quod aliquid trãsſubſtantiatur, immoto tamen manẽte ſubſtantialiter, & ſolum acquirente eſſe ſub his ſpeciebus, quia panis in ipſum conuertitur. In pane verò, vt in eo, quod mutatur; nec eſt inconueniens, quod aliquod accidens ſit in pluribus ſubiectis partialibus, vt patet in numero. Alia explicatio eſt, quod hæc mutatio eſt in pane, vt in ſubiecto, & reſpicit corpus Chriſti, vt terminum, in quem conuertitur, ſicut relatio paternitatis eſt in patre, & reſpicit filium, vt terminum. Sed hæc latius tertia parte, quæſtione ſeptuageſimaquinta. Reliqua, quæ dixit, per concluſiones noſtras patet eſſe falſiſſima. Ad argumentum quartum dicti Suarez reſpondetur, quod actio & paſſio ſunt primò diuerſa, & actu ſecluſa operatione intellectus, & prædicamentales rationes diſtinctiſſimæ. *Actio & paſſio ſunt primò diuerſa.* Nam ridiculum eſt, prædicamenta non plus diſtingui, quam attributa diuina, imo magis diuerſa ſunt, quam duæ ſpecies eiuſdem generis, quia in nullo vniuoco conueniunt, & quamuis ſola ratione ratiocinata diſtinguerentur, ex neceſſitate actus deberet habere ſubiectum, quia accidens eſt, & non eſt modus vtcunque, ſed prædicamentalis ratio perfecta & completa, habens ſuas ſpecies completas & perfectas. Et quis non videat, falſum eſſe, actionem inhærere mediante paſſione? Quia etiam dicam ego, quod paſſio inhæret, mediante actione; ſi ſunt idem actu a parte rei, & ſolum ratione diſtinctæ, nec paſſio eſt ratio inhærendi alteri prædicamento. Et quamuis actio inferat paſſionem, infert illam inhærendo ſubiecto, quia accidens inhærendo agit.

QVÆSTIO LXVII.

Vtrum actiones immanentes collocentur in hoc prædicamento.

Videtur quod non, quia ſupra dictum eſt, quod collocantur in prædicamento qualitatis, ergo non in prædicamento actionis. *1. Argum.* Probatur conſequentia: Quia impoſſibile eſt, quod vna res ſecundum vnam rationem in duobus ſit prædicamentis, ſed actio immanens, vt ſic, eſt in prædicamento qualitatis; ergo non in prædicamento actionis. In oppoſitum eſt, quod eſt vera actio, ergo eſt in prædicamento actionis; quia ex eo, quod ſit ſpiritualis, hoc non tollit, nam qualitas ſpiritualis ponitur in prædicamento qualitatis, & qualitas corporalis etiam, & ſubſtantia ſpiritualis ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, & ſubſtantia corporalis ſimiliter, ergo, &c. In hac parte ſunt duæ opiniones. *Controu.* Altera: in hoc prædicamento actionis ſolam actionem tranſeuntem collocari, quæ realiter eſt motus; quia ita definitur ab Ariſtotele: Actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed actio immanens non eſt motus, prout procedit ab agente, ergo non eſt in hoc prædicamento. *1. Senten.*

Secundò. Quia actio immanens eſt diſpoſitio ſubiecti eſſentialiter, vel con- *2. Argum.*

formiter ad ſuam naturam, vel difformiter, & hoc habet, qua ratione eſt actio, ergo qua ratione eſt actio in prædicamento qualitatis, ergo non in prædicamento actionis. Probatur cõſequentia; Quia impoſſibile eſt, aliquam rem ſecũdum eandem rationem eſſe in diuerſis prædicamentis; nam prædicamenta ſũt primò diuerſa. Maior prima probatur; quia videns, aut intelligens per illam actionem qualificatur; ergo diſponitur; nam qualitas eſt diſpoſitio. Probatur antecedens, quia illæ actiones qualitates ſunt, & modi determinatiui ſubſtantiæ.

Argum. Tertiò; Nam ita accipitur actio, quando conſtituit prædicamentum actionis, ſicut paſſio, quando conſtituit prædicamentum paſſionis; ſed paſſio, vt eſt conſtitutiua talis prædicamenti, eſt paſſio corporalis, & quæ identificatur cũ motu corporali; ergo actio eodem modo debet accipi. Minor probatur ex Diuo Tho. & Ariſt. 5. Metaphyſicæ, lectione 17. vbi ita dicit. Paſſio dicitur vno modo qualitas, ſecundum quam alterari contingit, vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas, & leuitas, & quæcunque ſunt talia; alio verò horum actiones, & alterationes. Ita dicit D. Tho. Secundus modus eſt, ſecundum quod huiuſmodi paſſiones qualitatis, & alterationes, quæ ſunt ſecundum eas, dicuntur paſſiones, & ſic paſſio eſt vnum prædicamentum, vt calefieri, & infrigidari, & huiuſmodi. Vbi nec Ariſtoteles, nec D. Tho. loquuntur, niſi de paſſionibus, quæ ab actionibus tranſeuntibus inferuntur; ergo ſolum illæ ſunt in hoc prædicamento, & generatio ab aliquibus ponitur in hoc prædicamento, quia eſt actio tranſiens, etiamſi ſit inſtantanea; ab aliquibus non, quia non eſt motus propriè dictus, ſed mutatio. Et hic ſunt ponendæ actiones, quæ ſunt motus. Et Caietanus videtur dicere, quod generatio non eſt actio, ſed terminus actionis.

2. Sent. Soncin. Et hæc eſt opinio Soncin. 9. Metaphyſ. q. 21. quam probat 6. rationibus, quas ibi videre poteris; & dicit, actiones immanentes non eſſe propriè actiones, ſed ſimilitudinarias; propriæ autẽ ſunt qualitates, & operationes. Aſſerit ſubinde, illuminationem non eſſe in prædicamento actionis, quia eſt inſtantanea actio. Illa verò actio, quæ eſt in prædicamentò actionis, debet eſſe actio cum motu propriè dicto, & oppoſita ſententia aſſerit, actionẽ immanentẽ verã eſſe actionem, & in prædicamento actionis collocari. Et, qui hanc tuentur ſñiam, dicunt, nõ eſſe neceſſariũ ad rõnem actionis, quæ eſt in hoc prædicamento, quod ſit idem cum motu, vel quod inferat ex ſe paſſionẽ, ſed ſolum quod ſit in ſubiecto ratio agendi, nam reliqua ſunt proprietates actionis materialis. Et hęc opinio innititur argum. in principio facto in oppoſitũ, quia ex eo, quod ſit ſpecialis, vel inſtantanea actio, non perdit naturam actionis, ergo verè ponitur in hoc prædicamento. Et ita vocantur actiones immanentes, ac ſi per hoc dicerentur ſolũ differre ab aliis in ratione actionis, quia manent in operante, non verò, quia non habeant veram, & prædicamentalẽ naturã actionis. Et ſi contra hoc fiat argum. nam actio de prædicamento actionis idem eſt, quod ratio cauſſę efficientis, ſeu cauſſalitas eius; ſed per intellectionẽ non efficit intellectus aliquid ex natura intellectionis; ergo intellectio non eſt actio. Prob. min. nam maior clara videtur: nã quia efficit non ſpeciem intelligibilem, non actionẽ ipſam, nec verbum, quia nõ ſemper producit verbũ, & viſio externa nihil efficit, vt patet, & eſt vera actio, ergo, &c. Reſpõdet Suar. diſp. 48. ſect. 2. n. 13. & deinceps, quod illa actio eſt qualitas, & producitur per verã actionẽ, quę eſt de prædicamento actionis. Et hanc verã actionẽ vocat dependentiã intellectionis à ſua cauſſa efficiente, ſed ſi illa dependentia eſt vera actio, & diſtincta à qualitate, quæ eſt in intellectu, etiam erit illa actio qualitas. Et ſic reſtat eadem difficultas. Secundò: quia, ſi intellectio per veram actionem producitur, illa actio etiam producitur per aliã verã actionem, & ſic erit proceſſo in infinitum, quod eſt abſurdũ. Sed hoc quis intelliget? Et ideò reſpond. quod de ratione actionis non eſt, quod efficiat aliquid, *Suarez.* *Doctrina Suar. ſ intel ligibilis.*

quid, ſed quod ſit forma agentis, & ita illa intellectio in hac opinione eſt vera actio, quæ eſt ratio intelligendi homini, & viſio eſt ratio videndi, quod verò producat aliquid, eſt accidens actionis trãſeuntis, prædicamentalis verò actio hoc non dicit. Et D. Thom. & Ariſt. ponunt exempla in rebus ad ſenſum magis notis. Vtraque opinio non videtur mihi improbabilis, & magis firma ſententia videtur prima: ſed explicanda eſt de omni actione tranſeunte, etiamſi ſit inſtantanea; quia huic omnes proprietates actionis, quas Gilbertus aſſignat actioni prædicamentali, conueniunt. Maximè, quia actio inſtantanea eſt motus largo modo, vt inferius dicemus. Sed vt eandem ſententiam explicem conformiter ad ea, quæ dicta ſunt in prædicamento qualitatis, ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Actio immanens eſt in prædicamento qualitatis.

PRima concluſio. Actio immanens verè eſt in prædicamento qualitatis. Hanc concluſionem concedimus ſecundæ opinioni, & ita ſuperius definiuimus. Ratio eſt, quia viſio, intellectio, amor, & aliæ huiuſmodi actiones verè sũt qualitates, vt probat prima opinio; verè enim qualificant, & diſponunt ſubiectum. Cum enim homo intelligit verum, diſpoſitus eſt ſecundum ſuam naturam, & illa intellectio eſt maxima hominis perfectio; quia omnis homo ſcire deſiderat, quia eſt perfectio ipſius naturæ, & optima eius diſpoſitio; & ſi vt verum quidem falſum intelligit, malè eſt diſpoſitus. Et ſicut habitus ſcientiæ & virtutum ſunt diſpoſitiones hominis bonæ, quæ nihil aliud ſunt, quam actus in habitu, ita actuales intellectiones, & opera virtutum ſunt diſpoſitiones actuales ſubiecti, & in prædicamento qualitatis, & aliquando ſunt habitus, vt patet in intellectione Angeli, qua ſe ipſum intelligit, quia eſt difficilè mobilis.

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Eædem operationes ſunt etiam in prædicamento actionis. Probatur: quia ſunt veræ actiones. Quod verò ſint ſpirituales, vel inſtantaneæ, non tollit rationem veræ actionis: nam intellectus eſt vera potentia: ſed omnis potentia ſpecificatur per actus ab ipſa productos: ergo illa intellectio eſt verè actus, & actio, nam actus ſecundus operatio, & actio eſt.

3. Concluſ. Quo vtraque opinio concordari poteſt

Tertia concluſio: Eadem actio, quatenus conſtituit operantem in actu ſecundo, actio dicitur, quatenus verò diſponit ſubiectum, eſt qualitas, quæ eſt diſpoſitio. Itaque eadem qualitas, ſecundum diuerſas rationes formales actu diſtinctas in diuerſis eſt prædicamentis, & vt intellectio eſt in prædicamento actionis, nõ eſt qualitas formaliter, ſed actio, quæ eſt peculiare entis genus. Sicut enim qualitas materialis in fieri eſt actio, prout conſideratur procedens ab agente, verbi gratia, calor, frigus, &c. ita eadem qualitas ſpiritualis, vt conſideratur diſponens ſubiectum, eſt diſpoſitio, vt conſideratur deducens potentiam ad actum ſecundum, eſt actio: nam hoc benè poteſt conſiderari ſine qualitate ſpiritauli. Vt patet in actione tranſeunte, quæ deducit potentiam ad actum ſecundum, & non diſponit ſubiectum. Secundum iſtas concluſiones poterunt cõcordari varia Doctorum dicta, illorum, qui aſſerunt, non eſſe in prædicamẽto actionis immanẽtes actiones, & illorum, qui dicunt, ibidem reponi. Sunt enim explicandi ſecundum diuerſas rationes, & conſiderationes.

Doctrina optima.

Nec multum eſt, quod, ſicut idem motus ſecũdum vnam rationem eſt poſtprædicamentum, & ſecundum aliam actio, & ſecundum aliã paſſio: ita eadem qualitas realiter ſecundũ vnam rationem ſit actio, & ſecundum aliam diſpoſitio. Nec eſt aliquod argumentum alicuius momenti contra iſtas concluſiones, & facilè ex dictis ſoluentur. Nunquam autem Ariſt. & D. Thom. dixerunt, ſolas actiones tranſeuntes eſſe in hoc prædicamento, & quando definierunt actionem, quæ ſit motus procedens ab agente, definierũt id, quod erat magis notum. Et ita etiam poſſumus dicere, ſecundum quod intellectio eſt aliquid procedens ab agente inſtantaneè, qua homo, verbi gratia, conſtituitor in eſſe agentis, quod ſufficit, vt ſit vera actio: De hoc in nono Metaphyſicæ latius agitur, & quæſt. 27. prima parte, vbi videnda erunt, quæ modò omittimus.

QVÆ-

Locus Diui Tho. videndus pro concluſione.

non eſt actio, ſed manet calor. Et pro maiori huius concluſionis intelligentia, vide D.Th.1. Phyſicorum lectione 5.& in reliquis cauſſis hoc videbis etiã. Nam effectus cauſſæ finalis non diſtinguitur realiter à ratione cauſſãdi ipſius ſeu à cauſſalitate ipſius finis: nam motio metaphyſica eſt in effectu cauſſæ finalis, & informatio ſimiliter in effectu cãç formalis, & determinatio materiæ in effectu cauſſæ materialis. Sed de hoc latius ſecundo Phyſicorum, Deo concedẽte. Ex hac ratione ſequitur, ſatis probabiliter loquutum fuiſſe acutiſſimum Sõcinatem, vbi ſupra.

Corollariũ.

3. Concluſ. Qũo motus includatur in ratione formalis actionis.

Tertia concluſio: In actione non includitur formaliter motus, ſicut prædicatum ſuperius. Et idem eſt dicendũ de paſſione. Hæc concluſio eſt D.Th. ſupra dicta lectione 5.3. Phyſicorum. Et probatur. Nam motus diſtinguitur formaliter ab actione: ergo non includitur in illa, vt quid ſuperius. Conſequentia patet: nam animal non diſtinguitur formaliter ab hoĩe; quia hõ in ſua ratione includit animal: ſed ſolum rõne ratiocinata diſtinguitur. Et antecedens probatur: Nam motus eſt poſtprædicamentũ; Sed poſtprædicamenta formaliter diſtinguũtur à prædicamentis, quale eſt actio: ergo, &c. Præterea: Actio, vt ſic, non eſt actus exiſtentis in potentia ſecundũ quod in potentia: ergo actio non eſt motus formaliter. Conſeq. patet, & añs prob. Nam agens ex eo, quod agit, non mouetur ſed mouet, & ita nõ eſt in potẽtia, ſed actuat, & eſt in actu vltimo. & completo per illam in ratione agentis.

4. Concluſ. contra Suarez.

Quarta concluſio: Ridiculum eſt dicere, quod actus eſt dependentia effectus à cauſſa, & eſt contra Ariſtotelem in 3 Phyſicorum, vbi ſupra, & contra omnes Philoſophos. Nam Ariſtoteles, & omnes Philoſophi dixerunt, actionem eſſe motum, provt procedit ab aliquo: ergo non eſt dependentia effectus: nam motus, prout procedit ab alio, nõ eſt dependentia. Et probatur hoc: Nam

1. Probat.

[illegible]m intelligimus nos, prius effectum ꝓcedere à cauſſa noſtro modo intelligendi, quam intelligamus dependentiam; ergo nõ conſtituitur cauſſa effectiua in eſſe talis, per dependentiã. Antecedens prob. Nam effectus ex eo, ꝙ habet eſſe à cauſſa, dependet ab illa: ergo prius intelligitur eſſe effectum ſuſceptum, ſeu ſuſcipi à cauſſa, quã intelligimus depẽdentiã. & tunc intelligimus rationẽ cauſſæ completæ, & perfectæ: tamen non intelligimus depẽdentiam: ergo, &c. Hęc autem dependentia eſt motus quidam effectus: nam ex eo, quod cauſſatur, habet illum motũ, quod dependeat. Item: Nam ſequeretur proceſſus in infinitũ: quia actio verè dependet à cauſſa effectiua, quia dimanat ab illa: ergo per dependentiam: & hæc dependentia cum ſit quid factum, etiam dependebit à ſua cauſſa: ergo &c. Et videbis hominem omnia cenſuræ ſubiicientem, quomodo ſit iudicandus ab omnibus: ipſe enim irridet reliquas opiniones, quia non explicant benè, quid ſit agere, ſeu actio: & minus hoc ille explicat, quia dicit, rationem actionis peculiarem dependentiam. Cum enim videret omnes effectus aliarum cauſſarum dependere ab illis, dicit, vt diſtinguat peculiarẽ rationem cauſſæ effectiuæ, quod eius ratio eſt peculiaris dependentia, & hoc deberet explicare, quid eſt peculiaris dependentia, & cum nõ explicet, nihil dixit. Nos autem dicimus, actionem eſſe formam extrinſecam, qua agens in effectum influit, & qua effectus dimanat ab efficienti: influxus autem realis ſolum eſt in cauſſa efficienti.

2. Prob.

Reprehẽditur Suarez.

5. Concluſ. An actio ſit quid abſolutũ, vel reſpectiuum.

Quinta concluſio: Actio dicit abſolutum ſecundum eſſe, & relatiuum ſecundum dici; & hoc abſolutum explicatur optimè ꝑ relationes adiunctas, quæ ſunt ſecundum eſſe. Et Suarez numero 13. imponit D.Tho. quod non dixit. Certum eſt enim, actionem eſſe aliquid abſolutum, & relatiuum ſecundũ dici, quia eius eſſentia reſpicit agens quod conſtituit in eſſe tali, & effectum, quem producit, ſeu obiectũ, à quo ſpecificatur: & ita eſt relatiuum ſecũdum dici. Et hanc abſolutam eſſentiam explicamus nos per relationes adiunctas agẽtis, etiamſi ſit actio prior illis relationibus: quia relatiua ſecundum dici per relationes adiunctas explicamus, Sicut actionem Dei; quæ eſt ſua eſſentia

Suarez imponit Diuo Thom. falſum.

tia, explicamus per relationem ad creaturas, & ſimiliter attributum omnipotẽtiæ. *Corollar.* Ex dictis ſequitur, actionem dicere ens cum tali modo, qui conſtituit illud in eſſe actionis, & in ratione conſtituentis illud, vt habens influxum in effectũ, & motionem, quod poſſumus dicere, eſſe influxum, vt quo, ſeu motionem, vt quo: & agens per illam mouetur & influit, vt quod. In duobus locis adductis *Explicantur duo loca D.Tho.* ſuperius ex prima parte videtur D.Th. aſſerere, actionem dicere relationem ſecundum eſſe: ſed eſt intelligendus, vt patet ex 3. Phyſicorum, lect. 5. de relatione conſequuta, quę deſeruit ad explicandam naturam actionis. Ex dictis ſequitur etiam, actionem non eſſe relationem extrinſecus aduenientem; ſiquidẽ relatio extrinſecus adueniens collocatur in prædicamento relationis. Et contra iſtas relationes vide Sotum in hoc prædicamento, & 5. Phyſic. q. 2. optimè contra Scotum rem hanc tractantem.

Diſſoluuntur argumenta.

Reſpond. Ad Argumẽta Suarez. AD argumenta Suarez patet ex dictis: actio eſt id, quo agens in effectum influit, & eſt motus, vt ab agente, vt decantant pueri. Dependentia autẽ eſt motus ipſius effectus, dum durat actio. *Ad confir.* Ad confirmationem reſpondetur, quod potius eſt contra illum; quia ſi effectus pendet à cauſſa, per cauſſalitatẽ cauſſæ, alia eſt cauſſalitas, & alia depẽdentia; & dicit, quod realiter ſunt idem cauſſalitas, & depẽdentia: ſed hoc quid ad nos? Nam de formalitate loquimur, non de realitate. Nam etiam eſt actio idem realiter paſſioni, & motui, & formaliter non eſt paſſio, nec motus: ita licet cauſſalitas ſit realiter idem, quod dependentia, ſed non formaliter. Vnde videbis, quomodo hanc explicuerit formalitatem, quia diſceſſit à communi.

Difficultas grauis. Sed eſt argumentum logicum contra hanc rationem actionis. Nam ſi verum eſt, quod cauſſalitas cauſſæ propriè effectiuè eſt actio, & influere per veram actionem in effectum (nam nolo modò diſputare, vtrum reſultantia, ſeu influxus, ſiue per actionem, ſiue per reſultantiam ſit cauſſalitas efficientis) cõſtituat vnum prædicamentum reale ab aliis quatuor diſtinctum, ſequitur quod etiã cauſſalitas formalis cauſſæ, quæ eſt informare, & cauſſalitas cauſſæ materialis, quæ eſt determinare, ſeu componere, & cauſſalitas finis, quæ eſt motio metaphyſica, conſtituant alia tria prædicamenta: conſequens eſt falſum: ergo, &c. Probatur ſequela: Nam quæ eſt maior ratio, quare actio conſtituat vnum prædicamentum, quam vt informatio, & determinatio, & finalizatio conſtituat alia prædicamenta, cum ſint entis determinationes, & habeant proprias ſpecies differentes formaliter. Huic argumẽto reſpondetur: *Solutio.* quod actio eſt quid completum; & ita, cum ſit diuerſa ratio primò diuerſa ab aliis, conſtituit vnum prędicamentum. *Doctrina pulcra.* Ceterum cauſſalitates reliquarum cauſſarum ſunt quid imperfectum, & incompletum: & ita eſt poſt prædicamentum, & reducuntur ad poſt prædicamentum prius. Itaque non eſt ratio, quare conſtituatur prædicamentum; quia eſt cauſſalitas efficientis; ſed quia eſt quid completum, & perfectum in ſuo genere, & reliquæ cauſſalitates non; ſed vagantur per multa genera, ſeu conſequuntur ad multa genera. Nam actio etiam eſt forma agentis, & ita habet hunc modum, quod eſt informare; & idem de paſſione, idem de qualitate, &c. Quod eſt argumentum, quod ſint quid imperfectum, & poſtprædicamentum, nec faciunt rationes primò diuerſas cum aliis prædicamentis. Et ſi dicas contra definitionem actionis, quod actio eſt forma, ſecundum quam agimus *Obiectio.* in ſubiectam materiam, ſed calor ignis eſt forma huiuſmodi: ergo eſt actio. *Solutio.* Reſpondetur, quod eſt forma in actu ſecundo, & calor ignis non eſt forma in actu ſecundo, & ita non eſt actio. Quapropter, quando D.Tho. ſupra dicto loco dicit, *Explicatur locus Diui Tho.* actionem importare motum, loquitur de eo, quod eſt materiale in actione; importatur enim motus in actione realiter, & materialiter, non verò vt quid formaliter incluſum in illa.

QVAE-

QVÆSTIO LXVI.

Vtrum actio ſubiectetur in paſſo, an in agente.

Controu. 1. Opi. Caie. & alio rum. IN decidenda hac quæſtio ne variant Doctores. Quidam tenet, actionem omnem eſſe in agente. Hanc opinionem habet Dominus Caiet. 1. p. q. 25. ar 1. Flandria lib. 5. Metaph. q. 22. ar. 2 & 3 & illã multi moderni ſequuntur, & cenſent, eſſe D. Tho. ſententiam. Sequitur ſupra dictos Hiſpalen. 1. diſtinctione 27. q. 1. notatione 3. & illam tenet Scotus, in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. & Antonius Andreas, capite de actione; & Auicennam in eandem citant ſententiam, quamuis Scotiſtæ non eodem modo accipiant actionem, ſicut & nos. Albertus 3. Phyſicorum, text. 1. capite 1. Bergomenſis tabula aurea, dubio 34. & 35.

1. Argum. Hanc ſententiam probo 1. ex Diuo Thoma, qui 2. contra Gentes, capite 9. dicit: Actio, quæ non eſt ſubſtantia agẽtis, ineſt ei, ſicut accidens ſubiecto, & ideo inter nouem prædicamenta computatur; & q. 7. de potentia, art. 9. ad 7. dicit; Actio, vt actio, conſideratur vt ab agente, in quantum verò eſt accidens, conſideratur vt in ſubiecto agente. Et 2. Sent. diſt. 40. queſt. 2. art. 4. ita aſſerit: Ad primum dicendum, quod, cum actio ſit in agente, & paſſio in patiente, non poteſt eſſe idem numero accidens, cum non poſſit eſſe in diuerſis ſubiectis. Hoc etiam videtur aſſerete q 7. de potentia, art. 10. ad 1. & ad 7. & 3. contra Gentes, cap. 19.

2. Argum. Secundò. Eſſe agens eſt quid reale, ergo actio inhæret agenti. Probatur cõſequentia: aliàs eſſe agens erit aliquid rationis, quia denominatio extrinſeca, ſeu eſſe tale à forma extrinſeca eſt aliquid rationis, ſicut eſſe viſum aliquid rationis eſt, quia eſt à viſione, quæ eſt extrinſeca rei viſæ: vt igitur ſit aliquid reale, debet eſſe denominante forma intrinſeca.

3. Argum. Tertiò: Actio eſt realis perfectio agẽtis, vt ſic; qua reducitur de potentia ad actum: ergo eſt in ipſo agente ſubiectiuè. Probatur conſequentia: quia forma non perficit, niſi ſubiectum, in quo eſt, quia perficit dando eſſe: & non dat eſſe, niſi vbi habet eſſe, & hoc eſt eius ſubiectum. Antecedens eſt D. Tho. q. 7. de potentia, ar. 1. ad 1. Et ratio eſt, quia vnũ quodq. eſt propter ſuam operationem: ergo operatio eſt eius perfectio.

Quartò. Agens, dum agit, aliter habet ſe, quam antea, quam ageret, ſe haberet: ergo aliquod recipit in ſe, quod antea non habebat, ratione cuius aliter ſe habeat realiter, quam antea: hoc autem nihil aliud eſt, quam actio: ergo actio eſt aliquid reale, ſuſceptum in agente. Et confirmatur hoc argumentum: Nam Ariſtoteles 8. Phyſicorum dicit; quod ſi Deus de nouo ageret, mutaretur, hoc autem eſſet, quia de nouo in ſe ſuſciperet actionem: actio ergò eſt in agente. *4. Argum.*

Quintò. Actio eſt ratio fundandi relationem agentis: ergo ſubiectatur in agente. Antecedens patuit prædicamento relationis: conſequentia probatur: quia vbi eſt relatio, debet eſſe ratio fundandi & fundamentum. *5. Argum.*

Sextò. Agens agit per actionem, ſed non agit per formam, quæ eſt in paſſo: ergo per actionem, quæ eſt in ipſo. Maior probatur; quia ignis per calefactionem calefacit effectiuè, ſicut homo intelligit per intellectionem. Minor probatur: quia forma, quæ eſt in paſſo, eſt effectus agentis, & etiamſi formaliter diſtinguatur calefactio à calore, non poteſt producere effectiuè eandem realitatem, quæ eſt calor. Dices, quod actio non producit calorem, ſed agens per actionem producit calorem. Cõtra, quia actio in genere cauſſæ effectiuæ producit calorem: ſed ad veram efficientiam requiritur realis diſtinctio: ergo actio realiter à calore diſtinguitur, & ita debet eſſe in agente. *6. Argum.*

Septimò. Actio eſt accidens: ergo neceſſariò debet inhærere agenti, & non paſſo. Antecedens eſt per ſe notum; cõſequentia probatur; quia ſi inhæret, paſſum denominatur agens Probatur conſequentia: quia impoſſibile eſt, formam aliquam *7. Argum.*

aliquam eſſe in aliquo ſubiecto, & non denominare illud ſecundum propriam rationem formæ: nam formam denominare ſubiectum, nihil aliud eſt, quam cómunicari ſubiecto; vel ſaltem ex hoc oritur denominatio, ſicut albedinem denominare corpus album, eſt albedinẽ communicari ſubiecto, vel oritur ſaltem ex hoc, quod communicetur ſubiecto, vt ſit ſubiectum album. Et confir. Nam cauſſalitas cauſſæ formalis eſt informatio: ſed actio informat paſſum, quia eſt in illo: ergo dabit illi ſuum formalem effectum. Confirmatur ſecundò; nam ſi actio eſt in paſſo, vt in ſubiecto: ergo habet eſſe in illo: ergo ſubiectum habet eſſe ipſius actionis, quia eſſe actionis in ſubiecto eſt: ergo illud eſſe, quod habet, eſt eſſe actionis in concreto: ergo eſt agens; nam eſſe agens nihil aliud eſt, quam habere eſſe actionis in concreto, & ſibi inhærens. Et ſi dicas, quod tribuit aliam denominationem; aſſigna illam: Præcipuè, quia forma non poteſt aliam denominationem conferre, quam illam, quæ eſt iuxta propriam naturam.

8. Argum. Octauò. Quando vnus ignis ſimul plura ligna calefacit, ibi eſt vnica tantum actio, cum tamen ſint plura, quæ patiuntur, & plures paſſiones: ſed vnicum accidens non poteſt eſſe in pluribus ſubiectis: ergo actio eſt in agente. Maior probatur: quia ab vnico agente eodem tempore vnica tantum actio eſſe poteſt: ab illo enim ſumit ſuam vnitatem. Et confirmatur: quia quando duo agentia vnum producunt effectum, ſunt duæ actiones, vt quando duo ignes calefaciunt lignum vnum in eadem parte, quia ſunt duo agẽtia: ergo nõ eſt actio in paſſo, ſed in agente: quia in paſſo non poteſt eſſe, niſi vnica actio, cum ſubiectum ſit vnum; & agentia eodem tempore agant, & ſint duo.

9. Argum. Nonò; Actio eſt cauſſa paſſionis ſecundum D. Tho. & Gilbertum, & prior natura illa: ergo eſt in ſubiecto ſeparato à ſubiecto actionis, & extrinſeco illi. Conſequentia probatur; quia cauſſa ſemper eſt diſtincta ab effectu, præcipuè efficiens cauſſa. Confirmatur: Quia ſequeretur, quod actiones Dei, & Angelorum non eſſent in illis, quod eſt contra eorũ dignitatem: ergo ſicut illæ ſunt in agente, ita & iſtæ.

Decimò; Generatio ſubſtantialis eſt actio, & non eſt in paſſo: ergo eſt in agente: ergo, &c. Probatur minor; quia eſt prior natura re genita, ergo non poteſt eſſe in re genita, & loquimur de generatione non pro alteratione, ſed ſubſtantiali introductione formæ. Nec poteſt dici, quod ſubiectetur in materia prima, quia, vt ait Diuus Thom. nullum accidens eſt in illa. Hanc opinionem aliqui explicant in hunc modum, quod ſit duplex actio, altera, quæ eſt in agente: altera idẽtificata cum motu; & illam producere hanc; & de iſta loqui Ariſtotelem, cum dicit, actionem eſſe in agente. Aliqui verò explicant, quod ſit ſolum actio vna in agente, quæ motum, & paſſionem cauſſet, & effectum producat, & dicunt, motum, prout ab agente progreditur, non eſſe actionem: ſed actio eſt forma exiſtens in agente, qua effectum producit. — 10. Argu.

Opin. Suarez. Suarez diſputatione 48. ſectione 4. annotatione 10. mirabilia dicit, declarando ſententiam illam, quæ aſſerit, actionem eſſe in paſſo. Et dicit primò, verè eſſe actionem aliquam tranſeuntem realem, quæ ſit accidens, & quæ nullum habeat ſubiectum, vt creatio tráſiens; & transſubſtantiatio. Et infert, quod actiones Dei immanentes non ſunt propriè actiones, quia non habent originem realem, qua poſſint actiones vocari, & etiam actus illi, quatenus per eos procedunt duæ perſonæ ad intra, non dicuntur actiones, quia actio dicit in ſua ratione, quod emanet à principio realiter, vel quod dicat dependẽtiam, quam illæ actiones non dicunt. Dicit ſecundò, quod non eſt de ratione actionis creatæ, (nam de iſta loquitur) quod habeat ſubiectum proprium inhæſionis: ſed hoc conuenit ei ratione ſui formalis termini. Et probat, quia tranſſubſtantiatio, & creatio non habent ſubiectum; ergo non eſt de ratione actionis, vt ſic, habere ſubiectum inhæſionis: aliàs omnis actio hoc haberet. Ex quo infert, de ratione actionis eſſe ſolum, vt ſit modus quidam inhærens termino, & per ſe immediatè fluẽs ab — Corollar.

ab efficiente: ille enim reſpectus ad terminum non eſt ſicut ad ſubiectum, nec illa intima coniunctio eſt propria inhæſio, aut informatio, ſed peculiaris modus conſtituendi ipſum terminũ in rerum naturam dependentem, & fluentem à ſuo principio Et quãuis res, quæ eſt actio, requirat ſubiectũ, actio verò, vt ſic, non requirit, niſi ratione termini, nec hoc explicat, nec niſi ratione termini ſubiectum poſtulat. Et n. 15. dicit: Dico quartò nulla actio, vt actio & præcisè concepta ſub ea ratione, qua à paſſione diſtinguitur, habet ſubiectum inhæſionis, ſed denominationis tantum: vnde, quæ eſt in ſubiecto, ſolũ inhæret mediante paſſione Et probat hoc: quia actio, vt actio, ſolum differt à paſſione ratione formali concepta: ſed in hoc tantum differũt, quia paſſio dicit motũ, vel mutationem inhærentem paſſo, & efficientẽ illum: ergo actio, vt actio, præſcindit ab hac habitudine: non ergo includit formaliter eſſe in, ſed eſſe ad agens, & ideo valde analogicè eſt acci-

Confirm. dens. Et confir fortiſſimo argumento; quia actio infert paſſionem: ergo non afficit paſſum ſecundum rationem ſuam. Quinimò aſſerit, eſſe dicendum, actionem immanentem, vt ſic, non inhærere agenti, vt agens eſt. Sed tam actio immanens, quam tranſiens ineſt paſſo, vt paſſum eſt, & eſt differentia inter actionem immanentem, & trãſeuntem, quod in actione immanente agens & patiens coincidunt in idem, non in tranſeunte. Et hæc omnia confirmat in ſolutionibus argumentorum, & iſta ſolum adducuntur, & non probantur.

Deciſio quæſtionis.

Vt ergo veritatem Thomiſticam, & Peripateticam explicemus, ſit

1 Concl. Quò actio egreditur ab agente. Prima concluſio: Actio egreditur ab agente, non per aliam actionem, ſed per ſimplicem emanationem. Hæc concluſio habet tres partes probandas, ſcilicet quod egrediatur ab agente. Et probatur: Nam agens creatum agere dicitur, per hoc, quod habet actionem à ſe productam: nam ſi non haberet actionem, non ageret, & ſi non eſſet à ſe producta, non ageret; nõ enim ago ego per actionem quam Petrus producit. Quod verò non producatur iſta actio per aliã actionẽ, probatur, quia aliàs eſſet proceſſus in infinitum in actionibus: nam illa actio, per quã producitur actio, produceretur per aliam actionem, & idem de iſta eſſet dicendum. Quod verò per ſimplicem emanationem, probatur, nã non reſtat alius modus productionis ab agente, & iſte reducitur ad agens cauſſa efficientis. Hæc concluſio colligitur ex D Tho. 11. Metaphyſicæ, & locis inferius citandis.

2. Concluſ. Cõtra Caieta. Actio eſt ſubiectiuè in paſſo. Secunda concluſio: Actio tranſiẽs eſt inhæſiuè & ſubiectiuè in paſſo, & nullo modo inhæret agenti. Hæc concluſio eſt Ariſt. expreſſa ſupra 3. Phyſicorum, cap. 3. vbi dicit, eundem motum eſſe actionem, & paſſionem, & 11. Metaphyſicæ, lectione 9. apud D. Tho. & idem ſanctus Doctor hoc ipſum docet ibi, & prima parte, quæſt. 18. art. 13. ad 1. & quæſtio. 41. art. 1 ad 2. & 2. contra Gentes, cap. 3 & 9. Metaphyſic. tex. 16. expreſsè explicando Ariſtotelem, docet idem 1. parte, q. 54 artic. 3. & lib. 3. de anima, lectione 2. & primo contra Gentes, capite 100. & 1. Senten. diſtinct 9. quæſt. 4. art 3 ad 3. eſt communis ſententia omnium Thomiſtarum, vno aut altero dẽpto. Et probatur rationibus: Nam actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed iſte motus, prout procedit ab agente, eſt in mobili, & in paſſo: ergo & actio eſt in paſſo. Et ita dixit Diuus Thomas, ſupra dicta lectione nona, quod vnus motus ſecundum ſubſtantiam eſt actus vtriuſque, & mouentis, & moti: mouentis, vt à quo, & mobilis vt in quo.

Varia lect. D. Tho.

Præterea: Etiamſi ponamus formam in agente, non intelligendo motum, (& loquor de actionibus tranſeuntibus) non intelligitur aliquid agere: ergo illa forma non eſt actio. Conſequentia eſt euidens: quia ſi ponitur actio, impoſſibile eſt, quod non ſit agens: eſt enim effectus formalis actionis agere. Sed minor probatur: Nam ignis calefacit per poſitionem caloris in ligno: ergo etiã, ſi ego intelligam formam in igne, & non intelligam calorem in ligno: non intelligo ignem calefacere: ergo non

in-

Digitized by Google

intelligo actionem, quando intelligo il lam formam, quam tu ponis: ſed quando intelligo calorem procedentem ab igne. Explicatur hoc, & declaratur amplius: intellecto calore in ligno, prout ab igne, intelligo ignem agere, & reuera ita eſt intellecta illa forma, quam tu dicis eſſe actionem reducentem ignem ad actum, & non intellecto calore ab igne, non intelligo ignem calefacere: ergo non habet actionem in ſe. Antecedens probatur, quia impoſſibile eſt ignẽ calefacere: & non habere actionem. Antecedens probatur, quia impoſſibile eſt ignem calefacere ſine calefactione, & calefactio eſt calor procedens ab igne, vel ſi non eſt calor ab igne: ergo intelligo ignem calefacere ſine calore ab igne. Dices, quod tunc intelligo ignem calefacere in illo priori: quia habet calefactionem; ſed inquiro, quid calefaciat, vel ſe, vel paſſum: nõ ſe, nec paſſum, quia in illo priori nihil intelligo eſſe in paſſo: ergo actio eſt motus ille, ſeu forma in fieri, prout eſt ab agente. Præterea: Illa forma, prout eſt in fieri ab agente, tribuit aliquam denominationem: non aliam niſi agentis: ergo verè illa eſt actio, & in paſſo: ergo ex eo ſolum, quod ignis calefacit lignum, dicitur agere in lignum, & producere calorem omni alio circumſcripto: ergo per ſolam illam productionem omni alia forma circumſcripta dicitur ignis agere, & ita illa erit actio. Præterea: actio, vt actio, non dicitur quod ſit in agente, ſed quod ſit agentis: ergo illa forma, quæ eſt in paſſo ab agente, erit actio. Preterea ſequitur, quod agens, dũ agit, phyſicè moueatur: hoc autem eſt falſum: ergo actio non eſt in agente. Sequela probatur. Quia, ſi calefactio eſt in igne, & dealbatio in homine dealbante: ergo dum calefacit, calefiet, & dum dealbat, dealbabitur, quia calefactio impoſſibile eſt, quod in ſubiecto nõ habeat ſecum calorem, & dealbatio albedinẽ: hoc autem falſum eſt, quia agens vt ſic non habet recipere, ſed dare paſſo aliquid. Præterea: Hæc eſt differentia ex 9. Metaphyſi. loco adducto inter actionẽ immanentem, & tranſeuntem, quod actio immanens manet in agente, & trãſiens actio eſt in paſſo: ergo calefactio & aliæ actiones huiuſmodi ſunt in paſſo, & de immanentibus poſt modum dicemus. Probatur conſequentia: quia, ſi eſſent in agente, eſſent immanentes actiones, cum omni proprietate. Dices, vocari actiones tranſeuntes, quia earũ virtute reſultat in paſſo alius effectus, immanentes verò, quia virtute illarum nullus reſultat effectus, Sed contra: Nã actio intellectus diuini, & voluntatis, qua voluit ab æterno, vt in tempore eſſent iſti effectus, eſt actio immanens, & tamen habet effectum ad extra: ergo, &c. Maior patet, quia manent in ſuo intellectu, & voluntate. Et confirmatur, quia, ſi Deus conferret virtutem meo actui intellectus, vt per illum ignis ad extra produceretur, verè eſſet actio immanens ex eo ſolum, quod in ſuo manet principio, ergo, etiamſi actio exiſtens in igne calorem producat in paſſo, immanẽs actio diceretur, quia in ſuo principio manet; eſt ergo agere actione trãſeunte, quod aliquid paſſo ab agente proueniat, & non eſt neceſſe, quod maneat aliqua forma in agente ad hoc, qđ agere dicatur. Eſt tam patens hęc ſententia D. Thom. & Ariſtotelis, vt illam amplius probare ſit ſuperfluum.

Obiectio. *Impugnat.* *Incõuenientia quæ ſequũtur ex ſniã Caiet.* *Falſa ſol.* *Impugn.*

3. Concluſ. Actio creata nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto.

Tertia concluſio: impoſſibile eſt, quod detur aliqua actio creata, quæ non habeat ſubiectum, cui inhæreat. Hęc concluſio eſt demonſtrata. Et probatur, quia omnis actio creata, vel eſt ſubſtantia, vel accidens; ſubſtantia eſſe non poteſt, quia nullius creaturæ actio eſt ſubſtantia, cum nulla creatura agat per ſuam eſſentiam: ergo eſt accidens: ſed de eſſentia accidentis eſt, quod poſſit inhærere, & ſine miraculo non poteſt eſſe ſine ſubiecto: ergo omnis actio eſt ſubſtantia: ergo vel eſt prima, vel ſecunda: neutrum horum, vt de ſe patet: ergo non poteſt actio creata eſſe ſubſtantia: ergo erit accidens. Vnde ſequitur, quod ex neceſſitate debeat inhærere. Nec dicitur generatio actio ſubſtantialis, quia ſit ſubſtantia, ſed quia terminus eſt, ſubſtantia tamen verè inhæret ſubiecto mediante forma; & creatio actiua eſt in Deo, & eſt eius ſubſtantia: in creatura non eſt ali-

qua actio, qua creatura creatur, nec paſſio, quæ ſit motus in creatura receptus, ſed præcisè, vt aſſerit; D. Tho. prima parte, quæſtione quadrageſimaquinta, articulo tertio, eſt relatio ad Deum creantem. Sed quia hæc tangunt creationis naturam, vide ſupra adducto articulo.

4. Concluſ. Actio, vt actio, dēt habere ſubiectum.

Quarta concluſio: Actio, vt actio, & qua ratione à paſſione diſtinguitur, habet ſubiectum inhæſionis. Probatur, iſta concluſio, quia actio, vt actio eſt, & vt formaliter diſtincta à paſſione eſſencialiter, eſt accidens: ergo vt ſic inhæret. Conſequentia eſt euidens, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, & impoſſibile eſt dari in rerum natura accidens non inhęrens, niſi per miraculum. Et probatur antecedens, quia actio, vt ſic, includit rationem accidentis, prædicamentum enim actionis prædicamentum eſt accidentis, & ita actio dicit modum accidentalem accidentis determinatiuum, vnde eſſentialiter eſt accidens. Præterea; Actio, vt ſic, & vt diſtinguitur à paſſione, habet eſſe, vel per ſe; & hoc non, quia eſſet ſubſtantia, ergo in alio, ergo inhæret alteri, ergo habet ſubiectum inhęſionis, cui inhæreat. Et hæc eſt communis opinio. Nemo enim dubitauit hucuſq. actionem inhærere. Sed dubium fuit, an in paſſo, an verò in agente inhærentiam haberet. Vnde ego non poſſum capere, quomodo Suarez potuerit in mentem venire, quod actio vt ſic non haberet ſubiectum inhæſionis. Nam quamuis ſignificetur (loquimur enim de actionibus creatis) ex modo ſuo, vt progrediens ab agente, verè paſſo inhæret; ſicut, licet paternitas in creaturis ſignificetur, vt ad aliud, inhæret ſubiecto, quod refertur ad filium, & licet ſit idem ſubiectum actionis, & paſſionis, non propterea negandum eſt, actionem, vt ſic, non habere eſſe in alio, & non habere ſubiectum inhæſionis.

Reÿcitur Suarez.

5. Concluſ. Actio immanens inhæret agenti.

Quinta concluſio. Actio immanens verè inhæret agenti, & ita concedendum eſt. Nam licet ad hoc, quod actio immanens inhæreat, præſupponatur in ſubiecto aliqua potentia paſſiua ipſius actionis, quando dicimus quod actio immanens inhæret agenti, non ſit ſenſus, quod inhæreat illi, quatenus eſt agens, ita vt ratio, quare inhæreat, ſit eſſe agens, & quod potentia paſſiua in ſubiecto requiſita ad ſuſcipiendam actionem ſit ratio agentis, hoc enim eſt impoſſibile. Sed volumus dicere, quod inhæret eidem rei, quæ agit. Et ratio, quare inhæreat, ex parte actionis immanentis eſt, quia eſt accidens, ex parte ſubiecti recipientis actionem eſt potentialitas ſuſceptiua ſubiecti, & non eſt paſſio. Quare nec dicendum eſt, quod inhæreat vt ſic. Et non facit ſenſum formalem illa propoſitio, actio immanens inhæret agenti, ſicut nec iſta, actio immanens inhæret homini; & eſt vera, ſicut eſt verum dicere, homo habet actionem immanentem. Et videbis hoc: Quia, ſi loquamur de actionibus tranſeuntibus, hæc eſt falſa, actio inhæret paſſo, vt paſſum eſt, id eſt, vt habet paſſionem, quia actio prior eſt, ſaltem noſtro modo intelligendi, paſſione, & tunc intelligimus nos actionem in ligno, & non intelligimus paſſionem; ergo non eſt ratio inhærēdi actioni paſſio, ſed ratio inhærendi ex parte ſubiecti eſt quantitas in actionibus trāſeuntibus, & ex parte ſua, ſua propria natura.

6. Concluſ. In Deo reperiuntur propriè actiones immanentes.

Sexta concluſio. In Deo ſunt operationes immanentes, & propriiſſimè; ita que eſt operatio intellectus, & voluntatis, quæ ſunt propriiſſimæ, ſed infinito modo operationes; & quando Deus operatur aliquid ad extra, etiam propriiſſimè dicitur operari. Hanc concluſionem in præſenti nolo diſputare. Sed aduerte, quod ita loquuntur ſacra Concilia, & Euangelium, & Sancti. Probatur illa concluſio breuiter, vt logicum conformiter ad Sanctos, & Concilia doceamus loqui. Probatur ex Concilio Conſtantinopolitano 6. actione 4. vbi ſic definitur: Cum duas autem naturas, duaſque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in vno Domino, non contrarias eas, nec aduerſas ad alterum dicimus. Et infra; Ita & naturales in ſe voluntates, & operationes habere diuinam ſcilicet, & humanam; diuinam ſcilicet

ope-

Digitized by Google

operationem,& voluntatem habere exiſtimo,&c.Et hoc ipſum ſæpius repetit, nec eſt neceſſe, vt ſit perfectè actio diuina,& operatio diuina profluat à potentia,vt quid realiter diſtinctum ab illa;hoc enim eſt operationis finitæ & limitatæ proprium,ſed ſufficit,vt ſit propriiſſima operatio,& actio,quod conſtituatur Deus noſtro modo intelligendi in actu ſecundo per illam, ſeu quod præſtet id,quod noſtra actio præſtat altiori modo dēptis imperfectionibus.Et Chriſtus de Patre, & de ſe dicit; Pater meus vſque modo operatur,& ego operor, & Deum dicimus beatum,beatitudo autem in operatione conſiſtit.Item, Omnis perfecito ,quæ eſt in creatura, tribuenda eſt Deo demptis imperfectionibus,ſed creatura intelligit , & habet actionem intellectiuam,ergo hanc concedere debemus Deo altiori modo dēptis omnibus imperfectionibus.Sed qa hæc res eſt Theologica , ab illa ſuperſedeo.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Explicatur D.Tho. 1. Solutio. AD primum reſpondetur , quod quando D.Tho.dicit, actionem , quæ non eſt ſubſtantia agentis , eſſe in agente,ſicut accidens in ſubiecto, loquitur de actione immanente;& hæc eſt in prædicamento , vt dicemus ſtatim.Secundò reſpondetur, quod loquitur de actione non ſecundum ſe , ſed ratione relationis. Itaque actio etiam tranſiens eſt in ſubiecto ratione relationis,non ratione ſui ipſius. Ad ſecundam authoritatem reſpondetur , quod loquitur,quantum ad denominationē, quod actio , vt denominans videtur eſſe in agente ratione denominationis , ratione verò ſui exitus dicitur eſſe ab agente;erit ergo ab agente, & denominat agens . Ad illud in ſecundo ſententiarum reſpondetur,quod ibi refert illam ſolutionem, quia ſufficiebat ad ſoluendum argumentum propoſitum, licet non dixerit illam ex propria ſententia.Tātū honorem defero D.Tho. & eius dictis,vt cenſeam , oppoſitam ſententiam propter hanc authoritatem eſſe probabilem,licet D.Tho. quem defendimus,ex propoſito doceat. Quam obrem probabilior eſt;qui oppoſitum tenere voluerit,legat Caietanum ſupra dicto loco primæ partis.

2. Solutio.

Ad 2. arg. Per quid conſtituat agens in ratione agentis. Ad ſecundum reſp.quod vt agens dicatur realiter agens,& eſſe agens ſit aliquod reale,ſufficit , quod actio realiter profluxerit ab agente, & non eſt neceſſarium,vt inhæreat illi, quia per hoc dicitur realiter agere , quia actio ab ipſo fluit.Et tūc,ſi inquiras,an mutetur;reſpondetur;quod mutatione metaphyſica non dubito,quia acquirit denominationem realem,licet extrinſecam, & relationem;phyſica verò mutatione non mutatur,quia non habet in ſe motum,nec mutationem.

Ad 3. arg. Differētia inter actionem immanentem,& tranſeuntem. Ad tertium reſpondetur ; actionem immanentem eſſe perfectionem intrinſecam agentis , non verò tanſeuntem ; ſed actio tranſiens eſt perfectio paſſi. Nā agens actione tranſeunte non agit vt ſe perficiat,ſed vt perficiat paſſum; quare potius iam præſupponitur perfectum iu ſe , vtpote quod eſt potens alteri conferre perfectionem . Quæ ſolutio colligitur ex D.Tho. prima parte,quæſtione 18.articulo quinto, ad 1. quem vide, & Ariſtotel.6. Ethicorum capite 5.Etſi aliquando dicitur , quod eſt perfectio agentis, intelligitur extrinſeca , non intrinſeca , ſiue inhærens ; ſed extrinſeca , in quantum eſt conſeruatio ſuæ ſpeciei , & communicatio alicuius perfectionis,quæ tamen non eſt , niſi in illo , cui communicatur.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur ; quod aliter ſe habet , non per ſuſceptionem actionis,ſed quia actio ab illo fluit , & quia acquiſiuit relationem,quæ eſt quędam mutatio metaphyſica.

Ad conf. 1. Ad cōfirmationem reſpondetur, quod Ariſtoteles putauit,nihil à Deo de nouo fieri ſine eo, quod poneretur de nouo in intellectu eius aliqua actio immanens, & ita dixit quod mutaretur.Sed nos dicemus volitione illa ſua æterna in tempore res produxiſſe,vnde non mutatur creando ; Deus enim mutat res , immobilis manens.

Ad 5. Ad quintum diximus iam in prædi-

Digitized by Google

ſamento relationis. Ratio enim fundandi bene poteſt eſſe in alio ſubiecto, dũ tamen fluxerit à potentia, quæ eſt fundamentum relationis.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur; quod ignis, tanquam per principium effectiuum, agit per ſuum calorem, mediante actione, quæ eſt forma efficientis. Et hæc, vt dicatur agere calorem effectiuè, ſat fuerit, quod ab ipſo formaliter diſtinguatur, & agens principaliter realiter, de quo iam diximus.

Ad 7. arg. Ad ſeptimum reſpondetur; quod actio eſt in paſſo, & nõ denominat illud, quia non eſt ab illo; actio enim eſt forma ab agente; vnde vt paſſum denominaret, deberet eſſe ab illo. Et quando dicitur, quod effectus formalis eſt, vel prouenit à forma illi communicata, intelligitur, quando eſt capax talis denominationis ſubiectum; at verò paſſum non eſt capax talis denominationis, quia, vt eſſet capax, deberet eſſe ab illo; tribuit tamen illi hoc eſſe accidentale, quod eſt habere paſſionem; ſicut ſpecies albedinis non facit aerem albiorem in eſſe ſenſibilis, quamuis iſte ſit effectus eius in oculo, quia aer non eſt capax huius denominationis; nam ad hoc deberet eſſe cognoſcitiuus. Et per hoc patet ad confir.

Quare actio licet ſubiectiuè ſit in paſſo, non denominet illud.

Ad 8. arg. Ad octauum reſpondetur; quod in illo caſu ſunt plures actiones, quia plures calores ab eodem igne exeunt: nec inconuenit, quod vnum agens ſimul plures producat actiones in diuerſis ſubiectis, quia omnes illæ reputantur pro vna totali actione.

Ad confir. Ad confirmationem reſpondetur: quod illæ non poſſunt eſſe cauſſæ totales eiuſdem effectus, ſed partiales, & ita nõ eſt, niſi vnica actio reſpiciens duo partialia agentia per modum vnius, de quo non eſt hic amplius agendum.

Ad 9. arg. Ad nonum reſpõdetur, quod ſufficit, quod actio dicatur cauſſa paſſionis, vt ratio, ſecundum quam agens agit, quod ſit formaliter diſtincta à paſſione, & nõ eſt neceſſe, quod realiter tanquam res à re diſtinguatur; & diximus, & dicemus plura de hoc.

Ad confir. Ad confirmationem reſpondet Caietanus, & Ferrar. non dari actiones ad extra productas ab agentibus per intellectum, & voluntatem. Vnde Caietanus prima parte, q. 15. art. 1. & Ferrar. ſecundo contra Gentes, cap. 1. & 17. & idem videtur aſſerere D. Tho. ibidem capite 23. & 25. ſecundum opinionem aliquorum. Et hanc opinionẽ multi ſequuntur. Et ratio horum eſt, quia non decet agentes per intellectum agere per actiones, quæ ſunt extra illos. Alii dicunt, (& hanc potius ſequor ſententiam) creationem ſolum eſſe actionem in Deo cum reſpectu rationis ad creaturam, & non eſſe actionem, nec paſſionem in creatura, quia actio prior eſt natura ſuo termino, & cum res totaliter per creationem produceretur, daretur actio ſine ſubiecto, quod implicat. Quãdo verò Deus, ſeu Angeli aliquid operãtur in ſubiectis, ibi eſt etiam externa actio producta à Deo, & Angelis, vt quãdo Deus iuſtificat, auget gratiam, quando Angelus mouet lapidem, gratia illa, prout à Deo procedit, eſt iuſtificatio actiua, prout recipitur in paſſo, paſſiua iuſtificatio. Et hanc ſententiam videtur ſequi D. Tho. Nam actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed illa iuſtificatio eſt mutatio procedens à Deo, ergo eſt actio Dei, quæ cauſſatur per aliam actionem internam Dei ipſius, quæ eius volitio eſt cum reſpectu ad extra rationis. Nec eſt contra dignitatem Dei, vt per illam immanentem actionem producat ad extra aliquid, quod ſit actio tranſiens, ſicut producit formam, quæ eſt effectus ipſius, & ita externa actio denominat Deum agentem, ſed non eſt denominatio realis, quia Deus non habet denominationem realem à ſuis effectibus, & creaturis.

Ad 10. arg. Ad decimum reſpondetur, quod generatio dupliciter accipitur. Vno modo pro alteratione præcedente; & hæc ſubiectatur in ſubiecto quod alteratur. Alio modo accipitur pro introductione inſtantanea formæ in materia, & hæc ſubiectatur in compoſito, quod generatur ratione formæ. Nam cum illa identificatur realiter, quia actio generatiua hominis eſt forma in intro duci. Et quidicitur, eſt prior re genita; diſtinguo, in facto eſſe cõcedo, in fieri nego. Sed de hoc lib. 1. de Generatione.

Ad

Ad argu. Suarez. Ad argumenta Suarez de creatione, quomodo non ſit ratio, niſi in Deo, iam diximus. De tranſubſtantiatione reſpōdet Diuus Thomas in quarta, diſtinctione vndecima, quæſtione prima, articulo tertio, ad tertium, quod tranſmutatio huius conuerſionis non ponit aliquid imperfectum, ſed ſolum ſucceſſionem quandam perfectorum, non ſolum actuum, ſed rerum iam ſubſiſtentium, ſucceſſio autem eſt in ſuccedentibus ſibi, ſicut ordo in ordinatis. Vnde iſta relatio ordinis huius ſucceſſionis eſt quidem ſecundum rem in ipſo pane, qui mutatur, non autem in ipſo corpore Chriſti, niſi ſecundum rationem, quia ipſum immutatum manet. Quæ verba D. Thom. duplicem poſſunt habere ſenſum. Primus, quod, ſicut forma binarii eſt in prima & ſecunda vnitate, ſecundum quod vna dicit ordinem ad aliam, & è conuerſo, & motus Angelicus eſt in ſucceſſione termini, à quo, & ad quem, ita transſubſtantiatio eſt in pane, & in corpore Chriſti; in hoc, vt in eo, in quod aliquid trāſſubſtantiatur, immoto tamen manēte ſubſtantialiter, & ſolum acquirente eſſe ſub his ſpeciebus, quia panis in ipſum conuertitur. In pane verò, vt in eo, quod mutatur; nec eſt inconueniens, quod aliquod accidens ſit in pluribus ſubiectis partialibus, vt patet in numero. Alia explicatio eſt, quod hæc mutatio eſt in pane, vt in ſubiecto, & reſpicit corpus Chriſti, vt terminum, in quem conuertitur, ſicut relatio paternitatis eſt in patre, & reſpicit filium, vt terminum. Sed hæc latius tertia parte, quæſtione ſeptuageſimaquinta. Reliqua, quæ dixit, per concluſiones noſtras patet eſſe falſiſſima. Ad argumentum quartum dicti Suarez reſpondetur, quod actio & paſſio ſunt primò diuerſa, & actu ſecluſa operatione intellectus, & prædicamentales rationes diſtinctiſſimæ. Nam ridiculum eſt, prædicamenta non plus diſtingui, quam attributa diuina, imo magis diuerſa ſunt, quam duæ ſpecies eiuſdem generis, quia in nullo vniuoco conueniunt, & quamuis ſola ratione ratiocinata diſtinguerentur, ex neceſſitate actus deberet habere ſubiectum, quia accidens eſt, & non eſt modus vtcunque, ſed prædicamentalis ratio perfecta & completa, habens ſuas ſpecies completas & perfectas. Et quis non videat, falſum eſſe, actionem inhærere mediante paſſione? Quia etiam dicam ego, quod paſſio inhæret, mediante actione; ſi ſunt idem actu a parte rei, & ſolum ratione diſtinctæ, nec paſſio eſt ratio inhærendi alteri prædicamento. Et quamuis actio inferat paſſionem, infert illam inhærendo ſubiecto, quia accidens inhærendo agit.

Actio & paſſio ſunt primò diuerſa.

QVÆSTIO LXVII.

Vtrum actiones immanentes collocentur in hoc prædicamento.

Videtur quod non, quia ſupra dictum eſt, quod collocantur in prædicamento qualitatis, ergo non in prædicamento actionis. Probatur conſequentia: Quia impoſſibile eſt, quod vna res ſecundum vnam rationem in duobus ſit prædicamentis, ſed actio immanens, vt ſic, eſt in prædicamento qualitatis; ergo non in prædicamento actionis. In oppoſitum eſt, quod eſt vera actio, ergo eſt in prędicamento actionis; quia ex eo, quod ſit ſpiritualis, hoc non tollit, nam qualitas ſpiritualis ponitur in prædicamento qualitatis, & qualitas corporalis etiam, & ſubſtantia ſpiritualis ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, & ſubſtantia corporalis ſimiliter, ergo, &c. In hac parte ſunt duæ opiniones. Altera: in hoc prædicamento actionis ſolam actionem tranſeuntem collocari, quæ realiter eſt motus; quia ita definitur ab Ariſtotele: Actio eſt motus, prout procedit ab agente, ſed actio immanens non eſt motus, prout procedit ab agente, ergo non eſt in hoc prædicamento. *1. Argum.* *Controu.* *1. Senten.*

Secundò. Quia actio immanens eſt diſpoſitio ſubiecti eſſentialiter, vel con- *2. Argum.*

formiter ad ſuam naturam, vel diſformiter, & hoc habet, qua ratione eſt actio, ergo qua ratione eſt actio in prædicamento qualitatis, ergo non in prædicamento actionis. Probatur cõſequentia; Quia impoſſibile eſt, aliquam rem ſecũdum eandem rationem eſſe in diuerſis prædicamentis; nam prædicamenta sũt primò diuerſa. Maior prima probatur; quia videns, aut intelligens per illam actionem qualificatur; ergo diſponitur; nam qualitas eſt diſpoſitio. Probatur antecedens, quia illæ actiones qualitates ſunt, & modi determinatiui ſubſtantiæ.

A rgum. Tertiò; Nam ita accipitur actio, quando conſtituit prædicamentum actionis, ſicut paſſio, quando conſtituit prædicamentum paſſionis; ſed paſſio, vt eſt conſtitutiua talis prædicamenti, eſt paſſio corporalis, & quæ identificatur cũ motu corporali; ergo actio eodem modo debet accipi. Minor probatur ex Diuo Tho. & Ariſt. 5. Metaphyſicæ, lectione 17. vbi ita dicit. Paſſio dicitur vno modo qualitas, ſecundum quam alterari contingit, vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas, & leuitas, & quæcunque ſunt talia; alio verò horum actiones, & alterationes. Ita dicit D. Tho. Secundus modus eſt, ſecundum quod huiuſmodi paſſiones qualitatis, & alterationes, quæ ſunt ſecundum eas, dicũtur paſſiones, & ſic paſſio eſt vnum prædicamentum, vt calefieri, & infrigidari, & huiuſmodi. Vbi nec Ariſtoteles, nec D. Tho. loquuntur, niſi de paſſionibus, quæ ab actionibus tranſeuntibus inferuntur; ergo ſolum illæ ſunt in hoc prædicamento, & generatio ab aliquibus ponitur in hoc prædicamento, quia eſt actio tranſiens, etiamſi ſit inſtantanea, ab aliquibus non, quia non eſt motus propriè dictus, ſed mutatio. Et hic ſunt ponendæ actiones, quæ ſunt motus. Et Caietanus videtur dicere, quod generatio non eſt actio, ſed terminus actionis. *2. Sent. Soncin.* Et hæc eſt opinio Soncin. 9. Metaphyſi. q. 21. quam probat 6. rationibus, quas ibi videre poteris; & dicit, actiones immanentes non eſſe propriè actiones, ſed ſimilitudinarias; propriæ autẽ ſunt qualitates, & operationes. Aſſerit ſubinde, illuminationem non eſſe in prædicamento actionis, quia eſt inſtantanea actio. Illa verò actio, quæ eſt in prædicamento actionis, debet eſſe actio cum motu propriè dicto, & oppoſita ſententia aſſerit, actionẽ immanentẽ verã eſſe actionem, & in prædicamento actionis collocari. Et, qui hanc tuentur ſñiam, dicunt, nõ eſſe neceſſariũ ad rõnem actionis, quæ eſt in hoc prædicamento, quod ſit idem cum motu, vel quod inferat ex ſe paſſionẽ, ſed ſolum quod ſit in ſubiecto ratio agendi, nam reliqua ſunt proprietates actionis materialis. Et hęc opinio innititur argum. in principio facto in oppoſitũ, quia ex eo, quod ſit ſpecialis, vel inſtantanea actio, non perdit naturam actionis, ergo verè ponitur in hoc prædicamento. Et ita vocantur actiones immanentes, ac ſi per hoc dicerentur ſolũ differre ab aliis in ratione actionis, quia manent in operante, non verò, quia non habeant veram, & prædicamentalẽ naturã actionis. Et ſi contra hoc fiat argum. nam actio de prædicamento actionis idem eſt, quod ratio cauſſę efficientis, ſeu cauſſalitas eius; ſed per intellectionẽ non efficit intellectus aliquid ex natura intellectionis; ergo intellectio non eſt actio. Prob. min. nam maior clara videtur: nã quia efficit non ſpeciem intelligibilem, non actionẽ ipſam, nec verbum, quia nõ ſemper producit verbũ, & viſio externa nihil efficit, vt patet, & eſt vera actio, ergo, &c. Reſpõdet Suar. diſp. 48. ſect. 2. n. 13. *Suarez.* & deinceps, quod illa actio eſt qualitas, & producitur per verã actionẽ, quę eſt de prædicamento actionis. Et hanc verã actionẽ vocat dependentiã intellectionis à ſua cauſſa efficiente, ſed ſi illa dependentia eſt vera actio, & diſtincta à qualitate, quæ eſt in intellectu, etiam erit illa actio qualitas. Et ſic reſtat eadem difficultas. Secundò: quia, ſi intellectio per veram actionem producitur, illa actio etiam producitur per aliã verã actionem, & ſic erit proceſſio in infinitum, quod eſt abſurdũ. Sed hoc quis intelliget? *Doctrina Suar. ĩ intelligibilis.* Et ideò reſpond. quod de ratione actionis non eſt, quod efficiat aliquid,

quid, ſed quod ſit forma agentis, & ita illa intellectio in hac opinione eſt vera actio, quæ eſt ratio intelligendi homini, & viſio eſt ratio videndi, quod verò producat aliquid, eſt accidens actionis trāſeuntis, prædicamentalis verò actio hoc non dicit. Et D. Thom. & Ariſt. ponunt exempla in rebus ad ſenſum magis notis. Vtraque opinio non videtur mihi improbabilis, & magis firma ſententia videtur prima: ſed explicanda eſt de omni actione tranſeunte, etiāmſi ſit inſtantanea: quia huic omnes proprietates actionis, quas Gilbertus aſſignat actioni prædicamentali, conueniunt. Maximè, quia actio inſtantanea eſt motus largo modo, vt inferius dicemus. Sed vt eandem ſententiam explicem conformiter ad ea, quæ dicta ſunt in prædicamento qualitatis, ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. *Actio immanens eſt in prædicamento qualitatis.*

PRima concluſio. Actio immanens verè eſt in prædicamento qualitatis. Hanc concluſionem concedimus ſecundæ opinioni, & ita ſuperius definiuimus. Ratio eſt, quia viſio, intellectio, amor, & aliæ huiuſmodi actiones verè ſūt qualitates, vt probat prima opinio: verè enim qualificant, & diſponunt ſubiectum. Cum enim homo intelligit verum, diſpoſitus eſt ſecundum ſuam naturam, & illa intellectio eſt maxima hominis perfectio: quia omnis homo ſcire deſiderat, quia eſt perfectio ipſius naturæ, & optima eius diſpoſitio: & ſi vt verum quidem falſum intelligit, malè eſt diſpoſitus. Et ſicut habitus ſcientiæ & virtutum ſunt diſpoſitiones hominis bonæ, quæ nihil aliud ſunt, quam actus in habitu, ita actuales intellectiones, & opera virtutum ſunt diſpoſitiones actuales ſubiecti, & in prædicamento qualitatis, & aliquando ſunt habitus, vt patet in Intellectione Angeli, qua ſe ipſum intelligit, quia eſt difficilè mobilis.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Eædem operationes ſunt etiam in prædicamento actionis. Probatur: quia ſunt veræ actiones. Quod verò ſint ſpirituales, vel inſtantaneæ, non tollit rationem veræ actionis: nam intellectus eſt vera potentia: ſed omnis potentia ſpecificatur per actus ab ipſa productos: ergo illa intellectio eſt verè actus, & actio: nam actus ſecundus operatio, & actio eſt.

3. Concluſ. *Quō vtraque opinio concordari poteſt.*

Tertia concluſio: Eadem actio, quatenus conſtituit operantem in actu ſecundo, actio dicitur, quatenus verò diſponit ſubiectum, eſt qualitas, quæ eſt diſpoſitio. Itaque eadem qualitas, ſecundum diuerſas rationes formales actu diſtinctas in diuerſis eſt prædicamentis, & vt intellectio eſt in prędicamento actionis, nō eſt qualitas formaliter, ſed actio, quæ eſt peculiare entis genus. Sicut enim qualitas materialis in fieri eſt actio, prout conſideratur procedens ab agente, verbi gratia, calor, frigus, &c. ita eadem qualitas ſpiritualis, vt conſideratur diſponens ſubiectum, eſt diſpoſitio, vt conſideratur deducens potentiam ad actum ſecundum, eſt actio: nam hoc benè poteſt conſiderari ſine qualitate ſpiritali. Vt patet in actione tranſeunte, quæ deducit potentiam ad actum ſecundum, & non diſponit ſubiectum. Secundum iſtas concluſiones poterunt cōcordari varia Doctorum dicta, illorum, qui aſſerunt, non eſſe in prædicamēto actionis immanētes actiones, & illorum, qui dicunt, ibidem reponi. Sunt enim explicandi ſecundum diuerſas rationes, & conſiderationes. *Doctrina optima.* Nec multum eſt, quod, ſicut idem motus ſecūdum vnam rationem eſt poſtprædicamentum, & ſecundum aliam actio, & ſecundum aliā paſſio: ita eadem qualitas realiter ſecundū vnam rationem ſit actio, & ſecundum aliam diſpoſitio. Nec eſt aliquod argumentum alicuius momenti contra iſtas concluſiones, & facilè ex dictis ſoluentur. Nunquam autem Ariſt. & D. Thom. dixerunt, ſolas actiones tranſeuntes eſſe in hoc prædicamento, & quando definierunt actionem, quæ ſit motus procedens ab agente, definierūt id, quod erat magis notum. Et ita etiam poſſumus dicere, ſecundum quod intellectio eſt aliquid procedens ab agente inſtantaneè, qua homo, verbi gratia, conſtituitur in eſſe agentis, quod ſufficit, vt ſit vera actio. De hoc in nono Metaphyſicæ latius agitur, & quæſt. 27. prima parte, vbi videnda erunt, quæ modò omittimus.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO LXVIII.

Vtrum actio habeat ſpeciem ex principio, & ex termino.

HANC quæſtionem nolo tractare, prout ſolet in prima ſecundæ diſputari, quia hoc excedit negotium logicale. Sed ſolum volo aliqua principia exhibere logicis, vt poſtmodum ſuis locis huius rei ampliorem habeant notitiam. Hoc enim, quod quærimus ſcire, neceſſarium eſt ad conſtituendum hoc prædicamentum; & ideo hac ratione de ſpecificatiuo actionis tractationem ſumimus.

1. Argum. Et videtur, quod non; primò quia ſæpe eadem actio poteſt prouenire à principiis efficientibus diſtinctis, ſecundum ſpeciem, vt calefactio ab igne, & à ſole mediante lumine; & è conuerſo ab eodem principio proueniunt actiones differentes ſpecie, vt à ſole mediante lumine calefactio, & illuminatio; ergò nō differunt ſpecie penes principia. Alias ſi principium eſt idem, actiones eſſent eiuſdem rationis, & ſi principia diuerſa, eſſent diuerſæ ſpeciei, cuius oppoſitum patet in exemplis adductis.

2. Argum. Secundò. Quia ſi calefactio, vt actio ſpecificatur per ordinem ad ſuum principium ſecluſo ordine ad terminum, ſcilicet ad calorem, qui producitur, ſequitur quod vltima ratio calefactionis, quę fit ab igne, cōſiſtat in hoc, quod fit actio à calore, & calefactio, quæ fit à ſole conſiſtat in hoc, quod fit calefactio à lumine, & ita quod differant ſpecie, quia habent ſpecificatiua differentia ſpecie; hoc autem eſt falſum, vt de ſe patet, ergo, &c.

3. Argum. Tertiò ſequitur, quod in abſolutis detur circularis definitio, hoc autem non eſt dicendum, ergo, &c. Probatur ſequela; quia potentiæ, & principia agendi diſtinguuntur ſpecie penes actiones, & actiones penes principia, ergo datur circularis definitio, quæ ſolum habet locum in relatiuis. Et confir. quia ſententia eſt Ariſtotelis 2. de anima cap. 4. potentias ſpecificari per actus, & actus per obiecta, ergo non ſpecificantur penes principia; quia impoſſibile eſt rem vnā ſecundum vnam rationem formalem habere duo ſpecificatiua, quia vltimum eſt quod ſpecificat, & duo eſſe non poſſunt vltimum.

Præambula ad quæſtionem.

IN hac quæſtione propter hæc argumenta aliqui dicunt; quod, quando in actibus humanis principium habet rationem finis, idem eſt ſpecificari actionem à principio, & à fine. Ita ſapientiſſimus Mancius hanc exponit quæſtioné. *Controuer.* *1. Opinio.*

Alii verò dixerunt, doctrinam D. Thom. 1. 2. quæſt. 1. art. 3. verum habere, quando actio procedit à potentia, quæ eſt partim actiua, & partim paſſiua. Et ita reſpectu huius actionis ſumpſit pro eodem D. Thom. ſpecificari à principio, aut à termino, quoniam vtroque modo concurrit ad eam obiectum, & vt principium & vt terminus, vt patet in actione videndi, & intelligendi: nam ad iſtas actiones concurrit obiectum, vt principium, & vt finis. Et idem de actione appetitiuæ potentiæ dicendum eſt; Et ita D. Tho. 1. p. quæſt. 77. art. 3. docet, hanc verſari differentiam inter actionem potentiæ actiuæ, & paſſiuæ, quod ad priorem concurrit obiectum duobus modis prædictis; ad poſteriorem ſolum concurrit vt terminus, vt patet in potentia calefactiua. Nam ignis calor productus non habet rationem principii, reſpectu actionis calefaciendi; at in cognitione obiecti ratione ſpeciei intelligibilis, & in amore ratione cognitionis concurrit vt principium actiuum obiectum, & vt terminus etiam. *2. Opin.*

Ceterum hæc duo dicta non ſunt conformia Diui Thomæ menti. Nam vt D. Thom. probet, quòd diſputamus, ſcilicet, actionem ſpecificari à termino, & principio, adducit exēplum de calefactione, quæ nec eſt actio humana, quia non eſt libera, nec procedit à potentia partim paſſiua, ſed omnino actiua, nimirum à calore. *Impugnantur præcedentia.*

Et ideo alii dixerunt, quod ſpecificatio efficienter ſumitur à principio actiuo: quia ſicut *3. Opinio.*

cut, principium effectiuum producit efficienter rem: ita producit illam ſpecificatam & determinatam ad certam ſpeciem: ſicut qui producit albedinem, illā in certa ſpecie producit. Formaliter verò ſpecificatio eſt à forma, ſeu actu conſtituente rem intrinſecè: eſtque hoc cōmune actioni cum omnibus rebus, quæ habēt cauſſas. Sed peculiare habet actio importare habitudinem ad principium actiuum, tanquam ad aliquid eius, quo producitur formaliter ad actum ſecundum ſuæ actiuitatis, & ad obiectū, quoniam eſt ipſa communicatio, aut productio termini. Et ideo ſpecialiter actionis ſpecificatio tribuitur vtrique, non tamen prouenit ab vtroque eodem modo, ſed ab vno efficienter, & ab alio formaliter. Aſſerit tamen hæc ſententia, quod actio importat ordinem ad agens, vt ad aliquod extrinſecum, & connotatum, quia ratio actionis formaliter conſiſtit in hoc, quod ſit productio actiua termini. Quia tamen productio iſta ſumpta eſſe debet ab aliquo producente, ideò cōnotat ordinem ad ipſum, vel importat illum ordinem, quaſi conditionem communem & quaſi tranſcendentem ad omnia, quæ habent eſſe, tanquam id; quo alia ſunt. Nam ſicut potentia eſt aliquid operantis & ſpecificatur per actus: ita actio eſt aliquid operantis, vt reductio eius ad actum, & tamen ſpecificatur per terminum, aut obiectum. Et ita exponenda eſt definitio actionis, quod ſit motus, prout ab agente, ſi ab agente, denotat principiū actiuum, non formale, ſeu reſpectum tranſcendentalem communem omnibus, quæ ſunt ab alio, non vltimam actionis differentiam, quæ in ordine ad terminum ſumitur. Alii dicunt ad ſpecificationem actionis concurrere ſimul principium & terminum, ita tamen, vt variatio vtriuſque, & ſingulorum ad diuerſitatem actionis ſufficiat. Nam ſi actio ſit ab eodem agente ad eundem terminum, actio erit eiuſdem ſpeciei: ſi verò terminus ſit idem, & agens diuerſum, actio erit diuerſa: & ſi terminus ſit diuerſus, & agens idem, actio erit diſtincta. Et probatur hæc ſententia ex D. Thom. prima parte, quæſt. 77. art. 3. vbi ait. Ex his duobus actio ſpeciem recipit; Scilicet, ex principio, vel ex fine, ſeu termino: nam illa dictio, vel, denotat, diuerſitatem actionis prouenire à principio ex diuerſitate cuiuſcunque, vel principii, vel termini. Et probatur ratione. Nam de eſſentia actionis eſt ordo ad principium, & ad terminum, ergo quocunque variato, actio erit alterius ſpeciei. Et confirmatur, nam productio hominis facta à Deo, & ab homine ſpecie differunt: nam vna eſt creatio, & altera generatio, ergo, &c. Et alii dicūt præterea, requiri ad vnitatem actionis etiam modum, quod ſcilicet actio eodem modo tendat in rem. Nam motus circularis & rectus ſemper ſpecie differunt, & aliquando habent eundem terminum materialem, ſed non eodem modo; quia circularis motus aliter tendit in illum, quam rectus. Et hoc patet in creatione & generatione, quæ reſpiciunt eundem hominem; ſed diuerſo modo. Suarez ita lubricè in hac parte loquitur, etiamſi dicat, ſe in forma reſpondere, vt vix eius intentio cōprehendi poſſit. Vt igitur, quod cenſeam, explicem, ex Angelico noſtro Doctore ſit

Modus procedēdi Suarez.

Deciſio quæſtionis.

PRima concluſio; Actio & paſſio non diſtinguuntur penes eſſe ab agente. Nam iam actio, quam paſſio ſunt ab agēte; ſed differentia eſt inter illa, quod actio eſt motus prout ab hoc, ſeu ratio agendi huic; paſſio verò eſt motus ab agente in paſſo, ſeu id, quo patiens ab agente patitur. Et totum hoc magis explicabimus prædicamento ſequenti. Eſt tamen concluſio Diui Thomæ locis citatis duabus quæſtionib. primis huius prædicamenti. Ex quo ſequitur, quod eſſe ab agente commune eſt & actioni, & paſſioni, ſed diſtinguuntur penes hoc reſpectu agentis etiam, quod actio eſt ab agente, vt principium agendi, paſſio vt principium patiendi.

1. Concluſ. Actio & paſſio per quid diſtinguantur.

Secunda concluſio: Actiones immanentes, quæ nihil producunt, vt viſio, audi-

2. Concluſ.

auditio, & aliæ huiuſmodi ſpecie differunt penes obiecta, ad quæ terminantur, quæ verò producunt effectus, vt calefactio, &c. ſpecie differunt penes effectus, quos producunt ſpecie diſtinctos, largè loquendo de diſtinctione ſpecifica. Hæc concluſio in multis eſt contra Suarez vbi ſupra. Sed probatur prima pars, quod actiones differant penes terminos: Quia ea, quæ ordinantur ad aliud, ex illo debent ſumere ſpeciem, vt patet in relationibus in habitibus, de quo ſupra li primo, multa diximus, & eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ, 1. 2. quæſt. 54 articulo ſecundo, ſed actiones ordinantur aliquæ ad cognitionem obiectorum, vel ad amorem, & denique ad attingenda obiecta; ergo penes diuerſitatem obiectorum erit diuerſitas eorum, quæ ad ea attingenda ordinantur. Et ſi ordinentur ad producendos effectus aliquos, ex diuerſitate eorum ſumetur ratio ſpecifica in illis; non verò omnes actiones aliquid producunt, vt patet in viſione, auditione, quæ nullum in vidente & audiente habent effectum diſtinctum ab illis, nec realiter, nec formaliter. Nam dicere, quod ipſæ ſunt effectus agentis per emanationem, non eſt dicere, quod habeant terminos, vt aliqui ignoranter dixerunt, nam aliud eſt habere terminum, ſeu effectum productum ab illis, aliud eſt eſſe ipſaſmet effectus. Et ſi dicas cõtra, nam ipſa actio vitalis eſt paſſio largo modo, ergo habet effectũ, nam paſſio eſt effectus actionis, verbi gratia, intelligere, vt eſt perceptio obiecti, eſt actio, & vt dimanat ab agente, vt verò recipitur in intellectu, eſt paſſio, ergo vt ſic poteſt eſſe effectus ſui. Reſpondetur, quod non ſpecificatur actio penes paſſionem, etiamſi paſſio conſequatur ad actionem, quia actio non ordinatur ad paſſionem, ſed vel ad obiectum, vel effectum. Diximus in concluſione largo modo, ita vt ad hoc, vt propriè ſpecie differant actiones, non ſit neceſſe, quod obiecta, vel effectus propriè ſpecie differãt, ſed quod ſint diſtincta formaliter in ratione termini, nã cognitio entis & cognitio ſubſtantiæ ſpecie differunt, & tamen ens & ſubſtantia non differunt ſpecie propriè, ſed tamen in ratione terminandi formaliter differunt, quod ſufficit, vt ſit diuerſitas ſpecifica in actionibus, ſecundum quod referuntur ad talia obiecta. Et ratio huius eſt, quia obiectum eſt velut cauſſa æquiuoca, quę poteſt dare perfectionem, ſeu eſſe, quod ipſa non habet formaliter, vt patet in virtute actiua Solis, quæ producit animal, & ipſa non habet formaliter formam animalis, ſed eminenter: ita obiectum tribuit extrinſecè ſpeciem, quam formaliter non habet. Et etiam hoc patet in creatione & generatione hominis: nam non differunt ſpecie homo genitus & creatus. Et motus circularis ſpecie differt à recto, & tamen vbi acquiſitum vtroque motu non differt ſpecie in eſſe rei, ſed vt per talem motum reſpicitur diſtinctus, & formaliter in ratione termini, quia tendentia refunditur in obiectum, ſeu modus tendendi. Et idem eſt de actu opinatiuo & ſcientifico: circa hanc propoſitionem, vniuerſale eſt prædicabile: nam modus tendendi refunditur in obiectum. Item, nam actio inſtrumenti & cauſſæ principalis, quando producitur effectus idem, obiectum eſt in eſſe rei, & tamen actiones differunt ſpecie, nec poteſt eſſe eadem actio propter diuerſum modum reſpiciendi eundem effectum. Vide de hac concluſione D. Thom. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 1. art. 4. & prima parte, quæſt. 77. art. 3. de veritate, quæſt. 2. art. 2. ad 2. quæſt. 15 artic. 2. de anima artic. 13. Vide Albertum 5 Metaphyſi. tractatu 3. Et per hoc videbis falſum dixiſſe Suarez diſputatione 48. ſectione 3. quod omnis ſpecifica diſtinctio actionũ ex diſtinctione propria effectus in eſſe rei debet ſumi; euidenter enim conuincitur eſſe falſum, & rationes ſuæ nihil valent, manentque ex his ſolutæ. Semper enim, quod actiones ſpecie differunt, reperietur formalitas diſtincta, vel in obiecto, vel in modo tendendi in illud, vel in effectu, vel in modo faciendi illum, & ſi non reperiatur iſta diuerſitas, erunt actiones eiuſdem ſpeciei. Et quoniam hoc pertinet ad phyſicam, nolo plura dicere.

Contradicitur doctrina Suarez.

Obiectio.

Solutio.

3. Concluſ.

Tertia concluſio: Actiones etiam ſpecie differunt radicaliter ex principiis,

ex

Digitized by Google

Actiones ſub ex principijs differant. ex quibus cauſſantur, formaliter accipiẽdo principiũ, ita vt illæ actiones ſpecie differant, quæ habent diſtincta principia effectiua. Frigefactio à calefactio ne ſpecie differt formaliter ex ordine ad calorem, quem producunt, & frigiditatem, ſed radicaliter etiam in ordine ad principia effectiua. Nam propterea calefactio tendit ad calorem, quia eſt à calore, & frigefactio ad frigiditatẽ, quia eſt à frigore Similem concluſionem ſupra poſuimus de relationibus. Intellectio hominis etiam ſpecie ex parte obiecti differt ab intellectione equi, quia ſpecies intelligibilis, quæ eſt principium, ſpecie differt. Hæc concluſio eſt Diui Tho. 1. 2. q. 1. art. 3. vbi dicit, quod calefactio actio ſortitur ſpeciem à calore, qui eſt principium agendi. Et 1. p. quæſt. 77. ar. 3. vbi dicit, quod actio ex his duobus ſpeciem ſumit ex principio, ſeu termino: differt enim calefactio ab infrigidatione, ſecundum quod hæc a calido acti uo ad calidum, illa verò à frigido ad frigidum procedit. Itaque radix, quare calefactio calorem reſpiciat, vt terminũ, eſt, quia eſt à calore effectiuè, & calor eſt forma agendi. Eſt autem calefactio à calore ignis non per veram actionem, ſed per dimanationem quandam. Nam vt aſſerit Diuus Thomas in 1. diſt. 32. quæſt. 1. artic. 1. in corpore, aliquid poteſt dici agens duobus modis, vel ipſa actione, quæ denominat agentem, vel formam, quæ eſt principium actionis in agente, & ſecundum quid principium agẽtis; ſicut dicimus, ignem moueri ſurſũ motu proprio, & leuitate. Vnde actio eſt à principio exiſtente in agente per dimanationẽ, non per veram actionem.

Optima cõfirmatio ex doctrina D.Thomæ.

Not. Nota illum D.Tho. locũ contra aliquos ignorantes hanc doctrinam, qui mordicus tenent, agentem nõ agere per actionem. Diſtinctio verò generica in actionibus ſumitur ex obiecto, vel effectu, qui eſt vnus genere. Vt ſi dicas, quare calefactio & frigefactio ſunt eiuſdem generis, quia ſunt actiones ad qualitatem, quæ eſt vnum genus, & diuiditur in multas ſpecies: & ſic de alijs: & etiam ex parte principiorum, quæ genere ſubalterno differunt radicaliter, ſumitur.

4. Concluſ. Vltima concluſio: Actio à paſſione diſtinguitur, vt videbimus quæſtione ſequenti, per hoc, quod paſſio dicit ordinem ad agens, & in ordine ad paſsũ eſt in paſſo motus, vt procedit ab agente in paſſo, ſed actio præcisè dicit motum ab agẽte; vnde diuerſitas ſpecifica in actionibus non debet ſumi per ordinem ad agens, ita vt aliquæ actiones dicant ordinem ad agens, & aliquæ non; ſed conueniunt in hac ratione generica, quod eſt eſſe ab agente & poſtea differunt formaliter ſpecie per hoc, quod ſunt ad talem terminum, quod radicaliter dimanat, ex eo, quod eſt à tali principio agentis. Et bene poteſt ratio generica generaliſſima ſumi in ordine ad agens, & ratio generica ſubalterna, vel ſpecifica ſumi in ordine ad terminum formaliter, & radicaliter in ordine ad agens, quatenus tali agit principio, ſicut ratio generaliſſimi qualitatis ſumitur in ordine ad ſubiectum ſeu ad actum talem, quia ex eo determinatur ratio qualitatis, vt patet in habitibus & actibus. Ita etiam per hoc, quod actio eſt ab agente, habet rationem genericam, & per hoc, quod reſpicit tale obiectum, vel effectũ, habet talem rationem actionis, quia per hoc determinatur illa ratio generica, quod eſt eſſe ab agente.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum argumentum in principio factum reſpondetur, quod prouenit ab illis principiis, quatenus habent eminentem conuenientiã in virtute agendi, & ita non procedit ab illis, vt diſtinctis, ſed potius vt ſunt vnum: nam cauſſa æquiuoca continet eminenter virtutem agentium particularium, ſicut & à Deo poteſt prouenire calefactio, ſicut ab igne: & eadem ratione poſſunt prouenire diuerſæ actiones à ſole, propterea quod habet virtutes plurimas eminenter.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod radicaliter ſpecificatur à principio, vt tamen inclinat ad talem terminum, & vt habet virtutẽ productiuã talis termini.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod hoc non eſt inconueniens in diuerſo genere cauſſæ, vt patet ex locis adductis ex D.

Thoma,

Th. vbi hoc expreſsè aſſerit. Nam actio reſpicit potentiam in genere cauſſæ efficientis; & potentia reſpicit actionem in genere cauſſæ formalis.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod non eſt inconueniens, vt radicaliter penes principia ſpecificentur actiones, vt dixit D. Thom. & aliqui non minus doctè dicunt, etiam penes diuerſa principia, & terminos ſimul per modum vnius ſpecificari actiones, & ſunt grauiſſimi diſcipuli D. Thom.

Corollar. Ex dictis in hac quæſtione ſequitur, actionem in ſua ratione formali importare ordinem ad principium, & obiectū ſeu effectum. Et quando dicitur, quod eſt motus procedens ab agente, intelligendum eſt, & tendens in aliquod, ſiue obiectum, ſiue effectum: & iſtos duos reſpectus dici tāquam partiales reſpectus vnius rationis formalis.

QVÆSTIO LXIX.

Quæ ſunt ſpecies, & proprietates huius prædicamenti.

VBI etiam tractabimus de conſtitutione huius prædicamenti. Genus generaliſſimum eſt actio, & per duo genera ſeu ſpecies ſubalternas diuiditur, ſcilicet, per actionem immanentem & tranſeuntem. Actio immanens eſt illa, quæ manet in principio productiuo ipſius; actio tranſiens eſt illa, quæ trāſit in aliud diſtinctum à principio productiuo; & actio tranſiens in multas, & varias ſpecies diuiditur, vt ſecare, vrere, ædificare, &c. Et ſimiliter actio immanens in actionem intellectiuam, & volitiuam, & ſenſitiuam, & alias operationes, de quibus in ſecundo de anima agitur. Operoſum enim eſſet, & ferè impoſſibile, omnes actiones referre. Sed cōtra hanc diuiſionem eſt argumētum ex

Obiectio ex D. Thom. D. Tho. in 1. diſ. 8. q. 4. art. 3. ad 3. vbi ſic dicit: Ad tertium dicendum, quod actio, ſecundum quod eſt prædicamentum, dicit aliquid fluens ab agente, & cum motu; ſed in Deo non eſt aliud medium ſecundum rem inter ipſum & ſuum opus; & ideo non dicitur agens actione, quæ eſt prædicamētum: ſed actio ſua eſt ſubſtantia: ergo actiones immanentes non ſunt in hoc prædicamento: quia nō ſūt cum motu. Reſpondetur, quod propterea oppoſita ſententia eſt probabiliſſima in hoc prædicamento, non reperiri actiones, quæ ſunt ſine motu: quia hoc expreſsè D. Th. aſſerere videtur. Sed nihilominus D. Thom. habet duplicem explicationem. Prima quod poſuit exempli in manifeſtioribus actionibus, quæ ad hoc pertinent prædicamentū, cuiuſmodi ſunt actiones cum motu. Non tamen voluit per hoc immanentes actiones excludere, nec mutationem ſubſtantialem, cuiuſmodi eſt generatio, & corruptio, quæ non ſunt, nec importāt motum propriè dictum. *1. Solutio.* Secundò reſpondetur, quod etiam in actionibus immanentibus eſt motus largè, ſeu mutatio quædam: nam per actiones immanentes ſubiectum mutatur metaphyſicè, & eius potentialitas actuatur, & ita eſt ibi mutatio quædam, quæ ſufficit ad actionem prædicamentalem. *2. Solutio.* Et in hoc ſenſu loquitur D. Thom. quod in actione diuina nequit reperiri, cum ſit eius ſubſtantia.

Duplex actio immanens. Et prædicta diuiſione ſubſequitur alia, vt actio immanens alia ſit intellectio, alia volitio: intellectio alia ſit diſcurſus, alia ſimplex rei cognitio, &c. Actio tranſiens alia ſit mutatio, vt generatio, corruptio: alia cū vero motu, vt alteratio, augmentatio, latio, & iſtas planum eſt ſpecie differre, propter terminorum & principiorum diuerſitatem. Et poſtea poteſt hæc diuiſio produci vſque ad ſpecies atomas, & indiuidua, & aliquando actio eſt vnius ſpeciei ſecundū aliquam rationem cum alia actione, quæ ſecundum aliam conſiderationem eſt diuerſæ ſpeciei, vt intellectio in ordine ad potentiam intellectiuam eſt vnius ſpeciei, & in ordine ad principia proxima, & obiecta materialiter conſiderata eſt alterius ſpeciei. Vt intellectio hominis, & equi in ordine ad obiectum intellectus, & in ordine ad potentiam ſunt vnius ſpeciei; quia potentia eſt vna ſpecie, & ita debet habere actiones vnius ſpeciei. Ceterum in ordine ad

obie-

obiecta, & ſpecie intelligibiles, quibus cauſſantur, ſunt diuerſæ ſpeciei, ſi conſiderentur in ratione rerum, & non, vt ſtant ſub vna ratione formali potentiæ. Diuiditur etiam actio in vitalem, & non vitalem. Vitalis actio eſt, quæ debet produci à principio coniuncto viuente: & quæ in ſua ratione formali dicit aliud principium viuens, vt intellectio, quæ non poteſt produci niſi ab intelligente, & viſio à vidente, non vitalis eſt, quæ non exigit produci à viuente, vt calefactio.

Impugnat. Suarez.

Ex his ſequitur, perperam Suarez diſputatione 48. ſect. vltima diuiſiſſe actionem in ſubſtantialem, & accidentalem. Et loquitur de actionibus prædicamentalibus, dicens, quod actio dicitur de illis analogicè; & ita vt actio ſubſtantialis, cuiuſmodi eſt generatio, pertineat ad prædicamentum ſubſtantiæ. Et ratio eius eſt, quia productio accidentis eſt generatio ſecundum quid, & productio ſubſtantiæ eſt generatio ſimpliciter, ergo actio de illis dicitur analogicè, ſicut ens de ſubſtantia & accidenti. Falſum, inquam, dicit, quia generatio & corruptio verè pertinent ad hoc prædicamentum, cum ſint verè actiones, & generatio ſecundum quid ſimiliter, quia quamuis non ſit generatio ſimpliciter, eſt tamen ſimpliciter actio; quia, vt ſit actio ſimpliciter, ſufficit, quod ſit motus, vt ab agente. Certum, eſt quod augmentatio, alteratio, & motus localis, prout procedunt ab agente, ſunt ſimpliciter actiones, & tamen ſunt productiones accidentium, nam alterans ſimpliciter eſt agens, & ignis quando producit calorem ſimpliciter agit. Nolo in præſenti tractare differentiam inter generationem ſecundum quid, & motum accidenralem. Item generatio eſt actio, quæ eſt accidens, quia eſt actio creaturæ, & nulla creaturæ actio eſt ſubſtantia, & ita eſt in prædicamento actionis, licet vt mutatio reducatur ad prædicamentum ſubſtantiæ, quia eſt via ad ſubſtantiam. Præterea. Nam ſi actio de illis analogicè diceretur, eſſet conſtituendum duplex prædicamentum actionis, quia actiones ſubſtãtiales, quas ipſe vocat, veram rationem habent actionis, ergo conſtituent vnum prædicamentum: nam in prædicamento ſubſtantiæ non eſt actio, & actiones accidentales veræ actiones ſunt; ergo conſtituent aliud prædicamẽtum; nam actio non erit generaliſſimũ, ſi eſt analogum ad illas actiones.

Rurſus impugnatur Suarez.

Sequitur ſecundò, falſum aſſerere numero 7. dum dicit, actionem ſubſtantialem diuidi in eã, quæ fit ſine ſubiecto, & eã, quę fit ex ſubiecto, & prior eſt creatio, poſterior generatio: nam creatio eſt actio in Deo manens cum reſpectu rationis ad creaturam productam, & in creatura ponit ipſam creaturam; & relationem ad Deum: & nulla actio, quæ ſit creatio, eſt in creatura; quia implicat contradictionem, eſſe actionem, quæ non ſit in ſubiecto; quia omnis actio debet eſſe accidens, ſi eſt actio creata, quia eſt aliquid procedens ab agente, & ratio agendi, quæ ſubſtantia eſſe non poteſt. Et eſt falſum etiam, quod ibi aſſerit, actionem dici vniuocè de creatione, & generatione, quia de Deo & creatura nihil poteſt vniuocè dici, & creatio in Deo eſt ſubſtantia Dei, & generatio eſt accidens: ſed de Deo & accidenti nihil vniuocè dici poteſt: ergo, &c. Falſum eſt etiã, quod dicit numero 11. reductionem aquæ ad ſuum priſtinum ſtatum eſſe actionem immanentem, nam illa reductio fit à generante. De actione immanente vide Diuũ Thomam 1. d. 40. q. 1. art. 1. ad 1. & 1. p. q. 18. art. 3 ad 1. q. 23. art. 2.

Proprietates actionis.

Proprietates verò, quæ ſolent actioni tribui, ſunt quatuor Prima proprietas eſt, quam aſſignat Ariſt. quod habent contraria agere, & pati. Nam calefacere & infrigidare contraria ſunt, & frigefieri & calefieri contraria ſunt, & iſtæ ſunt proprietates paſſionis, illæ actionis. Circa hanc proprietatem eſt aduertendum, quod dicit actionem & paſſionem habere contraria, non ratione ipſius actionis in ſe conſideratæ, ſed ratione effectus, ſeu termini: quia enim calor & frigus ſunt qualitates contrariæ, calefactio & frigefactio habent contrarietatem; & idem de calefieri & frigefieri dicendum eſt. Actio enim ex propria forma non habet contrarietatem

pro-

propriè dictam cum alia actione, ſed ratione vel termini, vel principii.

2. Proprietas. Secunda proprietas eſt, quod ſuſcipiunt magis & minus: nam illud agens dicitur magis calefacere, quod in eodē tempore magis introducit de calore, & illud magis calefit, quod in tempore æquali magis de calore ſuſcipit.

3. Proprietas. Tertia proprietas eſt: quod in omni actione eſt motus, & in omni motu eſt quodammodo actio, quia motus & actio identificantur realiter accipiendo motum largo modo, prout ſe extendit ad mutationem. Etiam hæc eſt proprietas Gilberti.

4. Proprietas. Quarta proprietas eſt, quod propriū eſt actionis inferre paſſionem. Hanc proprietatem aliqui explicabant ſecundè intentionaliter, vt per bonam conſequētiam inferatur, ſi eſt actio: ergo eſt paſſio. Sed hoc non eſt proprietas actionis, nec eſt verū vniuerſaliter, niſi in creatis actionibus: nam in Deo eſt creatio actiua, & non correſpondet illi actioni creatio paſſiua, nec in Deo, nec in creatura. Quia vt dicit D. Thom. in primo, d. 4. q. 1. art. 1. ad. 1. & 1. p. q. 23. ar. 2. ad primū, actio tranſiens infert ex ſe paſſionem, non autem immanens. Vnde D. Thom. dicit, realiter inferre ex ſe paſſionem, quia ex eo, quod procedit actio ab agente ad aliquid producendum & faciendum, facit illud in paſſo, & ita realiter cauſſat paſſionem, & ad hoc non requiritur realis diſtinctio, tanquam res à re, ſed ſufficit formalis diſtinctio, & actualis. Et nota in iſto loco adducto ex D. Tho. quod cum dicit: Oportet creationem paſſiuè ſumptam aliquid in re creata eſſe, ſicut calefactionem in re calefacta, loquitur de re, quæ creatur. Et vult dicere, quod ſicut per calefactionem aliquid producitur, ita per creationem, quę eſt actio Dei, aliquid producitur, nimirum res creata: & hoc vocat creationem paſſiuam.

QVÆSTIO LXX.

Vtrum genus generaliſſimum huius prædicamenti ſit actio, vel emanatio.

Controuer.

1. Sentētia Ogna. VT melius hoc prædicamentum calleamus, hanc quæſtionem pertractō. Magiſter Ogna in prædicamento actionis, in ſua logica, art. 2. dicit; generaliſſimum huius prædicamēti eſſe emanationem: quæ eſt quid commune ad veram actionem, & ad emanationem, qua virtute alicuius primæ actionis res aliquæ procedunt, vt dimanatio riſibilitatis ab eſſentia, non eſt vera actio, ſed fit virtute actionis generatiuæ. Nec probat hanc ſententiam ſuam, & ideo ſit

1. Concluſ. Impugnatur Ogna. Prima concluſio: Emanatio non poteſt eſſe generaliſſimum huius prædicamenti. Probatur: Actio eſt in hoc prædicamento: ſed actio non eſt emanatio formaliter loquendo: ſed diſtinguitur ab illa: ergo emanatio non eſt generaliſſimū. Conſequentia probatur: quia generaliſſimum debet prædicari de omni contento in tali prædicamento. Maior patet ex Ariſt. doctrina: ſed minor probatur: quia riſibilitas, vt procedit ab eſſentia, eſt emanatio riſibilitatis; ſed iſta riſibilitas non eſt actio, quia non verè agit eſsētia, cum producit paſſiones, nec denominatur propriè agens. Item; quia actio procedit per emanationem ab agente, & non per aliam actionem: ergo actio non eſt dimanatio, ſed quid diſtinctum ab illa, ſic ab eo, quod ſe habet vt terminus emanationis, & actio ſe habet ibi, vt res quædam, ſicut riſibilitas dimanat ab eſſentia, & lumen ſolis à ſole.

2. Concluſ. Doctrina probabilis. Secunda concluſio: Non diceretur improbabiliter actionē, prout eſt quid commune ad emanationem & actionē, propriè dictam, eſſe huius prædicamenti generaliſſimum, & debet accipi actio impropriè, prout dicit proceſſionem alicuius ab alio. Patet, quia hæc eſt ratio conſtitutiua cauſſæ efficientis: ſed ratio conſtitutiua cauſſæ efficientis eſt prædicamentum actionis: ergo & habet rationem entis completi cum omnibus requiſitis ad fundandum prædicamentum; non ergo eſt aliqua ratio, quare non ſit in hoc prædicamento generaliſſimum.

De

De prædicamento Paſſionis.

QVÆSTIO LXXI.

In quo conſiſtat ratio & eſſentia paſſionis.

1. *Argum.* ET videtur, quod non ſit prædicamentum. Nam motus non eſt prædicamentũ: ſed paſſio formaliter eſt motus: ergò, &c. Probatur minor; quia paſſio nihil aliud eſt, quam motus, prout recipitur in paſſo: ſed motus in ſua ratione dicit motum receptum in mobili, quia eſt actus mobilis: ergo motus formaliter eſt paſſio, & formalitas motus eſt formalitas paſſionis; nihil enim addit paſſio ſupra motum. *Confirmat.* Et confirm. & explicatur hæc ratio. Motus in ſua ratione, vt motus eſt, dicit rationẽ paſſionis: ſed motus non eſt prædicamẽtum: ergo nec paſſio. Maior probatur: quia motus receptus in paſſo eſt paſſio: ſed motus, vt ſic, eſt aliquid receptum in paſſo: ergo, &c. Probatur minor: quia in ſua ratione dicit receptionem in paſſo: ergo ſicut motus non eſt prædicamentum, nec paſſio.

2. *Argum.* Secundò: Paſſio eſt motus, vt receptus in paſſo ab agente, ſed in hac ratione includit quidditatem actionis: ergo non eſt prædicamentum, ſed aggregatũ ex multis prædicamentis. Maior eſt Diui Thomæ, vt videbimus inferius. Minor probatur; quia actio eſt motus ab agente: ſed hoc includit paſſio, & addit aliquid amplius, ſcilicet recipi in paſſo: ergo, &c.

3. *Argum.* Tertiò, D Thom. 1.2. q 7. art. 3. dicit, quod calefactio, quæ eſt paſſio, nihil eſt aliud, quam motus ad calorem: ſed hæc eſt eſſentia actionis motus ad calorem; ille enim calefacit, qui mouet ad calorem: ergo non diſtinguitur paſſio ab actione, & ita non eſt nouum prædicamentum.

4. *Argum.* Quartò: Paſſio eſt effectus agentis; nam ita definit Gilbertus & alii grauiſſimi logici: ſed motus, vt ſic, eſt effectus agẽtis: ergò motus, vt ſic, eſt paſſio: ſed motus, vt ſic, non conſtituit prædicamẽtum: ergo nec paſſio; ſed erit poſtprædicamentum.

Suarez diuerſa dicta. Suarez res mirabiles docet diſputatione 49. ſectione 2. & 3 Dicit nu. 1. explicando naturam paſſionis, *1. Dictum.* actionem & paſſionem ſolum diſtingui ratione ratiocinata; itaque dimanationem formæ ab agente, quatenus ſubiectũ intrinſecè afficit, vocari paſſionem, quatenus denominat agens, vocari actionem, & facere diuerſa prędicamenta: quia iſti modi ſunt primò diuerſi in denominando, & prædicando. Et dicit, (quod peius eſt) hanc doctrinam eſſe D. Thom 11. Metaphyſicę, lectione 9. vbi dicit, actionem & paſſionem tantum ratione differre; & idem docet 2. contra Gentes, cap. 9. Et probatur ratione, quia ita coniungũtur actio & paſſio in eodẽ motu, vt per diuinam potentiam non poſſint ſeparari: ergo eſt ſignum, quod ſola ratione ratiocinata diſtinguantur: quia motus debet eſſe ab aliquo agente in paſſo, & tũc neceſſariò erit actio & paſſio. *2. Dictum.* Dicit ſecundò in ſectione ſecunda, num. 12. paſſionem & motum non diſtingui actualiter à parte rei, nec realiter, nec modaliter ex natura rei. Et conuincitur eiſdem argumentis omnibus in principio quæſtionis factis. *3. Dictum.* Dicit tertiò, paſſionem & motum propriè & completè ſumptum ſecundum poſitiuas rationes formales non diſtingui ratione ratiocinata, ſed appellatione tantum. Et conuincitur eiſdem rationibus, quia eſſe mobile, ſeu mutabile, & eſſe paſſibile ſunt idem: & ita idem eſt pati, & moueri. *4. Dictum.* Dicit quartò, quod ſi motus ſecũdum aliquam præciſionem, aut abſtractionem, aut etiam ſecundum concitationem alicuius negationis ſumatur, ſic poteſt aliquo modo diſtingui à paſſione: nam poteſt abſtrahi motus, & conſiderari vt via ad terminum, & ſic ratione diſtinguitur à paſſione; nam tunc non conſideratur, vt aliquid afficiens ſubiectum, & poteſt optimè conſiderari ſine eo, quod ſubiectum afficiatur. Et numero decimo ſexto, in ſolutionibus argumentorum dicit quin- *5. Dictum.* tò, quod ſi motus ſignificat actum mobilis; propriè pertinet ad prædicamentum paſſionis, vel tanquam ſpeciẽ eius,

ſi ſit motus phyſicus, vel vt ſummum genus, ſi ſumatur in communi pro mutatione, vt ſic; ſed ſi ſumatur in communi, vt fluxus, & via ad terminum, non eſt in prædicamento: quia non eſt forma alicuius ſubiecti, nec vt talis conſideratur. Et nu. 17. dicit ſextò, motum eſſe quid commune ad actionem, & paſſionem, & ſic eſſe ab Ariſt. conſideratum in poſtprædicamentis, & eſſe quid analogum. Et ſic etiam poteſt ſumi paſſio, & erit etiam quid analogum. Et mutationem, ſeu paſſionem ſubſtantialem dicit, non eſſe in prædicamento paſſionis. Hæc & multa alia dicit, quæ nec fundat in Ariſtotele, nec in aliquo bono authore, nec rationem adducit alicuius momenti.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. PRima concluſio: Motus, pro vt eſt in mobili ab aliquo, dicitur paſſio. Hæc concluſio eſt D. Tho. 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. vbi ita dicit: Et ideo actio ſecundum primam nominis impoſitionem importat originem motus: ſicut enim motus, prout eſt in mobili ab aliquo, dicitur paſſio: ita origo ipſius motus, ſecundum quod incipit ab alio, & terminatur in id, quod mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil importat, quam ordinem originis, ſecundū quod à cauſa aliqua, vel principio procedit in id, quod eſt à principio. Et in ſolutione ad tertium ita dicit. Ad tertium dicendum, quod actio, ſecundum quod importat originem motus, infert ex ſe paſſionem: ſic autem non ponitur actio in diuinis perſonis. Vnde non ponitur ibi paſſio, niſi grammaticaliter, quātum ad modum ſignificandi. Iſta duo loca grauiſſima D. Thom. in re grauiſſima ſunt maximè ponderanda, quia & rei materia exigebat, vt D. Thom. doceret, ſicut illi eſt in more, maxima cum conſideratione veritatem. Itaque ſecūdum D. Thom. non quomodocunque motus eſt paſſio, ſed prout eſt in mobili ab agēte: ergo illa forma, qua patiens habet motum, non quomodocunque, ſed ab agente, paſſio dicitur: poteſt namque conſiderari mobile ſecūdum duplicem potentialitatem, ſeu ſecundum duplicem rationem formalem potentialitatis. Primo modo, ſecundum quod eſt in potentia ad motum, qui nihil aliud dicit, niſi actum entis in potentia, vt ſic, & ſecundum hanc rationem, cum ſuſcipit motum, dicitur moueri, & motus eſt actus mobilis ſecundum hanc conſiderationem. Poteſt rurſus conſiderari mobile in ratione paſſiui, quatenus poteſt ſuſcipere motum, non quomodocunque, ſed ab alio: & ſecundum hanc rationem eſt ſubiectum paſſionis, & dicitur pati. Itaque paſſio ſecundum D. Thom. eſt entitas quædam accidentalis, ſecundum quam mobile patitur ſuſcipiendo formam ab agente, & realiter eſt illa forma, quæ producitur non quomodocunque, ſed quatenus eſt ab agente; illa ergo forma, qua potentialitas paſſiui completur & terminatur, eſt paſſio: & hæc eſt forma ſeu motus, prout ab agente ſuſcipitur in paſſo. Vbi vides diſtinctionem apertam motus & paſſionis. Nam motus non dicit, niſi viam ad terminum: ſed paſſio dicit ſuſceptionē illius motus, ſeu formæ ab agente. Et quæſtione quadrageſima quinta, articulo primo, ad ſecundum, ita dicit. Ad ſecundum dicendum, quod creatio nō eſt mutatio, niſi ſecundum modum intelligendi tantum: nam de ratione mutationis eſt, quod aliquid idem aliter ſe habeat nunc & prius: nam quandoque eſt idem ens actualiter ſe habens nunc & prius, ſicut in motibus ſecundum qualitatē, & quantitatem. Quandoque verò eſt idem ens in potentia tantum, ſicut in mutatione ſecundum ſubſtātiam, cuius eſt ſubiectum materia. Sed in creatione, per quam producitur tota ſubſtantia rerum, non poteſt accipi aliquid idem realiter ſe habens nunc, & prius, niſi ſecundum intellectum tantum, ſicut ſi intelligatur aliqua res prius non fuiſſe totaliter, & poſtea eſſe: ſed cum actio & paſſio conueniant in ſubſtantia motus, & differant ſolum ſecundum habitudines diuerſas, vt dicitur in tertio Phyſicor. oportet, vt ſubſtrato motu non remaneant, niſi habitudines in creāte & creato. Sed quia modus ſignificādi ſequitur modum

Marginal notes: *Qui motus dicatur paſſio.* — *Not.* — *Mobile dupliciter conſideratur.*

modum intelligendi, creatio ſignificatur per modum mutationis. Et propter hoc dicitur, quod creare eſt ex nihilo aliquid facere: quamuis facere & fieri magis in hoc conueniant, quam mutare & mutari: quia facere & fieri important habitudinem cauſſæ ad effectum, & effectus ad cauſſam; ſed mutationem ex cõſequẽti. Nota in hac authoritate, creationem non eſſe mutationem. Ratio eſt demonſtratiua, quia non datur id, quod aliter ſe habet nunc & prius, quod eſt de intrinſeca ratione mutationis, vt videas quam falſum dicãt iſti, oppoſitum afferentes. Et ſi quandoq; D. Tho. dicat, eſſe paſſionẽ, vt ſupra vidimus, intelligitur, quantum ad modum ſignificandi, id eſt, ſignificatur vt paſſio.

Not. 1.

Not. 2. Nota ſecundò, quod actio & paſſio conueniunt in vna ſubſtantia motus; vbi apertè denotat diſtinctionem formalem in illis actualem.

Not. 3. Nota tertiò, quomodo facere & fieri differãt in ratione cauſſæ & effectus, vt videas, quomodo non poſſunt eſſe idem actio & paſſio. Et in 2 Sẽtẽtiarum, d. 40. ar. 4. ad primũ. dicit, quod motus ſignificatur, vt ſine ordine ad agens & patiens. Vbi vides, quod motus non eſt paſſio formaliter, quia in ſua ratione paſſio includit ordinem ad agens: itaque, quando ignis calefacit lignum, ibi ſunt tres formalitates diſtinctæ actu; altera actionis, qua ignis dicitur agere & producere calorem: altera paſſionis, qua lignum ſuſcipit calorem ab igne & patitur: altera motus, qui eſt poſt prædicamentum, qua lignum mouetur à frigido in calidum. Et iſta eſt communis doctrina omnium ſapientum. Et eſt expreſſa ſententia Ariſtote. tertio Phyſicorum, capite tertio, quem vide; vt intelligas cõtra Ariſtotelem loqui iſtos authores, & omnes Commentatores in hanc veniunt ſententiam.

2. Concluſ. Secunda concluſio; Actio & paſſio realiter formaliter actualiter diſtinguũtur ſecluſa operatione intellectus, & non ſolum ratione ratiocinata. Hæc concluſio eſt D. Thom. & Ariſtotelis ſupra dictis locis, vbi ſic dicit Ariſtoteles: Hæc quidem (& loquitur de actione & paſſione) vnum & idem sũt, ratio tamen non vna; ſimiliter & in mouente & motu. Et adducit exemplum de aſcenſu & deſcenſu. Et textu 22. capitis tertii: Omninò verò dicere eſt, quod nec doctio cũ diſciplina, nec actio cũ paſſione idem propriè eſt; ſed cui inſunt hæc, motus: nam huius ab hoc actu eſſe, & huius in hoc, ratione diuerſum eſt. Vbi apertò noſtram teſtatur opinionem.

Probat. 1. Præterea probo illam rationibus: Nam prædicamenta maiori diſtinctione diſtinguuntur, quam attributa diuina: ſed attributa diuina diſtinguuntur ratione ratiocinata: ergo prædicamenta diſtinguuntur hoc modo à nobis poſito. Maior. n. diuerſitas eſt inter actionem & paſſionem, quia ſunt duo prædicamenta, quam inter iuſtitiam & miſericordiam diuinam, nam primò diuerſa plus differunt, quam ea, quæ ſola ratione diſtinguuntur. Præterea, ea quæ ratione ratiocinata ſolum diſtinguuntur, habent à parte rei ſolum vnam eſſentiam, & unam formam, ſaltem metaphyſicam; ſed actio & paſſio non ſunt huiuſmodi, ergo, &c. Probatur maior; quia attributa diuina ſunt Deus ipſe, & homo, de quo formo conceptum animalis & rationalis, vnam hominis eſſentiam habet, & albedo ſimiliter vnam qualitatis eſſentiam. Sed probatur minor. Nam quæ eſt illa eſsentia exiſtens in rerum natura, quæ ſit vna. Non poteſt eſſe eſsẽtia actionis & paſſionis, quia cum ſint primò diuerſa, non poſsunt habere vnam eſsentiam, nec eſt eſsentia actionis, quia non eſt maior ratio, quare ſit eſsentia actionis, quam paſſionis, & eadem ratione non erit eſsentia paſſionis, & vna eſsẽtia vtriusq. non poteſt eſſe, & ita erunt duæ eſſentiæ ſecluſa intellectus operatione actu diſtinctæ. Præterea.

Probat. 2.

Probat. 3. Actio infert ſe paſſionem, vt patet ex D. Thom. locis ſupra adductis, & ex Gilberto in principio actionis; ſed ſi ſunt idem realiter & formaliter, non erit vera illa propoſitio, quia idem non infert nec cauſſat ſeipſum: illud autem verbum, & infert, cauſsalitatem dicit, vt patet ex D. Thom. vbi ſupra, & 2. 2. q. 59 art. 3. ad 5. vbi ſic ait: Ad tertium dicendum, quod paſſio eſt effectus actionis exterioris: ergo diſtinguuntur actu

T 2 for-

Digitized by Google

formaliter, ſecluſa intellectus operatione. *Prob. 4.* Præterea: Agens in potentia habet aliam rationem potentialitatis, quā paſſum in potentia: ſunt enim potentialitates diuerſæ rationis: igitur actus vtriuſque debent ſecluſa operatione intellectus eſſe actu diuerſi, & habere diuerſas rationes: ſed actu ſunt actio & paſſio: ergo actio & paſſio habent actu diuerſas rationes. Primum antecedens patet, & conſequentia probatur: Quia actus proportionatur potentia: non enim poteſt viſio actuare potentias diuerſæ ſpeciei ſimul, nec albedo, nec quælibet alia forma. Secundò minor probatur: quia actio non eſt actus patientis, vt ſic, aliàs patiens, vt ſic, ageret: nec paſsio eſt actio agentis, vt ſic, aliàs ageret, in quantum patiens: ſed actio eſt actus agentis, & paſsio patientis: ergo ſunt actu diuerſæ, quia actu actuant potentias diuerſas ſpecie. Item, quia hæc eſt immediata: Actio non eſt paſsio: ergo ſunt diuerſæ rationes actu, vt diximus capite de relatione. *Prob. 5.* Præterea: Impoſsibile eſt, quod ſit eadem ratio formalis viæ, quatenus tendit ab Athenis ad Thebas, & quatenus à Thebis tendit ad Athenas, quamuis realiter ſit idem ſpacium; ſed ita differunt actio & paſsio: ergo non ſunt idem, & ſola operatione diſtinguuntur intellectus. Vnde Angelicus Doctor 2.2. quæſt. 59. art. 3. in corpore, ita dicit: Reſpondeo, dicendum, quod actio de ſui ratione procedit ab agente: paſsio autem ſecundum propriam rationem eſt ab alio: vnde non poteſt eſſe idem ſecundum idem agens, & patiens, vt dicitur in 3. & 8. Phyſicorum. Et ratio huius dicti D.Thom eſt, quia eſt diuerſa vtriuſque ratio formalis. *Obiectio.* Et ſi arguas contra hanc concluſionem ex D.Thom. 11 Metaphyſicæ, lectione nona, vbi ita dicit. Sed ſi actio & paſsio ſunt idem ſecundum ſubſtantiam, videtur, quod non ſunt diuerſa prædicamenta: & reſpondet; ſed ſciendum, quod prædicamenta diuerſificantur ſecundum diuerſos modos prædicādi: vnde idem, ſecundum quod diuerſimodè de diuerſis prædicatur, ad diuerſa prædicamenta pertinet. Locus enim, ſecundum quod prædicatur de locante, pertinet ad genus quantitatis: ſecūdum quod prædicatur denominatiuè de locato, conſtituit prædicamentum. Vbi ſimiliter motus, ſecundum quod prædicatur de ſubiecto, in quo eſt, conſtituit prædicamentum paſsionis: ſecundum autem quod prædicatur de eodem, à quo eſt, conſtituit prædicamentum actionis.

Solutio ex doctrina Caietani. Reſpondetur, quod, vt optimè aduertit Caietanus, nunquam diuerſus modus prædicandi rerum datur, niſi quia diuerſa eſt ratio formalis illarum rerum, quæ prædicantur: & ita iſte diuerſus modus prædicandi actionis & paſsionis præſupponit diſtinctionem formalem in actione, & paſsione, ex qua fundamentaliter diuerſus iſte modus prædicandi ſumitur. Et patet in exemplis adductis à Diuo Thoma. Nam locus & vbi ad diuerſa pertinent prædicamenta, & formaliter diſtinguuntur actu, & realiter tanquam res à re. Voluit ergo D.Tho. per prædicationem diuerſam colligere diuerſam rationem formalem inter actionem, & paſsionem, quæ eſt actu in re.

3 Concluſ. Tertia concluſio: Paſsio & motus formaliter actualiter diſtinguuntur ſecluſa operatione intellectus, & idem de actione dicendum eſt: & etiamſi vt actus mobilis conſideretur, non pertinet ad prædicamentum paſsionis; & *Cōtra Suarez.* eſt ignorantia dicere, motum eſſe prædicamentum paſsionis in communi conſideratum, & ſpeciem paſsionis, ſi conſideretur in particulari. Iſta concluſio habet multas partes probandas. Probatur prima pars: Nam paſsio eſt prædicamentum, motus poſtprædicamentum, & quid incompletum: ergo diſtinguuntur formaliter actualiter: quia alia eſt eſſentia motus, & alia paſſionis. Et confirmatur: Nam aliæ ſunt ſpecies imperfectæ motus, vt patet ex Ariſtotele in poſtprædicamentis, & aliæ paſsionis: non ergo ſunt idem formaliter: & ſi ſunt idem formaliter, quorſum Ariſtoteles dixit, motum eſſe poſtprædicamentum, & paſsionem prædicamentum? Sed quia de hoc ſupra egimus, & ſumus acturi, non volo congerere probationes contra rem apertè falſam.

Se-

Secunda pars: Quia etiamſi conſideretur, vt actus mobilis, non pertinet ad prædicamentum paſſionis. Probatur: quia vt ſic eſt aliquid incompletũ & imperfectum: ergo, &c. Quidquid enim ad prædicamentum paſſionis directè pertinet, debet eſſe quid completum. Et maximè, quia impoſſibile eſt conſiderare mobile ſine ordine ad ſubiectum, quod afficit, quia hoc ponitur in ſua definitione; eſt enim actus entis in potentia, ſecundum quod in potentia; vnde ſemper pertinet ad prædicamentum paſſionis: quia implicat cognoſci ſine eo, quod eſt de ſua eſſentia. Vnde peſſimè dicit, quod aliquando pertinet ad prædicamentum paſſionis, & aliquãdo non. Vnde D. Thom. prima parte quæſtione decima octaua, articulo primo, in corpore, artic. 3. ad 1. dicit, quod motus propriè ſignificat actum imperfectum mobilis.

Tertia pars probatur: quia poſtprædicamentum non eſt ſpecies prædicamenti, ſed motus eſt poſtprædicamentum: ergo non poteſt eſſe ſpecies prædicamenti. Minor probatur ex poſt prædicamentis, capit. de ſpeciebus motus. Maior probatur: Nam propterea ponitur poſtprædicamentum, quia eſt aliquid imperfectum, & incompletum, non habens naturam ſufficientem, vt ſit in genere: ergo nec poteſt eſſe aliquid completum: & eadẽ ratione probatur, quod non poſſit eſſe prædicamentum, aliàs non eſſet poſtprædicamentum. Item: Si motus eſt idem, quod paſſio: ergo paſſio eſt poſtprædicamentum, quod eſt ridiculum. Item: Nulla ſpecies aliorum prædicamentorum poteſt eſſe poſt prædicamentum: ergo nec ſpecies prædicamenti paſſionis. Sed cur impugno hanc doctrinam, quæ ſua nouitate ſe falſam contendit? Vnde dixit Angelicus Doctor 1.2, quæſt. 49. art. 1. in corpore, quod poſtprædicamenta ſunt illa, quæ conſequuntur diuerſa rerum genera, & non dixit aliquis vnquam, quod genera vel rerum ſpecies ſint Poſtprædicamenta.

Diſſoluuntur argumenta.

A D primum reſpondetur, negando minorem. Et ad probationem dicitur, quod paſſio eſt motus receptus in paſſo ab agente. Et ita definiuit Diuus Thomas. Motus verò in ſua ratione ſolum dicit actum mobilis tendentis ad aliud. *Ad 1. arg.*

Ad ſecundum reſpondetur, quod in definitione paſſionis nõ includitur quidditas actionis: quia actio eſt motus ab agente in paſſum. Vnde differunt, ſicut via ab Athenis ad Thebas, & a Thebis ad Athenas, vt inquit Ariſtoteles capite 3. Phyſicorum, & 11. Metaphyſicæ, lectione 9. apud D. Thom. *Ad 2. arg.*

Ad tertium reſpondetur; quod paſſio eſt motus ad calorem ſuſcipiendum ab agente, & actio eſt modus ad dandum calorem. *Ad 3. arg.*

Ad quartum reſpondetur quod paſſio eſt effectus agentis ſuſceptus in paſſo ab agente: at verò motus hoc non dicit in ſua ratione, ſed ſolũ, quod ſit via, & nec includitur formaliter in actione & paſſione: quia impoſſibile eſt, rem vnam eſſe de quidditate duarum creatarum rerum genere diſtinctarum: ſed materialiter connectitur actioni & paſſioni, & hoc neceſſariò in tranſeuntibus actionibus. *Ad 4. arg.*

Ad argumenta Suarez reſpondetur, illam doctrinam eſſe contra D. Thom. vt viſum eſt: qui ſemper dixit, actionem & paſſionem differre ſecundum rationem, quod intelligitur formaliter realiter à parte rei. Actualiter enim ſunt primò diuerſa & diſtincta, nec eſſe mobile & motiuum ſunt idem formaliter, ſed diuerſa formaliter actu, ſecluſa operatione intellectus: mouere enim eſt tendere ad terminum, pati eſt ſuſcipere formam ab alio. Impoſſibile etiam eſt, quod motus ſine ſubiecto concipiatur; quia eſt de ſua ratione ordo ad mobile, vt cõſtat ex ſua definitione. Reliqua, quæ dicit, non egent ſolutione: diſſoluta enim ſunt de ſe. *Soluuntur argumenta Suarez.*

Digitized by Google

QVÆSTIO LXXII.

Quæ paſſiones ſint in hoc prædicamento, & quæ ſint ſpecies huius prædicamenti, & quomodo ſumatur eorum ſpecifica diuerſitas.

Controuer. AD quæſtionem breuiter reſpondeo. Nam omnia iſta iam conſtant ex ſuperiori prædicamento. Quod cũ duplex ſit opinio, alia, quæ aſſerat, ſolum actiones, quæ cum motu ſunt, eſſe huius prædicamenti: eodem modo dicẽdum eſt de paſſionibus, quod ſolum illæ in hoc ſunt prædicamento, quæ ſunt ſimul cum motu. Et hæc opinio ſecurior *1. Opinio.* eſt, & firmior, & exiſtimo Diui Thomæ eſſe. Nam in 1. diſt. 8. q. 4 art. 3 ad 3. dicit; actio, vt prædicamentum, dicit aliquid fluens ab agente in actu, quia actiones, quæ non ſunt cũ motu, etiamſi actiones dicantur, & ſint, non tamen ad hoc pertinent prædicamentum, ſed ad prædicamentum qualitatis: quia ſunt actiones, quorum tota eſſentia eſt diſponere *2. Opinio.* ſubiectum Alia opinio eſt, quæ probabilitatem habet, quamuis non ita mihi placeat: quia exiſtimo, non eſſe Diui Thomæ ita clarè, & patenter: quòd ſcilicet actio etiam ſine motu, creata tamẽ eſt in hoc prædicamento: & ita paſſio, ſecundum quod correſpondet tali actioni, erit etiam in hoc prædicamento. Nã eadem intellectione, v.g. & agit intellectus producendo illam, & patitur recipiendo illam. Ita aſſerit D. Thom. 1. p. q. 79. art. 2. & q. 97. art. 2. & 1. 2. q. 22. art. 1. quod illa receptio paſſio dicatur. Et ex dictis facilè eſt colligere: paſſiones, quæ conſequuntur actiones, quas in prę *Paſſio à quo ſumat ſpeciem.* dicamẽto actionis collocauimus, & illas in hoc prędicamẽto oportebit collocare. Vnde aũt ſumatᷓ paſſionũ ſpecifica diuerſitas, magis habet difficultatis. Ad quod dico, quod paſſio ſumit ſpeciem ab actu, qui eſt terminus motus noſtri; vt ſi calefactio paſſio terminatur in ſuſceptione caloris, differt ſpecie à frigefactione paſſione per hoc, quod calefactio paſſio eſt id, quo ſubiectum patitur recipiendo calorem, & frigefactio paſſio recipiendo frigiditatem. Et quia iſtæ duæ qualitates ſpecie differunt, hinc eſt, quod iſtæ duæ paſſiones ſpecie differant: quia ex natura ſua ordinantur ad patiendum per tales qualitates. *Not.* De ſpecificatione paſſionum animæ, vide D. Thom. 1. 2. q 44. art. 1 in corpore: & de diſtinctione earum vide in primo diſt. 16. quæſt. 1. art. 3. in corpore. Et omnes animæ paſſiones reducit D. Thom. ad vndecim ſpecies, ſex in concupiſcibili; ſcilicet, amor, odium, deſiderium, ſeu concupiſcentia, fuga, vel abominatio, delectatio vel gaudium, dolor vel triſtitia; & quinque in iraſcibili, ſcilicet ſpes, deſperatio, amor, audacia, & ira, 1. 2. quæſt. 23. artic. 4. quæſt. 25. art. 4. 2. Ethicorum, lectione 5. In particulari de ſpeciebus omnium paſſionum agere logico ſuperfluum: proprietates autem paſſionis intelligere facilè eſt ex dictis.

De prædicamento Quando.

QVÆSTIO LXXIII.

Quæ ſit natura, ſpecies, & proprietas huius prædicamenti.

VIDETVR, quod non ſit *1. Argum.* prædicamentum. Nam impoſſibile eſt, generaliſſimum alicuius prædicamẽti eſſe ſine ſpeciebus: ſed, quando, non habet ſpecies: ergo non eſt prædicamentum. Minor probatur quia eſſe in tempore eſt eiuſdem rationis in omnibus, ſicut & tempus eſt vnum numero: ergo, &c. Dices, quod ſpecies ſunt, ſecundum eſſe *Solutio.* in tempore præterito, & fore in tempore futuro: ſeu eſſe in tempore præterito, & eſſe in tempore præſenti, & eſſe in tempore futuro. Sed contra: nam *Impugn.* modò non eſt eſſe in tempore præterito, nec in futuro: ſed ſolum eſſe in tempore præſenti: ſed eſſe in tempore præſenti

Digitized by Google

ſenti ſolum ſit vnius rationis ſpecificæ : ergo,&c.Et confir. Quia nunquam eſt verum dicere, quod Petrus menſuratur à tempore futuro, vt ſic, nec à tempore præterito, vt ſic,ſed ſolum an tempore præſenti ; ergo non ſunt ſpecies, quando eſſe in præſenti deſumitur à diuerſa ratione huius,quod eſt contineri à tempore.

2. Argum. Secundò. D.Tho. 1.diſt.2.q.3.ar.3.ad 1.dicit, quod motus eſt in quando, vt in menſurante, non vt in termino; ſed quod menſurat motum,tempus eſt, vel ſpacium : ergo quando non eſt prædicamētum;quia tempus,nec ſpacium,ſeu locus non ſunt prædicamentum.

3. Argum. Tertiò:Quando eſt eſſe in tempore: ſed Deus & Angeli ſunt in tempore, quia coexiſtunt noſtro tempori : ergo ipſis conuenit habere rationem quando quod eſt abſurdum.

4. Argum. Quartò. Gilbertus definit, quando, quod ſit id,quod ex adiacentia temporis relinquitur: ſed nihil relinquitur ex adiacentia temporis, quia tempus non adiacet : ergo non datur quando, & ita non eſt hoc prædicamentum . Prob. mi. quia adiacere eſt inhærere alicui, tempus non inhæret his inferioribus : ergo &c.In oppoſitum eſt D.Tho.in locis adductis,& Gilbertus,& Ariſt.dicentes,quando eſſe genus vnum ex decem.

Præambula.

Controuer. 1. Opinio. IN explicanda huius prædicamenti natura variæ ſunt ſententiæ logicorū. Quidam enim dicunt, eſſe relationem temporis ad rem, quæ eſt in tempore, vel rei, quæ eſt in tempore ad tempus. Sed hæc ſententia eſt falſa: quia relationes ad prædicamentum ad aliquid pertinent, & non conſtituunt nouum prædicamentum. Alia ſententia eſt eorum, qui dicunt, quando, dicere denominationem extrinſecam à tempore:& nihil intrinſecum rei, quæ dicitur eſſe in tempore: ſed ſicut agens denominatur ab actione exiſtente in paſſo, ita quando eſt denominatio à tempore, & forma eſt tempus. Hanc ſententiam tribuit Suarez diſp. 50.D.Thom.opuſculo 48.& Gilberto,& Soto in 6.vltimis.Sed fallitur vehementer: nec enim hæc opinio eſt ſententia iſtorum, vt videbitur, cum decernamus, quid ſit quando, ex ſententia noſtra.Et dicit ipſe num 8.ſectione 12.rationem huius prædicamenti conſiſtere in intrinſeca rei cuiuſque duratione, ita vt forma huius prædicamenti ſit ipſa rei duratio: ſubiectum autem talis formæ, vel quaſi ſubiectum ſit motus,vel alia res durans:nam illi confert ſuum eſſe, quod eſt durare in eſſe, concretum autem eſt durans.Et probat, quia eſſe durans eſt aliquid reale,& non poteſt eſſe aliud prædicamentum, niſi quando:ergo hoc eſt eius eſſentia.

2. Opinio.

Falſa impoſitio Frāciſci Suarez.

Deciſio quæſtionis.

1.Concluſ. *In quo conſiſtat prædicamētū quando.*

PRima concluſio. Prædicamentum, quando,eſt eſſe in tempore: eſſe autem in tempore nihil aliud eſt, quā proportio quædā relicta ex tempore. Hæc concluſio eſt D. Thom. ſecundo Metaphyſicæ, lectione 12. in principio,& quinto Metaphyſicæ, lectione ſeptima: tertio Phyſicorum, lectione quinta, in 4.diſtinctione 16.quæſt.3.art.1.quæſtione 1.in corpore.Pro cuius intelligentia aduertendum erit, quod, ſicut per motum localem acquirimus quandam formam intrinſecam ex eo, quod locus mē ſurat nos extrinſecè, quæ eſt vbicatio, ſecundum quā dicimur eſſe in loco formaliter, quæ non eſt locus, nec relatio de prædicamento relationis,ſed quædā forma abſoluta,quæ vbicatio dicitur,ſecundum quam formaliter ſumus in loco;& eſt ſpeciale prædicamentum. Eodem modo res, quæ tempore menſurantur: ex eo, quod tempus menſurat nos, acquirimus eſſe in tēpore : ſed nihil eſt aliud quam forma quædam cauſſata in nobis ex iſta menſuratione actiua temporis, quæ eſt, ſpeciale prædicamentum, & dicitur quando: nec hoc eſt magis incredibile, quam ſit illud, quod ex loco menſurante nos extrinſecè cauſſetur in nobis vbicatio illa, ſecundum quam ſumus in loco,quæ eſt forma quędam intrinſeca ; & ſicut ex eo, quod figo pedem in puluere, reſultat in puluere quædam imago ipſius pedis,illi proportionata : eodem modo ex tempore

Optima doctrina.

pore relinquitur in nobis eſſe in tempore, quod eſt quoddam accidens nobis intrinſecum proportionatum tempori, Nam propter quaſdam qualitates, quas in nos cauſſat tempus ſiue ratione ſui formalis, ſiue ratione ſui materialis, etiam eſt in nobis ex illo relictum hoc accidens. Et ſi inquiras, quomodo cauſſatur hoc accidens ex tempore; reſpondetur quod cauſſatur ſicut ex forma extrinſeca, ſicut cauſſatur vbicatio ex loco, & veſtitum eſſe ex veſte extrinſecè: & iſta aliquid reale ſunt. Ita quando, & eſſe in tempore eſt quid reale, effectiuè verò cauſſatur a ſubiecto exiſtente in tempore, ſicut eſſe in loco à ſubiecto, quod eſt in loco, nec hoc videatur Suarez incredibile, qui tanta incredibilia dicit.

Quomodo cauſſatur quando ex tempore.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Quando non eſt denominatio formaliter veniens à ſolo tempore, dicebant aliqui, quod denominamur eſſe in tempore formaliter ab ipſo tempore; hoc dicimus eſſe falſum; ſed quod in tempore eſſe dicimur propria forma, quæ nobis inhæret, quę quãdo dicitur formaliter, licet hæc forma ſumatur à tempore, nec oppoſitum huius dixit Diuus Thomas, vt patet ex locis citatis ſuperius, vbi videbis Suarez hoc imponere D. Thom. Et Soto apertè dicit, quod ſicut album non eſt albedo, nec corpus, ſed effectus formalis albedinis, qui intrinſecè eſt in albo; ita eſſe in tempore, nec eſt tempus, nec ſubiectum, ſed effectus formalis intrinſecè cauſſatus à propria forma, quæ quando formaliter dicitur extrinſecè à tempore, vt videbimus in prædicamento habitus, vbi habitio, quæ eſt forma illius prædicamenti, cauſſatur à veſte, quæ eſt forma extrinſeca. Et probatur: quia forma & effectus formalis ſunt in eodem prædicamento, vt actio & agens, quantitas & quantum, qualitas & quale: ſed tempus & quando non ſunt in eodem prædicamento: ergo tempus non eſt forma huius prædicamenti conſtituens illud eſſentialiter.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Duratio non eſt forma huius prædicamenti. Ponitur contra Suarez, qui hunc dicendi modum probat. Et probatur concluſio primò ex Ariſtot. qui dicit: Quando nihil aliud eſt, quam eſſe heri, ſuperiori anno. Dicit hoc in antepædicamentis, capite 4. ſed eſſe heri non eſt duratio, nec durans: ergo, &c. *Proba. 1.* Præterea: exiſtentia durat, & exiſtentia non eſt quando, nec collocatur vllo modo directè in prædicamento, & idem de motu dicendum eſt. *Probat. 2.* Præterea: Omnes aſſerunt, tempus eſſe formam quandam extrinſecam huius prædicamenti: ſed duratio non ſumitur à tempore: ergo duratio non eſt huius prædicamenti forma. *Prob. 3.* Præterea: Deus durat in æternum, & Deus non eſt in hoc prædicamento: ergo duratio, vt ſic, non eſt huius prædicamenti forma intrinſeca, & conſtitutiua. *Proba. 4.* Præterea: Quia duratio eſt quidam modus rei exiſtentis imperfectus, ſicut imperfectus modus eſt prioritas, & poſterioritas, & ſimultas, ſed iſti non faciunt prædicamentum, ſed ad poſtprædicamentum reducuntur: ergo nec modus durationis; ſed erit reductus iſte modus ad prædicamentum, vbi ponitur res durans, ſi fuerit ſubſtantia, ad prædicamentum ſubſtantiæ, ſi accidens, vt quantitas, qualitas, ad prædicamentum quantitatis, &c. *Prob. 5.*

4. Concluſ. Quarta concluſio; Probabile eſt etiã, in hoc prædicamento collocari res, quæ æuo, tempore continuo & diſcreto Angelorum, & participata æternitate menſurantur, quatenus in talibus ſunt menſuris, ita vt forma extrinſeca, à qua ſumitur intrinſeca huius prædicamenti, ſit non ſolum tempus noſtrum, ſed æuum, ſed tempus Angelorum continuum & diſcretum, ſed æternitas participata, & denique omnis menſura durationis cuiuſcunque rei creatæ. Pro intelligentia huius opinionis communis perpende, eſſe opinionem quandam, quod ſolum forma extrinſeca huius prędicamenti ſit tempus, qui eſt numerus motus primi mobilis ſecundum prius & poſterius. Et ita videtur aſſerere Ariſtoteles, & D. Thom. qui abſolutè dicũt, quando eſt eſſe in tempore; & ita opinio probabilis eſt, & communis, & magis firma, licet habeat nonnihil difficul

tatis

Digitized by Google

tatis in aſſignandis ſpeciebus huius prę dicamenti, & tamen aſſignant illa per diuerſos reſpectus ad eaſdem temporis partes. Nam quamuis tempus ſit vnum numero, per diuerſum modum eſſendi in ordine ad partes huius temporis cō ſurgunt diuerſæ ſpecies. Sicut quamuis locus, qui eſt de prædicamento quantitatis, ſit vnus ſpecie, tamen ex eſſe in loco cum diuerſo reſpectu ad partes mundi conſurgunt diuerſa vbi ſpecie differētia: ita ex eſſe in tempore ſecundum diuerſas partes temporis conſurgunt diuerſæ ſpecies, & ita aſſignauit illas Ariſtoteles ſupra dicto capite quarto, dicēdo; quando eſt heri, ſuperiori anno, eſſe hodie. Itaque quando eſt generaliſſimum, & aliud eſt eſſe in tempore pręterito, aliud tempore præſenti; præterito tempore eſſe, & dicere reſpectum ad illud, eſt genus ſubalternū, & habet ſub ſe ſpecies, ſicut eſſe heri, eſſe anno præterito: præſens eſt ſubalternum etiā genus, & habet ſub ſe ſpecies, vt eſſe hoc anno, eſſe hodie, ita vt partes temporis, quæ habent aliquam rationem, aliquo modo diuerſam menſuram faciant, vt formæ extrinſecæ diuerſas ſpecies quādo; tempus verò futurum non cauſſat ſpeciem, quia nullus reſpectus intrinſecus poteſt à forma, quæ non exiſtit, vel extitit, prouenire. Alia opinio eſt, vt aſſerit noſtra cōcluſio, ſpecies huius prædicamenti deſumi ex diuerſis mēſuris; ita vt eſſe in tempore ſit generaliſſimū, & quid ſuperius ad eſſe in tempore in æuo, & in diſcreto Angelorum, & in ęternitate participata, quæ ſunt diuerſæ ſpecies quando. Vt ergo hanc concluſionem intelligamus, notandū eſt, quod quando accipitur vno modo limitatè, pro eſſe in tempore, quod eſt motus primi mobilis; alio modo accipitur abſtractè, & vniuerſaliter pro hoc, quod eſt eſſe ſub menſura quacunque menſurante rei durationem; & iſto modo accipitur in noſtra concluſione. Nam D. Thomas, primo, diſtinctione octaua, quęſt. 3. art. 3. ad 4. tempus accipit, vt eſt ſub ſe comprehendens etiam tempus Angelicum. In hoc ergo prædicamento comprehendūtur, vt formæ extrinſecæ, quatuor ſpecies menſuræ, à quibus ſumuntur quatuor ſpecies quando. Prima ſpecies: Aeternitas participata, & eſſe in æternitate participata eſt vna ſpecies; æternitas participata reperitur in viſione beata, & eſt tanquam in ſubiecto in viſione Chriſti, quatenus homo, quæ eſt perfectior omnium, & menſura aliorum. Secunda menſura eſt æuum; & hęc eſt ſubiectiuè in primo Angelo, & eſſe in æuo eſt ſecunda ſpecies quando. Tertia menſura eſt tempus diſcretum, quod eſt mēſura operationum corruptibiliū, quæ habent ſucceſſionem, & tertia ſpecies quando eſt eſſe in hoc tempore, & eſt ſubiectiuè in perfectiſſimo Angelo. Ita menſura quarta eſt tempus noſtrū, & ab iſto ſumitur quarta ſpecies, quando ab iſtis benè poteſt abſtrahi aliqua ſpecies ſubalterna ad eſſe in tempore noſtro, & in tempore Angelorum; & probatur concluſio. Nam eſſe in iſtis mēſuris ad nullum prædicamentum reduci poteſt, niſi ad prædicamentum quando: ergo iſta ſunt ibi conſtituenda. Sicut enim eſſe in tempore eſt ſine dubio in hoc prædicamento: ita eſſe in tempore angelico, eſſe in noſtro, eſſe in æternitate participata: nam iſtæ ſunt veræ menſuræ. Aeternitas verò Dei, quia eſt ipſe Deus, & eſt quid infinitum, non ponitur in hoc prædicamento. Deus enim in nullo collocandus eſt prædicamento.

Quodnam ſit generaliſſimū prædicamenti quando, & quæ generá ſubalterna.

Quæ cōprehēdantur in hoc prædicamento vt forma extrinſeca.

Ex dictis colliges etiam, falſum aſſerere Suarez ſupra dicta ſectione duodecima, in diſputatione quinquageſima, omnes durationes pertinere ad hoc prędicamentum: nam non durationes, ſed eſſe ſub durationibus, ad hoc pertinet prædicamentum; durationes verò erūt reducendæ ad prædicamentum, & ad latus collocandæ. Proprietates verò huius prædicamenti dicit Gilbertus eſſe duas, & non ſuſcipere magis & minus, & non habere contrarium: ſed nec ſunt quarto modo proprietates, nec propriè, licet aliquatenus explicent eſſentiam huius prædicamenti.

Reijcitur Suarez.

Diſſol-

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur ex vltima noſtra concluſione. Et, vt magis percipias illam, aduertas, quod menſuratio paſſiua, ſeu eſſe ſub illa menſura, & coaptatio talis eſt hoc prædicamentum, non verò menſura ipſa; vnde ſpecies ſunt ſumendæ ex diuerſa ratione huius coaptationis, non ex diuerſitate formæ extrinſecæ.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod D. Tho. accipit ibi, quando, non propriè: ſed pro extrinſeca forma, quæ eſt menſura, à qua ſumitur intrinſeca, quæ eſt eſſe ſub tali menſura.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod Deus & Angeli ſunt in tempore coexiſtenter, id eſt, coexiſtunt noſtro tempori, non verò vt quid comprehenſum, & menſuratum ab illo, quod erat neceſſarium, vt dicerentur eſſe in hoc prædicamento. De Angelis iam dictum eſt; ſunt enim ipſi, & eorum accidentia in prædicamento.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur ex concluſionibus. Qui verò voluerit, ex ſolo tempore noſtro reſultare quando, quod eſt hoc prædicamentum, non contradico; ſed loquitur optimè, dum aſſignet ſpecies, & debet dicere conſequenter, ſupra dictas rationes eſſendi ſub illis durationibus eſſe quid imperfectum, & modos non attingentes eſſentiam prædicamentalem, ſicut multa alia propter ſuam imperfectiomem. Qui plura de hoc prædicamento, quinimo de omnibus ſex vltimis voluerit videre, videat Beatum, & doctiſſimum Albertum Magnum in ſua logica de ſex principijs.

De prædicamento vbi.

QVÆSTIO LXXIIII.

In quo conſiſtat ratio vbi.

IAm ſuperius excluſimus illam opinionem tenentem, iſta prędicamenta vltima eſſe relationes. Item excluſimus illam opinionem, quę dicunt denominari à forma extrinſeca, ſic adeo, vt vbicatum eſſe ſit effectus formalis prouenięns à loco de prædicamento quantitatis, & quando prouenire à tempore. Quia effectus formalis, & forma conſtitutiua debent eſſe in eodem prædicamento: ergo forma conſtituens hoc prædicamentum intrinſecè, non eſt locus. Et hæc opinio impugnata non eſt D. Thom. vt falsò Suarez exiſtimat, diſput. 51. ſectione 1. num. 4. Nam quando D. Thom. 5. Metaphyſicæ, lectione ſeptima, & aliis locis docet, ſex vltima prędicamenta denominari ab extrinſeco, nō vult dicere, (excepto prædicamento actionis, vbi forma eſt extrinſeca) quod formæ illorum prædicamentorum ſunt extrinſecæ, ita vt fiat denominatio à forma extrinſeca; nam omnes formæ, vt paſſio, quando, ſitus, habere, vbi ſunt in ſubſtantia exiſtente in loco ſituata, vbicata, veſtita, &c. Sed vult dicere, quod vbi, quando, ſitus, &c. ſumuntur, etiamſi ſint formæ intrinſecæ inhærentes ſubiectis, ab aliquibus formis extrinſecis. Vt enim aliquid dicatur habere, neceſſum eſt, quòd ſit forma extrinſeca, quæ ſit veſtis, & ſic de aliis. Et in paſſione patet, quia, vt ſit patiens, debet eſſe paſſio ab agente; agens autem quid extrinſecum eſt paſſo, & agens effectiuè cauſſat paſſionem. Quod ſi aduertiſſet, non toties finxiſſet D. Thom. quem relinqueret, imponendo illi falſas, quas non tenuit, opiniones. Et cum D. Thom. prima parte, quæſtione prima, & decima, articulo tertio, ait, mobile non eſſe in potentia ad aliquid intrinſecum, ſed extrinſecum, nimirum ad locum, vult dicere, quod non eſt in potētia ad aliquid omninò intrinſecum, ſicut reliqui motus, ſcilicet ad quantitatem, qualitatem, ſed ad formam, vbi, quę inhæret mobili, & ſumitur in ordine ad aliquid extrinſecum, ſcilicet, ad locum. Et cum primo contra Gentes, cap. 13. dicit, aliquando denominatur aliquid ab eo, quod eſt extra ipſum, vt, ſcilicet, à loco dicitur aliquid eſſe alicubi; loquitur D. Thom. vt a forma extrinſeca, à qua intrinſeca ſumitur, quæ eſt vbi. Nam vtrumque neceſſarium eſt concurrere, vt aliquid ſit in loco, & locum, vt quid

Non intelligitur doctrina D. Tho. in illo ſenſu, in quo impugnatur à Suarez.

Not.

quid extrinſecum, & vbi, vt quid intrinſecum. In quo non apertè ſentit Diuus Thomas, vbi denominari præciſè à forma extrinſeca, ſed ab intrinſeca, ſcilicet ab vbicatione, quę ſumitur a loco extrinſeco. Quod ſi D.Thom. non intelligit, quid ei faciemus, niſi exorare, vt non impugnet, quem non intelligit? Dicit ergo ipſe ſuam opinionem, & ſuorum multorum his concluſionibus explicandam.

Not.

1.Dictum. Primò, vbi eſt quidam modus intrinſecus ex natura rei diſtinctus a ſubſtantia, & aliis accidentibus corporis, a quo formaliter habet vnumquodque corpus eſſe præſens localiter alicubi, & hunc modum vocat præſentiam.

2.Dictum. Dicit ſecundò, hic modus præſentiæ, non ſolum non prouenit formaliter ab extrinſeco corpore, vel ſuperficie ambiente, verum etiam nullo modo ex circumſcriptione illius reſultat: nec per ſe illam requirit, quamuis ob naturalem ordinem vniuerſi nunquam ſit ſine illa, præterquam in vltima ſphæra vniuerſi.

Probatur. Et probat, quia ſuperficies extrinſeca non poteſt cauſſare iſtum modum intrinſecum, & cum ipſe modus ſit forma intrinſeca, non indigeat alia forma. Quod in nullo genere cauſſæ concurrat, probat, quia non videtur, in quo genere, non efficientis, nec materialis extrinſecè. Quia cum ſuperficies non cauſſet aliquem effectum immediatum, non poteſt cauſſare illum mediatum.

Confirmat. Et omnia iſta confirmat exemplo cœli Empyræi, quia eſt præſens ibi, vbi eſt, & nullum habet corpus ambiens. Et præterea: Poteſt Deus mouere corpus per vacuum, & acquirere nouam præſentiam, ſine ſuperficie circumſtante: ergo non requiritur hæc ſuperficies, vt aliquis ſit in loco.

3.Dictum. Dicit tertiò. Hic modus præſentiæ, qui intrinſecè conuenit corpori, eſt formale, ſeu abſtractum prædicamenti vbi, cuius ſubiectum eſt ipſum corpus, quod reali modo afficit concretum, aut erit totum compoſitum ex concreto, & tali modo. Hæc dicit, & videat candidus lector, quomodo id fundet.

Opinio aliorum. Alii eiuſdem claſſis dicunt: vbi eſſe ſpatium, quod corpore repletur. Sed hoc delirium ante tempora Ariſtotelis inuentum 4. Phyſicorum reiicitur.

3.Opinio. Alii dicunt, vbi, ſecundum quod eſt quid commune ad eſſe in loco corporũ, & ſpirituum, eſſe propriam rationem huius prædicamẽti, & importare eſſe in loco abſtrahendo à definitiuè & circumſcriptiuè. Sed quid ſit ſentiendum in doctrina D.Tho. & Ariſtotelis, explico.

Deciſio quæſtionis.

1.Concluſ. in quo conſiſtat prædicamentum Vbi. PRima concluſio: Vbi, quod eſt eſſe in loco, eſt proportio locati ad locum. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ in 4.diſt.16.quæſtione 3.articulo 1.quæſtiuncula 1.& 11. Metaphyſicæ, lectione 11.& innumeris aliis locis; videndus eſt etiam tertio Phyſicorũ, lectione quinta. Motus enim localis tanquam ad formalem ſuum terminum terminatur ad vbi, quod eſt eſſe in loco, & vbi eſt ſubiectiuè in re, quæ eſt in loco, & forma intrinſeca illius. Ceterum hæc forma requirit aliam extrinſecam, vt habeat eſſe. Et hæc forma intrinſeca eſt proportio quædam ipſius rei, quæ eſt in loco, ad locum. Illa autem proportio debet eſſe quid intrinſecum rei, quæ eſt in loco. Itaque eſt modus quidam entis ratio propria conſtitutiua huius prædicamenti, ſecundum quam ens determinatur & reſultat vnum prædicamentum; ratio vna prædicamentalis, ſecundum quam corpus dicitur eſſe in loco formaliter: ſicut per albedinem dicitur albus. Et iſta entitas dicitur proportio ad locum, vt ſi ſit locus ſphæricus, ſit ſphæricè, ſi ſit longum eodem modo, & ita proportionaliter in aliis. Et quod debeat eſſe intrinſeca rei, quæ eſt in loco, probatur; quia vbi eſt terminus motus localis: ſed terminus identificatur cum motu: ergo vbi identificatur cum motu locali: ſed motus localis eſt in mobili: ergo & vbi eſt in mobili.

2.Concluſ. Secunda concluſio: Vt magis explicemus huius prædicamenti naturam, dicimus, quod vbi ex neceſſitate requirit locum extrinſecum, & hoc ex natura ſua; itaque non poteſt aliquid eſſe vbicatum,

Digitized by Google

tum, niſi ſit locus de prędicamento quātitatis. Hanc concluſionem ſic demonſtro. Et prius hoc ſenſibili exemplo volo hanc ſuadere opinionem. Nam nō poteſt Deus facere, quia contradictionem implicat, quod ego ſim veſtitus ſine veſte, etiamſi eſſe veſtitum ſit forma quædam prædicamenti habitus; quia eſſe veſtitum requirit veſtem, vt formam extrinſecam neceſſariò: ergo non poteſt vlla potentia fieri, vt aliquid ſit in loco, quod eſt vbi, ſine loco, quia ex neceſſitate dependet ab illo, vt à forma extrinſeca. Et confirmatur, quia vbi eſt eſſe in loco, ſed tunc non eſt locus vt ſic: ergo non erit in loco. Dicunt aliqui, quod eſt in loco imaginario, contra: nam ſecluſa operatione intellectus, non eſt locus verus, nec imaginarius; ergo operatione ſecluſa intellectus non eſt in loco.

Optimū et firmū arg.

Confirmat.

Prob. 2. Præterea. Corpus eſt in loco circūſcriptiuè ſic, quod cuilibet parti locati correſpondet pars loci, & toti locato totus locus; ſed ſecluſa operatione intellectus non eſt aliquid tale, nec locati parti correſpondet pars loci, nec toti locato totus locus: ergo nullo modo eſt in loco, ſi non ſit locus extrinſecè continens locatum.

Prob. 3. Præterea: Nam eſſe in tempore quo modo poterit, niſi ſit tempus? ergo eſſe in loco quomodo poterit, niſi ſit locus?

3. Conclu. Tertia concluſio: Etiamſi iſte modus prædicamentalis ſit præſentia, non poteſt dari ſine loco: ſed eſt falſum eſſe præſentiam. Prima pars concluſionis probatur: quia ſi eſſe in loco eſt præſentia, debet eſſe præſentia reſpectu alicuius, & ita reſpectu loci: nam præſentia in loco ſine illo eſſe non poteſt. Quod verò non ſit pręſentia, probatur: nam præſentia eſt relatio; ſed hoc prædicamentum non eſt relatio; ergo, &c. Sed fundamentum illius relationis eſt actio, qua corpus coniungitur loco, ex qua actione ſeu paſſione reſultat illa ratio formalis huius prædicamenti, quæ eſt vbicatio, & eſſe in loco; prius enim noſtro modo intelligendi eſt contactus quantitatis ad locum de prædicamento quantitatis, quā ſit relatio præſentiæ ad locum, & quam ſit eſſe in loco, ſicut prius intelligitur actio, quæ eſt veſtitio, & contactus hominis ad veſtes, quam intelligamus eſſe veſtitum de prædicamento habitus, etſi vtrumque ſit ſimul. De hac præſentia vide Caietan. prima parte, quæſtione quinquageſima ſecunda, vbi latè rem hanc tractat. Et quia ibi eſt propria huius diſputationis ſedes, hic non eſt amplius res hæc tractanda. Nota in vltimo dicto, quomodo Suarez, non ponit Angelorum locum in hoc prædicamento, & poſtmodum dicit oppoſitum.

Contradictio in doctrina Suarez.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod ſuperficies extrinſeca concurrit ad vbi cauſſandum, non in genere cauſſæ efficientis, nec materialis, nec formalis; ſed in genere cauſſæ formalis extrinſecæ, & agens ſine illa forma extrinſeca nō poteſt producere vbicationem, ſeu rationem illam eſſendi in loco; ſicut ſine veſte non poteſt cauſſare eſſe veſtitum: & veſtis non eſt forma conſtituens prædicamentum habitus: ſed eſt extrinſeca forma, vt ibidem videbimus. Ad illud de cælo Empyræo reſpondetur, quod vltima ſphæta, vt dicitur quarto Phyſicorum, non eſt in loco per ſe, & ita aſſerit Ariſtoteles text. quadrageſimoſexto. Eſt tamen in loco in potentia, ſecundum partes, vt aſſerit idem textu quadrageſimoquinto, & cælum Empyræū eſt in loco imperfectè, & inadæquatè ex parte ſuperficiei concauæ, quæ vendicat ſibi locum & ſuperficiem conuexam cæli inferius, ex parte verò ſuperficiei conuexæ non eſt in loco.

Ad Conf.

Ad 2. arg. Ad aliud argumentum reſpondetur, quod ridiculum eſt, dicere, corpus motum per vacuum nouam præſentiam acquirere in actu ſecundo, quia cum non ſit res aliqua, cui ſit præſens, quomodo poteſt acquirere præſentiam: nam præſentia reſpectu alicuius eſt præſentia. Sicut enim eſt impoſſibile, quod ſu-

per-

Digitized by Google

perficies vacua contineat aliquod corpus, & quod ſit præſens alicui corpori contento; eodem modo eſt impoſſibile, quod corpus non contentum loco ſit præſens alicui loco, & moueatur tunc, nō verò quia acquireret locū, ſed, quia, quantum eſt ex parte ſua, ſic eſſet, locus per illum motum localem acquireretur. Et ille motus localis eſſet alterius rationis, ſecundum aliquorum opinionem à motu locali, quo mouetur in loco, quia non habet eundem terminum. Sed ego quidem exiſtimo, quod eſſet motus ille eiuſdem rationis cum motu locali, quo mouetur à loco ad locum, quia ſi Deus nunquam creaſſet mundū, & moueret lapidem, quem creaſſet, ille motus ex natura ſua tendebat ad acquiſitionem alicuius termini intrinſeci, & extrinſeci, ſi eſſet, & quia non eſt terminus, manet ſine illo in miraculo ſuppoſito, non eſt inconueniens, & quod motus localis careat termino. Sed de hoc agemus latius, Deo concedente, 4. Phyſicorum.

QVÆSTIO LXXV.

Vtrum vbi Angelicum in hoc prædicamento collocetur.

Contrauer. 1. Argum.

EST opinio quædam, quæ aſſerit, eſſe in loco, prout abſtrahit ab hoc qđ eſt definitiuè eſſe in loco, & circumſcriptiuè, conſtituere prędicamentum vbi; quapropter vbi Angelicum eſſe in hoc prædicamento, vt ſpeciem ſubalternam illius. Aliqui Thomiſtæ ita tenent. Et cum adducitur illis Diuus Tho. qui dicit; Angelum eſſe in loco æquiuocè nobiſcum, dicunt D. Tho. loqui de æquiuocatione phyſica. Et probant hanc ſententiam: Nam Angelum eſſe in loco eſt aliquid limitatum & finitum: ergo pertinens ad aliquod prædicamētum, & non ad aliud, niſi ad iſtud: ergo eſt in hoc prædicamento.

1. Opinio.

2. Argum. 2. Opinio Suarez.

Suarez diſputatione 51. in ſua Metaphyſica, ſectione 3. aſſertione 5. dicit, quod in ſubſtantia finita immateriali datur proprium, & intrinſecum vbi illi proportionatum. Et probatur; quia motus Angelicus intrinſecè inhæret ei: ergo relinquit in eo aliquem realem terminum. Probatur conſequentia: Quia motus eſſentialiter eſt via ad terminū, & non poteſt eſſe via in vno ſubiecto, & terminus in alio, cum via nihil aliud ſit, quam intrinſeca acquiſitio, & dependentia eius rei, quæ fit. Vnde ſi via ſit in aliquo ſubiectum, in eo ſit res, quæ acquiritur: & iſte terminus non poteſt eſſe aliud quam vbi. Antecedens probatur: Quia, cum Angelus mouetur, verè mutatur: ſed non poteſt mutari per ſolàm mutationē extrinſecam: ergo, &c. Secundò probatur idem antecedens: Quia Angelus modò eſt præſens huic loco, modo loco diſtanti: ergò in ſe ſuſcipit illam mutationem: aliàs non poſſet ipſe eſſe modò præſens huic corpori, & poſtmodum alteri, niſi in ſe ſuſciperet motum. Dicit ſectione ſequenti, ſpecie eſſe diuerſum vbi Angelicum ab vbi corporeo: & alia; quæ miſcet, pertinent ad naturam, de loco Angelorum: ideo in præſenti non tractanda. Alias opiniones friuolas vide in Vaſquez, & Molina 1. parte, quæſtione 53. articulo primo. Voco illas friuolas, quia in nullo graui fundantur authore, nec firma ratione.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ.

PRO huius ergo quæſtionis intelligentia, vt Thomiſticam & veram explicem doctrinam, ſit prima concluſio: Eſſe in loco æquiuocè dicitur de eſſe in loco corporum & Angelorum. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ prima parte, quæſtione 52. art. 1. Vbi ita dicit: Reſpondeo, quod Angelo conuenit eſſe in loco: æquiuocè tamen

Angelus et corpus æquiuocè ſunt in loco.

tamen dicitur Angelus eſſe in loco, & corpus. Et quis non videat explicationem de æquiuocatione phyſica? Nam
Prob. 1. rationes D. Thom. probant, quod non ſit eadem ratio in illis huius, quod eſt eſſe in loco, vt patet ex eius rationib.
Explicatur, in quo cõſiſtat hæc æquiuocatio. Probatur concluſio: Nam corpus eſt in loco, per hoc, quod eius quantitas tangit locum, & continetur, & menſuratur à loco: ex quo tanquam ex fundamento conſurgit ratio formalis exiſtendi in loco, quæ eſt vbicatio, ſecundum quam corpus formaliter eſt in loco circumſcriptiuè & commenſuratiuè. Sed Angelus eſt in loco per hoc, quod habet ſuam virtutem applicatam loco, ad operandum proximè in illo, & non continetur à loco: nec proportionatur illi. Sed iſtæ duæ rationes exiſtendi in loco nihil habent commune vniuocum, neque analogum: ſed ſunt omninò diuerſæ, & ſolum nomen commune habent; ergo æquiuocè dicitur de illis eſſe in loco. Probatur minor: Nam ad contineri à loco, & ad continere locum; ad quantitatem virtutis, & ad quantitatem molis, ad circumſcribi à loco, & ad non circumſcribi, nihil poteſt vniuocum dari.

Prob. 2. Præterea: Ad actionem & paſſionem nihil poteſt dari vniuocum: ſed Angelus eſt in loco per modum agentis proximè, & corpus veluti patientis: ergo nihil illis commune dari poteſt; & ita nihil vniuocum, ſed æquiuoca
Prob. 3. prorſus eſt ratio. Tertiò. Corporibus exiſtentibus in loco conuenit neceſſariò prædicamentum ſitus; & Angelis non hoc conuenit: ergo diuerſa ratio vtriuſque eſt omninò in ratione huius, quod eſt eſſe in loco, ſic adeo diuerſa, vt in nullo conueniant, ſiquidem differunt penes habere ſitum, &
Prob. 4. non habere. Vltimò probatur, quia quãtitati virtutis & molis nihil datur vniuocum: ſed eſt æquiuocum nomen quantitas ad illa: ſed quantum ad magis vel ad minus tantum differunt eſſe in loco Angeli, & corporis: ergo etiam vbi erit illis æquiuocum: abſolutè tamen & ſimpliciter Angelus eſt in loco, licet eſſe in toto ſit alterius rationis in corpore & Angelo.

Secunda concluſio: Non exiſtimo eſſe contra ſententiam D. Thõ. aſſerere, *2. Concluſ.*
in Angelis eſſe ſuum vbi, ſeu ſuam rationem exiſtẽtem in illis, ratione cuius in loco exiſtant; licet hæc ratio ſit diuerſæ omnino rationis cum vbi corporum, ita vt in nullo conueniant. Probatur concluſio: Nam ſicut ex contactu quantitatiuo cõſequitur vbi corporeũ, ita ex contactu virtuali Angeli conſequitur vbi ſpeciale ipſius Angeli, quod eſt omninò alterius rationis ab vbi Angelico, & in nullo conueniens cum illo. Præterea: Aliqua forma eſt, ſecundum quam formaliter Angelus eſt in loco, ſicut eſt forma, ſecundum quam corpus eſt in loco: quia verè dicitur Angelus eſſe in loco: ergo hæc forma eſt vbi Angelicum in ipſo inhærens: & reducitur ad prædicamentum qualitatis: quia eſt quidam modus imperfectus applicationis virtutis ipſius, quæ qualitas eſt. Qui tamen voluerit dicere, Angelum eſſe in loco, nihil aliud eſſe, quam eſſe applicatum ad operandum in illo: & illa ratio, quæ denominat illum, eſſe in loco, quia idem eſt, vtrumque nihil dicit, quod non ſit Thomiſticum, & doctrinæ Diui Thom. valde conforme, vt patet ex primo Articulo quæſtionis 52. in prima parte. Ex his duabus concluſionibus ſequi *Coroll. 1.*
tur, vbi angelicum, ſeu rationem exiſtẽdi in loco non eſſe in hoc prædicamento; ſicut nec virtualis quantitas ipſius eſt in prædicamento quantitatis, quia in illo ſolum ponitur quantitas molis, & corporea: ita hic ſolũ ponit vbi corporeum, & diuerſibile, cui connectitur ſitus, & diſpoſitio partium in loco. Ex *Coroll. 2.*
dictis ſequitur etiam, Angelum æquiuocè moueri reſpectu motus corporei: ſicut etiam æquiuocè eſt in loco; & motum Angelorum nihil eſſe aliud, quam applicationem virtutis Angelicæ ſucceſſiuè, ſiue continuæ, ſicut diſcretæ ad diuerſa loca, & ita illæ operationes, ſeu applicationes ſucceſſiuè factæ ſunt motus Angelicus, qui non eſt poſtprædicamentum actionis, & paſſionis, vt ignoranter dixit Molina, vbi ſupra: ſed eſt quidam modus qualitatum Angelicarum reductus ad prædicamentum qualitatis,

litatis, vt modi imperfecti qualitatum.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum primæ opinionis reſpondetur, quod vbi Angelicum nihil eſt aliud, quam applicatio Angelorum ad operandum, & ita eſt modus imperfectus qualitatis ad prædicamentum qualitatis reductus, & ſi eſt vbi, eſt quid reductum etiam ad prædicamentum qualitatis, vt dictum eſt. Nam licet hoc vbi reſultet ex applicatione Angelica, vt ex fundamento, ſeu præſuppoſito: tamen eſt vt quid imperfectum; & ſi quid ſit perfectum, erit diſpoſitio, qua Angelus ad operandum diſponitur.

Reſpõd. ad arg. Suar. Ad argumentum Suarez reſpondetur, quod Angelus mutatur per motum alterius rationis, qui eſt æquiuocè motus: & ita, etiamſi reſultet vbi, non eſt eiuſdem rationis, ſed æquiuocum: vnde non eſt in hoc prædicamento. Vnde Caietanus q. 53. art. 1. dicit, Angelum non moueri per motum, qui ſit in illo, ſed per motum rerum. Sed dico, quod illæ applicationes ſunt in Angelo, & ita motus eſt in illo, ſed alterius rationis à motu, qui eſt actus entis in potentia, ſecundum quod in potentia. & de iſto intelligitur Caietanus, quod Angelus non mouetur iſto motu: ſed dicitur moueri, quia cauſſat illum motum corporeum.

QVÆSTIO LXXVI.

Quæ ſint ſpecies, & proprietates huius prædicamenti.

Reijcitur Suarez. ET antequam ſpecies, & proprietates conſtituamus, pro certo ſtatuẽdum eſt contra Suarez, diſp. 51. ſect. 5. eadem ratione formali exiſtendi in loco, & ſubſtantiam corpoream, & omnia eius accidentia exiſtere in loco. Nam, ſicut ſupra diximus, quantitatem eſſe rationem formalem, qua ſubſtantia extenditur, & ipſa quantitas, & reliqua accidentia, ita eadem ratione, ſeu vbicatione & ſubſtantia eſt quantitas, & albedo eſt in loco. Ridiculum enim eſſet dicere, diuerſa vbi pro diuerſitate accidentium eſſe in loco eodem. Et argumẽtum, quod adducit de Euchariſtia, nihil valet. *Inefficacia arg. Suar.* Quia ſicut manet quantitas, quæ erat panis facta conſecratione, & non manet ſubſtantia panis: ita manet vbi, quod erat in quantitate, quo ſubſtantia erat in loco, & non manet ſubſtantia panis. Et hoc vbi non facit ſubſtantiam eſſe in loco, quia non eſt: facit tamen quantitatem eſſe in loco. Et probatur amplius hoc. Quia iſta vbi, vel differunt ſpecie, vel numero: numero non, quia ſunt in eodem ſubiecto: ſpecie minus, quia ſunt reſpectu eiuſdem pũcti, & diſtantiæ: ergo non dantur. Et tandẽ ſecundum ſuam opinionem in reb. ſpiritualibus non dantur diuerſa vbi in eadem ſubſtantia, vnum reſpectu ſubſtantiæ, & aliud reſpectu accidentium: ergo nec in ſubſtantia corporali. Hoc autem omiſſo

Concluſio. Dico primò: ſpecies vbi ſunt ſurſũ, & deorſum, ante, & retrò, dextrorſum, & ſiniſtrorſum eſſe, ſcilicet, in tali diſtãtia, reſpectu punctorum fixorum orientis, ſcilicet, & occidentis; ita quid diuerſum erit vbi ſpecie, ſi ſic fuerit homo in diuerſa diſtantia ad polos mundi, & centrum terræ. Et aliqui dicunt, hac ratione hoc vbi, ſi varietur paululum verſus quamcunque partem, non eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed diuerſę. Itaque eſſe ſurſum eſt vnum genus generaliſſimum; & ſpecies eius ſunt diuerſis in pũctis eſſe ſurſum: & idem de eſſe deorſũ. *Obiectio. Solutio.* Et ſi dicas, vnde ſumuntur indiuidua horum, vbi. Reſpondetur, quod ex eo, quod in eadem diſtantia ſuccedunt diuerſa corpora, ibi ſunt diuerſa vbi, numero diſtincta ratione ſubiecti & temporis, quo hæc accidentia ſunt. Alium dicẽdi modum in ſuperioribus inſinuauimus. Modus verò eſſendi Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ ſacro, vbi realiter & verè exiſtit, non comprehẽditur ſub hoc prædicamento: ſed eſt peculiari modo eſſendi, qui eſt ſacramentaliter exiſtere ſub illis ſpeciebus: & modus eſſendi

Digitized by Google

ſendi Dei in rebus, vbi eſt per eſſentiã, præſentiam, & potentiam, ſimiliter nõ reponitur in hoc prædicamento, vt patet ex dictis; nam Deo non aduenit vbi reale ex hoc, quod ſit in rebus omnibus, & modus exiſtendi animæ in corpore etiam in hoc prædicamento non collocatur, quia nullus horum modorum eſt eſſe in loco circumſcriptiuè, quod eſt generaliſſimum huius prędicamenti, ſecundum communem ſapientum conceptionem, quod ſolum corporibus valet competere.

1 propriet. Prima proprietas huius prędicamenti eſt: Quod vbi nõ habet contrarium; quod debet intelligi, logicè loquendo: nam largo modo vbi contrarium habet aliud vbi ſibi repugnãs, vt eſſe ſurſum, & eſſe deorſum. Et hac ratione: motus ad vbi repugnantia iſto modo dicuntur contrarii: non quia illa vbi ſint propriè contraria, cum non ſe expellant ab eodem ſubiecto, & ſint ſub eodem genere maximè diſtantia, quod erat neceſſariũ ad contrarietatem propriè dictam: ſed dicuntur motus contrarii, quia ſunt ad terminos cõtrarios impropriè, hoc eſt repugnantes.

2 propriet. Secunda proprietas eſt: Quod non ſuſcipit magis & minus; nam eſſe ſurſum non eſt magis vbi, quam eſſe deorſum, & eſſe in oriente, quam eſſe in occidente. Nec iſtæ duæ proprietates ſunt in quarto modo proprietates, quia conueniunt aliis ab vbi, vt in ſuperioribus viſum eſt. Hæc ſint dicta de hoc prædicamento: nam plura, quæ dici poſſent, ad quartum Phyſicorum ſpectant, vnde erunt petenda, vt ordo in ſcientiis ſeruetur.

De prædicamento Situs.

QVAESTIO LXXVII.

Quæ ſit natura, ſpecies, & proprietas illius.

1. Arg. ET videtur, quod non conſtituat ſpeciale prędicamentum. Primò: Situs dicit eſſe in loco cum tali ordine partium; ergò non conſtituit ſpeciale prædicamentum. Antecedens eſt Ariſtotelis & D. Thom. lectione quinta, & 11. Metaphyſicæ, lectione vndecima. Et probatur conſequentia: Nam eſſe cum ordine partium in loco eſt realiter eſſe in loco, ſcilicet modo determinato: ergo addit aliquid ad prædicamentum vbi, & ita includit ipſũ, & addit aliquid aliud; ergò non eſt diſtinctum prædicamentũ. Probatur iſta vltima conſequentia: quia vnum prædicamentum aliud non includit, cum ſint primò diuerſa. Vnde erit ſpecies prædicamenti vbi, cum dicat illam rationem genericam determinatam.

2. Arg. Secundò. Poſitio eſt genus quantitatis, vt patet ex prædicamento quantitatis: ergò non eſt prædicamentum diſtinctum. Probatur conſequentia: quia vna ſpecies ſubalterna non poteſt eſſe prædicamentum diſtinctum a genere generaliſſimo, cum includat illud, & non ſit primò diuerſa.

3. Arg. Tertiò. Poſitio, & ſitus idem ſunt: ſed poſitio pertinet ad prædicamentum relationis, vt aſſerit Ariſtotel. in prædicamento relationis, in principio: ergò non eſt ſpeciale prædicamentum.

4. Arg. Quartò: In prædicamento quando, quod eſt eſſe in tempore, non additur ordinatè; & ita non ponitur aliud prædicamentum, quo homo ſit in tempore, & aliud, quo ſit ordinatè in tempore: ergo ſic vbi eſt eſſe in loco, & nõ eſt addendum aliud prædicamentum, quo ſit ordinatè in loco. Et confirmatur: quia impoſſibile eſt, quod aliquis ſit in loco, & non ſit ordinatè in loco, & eo ipſo, quod eſt in loco, habet partes ordinatas in loco: non ergo ponenda eſt alia ratio, ſecundum quam ſit ordinatè in loco ab illa, ſecundum quam eſt in loco.

5. Arg. Quintò: nam vbi, & ſitus non diſtinguuntur vllo modo: ergò non ſunt diſtincta prædicamenta. Dices, quod diſtinguuntur realiter, formaliter actu, ſecluſa operatione intellectus. Contra, nam eadem forma, qua habet partes ordinatas in loco, totum eſt in loco,

eo, quia partes non diſtinguuntur ſimul ſumptæ à toto: ergo habere partes ordinatas in loco, quod eſt prædicamentũ ſitus, eſt eſſe in loco formaliter, quod eſt prædicamentum vbi.

6. Arg. Sextò: Nam aſperum & lene ſunt in prædicamento qualitatis, & tamen dicunt poſitionem in ordine ad locum: non ergo hoc eſt prædicamentum, ſed poſtprædicamentum: quia vagatur per multa genera.

Præambula.

Controu. IN oppoſitum eſt Ariſt. & ſunt variæ ſententiæ, quæ explicare nitũtur huius prædicamenti naturam.

Fonſeca. Fonſeca quinto Metaphyſicę, cap. 15. q. 7 dicit, omnia iſta ſex prædicamenta eſſe denominationes extrinſecas; & ita ſitus denominatur à loco. *Suarez.* Suarez diſput. 2. ſect. 1. nu 7. dicit, eſſe modum, ſed non diſtinctum ex natura rei ab ipſo modo, qui eſt vbicatio talis ſubiecti, & omnium partium eius: itaque ſitus & vbi non ſunt modi ex natura rei diſtincti. Et ita numero ſequenti dicit, formam huius prædicamenti eſſe ipſummet vbi diuerſa ratione conceptum. Nam ille modus dicitur vbi, quatenus cõſtituit rem præſentem alicubi, & dicitur ſitus, quatenus ordinat eius partes, in qua denominatione non attenditur ratio præſentię, nec ordo ad ſpatium propriè: ſed ordo partium inter ſe; & iſte ordo non eſt relatio, niſi fundamentaliter.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Reijcitur Fonſeca. PRima concluſio: Situs non denominatur à forma extrinſeca, quæ eſt locus, vel aliud huiuſmodi. Probatur: quia forma huius prædicamenti conſtituit ſpeciale prædicamentum primò diuerſum à reliquis: ergo non debet eſſe forma in alio prædicamento conſtituta: ſed, locus eſt in alio prædicamento, ſaltem reductiuè, nimirum in prædicamẽto quantitatis: ergo, &c. Item, quia ſitus eſt quędam partium diſpoſitio in ordine ad locum: ſed hæc partium diſpoſitio nequit eſſe forma extrinſeca: nã per id, quod eſt in alio, non diſponor ego formaliter: ergo, &c.

2. Concl. Secunda concluſio: Forma, quæ dicitur poſitio, ſecundum quam aliquid dicitur ſitum eſſe, (nam poſitio eſt abſtractum, & ſitum eſſe eſt concretum, ſicut album, & albedo) eſt quidem entis, modus quo aliquis habet partes diſpoſitas, & ordinatas, non in ſe, ſed in ordine ad locum. Hæc concluſio eſt Ariſtot. & D. Thom. 5. Metaphyſicę, lectione decima octaua, in principio, vbi Ariſtoteles dicit, diſpoſitio ordo dicitur eius eſſe, qđ habet partes, aut in loco, &c. Vbi dicit D. Tho. Ponit autem modos, quibus dicitur diſpoſitio. Vnus eſt ſecundum ordinem partiũ in loco: & ſic diſpoſitio, ſiue ſitus eſt quoddam prædicamentũ. Vbi vides eſſe quendam modum entis ab aliis primò diuerſum diſponẽtẽ partes hominis in ordine ad locum: nam diſpoſitio modus eſt entis, & habet facere hominem diſpoſitum, & talis diſpoſitio taliter diſpoſitum in ordine ad locum. Et vndecimo Metaphyſicæ, lectione 12 ita dicit: Poſitio non addit ſupra vbi, niſi ordinem partium determinatum: quia nihil aliud eſt, quam determinata partium relatio ad inuicem. Et eſt intelligendum ad inuicem cum ordine ad locum. Et accipitur ibi relatio ſecundum dici. Itaque, ſicut vbi eſt eſſe in loco, & hoc ſubiectiuè eſt in corpore, exiſtente in loco: ita ſitum eſſe eſt habere partes diſpoſitas in ordine ad locum, & hoc eſt in ipſo, qui ſituatur. Verũ eſt, quod, ut aſſerit D. Thom. 5. Metaphyſicæ, lectione ſeptima, hæc forma ſumitur à loco, conſiderato ordine partium in illo.

3. Concluſ. Impugnat. Suarez. Tertia concluſio: iſta forma realiter formali actu diſtinguitur ab vbi. Probatur iſta concluſio; quia vbi & ſitus ſunt duo prædicamenta: ergo ſunt primò diuerſa: ſed primò diuerſa ex neceſſitate actu & formaliter diſtinguuntur à parte rei: ergo, &c. Probatur minor: nam Ariſt. quinto Metaphyſicæ, lectione 10. apud D. Tho. ita dicit: Diuerſa ſunt, quorum ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ; ſed prædicamenta non dicuntur diuerſa, tanquam indiuidua, & ſi ſunt, iam ſunt realiter diſtincta, nec tanquam ſpecies vnius generis, & ſi ſic dicuntur, iam ſunt for-

V maliter

maliter actu diſtincta: ergo dicuntur diuerſa: quia habent rationes omnino diuerſas actu, quod vocat Ariſtoteles rationem ſubſtantiæ plurificatam. Et certè vel à parte rei vtrumque eſt eadem definitio actu, vel diuerſa actu: primum dici non poteſt: ergo ſecundum: ergo non ſunt à parte rei idem Et præterea: Nam ſpecies illorum actu à parte rei ſunt diſtinctæ formaliter, quia diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ: ergo & genera ſunt à parte rei diſtincta, & diuerſa: nam idem genus non poteſt determinari per differentias qualitatis, & relationis, & nec per ſpecies vbi & ſitus, &c.

4. Concl. Quarta concluſio: Hæc forma non conuenit niſi corporibus. Patet iſta cõcluſio ex Ariſt. vbi ſupra, dicente, diſpoſitionem eſſe ordinem habentis partes in loco: & cum non habeat partes in loco, niſi corpus ſolum, conuenit corpori. Et nota contra Suarez, qui tenet, Angelorum vbi eſſe in prædicamento vbi, & ſitum non conuenire rebus ſpiritualibus; quod ſitus, & vbi ſecundum ipſã debent realiter diſtingui, quia vnum ſine alio reperitur, & cum teneat non diſtingui, niſi ratione, pugnantia dicit. Cõcluſio etiam eſt D. Thom. 1. p. q. 3. artic. 1. ad quartum.

Quinta concluſio: Species huius prædicamenti ſumendæ ſunt ſecundum diuerſam ordinationem partium in loco: conuenit enim eſſe ſituatum rei corporeæ habenti partes quantitatiuas, quæ diuerſimodè in loco conſtitui poſſunt; & ita ex hac diuerſa poſitione diuerſitas ſpecierum conſurgit. Vnde Magnus Albertus, qui hæc ſex principia optimè tractat, tractatu de poſitione, c. 1. dicit, differentias ſubalternas huius prædicamenti eſſe, æquè, vel nõ æquè ſituatum eſſe, hoc eſt, flexè aut reflexè, aut rectè, & ſub iſtis continentur ſpecies infimæ, vt ſtare, ſedere, cubare, dextrum & ſiniſtrum eſſe. D. Tho. 3. p. de ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris videtur dicere, eſſe poſitiones, non ſecundum quod dicunt relationes, ſed taliter ſe habere in ordine ad locum hominem. Sub his ſuccedunt indiuidua, vt hoc iacere, hoc cubare, &c.

6. Concl. Sexta concluſio: Habere etiam hoc prædicamẽtum ſuas proprietates, quas Gilbertus, & D. Thom. opuſculo 48. capit. 3. approbant: vna eſt, non habere cõtraria, & altera, non ſuſcipere magis, & minus. Habent tamen aliquam repugnãtiam aliquæ ſituationes, non tamen ſunt contraria, quia non ſunt qualitates. Aliqua minutiora poſſent diſputari, quę ex his intelliguntur; An verò, ſi aliquis eſſet in vacuo, haberet ſitum, non habet maiorem difficultatem, quam quæ in ſuperioribus dicta ſunt de vbi. Chriſtus tamen Dominus in cęlo habet ſitum, quia ſtat ex eo, quod ſupra omnes cælos habet eſſe rectum coronans vniuerſum.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum ex D. Tho. 5. Metaphyſicæ, lect. 7. reſp. quod vbi eſt eſſe in loco, non conſiderato ordine partiũ in loco, ſed præcisè, hoc quod eſt eſſe in loco; ſi verò conſideretur ordo partium in loco, erit ſitus. Itaque ibi ſunt duæ rationes formales actu primo diuerſæ; eſſe in loco vna, & habere partes ordinatas in loco altera: licet verũ ſit, quod non poſſit eſſe hæc ſecunda ſine illa prima, tamen ſunt omninò diuerſa. Sicut non poteſt homo eſſe in loco, niſi ſit quantus; tamen non ſunt omnino eadem ratio quantitas, & vbi. Itaque vna ratio non addit ad aliam, ſed ſupponit illam: ſicut quantitas, & figura: nõ enim poteſt aliquid habere figuram, niſi habeat quantitatem, tamen ratio figuræ non eſt ratio quantitatis: ita in propoſito.

Ad 2. Ad ſecundum reſpõdetur, quod hic poſitio non accipitur pro ordine partium in ordine ad ſe, vt vna ſit ſupra, alia infra: nam ſic pertinet iſta poſitio ad quantitatem: ſed accipitur pro ordine partium in ordine ad locum, quod ſcilicet ſit ſupra ſtans, vel ſedens: & hoc eſt ſpeciale prædicamentum.

Ad 3. Ad tertium Caietanus latiſſimè reſpondet in ſex vltimis: Sed reſpondetur breuiter, quod Ariſtot. poſuit poſitionẽ in prædicamento relationis, non vt verum

rum relatiuum ſecundum eſſe, ſed vt relatiuum ſecundum dici. Nam hæc forma huius prædicamenti, cum ſumatur in ordine ad locum, & ſubiectum, eſt relatiuum ſecundum dici: ſicut poſuit ſcientiam, quæ verè eſt in prædicamento qualitatis: eſt tamen relatiuum ſecundum dici.

Ad 4. Ad quartum reſpondet D Tho. 3. Phyſicorum, lect. 5. quod non ponitur aliud prædicamentum, quo aliquid ſit in tempore ordinatè. quia ex eo, quod tempus eſt numerus motus, eſſe in tempore eſt ordinatè eſſe in tempore: at verò eſſe in loco non dicit, eſſe ſecundum ordinem partium in illo, ſed præcisè in illo: & ita debuit poni aliud prædicamentum, quo ſimus ordinati ſecundum partes in loco.

Ad Confir. Ad confir. reſpondetur, quod etiã eſt impoſſibile, quod aliquid ſit quantũ, & non ſit figuratum, tamen diuerſa ratio prędicamentalis eſt, eſſe figuratum, & eſſe quantum. Ita in propoſito: ſitus enim præſupponit vbi.

Ad 5. Ad quintum reſpõdetur, quod aliqui dicunt, diſtingui realiter tanquam res à re, & ſeparari vnum ab alio. Nam globus perfectè ſphæricus eſt in loco, & nõ eſt ſituatus, quia nec ſtat, nec ſedet, nec cubat, &c. Et ſi hoc eſt verum, facilè ſoluitur argumentum.

Alia ſol. Sed reſpondetur etiam, quod diſtinguitur realiter formaliter. Et quamuis totum & partes ſint idem, & totum, & partes, vt ſunt idem, ſint in loco, & ſitum habeant: ſed ſecundum diuerſam rationem ſitum, & ſecũdum diuerſam rationem prædicamentalem vbicationem habent: ſeu diuerſa ratio formalis eſt, ſecundum quam habent ſitum, & vbicationẽ. Sicut, licet homo, & ſuæ partes ſunt idem, diuerſa ratio eſt, ſecundum quam totum eſt quale, & eſt quantum.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod aſperum, & lene ſunt in prædicamento qualitatis, ſecundum quod diſponunt ſubiectũ, vt cauſſent paſſionem, vel ſecundũ quod ſunt effectus paſſionis. Sunt autem in hoc prædicamẽto, ſecundum quod habent illas partes prominentes, vel minores diuerſimodè in loco diſpoſitas. Nec eſt inconueniens, vnam & eãdem rationem ſecundum diuerſas rationes formales in diuerſis conſtitui prædicamentis, & in diuerſis ſpeciebus eiuſdem prædicamenti, vt diximus in prædicamento qualitatis. Nota tamen ex Diuo Thoma, quæſtione quarta, de potentia art. 1. ad 4. 9. & 10. quod ſitus accipitur aliquando pro loco, & ſic dicit, elementa diuerſimodè eſſe ſituata naturaliter. Nota etiam, quod locus, ſecundum quod partes diuerſimodè, & cum ordine continet, eſt forma extrinſeca, à qua ſumitur denominans forma intrinſeca huius prædicamenti; ſecundũ verò quod abſolutè continet, ſumitur forma, quę eſt vbi de prædicamento.

De prædicamento Habitus.

QVAESTIO LXXVIII.

Quid ſit habitus, ſeu habere, prout eſt prædicamentum.

GIlbertus in tractatu ſexto vltimorum prædicamentorũ ſic definit Habitus eſt corporum, & eorum, quę circa corpora ſunt, adiacentia; ſecũdum quem hæc quidem habere, illa haberi dicuntur. At verò D. Tho. ex Ariſt. vt primum videbimus, aliter definit. Cõtra hoc eſt argumentum. Definitur habitus.

1. Arg. Omne prædicamentum dicit particularem entis modum: ſed habitus non dicit particularem entis modum: ergò non eſt prædicamentum. Maior patet: Nam ſubſtantia, quantitas, &c. modos particulares entis dicunt. Minor probatur: Nam habitus vel dicit modum entis ſubſtantialem; & hoc non, quia ſolum ſubſtantia hunc modum ſubſtantialem, & prædicamentalem importat, non etiam accidentalem, quia habitus non eſt accidens: ergò nõ importat modum iſtum accidentalem. Patet, quia ve-

ſtitũ eſſe, vel calceatum eſſe nihil reale ponit in ſubiecto, ſicut nec habere vxorem, vel habere ſeruos: ſed eſt quædam denominatio extrinſeca, quę fit à veſte, ſicut eſſe viſum fit à viſione. Et confir. nam ſi eſt aliquid reale, maximè, quia veſtis, à qua denominatur veſtitus homo, eſt aliquid reale: ſed hoc nihil eſt: ergo, &c. Patet: quia etiam viſio, à qua denominatur paries viſus, eſt aliquid reale: ſed quia eſt extrinſecum, eſt rationis denominatio: ſed etiam veſtis eſt quid extrinſecum homini, cum non inhęreat homini: ergo fiet denominatio rationis ab illa.

2. Argum. Secũdò. Communis confeſſio eſt omnium, quod, quando aliquis veſtitur, veſtis quidem mutatur, non verò homo: ergo cum homo dicitur veſtitus, nulla in ipſo fit mutatio, ſed ſolum in veſte: & ita explicant Theologi illud; habitu inuentus, vt homo. Itaque filius Dei in ſuſceptione humanitatis non fuit mutatus, ſicut nec homo, cum veſtitur, humanitas tamen ipſa mutata fuit, & meliorata. Vide Medinam, q. 40 1. 2. art. 1. Tunc ſic: non mutatur homo per hoc, quod eſt veſtitus; ergo non eſt aliquod accidens reale: quia, ſi ſuſciperet accidens reale, mutaretur ſaltem metaphyſicè, ſiquidem haberet accidens aliquod, quod antea non habebat.

3. Arg. Tertiò. Si habere veſtem eſt prædicamentum diſtinctum, cur non erit prædicamẽtum diſtinctum, vel pertinebit ad prædicamentum habitus, ad minus habere qualitatem, habere pecunias, & alii modi ab Ariſt. 5. Metaphyſicæ vbi ſupra, & in poſtprædicamentis numerati? Et confirmatur: Nam in quo differunt habitus, vt eſt vna ſpecies qualitatis, & poſtprædicamentum ab habitu, vt eſt prædicamentum diſtinctum: videtur profectò, quod in nullo: & ſic, ſicut vnum eſt poſtprædicamentum, ita & aliud.

4. Arg. Quartò. Omne prædicamentum habet ſpecies; ſed habitus prædicamentũ non habet ſpecies: ergo, &c. Minor probatur: Quia calceatum eſſe, veſtitum eſſe, &c. non ſunt ſpecies diuerſæ huius prædicamenti: ergo, &c. Probatur antecedens; Nam omnis ſpeciei diſtinctio debet ſumi per aliquid formale intrinſecum; ſed calceamentum, & veſtis ſunt quid extrinſecum: ergo non poteſt ab illis ſumi diſtinctio.

5. Arg. Quintò ſic argumentor: Nam habere veſtem expreſsè ponitur ab Ariſtotele in poſtprædicamentis, vt vnum poſtprædicamentorum: ergo non eſt ſpeciale genus. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens, vbi tractans de poſtprædicamentis ait; quod habere multis modis dicitur, vt habere tunicam, habere veſtimentum: ergo, &c.

6. Argum. Sextò ſic argumentor: Nam Gilbertus dicit, quod habitus proprium ſit cõuenire multis ſubiectis, vt veſti, & habenti veſtem: nam ſic explicant aliqui logici: ſed vnum accidens non poteſt conuenire multis ſubiectis: ergo habitus non eſt accidens. Minor probatur: quia indiuiduatur accidens ex ſubiecto. Et confirmatur; quia veſtis dicitur habitus: ſed veſtis pro materiali eſt ſubſtantia, & in prædicamento ſubſtantiæ, pro formali eſt accidens, & in prædicamento qualitatis: ergo habitus non eſt ſpeciale prædicamentum.

Præambula.

Habitus multipliciter accipitur. Pro cuius intelligentia, vt multiplicem ſignificationem huius, quod eſt habere, ſeu habitus, explicemus, nota, quod habitus multis modis dicitur. Primo modo pro qualitate radicata, & quæ eſt de difficili mobilis, & ſic ſupra in prædicamento qualitatis actum fuit de habitu. Secundò pro forma debita alicui ſubiecto determinato, cui opponitur negatio eiuſdem formæ cum aptitudine in eodem ſubiecto: iſto pacto viſus eſt habitus, cui opponitur eius priuatio, ſcilicet, cæcitas; & iſto modo agitur de habitu in poſtprædicamentis. Tertio modo ſumitur, vt deriuatur ab habere, ſeu haberi, quomodo dicitur pecunia habita à me, &c. Et in hoc ſenſu tractatur de eo in poſtprædicamentis, cap. de habere, vbi ponuntur octo modi habendi, quos ibi vide. Quarto modo ſumitur habitus

Digitized by Google

pro veſte ſic figurata, & inciſa, quo pacto dicitur habitus muliebris, & monachi, & ſic pro materiali eſt in prædicamento ſubſtantiæ, pro formali in prædicamento qualitatis in quarta ſpecie.

Quinto modo ſumitur pro accidenti conſurgente ex veſte, & ex re, quæ habet illam. Et iſto modo eſt vltimum decem prædicamentorum, & vocatur habitus, de quo modo in præſentiarum eſt agendum.

Definitio habitus debet intelligi in ſenſu cauſſali. Nota ſecundò, quod, cum definitur habitus à Gilberto, debet ſic intelligi in ſenſu cauſſali: Habitus eſt adiacentia corporum, & eorum, &cęt. id eſt, habitus cauſſatur ex adiacentia corporum, & eorum, quæ ſunt circa corpus. Ex eo enim, quod veſtis mihi adiacet, & ex eo, quod ego habeo veſtem, & veſtis a me habetur induta, reſultat in me accidens quoddam, quod eſt prędicamentum vltimum, & vocatur habitus, ſicut ex eo, quod ego circundor a loco, reſultat in me accidens quoddam, quod vocatur vbi, quod eſt eſſe in loco.

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Habitus eſt ſpeciale prædicamentum, & importat ſpecialem modum entis, ſicut quantitas, qualitas, &c. *In quo conſiſtat ratio formalis habitus.* Et pro hoc nota, quod, cum quis habet veſtem ſibi adaptatam, & veſtitam, inter habens veſtem, & veſtem ipſam mediat quoddam ens, & quoddam accidens, reſultans ex veſte, & ex habente illam, quod quidem accidens dicitur habitus, ſeu habitio: & habitio iſta, ſeu habitus nō eſt homo, nec eſt veſtis, ſed quoddam medium accidens, & ſignificatur per modum actionis, aut paſſionis, licet non ſit actio, aut paſſio. Nam habitio ex parte habentis conſideratur per modum actionis, & ex parte paſſi per modum paſſionis, & hoc, quod ſic ſignificatur per modum actionis, eſt prædicamentum habitus. Et ſic intelligitur D. Thom. quæſt. 49. artic. 1. in corpore, & Ariſtot. 4 Metaphyſicæ, textu vigeſimo quinto, vbi dicit ſic, habitus dicitur vno modo, tanquam actio, quædam habentis, & habiti, vt actus quidam, aut motus, ſicut actio intelligitur media inter agẽs, & id quod ſit; ita inter hẽtem indumentum, & habitum, medius eſt habitus. Et iſta habitio, ſeu habitus cauſſatur in nobis ex adiacentia veſtium. Non itaque, vt in ſecundo notabili dictum eſt, eſt ipſa adiacentia, ſed accidens quoddam completum ex adiacentia veſtium: eſt enim definitio per cauſſam, id eſt, cauſſatur ex adiacentia; ſicut enim vbi cauſſatur ex hoc, quod locus nos continet, & eſt quoddam accidens diſtinctum prædicamentaliter a loco, & ſicut quando, quod eſt eſſe in tempore, eſt quoddam accidens relictum in nobis ex tempore, quod eſt eſſe in tempore: eodem pacto habitus eſt cauſſatus in nobis ex habere veſtimentum veſtitum: hoc poſito prob. concluſionē. *Prob. 1.* Habere veſtem non eſt veſtis, nec res habens veſtem: ergo eſt aliquid aliud; non ſubſtantia, vt de ſe conſtat: ergo accidens: non rationis, quia habet eſſe ſecluſa operatione intellectus: ergo reale; non incompletum: ergo completum. Probatur antecedens; quia in ſuo genere non eſt pars, nec modus alicuius prædicamenti; & non eſt aliquod accidens ſupra dictorum prædicamentorum: ergo alterius, quod vocamus habitum. Secundò. *Prob. 2.* Sicut vbi determinat per modum prædicamentalē rationem entis ad eſſe talis prædicamenti, & actio ſimiliter, & ſic de reliquis: ita eodem modo ratio habitus, & modus habitus determinăt rationem entis ad peculiare prædicamentum. Nã dicas, quare magis accidens determinatur ad rationem prædicamenti vbi per vbicationem, quam per habituationem ad rationem prædicamenti habitus. Vltimò *Prob. 3.* probatur authoritate Ariſt. ponentis illud, vt vnum prædicamentum, & Gilberti, & Diui Thomæ vbi ſupra, & omnium Metaphyſicorũ, ergo verè eſt prædicamentum. Nam tot grauiſſimi viri; & doctiſſimi non erant fraudandi, & communis ſententia ſemper tenenda, niſi velis errare.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Hoc prædicamentum diſtinguitur à poſtprædicamento habitus. Hæc concluſio videbitur in poſtprædicamentis. Interim

vide D.Thom.1.2.vbi ſupra,& 5. Metaphyſicæ,vbi ſupra.

3. Concluſ. Prædicamẽtum habitus habet ſua genera & ſpecies.

Tertia concluſio: Hoc prædicamentum habet ſuas proprias ſpecies, & genera diſtincta à generibus,& ſpeciebus cuiuſuis alterius prædicamenti. Pro quo nota:quod ſicut ratio huius prædicamenti conſiſtit in quodam accidenti,quod importat reſpectum tranſcendentalem ad veſtimentum, ſeu ad habitum,quem induimus:ita diuerſitas ſpecierum debet ſumi penes ordines ad diuerſa indumentorum genera,quę nobis adiacent. Nam ſicut relatio, & habitus de prædicamento qualitatis, illa reſpicit terminum, hic ſubiectum, & penes diuerſitatem in his,quæ reſpiciunt, reperitur in illis diuerſitas:ita eodem modo,cum habitus ſit habitio veſtimenti penes diuerſitatem veſtimentorum & corporum,quæ nobis adiacent, erit diuerſitas ſpecierum, quas ſpecies ſupra ponemus. Ex quo ſequitur,quod hoc prædicamentum differt à quando; quia illud eſt accidens relictum ex tempore, hoc eſt accidens relictum ex veſtimentis. Sequitur ſecundò,quod quæcumque habitio veſtis erit habitus huius prædicamenti, etiamſi ſit brutorum, quia hic non excluditur talis brutorum habitus, vt, ſi equus habeat ſellam, &c. Quod dixerim, quia erant in hac parte logici habitionem irrationalium à ratione prædicamenti reiicientes:nam ſicut illorum quantitates, & qualitates non reiiciuntur à prædicamentis, ita nec illorum habitus. Sequitur tertiò, quod habitus in hoc prædicamento conſtituti debent eſſe habitus, quibus habentur corpora. Nam definitur,quod ſit adiacentia corporum, & per hoc excluditur ab hoc prædicamento habitio rei ſpiritualis,etiamſi aliquid mediaret inter habentem & rem habitam. Prædicamentum autem ſic conſtituitur:

Habitus generaliſſimum.	*Veſtitum eſſe ſubalternum.*
Togatum eſſe ſpecialiſſima.	*Socratem togatum indiuidua.*

Vide in Iauello 1.Tomo,in prædicamento habitus, qui aliter ordinat hoc prædicamentum: ſed hæc eſt melior;& generaliſſimum dicit habere ad iacentiam corporis,ſiue per modũ partis,ſiue totius.Genus ſubalternum, Veſtitum eſſe,quod eſt commune ad multa genera veſtimentorum.Togatum eſſe eſt ſpecies ſpecialiſſima. Calceatum eſſe,alia,coronatum eſſe, alia, & ſic in reliquis.Ex hoc poteris in aliis vltimis prædicamentis ordinem prædicamentalem conſtituere.

Argumenta diſſoluuntur.

Ad 1. AD primum reſpondetur. Habitus dicit peculiarem modum entis accidentalem,& eſt aliquid reale, & non ſit denominatio formalis, niſi ab habitu, quod eſt quid intrinſecum homini v.g.Nam ſicut dicitur quantus à quantitate:ita etiam dicitur habere ab habitu, ſeu dicitur habituatus ab habitu. Cauſſaliter quidem à veſte dicitur talis,ſicut dicitur eſſe in loco cauſſaliter à loco,formaliter verò ab vbi. Ita hic dicitur habere formaliter ab habitu.Et per hoc patet ad confirmationem:Nam habitus eſt quid reale;quia eſt accidens reale intrinſecum homini,licet ſumatur ab aliquo reali extrinſeco,quod eſt veſtis: ſed veſtis ponit aliquid reale in habente illam,quod non ponit viſio in re viſa,quia eſt actio immanens. *Ad confir.*

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quod per hoc, quod homo habet veſtem veſtitam,mutatur metaphyſicè, quia habet quoddam accidens, quod antea non habebat. Veſtis autem, vt fiat veſtis,inciditur ad modum, & proportionem veſtiti, & veſtitus non ad proportionem veſtis: & ſic mutatur veſtis accipiendo formam veſtiti,& non mutatur veſtitus accipiendo formam veſtis. Et hoc dicunt Theologi:non tamen volunt dicere, quod veſtitus non acquirat accidens.

Ad 3. Quare habere veſtẽ ſit prædi-

Ad tertium reſpondetur, quod habere qualitatem, &c. eſt poſtprædicamentum: quia ſolum dicit quendam modum entis imperfectum: cęterum habe-

Digitized by Google

tamentū, habere verò qualitatem ſit Poſtprædicamentū: habere veſtem, quia eſt accidens quoddā inter habitam veſtem, & inter habentem illam, & accidens completum, ideò conſtituit prædicamentum. Sicut enim oppoſitio eſt quoddam accidēs imperfectum, ita habere quantitatem, qualitatem, &c. Licèt enim ea, quæ opponūtur cōtrariè, v.g. ſint in prædicamento: eodem modò habere veſtem veſtitam eſt prædicamentum, quia eſt quid completū; habere verò qualitatem quid incompletum: & hoc propter diuerſas naturas vtriusque. Ad confirmationem vide D.Tho.1.2.q. 49.ar.1.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur ex vltima concluſione. Species enim ſumuntur ab ordine ad aliquid extrinſecum, ceterum ordo quid intrinſecum eſt. Ordo enim eſt differentia, quæ ab extrinſeco ſumitur, ſicut actus ſumit ſpeciem ab ordine ad obiectum, quod eſt extrinſecū actui, licet non omninò: ordo autē quid intrinſecum. Ita eſt diuerſa ſpecies calceatum eſſe, & veſtitum eſſe, ſeu togatum eſſe: quia calceus, & toga differunt ſpecie ex parte figuræ, & quia reſpiciunt illi habitus ſeu habitiones, ſic ſpecie differunt.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, quod numerantur ab Ariſtotele in poſtprædicamentis, vt innueret omnes modos habendi: non tamen, vt ponatur inter poſtprædicamenta: ſed ad complementum modorum habēdi, reliqui tamen, præter hoc, ſunt poſtprædicamenta.

Ad 6. Ad ſextum reſpondetur, quod habitus conuenit veſti cauſſaliter, habenti veſtē formaliter; & ſic diuerſimodè conuenit multis. Ad confirmationem reſpondetur, quod veſtis dicitur habitus, ſed analogicè, ſicut pomum dicitur ſanum.

QVÆSTIO LXXIX.

Vtrum ſit bona definitio habitus; qui eſt ultimum prædicamentum.

1. Argum. Videtur, quod non. Primò: Nam habere veſtem, verbi gratia, & haberi veſtem, ſunt actio, & paſſio; ſed vnum prædicamentum non debet affirmari de alio: ergo malè dicitur quod habitus eſt habere veſtem, ſeu haberi veſtem; ſiquidem dicitur, quod habitus ſit actio, vel paſſio.

2. Argum. Secundò. Habitus dicitur adiacentia corporum, ſeu eorum, quæ ſunt circa corpus. Ex hoc ſequitur, quod pellis, quæ homini adiacet, denominet ipſum habentem cauſſaliter, & ita habere pellem erit aliquid pertinens ad hoc prædicamentum. Probatur, quia eſt corpus adiacens, & habere pellem cauſſatur ex illa adiacentia: ergo, &c. Sed hoc videtur falſum, quia tunc videtur, quod etiam habere corpus de prædicamento quantitatis pertineat ad hoc prædicamentum.

3. Argum. Tertiò. Nam ſi habitus eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſūnt, adiacentia: ergo habere quantitatem pertinebit ad hoc prædicamentum: item, habere albedinem, habere frigus. Patet, quia frigus, & albedo quantitates ſunt circa corpus, iam quod non ſunt corpus, ſunt tamen circa corpus: ſunt enim accidentia: ita quæ circa corpus ſunt, & adiacent corpori: ergo, &c.

In oppoſitum eſt Gilbertus cuius eſt hæc definitio. Et ſi voluerimus nos definire, poſſumus habitum ſic deſcribere: Habitus eſt accidens quoddam, ſecundum quod denominamur habituati, ſeu habentes in ordine ad ornamentum corporis, medians inter habentem, & rem habitam. Et ex hoc intelliges Soto in prædicamento habitus in logica, vbi dicit, quod veſtis ſe habet in ordine ad hominem veſtitum, quaſi formam. Quod debet intelligi, quaſi forma extrinſeca, à qua ſumitur forma intrinſeca; quæ eſt habitudo, ſeu habitus, ſicut de vbi, & loco dicitur. Ad quæſtionem reſpondetur, quod definitio Gilberti eſt optima, quia habet conditiones bonæ definitionis. Eſt autem definitio deſcriptiua, quæ non conſtat genere, & differentia, quia prædicamenta non habent genus, & differentiam, ſed habent aliquid, quod ſe habet ad modum illorum. Et probo explicando definitionem; Nam adiacentia ponitur loco generis, vt enim aliquis dicatur veſtitus, non ſufficit, quomodocunque habere

Soto quomodo intelligendus.

Definitio habitus eſt deſcriptiua.

V 4

habere veſtem, ſed eſt neceſſe, quod veſtis illi adiaceat per modum ornamenti, & per hoc ſecernitur hoc prædicamentum ab habere, ſecundum quod eſt poſtprædicamentum. Nam habere veſtem in theca eſt poſtprædicamentum, & non prædicamentum, quia veſtis illa non adiacet. Dicitur corporum ad explicandum ſubiectum habitus. Nam nõ loquimur hic de quacumque adiacentia, ſed de adiacentia veſtium, & ornamentorum circa corpus: & ita ponitur corpus ad explicandum ſubiectum ipſius habitus, & etiam cauſſam finalem. Nam propterea ſunt habitus, & habentur propter ornamentum corporis, qđ habet veſtes, & denominatur ab illis extrinſecè, & ab accidenti cauſſatur ab illis, qui eſt habitus, ſeu habitio intrinſecè, & hoc vocatur adiacẽtia. Et per hoc excluduntur accidentia animæ, quæ cũ habemus, non dicimur habere habitum huius prædicamenti: quia illa non adiacent corpori. Cum autem dicitur, & eorũ, quæ ſunt circa corpus, tangitur cauſſa materialis formæ extrinſecæ huius prædicamenti, à qua fit forma intrinſeca, quæ ſunt ornamenta, & veſtes figuratæ corporaliter ad formam, & figuram habentis. Habitus ergo, ſecundũ quod eſt prædicamentum, eſt habitudo corporis ad circumſtans, quod formã corporis talem vel talem accipit: forma ergò, quæ eſt in corpore veſtito, ſecundũ quam ad circumſtans extra comparatur, & denominatur eſt res huius prædicamenti: & nomen ſignificans illud, eſt nomen huius prędicamenti, vt veſtitio, ſeu veſtitum eſſe, &c. Cum enim additur in definitionibus, ſecundum quod hæc dicuntur haberi, hæc habere, ſpecificatio eſt habitudinis inter habens, & habitum. In hoc enim, quod eſt figuram dans, & vt cauſſa finalis, & vt habẽs formam ſibi inhærentem, dicitur habens. Hoc enim, quod figuram accipit alterius, dicitur habitum extrinſecè; intermediat tamen inter hæc duo habitus, quæ eſt forma poſita in hoc prædicamento. Et quamuis habere ſolum conueniat parti, ſimpliciter importat rem huius prædicamenti: ſicut calceatum eſſe, galeatum eſſe, quæ ſimpliciter ſunt in hoc prædicamento; & dicuntur ſimpliciter habituati tales, ſine aliquo addito. At verò non denominatur Aethiops albus ſimpliciter, ſi ſit ſolum ſecundum dentes albus, ſed cum dictione diminutẽ, & cum addito.

Diſſoluuntur argumenta.

AD primum reſpondetur ex Diuo Thoma 5. Metaphyſicæ, textu 26. quòd licet ſignificentur per modum actionis, vel paſſionis, non ſunt actiones, vel paſſiones: ſed pertinent ad prædicamentum habitus: ſicut in relatione. Relatio enim ſignificatur per modum actionis, & tamen pertinet ad prædicamentum relationis. *Ad 1. arg.*

Ad ſecundum reſpondetur, quod aliqui logici dicunt, explicantes Gilbertum in ſex principiis, quod habere pellem non eſt pertinens ad hoc prædicamentum magis, quam habere caput, quia pellis eſt pars integralis animalis, ſicut & caput: ſed debet eſſe habitio alicuius corporei extrinſeci, quod non ſit de integritate ſuppoſiti, & ſit ad ornamentum extrinſecè habitum. *Ad 2. arg.*

Ad tertium reſpondetur ex dictis, quod, quia albedo, & quantitas, ſunt accidentia intrinſeca, & non adhibita ad ornatum extrinſecum corporis, ideò ab illis non cauſſatur res huius prædicamenti, nimirum habitus, quod eſt accidens reale, quia non ſunt indumenta, nec ornamenta, nec res diſtinctæ aduentitiæ ipſi ſuppoſito, quod deberent habere, vt fieret ab illis denominatio huius prædicamenti habitus. Debet enim eſſe id, a quo fit denominatio, veſtis, vel ornamentum, aut totius, aut partis, quod ſupra dictis non conuenit: non enim dicitur homo veſtitus, vel ornatus, ſi habeat albedinem. *Ad 3. arg.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXX.

Vtrum homo dicatur ueſtitus à ueſte, ſine alia forma inhærente ſibi.

1. Argum. Et videtur, quod ſic. Nam ſecluſa omni operatione intellectus, ſi quis habeat veſtem, etiã ſine alia forma, dum illa veſte indutus ſit, dicitur veſtitus: ergo ſit denominatio a veſte, & non ab alia forma intrinſeca. Probatur antecedens: Nam ſi illa ſufficit denominare, non ſunt multiplicandæ formæ ad denominationem.

2. Argum. Secundò: Nam illa eſt forma conſtituẽs hoc prædicamentum, quæ tribuit effectum formalem huius prædicamenti: ſed veſtis eſt huiuſmodi: ergo, &c. Probatur minor. Nam illa poſita dicitur homo veſtitus, & illa exuta dicitur nudus: ergo, &c. Et confirmatur. Nam ita videntur dicere logici. Et Soto in logica, c. 9. de ſex vltimis prędicamẽtis, dicit, quod veſtis ſe habet quaſi forma, & homo quaſi patiens ab illa.

3. Argum. Tertiò: Nam commune dictum eſt Metaphyſicorum, quod hæc ſex vltima prædicamenta denominant ab extrinſeco: ergo non eſt forma inhærens, ſed quid extrinſecum denominans. In oppoſitum eſt D. Thom in locis in princ. citatis.

Et dum quærimus, vtrum homo dicatur veſtitus a forma ſibi intrinſeca, nihil aliud eſt, quam quærere, an habitus inhæreat homini, vel non: ſicut dicimus, quod aliquis denominatur agens ſecundum opinionem probabilem ab actione, quæ non inhæret agenti, nec eſt in agente, (& loquimur de actione tranſeunte) ſed eſt in paſſo, & ab illa actione homo dicitur agens, quæ quidem ſibi non inhæret. Eodem pacto quærimus, vtrum forma huius prædicamenti ſit extrinſeca rei, quæ habet veſtem, nimirum, an ſit veſtis forma denominans, vel aliquid aliud accidens, quod quidem inhæreat veſti, & denominet hominem extrinſecè veſtitum: ſicut actio denominat agens ab extrinſeco. Vt in hac re dicam, quod conformius doctrinæ D. Thom. iudicauero, ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Conclu. Prima concluſio. Qui diceret, quod habitus, ſeu accidens, quod eſt prædicamentum habitus, eſt quędam forma exiſtens in veſte, à qua denominatur habituatus, nihil impoſſibile diceret, & ſaluaret ſuam poſitionem dicendo, quod ſicut homo dicitur agens a forma, quæ eſt in paſſo ſecundum vnam opinionem, ita diceretur homo veſtitus formaliter, à quodam accidenti cauſſato in veſte ex eo, quod veſtitur ab homine. Et illud accidens diſtinguitur, formaliter ſaltem, a veſte ſecundum materiale, & ſecundum formale. Hæc concluſio probatur. Quia hoc genus denominandi ab extrinſeco reperitur in actione prędicamentali: ergò etiam poterat hic reperiri ſine aliqua implicatione.

2. Concl. Secunda concluſio. Homo non denominatur veſtitus, ſeu habens a veſte, tanquam a forma huius prædicamenti. Et patet: Nam ſi veſtis conſideraretur pro materiali, eſt ſubſtantia quædam: ſed ſubſtantia pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ, & non ad prædicamentum habitus: ergo non poteſt eſſe forma huius prædicamenti: ſicut relatio eſt forma prædicamenti relationis, & quantitas prædicamenti quantitatis. Si verò conſideretur pro formali, nec etiam eſſe poteſt forma. Probatur, quia pro formali pertinet ad prædicamentum qualitatis, quia dicit figuram quandam, & eſt in quarta ſpecie: ergo, &c. Et ſi dicas: quare ergo vocatur habitus? Reſpondetur, quod habitus eſt nomen æquiuocum ad rem huius prædicamenti, & ad veſtem, ſicut eſt etiam locus ad locum de prædicamento quantitatis, & ad vbi.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Veſtis eſt forma extrinſeca huius prædicamenti, & quæ eſt cauſſa formæ intrinſecæ, ſeu habitus, prout eſt prædicamentum. Explicatur primò. Nam ſicut eſſe in loco cauſſatur a loco, & eſſe in tempore cauſſatur a tempore, ita habitus cauſſatur a veſte. At locus de prædicamento quantitatis, & tempus, quid extrinſecum ſunt ad quando, & ad vbi: ergo, & hic ſimiliter

ter

ter veſtis. Ex eo enim reſultat accidens huius prædicamenti, quia veſtitus ſum veſte: & ita eſt explicandus Soto, vbi ſupra.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Habitus, prout eſt vltimum prædicamentum, eſt accidens inhærens rei habenti veſtem, reſpiciens tamen reſpectu tranſcendentali veſtem illam veſtitam. Et patet hoc primò. Quia D. Thom. 1. 2. quæſt. 49. art. 1. & 5. Metaphyſicæ videtur dicere, quod inter hominem habentem veſtem, & veſtem mediat habitus, ſecundum quem homo dicitur habere veſtem: ergo eſt ille in homine. Et præterea Probatur ratione: Nam eſſe veſtitum eſt prædicamẽtum habitus; at eſſe veſtitum eſt in homine: ergo, &c. Præterea: Calceatio, armatio ſunt res huius prædicamenti, ſed hæc ſunt in homine: ergò, &c. Probatur: quia eſſe veſtitum non eſt in veſte, ſed in homine habente veſtem. Præterea: Nam eſſe in loco, quod eſt vbicatum eſſe, quid intrinſecum eſt homini, & ſibi inhæret, quia eſt terminus motus localis, cum quo identificatur motus exiſtens in homine: ergò & in propoſito eſſe veſtitum idem erit cum homine. Et præterea: nam quando eſt accidens relictum ex eſſe in tempore, & non eſt in tempore, ſed in re temporali: ergo etiã eſſe veſtitum, erit accidens relictum nõ in veſte, ſed in re veſtita. Itaque, ſicut homo dicitur quantus a quantitate ſibi intrinſeca: ita dicitur veſtitus ab accidẽti ſibi intrinſeco, quod eſt habitus, qui inhæret & cauſſatur in homine ex habere veſtẽ veſtitam, & ille habitus eſt hoc vltimum prædicamentum; ſed dicit tamen reſpectum ad veſtem.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod eſt impoſſibile, quod habeat veſtem veſtitam, & non habeat accidens ſibi inhærens, quod eſt habitus: ſicut impoſſibile eſt, quod habeat filium, & non habeat relationem paternitatis. Sed ſi ſolum conſideramus veſtem per intellectum in homine veſtito, abſque conſideratione accidentis, quod ex tali veſte relinquitur in homine, dicetur veſtitus cauſſaliter, non formaliter, id eſt, conſideratur ſecundum formam extrinſecam, & quæ eſt cauſſa, & non ſecundum intrinſecam, & formalem. Vtrum verò poſita veſte Deus poſſit facere, quod non ſequatur illud accidens intrinſecum, eſt dubium. Soto exiſtimat, quod ſic; Caietanus, quod non: quia implicat ex parte facti: & ita ego credo. Sed de hoc iam ſupra dictum eſt capite de relatione.

Ad 2. arg. Et per hoc patet ad ſecundum, quod veſtis eſt cauſſa extrinſeca effectus formalis huius prædicamenti; habitus verò, quòd eſt accidens inhærens homini, eſt quid intrinſecum. Ad confirmationem Soti patet ex D. Thom. in concluſionibus,

Ad vlt. ar. Ad vltimum reſpondetur, quod explicatio vna eſt, quod dicunt denominare ab extrinſeco, non quia forma ſit extrinſeca, ſed quia etiamſi inhæreat denominato & habenti veſtem, ſumitur tamen in ordine ad veſtem, quæ eſt quid extrinſecum, vt in ordine ad cauſſam extrinſecam.

QVÆSTIO LXXXI.

Vtrum proprietates, quæ prædicamento huic aſſignantur, ſint rectè aſſignatæ.

1. Proprietas. 1. Argum. ET videtur quod non. Primò, quia vna proprietas eſt ſuſcipere magis, & minus: hæc proprietas cõuenit aliis ab hoc prædicamento: ergò malè aſſignatur, vt propria huius. Probatur antecedens, quia conuenit qualitati ſecundæ ſpeciei.

2. Argum. Præterea ſecundò. Habitus non ſuſcipit magis & minus: ergo, etiamſi dicat, quod non eſt proprium in quarto modo, eſt malè aſſignata. Probatur antecedens: Quia ſuſcipere magis & minus intenſiuè ſolum conuenit qualitati tertiæ ſpeciei: & extenſiuè eidem, & quan-

quantitati: ergo non habitui: ſiquidem non eſt aliquod prædictorum.

3. Argum. Tertiò. Nam veſtitum eſſe non ſuſcipit magis, & minus: non enim vnus eſt magis tunicatus, quam alius: ergo abſolutè non ſuſcipit magis & minus.

2. Proprietas. Secunda proprietas eſt, quod habitui nihil eſt contrarium. Contra; nam *4. Argum.* ea, quæ ſuſcipiunt magis & minus, habent contrarium, vt patet in qualitate: Sed habitus ſuſcipit magis & minus: ergo habet contrarium. Secundò, quia habere galerum, & habere pileum, non ſe compatiuntur ſimul in eodem: ergo ſunt contraria, ſiquidem ab eodem ſubiecto ſe expellunt, & ſic in aliis: ergo, &c. Et confirmatur: Quia calceatio dextra opponitur calceationi ſiniſtræ. ergo, &c.

3. Proprietas. Tertia proprietas eſt, quod habitus eſt in pluribus, vt in corpore, & veſte.

5. Argum. Contra: Nam vnum accidens non poteſt eſſe in pluribus ſubiectis: ſed habitus eſt accidens, ergo, &c. Si dicas, quod eſt partialiter in illis, cõtra; Nam etiam numerus eſt partialiter in pluribus ſubiectis; ergo hoc non eſt proprium habitus, eſſe in pluribus; & etiam ſimilitudo eſt in pluribus ſubiectis partialiter, ſcilicet, in illis, quæ ſimilia ſunt, vt in Petro & Paulo ſimilibus; & diſſimilitudo etiam in pluribus diſſimilibus, ergo, &c.

Reſpondeatur, has proprietates, eſſe rectè aſſignatas à Gilberto, ſi benè intelligantur. Et probatur explicando illas, & reſpondendo argumentis factis.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. Suſcipere magis, & minus dupliciter accipitur. AD primum reſpondetur, quod ſuſcipere magis & minus dupliciter ſumitur. Vno modo propriè ex permixtione contrariorum cum contrario, vel, de puratione contrarii à contrario, quomodo albedo ſuſcipit minus ex eo, quod magis eſt permixta nigredini, & ſuſcipit magis ex eo, quod eſt minus permixta, & magis radicata in ſubiecto; & ſic habitus non ſuſcipit magis & minus. Alio modo, generaliter, & impropriè, propter maiorem, vel minorem aptitudinem ad operandum, & ſic habitus ſuſcipit magis, & minus. Magis enim armatus eſt, qui habet galeam, ſcutum, &c. quam qui ſolum habet galeam, quia magis aptus eſt ad pugnam. Et iſto modo non conuenit aliis. Et ſi conueniret, non propterea non eſſet proprium; ſed ſolum ſequeretur, quod non eſſet proprium quarto modo. Et ex dictis patet ad ſecundum. *Ad 2. arg.*

Ad 3. arg. 1. Solutio. Ad tertium reſpondent quidam, quod non omnes habitus ſuſcipiant magis & minus; ſed quidam, vt calceatum eſſe, armatum eſſe non magis & minus ſuſcipit, & ita eſt proprium ſecundum quid; ſicut eſſe medicum eſt hominis proprium. Illi ergo habitus, qui diſponunt ſubiectum in ordine ad finem aliquem, vt benè ſe habeat, vt ad pugnandum, &c. magis & minus ſuſcipiunt, alii verò non. Alii reſpondent, quod duplex *2. Solutio.* eſt habitus finis. Vnus eſt contegere totum, vel partem, & in illo actu, ſeu in habitu, in ordine ad illum, non cadit intenſio & remiſſio. Alius eſt finis, ſeu actus ſecundus, qui eſt protegere, ſeu defendere, & in illo actu benè cadit intenſio & remiſſio. Et ſic Ariſt. 2. Elenchorum dicit, quod Boreas lædit pauperes, & non diuites, quia magis veſtitus eſt diues; & eius veſtes non ſunt contritę, pauperis verò maximè. Ergo loquitur de ſuſcipere magis & minus reſpectu ſecũdi actus. Et per hoc manet explicata prima proprietas.

Ad 4. arg. Explicatur 2. Proprietas. Secunda proprietas, quod habitui nihil ſit contrarium, patet: Quia calceatio non eſt contraria veſtitioni; ex eo enim, quod non ſuſcipit magis, & minus, nec habet contrarium. Et per hoc colligitur argumentum primum; quia non ſuſcipit magis & minus propriè, nec in ordine ad primum actum; & ſic non habet contrarium. Ad ſecundum negatur antecedens. Et ex eo etiam non benè inferebatur, quia etiam in materia hominis non ſe compatiuntur forma hominis, & equi, & tamen hæ duæ formæ non ſunt contrariæ, ſed repugnantes. Ad confirmationẽ reſpõdetur, quod opponuntur in ordine dextri & ſiniſtri, non tamen contrariè, ſed relatiuè; nec etiam in ordine habitus, ſed in ratione relatiui opponuntur, id eſt, repugnant

reſpe-

Digitized by Google

reſpectu eiuſdem, vt in capite de relatione dictum fuit.

Explicatur 3. propriet. Ad 5. arg. Tertia proprietas, ſi rectè intelligatur, eſt benè aſſignata; ſi verò malè, nulla eſt. Si enim intelligatur, quod vnum numero accidens eſt in duobus ſubiectis totalibus, iam patet eius falſitas, quia cum accidens indiuiduetur ex ſubiecto, non poteſt eſſe in duobus ſubiectis totalibus. Et iam ſupra definitum eſt, quod eſt in ſolo habente veſtem ſubiectiuè. Si verò intelligatur hòc modo, quod ſit ſubiectiuè in re veſtita, & terminetur ad veſtem, vt ad quid extrinſecum, ſicut terminatur potentia riſiua ad obiectum, & ex hoc dicatur, quod eſt in duobus; in vno, vt in ſubiecto, in alio, vt in termino; non vt in termino relatiuo ſecundum eſſe, quia non eſt relatiuū ſecundum eſſe, ſed ſicut in termino relatiuo ſecundum dici, ſicut poſſemus dicere, quod potentia eſt in obiecto, id eſt, terminatur ad obiectum; ſic vera eſt. Ceterum non erit ſic proprietas in quarto modo. Et ita explicat Iauellus. *Solutio Alberti Magni.* Aliam ſolutionem, & explicationem adhibet Magnus Albertus in hoc prædicamento. Vide illum. Sed non ita mihi placet, ſicut Iauelli ſolutio. Ait enim, quod habitus prædicamentum reſultat ex duplici adiacentia, & ex adiacentia corporis habitui, & habitus corpori; & ſic eſt in duobus partialiter, ex quibus reſultat. Sed nota, quod relatio ſimilitudinis inter duo alba, non poteſt eſſe vna, quia ſimilia dicerentur, quia implicat eſſe relationem ſine oppoſita ſibi correlatione. Et ita Petrus vna ſimilitudine refertur ad Paulum, & Paulus alia ad Petrū, vnde non eſt vna relatio in duobus ſubiectis. Et illæ duæ relationes oppoſitæ ſunt relatiuè in ratione termini, & terminati; nam vna terminat aliam, & alia alteram. *Curioſum dubium. Solutio.* Sed vtrum, ſi vnus duplici calceo in eodem pede eſſet calceatus, eſſent tunc duo accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto? Reſpondetur, quod non. Solum enim eſſet vna calceatio reſpiciens duas calceationes per modum vnius; ſicut quando vnius pater refertur ad multos filios: omnes illi ſunt vnus totalis terminus.

QVÆSTIO LXXXII.

Quonam modo differat prædicamentum habitus à poſtprædicamento habere.

HANC quæſtionem ideò mouemus, (licet eius plena intelligentia ex poſtprædicamentis ſit petenda) vt ſciamus diſtinguere naturam huius prædicamenti à natura poſtprædicamenti habitus. Non tamen hic explicabimus naturam poſtprædicamenti habitus ex profeſſo, ſed ſuccinctè. *Quid importet Habere.* Et ideò reſpondeo, quod habere, vt eſt poſtprædicamentum, importat quandam entitatem imperfectiſſimam, ſicut eſt videre in aliis poſtprædicamentis, vt contrarietas, ſimultas, &c. ſunt imperfectiſſimæ entitates, & quæ vagantur per multa genera, & cōſequuntur ex rebus multorum generum. At verò habere, prout pertinet ad hoc prædicamentum, dicit quid completum & perfectum, & quod non vagatur per multa genera, ex eo, quod quid completum eſt, & ratione ſui complementi ſibi determinat peculiarem coordinationem. *Impugnatur Suarez.* Ex dictis in hoc prædicamento colligitur, falsè dixiſſe Suarez in ſua Metaphyſica, diſput. 53. ſectione 1. mem. 3. formam huius prædicamenti conſtitutiuam eſſe veſtem, quia veſtis materialiter ſumpta eſt ſubſtātia, hoc autem prædicamentum eſt accidentis: ergo, &c. Si verò accipiatur veſtis formaliter, dicit formam, vel figuram pertinentem ad prædicamentum qualitatis: ergo non eſt forma huius prædicamenti. Verum eſt, quod habere ſumitur ab illa extrinſecè, ſicut vbi ſumitur in ordine ad locum. *Reijcitur alia doctrina Suarez.* Eſt etiam falſum illud, quod aſſerit numero quinto, quod proprietates huius prædicamenti eædem ſunt cum proprietatibus ſubſtantię corporeæ, cum forma huius prædicamenti ſit ſubſtantia. Ita enim dicit, cum forma huius prædicamenti ſit ſubſtantia quædam, vt in ſe eſt talis res, eaſdem habet proprietates. Vnde dicendum eſt, for-

Digitized by Google

formam huius prædicamenti eſſe tale accidens inhærens homini, ſeu ſubiecto, ſumptum à veſte, quia hoc eſt prædicamentum accidentis, & non ſubſtantiæ, vt patet ex Ariſtot. in antepræ dicamentis, & in fine horum prædicamentorum. Malè etiam facit huic prædicamento, lectione ſecunda, num 4. nouum nomen imponens, ſcilicet, ornatum. Non ita vocatum eſt ab Ariſtot. & Diuo Thoma, Gilberto, & ab omni antiquitate; & in rebus minimis etiam ſacroſancta ſeruanda eſt antiquitas. Præcipuè, quod ornatus dicit id, quo ornamur, & habitus dicit illud accidens prædicamẽtale, conſurgens ex habitudine ornamẽti. Falſum etiam eſt, quod dicit, ornatum eſſe armis offenſiuis non pertinere ad hoc prædicamentum, licet pertineat ad hoc prædicamentum, armatum eſſe armis defenſiuis: quia ita ornatur homo enſe & pugione, ſicut ornatur galea, & aliis huiuſmodi: Alia minutiora dicit; quæ falſa ſunt, ſed indigna relatu. Et hæc de decem prædicamentis dicta ſufficiant.

De Poſtprædicamentis.

QVAESTIO LXXXIII.

Quid ſit poſtprædicamentum, & quot ſint.

Quid Poſtprædic.
1. Argum.

ET cõmuniter definitur poſt prædicamentum, quod ſit proprietas conſequẽs prædicamenta. Contra hanc definitionem eſt primum argumentum: Nam intellectus & volũtas conſequuntur ſubſtantiam, & tamen nõ ſunt poſtprædicamentum, ergo, &c. Maior patet: Nam conueniunt homini, & Angelo: ergò conſequuntur aliquam rationem ſuperiorem homini, & Angelo, quæ ratio ſit ſubſtantialis. Minor probatur: quia ſunt in prædicamento qualitatis. Et confirmatur hoc argumentum: quia potentia riſiua conſequitur hominem, & homo eſt in prædicamento ſubſtantiæ, & riſibilitas eſt in prædicamento qualitatis, & nõ eſt poſt prædicamentum. Dices, debet conſequi ad prædicamentum, vt ſic. *Solutio.* Contra, quia prædicamentum, vt ſic, eſt ens rationis, & non habet illam proprietatem, & omnis proprietas aliquam naturam determinatam conſequitur. *Impugn.*

2. Argum. Secundò, ens eſt antepredicamentũ, & idem eſt poſtprædicamentum: ergo non benè dicitur, quod poſtprædicamẽtum ſit proprietas conſequuta ad prædicamenta. Maior patet, quia eſt analogum, & vnum antepredicamentum eſt analogia. Minor probatur, quia etiam opponitur contradictoriè non enti. Dices, quod eſt antepredicamentum, & poſtprædicamentum, diuerſis rationibus: ergo etiam poterit id, quod eſt prædicamentum eſſe poſtprædicamentum, quod eſt impoſſibile. Et ſi non poteſt id, quod eſt prædicamentum, eſſe poſtprædicamentum, multò minus poterit ante prædicamentum eſſe poſtprædicamentum: quia vel ad magis, vel ad minus tantum differunt.

3. Argum. Tertiò. Motus eſt poſtprædicamentum, & non conſequitur aliquod prædicamentum, ſed potius eſt via ad illud, & antecedit: ergò mala eſt definitio poſtprædicamenti. Minor probatur: quia motus eſt via ad qualitatem, & vbi, & non ſequitur ad aliqua prædicamenta. Et confirmatur: quia poſterius eſt poſtprædicamentum: & non connumeratur ab Ariſtotele: ergo male numerat poſtprædicamenta. Maior patet, quia non eſt prædicamentum, nec ante prædicamentum, vt de ſe conſtat: ergo eſt poſtprædicamentum. Et confirmatur vltimò hoc argumentum: nam proprietas in definitione poſtprædicamenti, vel accipitur quarto modo, vel aliis modis proprii: neutro modo iſtorum: ergo. Probatur minor: quia ſi eſt propria paſſio, fere ſemper erit in prædicamento qualitatis: ſi verò ſit proprium aliis modis, etiam eſt in prædicamento ſæpiſſime, vt eſſe medicum, & cetera: ergo.

4. Argum. Quartò. Nulla ratio eſt, quare iſta, quæ vocamus poſtprædicamenta, non conſtituant verum prædicamentum: ergo non ſunt poſtprædicamenta: ſed prædicamenta. Antecedens probatur: nam

oppoſi-

oppoſitio, motus, &c. habeat ſuas ſpecies: ergo conſtituunt prædicamenta: quia nihil aliud requiritur ad prædicamentum, niſi eſſe genus, & habere ſpecies ordinatas. Tractatus iſte poſtprædicamentorum ſummè vtilis eſt, ne aliquis exiſtimet, ea, quæ non ſunt prædicamẽta, prædicamenta eſſe. Et vt perfectam notitiam prædicamẽtorum habeamus, quia ſine iſtis adhuc perfectè prædicamenta non ſcimus, cum iſta poſtprædicamenta ſint modi prædicamentorum: & ſine dubio opus eſt Ariſtotelis, quidquid dicat Andronicus. Pro his ergò explicandis modò hunc tractatum aggredimur.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima concluſio: Poſtprædicamentum eſt proprietas, quæ nonnulla conſequitur prædicamenta. Hanc concluſionem habet Angelicus Doctor, qui velut ſplendidiſſimum lumen etiam minima perluſtrat 1. 2. q. 49. articulo 1. in corpore. Vbi ſic dicit: Circa primum conſiderandum eſt, quod habere, ſecundum quod dicitur reſpectu cuiuſcunque, quod habetur, commune eſt ad diuerſa genera. Vnde Philoſophus inter poſtprædicamenta ponit, habere, quæ diuerſa rerum genera conſequuntur, ſicut & ſunt oppoſita, & prius, & poſterius, & alia huiuſmodi. Idem dicit ſolutione ad primum. Hęc eſt omnium, quos ego viderim, communis opinio. Ita Caietanus in præſenti opere, Soto, & Thomiſtæ communiter ſentiunt. Sed explicare hanc concluſionem habet difficultatem. Caietanus ita explicat cõcluſionem: Nam oppoſitio, prius, & ſimul, omnia rerum genera cõſequuntur, quia inter omnia genera eſt oppoſitio: quia inter illa eſt diſtinctio: vnum enim prædicamentum, vt dictum eſt, nõ eſt aliud, ſaltem formaliter actualiter realiter. Hæc autem diſtinctio fundatur ſuper oppoſitionem: ideo vnum diſtinguitur ab alio, quia non eſt aliud, vbi eſt oppoſitio ſaltem contradictoria. Pro huius intelligentia vide D. Thom. prima parte, q. 11. artic. 2. & maximè ſolutione ad vltimum. Et vnum prædicamentum eſt prius, videlicet, ſubſtantia, & aliud poſterius, ſcilicet prædicamentum quantitatis, & omnia prædicamenta sũt ſimul tempore, & in particulari etiam explicat Caietanus ſupra dictam concluſionem. Nam differentiæ omnes diuidẽtes genus ſimul natura ſunt, & oppoſitæ; & genera ſunt priora ſpeciebus; animal enim prius eſt homine. Motus autem ſunt via ad quatuor prædicamenta, vt generatio ad ſubſtantiam, alteratio ad qualitatem, latio ad vbi, augmentatio ad quantitatem. Vbi nota, quod, vt ſit poſtprędicamentum aliquid, & dicatur proprietas illius, eodem modo, quo hic accipimus proprietatem, ſufficit, quod habeat connexionem cum prædicamentis, ſiue antecedenter, ſiue conſequenter: quamuis poſſumus etiam dicere, quod motus non ſolum eſt via ad prædicta, ſed etiam eſt quid conſequutum. Nam ad actionem ſequitur motus, ſimiliter & ad potentiam actiuam cum requiſitis, & applicata ad operandum, & cetera. Et nota in hac concluſione, non eſſe neceſſe, quod omnia poſtprædicamenta conſequantur ad aliqua duo prædicamenta, ſed ſat fuerit, quod illa in genere conſequantur ad prædicamenta duo, vel plura, ſiue ſint iſta, ſiue illa.

Quæ Poſtprædicamẽta cõſequãtur omnia prædicamẽta, & quæ non.

Quid ſufficiat ad eſſe Poſtprædicamẽtum.

2. Concluſ. Secunda concluſio: Iſta poſtprædicamenta ſunt quinque, ſcilicet, oppoſitio, prius, ſimul, motus, & habere. Nec poteſt dari aliqua proprietas, quę conſequatur prædicamenta, quæ non reducatur ad aliquam harum quinque. Iſtas duas concluſiones ponit Soto in hoc loco, & ſunt communes omnibus logicis; hæc vltima concluſio inductione patet, & authoritate Ariſt. firma manet.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum argumentum reſpondetur, quod proprietas, quæ eſt poſtprædicamentum, debet ad minus conſequi, vt quid imperfectum, & vt modus quidam non ſufficiens ad fundandam naturam genericam, nec ſpecificam, nec indiuidualem. Et dicitur iſte modus conſequi ad diuerſa prædicamenta, quia aliquod horum poſtprædicamen-

camentorum, in genere loquendo, vt oppoſitio,& cetera,debet conſequi nõ ſolum ad vnum, ſed ad multa prædicamenta. Quod ſolum enim reperitur in vno prædicamento, & non in multis, non habet rationem poſtprædicamenti. Et per hoc patet etiam ad confirmationem.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, quòd licet ens opponatur contradictoriè non enti,non ſequitur ens ad multa prædicamenta,quod erat neceſſarium. Et quando dicimus, quod ſequitur ad prædicamenta,nolumus dicere, quod ſolum ſequatur ad prædicamenta: ſed hoc ſaltem requiritur, vt ſit poſtprædicamentum: & non tollit rationem poſtprædicamenti, quòd in aliis rebus inueniri poſſit. Nam Deus prior eſt creatura: & Deus non eſt prædicamentum, nec in prædicamento:

Ad 3. Ad tertium patet ex prima concluſione. Et ita explicat hoc argumentum Soto hic. Ad confirmationem reſpondetur,quod poſterius includitur in poſt prædicamento prius. Ad vltimam confirmationem reſpondetur, quod proprietas accipitur pro quadam determinata entitate, quæ conuenit poſtprædicamentis, licet non ſolum illis conueniat.

Ad 4. Ad quartum argumentum reſpondetur, quod poſtprædicamentum motus habet imperfectas ſpecies: ſicut anima dicitur habere ſpecies imperfectas, ſcilicet,animam equi, hominis, & leonis, & hoc non inconuenit.Vnde,qui ponũt prædicamentum Motus, præterquam, quod loquantur contra Ariſtot.& communem opinionem, quæ non admittit niſi decem prædicamenta, ignorantia laborant, cum motus ſit aliquid imperfectum,& ad multa prædicamenta conſequitur, non verò conſtituit prædicamentum.

De Oppoſitis.

QVÆSTIO LXXXIV.

Vtrum contradictoria oppoſitio ſit omnibus maior.

IN qua quæſtione omnia, quæ Ariſtoteles in hoc capite tractat, diſputabuntur breuiter. Et videtur quod non ſit maxima oppoſitio contradictoria. Primò ex D.Th. 2.2.quæſt.39.ar.4.vbi dicit; contrariam oppoſitionem eſſe maximam: quia magis diſtat album à nigro, quam à non albo. Et dicit, hoc aſſerere Ariſt. 10. Met. *1. Argum.*

Secundò: ea,quæ non habent mediũ, minus diſtant: ſed contradictoria non habent medium,vt patet ex Ariſtot. 4. Metaph. ergo minus diſtant; ergo non magis opponuntur,quia quæ magis opponuntur,magis diſtant. Probatur maior ſenſibili exemplo; Nam ſi duæ tabulæ coniungantur ſine medio, minus diſtant,quam ſi medio coniungerentur aliquo; ergo idem in oppoſitionibus erit prorſus dicendum. *2. Argum.*

Tertiò; Contraria includunt contradictoria, & aliquid amplius; ergo contraria eſt maxima oppoſitio.Conſequẽtia patet, & antecedens probatur; quoniam albedo & habet, quod ſit albedo, & quod ſit non nigredo. *3. Argum.*

Quartò,ſequitur ſaltem, quod non ſit maior, quam priuatiua; quia etiam cæcitas eſt ens rationis; ſicut alterum extremum contradictionis. Dices,quod præſupponitur ſubiectum,quod eſt aliquid reale. Sed contra;quia ſubiectum eſt extra rationem, & quidditatem priuationis, & non ponitur in eius definitione, niſi vt additum quoddam. Hoc autem non tollit, quin in infinitum diſtent. Nam ſicut conceptus non entis eſt aliquid reale, licet terminetur ad ens, ita poterit eſſe aliquid non ens, etiãſi reſpiciat extrĩſecè aliquid reale. *4. Argum.*

Quintò; Oppoſitio in genere dicit rationem entis, ſiquidem eſt aliquid cognoſcibile; ergo illa oppoſitio erit maior *5. Argum.*

maior, quæ rõnem entis dicit magis; ſed cõtraria oppoſitio eſt huiuſmodi; ergo contraria oppoſitio erit maior.

6. Argum. Sextò ſequitur, quod oppoſitio dicatur analogicè de quatuor ſpeciebus: conſequens eſt falſum; ergo, &c. Probatur ſequela; quia ſi contradictoria oppoſitio eſt maxima, reliqua dicentur opponi per ordinem ad illam, & ita analogicè dicetur oppoſitio. Sed minor probatur, quia oppoſitio eſt repugnantia quædam ſimul exiſtendi in eodem ſecũdum idem ad idem, ſed hoc vniuocè dicitur de quatuor ſpeciebus, ergo, &c.

Deciditur quæſtio.

Controuerſia. *1. Concl.* *Oppoſitio formaliter non eſt ens rationis.* *Impugnantur Suarez, Molina, & alij.*

PRima concluſio. Oppoſitio formaliter non dicit ens rationis, ita vt omnis oppoſitio, ſiue contradictoria, ſiue priuatiua, ſiue relatiua, ſiue contraria ſit ens rationis, & negatio, qua vnum non eſt aliud. Hanc concluſionem pono contra Suarez, Mo'inam, & alios, qui hoc aſſerunt. Et probatur concluſio, quia oppoſitio eſt quidam modus, qui eſt poſtprædicamentum; ergo non eſt ens rationis in omnibus. Patet antecedens ex præcedenti quæſtione. Conſequentia probatur, quia omne ens rationis, vel eſt negatio, vel relatio, vel priuatio; ſed oppoſitio neutrum horũ eſt, ergo, &c. *Prob. 1.* Probatur minor, qđ non ſit negatio, quia non eſt Chimæra, nec quid ſimile, nec priuatio, aliàs non eſſet niſi vnum genus oppoſitionũ, ſcilicet priuatiua Nec relatio, quia oppoſitio eſt quid imperfectum, vt poté, poſt prędicamentum exiſtens, & modus quidam prędicamẽtorũ, ſed relatio rationis non eſt huiuſmodi, ergo &c. *Prob. 2.* Et præterea: quia, quod albedo, & nigredo ſunt oppoſita, & ſe ab eodem ſubiecto expellãt, quid reale eſt, habens eſſe ſecluſa operatione intellectus; ergo non *Prob. 3.* eſt relatio rationis Et præterea; Nã oppoſitio relatiua, vt patet in diuinis, realis eſt; Pater enim per aliquid reale formaliter opponitur Filio, & ſecluſa operatione intellectus eſt illi oppoſitus, & diſtinctus, nec eadem perſona, quæ eſt Pater, eſt Filius, ſed alia perſona eſt Pater, & alia Filius; ergo illa oppoſitio relatiua realis eſt; aliàs non haberet eſſe ſecluſa operatione intellectus. *Confir.* Et confirmatur hæc ratio: Nam ſecluſa operatione intellectus Pater nõ eſt Filius in diuinis; ergo ſecluſa operatione intellectus obuiat relationis oppoſitio; ergo eſt aliquid reale; nam ens rationis non habet eſſe niſi per intellectum conſiderantem. Præterea, ſi oppoſitio in genere eſt, quod vnum non ſit aliud, erit omnis oppoſitio contradictoria, nam contradictoria oppoſitio eſt ens, & non ens, & etiam hoc ens, & hoc non ens contradictoriè opponuntur.

2. Concl. Secunda concluſio. Oppoſitio eſt repugnãtia quædam, & incompoſſibilitas ſimul eidem conueniendi, ſecundum quod idem. Hæc concluſio colligitur ex Diuo Thoma in locis infra adducendis, præcipuè de potentia, quæſt. ſeptima, artic. 8. ad 4. Et in prima diſtinctione 16. quæſt. ſecunda, artic. ſecundo, in corpore. Et probatur, quia omnes oppoſitiones in particulari dicunt repugnãtiam, & incompoſſibilitatem; ergo hoc erit de ratione oppoſitionis in communi, quia non reſtat, quod aliud ſit oppoſitio. *Not.* Ceterum eſt aduertendum, quod non datur vnus conceptus communis abſtractus, & præciſus ab omnibus illis oppoſitionibus, quia enti reali, & rationis non poteſt dari talis conceptus, vt 1. lib. dictum fuit, & contradictoria oppoſitio, & priuatiua in vno extremo eſt rationis ens, ſed importat vnum conceptum analogũ analogia vel attributionis, vel proportionalitatis, qui non eſt abſtractus, & præciſus. Itaque ratio oppoſitionis dicit il'os quatuor cõceptus, vt inter ſe habent proportionem, ſeu attributionem ad vnũ, vel vtroq; modo. Ex quo ſequitur 3. concluſio.

3. Concl. Tertia concluſio. Oppoſitio dicitur de illis quatuor generibus analogicè. Concluſio eſt Caietani in præſenti, & contra Sotum, & alios. Et probatur. Nam principaliter conuenit ratio oppoſitionis contradictoriæ, quia cum oppoſitio ſit repugnantia, & contradictoriè oppoſita maiorẽ habeant repugnantiã, quia diſtãt extrema in infinitũ, & in nullo

Digitized by Google

nullo conueniunt, & ita eſt maxima oppoſitio. Ceterę verò oppoſitiones dicuntur in ordine ad iſtam, & illam participant. Et licet in ratione entis ſit analogia inter oppoſitiones, & non ſit magis principale membrum contradictoria oppoſitio, quia dicitur non ens, in ratione tamen oppoſitionis eſt præcipua, quia dicit maiorem incompoſſibilitatem exiſtendi, & conueniendi alicui. Nec inconuenit, quod ſecundum diuerſas rationes ſit principale, & non principale membrum. De hoc vide Diuum Thomam, opuſculo trigeſimo ſeptimo. Et Soto in præſenti.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Loquendo de oppoſitionibus in particulari, oppoſitio relatiua eſt illa incompoſſibilitas, quam habent relationes conueniendi eidem ſecundum eandem rationem. Vt, verbi gratia, Pater & Filius opponuntur relatiuè; quia idem ſecundum idem non poteſt eſſe Pater & Filius eiuſdem. Et iſta incompoſſibilitas modus quidam eſt Poſtprædicamentalis talium relationũ, nec poteſt conſtituere nouum genus. *Reÿcitur doctrina Molinæ.* Hæc eſt contra Molinam, & eiuſdem farinæ alios, prima parte, quæſt. 42 diſputatione 2. vbi dicit; relationes diuinas nõ opponi ſeipſis, niſi fundamentaliter, ſed opponi aliis relationibus ſuperadditis, *Prob. 1.* quas dicit eſſe relationes rationis. Et probatur: Nam omnes relationes oppoſitæ, vt paternitas, & filiatio ſe ipſis ſine alio ſuperaddito repugnant eidem reſpectu eiuſdem: ergo ſeipſis opponũtur, & nõ alia relatione ſuperaddita. Verum eſt, quod ex ipſis relationibus ſpecie differentibus, ſeu, quæ ad inuicem ſe reſpiciunt, reſultat quidam modus, qui eſt oppoſitio formalis, qua formaliter ſunt oppoſitæ: & iſte modus eſt relatiua oppoſitio. *Prob. 2.* Et præterea, quia iſta oppoſitio eſt Poſtprædicamentum reale: ergo eſt modus conſequens ad prædicamenta realiter: & ita non eſt relatio rationis.

Sed contra concluſionem eſt argumentum: *Obiectio.* Nam ſimile refertur ad alterum ſimile; & non opponitur illi; quia vnum ſimile non ſolum non eſt oppoſitum: ſed propterea dicitur ſimile, quia eſt maximè conforme. *Confirm.* Et confirmatur: Nam Petrus poteſt eſſe Pater & Filius: ergo non opponuntur relatiuè. *Solutio.* Reſpondetur; quod ſimile ex neceſſitate habet oppoſitionem ad correlatiuum: quia impoſſibile eſt, quod relatio, quæ terminatur ad aliam, ſit eadem relatio terminans, & ad minus indiuidualiter opponuntur. *Corollar. cõtra Soto.* Ex quo colliges, non bene Soto hic ſoluiſſe hoc argumẽtum. Ad confirmationem reſpondetur, quod idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe Pater, & Filius. Ex quo videbis, ſtultè erraſſe hæreticos, qui dicebant, eandem perſonam eſſe Patrem & Filium: impoſſibile eſt enim, vt reſpectu eiuſdem eadem perſona ſit generans, & genitum. Ariſtot. hic definiuit relatiua, & non oppoſitionem relatiuam, quia facilè erat colligere oppoſitionem iſtam ex eorum definitionibus: & ſcientia, & ſcibile ſuo modo habent oppoſitionem, etiamſi non ſint relatiua ſecundum eſſe. Et nota, quod etiamſi in omni oppoſitione reperias hanc negationem annexam, quod vnum non eſt aliud, hoc habent ex eo, quod habent oppoſitionem contradictoriam participatam; non quia in hac negatione conſiſtat formalis ratio oppoſitionis particularis.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Ratio & eſſentia oppoſitionis contrariæ in hoc conſiſtit, quod ſit maxima differentia eorum, quæ ſunt ſub eodem genere. Hanc concluſionem, & naturam contrariorum optimè explicatam vide in Diuo Thoma, ex Ariſtot. 10. Metaph. lect. 5. & 6. Dicit autem Ariſt. dum de cõtrariis tractat, alia contraria eſſe immediata, alia mediata. Contraria immediata ſunt, quæ non habent medium, vt ſanitas, & infirmitas, quorum alterum neceſſe eſt ineſſe. Non enim poteſt homo dari, qui non ſit aut ſanus, aut infirmus. Alia verò ſunt mediata, quæ medium habent, & iſta ſunt album, & nigrum, ſtudioſum, & vitioſum. Datur enim medium inter album, & nigrum, ſcilicet, pallidum, & fuſcum: & ſimiliter inter ſtudioſum, & vitioſum, licet non habeamus nomen, quo hoc explicemus. Aliqui vocant continentem, qui nec afficitur virtute, nec rapitẽ vitiis. Et cũ dicit,

Digitized by Google

prauum, & ſtudioſum prædicari de homine, & aliis multis, alludit ad Angelos, quorum quidam boni ſunt, quidam praui. Et ſi dicas, ergo inter contraria immediata non poteſt eſſe motus, quia omnis motus debet tranſire aliquam latitudinem, & inter ſanitatem, & ægritudinem nulla latitudo eſt. Reſpondetur, quod ſufficit ad hoc, quod ſit motus, quod ipſa contraria habeant latitudinem, licet non habeant medium, & ratione illius latitudinis poteſt verſari motus circa illa in deperditione vnius, & acquiſitione alterius, & ſimiliter in intenſione.

6. Concluſ. Explicatur ratio oppoſitionis priuationis. Sexta concluſio. Ratio oppoſitionis priuatiuæ in hoc conſiſtit, quod ſit carentia formæ in ſubiecto apto nato ad habendam illam formam. Hæc concluſio eſt Ariſtot. in præſenti, & 10. Metaphyſic. vbi ſupra; & hic benè nota ex D. Thom. 10. Metaph. vbi ſupra: & 8. Metaphyſic. lect. 4 & ex Caiet. in præſenti, *Priuatio duplex.* quod priuatio, quantum ad præſens attinet, dupliciter accipitur: Vno modo, prout dicit negationem formæ in ſubiecto apto nato habere illam; & hoc modo tenebræ dicuntur priuatio luminis, & ignorantia priuatio ſcientiæ: quo modo priuatio ponitur vnum principium rerum naturalium. Alio modo accipitur priuatio ſtrictius, & eſt negatio, ſeu carentia formæ in ſubiecto apto nato habere vtramque ordine irregreſſibili, vt innuit hic Ariſtot. & hoc modo cæcitas dicitur priuatio viſus, & mors priuatio vitæ: Non enim eſt mors, niſi fuerit vita, nec cæcitas, niſi fuerit forma, qua priuatur. Differentiam autem & rationem huius aſſignat D. Tho. vbi ſupra, quia aliquæ priuationes ſunt, quæ ita immediatè reſpiciunt ſubiectum, ſicut habitus ipſi, ſeu ſicut forma, cui opponitur, ſicut tenebræ, & ignorantia: & iſta non habent fieri circa idem ordinatè. Ex eo enim, quod priuatio immediatum ordinem habet ad ſubiectum, ſicut habitus, non eſt ordo circa generationem eorū. Aliæ verò priuationes ſunt, quæ non dicunt immediatum ordinem ad ſubiectū, ſed reſpiciunt illud mediante ſuo habitu, quomodo mors non reſpicit commune ſuſceptibile vitæ, & mortis, niſi mediante vita: non enim mors fieri poteſt niſi vita præceſſerit. Et tales priuationes habent fieri circa idem, circa quod fiunt habitus ordinatè, vt fiat prius habitus. Et propter iſtum ordinem eſt in eis irregreſſibilitas. Et nota, quod hic *Not.* loquimur de priuatione, & habitu, ſecundum eorum generationem. Et ſi dicas, *Obiectio.* quod ergo prius aliquis eſt videns, quam cæcus; quod eſt falſum, vt patet in cæcis à natiuitate; Reſpōdetur, quod *Solutio.* eſt neceſſe ad hoc, quod ſit priuatio, quod ſit habitus, vel ſit actio, ſeu generatio habitus, quæ ex natura ſua terminabatur ad productionem viſus, niſi impedimentum adfuiſſet. Illa met enim generatione, qua homo generatur, generaretur viſus, niſi impediretur. Non enim poteſt aliquid eſſe cæcum, aut ſurdum, niſi actio generatiua viſus, & auditus præceſſerit. Et tunc erat viſus, & cæcitas in fieri in cauſſa proxima, reliquæ verò priuationes ſine iſto ordine cōtingunt: nam ignorantia nobiſcum naſcitur, nec tenebræ exigunt prius lumen.

Priuatio tres exigit cōditiones. Et nota, quod ad priuationem tres conditiones requirit Ariſt. Prima eſt, quod illud, quod dicitur priuari, ſit aptum ſuſcipere habitum. Et hac ratione lapis non dicitur cæcus, nec priuatus lumine. Secunda, quod non habeat illum habitum: alioquin priuatum non eſſet. Tertia, quod non habeat illum eodem modo, quo natum eſt habere; ſiue iſta modificatio intelligatur ſecundum tempus, vt patet in catulo, qui non eſt priuatus viſu ex hoc, quod ante nonum diē non videt: quia, licet careat eo, quod natus eſt habere, non tamen caret illo, quā do natus eſt habere. Et hac ratione homines in hac vita viuentes non dicuntur priuati vita æterna: quia licet non habeant illam, non ſunt apti pro hoc tempore, dum hic viuunt, hic illam habere. Et aer exiſtens in cauernis terræ non dicitur priuatus lumine, nec ibi eſt nox, quia non eſt aptus habere lumen. Et debet etiam intelligi de illa parte, quæ nata eſt habere formam: quia homo non dicitur priuatus viſu, quia ſecundum aurem non videt: nec homo dicitur priuatus viſu, quia non videt ita acutè, ſicut aquila. Itaque non debet habere ſecundum

dum illam circumſtantiam, qua natus eſt habere. In fine notat Ariſtot. quod habere viſum non eſt viſus, nec habere cæcitatem eſt cæcitas, nec cæcum eſſe cæcitas eſt. Et exponit Caietanus, quia diſtinguuntur forma, & effectus formales, nõ ſolum in modo ſignificandi, aliàs idem eſſent à parte rei, ſed aliquo modo realiter; & quia diſtinguuntur realiter, dixit Ariſtoteles, non eſſe idem. Et patet: nam eſt vera cauſſalitas phyſica formalis inter album eſſe, & albedo: ſed effectus & cauſſa debent realiter diſtingui, ſi ſint entia realia, ſi rationis, ad modum entis realis: ergo nõ ſunt omninò idem. Sed non credo, quod diſtinguantur realiter, tanquam res à re, ſed realiter formaliter. Nota tamen in hoc textu Ariſtotelis hanc propoſitionem, quod, ſi idem eſſet cæcum, & cæcitas, vtrumque de eodem prædicaretur. Vt videas, quomodo contra Ariſtotelem loquantur, qui dicunt, prædicamenta eſſe idem realiter formaliter, & non concedant ſubinde has propoſitiones; actio eſt paſſio, actio eſt qualitas, & cetera.

7. Concluſ.
Oppoſitio contradictoria dupliciter accipi poteſt.

Septima concluſio: Oppoſitio contradictoria dupliciter accipitur: & pro propoſitionibus, ſeu ſignis ſignificantibus contradictoria, & pro rebus ſignificatis, ſeu ſubiectis ſignificatis: verbi gratia, hæc propoſitio, non homo currit, eſt cõtradictoria huius, homo currit: & hoc, quod eſt hominem currere, eſt oppoſitum huic, quod eſt hominem non currere. Ariſtoteles quamuis, vtroque modò tractet de oppoſitione contradictoria, tamen principaliter de hoc ſecundo modo. De hac concluſione agitur in Summulis libro tertio, & primo Peri hermenias, ad quæ loca remitto lectorem. Eſt autem oppoſitio contradictoria repugnantia inter duas propoſitiones, quoad veritatem, & falſitatem. Contraria oppoſitio inter propoſitiones eſt repugnãtia duarum propoſitionum, quoad veritatem, ſubcontraria oppoſitio eſt repugnantia quoad falſitatem.

8. Concluſ.

Octaua concluſio. Quando vnum contrariorum ineſt naturaliter, ſemper & neceſſariò ineſt, vt, ignis ſemper eſt calidus, & nix ſemper eſt alba, quia ignis non poteſt fieri de calido frigidus, nec nix de alba nigra. In priuatiua verò oppoſitione non ſemper alterum oppoſitum ineſt ſuſceptibili eorum, vt patet in catulo ante nonum diem, qui nec eſt videns, nec cæcus: ſed certo tempore neceſſarium eſt, catulum videntem eſſe, aut cæcum. Ex dictis in hac concluſione hæc corollaria inferuntur, quod contraria habent fieri circa idem, niſi alterum inſit à natura, vt proprietas eius, & quod naturaliter de priuatione ad habitum non eſt regreſſio. Vt de cadauere non poteſt fieri, immediatè viuum, manente, ſcilicet, ſuſceptiuo mortis: ſed manente ſuſceptiuo tenebrarum poteſt fieri idem lucidum. Hanc autem propoſitionem amplius examinare pertinet ad primum de generatione, & ad 8. Metaph. tex. 14. vide ibi & Caiet. in præſenti. Infertur ſecundò, quod contradictoriorum alterum ex neceſſitate debet eſſe verum, aut falſum, & non poſſunt ambo eſſe vera, aut falſa ſimul. Infertur tertiò, bonum malo ex neceſſitate eſſe contrarium, & malum malo aliquando, & bono aliquando malum. Et ſenſus eſt: Omne contrarium bono eſt malum, non autem contrarium malo eſt bonum, ſed quandoque bonum, quandoque malum. Ex qua proprietate non colligitur, quod bono, in quantum bonum, ſit aliquid cõtrarium, nec quod omni bono ſit aliquid contrarium, nec malo, in quantum malũ, nec quod omni malo aliquid contrarietur; ſed quod ſi bon, in quantum tale, aliquid contrarietur, illud oportet eſſe malum. Si autem malo aliquid contrarium dicitur, illud non oportet eſſe de genere bonorum, ſed poteſt eſſe de genere bonorum & malorum. Et patet: nam timiditati contrariatur fortitudo, & andacia, auaritiæ contrariatur prodigalitas, & liberalitas. Et febri cholericæ contrariatur ſanitas, & febris phlegmatica. Et ratio eſt, quia hæc conſiſtunt in medio, circa duas malitias. Nam liberalitas & fortitudo cõſiſtunt in medio circa duas malitias. Et ita prodigalitati poteſt cõtrariari auaritia, & liberalitas, & medius color etiam extremis eſt contrarius. Et ſi dicas, nam vni vnum ſolum eſt contrarium, vt habetur 10. Metaph. Reſpondetur, quod intelligitur de perfecta con-

Doctrina inter ea, quæ opponuntur contrariè, & priuatiuè.

Obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

trarietate, vt quando vnum extremum alteri contrariatur. Quia enim ibi non poſſunt eſſe duo extrema vltima, ſed vnum; vt vltimo extremo vnum ſolum contrariatur. Vel reſpondetur, quod vnum vni contrariatur, quia ſi medio contrariantur duo extrema, eſt, quatenus habet rationem vnius, ſcilicet, quatenus induit rationem albi aliquod medium, illi contrariatur nigrum, & quatenus induit rationem nigri, illi album cõtrariatur. Vnde ſolum ibi eſt vna contrarietas, qua album nigro contrariatur, & vnum extremum alteri. Et idem de moralibus eſt dicendum. Infert præterea Ariſtot. quod contraria habent fieri circa idem; Et vltimò, quod contraria ſunt in eodem genere, vel contrariis, vel eſſe genera ipſa contrariorum. Album enim, & nigrum in eodem genere coloris ſunt. Iuſtitia & iniuſtitia in diuerſis generibus: nam iuſtitiæ virtus, & iniuſtitiæ vitium eſt genus: bonum autem & malum non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia Hæc vltima verba vide explicata in D.Thom. de malo, quæſt. 1. Alia eſt explicatio, quod ſunt genera contrariorum, id eſt, generales conditiones contrariorum. Nam vnum contrarium reſpectu alterius habet rationẽ boni, id eſt, perfecti, & alterum rationem mali, ideſt, imperfecti. Vel loquitur ſecundum opinionem Pythagoræ, qui duo genera rerum poſuit, bonum, ſcilicet, & malum.

2. Solutio.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD argumenta in principio. Ad primum reſpondetur, quod ea, quæ magis diſtant, & minus conueniunt ex propriis rationibus, magis opponuntur: Et ita contrariè oppoſita non magis opponuntur, quia non minus conueniunt, ſed magis conueniunt, quam contradictoria: quia conueniunt in genere; licet magis materialiter diſtent, quia materialiter habent medium colorem inter ſe: hoc autem non facit maiorem oppoſitionem.

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur eodem modo, quod magis diſtant, quia in nullo conueniunt, quod eſt formaliter diſtare, licet materialiter non habeant medium, ſed hoc nihil refert ad oppoſitionem.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, quod contraria habent annexam oppoſitionem contradictoriam, non verò includunt illam in ſui ratione, vt demonſtrat Ariſtoteles in textu.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod priuatio & habitus conueniunt in ſubiecto: vnde non tantum diſtant, quantum contradictoriæ, quia in nullo ſubiecto conueniunt: & ſufficit, vt ponatur vt aliquid additum, ad hoc, quod in illo conueniant.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod oppoſitio, vt ſic, dicit incompoſſibilitatem conueniendi eidem ex propriis rationibus naſcentem: & ita vbi fuerit maior incompoſſibilitas, & repugnantia, erit maior oppoſitio. Ratio verò entis ſe habet, vt quid tranſcendens conueniens oppoſitis.

Ad 6. arg. Ad ſextum concedimus ita eſſe, vt patet ex concluſionibus; licet Soto oppoſitum habeat. Et non caret ſententia Soti probabilitate, quia cum hæc oppoſitio conſiſtat in repugnãtia, & ad rationem repugnantiæ parum faciat ratio entis realis, quia maior repugnantia eſſe poteſt, vbi eſt minus de entitate, licet huiuſmodi oppoſita conſiderata in ratione entis ſint analoga, conſiderata tamen in ratione oppoſitionis, ſunt vniuoca: quia etiamſi ens ſit analogum, vbi eſt minus de entitate, eſt magis de oppoſitione. Et ita poteſt eſſe ſibi vniuocatio in ratione oppoſitionis, & analogia in ratione entis. Quin potius in oppoſita ſententia contradictoria eſt maxima oppoſitio, & poſt priuatiua, & tamen minus de entitate participant, & nihilominus membrum principale analogiæ eſt contradictoria oppoſitio.

De

De priori, ſimul, motu, & habere.

QVÆSTIO LXXXV.

Vtrum vera dicat Ariſtoteles in his Poſtprædicamentis.

1. Modus. ET de Poſtprædicamento Prius hęc dicit Ariſtoteles. Primus modus prioris propriiſsim⁹, & vſitatiſſimus eſt, quo aliquid dicit prius tẽpore alio. Eſt autem prius tempore, quod plus habet temporis; vt, ſexagenarius prius tẽpore eſt quinquagenario; vel cuius generatio fuit in tempore præcedenti.
2. Modus Secundo modo dicitur prius illud, quod non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Et hoc modo vnũ duobus eſt prius. Nam ſi duo ſunt, ergo vnum eſt; non autem conuertitur: eſt vnum, ergo ſunt duo; quare vnum prius eſt duobus ſubſiſtendi conſequẽtia.
3. Modus. Tertio modo dicitur prius aliquid ordine; quomodo principia prius ordine cognoſcenda ſunt, quam cõcluſiones, & literæ, quam ſyllabæ, &, in orationibus exordiũ prius eſt ordine, quam narratio.
4. Modus. Quarto modo dicitur aliquid prius dignitate. Nam quod melius eſt, & honorabilius, prius dici conſueuit. Conſueuerunt, inquit Ariſtoteles, honorabiliores, & magis à ſe dilectos priores appellare. Sed ait; eſt enim penè alieniſſimus hic priorum modus.
5. Modus. Quinto modo aliquid dicitur prius altero natura; & prius natura dicitur, quod, quamuis conuertatur ſubſiſtendi conſequentia, eſt nihilominus cauſſa alterius. Et adducitur exemplum; ſi in eodem inſtanti, quo creatus eſt Adã, eſſet creata propoſitio, homo eſt, prius natura fuiſſet, Adam eſſe, quam propoſitionem eſſe veram. Nam propterea propoſitio vera eſt, quia Adã eſt, quod eſt eius ſignificatum. Sed Ariſtoteles 5 Metaphyſicæ, lectione 11. apud D. Thomam modos prioris ſic explicat. Dicit enim, quod prius dicitur per ordinem ad principium aliquod. Nam prius dicitur, quod eſt propinquius alicui principio determinato. Huiuſmodi autem ordo principii, & eius, quod eſt principio propinquum, poteſt multipliciter attendi. Primò ſecundum ordinem in loco, ſicut aliquid dicitur eſſe in loco prius, quia eſt propinquius alicui loco determinato, ſiue ille determinatus locus accipiatur vt medium in aliqua magnitudine, ſiue vt extremum. Nam poteſt in ordine locali accipi, vt principium ipſum cælum, vt ſic dicamus, ignem eſſe primum, & poſt aerem, & cetera. Quod igitur eſt propinquius principio, eſt prius. Ponit ſecundum modum prioris ratione temporis. Et ita quædam dicuntur priora ratione temporis dupliciter. Vel quia ſunt remotiora à præſenti nunc, vt patet in præteritis: prius enim fuit creatio mundi, quam redemptio generis humani per Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum: & ita vtimur ipſo nunc, vt principio, & primo in tempore. Quædam alio modo dicuntur priora, quia ſunt affiniora, vel propinquiora præſenti nunc. Sicut dicimus, prius futurum aduentum Antichriſti, quam iudicium vniuerſale. Tertius modus prioris ponitur ſecundum ordinem in motu. Et hoc modo dicitur prius id, quod eſt propinquius primo mouenti: ſicut puer prius eſt viro, quia eſt propinquior primo, ſcilicet, generanti, quia generans accipitur vt primum: Et in rebus voluntariis reperitur etiam iſte modus prioris; & dicit, quod ille, qui eſt in poteſtate conſtitutus, eſt prior reſpectu eorum, quæ non ſunt in illa poteſtate. Et iſte eſt ordo dignitatis Et etiam accipitur iſta prioritas in dignitate ſecundum motum, quia ille ſecundum imperium mouet reliquos, & illo non mouente, ceteri non mouentur. Et illi, per quos imperium principis ad reliquos defertur, ſunt priores aliis. Princeps verò mouens eſt primũ. Quarto modo aliqua dicuntur priora ſecundum ordinem in rebus diſcretis: vt in ſaltatione, qui ducit choreas, primus eſt, & ſecũdus poſt ipſum eſt prior tertio, & ſic in reliquis. Quinto mõ dñ ali-

aliquid prius altero cognitione, & iſto modo loquendo de cognitione intellectiua vniuerſalia ſunt priora ſingularibus, licet in cognitione ſenſitiua accidat è conuerſo. Nam ratio eſt vniuerſalium, & ſenſus ſingularium. Nam ſenſus non cognoſcit vniuerſalia, niſi per accidens, in quantum cognoſcit ſingularia, de quibus vniuerſalia prædicantur. Cognoſcit enim hominem, in quantum cognoſcit Socratem, qui eſt homo; ſecundum rationem accidens prius eſt toto; ideſt, compoſito ex ſubſtantia & accidenti. Et muſicus homo cognoſci non poteſt ſine cognitione huius partis, quæ eſt muſica. Eodem modo quæcunque alia ſimplicia ſunt priora ſecundum rationem, quam compoſita. Nam intellectui primò ſe offerunt ſimplicia, & deinde compoſita; quod cognitione diſtincta debet intelligi. Senſui verò primò compoſita offeruntur. Sextus modus prioris, qui pertinet ad modos prioris in eſſendo, eſt ſecundum naturam & ſubſtantiam, ideſt, ſecundum naturalem ordinem in eſſendo. Et hoc modo ratione vniuerſalitatis vniuerſalia ſunt priora particularibus; quia poteſt homo eſſe ſine Petro, & Petrus non poteſt eſſe ſine homine, & Petrus dependet ab homine, & homo non à Petro. Secundus modus eſt ſecundum ordinem ſubſtantiæ ad accidens. ſubſtantia enim eſt prior accidente. Et tertius modus ſecundum diuiſionem entis in actum, & potentiam. Nam partes, ſecundum potentiam, prius ſunt toto, quia totum eſt actus, & potentia prior eſt actu; ſecundum verò actum, totum eſt prius partibus, quia partes non habent eſſe in actu, vt entia in actu, niſi reſoluto toto in partes.

Theologi ponūt alium modum prioris, qui eſt prioritas originis in diuinis: nam Pater dicitur prior Filio origine. Non quia ſit prioritas naturæ inter Patrem, & Filium; vel quia in aliquo inſtanti ſit Pater, in quo non ſit Filius, ſed quia Filius eſt à Patre genitus verus Deus, & Pater non eſt genitus à Filio; ideò Pater dicitur prius origine Filio. In iſtis autem modis prioris ab Ariſtot. enumeratis nota, quod iſta prioritas eſt quidam modus earum rerum, quæ dicũtur priores, & iſta prioritas propter ſuam imperfectionem non eſt in prædicamentis, ſed conſtituit poſtprædicamẽtum. Verùm autem prius vniuocè de his omnibus dicatur, crediderim, quod analogicè: quia non omnia ſunt ſimpliciter priora. Nota ſecundò ex Caiet. in præſenti, contra Doctorem ſubtilem Scotum, illam ſuam maximam, omne abſolutum, prius natura alio diſtinctum, realiter poſſe eſſe ſine ſuo poſteriori, ex quinto modo prioritatis conuinci, falſam eſſe: quia expreſsè aſſerit Ariſtot. quod ſtāt iſta duo ſimul, ſcilicet, aliquid eſſe prius natura alio, vt cauſſa cauſſato, & conuerti inter illa in eſſendo conſequentiam, & conſequenter vnùm non poſſe eſſe ſine altero. Si enim prius poſſet eſſe ſine poſteriori, iam non conuerteretur eorum conſequentia in eſſendo. Nam hic loquimur de conſequentia neceſſaria: de iſta enim loquitur Ariſt. ita vt ſit formalis conſequentia, & non materialis. Nota tertiò ex ſapientiſſimo Magiſtro Soto in præſenti, quod prioritas naturæ non eſt prioritas in quo: ita vt non ſit explicanda per li, in quo, ſed per li, quia. Verbi gratia, Sol eſt prius natura lumine ſuo, quod eſt coæuum illi. Sed ſi inferas: ergo in aliquo priori eſt Sol, in quo non eſt lumen; falleris, quia prius natura ſubſiſtendi conſequẽtia dicitur cum ſuo poſteriori. Et nihil aliud eſt, eſſe prius natura lumine Solẽ, quam, hanc cauſſalem eſſe veram, quia Sol eſt, lumen eſt, & eſſe cauſſam illius. Si verò primo modo intelligeretur iam prius natura, vt ſic eſſet prius tempore, quod patet eſſe falſum, cum ſint diſtincti modi propoſiti ab Ariſtotele, & vnus formaliter alium non includat. Alii modi prioris, qui in diſputatione ſunt frequentes, vt prius in intentione, & poſterius in executione, ad iſtos facilè reduces. Vide tamen pro dictis D. Thom. prima parte, quæſt. 39. art. 3. ad 3. quæſt. 42. art. 3. in corp. & in 1. d. 9. q. 2. art. 1. in corp. d. 12. art. 1. in corp. art. 2. ad primum.

De ſimul.

PRimus modus ſimultatis eſt, vt illa dicantur ſimul, quorum generatio eſt in eodem tempore, & neutrum ipſorum prius, aut poſterius eſt, & iſta dicũtur ſimul tempore. Simul autem natura dicuntur illa, quæ conuertuntur eſſendi conſequentia, & neutrum eſt cauſſa, vt ſic alterum, vt patet in duplo, & dimidio, & in omnibus relatiuis. Et omnes ſpecies diuidentes genus ſimul natura ſunt: genus autem eſt prius natura illis, quia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Et, vt aliqua dicantur eſſe ſimul tempore, ſufficit, quod ſimul incipiant, licet non æqualiter durent. Quando autem ſimul incipiunt, & æqualiter durãt, dicuntur coæua. *Obiectio.* Sed contra: nam vna ſpecies poteſt eſſe prius tempore alia, ergò malè dicit Ariſt. quod ſunt ſimul natura, & potuit Deus non creare omnes ſpecies ſimul. *Solutio.* Reſpondetur, quod Ariſt. loquitur de ſpeciebus genus diuidentibus. Non enim ſeruato ordine vniuerſi, genus in vna ſpecie ſaluatur. Et iſtæ ſimul ſunt, quantum eſt ex parte ſua. Hoc autem genus ſimultatis non petit æqualitatem in his, quæ ſunt ſimul, quia vna ſpecies perfectior eſt altera.

De ſpeciebus motus.

Sex ſunt ſpecies motus. ARiſtoteles ponit ſex ſpecies motus, & ſunt iſtæ: generatio, & corruptio, augmentatio, & diminutio, alteratio, & latio. Et omnes iſti motus ſunt inter ſe diſtincti, & habent contraria hi motus: nam quies contraria eſt motui. Hæc autem contrarietas accipitur pro repugnantia, ſeu pro oppoſitione; propriè verò vni motui contrariatur alter, qui eſt inter contrarios terminos, vt augmentationi diminutio, generationi corruptio, alterationi in album, illa, quę eſt in nigrum, motui locali ſurſum ille, qui eſt deorſum. Generatio, quæ eſt ad nouam partem maiorem ſubſtantiæ, reducitur ad generationem, ad quam etiam reducitur nutritio. *Obiectio.* Et ſi dicas, quomodo generatio eſt motus, cum ſit inſtantanea, & motus dicat aliquid ſucceſſiuũ. *Solutio.* Reſpondetur ex Diuo Thoma 2. contra Gent. ca. 17 in prima ratione, quod omnis motus, ſeu mutatio eſt actus entis in potentia, ſecundum quod in potentia, nam motus dupliciter accipitur. *Motus dupliciter.* Vno modo pro ſucceſſione quadam tempore menſurata: & hoc modo mutatio non eſt motus. Alio modo accipitur motus pro illo tranſitu de vno termino ad alium, ſiue ſint in inſtanti, ſiue ſucceſſiuè: & illo modo non diſtinguitur à generatione, ſed eſt ſuperior. Sed agere de motu ſpectat ad tertium & quintũ Phyſic. Nota in hoc cap. quomodo loquantur contra Ariſtot. qui dicunt, motum conſtituere prædicamentum. Nam Ariſtot. numerat motum, & eius ſpecies inter poſtprædicamenta. Et cum dicit, quod ſunt ſex ſpecies motus, loquitur de ſpeciebus imperfectis, ſicut ſolemus dicere, animam equi, & hominis ſpecie differre in ratione animæ. Itaque dicit, eſſe ſpecies motus, id eſt, rationes diuerſas, & quia ſunt imperfectæ, ad poſtprędicamenta pertinent. Cum verò D. Thom. dicit, motum eſſe in prædicamento actionis, loquitur de motu, prout progreditur ab agente, & prout eſt actio.

De habere, ſeu habitu.

Quot ſint modi ſeu ſpecies habere. IN hoc poſtprædicamento numerat Ariſt. omnes modos habendi. Vide D. Thom. 5. Metaph. lect. 19. Et nota ex eodem ſanctiſſimo Eccleſiæ præceptore, & Magiſtro, 1. 2. q. 49. art. 1. vbi ſic dicit: Hoc nomen habitus ab habendo eſt ſumptum, à quo quidem nomen habitus dupliciter deriuatur. Vno modo, ſecundum quod homo, vel quæcunque alia res dicitur aliquid habere: alio modo, ſecundum quod aliqua res aliquo modo habet ſe in ſeipſa, vel ad aliquid aliud. Habere, ſecundum quod dicitur reſpectu cuiuſcunque, quod habetur, commune eſt ad diuerſa genera, vnde ponitur à Philoſopho inter poſtprædicamenta, quæ diuerſarum rerum genera conſequuntur. Sed inter ea, quæ habentur, talis eſt diſtinctio, qu d quędã ſunt, in quibus nihil eſt medium inter habẽs & habitum. Sicut, inter ſubiectum, &

qualitatem,& quantitatem;quędā ſunt, in quibus non eſt aliquod medium, ſed ſola relatio, ſicut dicitur aliquis habere ſocium, ſeu amicum; quædam ſunt, in quibus eſt aliquod medium, non actio, vel paſſio, ſed aliquid per modum actionis, vel paſſionis, ſcilicet, prout vnū eſt ornās, aut regens, & aliud ornatum, aut rectum: Vnde Philoſophus dicit, quod habitus dicitur tanquam actio quædam habentis, & habiti, ſicut eſt in illis, quæ circa nos habemus. Et ideo in his conſtituitur vnum ſpeciale genus rerum, quod dicitur prædicamentum habitus. De quo dicit Philoſ. 5. Metaph quod inter habentem indumentum, & indumentum eſt habitus medius. Si autem dicatur habere, prout aliqua res dicitur quodammodo ſe habere in ſe ipſa, vel ad aliquid aliud, cum iſte modus ſe habendi ſit ſecundum aliquam qualitatem, hoc modo habitus quędam qualitas eſt. Hic vide, quomodo accipiatur habitus tripliciter, & pro ſpecie quadam qualitatis, & pro vltimo generaliſſimo, & pro poſtprædicamento.

De Poſteriori Reſolutione.

SCIENTIA de poſteriori reſolutione multo hiſce diebus faſtidio habetur, & parum illi logici incumbunt. Cuius rei rationem eam exiſtimo, quod à modernis interpretibus obſcurè, diffuſè, & multis quæſtionibus pertractatur. Vt ergo huic vitio obuiemus, & incipiant logici eiinhærere, maiori, qua potero, breuitate & claritate, quæ Ariſtot. his duobus libris docet, cōplectar. Hinc fiet, vt poſtmodum logicus, quæ diffuſiora ſunt, inquirat diligentius.

Argumentum libri primi, & ſecundi poſteriorum.

IN his libris Ariſtotel. de Demonſtrationis materia agit, quæ obiectum eſt horum librorum ratione materiæ: nam de eius forma in priori reſolutione tractauit. Et in primo capite pertractat, an ſit demonſtratio, & vſque ad caput 36. excluſiuè verſat pertinentia ad quæſtionem, quid ſit demonſtratio. Deinde vſque ad finem libri agit de quaſi paſſionibus demonſtrationis, ſcilicet, de perfectione, finitate, vnitate, certitudine, diuerſitate, &c. In ſecundo lib. inquirit de cauſſis demonſtrationis vſque ad caput vltimum: in quo de dignitatibus, & primis determinat principiis. Vide etiā ſanctiſſimi præceptoris prologum ſuper hos libros. Et Caietani commentaria. Et ſufficiebat eius expoſitio, niſi S. Thom. ab aduerſariis eſſet defendēdus, & Caietani doctrina declaranda, atque perſtringenda.

QVÆSTIO LXXXVI.

An ſit uera doctrina Ariſtot. de præcognitis, & an rectè illam numerauerit.

DICIT Ariſtotel. hæc. Primò; duæ ſunt præcognitiones, an ſit, & quid ſit. Dicit ſecundò, tria eſſe pręcognita. De principiis præcognoſcendum eſt, quod ſint verá: de paſſione, quid nomen ſignificet: de ſubiecto, an ſit, & quid ſit. Vt, ſi volo demonſtrare, hominem eſſe riſibilem: quia eſt rationalis, debeo præſupponere, an ſit homo, & quid ſit homo. Et principiū, quod aſſumo in demonſtratione, quod ſit verū, & quid ſignificet riſibile, quod eſt paſſio demonſtranda. Et hoc præſuppoſito concludere, omnem hominem eſſe riſibilem; & ſit contra hanc doctrinam

Primum argum. Præcognitiones ſunt plures quā duæ: ergo falſum dicit Ariſt. Prob. antecedens: quia aliud eſt præcognoſcere, eſſe eſſentiæ, & aliud eſſe exiſtentiæ, & aliud eſſe verum, & quid nomen ſignificet: ergo ſunt quatuor præcognitiones. Omnia patent. 1. Argum.

Secundum arg. contra ſecundam propoſitionem: Ante demonſtrationem neceſſarium eſt procognoſcere bonitatem conſequentiæ: nam ſi non ſit bona conſequentia, non bene ſequitur concluſio ex principiis: ergò plura ſunt pręcognoſcenda, 2. Argum.

Confir. 1. ſcenda,quam illa tria. Et cōfir. Nam cōcluſio debet præcognoſci ante demonſtrationem:ergo ſunt quatuor prȩcognita. Antecedens probatur: Nam ſi nō prȩcognoſcitur concluſio,ſequitur, intellectum non poſſe moueri à voluntate ad inferendam concluſionem,& ſic vt à caſu inferatur talis concluſio: quia nihil eſt volitum, quin præcognitum ſit: ſed cum facit intellectus demonſtrationem, eſt ad inferendam concluſionem: ergo vult inferre illam, & ita illam præcognoſcit. Si dicas,quod præcognoſcit illam virtualiter: ergo iam erit iſto modo cognita aliud præcognitum diſtinctum: quia concluſio virtualiter præcognita aliud præcognitum eſt: quia nullum illorum trium eſt. *Confir. 2.* Et cōfir. vltimò: quia medium demōſtrationis etiam eſt cognoſcendum;ergo plura,quam tria ſunt præcognoſcenda.

3. Argum. Tertiò,ad probandum non eſſe neceſſe præcognoſcere principia:nam Ariſt. inter principia,quæ debent præcognoſci adducit illud,quodlibet eſt, vel non eſt:ſed hoc principium non ingreditur demonſtrationem:ergo non eſt neceſſe, cognoſcere illa principia,de quibus loquitur Ariſt. Min.prob.quia vt inferius docet Ariſt. non poteſt aliquid ſyllogiſticè concludi ex illo principio poſito in demonſtratione.

4. Argum. Quartò.De paſſione debemus prȩſupponere quid ſit:ergo etiam an ſit:ergo doctrina Ariſt.eſt falſa.Prima conſequētia probatur:quia quæſtionem, an eſt, præcedere debet quæſtio,quid eſt: nam ſi ſupponimus,quod eſt poſterius,debemus præſupponere,quod eſt prius, vt, qui concedit,ternarium eſſe,debet concedere,eſſe binarium. Prob.primum antec.quia quidditas præſupponit, quod res habens quidditatem eſſe poſſit:nam ſi non poſſit habere eſſe,non habebit veram eſſentiam, & quidditatem realem: nam eſſentia vera eſt,quæ poteſt eſſe extra ſuas cauſſas. Et hinc fit,chimærā nō habere veram quidditatem, quia eſſe non poteſt extra cauſſas. *Confir. 1.* Et confir.hoc argum. De principio, in quo paſſio eſt prædicatum,præſupponimus eſſe verū: ergo etiam ſupponimus paſſionem eſſe. Patet conſeq. quia non poteſt ſupponi,principium illud eſſe verum,niſi ſupponatur,paſſionem conuenire ſubiecto talis principii,quod eſt paſſionem eſſe. *Confir. 2.* Et confir.ſecūdò.Nam ideo de ſubiecto præſupponitur,an ſit,quia nemo demōſtrat paſſionem de ſubiecto,quod exiſtimat eſſe impoſſibile:ſed ſimiliter nemo demonſtrat de aliquo id,quod cenſet eſſe impoſſibile: ergo eadem ratione de paſſione præſupponi debet,an ſit.

5. Argu. Quintò. Scientiæ,& demōſtrationes abſtrahunt ab exiſtentia:quia hæc contingenter conuenit rebus: ergo non eſt neceſſariū præſupponere de ſubiecto, an ſit.Maior prob.quoniā ſcientiæ ſunt de rebus æternis,& de propoſitionibus perpetuȩ veritatis, quȩ nullo modo dicunt exiſtentiam. *Confir. 1.* Et confir.hoc argum. Quando habetur ſcientia de re non exiſtēte,vt de roſa in hyeme,ſiue de re impoſſibili,vt de vacuo,de infinito,non exiſtunt res iſtȩ,& aliquȩ harum exiſtere non poſſunt:ergo de ſubiecto non eſt prȩſupponendum,an ſit. *Confir. 2.* Et confir.ſecūdò:nam Ariſt.2.poſter.c.1.docet, tot eſſe quȩſtiones,quot ſcibilia:ſed vna quȩſtio eſt, an eſt: ergo hoc eſt ſcibile per demonſtrationem,& ita non erit prȩcognoſcendum ante demōſtrationē: aliàs vt quod demonſtratur, ſi cognoſcitur.

Deciſio quæſtionis cum aliis illi annexis.

Quid ſit præcognitum. Præcognitum vocatur illud in præſenti, quod neceſſariò eſt cognoſcendum ante demonſtrationem, & nō vocamus prȩcognitum illud, quod poteſt cognoſci,& non cognoſci.

1. Concluſ. Obiectū librorū poſter. quodnam ſit. Prima concluſio: Horum librorū obiectum non eſt demonſtratio,vt communiter defenditur.Probatur.quia demonſtratio duo dicit, materiam neceſſariā, & formam arguendi certam, & infallibilem; ſed in his libris nullo modo tractatur de forma demonſtrationis: ergo obiectum horum librorum non eſt demonſtratio. Minor prob.quia de forma demonſtrationis tractatur in libris priorum, hic autem ſolum de ipſius materia agitur. Et ſicut in libris de anima obiectum eorum eſt anima, & non corpus animatum: quia ibi de corpore non fit mentio; eodem modo in hac

Digitized by Google

Auctoritates quomodo intelligenda.

hac parte Logicæ non tractatur de tota demonſtratione completa, & perfecta, ſed de parte eius materiali, ſcilicet, de propoſitionibus per ſe, & eſſentialibus, & vniuerſalibus. Et quando logici inſignes dicunt, horum librorum obiectum eſſe demonſtrationem, intelligunt, eſſe demonſtrationem obiectum pro materiali, id eſt, materiam demonſtrationis. Verum eſt, quod totum hoc poſtea ordinatur ad perfectam cognitionem demonſtrationis habendam. Vnde D. Thom. 1. Poſterior. lectione prima, dicit ſic: Certitudo autem iudicii, quæ per reſolutionem habetur, eſt vel ex ipſa forma ſyllogiſmi tantum, & ad hoc ordinatur liber Priorum Analyticorum, qui eſt de ſyllogiſmo ſimpliciter, vel etiam cum hoc ex materia, quia ſumuntur propoſitiones per ſe, & neceſſariæ; & ad hoc ordinatur liber Poſteriorum Analyticorũ, qui eſt de ſyllogiſmo demonſtratiuo. Vbi vides, ideò hunc librum agere de demonſtratione, quia agit de eius materia. Itaque obiectum formale materia demonſtrationis eſt, ſeu propoſitiones, ex quibus fit demonſtratio. Et hic conſiderantur iſtæ propoſitiones, qua ratione ſunt per ſe, & neceſſariæ. Et quod non poſſit eſſe tota demonſtratio huius libri obiectum, probatur, quia de forma demonſtrationis tractatur in libris priorum: ergo hic non fit rurſus de illa tractatio: ergo ſolum de materia tractatur demonſtrationis in hac parte ab Ariſtot. Vnde falſa eſt Auerrois ſententia, horum librorum obiectum eſſe definitionem. Sed ſoluamus argumenta, quibus hoc probat. Nam nunquam in ſuis operibus Ariſt. egit de definitione, niſi hoc ſecundo libro: ergo illius eſt obiectum. Et ſecundò, quia in omni ſcientia ſubiectum præſupponitur, & de illo demonſtrantur paſſiones: ſed hic non præſupponitur demonſtratio, ſed definitur, quid ſit, & probat Ariſtot. eſſe demonſtrationem. Et tertiò, quia de illa non demonſtrat paſſiones: ergo nec eſt huius libri ſubiectum, etiam pro materia. Ad primum reſpondetur, quod non agit Ariſt. de definitione, niſi in ordine ad demonſtrationem, & ideo definitio non eſt huius libri obiectum. Maximè, quia definitio pertinet ad primam operationem intellectus: hæc verò pars tractat de tertia operatione: ergo definitio, quæ ad primam operationem pertinet, non eſt obiectum in hac parte, quæ agit de tertio opere intellectus. Ad 2. reſpon. ab aliquibus, quod obiectum totale ſciẽtiæ debet præſupponi in ſcientia, partiale verò benè poteſt demonſtrari, eſſe, ſaltem à poſteriori ſicut metaphyſicus ex perfectione vniuerſi demonſtrat Angelorum eſſe, vt patet 1. p. q. 50. & tamen Angeli ſunt partes ſubiectiuæ Metaphyſicæ. Secundò reſp. quod demonſtrationem eſſe accipit logicus, vt quid prærequiſitum, & præcognitũ, & quid ſit demõſtratio cognoſcitur per habitũ principiorum, & his acceptis poſtea de demonſtratione demõſtrat paſſiones. Nec eſt proceſſus in infinitum, quia demonſtratio aliqua particularis lumine naturali effecta eſt id, quo de demonſtratione in communi, & inadæquatè de ſeipſis demonſtrantur paſſiones, ſicut definitio ſe, & omnem definit definitionem, & hac ipſa, & ſibi, & aliis eſt ratio, vt videatur. Sed de hoc iam diximus lib. 1. Et per hoc patet ad 3.

Impugnatur Auerroes.

Soluuntur argumẽta ipſius.

2. Concl. Quare libri Poſteriorum dicantur tales.

Secunda concluſio. Iſti libri dicuntur de poſteriori reſolutione: quia in his docemur reſoluere concluſiones in ſua principia: non enim ſcit, qui non ſcit reſoluere. Hanc concluſionem ſic explico: Nam reſolutio propriè eſt reductio rei in ſua principia, qua ratione corpus naturale, cum corrumpitur, dicitur reſolui in elementa, & propoſitio dicitur reſolui in terminos, & demonſtratio, & quilibet ſyllogiſmus dicitur reſolui in ſuas propoſitiones. Et hinc hoc nomen tranſlatum eſt a Philoſophis ad ſignificandum reſolutionem propoſitionis in ſua prima principia, ex quibus habet veritatem, & neceſſitatem, & ex quibus ſequitur, non ex quibus componitur. Hæc autem reſolutio eſt duplex; altera ſyllogiſmi in modũ, & figurã aliquã ſyllogizandi ex per ſe notis, & euidẽtibus, quales ſunt quatuor modi primæ figuræ, vel in prima principia. Ex quibus conſtat neceſſitas illationis, & conſequentiæ ſyllogiſmi reducti,

ducti, qualia ſunt, dici de omni, & dici de nullo. Altera reſolutio eſt concluſionis, vel proprietatis alicuius in principia priora, & notiora, ex quibus ſequitur, & neceſſitatem habet propoſitio reducta, vt quando reducitur hæc propoſitio, homo eſt riſibilis, in hanc, homo eſt rationalis; prior reſolutio vocatur formalis: quia eſt circa formā demonſtrationis, & circa illationem: ſecunda vocatur materialis, quia verſatur circa propoſitiones, quæ ſunt materia demonſtrationis. Et quia forma eſt potior materia, reſolutio formæ vocatur prior reſolutio, & reſolutio materiæ poſterior. Et de hac agit Ariſt. in his libris. His prælibatis ad rem accedamus.

3. Concluſ. Quid intelligat Ariſ. per doctrinā & diſciplinam. Tertia concluſio: Cum Ariſt. in 1. ca. dicit, omnem doctrinam, & diſciplinam ex præexiſtente fieri cognitione, accipit doctrinam, & diſciplinam pro aſſenſu diſcurſu comparato, prout ſe extēdit ad ſcientificam cognitionem, ſiue opinatiuam, ſiue coniecturalem: imo & ad errorem; & dicit, omnem talem aſſenſum ex præexiſtente fieri cognitione. Hæc concluſio eſt Diui Thomæ in præſenti, lectione prima. Vbi ſic dicit: Nomen autem doctrinæ & diſciplinæ ad cognitionis acquiſitionem pertinet. Nā doctrina eſt actio eius, qui aliquid cognoſcere facit: diſciplina eſt receptio cognitionis ab alio. Nec accipitur hic doctrina & diſciplina, ſecundum quod ſe habent ad acquiſitionem ſcientiæ tātum, ſed ad acquiſitionem cognitionis cuiuſcunque. Quod patet, quia manifeſtat hanc propoſitionem etiam in diſputatiuis, & rhetoricis diſputationibus, per quas non acquiritur ſcientia. Propter quod etiam dicit, ex præexiſtēti ſcientia, vel intellectu, ſed vniuerſali cognitione. Addit autem intellectiua, ad excludendum acceptionem cognitionis ſenſitiuæ, vel imaginatiuæ: nam procedere ex vno ad aliud, rationis eſt ſolum. Hæc D. Thom. Itaque cum cognitionem aliquam per diſcurſum habemus, illa diſcurſiua cognitio ex præexiſtenti fit cognitione. *Prob. 1.* Probatur concluſio, quæ ſic explicata nullam habet difficultatem. Nam aſſenſus diſcurſu comparatus dicit duo, & terminum diſcurſus, qui eſt concluſio, & principium huius diſcurſus: ex quo infertur concluſio: ergo, vt inferamus concluſionem, principia debemus cognoſcere; ergo omnis aſſenſus diſcurſu comparatus ex præexiſtenti fit cognitione. Præterea; *Prob. 2.* nam natura noſtri intellectus eſt, vt ſuam perfectionem acquirat per diſcurſum, deueniendo ex vno in aliud, vt patet ex D. Thom. prima parte, quæſtione octuageſimaquinta, articulo quinto, ergo vt habeat aſſenſum aliquem acquiſitum, illum debet habere ex præexiſtenti cognitione. Et tertiò probatur ex textu Ariſtot. qui hoc exemplis patentiſſimis explicat. *Prob. 3.* Et hanc vniuerſalē propoſitionem voluit Ariſtot. conſtituere, vt in progreſſu ſcientifico idem eſſe obſeruandum doceret. Et ita poſteà inquirit, quæ ſint iſta prius cognita, quibus ſcientifica cognitio eſt habenda. Vnde explicatio Soti ſapiētiſſimi, & aliorum, quod fiat ex præexiſtenti cognitione, omnis cognitio, quia diſcurſiua reſoluitur in intellectum, & intellectus in ſenſum; quamuis vera ſit, nihilominus intendit Ariſtot. Nam hic non volebat docere, omnem noſtram cognitionem ortum habere à ſenſu, ſed omnē diſcurſiuam cognitionem cauſſari ex aliquo prius cognito, quia hoc eſt diſcurrere, ex vno cognito ad aliud cognoſcendū procedere; & diſcurſus includit terminum à quo, & terminum ad quem, qui ſunt duæ cognitiones; ſicut motus localis includit terminum à quo, & ad quē, in ſua ratione; & ſicut binarius duas vnitates. Ex hac concluſione infertur, *Coroll. 1.* omnem cognitionem non fieri ex præexiſtenti cognitione, aliàs eſſet progreſſus in infinitum. Sequitur ſecundò, *Coroll. 2.* non hic fieri ſermonem de cognitione angelica, quia, cum illa non ſit diſcurſiua, non ſit ex præexiſtenti cognitione; nec de cognitione principiorum primorum eadem ratione. Item, ſi Deus habitum infunderet, non erat neceſſe, vt ex præexiſtenti cauſſaretur cognitione.

4. Concluſ. Duæ ſunt præcognitiones. Quarta concluſio; Duæ tantum ſunt præcognitiones, ſcilicet, an ſit, & quid ſit. Hæc concluſio eſt Ariſt. in hoc c. & D. Thom. lectione 2. & omnium logicorum.

corum. Et probatur, quoniam hæc duo tantum de re aliqua ante demonſtrationem ſciri poſſunt, reliqua verò, quæ ſecundo poſterior. in principio referuntur, in ipſa cognoſcuntur demonſtratione.

5. Concluſ. Tria ſunt præcognita.

Quinta concluſio: Tria ſunt præcognoſcenda ante concluſionem, vt per demonſtrationem inferamus, & ſciamus concluſionem; ſubiectum, principia, & paſſio. Hæc concluſio eſt etiam omnium logicorum, ſicut præcedens, etſi alia, quæ ſunt præcognoſcenda, ad iſta ſunt reducenda. Probatur: Quia in concluſione, quam demonſtrare intendimus, duo ſunt extrema, ſubiectum, ſcilicet, & paſſio. Vt ſi velimus demonſtrare, hominem eſſe volitiuum, eſt homo ſubiectum, & prædicatum volitiuum, & dubitamus de eorum connexione, an ita ſit, quod homini conueniat eſſe volitiuum: ergò, vt poſſimus iudicium ferre, & aſſentiri, non ſufficit, illa extrema apprehendere: ſed oportet ea aliquo modo cognoſcere: ergò ante demonſtrationem iam oportet cognoſcere ſubiectum, & paſſionem. Deinde ad cognoſcendum, vtrum hæc habeant aliquam inter ſe connexionem, neceſſarium eſt, aſſumere medium aliquod, habens manifeſtam connexionem cum vtroque extremo, & comparare paſſionem in tali medio, & medium cum ſubiecto. Hæc autem comparatio non poteſt fieri, niſi formãdo propoſitiones, in quarum vna prædicatur paſſio de medio, & in altera medium de ſubiecto. Et iſtæ propoſitiones ſunt principia, ex quibus intrinſecè conſtat demonſtratio: ergo ante demonſtrationem ſupponitur neceſſariò cognitio principiorum, quia ſupponitur, vt certa connexio medii cum vtroque extremo, quæ continetur in vtroque principio intrinſecè, ſicut dictum eſt. Quod verò nihil aliud ſit neceſſarium præcognoſcere, patet; quoniam ex his dumtaxat componitur demonſtratio, & quamuis demonſtratio conſtet concluſione, non eſt præcognoſcenda ſimpliciter; quoniam hæc cognitio intenditur in demonſtratione. Vnde dixit D. Thom. 1. poſt. lectione ſecunda, neceſſum eſt, quod, antequam habeatur cognitio concluſionis, cognoſcatur aliquo modo ſubiectum, & paſſio, & principium, ex quo concluſio infertur.

Quare non plura trib. ſint præcognoſcenda.

6. Concluſ. De principiis præcognoſcendũ eſt, an ſint.

Sexta concluſio: Neceſſum eſt præcognoſcere de principiis, an ſint; id eſt, an vera ſint, non autem, quid ſint. Hęc concluſio eſt expreſſa D. Thom. lectione ſecunda. Probatur prima pars, quoniam principia ponuntur in demonſtratione loco antecedentis, ad inferendam concluſionem; ergò non probantur in demonſtratione, ſed ſupponuntur, vt aliàs certa. Secunda pars concluſionis probatur. Quoniam principia ſunt complexa, ergo non habent aliam quidditatem, quam eſſe vera. Sed cum duplicia ſint principia demonſtrationis, vel intrinſeca, vel extrinſeca, de omnibus intelligitur concluſio. De intrinſecis, cuiuſmodi eſt definitio, clarum eſt; nã eſt medium ad inferendam paſſionem de ſubiecto à priori. De extrinſecis, vt quodlibet eſt, vel non eſt, etiam eſt certum; quia ſunt fundamenta, quibus alia innituntur principia.

7. Concluſ. De paſſione quid præcognoſcẽdum ſit, & quare.

Septima concluſio De paſſione nõ eſt neceſſarium præcognoſcere, an ſit, & quid ſit, quoad quid rei, ſed ſatis eſt præcognoſcere, quid nominis, id eſt, quid ſignificet illud nomen, quod ponitur loco paſſionis in concluſione. Prima pars prob. Quia eſſe paſſionis eſt ineſſe ſubiecto. Sed hoc probatur per demonſtrationem, ſaltem aptitudinaliter; ergo nõ eſt neceſſariò præcognoſcendum ante illã. Et præterea hoc ipſum probo; Quia quæſtio, an ſit, præſupponit quæſtionẽ, quid ſit, vt ait D. Th. quia, quæ eſſe non poſſunt, non habent veram quidditatẽ, ſed nõ præſupponitur de paſſione, quid ſit; ergo nec præſupponitur, an ſit, ante demonſtrationem. Quod verò non præcognoſcatur quid paſſionis, probatur; quoniam quid rei paſſionis ſumitur per ordinem ad proprium ſubiectũ. Homo enim in definitione riſibilis ponitur, & ita in omnibus aliis definitionibus dicẽdum eſt, ſed ante demonſtrationem non conſtat, cui ſubiecto conueniat paſſio, quoniam hoc inquiritur, & concluditur in demõſtratione; ergo, &c. Tertia pars concluſionis prob. Quoniam, ſi non ſci

remus,

remus, quid ſignificet riſibile, non poſſemus inquirere principia, & cauſſas illius: ſcimus enim riſibile ſignificare animal, quod extenſo ore gaudium manifeſtat: quod ridere dicimus, & inquirimus, cui, & ob quam cauſſam conueniant: & hoc concludimus in demonſtratione. Cognoſcere autem paſſionem eſſe cognitionem confuſam & imperfectā ante demonſtrationem, non inconuenit, quia non ſcitur proprium ſubiectum; nec ſcitur in ratione proprietatis formaliter, ſed veluti materialiter.

8. Concluſ. Quō ſupponendum de ſubiecto ſit ab inuentore alicuius ſcientia.

Octaua concluſio: Quando ſcientia acquiritur propria intentione, neceſſarium eſt ſupponere de ſubiecto, an ſit, quoad eſſe exiſtentiæ, aliàs non eſt neceſſarium, quod ſit nec actu, nec temporibus à natura ſtatutis; ſed ſatis eſt præſupponere, quod habeat veram eſſentiā realem, & quod poſſit realiter exiſtere, aut quod habeat eſſentiam, cui ſuo modo eſſe conuenire poſſit. Et hoc dico propter entia rationis, de quibus habemus ſcientiam; & non habent eſſe niſi obiectiuum in intellectu. Prima pars cōcluſionis eſt Ferrarienſis, 1. contra Gentes, c 66 Et ratio eſt, quia noſtra cognitio incipit à ſenſu, ſed ſenſus, vt habeat actum, ſupponit rei exiſtentiam: ergò ad habendam ſcientiam per inuentionem, debemus præſupponere, ſubiectum eſſe in rerum natura. Et hoc debet intelligi in ſcientia quidditatiua: nam in ſcientia connotatiua, vt eſt illa, quam habemus de Angelis, non mouetur ſenſus à re exiſtente, ſed ab alia, quæ connexionem habet cum illa, vt quia eſt effectus eius, vel aliquid huiuſmodi. Secūda pars concluſionis prob. Quoniam de rebus poſſibilib. pōt eſſe ſcientia, vt ſi à Magiſtro de his p demōſtrationē doceamur.

9. Concluſ. De ſubiecto quid ſit cognoſcēdū ſit.

Nona concluſio: De ſubiecto præſupponendum eſt, quid ſit, quoad quid rei in ſcientia à priori Prob. cōcluſio: quia cum non habeat cauſſam, non poteſt demonſtrari à priori: quidditas enim rei eſt primum, quod rei conuenit: ergò neceſſariò eſt præſupponenda talis quidditas in demonſtratione: & cognoſcitur lumine primorū principiorū quidditas, & definitio ſubiecti. A poſteriori autem nulla poteſt ſcientia probare, ſuum ſubiectum eſſe, ita vt nullo modo antea cognouerit illud, quia omnis ſciētia aliquid præſupponit, circa quod verſetur. Poſtquam autem habet cognitionem ſui obiecti, benè poterit formare demonſtrationem, in qua concludatur, ſubiectum eſſe: nam Deus eſt obiectum Theologiæ. Et benè poſſum ego per effectus ſupernaturales fidei, & gratię cōcludere, Deum eſſe, ſed iam præſupponebatur Deus cognitus per fidem. De ſubiectiua verò parte benè poteſt fieri demonſtratio, qua probetur, illam ſubiectiuam partem eſse. Nā Metaphyſicus demonſtrat, Deum eſse, vt patet ex D. Tho. 1. p. q. 2. Metaphyſicus benè poterit probare, omnium ſcientiarū ſubiecta eſse, quia agit de vniuerſaliſſimo ente. Vide Maſſium lib. 1. poſter. c. 1. ſect. vnica, q. 3. & dicemus nos inferius.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum argum. reſpond. Ariſt. illas præcognitiones ſub duabus comprehēdiſse propter proportionē, quam inter ſe habent.

Ad 2. Arg. Ad ſecundum reſpond. ex libris de priori reſolutione conſtare, præcognoſcendam eſse bonitatem conſequentię: & ideo præmiſsa eſt illorum tractatio ad hanc conſiderationem: quamobrem hic non fit mentio de bonitate conſequentiæ. *Ad confir.* Ad confirm. reſpond. Ariſt. ſolum tradidiſse ea præcognita, quæ ſimpliciter ſunt præcognoſcenda, antequā acquiratur ſcientia. Concluſio autē non eſt ſimpliciter præcognoſcenda, ſed ſatis eſt, præcognoſcere eandem concluſionem virtualiter in ſuis principiis; nec eſt aliud præcognitum, quia cognitio virtualis cōcluſionis non eſt alia cognitio à cognitione principiorū: quia non ſimul terminat concluſio cognitionem. Vide Caietan capitulo primo, in hoc libro circa quartam concluſionem, in fine capitis, de quo poſtea ſum dicturus. Vt autem poſſit illam inquirere per demonſtrationem, non eſt neceſse, quod certò cognouerit concluſionem, ſed ſufficit, quod de ea in ſe ſumpta dubitauerit. Et hoc potuit contingere multis de cauſſis, vel propter cognitionem cauſsæ, vel alicuius cōnexi cum illa, vel oppo-

oppoſiti illius, vel alicuius effectus. Ex his omnibus potuit naſci dubitatio de concluſione, & inquiſitio illius per demonſtrationem.

Ad 2. cõfir. Ad ſecundam cõfir. reſpondetur, medium eſſe præcognoſcendum eo modo, quo ſubiectum: & ideo non eſt facta expreſſa mentio de illo ab Ariſtotele: vel ſecundò reſpondetur, quod medium reducitur ad principia, vt patet in exercitio demonſtrationis, qua demonſtratur, hominem eſſe volitiuum, quia eſt intellectiuus.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur, Ariſt. retuliſſe illud principium generale loco exempli, in eo intelligendo reliqua, etiã ſi ſint proxima: nam vtraque ſunt præcognoſcenda, vt diximus: quia ſunt neceſſaria ad ſcientiam habendam. Et ſi dicas: ergo etiam eſt cognoſcendum, quid nominis principiorum, quid nimirum ſignificent: & ita erunt plura præcognita, & Ariſt. erit diminutus, reſpõdetur; Ariſt. hoc non dixiſſe, quia erat notiſſimum, rerum ſignificationes præſupponi oportere, vel illam comprehẽdit ſub cognitione, quid nominis paſſionis. Nã qua ratione cognoſcendum eſt, quid ſignificet paſſio, etiam reliquorum ſignificatio cognoſcenda eſt.

Obiectio.

Solutio.

Ad 4. arg. Ad quartum reſpond. eſſe maximum diſcrimen inter paſſionem, & ſubiectũ. Nam de ſubiecto neceſſariò ſupponendum eſt, eſſe verum (& loquimur modò de ſubiecto ſcientiarum, quæ vocantur reales) ne inuanum ſuſcipiamus laborẽ inquirendi proprietates illius. At de paſſione non eſt neceſſarium id præſupponi, cum ſæpe inquiramus id, de quo dubitamus, an ſit verum ens, vt patet in quadratura circuli. Dubitamus enim, an ſit poſſibilis. Sed contra: Nam quando procedimus per intentionem, procedimus per effectus: ergo debemus præſupponere, paſſionem eſſe. Reſpondetur: ita verum eſt, quia tunc paſſio habet rationem definitionis cauſſæ, quoad nos. De quo vide D. Thom 1. p. q. 2. artic. 2. ad 2. Ad confir. reſpondetur primò cum Caietan. hic, quem vide. Secundò reſpõdetur, quod tũc ſolum præſupponitur, quid nominis ipſius paſſionis, & non quid rei, & cognoſcitur paſſio materialiter, & non conuenit adæquato ſubiecto. Cum enim dicimus: omne animal rationale eſt riſibile: homo eſt rationalis: ergo eſt riſibilis, non præſuppono in maiori, quid rei paſſionis; ſed poſtea cõcludo per aliquod mediũ ipſam de ſubiecto, & intelligo, ineſſe ſubiecto, & quid ſit actus ratio. Vel dicitur, poſſe per experientiam cognoſci paſſionem eſſe in rerum natura, vel alia via. Ariſt. autem dicit, quod ex vi demonſtrationis non oportet præcognoſcere paſſionem, nec quoad, an ſit, nec quoad, quid ſit. Ad ſecund. confirmationem iam patet ex concluſionibus.

Obiectio.

Solutio.

Ad 5. arg. Ad quintum reſp. quod, quamuis ſciẽtiæ reales abſtrahant ab exiſtentia, tractant tamẽ de rebus, quæ ſunt verè res, & ita de rebus, quæ poſſunt habere verum eſſe reale. Vnde non poteſt ſcientia non præſupponere, ſubiectum ſuum eſſe, ſaltem temporibus ſuis à natura ſtatutis, quia hoc eſt neceſſarium, vt ſit verum ens reale, quod poſſit exiſtere. Scientiæ verò quæ agunt de ente rationis, etiam præſupponunt, ſubiectum ſuũ eſſe ſuo modo, ſcilicet, per intellectum; & per hoc patet ad primam confirm. Et ad 2 dicemus inferius, & ex parte iam eſt dictum.

QVAESTIO LXXXVII.

Vtrum aſſenſus præmiſſarum concurrat effectiuè ad aſſenſum concluſionis.

1. Argum. ET videtur, quod non: Quia intellectus tendit per cognitionem præmiſſarum in cognitionem concluſionis, vt per medium quoddam: ſed medium non concurrit effectiuè: ergo, &c. Probatur min. Quia mediũ ſolum ſe habet paſſiuè: aſſumitur enim, & cognoſcitur in ordine ad aliud, quod eſt paſſiuè ſe habere: vel ſi comparatur, vt terminus, à quo etiam non concurrit effectiuè, quia terminus à quo, non concurrit efficienter ad id, cuius eſt terminus, vt conſtat in motu locali.

2. Argum. Secundò. D Thomas prima par. quæſtione 85. articulo 1. ideò dicit intellectum noſtrum intelligere diſcurrendo,

quia

quia erit de potentia eſſentiali ad actū, & ex conſequenti habet ſimilitudinem cum rebus generabilibus corporalibus, quæ paulatim acquirūt ſuam perfectionem: ſed in illis rebus prior gradus nō cōcurrit effectiuè ad ſecundū: ergo nec cognitio prior intellectus concurrit ad cognitionem ſecundam effectiuè: quia ita ſe habent iſtæ cognitiones, ſicut illi gradus ex Doctore ſancto.

3. Argum. Tertiò; intellectus eodem actu aſſentitur præmiſſis, & concluſioni: ergò aſſenſus præmiſſarum non cauſſat effectiuè aſſenſum concluſionis. Conſeq. probatur. Quia idem non eſt cauſſa effectiua ſuiipſius. Prob. antecedens: quia voluntas eodem actu tendit in media, & in finem: ergo intellectus in concluſionem, & principia. Si dicas, quod aſſentitur diuerſo actu; contra: quia duo actus intellectus non poſſunt eſſe ſimul; ergo exiſtente aſſenſu concluſionis, non eſt aſſenſus præmiſſarum: ergo non eſt cauſſa effectiua aſſenſus concluſionis aſſēſus præmiſſarum. quia cauſa effectiua debet eſſe, quando cauſſat effectum, ſaltem virtualiter: & primus actus præmiſſarum nō poteſt manere virtualiter, quia nullam virtutem agendi reliquit.

Præambula ad quæſtionem.

Controuerſia. *1. Opinio.* Variè opinantur logici in hac quæſtione. Aliqui ita cenſent, præmiſſarum aſſenſum ſolum præcedere aſſenſum concluſionis, vt terminum à quo: & hac de cauſſa nullam habet efficientiam reſpectu aſſenſus concluſionis. Sit exemplum. Ignis non poteſt producere calorē, vt octo, niſi præſuppoſito calore, vt ſeptem, & tamen calor, vt ſeptem, non concurrit effectiuè ad calorem, vt octo.

Obiectio. Ita ſimiliter, licet ſit neceſſarius aſſenſus præmiſſarum ad aſſenſum concluſionis, non tamē concurrit effectiuè. Et ſi dicas contra; nam terminus à quo, & ad quem nō ſtant ſimul, ſed cognitio præmiſſarū, & concluſionis ſtāt ſimul: ergò nō ſe habent vt terminus à quo, & ad quem reſpondent, quod maneat terminus, à quo,

Solutio. cum noua terminatione: nam ante cognitionem concluſionis cognitio præmiſſarū ſolum terminabatur ad principia. Et cum ſit demonſtratio, etiam terminatur ad concluſionem, quia cenſent vnico & eodem actu cognoſci principia, & concluſionem in demonſtratione. Et, etiamſi ſint duo actus, poſſūt manere, quia in inſtantaneis non repugnat ſimultas termini, à quo, & ad quem. Vel dicatur, quod deſtruitur aſſenſus præmiſſarum, & acquiritur aſſenſus, qui terminatur ad principia & concluſiones. Alii cenſent, verè aſſenſum præmiſſarum effectiuè concurrere ad aſſenſum concluſionis. Vt ergo, quid ſit verum, cognoſcamus, aduertere oporter, intellectum poſſe cognoſcere præmiſſas ſecundum ſe: & poſſe rurſus concluſionem cognoſcere, vt ſubeſt præmiſſis, & quatenus ex illis infertur: vel poſſe tertio modo aſſentiri concluſioni, quatenus habet rationem principii ad alias cōcluſiones inferēdas. Primus actus formaliter tantum terminatur ad præmiſſas, & ad concluſionem virtualiter, quatenus; ſcilicet cōtinetur in præmiſſis, ſicut effectus in ſua cauſſa. Secūdus actus terminatur formaliter ad principia, & concluſiones; quia eodem actu percipit potentia obiectum, & rationem formalem obiecti, ſub qua tendit in illud, vt aſſerit Angelicus Magiſter 1. 2. q 8. art. 3. Eodem enim actu video lucem, & colorē. Tertius actus formaliter terminatur ad concluſionem tantum, quia tunc nō ſumitur concluſio, vt ſtat ſub principiis. Ad principia verò terminatur virtualiter, quia ſemper veritas illius habet intrinſecam dependentiam à principiis; & ita, qui aſſentitur illi concluſioni, virtualiter aſſentitur principiis, à quibus pendet. Nota in D. Thom. illa verba in ea ce articuli ſuperius adducti, vbi ſic dicit: Sic etiam circa intellectum accidit: nam primò aliquis intelligit ipſa principia ſecūdum ſe; poſtmodum autem intelligit ea in concluſionibus ipſis, ſecundum quod aſſentitur concluſionibus propter principia Et vide etiam ſolutionem ad tertium & perſpicies, hoc noſtrum fundamentū diuini Doctoris eſſe doctrinam.

2. Opinio. *Quò multipliciter ſe habeat intellectus in cognoſcendo, &c.*

Quæſtio

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ.

Aſſenſus circa principia effectiuè terminatur ad aſſenſũ cõcluſionis.

Prima concluſio: Aſſenſus, qui terminatur ad principia ſecundum ſe, effectiuè concurrit ad aſſenſum, qui terminatur ad concluſionem; quatenus colligitur ex principiis, non quidem vt cauſſa principalis, ſed vt inſtrumentum intellectus, qui eſt principalis cauſſa efficiens: Probatur concluſio: quia magis aſſentimur præmiſſis, quàm concluſioni: & concluſioni aſſentimur propter præmiſſas: ergò aſſenſus præmiſſarum effectiuè concurrit ad concluſionis aſſenſũ. Probatur conſequentia: quia illa dictio propter efficientiam dicit; nam aliud genus cauſſalitatis dicere non poteſt. Præterea volitio finis eſt cauſſa effectiua volitionis mediorum: ergo aſſenſus præmiſſarum eſt etiam cauſa effectiua aſſenſus concluſionis: nam ita ſe habet finis in practicis, ſicut præmiſſæ, & principia in ſpeculabilibus. Præterea. Dum homo aſſentitur præmiſſis, neceſſitatur ad aſſenſum concluſionis, quia virtualiter ibi eſt aſſenſus concluſionis, ergo effectiuè concurrit aſſenſus præmiſſarum ad aſſenſum concluſionis, cum ſit ibi virtualiter concluſio. Nam ſemen ideò effectiuè concurrit ad productionem arboris: quia arborem ibi habet virtualiter; non enim in alio genere hæc virtualis præexiſtentia valet intelligi, vt conſtat per omnes cauſſas diſcurrendo. Deinde homo, (nã de iſto loquimur) cum cognoſcit concluſionem ex principiis, diſcurrit. Ad diſcurſum autem, vt conſtat ex prima parte, quæſtio. 58. articulo tertio, requiritur, quod ſint duæ cognitiones, & quod vna ſit cauſſa alterius, & non ſufficit vnum in alio cognoſcere, quia hoc modo Deus & Angeli cognoſcunt, & non diſcurrunt: ergò cognitio præmiſſarum eſt cauſſa cognitionis concluſionis.

Diſcurſus duas exigit cognitiones

2. Concl.

Secunda concluſio: Quando eodem actu aſſentimur præmiſſis, & concluſioni, aſſenſus præmiſſarum non concurrit effectiuè ad aſſenſum concluſionis. Probatur; quia idem non poteſt eſſe cauſa ſuiipſius, quia cauſalitas expoſcit realem diſtinctionem inter effectũ & cauſſam. Et hoc maximè expoſcit cauſſa efficiens, cum in eius definitione dicatur, quod ſit influens in effectum: nihil autem in ſeipſum influere poteſt. Et etiã in definitione cauſſæ dicitur, quod ſit illud, ad quod aliud ſequitur; ergo reſpectu ſuiipſius nihil poteſt eſſe cauſa. Sed probo, quod eodem actu non poſſit intellectus cognoſcere præmiſſas, & concluſionem: nam tunc aſſentitur concluſioni, propter præmiſſas: ſed illa particula, propter, dicit cauſſalitatem: ergo non poteſt eodem actu concluſionẽ, & præmiſſas cognoſcere: aliàs idem actus eſſet cauſa, & effectus. Reſpondetur, quod dicit rationem cognoſcendi ex parte obiecti. Nam ratio, quare aſſẽtiatur concluſioni, ſunt præmiſſæ, non verò aſſenſus præmiſſarum tũc eſt cauſa aſſenſus concluſionis, quia non ſunt duo aſſenſus; & in prima parte, qu. 19. multa ſunt huius doctrinæ exempla. Sed hoc eſt patens exemplum; Nam potentia viſiua videt colores propter lucem, & tamen vnico ſimpliciſſimo actu vtrumque attingit: & nihilominus ex parte obiecti lumen eſt ratio attingendi colorem; ita in propoſito, ratio aſſenſus concluſionis ſunt præmiſſæ. Nam hæc dictio, propter, in præcedenti concluſione dicit veram cauſam, quia duobus actibus & præmiſſas, & concluſionem cognoſcit. In hac verò dicit rationem ex parte obiecti, quia vnico actu fertur in vtrumque.

Cauſſa efficiens requirit realem diſtinctionẽ à ſuo effectu.

3. Concluſ.

Tertia concluſio. In tertio actu, quando aſſentitur concluſioni, vt habet rationem principii ad alias concluſiones cognoſcendas, non eſt dependentia immediata ab aſſenſu præmiſſarum efficienter. Probatur; nam tunc, quando cõcluſio aſſumitur vt principium ad alias concluſiones inferendas, non manet in intellectu aſſenſus præmiſſarum formalis; ergò non concurrit effectiuè. Probatur conſequentia, quia, quod non eſt, nõ concurrit efficienter. Antecedens probatur; Nam intellectus non poteſt ſimul intelligere plura, vt ſic, vt conſtat ex Diuo Thoma ſupra relata quæſtione 58. 1. parte, ſed illa concluſio non, vt ſtat ſub principiis, facit vnum obiectum intelligibile ex illis; ergo, &c. Et ſi inquiras,

Digitized by Google

quiras; per quid aſſentiatur illi concluſioni; reſpondetur, quod per habitum ſcientiæ. Et ſi arguas: ſcientia ex principijs procedit ad concluſiones cognoſcendas, quia progreditur diſcurſiuè; reſpondetur, hoc non eſſe neceſſariũ ſemper, aliàs non poſſet aſſentiri concluſioni centeſimæ, niſi formaret centum demonſtrationes prius actualiter; quod conſtat falſum eſſe. Sufficit namque in virtute demonſtrationum præcedétiũ, & quæ determinarunt intellectum ad aſſenſum huius centeſimæ cõcluſionis, illi aſſentiri: & ita illa maxima; omnis doctrina, omniſque diſciplina ex præexiſtente fit cognitione; debet intelligi de cõcluſione, vt ſtat ſub præmiſſis modo explicato, vel ex præexiſtenti fit cognitione formali, vel virtuali.

Obiectio. *Solutio.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod illa cognitio dicitur medium, quia eſt confuſa notitia concluſionis, nihilo minus concurrit effectiuè, ſicut habitus, licet ſit in potentia, ad actum effectiuè concurrit. Quod ſi aliis mediis repugnat effectiuè concurrere, non ſit, quia ſunt media, ſed quia ſint talia, quia, ſcilicet, producuntur eadem actione, qua terminus, ad quem, vel quia non ſe tenent ex parte agentis, ſed ex parte paſſi, cui repugnat efficiẽter mouere ad terminum, ad quem, quando producitur p Phyſicam tranſmutationem. Et ideò tale medium non poteſt aſſumi, vt inſtrumentum ad producendum talem terminum. Sed cõtra, quia illa cognitio principiorum eſt imperfectior cognitione concluſionis; ergo non poteſt concurrere effectiuè ad illam. Cauſſa enim effectiua debet eſſe perfectiòr ſuo obiecto. Reſpondetur, negando conſequentiã, quia concurrit, vt inſtrumentum; inſtrumentum autem non eſt neceſſe, quod ſit perfectius effectu. Secundò reſpondetur, quod non eſt imperfectior. Et ſi dicitur, eſſe in potentia ad producendam concluſionem, eſt in potentia actiua, quod non eſt imperfectio. Et per hoc patet ad ſecundum.

Obiectio. *Solutio. 1.* *Solutio. 2.* *Ad 2. arg.*

Ad 3. Arg. Ad vltimum patet reſponſio ex ſecũda concluſione; & illi actus poſſunt manere ſimul, quia obiecta habent modũ vnius, & ordinem inter ſe; intellectus autem noſter benè poteſt habere plures cognitiones ſimul, quando habent ordinem inter ſe, vt patet 1. p. q. 58.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Vtrum minor ſimul tempore cognoſcatur in concluſione.

1. Argum. ET videtur quod non. Primò, quia ſæpe cognoſcimus concluſionem, antequam aſſentiamur minori; ergo, &c. Probatur antecedens, quia poſſum cognoſcere, omnem hominem eſſe riſibilem, antequam cognoſcam, eſſe rationalem, vt, ſi ab effectu, & per experientiam cognoſco; ergo, &c. Dices, debere intelligi cognita maiori & minori, vt, ſi fiat hic ſyllogiſmus; omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale. Contra; nam etiam dices, quod cognita maiori cognoſcetur concluſio, quia ſi minor ſimul cum illa cognoſcatur, cognoſcetur etiam concluſio tunc.

Solutio. *Impugn.*

2. Argum. Secundò: vel intelligitur de ſimulate aſſenſuum pro eodem inſtanti, vel tantum de immediatione eorum, ita vt vnus immediatè ſequatur poſt alium. Non primum, quia noſter intellectus non poteſt ſimul plura intelligere. Et rurſus idem probatur, quia cognoſcit concluſionem diſcurrendo; ergo habet aſſenſum concluſionis poſt aſſenſum præmiſſarum, & non ſimul. Probatur conſequentia, quia ad diſcurſum requiritur ſucceſſio cognitionum, & vna debet eſse cauſſa alterius; & iterũ, quia illi duo aſſenſus ſunt eiuſdem ſpeciei, & ita non poſsunt ſimul eſse in eodem. Nec verò poteſt dici ſecundum; quia vterque aſsenſus incipit eſse in inſtanti, ergò neceſsario debet inter illos mediare tempus, quia non dantur duo inſtantia immediata. Dices, ſuccedere aſsenſum concluſionis aſsenſui minoris, & ad hoc ſatis eſt, quod non mediet alius aſsenſus. Sed contra, quia

Solutio. *Replica.*

mediat aſſenſus bonitatis conſequẽtiæ; non enim concluſioni præbebo aſſenſum, niſi videam prius, conſequentiam eſſe bonam.

3. Arg. Tertiò. quia poteſt capacitas intellectus, & eius virtus finiri in minori; cum ſit finita: ergò tunc non poterit cognoſcere concluſionem: falſum ergò eſt illud aſſerere.

4. Arg. Quartò. Homo operatur liberè: ergo poterit pro ſua voluntate ſuſpendere aſſenſum concluſionis, quia ea, quæ homo liberè facit, poterit facere, & nõ facere: & maximè, quia experientia videtur conſtare, me maiori, & minori aſſentiri poſſe, & non concluſioni.

5. Arg. Quintò Si habenti errorem circa cõclusionem adducatur demonſtratio, nõ poterit in eodem inſtanti habere aſſenſum minoris, & concluſionis: ergò intentũ Probatur antecedens: quia error reſiſtit aſſenſui concluſionis: nullus enim poteſt habere iudicia contraria in eodem inſtanti.

6. Arg. Sextum argumentum: nam ſi cognita minori cognoſcitur concluſio, ſequitur, quod ſit ſuperflua cognitio concluſionis in ſeipſa: nam iam erat cognita, & perfectiori modo: nam erat cognita in principiis, quæ cognoſcuntur habitu primorum principiorum, & ſic nobiliori modo erat cognita, quia principia nobiliori cognitione cognoſcuntur, quam concluſio.

Deciditur quæſtio.

1. Conclus. PRima concluſio: Si non ſit cognita bonitas conſequentiæ, benè poteſt aſſentiri maiori & minori, & non concluſioni. Probatur concluſio: quia iudicium bonitatis conſequentiæ eſt neceſſarium ad aſſentiendum concluſioni: ſi enim video, non benè inferri, nullatenus aſſentior illi: deficiente enim medio neceſſario non ſequitur aſſenſus cõcluſionis.

2 Concluſ. Secunda concluſio: Benè poteſt intellectus in eodem inſtanti aſſentiri cõcluſioni, & minori, etiamſi id faciat diſtinctis actibus; & de facto facit. Hæc concluſio eſt expreſſa ſententia Ariſtot. in hoc 1. t. & D. Tho. ibidem, lect. 2. vbi ſic dicit: Si ſic demonſtret aliquis, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, iſta cognita nondum habetur concluſionis cognitio; ſed cum poſtea accipitur: hæc figura, in ſemicirculo deſcripta, eſt triangulus; ſtatim ſcit, quod habeat tres angulos. Et quando dicit, ſtatim, intelligit ſimul tempore, vt patet ex principio textus. Et poteſt ſuaderi concluſio: quia in hoc nulla eſt implicatio, ſed explicanda eſt cõcluſio iuxta expoſitionem ſap. Mag. Soto, quod ſuppoſita apprehenſione terminorum, in quibus apprehendendis tẽpus inſumitur, ſi præſtemus aſſenſum maiori, & minori, ſimul pręſtamus concluſioni in eodem inſtanti tẽporis; licet prius natura aſſentiamur maiori, & minori: quia iſti aſſenſus ſunt cauſſa aſſenſus cõcluſionis. Et ſi arguas: quia intellectus diſcurrit: ergò in diuerſo tempore cognoſcit antecedens, & conſequens: non enim poteſt intellectus à principiis ad concluſionem procedere in inſtanti, cũ phantaſmata antecedentis, & conſequẽtis in tempore cognoſci debeant. Reſpondetur, rationem diſcurſus in eo ſitam eſse, non quod vnum poſt aliud cognoſcatur ſecundum ſucceſſionem temporis, ſed in eo, quod vnum ex vi cognitionis alterius per diſtinctum actum cognoſcatur: ita vt notitia vnius ex cognitione alterius cauſsetur. Vide D. Tho. 1. p. q. 14. art. 7.

3. Concluſ. Tertia concluſio: Cognita bonitate conſequentiæ, & apprehenſis præmiſſis, euidenter neceſſitatur intellectus, quoad exercitium, & ſpecificationem, ad aſsenſum concluſionis; in eodẽ enim inſtanti, quo cognoſcit principia, & aſſentitur illis. Probatur, quia ſi intellectus exeat in actũ circa illam concluſionem, talis actus debet eſse aſsenſus, & non diſsenſus; ergo neceſſitatur quoad ſpecificationem. Conſequentia probatur, quia hoc eſt neceſſitari, quoad ſpecificationem, ſi debeat habere actum, non poſse exire ab illo obiecto talis concluſionis. Sed antecedens probatur, quia cum videt, principia eſse vera, & conſequentiam bonam, & ex

Quãdo intellectus neceſſitetur ad aſſensũ cõcluſionis.

vero

vero non inferri, niſi verum, videt ſequi veram concluſionem. A vero autem intellectus diſſentiri non poteſt: ſi debet habere actum. Quod verò neceſſitetur quoad exercitium, probatur: quia intellectus non eſt formaliter liber, ſicut voluntas, ſed agit naturaliter, ſicut potentiæ ſenſitiuæ: ergò præſenti obiecto, & ſufficienter applicato, non poteſt circa illud non operari; ſicut, ſi viſui non impedito applicetur debitè color, non poteſt non videre: ita intellectus in caſu poſito non poteſt non aſſentiri. Item poſita cauſſa naturali cum omnibus requiſitis, ſequitur effectus: ſed aſſenſus maioris, & minoris apprehenſis extremis eſt huiuſmodi; ergò ſequitur aſſenſus concluſionis, & ex neceſſitate debet eſſe alius aſſenſus minoris ab aſſenſu concluſionis, quia eſt aſſenſus diſcurſiuus, qui ex neceſſitate debet cauſſari ex alio aſſenſu, vt diximus.

Intellectus neceſſitatur quoad exercitiũ, quia nõ eſt formaliter liber.

4. Concluſ. Concluſio virtualiter cognoſcitur in pr amiſſis.

Quarta concluſio. in principiis virtualiter cognoſcitur concluſio. Probatur: nam concluſio continetur in principiis, vt in cauſſa: ergo virtualiter: ergo, quando cognoſcuntur principia virtualiter, cognoſcitur cõcluſio. Et notat Caietanus, quod cognoſci virtualiter plus eſt, quam cognoſci potentialiter, ſicut eſſe hominem plus eſt, quam eſſe animal, & quantò principia ſunt propinquiora concluſioni, tãtò perfectius cognoſcitur concluſio; non autem cognoſcitur concluſio abſolutè, quia ipſa non terminat cognitionem. Ad hoc enim, vt abſolutè diceretur cognoſci, erat neceſſe, quod terminaret cognitionem, ſiue primariò, ſiue ſecundariò. Quando verò ipſa non terminat cognitionem, ſed aliud, in quo cognoſcitur, non dicitur cognoſci ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vel virtualiter, ratione alterius rei cognitæ, in cuius virtute continebatur. Et ita concluſio in principiis nõ conterminat (vt ita dicam) actũ cognitionis, vnde non ſimpliciter cognoſcitur. Ex hoc ſoluitur argumentum Platonis. Non enim ante demonſtrationem ſcimus concluſionem in ſe, ſiue primariò, ſiue ſecundariò, ſed ſolum virtualiter. Demonſtratio verò facit, vt in ſe cognoſcatur, & formaliter, ſicut, quãuis arbor in ſemine ſit virtualiter, non fruſtra eſt arboris generatio, quia facit illam eſſe formaliter. Sed aduerte, quod quando dicimus, cognita maiori, & minori cognoſci cõcluſionem, loquimur de cognitione concluſionis in ſe. Hæc concluſio eſt D. Thomæ, ſupra dicta lectione, & Caiet. hic, circa 4. concluſionem.

Diſſoluuntur argumenta.

AD primũ reſpondetur, quod ſolutio ibi data eſt optima. Et ad replicam reſpondetur, quod cognita maiori cognoſcitur concluſio, etiamſi ſimul minor cognoſcatur: nam vtrumque eſt neceſſarium cognoſci. *Ad 1. arg.*

Ad ſecundum reſpondetur, quod cognitio minoris, & cognitio cõcluſionis in ſe non eſt vnica cognitio, ſed duplex. Et iſta duplex cognitio in eodem inſtanti habetur, & vna eſt alterius cauſſa: vnde non habentur in duobus inſtantibus, & benè poſſunt eſſe in eodem inſtãti, quia habent inter ſe ordinem cauſſæ, & effectus. *Ad 2. Cognitio concluſionis et minoris in ſe, nõ eſt vna cognitio*

Ad tertium dicitur, quod capacitas intellectus eſt infinita ſyncategorematicè. & non poteſt cognoſcere tot, quin poſſit plura cognoſcere. Vide aliam ſolutionem in Magiſtro Soto, in præſenti. Aliqui dicunt, quod non eſt maior difficultas in aſſentiendo concluſioni, maiori, & minori cognitis, quam ſit in cognitione maioris, & minoris. Et ita poſita cognitione maioris, & minoris ſequitur ſine difficultate cognitio concluſionis. *Ad 3.*

Ad quartum reſpondetur ex tertia concluſione. *Ad 4. arg.*

Ad quintum reſpondetur a Magiſtro Soto, quod in eodem inſtanti corrumpitur error, & habetur aſſenſus contrarius, & in genere cauſſæ materialis prior eſt corruptio aſſenſus: & in genere cauſſæ efficientis prior eſt aſſenſus veritatis. Et ſicut in eodem inſtãti eſt expulſio tenebrarũ, & introductio luminis: ita in propoſito eſt in eodẽ inſtanti expulſio erroris, & introductio veritatis. *Ad 5. arg.* *Optimum ſimile.*

Forſan aliam ſolutionem habebis ex D. Tho. 1.2.q.113.art.7.ad 4. & vide etiam ſolutionem ad 3. pro hac quæſtione.

Ad 6. arg. Ad ſextum iam diximus, concluſionẽ cognoſci in præmiſſis, non in ſe, ſed in virtute productiua, & cauſſatiuæ ipſius. Et non eſt illa nobilior cognitio concluſionis, quæ ſi in ſe cognoſceretur, quia in ſe cognoſcitur diſtinctè & actu, in principiis in potentia, & virtualiter. Perfectior autem cognitio eſt illa, quæ eſt clara, quam quæ eſt potentialis, & illa, quæ eſt formalis cognitio, quã quę eſt virtualis. Et hæc de primo cap. huius libri.

QVAESTIO LXXXIX.

Vtrum ea, quę Ariſtot. docet cap. 2. vera ſint?

1. Argum. ET videtur, quod non: Nam demonſtrationes phyſicæ procedunt ex notiorib. nobis, ſcilicet, ex effectib. & non ex cauſſis: ergo falſum eſt, demonſtrationes procedere ex notioribus ſecundum ſe. Antecedens patet, quia, cum rerum eſſentiæ nobis ſint ignotæ, ſæpiſſimè eas per effectus demonſtramus.

2. Argum. Secundò. Metaphyſica eſt vera ſcientia, & tamen non procedit ex cauſſis: nã cum demonſtrat, Deum eſſe æternum, ens eſſe vnum, cum iſtæ proprietates non habeant cauſſam, non poſſunt procedere ex cauſſis. Ex quo ſequitur, quod nec ex notioribus, & prioribus procedat, quia vbi non eſt cauſſa, nõ eſt prius, nec notius.

3. Argum. Tertiò, contra definitionem ſcire. Nã ſcientia naturalis, vt Phyſica, eſt vera ſcientia, & tamen res, quas demõſtrat, contingit aliter ſe habere, quia demonſtrant, flante Auſtro pluuias generari, & alia multa huiuſmodi, quæ ſæpiſſimè ſunt falſa.

4. Argum. Quartò. Demonſtratio non facit ſcire: malè ergo dicitur, quod ſit ſyllogiſmus faciens ſcire. Antecedens probatur: quia demonſtratio formaliter eſt ens rationis: ſed ens rationis nõ poteſt facere ſcire, nec effectiuè, nec formaliter, & non poteſt in alio genere cauſſæ concurrere: ergò, &c. Min. prob. quia, cũ ſolum habeat eſſe obiectiuum in intellectu, non poteſt illã cauſſalitatẽ habere.

5. Argum. Quintò. Theologia eſt verè ſcientia, & in illa non ſcimus cauſſas concluſionis, & quod illius ſint cauſſæ, & quod non poteſt aliter ſe res habere: nã, aliàs Theologia eſſet euidens ſcientia: nam ad cognitionem euidentem habendam nihil aliud requiritur. Et confirm. nam ſcientia de Incarnatione eſt de re contingenti: ergò ſcientia non eſt de his, quæ aliter ſe habere non poſſunt. Antecedens patet, quia contingens fuit, Deũ incarnari. Dices, quod ſit neceſſarium, vt ſtat ſub reuelatione, & cognitione diuina. Contra: nam etiam poſſemus habere ſcientiam de locutione, & ambulatione, & negatione Diui Petri: quia ſtat ſub cognitione diuina: & vt ſic non poteſt aliter ſe habere: hoc autem eſt falſum: quia illa ſunt purè contingentia: ergo, &c.

6. Argum. Sextò, contra definitionẽ demonſtrationis, quod ſit ſyllogiſmus faciens ſcire. Nam actus ſcientificus, ſeu actus, qui eſt ſcientia, eſt concluſio: ſed concluſio eſt pars demonſtrationis: ergo malè definitur demonſtratio per ſuam partem. Et confir. quia demonſtratio non facit ſcire: nam in nullo genere cauſſę hoc facit, vt patet diſcurrẽti per ſingulas cauſſas; & illud verbum facere denotat aliquod genus cauſſalitatis: ergo eſt mala definitio. Sed anteced. prob. quia concluſio ſcita eſt pars demonſtrationis: ergo demonſtratio non facit ſcire.

Deciſio quæſtionis.

Ad 1. arg. RESpondeo, omnia aſſerta ab Ariſt. præſenti loco veriſſima eſſe, & probatur, ſoluendo argumenta. Ad primum reſpondetur, Ariſtotelem hic tractare de potiſſima ſciẽtia, quę eſt à priori: & ita debet procedere ex his, quę ſunt notiora ſimpliciter, & ſecundum ſe, cuiuſmodi ſunt cauſſæ, reſpectu effectuum. *Modus dicendi aliquorum.* Alii volunt hoc habere verum in omni ſcientia etiam à poſteriori, quia etiam illa procedit ex notioribus, & cauſſis, non quidem in eſſendo,

Digitized by Google

do, ſed in cognoſcendo. Effectus enim ſunt notiores in cognoſcendo reſpectu noſtri, cauſſis illarum; & dicunt etiam habere rationem cauſſæ in cognoſcendo reſpectu concluſionis demonſtratæ à poſteriori.

Ad 2. arg. Ad 1. egi latiſſimè lib. 1. quæſt. 7. & ideò non libet eadem iterum repetere.

Ad 3. arg. Solutio aliquorum. Ad 3. aliqui dicunt, vt ſit ſcientia naturalis, ſat eſſe, quod demonſtret, ea quæ vt in plurimum contingunt, licet aliquando non verum habeant. Nam phyſica inclinat ad hanc concluſionē: In omni vere ſunt tonitrua. Quod ſi aliquando veris tempore deficiant, non propterea non eſt ſcientia, quia ad rationem ſcientiæ ſufficit, quod ſint in vere vt in plurimum tonitrua, quia eadem certitudo non eſt quærenda in omnibus.

Impugnatur præcedens ſolutio. Sed hanc ſolutionem falſam iudico, quia ſcientia eſt uirtus intellectualis, & ita habet indefectibilem ordinem ad verum, quod eſt bonum intellectus. Et ſicut eſt impoſſibile, quod virtus moralis inclinet ad malum morale, ita eſt impoſſibile, quod ſcientia inclinet ad falſum, quod eſt malum intellectus. Vnde cum in philoſophia demonſtratur, quod in vere ſunt tonitrua, ſenſus eſt, non quod omni tempore veris ſint tonitrua, ſed quod vt in plurimum ſunt tonitrua in tali tempore, quia vt in plurimum pònitur tonandi cauſſa in vere. Et ſi dicas, ergo Philoſophia eſt tam certa, ſicut Mathematica, & Metaphyſica. Reſpondetur, quod tam infallibiliter inclinat ad verum. Ceterum non eſt illud verum tam certò cognitum, propter differentiam medii demonſtrationis: nam medium phyſicum concernit materiam ſenſibilem, quæ aliquo modo tollit certitudinē, quia motus cauſſa eſt variabilitatis.

Ad 4. Demōſtratio pro materiali eſt illa, quæ cauſſat ſciētiam. Ad quartū reſpondetur, quod demōſtratio pro materiali cauſſat effectiuè ſcientiam. Intentio verò, quæ eſt forma demonſtrationis, eſt conditio, ſine qua non cauſſaret materialē ſciētiam, quia illa eſt, quæ formaliter ordinat cōceptus in demonſtratione. Et ad hoc ſat fuerit, quod ſit fundamētaliter proxima, vt lib. 1. & 2. dictum eſt: ſicut ad hoc, quod Sacramenta cauſſent gratiā, neceſſaria eſt ſignificatio, quæ eſt aliquid rationis: nam Sacramenta efficiūt, quod ſignificant.

Ad 5. Quid ſufficiat ad hoc vt Theologia noſtra ſit ſcientia. Ad 5. reſpondetur. Theologiam ſecūdum ſe euidentem eſſe, licet non prout eſt in nobis viatorib. Et ad hoc, vt in nobis ſit verè ſcientia, ſufficit, quod ſubalternetur ſciētię euidenti Dei, & beatorum. Nam euidentia eſt de ratione ſciētię in ſe, vel in ſua ſubalternanti, cui poteſt continuari. Secundò reſpondetur, quòd non eſt de eſſentia ſcientiæ euidentia: nam euidētia in ſcientia requiritur pp certitudinem, & cum noſtra Theologia certiſſima ſit, hinc ſit, quod ſit vera ſcientia, licet non ſit euidens. Eſt autem ſciētia, quia procedit ex rationibus formalibus ad minus, & diſcurſu quodam elicit cōcluſiones certas, & infallibiles.

Ad confir. Ad confirm. variè ſolet reſponderi. Et prius eſt aduertendum, Incarnationem non eſſe obiectum ſpecificatiuum ſcientiæ alicuius, ſed de illa in Theologia fieri ſermonem in ordine ad obiectum ſpecificatiuum. Nam Deus eſt obiectū ſpecificatiuum ſcientiæ Theologiæ, vt aſſerit Doctor noſter, & Eccleſiæ, 1. p qō. 1. ar. 8. Scientia de Incarnatione non differt ſpecie ab illa ſcientia, quæ de Deo tractat, quæ eſt Theologia: ſed eadem Theologia, quæ tractat de Deo, tractat de Incarnatione Verbi Dei. Ex quo ſequitur prima ſolutio, quod Theologia eſt ſcientia tractans de Incarnatione, non vt de obiecto ſpecifico, & formali, ſed vt de obiecto materiali, ī ordine ad ſuū obiectum formale. Et non eſt inconueniens, quod ſit cognitio ſcientifica de aliquo ſingulari indirectè, & reflexè, vt ſtat ſub illa ratione ſpecificatiua: ſicut ſcientia, quæ tractat de homine, tractat etiam de hoc homine reflexè, & indirectè. Sed hæc ſolutio non multum placet.

Exponitur mens D. Thomæ. Secunda ſolutio eſt, quod, cum D. Th. dicit de ſingularibus, illa, vt ſtant ſub diuina reuelatione, poſſe eſſe ſcientiam, accipit ſcientiam pro cognitione certa, & infallibili. Non verò loquitur de ſcientia, prout eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem, quia ſingularia, vt ſic, nullas proprietates ſcibiles habent præter proprietates ſuorū vniuerſalium. Secus eſt in Deo, qui propter

ſuam infinitam eſſentiam ſingularem habet propria attributa de ipſo, per rationem formalem ipſorum demonſtrabilia. Quamuis pro hoc ſtatu ſub ratione vniuerſali cognoſcatur à nobis. Tertiò reſpondent aliqui, quod de Incarnatione in communi habetur ſcientia, quia de potentia Dei abſoluta potuerunt eſſe plures Incarnationes, vt, ſi Pater fieret homo, & Spiritus Sanctus ſimiliter. Vnde ita agimus modò de Incarnatione, ſicut de aliquo communi. Sed iam excedimus limites logicales.

Ad 6. Ad ſextum reſpondet D. Tho. 1. p. q. 14. art. 1. ſol. ad 1 & 2. Vide ibi Caiet. & M. Bañes. Angeli autem vnica cognitione cognoſcunt, hominem eſſe riſibilem, quia eſt rationalis: non verò per diuerſas cognitiones. Sed ex parte rerum cognoſcit, hominem eſſe talem, quia habet talem eſſentiam. Et hoc ſufficit ad rationem ſcientiæ. Non autem eſt neceſſe, quod cognitio, qua cognoſcitur, eſſe rationalem, ſit cauſſa cognitionis, qua cognoſcitur eſſe riſibilem, quia hoc ſolum habet locum in cognoſcentibus diſcurſiuè. Cognoſcunt itaque in re, vnum eſſe cauſſam, ſeu rationē alterius, quod ſufficit ad ſcientiam, licet non ſit vna cognitio cauſſa alterius cognitionis.

QVÆSTIO XC.

Vtrum definitio propoſitionis immediatæ ſit bona.

1. Argum. PRopoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior. Et videtur, hanc definitionē non eſſe bonam: Nam ſi aliqua eſſet propoſitio immediata, eſſet vtique illa, in qua prædicatur definitio de definito: ſed hæc nō: ergo, &c. Probatur maior: quia definitio ſine medio ineſt definito. Min. probatur: quia vna definitio demonſtratur à priori per aliam: ergo non eſt immediata. Prob. conſeq. quia vna immediata propoſitio non eſt à priori demōſtrabilis, cum non habeat aliam propoſitionem priorem. Sed antecedēs prob. quia definitio materialis demonſtratur per definitionem formalem, vt aſſerit D. Tho. hoc lib. lect. 4. Si dicas, quod eſt demonſtratio à poſteriori; contra: nam cum explicet vtraq; definitio rei eſſentiam in ſe, vna alterius effectus eſſe non poteſt.

2. Argum. Secundò: Hæc propoſitio, homo eſt intellectiuus: eſt immediata; quia prædicatum ſine medio conuenit ſubiecto, & tamen hæc propoſitio, homo eſt rationalis, eſt prior illa, quia eſſentia prior eſt paſſione, & ita propoſitio ſignificās eſſentiam prior eſt propoſitione ſignificante paſſionem. Si dicas, quod eſt immediata: contra: eſt demonſtrabilis: ergo non eſt immediata. Prob. antecedēs, quia hæc eſt demōſtratio: omne animal rationale eſt intellectiuum: homo eſt animal rationale: ergo intellectiuum.

Deciſio quæſtionis.

1. Concl. COncluſio: Optimè Ariſt. definiuit propoſitionem immediatam, dicendo, illā eſſe, qua non eſt altera prior. Hanc autem concluſionem ſic explicat D. Tho. lectio. 5. Nam demōſtratio procedit ex prioribus: quandocunque igitur aliqua propoſitio eſt mediata, id eſt, habens medium, per quod demōſtretur prædicatum de ſubiecto, oportet, quod priores ea ſint propoſitiones, ex quibus demonſtretur: nam prædicatum concluſionis per prius ineſt medio, quam ſubiecto, cui etiam per prius ineſt mediū, quam prædicatum. Relinquitur ergo, quod illa propoſitio, qua non ſit altera prior, ſit immediata; v. g. hæc propoſitio non eſt immediata, omne animal rationale eſt volitiuum, quia mediat inter illam, & aliam, vbi ponitur ſubiectū, iſta: omne intellectiuum eſt volitiuum: nam ita ſit demonſtratio in primo modo primæ: omne animal rōnale eſt volitiuum: omnis homo eſt animal rōnale: ergo omnis homo eſt volitiuus. Prima nō eſt immediata, quia mediat iſta, omne animal intellectiuū eſt volitiuū, & eſt medium, per qđ demonſtratur. Itaque propoſitio

Definitur propoſitio immediata.

650

tio immediata eſt illa, quæ caret medio, per quod a priori demonſtretur, quando, ſcilicet, inter ſubiectum, & prædicatum non eſt medium, per quod demonſtratur.

2. Concluſ. *Principia immediata ſunt duplicia.*

Secunda concluſio. Propoſitiones, ſeu principia immediata ſunt in duplici differentia. Quædam dicuntur dignitates, & maximæ propoſitiones: quædã dicuntur poſitiones. Hæc concluſio eſt D. Th. vbi ſupra. Dignitates ſunt; quodlibet eſt, vel non eſt; omne totum eſt maius ſua parte, de quibus agitur 4. Metaphyſic. text. 9. lectione ſexta, apud Diuum Thomam. Et ita dicuntur, quia nemo eis mente contradicere poteſt, ſed dignæ ſunt, vt propter ſeipſas illis aſſẽtiamur, quibus neceſſe eſt, vt fiat demonratio, actu, vel virtute aſſentiri, nec ingrediuntur formaliter demonſtrationẽ, ſed virtualiter, quia in virtute illarum aſſentimur demonſtratæ concluſioni. Aliqui cenſent, non eſſe neceſſe, quod præceſſerit aliquis actus circa illa, ſed ſufficit, quod natura ſit taliter inſtituta, vt actum diſſentiendi circa illa habere non poſſit, quod eſt virtualiter aſſentiri. Sed certè, ſaltem circa illud principium, quodlibet eſt, vel non eſt, neceſſarium eſt demonſtratorem habuiſſe actum; quia ſicuti eſt neceſſe, cognitionem entis præcedere ad reliqua cognoſcenda, quia eſt obiectum intellectus; ita eſt neceſſe, vt præcedat cognitio illorum vniuerſaliſſimorum principiorum, quia virtute, & ratione illorum omnib. aſſentitur. Poſitiones dicuntur definitiones rerum, & alia huiuſmodi, & iſtę ſufficiunt, ſi ſciantur in ipſa demonſtratione: nec eſt neceſſe, ante habuiſſe illarum cognitionem. Poſitiones dicuntur alio modo propoſitiones, quæ in alia ſcientia monſtrantur veræ, & præmittuntur ex illa, vt, à quolibet puncto in quodlibet punctum, eſt ſuppoſitio mathematica. Et Philoſophus probat eſſe veram, quia duo puncta non ſunt immediata.

Obiectio.

Et ſi fiat argumentum: Poſitio debet ſignificare verum; ſed definitio non eſt huiuſmodi: ergo non eſt poſitio. Probatur minor: quia pertinet ad primam operationem intellectus.

Solutio.

Reſpondet D. Thom. dupliciter. Primò, quod Ariſt. in ſubdiuiſione non ſumit propoſitionem, ſed principium. Vt ſit ſenſus, principiũ aliud eſt definitio, &c. Et definitio benè poteſt eſſe principium demonſtrationis. Secundò reſpõdetur, quod poſitio, licet non ſit propoſitio actu, benè tamẽ in virtute, quia cognita definitione apparet, definitionem de ſubiecto, ſeu de definito verè prædicari.

3. Concluſ.

Tertia concluſio. Principia, de quib. locuti ſumus, ſunt magis nota, quam cõcluſio. Hæc eſt D. Tho. lect. 6. & Ariſtot. ibidem. Et prob. quia concluſio eſt nota propter præmiſſas: ergo magis notæ ſunt præmiſſæ. Prob. conſeq. quia, propter quod vnumquodque tale, & illud magis: vt, ſi amamus proximũ propter Deum, magis amamus Deum.

Explicatio illius, propter quod vnũquodque tale, &c.

Hanc autẽ maximam ſic explicat D. Tho. lect. 6. huius lib. vbi ſic dicit: Attendendum eſt autem circa hãc rationem, quod cauſſa potior eſt effectu ſuo ſemper: quando ergo cauſſa, & effectus conueniunt in nomine, tunc illud nomen magis prædicatur de cauſſa, quam de effectu, ſicut ignis eſt magis calidus, quã ea, quæ per ignem calefiunt. Quandoq. verò cauſſa, & effectus non conueniunt in nomine, & tunc, licet nomẽ effectus non conueniat cauſſæ, tamen conuenit ei aliquid dignius, ſicut etſi in ſole calor non ſit; eſt tamen virtus in eo quædam, quæ eſt principium. Caloris nomẽ accipitur hic à D. Th. pro ratione etiam importata per nomen. Vbi aduerte mirabilem explicationem illius maximæ. Nam ſi nomen & ratio nominis inuenitur in effectu, & cauſſa potiori modo in cauſſa reperitur; quia ſemper cauſſa eſt potior ſuo effectu. Si verò ſolum ratio reperiatur in effectu, & non in cauſſa, reperietur in cauſſa aliqua alia virtus potior virtute effectus, & magis perfecta, ſicut aer calefit à ſole, & non licet inferre: ergò magis calidus eſt ſol: ſed benè infertur; ergo habet virtutem potiorẽ calore, & quæ eminenter calor fit.

Alia explicatio ex D. Tho.

A liã etiam habet expoſitionem ſingularem Angelicus Doctor 1. p. q. 87. art. 2. ad 3. vbi ſic dicit. Ad tertium dicendũ, quod, cũ dicitur, propter quod vnumquodq; tale, &c. veritatem habet, ſi intelligatur in his, quæ ſunt ordinis vnius, puta

Digitized by Google

in vno genere cauſſæ, vt ſi dicatur : qđ ſanitas eſt deſiderabilis propter vitam; ſequitur, quod vita ſit magis deſiderabilis, quia vtraque deſideratur in genere cauſſæ finalis. Si autem accipiantur ea, quæ ſunt diuerſorum ordinum, non habet veritatem: vt ſi dicatur, quod ſanitas eſt deſiderabilis propter medicinā, non ideo ſequitur, quod medicina ſit magis deſiderabilis; quia ſanitas eſt in ordine finium, medicina in genere efficientium cauſſarum: ita ſi accipiamus duo, quorum vtrumque ſit per ſe in ordine obiectorum cognitionis, illud, propter quod aliud cognoſcitur, erit magis notum: ſicut principia concluſionibus: ſed habitus vt ſic, non eſt de ordine obiectorum, nec ſpecies. Et ita non valet iſta conſequentia: obiecta cognoſcuntur propter habitus; & propter ſpecies: ergò magis cognoſcuntur habitus, & ſpecies: quia obiecta per habitus, & ſpecies cognoſcuntur, tanquam per diſpoſitiones, & formas, & non vt obiecta, quæ cognoſcuntur vt fines potentiarum. Vnde conſequentia non valet. Eandem explicationem habet 3.p.q.88.ar.3.ad 2.vide 3.expoſitionē, 1. Sent.d.12. ar.2.ad 1. vbi ſic dicit. Ad ſecundū dicēdum, quod dictum Philoſophi; propter quod vnumquodque tale, &c. intelligitur, quando illud, quod conuenit alicui propter aliud, eſt diuerſum in vtroque, & præcipuè, quando vnum eſt cauſsa alterius eſsentiali ordine cauſsæ: tunc enim cauſsalitas ſua eſt reſpectu totius ſpeciei, & non vnius indiuidui tantum, ſicut calor eſt magis in igne elementari, quā in corpore mixto, quia propter ignem eſt in corpore mixto. Sed quamuis Filius habeat à Patre hoc, quod ſpiret Spiritum Sanctum; nihilominus tamen non eſt hoc diuerſum in Patre & Filio, quia eandem virtutem ſpiratiuā, quam Pater habet, Filio communicatur. Et ideò per illam æqualiter Pater & Filius Spiritum Sanctum ſpirant, etſi etiam non eſset vna numero, ſed ſpecie tantum; ratio non valeret: ſicut patet in vniuocis generationibus. Non enim pater Socratis plus influit in filium Socratis, quam Socrates. Vide D.Tho.2.diſt. 15.q.2. art.2.ad 4.& 4.d.41.art.1.quæſtiun.1.ad 2.Vide etiam explicationem huius maximæ in Soto, & Caiet. in hoc ca. Vide quoque D.Th.lect.6. Vtrum verò propoſitio per ſe nota & immediata idem ſint, inferius videbitur.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. AD primum reſpondetur, quod, quia cauſſæ ſunt ſibi inuicem cauſſæ, & hac ratione induunt etiam rationem effectus, quando vna definitio demonſtratur per aliam, vt materialis per formalem, vel finalem, eſt demonſtratio à priori, vel ſaltem reducitur ad illam, quia definitio, quæ datur per cauſſam finalem, eſt ratio definitionis, quę datur per cauſſam materialem, & mediū probans ipſam; Per hoc enim oportet domum fieri ex lapidibus, quia eſt operimentum protegens nos à frigore, & æſtu. Ita D.Tho.lib.iſto, lectione 4. quia cauſſæ ſunt ſibi inuicem cauſſæ in diuerſo genere.

Ad 2.arg. Ad ſecundum dicetur lib.2. vbi hoc ſedem propriam habet.

QVAESTIO XCI.

Quid ſit propoſitio per ſe nota.

CIrca caput. 3. libri 1. hæc quæſtio diſputanda eſt. Definitionē propoſitionis per ſe notæ apertè ſatis noſter Angelicus Doctor multis in locis conſtituit, & hic, & 1.p.q.2.ar.7. vbi ita dicit: Contingit aliquid eſſe per ſe notum dupliciter. Vno modo ſecundum ſe, & non quoad nos : alio modo ſecundum ſe, & quoad nos. Ex hoc enim aliqua propoſitio eſt per ſe nota, quòd prædicatū includitur in ratione ſubiecti, vt, homo eſt animal: nam animal eſt de ratione hominis. Si igitur notum ſit omnibus de prędicato, & de ſubiecto, quid ſit, propoſitio illa erit omnibus per ſe nota, vt patet in primis principijs demonſtrationum, quorum termini ſunt quædam communia, quæ nullus ignorat, vt ens, & non ens, totum, & pars. Si autem apud aliquos notum ſit de prædicato,

dicato, & ſubiecto, quid ſit, propoſitio quidem, quantum in ſe eſt, erit per ſe nota, non tamen apud illos, qui prædicatum & ſubiectum ignorant propoſitionis. Et ideò ait Boetius, eſſe propoſitiones per ſe notas apud ſapientes tantum, vt, incorporalia in loco non eſſe. Dico ergò, quod hæc propoſitio, Deus eſt, quantum in ſe eſt, per ſe nota eſt, quia prædicatũ eſt idem cum ſubiecto. Deus enim eſt ſuum eſſe, vt infra patebit. Sed quia nos non ſcimus de Deo, quid eſt, non eſt nobis per ſe nota. Sed indiget demonſtrari per ea, quæ ſunt magis nota, quoad nos, & minus nota, quoad naturam, ſcilicet, per effectus. Hæc clariſſima doctrina, & per ſe nota ab aduerſariis Diui Thomæ antiquis & modernis impugnatur his argumentis.

1. Argum. Primò. Hæc propoſitio, homo eſt intellectiuus, eſt per ſe nota, & tamen prędicatum non includitur in ratione ſubiecti: ergo malè definiuit D. Thom. propoſitionem per ſe notam. Maior probat. quia non habet medium, quo notificetur, & probetur eius veritas, quia prædicatum ſine medio conuenit ſubiecto.

2. Argum. Secundò. Hæ propoſitiones; quodlibet eſt, vel non eſt; omne totum eſt maius ſua parte, ſunt per ſe notæ, & prædicatum non includitur in ratione ſubiecti: nam eſſe maius ſua parte non includitur in ratione totius, nec eſſe vel non eſſe in ratione cuiuslibet rei: ergo, &c.

3. Argum. Tertiò. Omnis propoſitio per ſe nota ex propriis conceptibus cuilibet illos habenti, eſt per ſe nota: ſed qualibet propoſitio, quam dicitis per ſe notam, eſt huiuſmodi: ergò. Prob. minor, qa quilibet formans hanc propoſitionem, verbi gratia: Deus eſt, habet proprios illius conceptus, aliàs non à poſteriori eſſet illi nota, quia non habet proprios illius conceptus, & ita non cognoſcit illam; proprii enim conceptus haberi debent, vt aliqua propoſitio cognoſcatur.

Et confirm. Nam conceptus ſunt rationes cognoſcendi propoſitiones: ſi ergò habens in mente hanc propoſitionẽ Deus eſt, habet conceptus proprios illius, & iam erit illi per ſe nota: ſi non habet non cognoſcit illam. Quia per conceptus alienos non cognoſco ego talam propoſitionem: nam per conceptus leonis & fortis non cognoſco ego animal rationale.

4. Argum. Quartò. Definitio eſt alius terminus à definito: ergò propoſitio per ſe nota non eſt illa, quæ ex propriis terminis cognoſcitur. Antecedens patet: quia definitio eſt medium in demonſtratione, & non definitum, ergo eſt alius terminus. Vide alia argumenta in Soto, & in Caiet. in præſenti Capite.

Præambula ad quæſtionem.

Varia aſſerta Molinæ. Molina, vt diſcedat, à D. Thoma, ſicut illi eſt in morte, ſicut & aliis eiuſdem farinæ doctoribus, prima parte quæſt. 2. art. 1. hæc dicit primò, rem ſignificatam per hanc propoſitionem: Deus eſt, ſi ſecundum ſe conſideretur, & non vt his, vel illis terminis ſignificatur, aut his, vel illis conceptibus concipitur, eſſe quidem per ſe notam, id eſt ex ſuis extremis cognoſci poſſe, quomodo à beatis cognoſcitur, nobis autem, qui confusè in hac vita apprehendimus extrema, & per reſpectum ad creaturas, ſolum a poſteriori, & per diſcurſum eſſe cognoſci. *1. Aſſertũ.*

2. Aſſertũ. Dicit ſecundò, quod ſi loquamur de propoſitionibus, quoad ſua ſignificata, vt tamen propoſitionibus ipſis ſignificantur, tunc non habere locum diuiſionem propoſitionis in per ſe notam, quoad ſe, & quoad nos, & in per ſe notam, ſecundum ſe tantum. Nam res, quatenus per talem propoſitionem ſignificatur, & vt à nobis concipitur confusè & imperfectè, nec ſecundum ſe, nec quoad nos, eſt per ſe nota. Quando verò res ſignificatur ita diſtinctè, vt intelligatur, prædicatum eſſe in ratione ſubiecti, & quoad ſe, & quoad nos, eſt per ſe nota. Vnde infert, quod, cum in rebus ſecundum ſe nulla ſit propoſitio, ſed ſolum, vt apprehenduntur ab intellectu, aut his, vel illis vocibus ſignificatur, fit, vt nulla ſit propoſitio per ſe nota ſecundum ſe,

quæ

Digitized by Google

quæ non ſit etiam nota nobis. Et probatur: nam alia propoſitio eſt, quia extrema concipiuntur diſtinctè, & ſufficienter, vt ex terminis prædicatum conſpiciatur conuenire ſubiecto ab ea, qua non ita id conſpicitur, eſto, quod res, quæ vtraque propoſitione ſignificatur, eadem ſit. Et ita D. Thom. hic locutus eſt de propoſitione, quod ad rem ſignificatam dumtaxat, & non vt his vel illis terminis ſignificatur. Et ita dixit, dari propoſitionem per ſe notam ſecundum ſe, & non nobis, tametſi minus propriè locutus ſit: ita de Doctore Eccleſiæ loquitur iſte Doctor Molinarius, ſeu de Molina, commentator eius.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. Prima concluſio. Optimè definitur à Diuo Thoma propoſitio per ſe nota, & eſt illa, cuius prædicatum eſt in ratione ſubiecti. Hæc concluſio habet duas explicationes apud veros Thomiſtas. Prima, quod dicatur propoſitio per ſe nota illa, cuius prædicatum clauditur in ratione ſubiecti, vt pars ipſius rationis, vel vt idem cum ratione ſubiecti. Nam hæc propoſitio ſcripta & mentalis, homo eſt animal, per ſe nota eſt, quia animal eſt in ratione & eſſentia ſubiecti, vt pars ipſius. Similiter iſta eſt per ſe nota, homo eſt animal rationale, quia eſt ratio ſubiecti; ſecunda explicatio eſt, quod illa propoſitio ſit per ſe nota, cuius prædicatum eſt in ratione ſubiecti, vel conſequitur immediatè ad rationem ſubiecti. Et ita iſta eſt per ſe nota, homo eſt intellectiuus; quia, quamuis intellectus nõ ſit hominis definitio, nec pars definitionis, conſequitur immediatè ad hominis rationem, & ex eadem ratione, qua probatur, illam propoſitionem primam eſſe per ſe notã, probatur ẽt, iſtam ſecundam eſſe per ſe notã, quia vtraq; propoſitio per ſe nota cẽſetur ex eo, quod medio caret, qđ demonſtretur.

Probat. Probatur concluſio: nam illæ propoſitiones ſunt per ſe notæ, quæ non habent aliam propoſitionem, per quam manifeſtentur: nam tunc non ex alio, ſed eſ ſe habent rationem ſuæ notificationis: ſed ſupra dictæ propoſitiones, & omnes per ſe notæ ſunt huiuſmodi: ergo, &c. Mai. profectò ex terminis patet. Lumen enim propterea dicitur per ſe viſibile, quia non eget alio, vt videatur: ergò, ſi propoſitio non eget alio, vt cognoſcatur, ſed ex ſuis obiectis ſignificatis eſt cognoſcibilis, erit per ſe, & ex ſe nota, & non ex adminiculo alterius propoſitionis. Sed minor probatur: Nam ſubiectum & prædicatum huius propoſitionis, homo eſt animal rationale (& loquimur de ſubiecto & prædicato obiectiuè,) in re non diſtinguuntur, ſed ſunt idem, & idem eſt de hac: Deus eſt: ergò cognito ſubiecto ſtatim cognoſcitur prædicatum, quia ſunt idem, & non eſt neceſſe aliud medium cognoſcere, vt ratione illius intelligamus, prædicatum conuenire ſubiecto, & ita propoſitio eſt per ſe nota. Sed hæc propoſitio; homo eſt volitiuus, etiamſi videantur res, non eſt per ſe nota, quia eget noſter intellectus alio medio ad cognoſcendum veritatem illius, ſcilicet, cognoſcere, hominem eſſe intellectiuum, quod eſt medium, ratione cuius prædicatum volitiuum ſubiecto conuenit. Eſt ergò propoſitio per ſe nota illa, quæ per ſe cognoſcitur, & non per aliam propoſitionem. *Corollar.* Ex quo ſequitur, quod, quando propoſitio ſignificat quidditatem aliquam, & illa non eſt omnibus nota, etiam ipſa propoſitio non eſt omnibus nota. Nam, quamuis eſſe includatur, ſeu ſit eſſentia Dei, & qui videret Deum, cognoſceret hanc propoſitionem ſine alia media propoſitione, ſeu ratione ex parte obiecti cogniti, quia eſt idem eſſe Dei, quod eius eſſentia realiter, & formaliter, & magis, quam homo eſt idem ſibi, quia tamen in hac vita non cognoſcimus Deũ quidditatiuè, illa propoſitio, licet ſit per ſe nota, hoc eſt, quantum eſt ex ratione ſignificata obiectiuè, non egens alio medio, quo cognoſcatur, ſi res ſignificata in ſe videretur: tamen quoad nos pro ſtatu cognoſcentes Deum non eſt per ſe nota, quia non videmus ſubiectum, nec quidditatiuè cognoſcimus. Vnde eget noſter intellectus medio ali-

quo, vt prædicatum ſubiecto conuenire ſciamus. Et ita iſta propoſitio eſt demonſtrabilis. Hanc doctrinam aſſerit D.Thom. in hoc lib. lectio. 5. Vnde illa propoſitio ſecundum ſe dicitur nota; quæ non eget medio cognoſcendi extrema ſecundum ſe, vt intelligatur prædicamentum cõuenire ſubiecto. Et cum dicimus extrema ſecundum ſe, nolumus dicere, vt ignoranter intellexit Molina, quod ſint extrema in rebus, ſine ordine ad propoſitionem, & conceptus noſtros, ſed volumus dicere, quod ſignificata, quæ ſunt modò ſignificata harum propoſitionum: Deus eſt; homo eſt animal rationale, ſi quidditatiuè cognoſcantur, non egere medio, vt intelligamus, prædicatum cõuenire ſubiecto. Hæc autem; homo eſt volitiuus, egere medio, vt intelligamus, prædicatum conuenire ſubiecto, etiamſi quidditatiuè intelligam ſubiectum. Ex quo ſequitur rurſus, illam propoſitionem ſecundum ſe, & quoad nos eſſe per ſe notam, quæ nec ſecundum ſe, nec quoad nos eget medio, vt prædicatum intelligamus conuenire ſubiecto, vt eſt iſta; quodlibet eſt, vel non eſt; omne totum eſt maius ſua parte.

Reijcitur Molina.

Corollar.

2. Conclu. 1. Dictum Molinæ refellitur.

Secunda concluſio. Falſum eſt primum dictum Molinæ, in quo dicit, rem ſignificatam per ſe notam eſſe, ſi ſecundum ſe ſpectetur, & non prout his terminis, vel conceptibus ſignificatur. Et reddit rationem, quia ex ſuis extremis cognoſci poteſt. Probatur; quia Deus ex ſe nõ habet extrema, niſi prout propoſitionibus ſignificatur: ergò, licet ſit per ſe notus, ſeu ex natura maxime cognoſcibilis, quia eſt maximè ens, non hoc habet ſecũdum ſe, quia ex ſuis extremis cognoſci poſſet, quia extrema non ſunt niſi in ordine ad propoſitionẽ ſignificantem illa extrema.

3. Concl. Excluditur 2. aſſertam Molina.

Tertia concluſio. Secundum dictum Molinarii huius Doctoris etiam falſum eſt, & aduerte, quod, vt propoſitio dicatur per ſe nota ſecundum ſe, non debet referri ad hos, vel illos conceptus, ſed debemus accipere ipſam propoſitionem, ſecũdum quod refertur ad ſuũ ſignificatum. Nam propoſitio eſt oratio verũ, vel falſum ſignificans. Et quando cognito ſubiecto perfectè, & quidditatiuè cognoſceretur prædicatum, quia eſt in ratione ſubiecti, illa diceretur propoſitio per ſe nota ſecundum ſe. Quando verò cognito ſubiecto non cognoſceretur prædicatum cõuenire ſubiecto, ex ipſa ratione ſubiecti, ſed egeret medio aliquo, vt intelligeretur conuenire ſubiecto, diceretur propoſitio nõ per ſe nota, ſed demonſtrabilis. Et quia pro hoc ſtatu nos non cognoſcimus Deum quidditatiuè, quamuis iſta propoſitio, Deus eſt, ſit per ſe nota ſecundum ſe, hoc eſt, referendo illam ad ſua ſignificata quidditatiuè cognita, non tamen eſt nobis per ſe nota, quia non cognoſcimus Deum quidditatiuè. Itaque referẽdo illam ad homines imperfectè cognoſcentes Deum, prædicatum conuenire ſubiecto, demonſtratur per effectus, referendo illam ad ſuum ſignificatum, eſt ſecundum ſe per ſe nota. Eſſe autem per ſe notam ſecundum ſe non tollit, quin nobis ſit demonſtrabilis. Et Molina Aureolum ſequens fuit hallucinatus. Vide Caiet. & Soto hic, & Bannes 1. par. quæſt. 2. artic. 1. qui optimè rem hanc verſant.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg.

A D primum reſpondetur ex prima concluſione.

Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, quod hoc diſtinctum ens, vel non ens cadit in definitione cuiuslibet rei. Et idem eſt dicendum de parte, quæ cadit in ratione totius: nam totum eſt quod habet partes. Secundò reſpondetur, quod ſupra dicta, vel ſunt de ratione eorum, de quibus dicuntur, vel ſaltem conſequũtur immediatè ad rationes eorum, de quibus dicuntur: ita vt ſine aliquo medio conueniant, & hoc ſufficit ad rationem propoſitionis per ſe notæ.

2. Solutio.

Ad tertium reſpondetur, quod omnis propoſitio per ſe nota, ex propriis conceptibus obiectiuis, cuilibet cognoſcenti illos conceptus eſt per ſe nota, non tamen quælibet propoſitio per ſe nota

nota cognoſcitur ſecundum conceptus obiectiuos quidditatiuè, vt patet de propoſitione mentali: Deus eſt, quæ de ſe eſt nota per ſe, non tamen habenti illam; quia non cognoſcitur obiectum quidditatiuè, ſed connotatiuè, & per *confir.* conceptus creaturarum. Et per hoc patet ad confirmationem: Nam conceptus obiectiuos habere perfectè, eſt cognoſcere illos quidditatiuè, & ita cuilibet habenti illos, ſic hæc propoſitio, Deus eſt, eſt per ſe nota, non tamen habenti conceptus illius connotatiuos, & pro hoc ſtatu imperfectè cognoſcenti.

4. Arg. Ad quartum reſpondetur, quod eſt medium ad demonſtrandam ſecundam paſſionem de ſubiecto, non autem eſt medium, quod definitio ipſa conueniat ſubiecto, quia hoc eſt impoſſibile. Cum ergò dicimus, propoſitionem per ſe notam eſſe illam, quæ ex propriis terminis cognoſcitur, hoc vult dicere communis opinio, quod cognoſcitur ſine alio medio, ratione cuius intelligamus prædicatum conuenire ſubiecto.

QVÆSTIO XCII.

Vtrum vera ſint, quæ Ariſtot. docet in hoc cap. 4 de modis per ſe.

rgum. ET videtur, quod non. Quia iſta propoſitio: Deus eſt actus purus, eſt de omni, cum ſit per ſe, & non ſingularis, & tamen nec actu, nec aptitudine eius ſubiectum habet partes ſubiectiuas, & ſimiliter eius ſignificatum, nec menſuratur, nec eſt menſurabile temporum differentiis: ergo malè dicit, quod propoſitio de omni debet pro omni tempore competere omnibus ſuis inferioribus.

rgum. Secundò, contra primum modum dicendi per ſe: Subiectum ponitur in definitione proprii accidentis, & tamen non prædicatur in primo modo perſeitatis: ergo malè dicit Ariſtot. quod in primo modo ſunt definitiones, vel ea, quæ in definitionibus ponuntur. *Solutio.* Si dicas Ariſtot. debere intelligi de his, quæ ponuntur in definitione in recto, & non in obliquo; *Replica.* contra: nam expreſſa Ariſtot. & D. Thom. ponunt exempla de lineis, & punctis reſpectu trianguli. Vnde ita dicit Sanctus Doctor, lectione decima. Et hoc, quod dicit, quod per ſe ſunt, quæcunque inſunt in eo, quod quid eſt, id eſt, in definitione indicante quid eſt, ſiue ponatur in recto, ſiue in obliquo, ſicut in definitione trianguli ponitur linea, vnde linea per ſe ineſt triangulo.

3. Argum. Tertiò, contra ſecundum modum: Nā iſta eſt per accidens, animal eſt homo, quia non eſt de omni, & tamen ſubiectum ponitur in definitione prædicati: ergo malè dicit Ariſtot. ſecundum modum per ſe eſſe, quando ſubiectum ponitur in definitione prædicati. Similiter iſta eſt per accidens, animal eſt rationale, & ſubiectum ponitur in definitione prædicati: ergo, &c.

4. Argum. Quartò, contra tertium modum: Nā homo prædicatur de ſubiecto; & tamen eſt in tertio modo perſeitatis: ergo malè dicit Ariſt. tertium modum perſeitatis non eſſe modū prædicationis. Probatur minor, quia eſt ens per ſe, & tertius modus perſeitatis eſt modus eſſendi.

5. Argum. Quintò contra quartum modum Nā iſte modus coincidit cum ſecundo: ergo malè diſtinguitur. Probatur antecedens: quia iſta; homo eſt riſibilis, eſt in vtroque modo perſeitatis. Dices, quod eſt in illis ſecundum diuerſas rationes. Contra: quia eſt in ſecundo modo perſeitatis, quatenus profluit ab eſſentia, ſed eadem ratione eſt in quarto: ergò eadem ratione eſt in vtroque: & ita alter illorum ſuperfluit.

6. Argum. Sextò. Hæc propoſitio, Iugulatum interiit, eſt contingens, & tamen ponitur in quarto modo perſeitatis: ergo malè iſte quartus modus ad demonſtrationem conficiendam, quæ neceſſariam connexionem dicere debet, conſtituitur. Maior patet, quia nulla connexio per ſe importatur in ſupra dicta propoſitione, ſed totum eſt merum accidens.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. PRima cõcluſio. Dici de omni prioriſticè eſt prædicatum ita affirmari de ſubiecto, vt nihil ſit ſubſumere ſub illo, de quo non affirmetur prædicatũ, ſiue talis prædicatio cõtingens fuerit, ſiue neceſſaria; vt hæc propoſitio: oĩs homo vigilat, eſt de oĩ prioriſticè, quia ad formã ſyllogiſmi, de qua agitur in libris priorum, ſatis eſt, quod præmiſſæ regulẽtur per dici de oĩ hoc modo, aut per dici de nullo, ſi propoſitio fuerit negatiua. Vide Magiſt. Soto lib. 5. Summularum. Et quia hoc ad priorem reſolutionem pertinet, nõ eſt hic amplius tractandum. Dici de omni poſterioriſticè eſt prædicatum affirmari verè de omni ſuppoſito ſubiecti, & pro omni tempore: ſiue affirmatiuè, ſi habuerit inferiora, ſiue negatiuè, ſeu quantum eſt ex parte ſua, ſi non habuerit illa, quia prædicatum, quantũ eſt ex parte ſua, affirmaretur de omni ſuppoſito ſubiecti, ſi eſſent hæc ſuppoſita, & pro quolibet tempore, ſi ſuppoſita tempore menſurarentur. Vel explicemus hoc ita, quod dicatur de omni propoſitio illa, in qua nullum datur ſubiectum, de quo prædicatum non affirmetur, nec vllũ tempus, in quo prædicatum non conueniat ſubiecto. Et hoc ſufficit pro dici de omni poſterioriſticè, & ſufficit, quod prædicatũ affirmetur pro omni tẽpore, quo natũ eſt ineſſe ſubiecto. Vnde hęc ꝓpoſitio; in vere ſunt tonitrua, eſt de omni, quia prædicatum conuenit ſubiecto pro omni tempore, quo aptum eſt competere, ſcilicet, pro vere omni, & pro omni vere non ſemper, ſed vt in plurimum: quia dici de omni poſterioriſticè habet latitudinem, ſic adeò, vt Caiet. dicat de omni poſterioriſticè, analogicè dici de dici de omni pro omni ſubiecto & tempore, & de dici de omni certis temporibus à natura ſtatutis, & de dici de omni, vt in plurimũ illis temporibus ſtatutis. Quia dici de omni abſolutè & ſimpliciter participat rationẽ de dici de omni, dici verò de omni certis tẽporibus, & vt in plurimum, ſecundum quid. Sed ego dico, dici vniuocè, & ſolum eſſe differẽtiam penes magis, aut minus intra eandem rationem formalẽ: nam eſſentiam dici de omni poſterioriſticè eſt neceſſariò affirmari prædicatum de ſubiecto, pro omni contento ſub illo. Quod verò ſit pro omni ſubiecto, & tempore, vel pro omni tempore ſtatuto a natura, & vt in plurimum, ſunt gradus huius, quod eſt dici de omni. Simpliciter autem ſaluatur dici de omni in quolibet ſupradictorum, quia quodlibet illorum ſufficit ad demonſtrationem faciendam, & non fit demonſtratio, niſi in propoſitionibus de omni poſterioriſticè.

Secunda concluſio. Modi per ſe optimè ſunt aſſignati ab Ariſt. Sed aduerto pro intelligenda concluſione ex Magiſtro Sancto, poſter. lect. 10. hanc præpoſitionem, Per, denotare cauſſæ habitudinem. Et aliquando deſignat habitudinem cauſſæ formalis, vt quando dicimus, corpus viuere per animam; nã anima eſt forma hominis. Quandoq; verò deſignat habitudinẽ cauſæ materialis, vt, quando dicimus, corpus coloratum eſſe per ſuperficiem. Nam ſuperficies eſt proprium ſubiectũ, & immediatum coloris. Deſignat etiam cauſſam efficientem, ſicut cum dicimus, aquam caleſcere per ignem. Et ſicut hæc propoſitio, Per, deſignat cauſſam, & habitudinem cauſſæ, quando aliquid extrinſecum eſt cauſſa eius, quod attribuitur ſubiecto, vt, quando dicimus, aquam caleſcere per ignem. Ita dicit habitudinem cauſſę per ſe, quando ſubiectum eſt cauſſa eius, quod illi tribuitur, vt, quando dicimus, hominẽ per ſe eſſe riſibilem, quia eſſe riſibile homini per ſe cõuenit, non per aliquid extrinſecum. Itaq; hæc dictio, per ſe, denotat in præſenti, aliquid alicui cõuenire, & nõ ratione alterius, ſed ratione ipſius ſubiecti, cui tale prædicatum tribuitur. Cum igitur aliquid alicui tribuitur pertinẽs ad formam, & eſſẽtiã rei, eſt in primo mõ perſeitatis. Et qa definitio ſignificat formã, & eſſentiã rei, omnia illa ad primum modum perſeitatis pertinẽt, quæ ſunt definitio, vel pars definitionis. Vnde hæc, ho-

2. Concluſ.

Per multipliciter accipitur.

1. Modus dicẽdi per ſe quidſit.

mo

mo eſt animal rationale, eſt in primo modo perſeitatis: quia eſſe animal rationale conuenit homini ex propria forma, & eſſentia: & ita per ſe, non per aliud, nec accidentaliter. Secūdus modus perſeitatis eſt, quando hæc propoſitio, Per, deſignat habitudinem cauſſæ materialis, prout, ſcilicet, aliquid, cui tribuitur, eſt propria materia, & proprium ſubiectum ipſius. Nam proprium ſubiectum debet poni ī definitione accidētis: quia eſſe accidentis dependet à ſubiecto. Vnde definitio accidentis explicās eſſe & eſſentiam ipſius, debet continere in ſe ſubiectum. Et ita ſecundus modus dicendi per ſe eſt, quando ſubiectum ponitur in definitione prædicati, quod prædicatum eſt proprium ſubiecti accidens. Sicut riſibile per ſe in ſecundo modo prædicatur de homine: quia homo ponitur in definitione riſibilis, vt proprium ſubiectum: eſt enim riſibile homo aptus ad ridendum. Quando verò aliqua accidētia, ſeu aliqua ad modum accidentium ſignificata neutraliter inſunt, ideſt, ita, vt nec ponantur in definitione ſubiectorū, nec ſubiecta in definitione ipſorum accidentaliter inſunt, & prædicātur. Sicut muſicum & album prædicantur accidētaliter de animali; animal enim non ponitur in definitione muſici, nec muſicum in definitione animalis. Ex his poteris conſcendere ad illas propoſitiones altiſſimas, vt, Deus eſt æternus, & ſimiles, quæ reducuntur ad iſtum modum, quia in definitione æternitatis Deus ponitur, quia æternum eſt actus purus, cui nulla mutabilitas cōuenit, & quamuis Deus non ſit ſubiectum inhæſionis, nec materia reſpectu æternitatis, eſt tamē noſtro modo intelligēdi præſuppoſitū ad æternitatem; æternitas enim in ſua ratione Deum exigit, quod ſufficit, vt ad ſecūdū modum perſeitatis reducatur. Et quia dictio, per ſe, ſignificat etiam aliquid ſolitariè exiſtens, vt omnes modos perſeitatis annumeraret Philoſophus, dicit, tertium modum perſeitatis eſſe, quādo aliquid eſt per ſe exiſtens, ideſt, non in alio exiſtens, vt accidens eius. Et ita Petrus eſt in tertio modo perſeitatis: quia eſt per ſe exiſtens, & non in alio. Album verò non eſt per ſe exiſtēs; quia, vt inquit D. Thom. eadem lectione; cum dico album, vel ambulans, aliquid aliud eſt, quod ſit ambulans. Quæ ſententia hāc habet explicationem, quod album formaliter acceptum dicit accidens in cōcreto, ſeu in ſubiecto: & ita denotatur aliquid aliud, cui inhæret exiſtere, in quo album exiſtat formaliter: & ita album formaliter non eſt per ſe exiſtens. Et quamuis homo exiſtat in Petro, per ſe exiſtit, qa non exiſtit in Petro, vt in eo, cui inhæreat, ſed vt ſuperius in ſuo inferiori.

2. Modus quid. *3. Modus.* *4. Modus.*

Quartus modus perſeitatis eſt, cum illud Per, dicit cauſſam efficientē, vel quācunque aliam. Et ita dicit Ariſt. quidquid ineſt vnicuique, per ſe ipſum, per ſe dicitur de eo. Quod verò non per ſeipsū ineſt, dicitur per accidēs de eo. Hæc enim eſt per accidens, ambulans interiit; non enim propter ambulationē interiit, ſed hoc dicitur ſecundum accidens. Accidit enim, ambulantē interiiſſe. Hæc autem eſt per ſe, interfectū interiit: nā propterea, quod intarfectum eſt, interiit, & nō eſt accidens, quod interfectū interierit.

3. Conclus. Tertia cōcluſio. Concluſiones demonſtrationum includūt duplicem modum dicendi per ſe, ſecundū, ſcilicet, & quartum. Et probatur: quia propriè ſcibilia ſunt concluſiones demonſtrationum, in quibus prædicantur paſſiones de ſubiecto: ſed propria ſubiecta non ſolum ponuntur in definitione accidentium, vt ſubiecta, ſed etiam ſunt cauſſæ eorum propriæ: ergo concluſio demōſtrata eſt in 1.& 2. modo per ſe. Prob. ma. Nā principia demonſtrationum ſciuntur habitu primorum principiorum; nam definitiones ſunt principia, quæ ad intellectū pertinent. Mi. prob. quia illa propoſitio eſt ſcita; homo eſt volitiuus, in qua prædicatum prædicatur de ſubiecto proprio, & quod eſt ſimul propria illius cauſſa. Nō enim ad aliquid aliud, quam ad hominem riſibilitas conſequitur: ſed contra; nam de ente demōſtratur, quod ſit bonum, & tamen ens non eſt cauſſa bonitatis, quia eſt idem realiter, & formaliter cum illo. Et idem argumentum ſit de attributis diuinis. Reſpondetur, quòd, cum dicimus, quod eſt in quarto modo perſeitatis propoſitio, in qua effectus prædicatur de propria cauſſa accipitur

Digitized by Google

cipitur cauſſa, vel formaliter, vel pro ratione eſſendi, quæ à Caiet. vocatur cauſſa virtualis; quia, ſi prædicatum poſſet habere cauſſam, illa eſſet: nam ſi bonitas poſſet habere cauſſam, illa eſſet entitas.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod, vt propoſitio ſit de omni, ſat fuerit, quod ſit vniuerſalitas negatiua, reſpectu temporum, & partium ſubiectiuarũ, ideſt, quod nulla pars ſubiectiua detur, de qua, & in qua prædicatum non affirmetur de ſubiecto; & ita eſt actus purus, quia non datur aliquid inferius Deo, & aliquod tempus, de quo, & pro quo non affirmetur de illo. Secundò reſpondetur quod virtualiter affirmatur, quod ſi per impoſſibile haberet partes ſubiectiuas, actus purus de illis affirmaretur, & ſi menſuraretur tempore, de illo pro quolibet tempore affirmaretur. Eſt autem imperfectio in ſubiecto ſcientiæ habere partes ſubiectiuas, quia ex hoc ſequitur, ſubiectum eſſe ſaltem determinabile, quod dicit imperfectionem aliquam.

Ad 2. arg. Ad ſecundũ reſpondetur, quod quælibet pars definitionis eo modo, quo ponitur in definitione, prædicatur de definito primo dicendi per ſe modo. Si ſit in definitione in recto, prædicatur in recto, ſi in obliquo, prędicatur in obliquo. Quando enim dicimus, ſimum eſſe naſũ curuum, naſum & curuum in recto prædicantur de ſimo, quod eſt definitum. Quando autem dicimus, quod ſimitas eſt naſi curuitas, prædicatur naſi in obliquo de ſimitate. Et ſi definias hominem phyſicè, quod ſit conſtans corpore & anima, partes in obliquo prædicantur de definito. Nec iſte modus dicendi per ſe eſt reſtringendus ad ſola prædicata metaphyſica, quæ habent rationem generis, & differentiæ. Nam omnis definitio, & pars definitionis, cum per ſe conueniãt ſubiecto per propriam formam, & eſſentiam ſubiecti, ad primum modũ perſeitatis pertinent: Cum enim illæ partes affirmentur de ſubiecto, & non in aliis perſeitatis modis, in iſto neceſſariò debent collocari. *Obiectio.* Et ſi dicas ex Ariſtot. infra, tex. 13. & 36. qui dicit, ſubiectum per accidens prædicari de accidẽti, vnde iſta eſt per accidens; riſibile eſt homo: ergo etiam iſta; ſimus eſt naſus: & ita non erit in primo modo. *Solutio.* Reſpon. Ariſt. accipere ibi per accidens, vt idem valet, quod per aliud. Et quia naſus non conuenit ſimo, niſi ratione ſubiecti, in quo eſt, ideò dicitur conuenire per accidens, ideſt, per aliud, non tamen per accidens, ideſt, accidentaliter. Caiet. reſpõdet, quod, quæcunque ſint in definitione, prædicantur in primo modo, ſi res definiantur iuxta exigentiam ſuæ naturæ. Et quia accidentia, cum ſint formæ, definiuntur conformiter ad ſuam naturam, quando in abſtracto definiuntur, ideo partes, quæ in definitione accidentis in abſtracto definiti ponuntur, prædicantur in primo modo dicendi per ſe. *Obiectio.* Et ſi arguas; ergo, cum dicitur, quòd ſimitas eſt naſi curuitas, naſi prædicatur de ſimitate in primo modo. *Solutio.* Reſpondetur, quod adhuc debet intelligi ſupra dicta propoſitio alia limitatione, vt per ſe inſint ſubiecto eo modo, quo in definitione cadunt, ita vt ſi in recto, aut intrinſecè ad definiendum ſumantur, intrinſecè, & in recto de definito dicantur: Si autẽ vt additum & in obliquo, affirmentur de definito in primo modo vt additum, & in obliquo. Tertia ſolutio eſt, quod in iſto primo modo eſt latitudo quædam: nam aliquæ propoſitiones reponuntur in illo propriè, & principaliter: & iſtæ ſunt tam illæ, in quibus definitio, data de re ſecundum exigentiam, de definito prædicatur, vt, homo eſt animal rationale, quam illæ in quibus differentia conuertibilis prædicatur, vt homo eſt rationalis. Aliæ autem propoſitiones prædicantur propriè, & ſecundariò, vt illæ, in quibus reliquæ partes definitionis prædicantur, ſiue in recto, ſiue in obliquo, vt, linea eſt ex punctis, &c. Quædã verò impropriè, vt definitio, quæ non ſecundum rei exigentiam datur, vt, cum, dicimus, ſimus eſt naſus curuus. Et ita non omnia in primo modo de definito eodem modo prædicantur.

Ad tertium aliqui reſpõdent, illã propoſitionem, animal eſt homo, etiamſi ſubie- *3. Argum.* *1. Solutio.*

Digitized by Google

ſubiectum ponatur in definitione prædicati, non pertinere ad ſecundum modũ, quia eſt prædicatio indirecta. Iſti autem modi dicendi per ſe præſupponũt, propoſitiones eſſe directas. Sed contra arguit Caiet. Nam contingit aliquando, aliquid eſſe in primo modo, & prædicari indirectè, vt, quando dicimus, riſibile eſt homo aptus ad ridendum: & tamen homo indirectè prædicatur de riſibili. Vnde reſpondet ipſe, quod ſupra dictæ definitiones eo modo ſunt per ſe, quomodo ſunt neceſſariæ, & quia nõ ſunt neceſſariæ in prædicato, ſub diſtinctione ſui oppoſiti ſumpto, non ſunt per ſe, niſi iſto modo. Vnde iſta eſt per ſe, animal eſt homo, vel non homo, ſicut in ſimili, iſta non eſt per ſe, animal eſt rationale, etiamſi ſit directa, ſed iſta, animal eſt rationale, vel irrationale, ſicut & iſta nõ eſt per ſe, numerus eſt impar, ſed iſta, numerus eſt par, vel impar. Et quando Ariſt. dicit: ſecundo modo per ſe inſunt, quæcunque inſunt aliis, quæ in ratione eorum inſunt, &c. intelligitur per ſe inſunt ſimpliciter, vel ſub diſtinctione ſui oppoſiti ſimpliciter, vt homo eſt riſibilis, quia homo ponitur in definitione prædicati ſub diſiunctione, vt, numerus eſt par, vel impar; animal eſt homo, vel non homo: quia tũc ponitur ſubiectum in definitione prædicati, vt id, cui prædicatum neceſſariò conuenit. Et idem eſt de iſta, animal eſt rationale, vel irrationale; & debet in iſto modo perſeitatis ſubiectum poni in definitione prædicati, vt additamentum Soto reſpõdet, quod, quando ſubiectum ponitur in definitione prædicati, ita vt ſeruet rationem ſubiecti, eſt per ſe in ſecundo modo, & quia in iſta, animal eſt homo, animal non ſeruat rationem ſubiecti: quia, cum ſit genus, habet, quod ſit prædicabile reſpectu hominis, quia eſt forma metaphyſica: ideo non eſt in ſecundo modo: & idem dicit de iſta, rationale eſt homo.

Impugn.

Alia Solutio.

Iſta propoſitio: animal eſt riſibile, nõ eſt in ſecundo modo, quia non eſt de omni: non enim prædicatur riſibile de omni animali; ſicut iſta, animal eſt rationale, quia rationale nec eſt de forma & eſſentia animalis, nec dicitur de omni animali, nec eſt in primo, nec ſecundo modo, Iſtæ verò homo eſt ſenſibilis, ſubſtantia eſt ens, ſunt in primo modo: quia ad hoc ſufficit, prædicatum eſſe de ratione ſubiecti, ſiue mediatè, ſiue immediatè: quia ſi ſolum genus immediatum, & differentia prædicarentur per ſe in primo modo, idem eſſet, propoſitionem eſſe per ſe, & immediatam, & per ſe, & per ſe primò. Quod eſt contra Ariſt. qui, poſtquam diſtinxit modos per ſe, adiecit, tãquam tertiam conditionem vniuerſalis prædicati, quod cõueniret ſubiecto per ſe primò, id eſt, non per aliud. Propoſitio tamen immediata, & per ſe primò conuertuntur, vt homo eſt rationalis, eſt immediata, & per ſe primò. Iſta propoſitio; Petrus eſt rationalis, eſt in primo modo dicendi per ſe: & iſta Petrus eſt riſibilis in ſecundo, quidquid dicat Venetus citatus à Soto quæſt. 3. 2. poſte. Propoſitiones verò, in quibus vna definitio prædicatur de alia, ſunt in primo modo perſeitatis, ſaltem reductiuè, vt hæc; quod ordinatur ad protegendum à pluuia, debet conſtare parietibus & tecto, vel aliquo huiuſmodi. Soto dicit, hanc eſſe in primo modo; rationale eſt ſenſibile: ſed formaliter non eſt verum. Quia rationale non includitur in ſenſibili, nec vt pars definitionis, nec conſequitur ad illud, vt paſſio, ſed tamen res, quæ eſt rationalis, eſſentialiter eſt ſenſibilis, & ratione rerum connexarum poſſet concedi in primo modo, non ex forma ſignificandi: illa autem in qua paſſio ſuperior, prædicatur de inferiori, vt ſenſibile pro paſſione eſt riſibile; non eſt etiam formaliter in ſecundo modo perſeitatis, ratione iam dicta; benè tamen illa, in qua paſſio conſecuta ad aliam prædicatur de illa, vt intellectiuum eſt volitiuum: nam conſequitur ad hominis eſſentiam mediante intellectiuo. Quando autem paſſio ſuperior de inferiori ſubiecto prædicatur, vt homo eſt ſenſibilis, iſtæ prædicationes ſunt in ſecundo modo, quia cõueniunt ſubiecto ratione alicuius incluſi in illo, cuius ſunt proprietates. Et quomodo iſte ſecundus modus perſeitatis etiam habeat latitudinem, vide Caiet. in hoc cap. circa ſecundum modum perſeitatis.

Propoſitio immediata, & per ſe primò conuertuntur.

Ad

Ad 4. arg. Ad quartum reſpondetur, quod homo ſi conſideretur, vt per ſe ſubſiſtens eſt in tertio modo: ſi vt affirmatur de Petro, reducitur ad primum modum.

Ad 5. arg. Ad quintum reſpondetur, quod ea, quæ ſunt in quarto modo, ſi præcisè conſiderentur ſecundum rationem illius modi, per accidens prædicantur, quia quartus modus non eſt modus prædicationis, ſed cauſſalitatis. Vnde benè poteſt aliquid eſſe per ſe i ratione cauſſalitatis, & per accidens in ratione prædicationis. Hæc enim propoſitio, calidum calefacit, ſi conſideremus ſubiectum, & prædicatum ſecundum rationem cauſſæ, eſt per ſe, hoc eſt, in illa effectus per ſe tribuitur propriæ cauſſæ, & cauſſa per ſe talē effectum producit. Proprius enim effectus calidi eſt calidū facere: ſi verò conſideretur ſecundum prædicationem, eſt per accidens, quia accidit calido, quod calefaciat, nec eſt eius eſſentia, nec propria eius paſſio: aliàs eſſent perpetuæ veritatis, nec poſſet intelligi calidum ſine calore facto, ſi eſſet in primo modo, & ſi in ſecundo, ab æterno calefaceret, quia paſſio ſemper conuenit ſubiecto, & ab æterno eſſet verum dicere, calidum calefacit: ſicut eſt verum dicere, homo eſt riſibilis. Et ita calidum ſecundum exiſtentiam, & calor ſecundum exiſtentiam perpetuò coniungerentur: ſiquidem coniungerentur perpetuò ſecundum cauſſalitatem effectiuam: de cuius ratione eſt exiſtentia. Et ita hæc prædicatio abſolutè eſt quinti prædicabilis, calidum calefacit, quia præſupponit exiſtentiam, quæ rei nō eſſentialiter, nec vt propria paſſio conuenit, ſed accidentaliter. Et ita illa prædicatio eſt accidentalis, quæ aliquid accidentale præſupponit. Et ſi dicas, hanc eſſe æternę veritatis, homo eſt riſibilis, quæ eſt in quarto modo.

Obiectio.

Solutio.

Reſpondetur, quod eſt ętернę veritatis, non quatenus eſt in quarto modo, ſed quatenus eſt in ſecūdo prędicatur enim accidens de proprio ſubiecto, ad cuius eſſentiam conſequitur: & ita eſt æternæ veritatis. Et quia proprium ſubiectum et eſt propria cauſſa paſſionis, quia non poteſt riſibilitas oriri ex alia cauſſa, quā ex homine, ideo eſt in quarto modo: ſed non eſt æternæ veritatis: & per ſe in ratione prædicationis ex eo, quod eſt in quarto, ſed ex eo, quod eſt in ſecundo.

Diſſolutio alterius q̄ſtionis.

Ex dictis in hac quæſtione ſequitur illius quæſtionis deciſio, quæ ſolet diſputari, an omnis propoſitio per ſe conuertatur in propoſitionem per ſe ita, vt, ſi hæc ſit per ſe, homo eſt animal, hæc etiam ſit per ſe, animal eſt homo.

Controu.

1. Opinio Soto.

Aliqui reſpondent negatiuè, quia propoſitio per ſe debet eſſe illa, in qua prædicatum directè prædicatur de ſubiecto; nulla autē propoſitio, in qua prædicatum ſe habet vt forma, & ſubiectum vt materia, conuerti poteſt in aliam, in qua id, quod ſe habebat vt materia, ſe habeat vt forma, & è conuerſo: ergo intentum. Et hanc ſententiam Soto in hoc ca. videtur ſequi.

2 Opinio Caiet.

Caiet. verò in fine c. 4. dicit, omnem propoſitionem per ſe, quæ per ſe eſt ex terminis, conuerti in propoſitionem per ſe. Vocat propoſitionem per ſe ex terminis illam, cuius prædicatum ponitur in ratione ſubiecti, & ſubiectum in ratione prædicati. Et ideò hæc propoſitio per ſe in ſecundo modo, omnis homo eſt riſibilis, vbi ſubiectum ponitur in ratione prædicati, conuertitur in hanc, riſibile eſt homo, quæ eſt in primo modo perſeitatis. Nam ſi definiatur riſibile, debemus dicere, eſſe hominem aptum ad ridendum. Iſta verò, homo eſt animal, eſt per ſe, & non conuertitur in per ſe, quia homo non eſt de ratione animalis.

Obiectio.

Et ſi dicas, quod hæc propoſitio, animal eſt homo, eſt per ſe, quia eſt conuertens illius, homo eſt animal: ergo, ſicut vna eſt neceſſaria, ita & alia: quia in bona conſequentia ſi antecedens eſt neceſſarium, & conſequēs debet eſſe neceſſarium.

Solutio.

Reſpondetur quod illa propoſitio, animal eſt homo, eſt neceſſaria nō ex terminis: quia homo non ponitur in ratione animalis: eſt tamen neceſſaria ratione rerū, quia, ſi hō eſt animal: ergo iure idem ſunt aliquod animal: & homo aliquis: & ita impoſſibile eſt, antecedens eſſe verū, quin cōſeq. ſit verum.

Alia obiectio.

Et ſi contra Caiet. arguas: Nā illa propoſitio; riſibile eſt homo, eſt indirecta: ergo nō eſt per ſe: negat cōſeq: q̄a vt ſit propoſitio per ſe, ſufficit, vel quod

Z ſubie-

ſubiectũ ponatur in ratione prædicati, vel prædicatũ in ratione ſubiecti: quia tales propoſitiones demonſtrationibus deſeruiunt, & reperiuntur in modis imperfectis.

Alia obiectio. Omnis autem propoſitio demonſtrationis eſt per ſe. Et ſi ſecundò arguas. Nã Ariſt. infra ca. 18. dicit, hanc eſſe per *Solutio ex Caiet.* accidens; riſibile eſt homo; reſpõdet Caiet. quod accipitur ibi per accidens, id eſt, per aliud, non accidentaliter. Vide Caiet. hic & D. Thom. lect. 34. lib. hoc.

QVÆSTIO XCIII.

An definitio prædicati vniuerſalis ſit bona.

1. Argum. IN hoc c. 5. hæc quæſtio diſputãda eſt. Et videtur, quod non ſit bona hæc definitio. Primò: per ſe, & ſecundum quod ipſum, idem ſunt; ergò ſuperfluè ponitur in definitione vniuerſalis, quod ſit per ſe, & ſecundum quod ipſum. ſed ſufficit alterum ponere. Probatur antecedens, quia per ſe eſt quod conuenit per ipſam rationem ſubiecti, quod eſt ſecundũ quod ipſum conuenire. Nã riſibile per ſe conuenit homini, quia conuenit per ipſam rationem ſubiecti, per rationalitatẽ: & hoc eſt cõuenire homini, ſecundũ quod ipſum, hoc eſt, ſecundum quod homo.

2. Argum. Secundò. Hæc propoſitio; homo eſt ſenſibilis, accipiendo ſenſibile pro paſſione, eſt per ſe, & ſecundum quod ipſum, & tamen prædicatum non eſt vniuerſale ſubiecto, ſcilicet, homini, quia eſt vniuerſale animali, ergo, &c. Probat. antecedens. Quod conueniat per ſe patet, quod verò conueniat ſecundũ quod ipsũ, probatur, quia illud conuenit ſecũdũ quod ipſum, quod conuenit alicui cũ reduplicatione ſui, quia ſecundũ quod ipſum, & in quantũ tale, idẽ ſunt, ſed homo, in quantũ homo, habet ſenſũ; ergò conuenit ei ſecundũ quod ipſum, & tamen ipſi non eſt vniuerſale; malè ergo Ariſt. vniuerſale definit. Et confir. quia, quod ineſt homini ſecundũ quod ipſum, ineſt ratione ſuæ definitionis quidditatiuæ; ſed ſenſibile eſt huiuſmodi, reſpectu hominis; ergo, &c. Prob. min. quia ſenſibile ineſt homini per ſuam rationem quidditatiuam; ergo ratione illius conuenit. Medium enim demonſtrationis eſt ratio conueniendi prædicatum demonſtratum ſubiecto demonſtrationis.

Tertiò. Vniuerſale eſt, quod prædicatur de pluribus; ſed in hac propoſitione, homo eſt albus, prædicatum prædicatur de pluribus hominibus albis, & conſequenter vniuerſaliter, & tamen non conuenit per ſe, nec ſecundũ quod ipſum; malè ergo dicit Ariſt. vniuerſale eſſe, quod conuenit per ſe, & ſecundum quod ipſum. *3. Argum.*

Deciſio quæſtionis.

QVid ſit vniuerſale, & quid ſit conuenire ſecundum quod ipſum, multum habet vtilitatis ad graues quæſtiones decidendas. Ideo hoc ex D. Tho. doctrina erit declarandum. Quando ergò quærimus, quid ſit vniuerſale prædicatum, non accipimus vniuerſale ſecundũ quod vniuerſale eſt vnum in multis, & de multis, ſed accipimus vniuerſale poſterioriſticè, quod quid ſit, modò eſt explicandũ. Cũ ergo inquirimus, an intellectiuum ſit vniuerſale, reſpectu hominis, in hac propoſitione, homo eſt intellectiuus, non inquirimus, an intellectiuũ ſit vnum in multis reſpectu hominis, nec inquirimus, an reſpectu huius & illius intellectiui ſit vniuerſale & commune intellectiuum. *Quid intelligatur per vniuerſale.* Sententia igitur D. Tho. in hac parte hæc eſt, vt aliquod prædicatum ſit vniuerſale, prout in præſenti agimus de vniuerſali, requirit primò, quod nihil ſit ſubſumere ſub ſubiecto, cui prædicatum non inſit, nec ſit accipere aliquod tempus, in quo prædicatum non conueniat ſubiecto. Secunda conditio. Tale prædicatum, vt dicatur vniuerſale, debet per ſe conuenire ſubiecto in aliquo modo perſeitatis, primo vel ſecundo. Tertia conditio. Debet conuenire ſubiecto, ſecundum quod ſubiectum eſt, ſeu debet illi per ſe primò competere: & ſi habeat iſtas tres conditiones, prædicatum erit vniuerſale, & neceſſariò conueniet ſubiecto. Sit exemplum: Intellectiuum eſt vniuerſale prædicatũ, *Conditiones requiſitæ ad hoc, vt aliquid ſit vniuerſale.*

reſpectu

reſpectu hominis, quia conuenit homini, & omni homini, & pro omni tempore, & per ſe: quia homo ponitur in definitione intellectiui, & primò conuenit; quia nulli alteri rationi formali, ſeu obiectiuæ prius; ſed cui primò conuenit, eſt homo. Et loquimur de intellectiuo cum diſcurſu: non enim conuenit animali prius, ſed prius conuenit homini: & quia homo eſt intellectiuus, animal aliquod eſt intellectiuum. Et ſi Petro conuenit, ex eo eſt, quia homini prius conuenit. Senſibile autem non eſt vniuerſale reſpectu hominis, ſed reſpectu animalis; quia, quamuis conueniat homini, non tamen primò conuenit homini, ſed animali, & ratione animalis homini conuenit. *Obiectio.* Et ſi dicas, intellectiuum non conuenit homini, vt ſic, ſed vltimæ hominis differentiæ: ergo non eſt vniuerſale, reſpectu hominis. Et probatur antecedens. Nam homo dicit animal rationale, ſed animali non conuenit intellectiuum, ſed ſolum rationali: nam ſi animali conueniret, omni animali conueniret; quod ſi conueniat homini, vt rationalis, iam non conueniet homini, vt ſic: quia homo, vt ſic, dicit rationale & animal. *Solutio.* Reſpondetur primò, quod conuenit per ſe animali determinato per rationale, vt includitur in ſubiecto determinatio talis, & animal ſic determinatum homo eſt: quamuis verum ſit, quod ratio conueniendi ſit rationalitas. Et aduerte, non ſolum proprias paſſiones prædicari vniuerſaliter, ſed vltimam etiam differẽtiam. Hæc enim eſt vniuerſalis, homo eſt rationalis: conuenit ſiquidem hominibus omnibus, & ſolis, & pro quolibet tempore, & per ſe; quia ponitur in definitione hominis, & per ſe primò: quia non conuenit alteri prius quam homini, & omnibus, quibus conuenit, ratione hominis conuenit. *Obiectio.* Et ſi dicas; rationale non præſupponit rationem hominis, cui conueniat, ſed potius conſtituit illã: ergo nõ prædicatur vniuerſaliter, quia prædicari vniuerſaliter eſt conuenire alicui ſecundum quod ipſum, ita vt ipſum eſſe ſit ratio conueniendi; ſed eſſe hominem, non eſt ratio conueniendi rationalitatem homini, ſed potius ipſa rationalitas facit hominem: ergo, &c. Reſpondetur: *Solutio.* quod aliquid vniuerſaliter prædicatur, quod conuenit alicui ſecundùm quod ipſum, ita vt ſequatur ad ipſum, vel ita, vt conſtituat ipſum. Nam ex eo quod conſtituit ipſum, & per ſe primò, & vniuerſaliter conuenit; & definitio de homine eiſdem rationibus prædicatur vniuerſaliter. Et ſi ſolus homo eſſet in rerum natura ſenſibile: non eſſet vniuerſale reſpectu hominis, quia quamuis de facto non reperiretur in alio animali, nihilominus tamen non oritur ſenſibile pro paſſione à ratione hominis, vt ſic, ſed à ratione animalis. Et ita affirmatur ſecundum connexionem neceſſariam de equo & de leone. Vnde ſignum eſt, quod oritur ex alia ratione ſuperiori. Et quomodo contingat errare *Corollar.* in aſſignatione vniuerſalis, vide Ariſtot. capit. 6. & D. Thom. lect. 12. Ex dictis ſequitur, per ſe primò, & ſecundum quod ipſum eſſe prorſus idem: nam quod homini conuenit, vt homo eſt, illi per ſe primò conuenit, & conuenire homini, vt ſic, eſt conuenire, ſecundum quod ipſum eſt.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum dicitur, quod per ſe, & ſecundum quod ipſum non ſunt idem, ſicut nec per ſe, & de omni ſunt idem: ſed gradus conſtituentes rationẽ vniuerſalis. Nam vniuerſale requirit de omni, & per ſe, & ſecundum quod ipſũ, quod eſt per ſe primò competere. *Opt. ſimile.* Sicut enim ratio hominis reſultat ex gradu ſenſitiuo, viuenti, & ceteris: ita ratio vniuerſalis poſterioriſtici conſtat, & reſultat ex ratione dicendi de omni, & per ſe, & per ſe primò, ſeu ſecundum quod ipſum:

Ad 2. arg. Ad ſecundum reſpondetur, quòd homo non eſt ſenſibilis ſecundum quod ipſum, nec per ſe primò: quia illi conuenit ratione animalis. Et cum dicitur, quod conuenit homini ſecundum definitionem ſuam: ergò ſecundum quod ipſum. Reſpondetur, quod non conuenit homini ratione vltimæ differentiæ, ſeu definitionis totalis, & ita non conuenit per ſe primò. Nam ſi conuenit ratione alicuius ſuperioris, iam non conuenit ſe-

cūdum quod ipſum, ſed ſecundum quod aliud: nam illud ſuperius vocatur aliud in præſenti: quia non eſt ratio obiectiua, ad quam illa paſſio conſequitur, ratione cuius conuenit, nec differentia ſpecifica illius conſtitutiua.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpondetur ex D. Thom. vbi ſupra; quod hic accipitur vniuerſale ſecundum quandam adaptationem, vel adæquationem prædicati ad ſubiectū, cum ſcilicet nec prædicatum inuenitur extra ſubiectum, nec ſubiectum ſine prædicato. *Nota.* Vide alia argumenta in Caiet. in hoc ca. 5. dubio pen. In c. 6. & ſequen. vſque ad 13. excluſiuè Ariſt. agit de aliquibus proprietatibus demonſtrationis, ſcilicet, quod ſit ex neceſſariis. Secundò, quod ſit ex his, quæ ſunt per ſe. Tertiò, quod non ſit ex extraneis. Quartò, quod ſit ſempiternorum. Quintò, quod debeat procedere ex propriis, & non communibus. Sit ergo ad iſtorum explicationem.

QVÆSTIO XCIV.

Vtrum demonſtratio debeat procedere ex neceſſarijs, & per ſe, & non ex extraneis, & debeat eſſe ſempiternorum, & procedere ex proprijs, & non communibus?

1. Argum. ET ſit primum argumentum contra illud, quod demonſtratio debeat procedere ex neceſſariis. Nam iſtæ propoſitiones; Sol eclipſatur, & aliæ ſimiles propoſitiones phyſicę demonſtrantur, & tamen non ſunt neceſſariæ: ergò malè aſſerit Ariſt. demonſtrationem debere procedere ex neceſſariis. Probatur minor, quia prædicata non ſemper conueniunt ſubiectis, ſed in propoſitione neceſſaria ſemper debent conuenire: ergo, &c. *Solutio.* Si dicas, eclipſim relatam ad cauſſam eſſe neceſſariā, quia poſita interpoſitione terræ inter Solem & Lunam, ſequitur defectus Lunæ, & poſita Luna inter nos, & Solem, ſequitur Solis eclipſis: & hoc ſemper, & neceſſariò; *Impugn.* Contra: nam cauſſa eſt contingens, quia non ſemper interponitur: ergo effectus non eſt neceſſarius ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſolum ex ſuppoſitione. Et ita propoſitio illa: Sol eclipſatur, non erit neceſſaria. *Solutio.* Si dicas, cauſſam iſtam eſſe neceſſariam ratione ſuæ cauſſæ: nam interpoſitio terræ, vel Lunæ neceſſaria eſt ratione poſitionis luminariū in tali ſitu. *Replica.* Contra: quia etiam eſt accidens, quòd luminaria ſint in tali ſitu. Vnde ſemper effectus erit accidētarius. Et ita propoſitio non erit per ſe. *Confirm.* Et confirm. quia iſta propoſitio non eſt neceſſaria, & per ſe; homo eſt diſgregatiuus viſus, etiamſi diſgreget viſum, ſuppoſita albedine in ſubiecto: quia diſgregatio viſus nec eſt paſſio, nec eſſentia hominis: ergò iſta: Luna eclipſatur, non erit neceſſaria, etiamſi illi contingat facta interpoſitione, quia nec eſt paſſio Lunæ, nec Solis, nec eſt illorum eſſentia. Et Ariſt. 2. de Cœlo, tex 43. demonſtrat cęlum moueri, & terram ſemper quieſcere, & motus non eſt propria paſſio cœli, nec quies terræ: ergò demōſtrantur propoſitiones contingentes, & non neceſſariæ: non ergo demonſtratio debet procedere ex neceſſariis.

2. Argum. Secundò probo; quod poſſit demonſtratio procedere ex his, quæ ſunt per accidens. Nam hæc eſt propoſitio per accidens, animal eſt riſibile, & tamen demōſtratur, ergo, &c. Maior patet, quia animali accidit eſſe riſibile: quia nec eſt eſſentia, nec pars eſſentiæ, nec conſequitur ad animal. Probatur minor, ex Ariſt. ca. 5. vbi dicit, quod licet habere tres non demonſtretur primò, niſi de triangulo, per ipſum tamen poteſt demonſtrari de figura. *Confirm.* Et confir. nam hæc prædicatio; coruus eſt niger, eſt per accidens: & tamen poteſt demonſtrari de coruo, ſaltem in particulari. Maior probatur: quia pertinet ad quintum prædicabile. Minor patet: Nam ex eo, quod ſemp[er ine]ſt coruo, habet aliquam cauſſam [nece]ſſariam, ratione cuius ſemper c[onue]nit: ergo per illam cauſſam dem[onſtr]ari poterit. Et confirm. vltimò: q[uia Ar]iſtot. videtur docere, aliud eſſe p[ropoſ]itionem per ſe, & aliud neceſſa[riam: ſ]iquidem in vno cap. probat, de[monſ]trationem ex propoſitionibus per ſe

ſe debere procedere, & in alio, debere procedere ex neceſſariis: ſed hoc eſt falſum: nam ſi eſt propoſitio per ſe, erit neceſſaria.

3. Argum. Tertiò probo, demonſtrationem non debere procedere ex propriis. Nam Philoſophus demonſtrat hanc concluſionẽ, terram eſſe rotundam, & cœlũ eſſe ſphæricum: & non poteſt hoc demonſtrare, niſi per principia Geometriæ: quia omnes lineæ ductæ à centro vſque ad circumferentiam ſunt æquales: & Geometra demonſtrat: à quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere eſt poſſibile per hoc medium Philoſophicum, quia duo puncta immediata non dantur: ergò demonſtratio procedit ex communibus, & extraneis, & tranſit de genere in genus. Et confirm. quia demonſtratio procedit ex vniuerſalibus; ergo ex communibus.

4. Argum. Quartò probo, Scientiam non eſſe ſempiternorum: quia ſcientia de homine, tractat de homine: ſed homo per ſe eſt corruptibilis. Si dicas, ſcientiam eſſe de connexionibus neceſſariis, & perpetuis, vt huius, homo eſt riſibilis, &c. Contra: quia ſcientiæ habentur de ſubiectis, & ita ſubiecta ſpecificant ſcientias: ſed iſta ſubiecta ſunt corruptibilia, vt linea, numerus, de quibus Mathematici tractant; ergo, &c. Sed pro horum capitum intelligentia, quæ ſummoperè iuuant ad cognoſcendam naturam demonſtrationum, in qua materia aduerſarii D.Tho. parum laborant, quia rationem conſequentiæ parum calleot, ſit

Deciſio quæſtionis.

1. Concluſ. Ex quibus procedat ſciẽtia. Prima concluſio. Scientia procedit ex principiis neceſſariis, & concluſio, & principia debent eſſe neceſſaria, & quæ aliter ſe habere non poſſunt. Prob. 1. Probatur concluſio: Nam ſcientia eſt virtus intellectualis: ergo ſemper inclinat ad verum; & inclinat ad concluſionem: ergò concluſio ſemper eſt vera: ergò neceſſaria: ſiquidem aliter ſe habere nõ poteſt. Tunc vltra: ergo principia ſunt neceſſaria. Prob. 2. Probatur iſta cõſequentia: quia contingentia, & quę aliter ſe habere poſſunt, non poſſunt facere ſcire id, quod aliter ſe habere non poteſt: nam ſi t aliter principia habere ſe poſſunt, & eſſe falſa, cum concluſio nunquam poſſit eſſe falſa, erunt in aliquo caſu principia falſa: & concluſio vera: ſed vera concluſio non poteſt poſterioriſticè inferri ex falſis: quia falſum in re non poteſt eſſe cauſſa veri: ergo, &c. Præterea, ſi quis non habeat rationem, propter quid oſtẽdentem, non efficitur ſciens; ſed ratio, quæ oſtendit concluſionem neceſſariam ex non neceſſariis principiis, non oſtendit propter quid, ergo per illam non efficitur aliquis ſciẽs. Prob. 3. Probatur minor. Remota cauſſa, propter quam eſt aliquid, oportet vt remoueatur effectus; ſed medium, cum ſit contingens, contingit remoueri: ſed concluſio non poteſt remoueri, cum ſit neceſſaria: ergo non poteſt ſciri concluſio neceſſaria per medium contingens. Si enim per hoc, quod eſt eſſe album, probaretur, hominem eſſe riſibilem, contingeret, hominem non eſſe album, & eundem eſſe riſibilem: ergo alia cauſſa debet dari neceſſaria, & ita cõcluſio ſcita ex neceſſariis debet procedere. Præterea neceſſitas concluſionis ſcitæ oritur ex neceſſitate principiorum: ergo principia debent eſſe magis neceſſaria. Neceſſitas cõcluſionis pendet ex neceſſitate principiorum. Probatur conſequẽtia quia, propter quod vnumquodque tale, &c. ergo ſi sũt principia magis neceſſaria, erunt neceſſaria: & ita ſcientia debet eſſe ex neceſſariis, & non ex contingentibus.

2. Concluſ. Scientia eſt de his, quæ ſunt per ſe. Secunda concluſio. Scientia eſt ex his, quę ſunt per ſe, & non per accidens. Probatur concluſio: quia demonſtratio debet eſſe ex neceſſariis; ſed omne neceſſarium eſt per ſe: ergo demonſtratio debet eſſe ex his, quæ ſunt per ſe. Probatur antecedens: quia, ſi eſt neceſſaria propoſitio ex terminis; (nam de iſtis neceſſariis loquimur) ergo vel ſubiectum ponitur in ratione prædicati, vel prædicatum in definitione ſubiecti; ſed iſtæ propoſitiones ſunt in ſecundo modo perſeitatis, vel in primo, ergo, &c. Maior probatur, quia neceſſitas prouenit in propoſitione ex eo, quod res ſignificatæ non poſſunt aliter ſe habere. Et non poſſe aliter ſe habere ex eo prouenit, vel quia prædicatum connectitur ſubiecto, quia

includitur in eius definitione, vel quia conſequitur ad ſubiectum ratione ſuæ eſſentiæ, & tunc ſubiectum ponitur, vt propria & neceſſaria cauſſa in prædicati definitione: vnde erit in ſecundo per ſeitatis modo:& ſic erit per ſe. Et notat D.Thom. hic, quod non demonſtrat circulariter Ariſtot. cum dicat demonſtrationem debere eſſe ex neceſſariis, quia eſt ex his, quæ ſunt per ſe. Et modò probat, debere eſſe ex his, quæ ſunt per ſe: quia eſt ex his, quæ ſunt neceſſaria, quia primū demonſtrauit, ſcilicet, demonſtrationem debere eſſe ex neceſſariis, non ſolum, quia eſt ex per ſe propoſitionibus, ſed ex definitione eius, quod eſt ſcire, quod facit vera demonſtratio. Cum autem probat, demonſtrationem eſſe ex his, quę ſunt per ſe, non verè demōſtrat, ſed ad hominem oſtendit. Lege S.Doctorem lect.14. & videbis, ex Ariſt. conſtituere neceſſarium ex ſuppoſitione, quod non eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed ſecundum quid.

Nota ex D.Thom.

3. Concluſ. Demonſtratio non debet eſſe ex quibuſcunque.

Tertia concluſio. Demonſtratio non debet eſſe ex extraneis, ſed ex propriis principiis. Et loquimur in præſenti non de principiis, quæ dignitates appellantur: nam illæ plurimis ſcientiis communes eſſe poſſunt: ſed loquimur de principiis propriis illius ſcientiæ, vt ſic: Non enim Geometra demonſtrat per principia Arithmeticæ, nec è conuerſo. Et hoc habet verum, niſi vnius ſcientiæ ſubiectum contineatur ſub ſubiecto alterius ſcientiæ, de quo poſtmodum. Et probat concluſio: Nam demonſtrationes ex principiis ſubiecti, & per rationem formalem ſubiecti procedunt, ſed principia Phyſicæ & Mathematicæ, nec ratio formalis procedendi ſunt eadem, quia ſubiecta non ſunt eadem: ergò intentū. Et probat exemplo. Ego demonſtro de homine, quod ſit volitiuus per eius rationem formalem: ergo hoc ipſum non poſſum demonſtrare de linea per ſuam definitionem, & rationem: quia ratio formalis lineæ & hominis diuerſæ ſunt, nec vna ſub alia continetur.

4. Concluſ. De quibus ſit ſciētia.

Quarta concluſio. Scientia eſt ſempiternorum, & incorruptibilium per ſe, & non niſi ſecundum accidens corruptibilium. Patet iſta concluſio: quia ſcientia eſt vniuerſalium obiectorum, ſed iſta ſunt per ſe, & incorruptibilia: vt 2. lib. oſtendimus: ergo, &c. Et præterea: quia ſcientia eſt ex vniuerſalibus, & per ſe, & de omni: ſed iſta ſunt incorruptibilia, & æterna, vt omne animal rationale eſt volitiuum: omnis homo eſt animal rationale: ergo, &c. Quæ omnes propoſitiones ſunt æternæ veritatis: ergo, &c. Et nota, quod etiam de illis, quæ frequenter fiunt, demonſtratio eſt. Ita Ariſt. & D.Thom. teſtantibus, quia ſunt per ſe, & vniuerſaliter, & conueniunt pro tempore, quo apta ſunt conuenire, & ita conficiendæ ſunt demonſtrationes, vt ex vniuerſalibus propoſitionibus inferatur cōcluſio vniuerſalis, remouendo illa, in quibus poteſt eſſe defectus, vel ex parte temporis, vel ex parte cauſſæ, vt ſcilicet, ſemper eclipſetur Luna, ſi terra ſit ſibi diametraliter interpoſita; ſed ſemper, quod eſt in hoc ſigno, terra eſt Lunę diametraliter interpoſita: ergo ſemper quod luna eſt in hoc ſigno eclipſatur. Vide D.Thom. lect. 17. In hoc. ca. infert Ariſt. definitionem debere eſſe ſempiternorum: quia demonſtratio eſt eorum, & definitio eſt demonſtrationis medium.

De his, quæ frequenter ſunt, poteſt eſſe demonſtratio.

5. Concluſ. Demonſtratio non debet procedere per principia communia.

Quinta concluſio. Demonſtratio non ſolum debet procedere ex principiis extraneis, ſed nec ex principiis communibus. Et cum proprium poſſit accipi, vt diſtinguitur contra commune, & vt diſtinguitur contra extraneum; viſo, quod non debet procedere ex extraneis, modò probat, quod nō debeat procedere ex communibus, ſed propriis. Et probo: Nam ſcire per ſe aliquam concluſionem eſt, quod cognitio mea terminetur ad rem ſcitam per principia eius: ſed ſi principia ſunt communia, non determinabitur cognitio ad illam per propria principia: ergo non ſcietur per ſe. Maior patet: Nam ſcire per ſe, hominem eſſe riſibilem eſt, quod cognitio mea terminetur formaliter ad obiectum importatum per illam concluſionem. Minor probatur. Nam non ſcit per ſe, circulum eſſe quadrabilem, ſi ſciat hanc demonſtrationem; vbicumque eſt dare quadratum maius, & minus, eſt dare quadratū æquale: ſed in circulo eſt dare quadratum

tum maius, vbi continetur circulus, & eſt dare quadratum minus contentum in circulo: ergò eſt dare quadratum æquale circulo: quia medium, per quod demonſtratur, ſcilicet, maius & minus æquale, & inæquale ſunt principia vniuerſalia, conuenientia pluribus aliis, quam quadrato, & circulo: ergo, vt per ſe aliquid ſciatur, debet eſſe ex principiis conuenientibus ſolum ſubiecto, de quo paſſio demonſtratur. Si autem principia ſint vniuerſalia, ea, quæ ſciemus per illa, erunt ſcita per aliud, ideſt, per cognitionem terminatam ad aliud, in quo ipſa continentur, & non per ſe, ideſt, per cognitionem terminatam ad eandem rem formaliter.

6. Concluſ. Quæ ſint principia propria alicuius ſcientiæ. Sexta concluſio. Principia cuiuslibet ſcientiæ illa ſunt, quæ cum ſint vera, non contingit illa demonſtrare in illa ſcientia, in qua ſunt principia, ſed præſupponuntur vera eſſe, & per illa demonſtrantur reliqua. Probatur, quia aliàs in demonſtrationibus abiretur in infinitum. Sed aduertendum eſt, hæc principia eſſe in duplici differẽtia: quædam enim ſunt propria, quædam communia. Propria ſunt in qualibet ſcientia definitio ſubiecti, & paſſionis. Nam ſecunda paſſio per definitionem ſubiecti, & primæ paſſionis de ſubiecto demonſtratur, & ſic de aliis. Sed de hoc in ſecundo. Principia communia ſunt communes animi conceptiones, vt ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia; & ſcientiæ particulares vtuntur his principiis, non in ſua vniuerſalitate, ſed determinatè; vt Geometra, dicendo, ſi ab æqualibus magnitudinibus æqualem magnitudinem auferas, magnitudines remanentes ſunt æquales. Et Arithmeticus, ſi ab æqualibus numeris æquales vnitates demas, &c. Vide D. Thom. in præſenti, & videbis, quid ſit ſuppoſitio, petitio, & quæſtio. Vide D. Thom. lectione vigeſima ſecunda, vt ſcias, quod conſequentia mala non eſt conſequentia, ſed apparet.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. 1. Solutio. AD primum reſpondetur ab aliquibus, poſſe de aliquo obiecto haberi ſcientiam, quod eſt neceſſarium ex aliqua ſuppoſitione facta. Sed reſpondetur, quod illæ propoſitiones ſunt neceſſariæ pro eo tempore, quo nata ſunt haberi ſua ſignificata, non verò pro quolibet tempore. Et eſt proprietas lunæ, quod ſit eclipſabilis pro tali tempore, quo cõcurrunt iſtæ diſpoſitiones, quod terra ſit interpoſita. Sed hæc ſolutio non loquitur de actu eclipſis, ſed de potentia. Hic verò loquimur de actu.

Solutio Auctor. Reſpondetur ergò, quod non ſolum potentia demonſtratur, ſed etiam actus: itaque luna eclipſabilis eſt: & poſitis talibus cõditionibus habebit eclipſim actu. Primum autem ſimpliciter eſt paſſio logica, & demonſtrabile abſolutè. Secundum autem eſt paſſio phyſica, quæ conuenit lunæ pro aliquo tempore facta aliqua ſuppoſitione. Et paſſio phyſica non eſt abſolutè conueniens, ſed aliquo præſuppoſito, & ita non debet conuenire abſolutè, ſed illo præſuppoſito, ſicut exiſtentia paſſio phyſica eſt animæ rationalis, & cæli non abſolutè conueniens illis, ſed illis conuenit, ſecundum quod terminant creationem: & ita non poteſt de illis abſolutè demonſtrari, ſed facta aliqua ſuppoſitione. Vide D. Thom. lect. 16. vbi ſic dicit Ariſt. Eorum autem, quæ ſæpe fiunt, demonſt rationes ſunt, & ſcientiæ, vt lunæ defectus. Manifeſtum eſt quidem, quod ſecundum quod huiuſmodi ſunt, ſemper ſunt, vbi ſic ait Doctor Eccleſiæ. Quædam autem non ſunt ſemper ſecundum tempus: ſunt autem per comparationem ad cauſſam, quia nunquam deficit, quod poſita tali cauſſa ſit talis effectus. Nunquam enim deficit, quin ſemper ſit lunæ eclipſis, quandocũque terra diametraliter ponitur inter ſolem, & lunam. In quibuſdam verò cõtingit, quod non ſemper ſunt etiam per comparationem ad cauſſam: quia cauſſæ impediri poſſunt: non enim ſemper ex ſemine hominis generatur homo duas *Optimus locus Diui Thom.*

manus habens: ſed quandoq; fit defectus, vt, propter impedimentum cauſſæ, vel materiæ. Hæc Doctor Sanctus. Quia ergo ſtante cauſſa ſtat effectus, & cauſſa impediri non poteſt, fit demonſtratio, quod luna exiſtente in tali puncto, ſequatur ſolis eclipſis. Non verò demonſtrari poteſt, quod homo ſit diſgregatiuus viſus, quia coniunctio albedinis cum homine nec phyſicè, nec metaphyſicè habet neceſſitatem.

Ad 2. confir. reſp. Soto, q 5. lib. iſto: Secundò reſp. quod Ariſt. non demõſtrat, cælũ moueri, ſed eſſe aptum, vt ſemper moueatur, & terram eſſe aptam quieſcere ſecũdum ſe totam. Tertiò reſp. quod, quia Ariſt. exiſtimauit motum cæli eſſe æternum, credidit eſſe eius propriam paſſionem, & ita apparẽter hoc probauit apud aliquos veritatem fidei ignorantes.

Ad 2. arg. *1. Solutio.* Ad ſecundũ reſpondetur, quod Ariſt. docet, habere tres, poſſe demõſtrari de quadã figura, ſeu de ratione figuræ determinata ad rationem trianguli, quod nos libenter fatemur. *2. Solutio.* Secundò reſp. quod demonſtrat de figura, quia demonſtrat de triangulo, quæ eſt quædam figura. Vnde, quamuis iſta ſit per accidens ex terminis, figura habet tres, hæc eſt per ſe, aliqua figura habet tres, non qua ratione eſt figura, ſed qua ratione eſt talis: quia hæc concluſio, aliqua figura habet tres angulos, ex veris p ſe, & neceſſariis infertur in primo tertiæ, vt omnis triangulus habet tres angulos; omnis triangulus eſt figura; ergo quædam figura habet tres, & quædam figura accipitũr contractè, & vt dicit formam contrahentem ſua ratione formali, aliàs non erit per ſe ex terminis. *Ad Confir.* Ad confirm. reſpondet Caiet. hanc propoſitionem, coruus eſt niger, reſpectu ſpeciei eſſe accidentalem, & pertinere ad quintum prædicabile, vt rectè docet Porphyr. in prædicabilibus: ſed reſpectu indiuidui, ſcilicet, huius corui, eſſe quarti prædicabilis, quia neceſſariò conuenit huic coruo nigredo, & fluit ex principiis huius indiuidui naturaliter loquendo. *Obiectio.* Quod ſi dicas, aliquando fieri coruum album. *Solutio.* Reſpondet Caiet. quod eſt per ſe phyſicè, non verò logicè: quia oritur ex aliqua complexione huius indiuidui, quæ, ſi non impediatur, ſemper ſe explicat in nigredinem. *Quid ſufficiat ad perſeitatem phyſicam.* Ad perſeitatem verò phyſicam ſat fuerit, quod, niſi impediatur, ſequatur talis res, ſicut exiſtentia ſequitur ad productionem animæ, niſi impediatur, & præueniatur. Vt patet in aſſumptione humanitatis ad Verbũ, vbi non ſequitur propria exiſtentia animæ rationalis ad eius productionem: quia impeditur. *Quō intelligēdus eſt Porphyrius* Et cum dicit Porphyrius, quod nigredo corui eſt ſeparabilis per intellectum, loquitur reſpectu ſpeciei, & non reſpectu indiuidui. Et ſi rurſus arguas, quia nigredo conuenit omnibus coruis: ergò ſecundum aliquid commune illis conuenit; ergò non ſecundum principia indiuiduantia: quia iſta non ſunt communia, ſed propria cuicumqꝫ indiuiduo. Reſpondetur; quod aliquod principium indiuiduale poteſt eſſe omnibus commune, quia indiuiduat non per ſe ipſum, ſed cum aliis adiunctum, vt patet de maſculineitate, & fœmineitate, quæ ſunt principia conuenientia maſculis, & fœminis, ratione conditionum indiuiduantium; quia illa non ſola indiuiduant. Nec inconuenit, nigredinem huius corui eſſe commune, & proprium in ordine ad diuerſa, ſicut riſibile in ordine ad hominem eſt proprium, & non in ordine ad animal. Hæc Caiet. doctrina maximum fundamentũ habet in D. Th. in iſto lib. 14. lect. *Nota.* Sed reſpondetur, quod accidẽs quinti prædicabilis nigredo, reſpectu huius corui, nec ſolum cõuenit huic coruo, ſed aliis coruis, & rebus aliis: & multi corui sũt viſi ſine nigredine naturaliter: nec ex principiis huius corui profluit, ſiquidem conuenit aliis, ſed ex aliquo principio accidentali huic coruo, & multis aliis rebus communi: quia in illis omnibus reperitur ſimilis diſpoſitio ad nigredinem habendam ex aliqua communi cauſſa, & occulta orta. Et quando D. Tho. dicit ſupra dicta lectione, omne accidens, quod cauſſatur ex aliquo principio ſubiecti, ſi definiatur, oportet, vt ſubiectum ponatur in eius definitione, loquitur de ortu accidentis ex principiis ſpecificis. Et argumenta, quæ contra ſe ſtatuit Caiet. non ſoluit c. 7.

vnde

vnde eiſdem ſua opinio eſt reiicienda.

Ad vlt. confirm. Ad vltimam confirm. aliqui reſpondent, omnem propoſitionem directam, & neceſſariam eſſe per ſe, ſi ſit neceſſaria & non directa, non eſſe per ſe, ſed ſuperius viſum fuit, hoc eſſe falſum: idem ergo eſt propoſitionem eſſe neceſſariã ex terminis, & per ſe: ſed poteſt eſſe neceſſaria ratione connexionis rerum, & non eſſe per ſe, vt hoc animal eſt homo: quia ratio animalis neceſſariò connectitur cum aliqua ratione hominis ex eo, quod homo eſt animal, & tamen animal eſt homo, nec eſt in primo, nec ſecundo modo perſeitatis.

Ad 3. arg. Ad tertium reſp. ex D. Tho. 1. p. q. 2. art. 1. quod demonſtrat eandem concluſionem per diuerſum medium. Et hoc non eſt contra Ariſt. Eodem autem medio non poteſt demonſtrare, vt probat argumentum. Soto q. 5. dicit, quod quando vnius ſcientiæ ſubiectum aliquo modo pertinet ad ſubiectum alterius, vna ſcientia poteſt demonſtrare principia alterius; & quia quantitas eſt accidens corporis naturalis, poteſt Philoſophus rationem reddere principiorum Geometriæ. *Ad confir. Quō accipiatur particula proprii, vt eſt vna de conditionibus demonſtrationis.* Ad confir. reſp. quod quando dicimus ſcientiam procedere ex principiis propriis, proprium accipitur, vt diſtinguitur contra extraneum, non vt diſtinguitur contra vniuerſale. Nam ſcientia de vniuerſalibus agit, & per vniuerſalia principia, non verò per extranea, niſi quando eius ſubiectum quodammodo ad ſubiectum alterius attinet, quod non eſt procedere omninò per extranea.

Ad 4. arg. Ad quartum, lib. 1. de vniuerſalibus reſponſum fuit, dum tractauimus, an vniuerſalia ſint corruptibilia. De propoſitionibus perpetuæ veritatis, vide Caietan. hoc lib. 1. cap. 9. à cap. 13. vſq; ad 25. Tria ſunt diſputanda. Primum, quomodo differant demonſtratio quia, & propter quid. Secundum, de ſcientia ſubalternata. Tertium, de vnitate ſcientiarum. Hoc vltimum latiſſimè lib. 1. tractatum eſt, dum diſputaremus, an logica ſit vna ſcientia, circa cap. 13.

QVÆSTIO XCV.

659

An demonſtratio, quia, & propter quid ſint eiuſdem ſpeciei.

IN hac ſunt variæ ſententiæ, vt eſt hominum varium ingenium. *Controuer. 1. Opinio.* Aliqui exiſtimant demonſtrationẽ, quia, & propter quid, non differre ſpecie: quia demonſtratio propter quid eſt ſimpliciter demonſtratio: demonſtratio quia eſt ſecũd ũ quid. Et probatur primò, quia demonſtratio eſt, quæ procedit ex prioribus, & notioribus, & cauſſis: *1. Argum.* ſed hoc ſimpliciter cõuenit demonſtrationi propter quid, & ſecundum quid demonſtrationi quia: ergò, &c. Probatur minor, quia demonſtratio quia, non procedit ex notiorib. ſimpliciter, ſed quoad nos, nec ex priorib. ſimpliciter, ſed quoad nos, nec ex cauſſis, niſi in cognoſcendo, quæ non ſunt eędem cauſſæ cum cauſſis demonſtrationis à priori, ergo, &c. Et confirmatur: *Confir. 1.* quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſed demonſtratio à poſteriori non facit ſcire ſimpliciter, ſed ſecundum quid; quia ſcientia à poſteriori eſt ſecundum quid ſcientia: ergo &c. Et cõfirmatur ſecundò, *Confir. 2.* quia Ariſt. non definiuit demonſtrationem ſuperiorem ad quia, & propter quid, ſed ſtatim tractauit de demonſtratione propter quid: & ca. 13. poſtea egit de demonſtratione quia: ergo ſignum eſt eſſe analogica mẽbra, nec demonſtrationem de illis vniuocè dici. *2. Op. Maſ.* Maſſius c. 10. ſect. 1. q. 1. dicit demonſtrationem eſſe analogã ad quia, & propter quid, & demonſtrationes iſtas eſſe ſpecies non ſubiicibiles, ſed prædicabiles, & hanc ſniam D. Tho. tribuit, *Falſa impoſitio D. Tho.* & ſine cauſſa, quia nunquam D. Thom. aliquid tale ſomniauit. *Soto.* Soto varius eſt in hac parte. Nam quæſt. 2. ad 2. dicit, demonſtrationem quia, non eſſe demonſtrationem ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et quæſt. 6. ad primum, dicit differre ſpecie. *Alia Opin.* Alii dicunt, demonſtrationem ad illas eſſe æquiuocam. Antequam ego, quid ſentiam, proferã, aduertendum eſt, demonſtrationem propter

quid

Digitized by Google

Quid ſit de mōſtratio ꝓpter quid & quia.

quid eſſe illam, quæ procedit ex cauſſis ſeu ex rationibus formalibus. At verò demonſtrationem, quia, illam eſſe, quæ procedit ex effectis, ſeu ex poſterioribus. noſtro modo intelligendi: dicitur alio modo demonſtratio, quia, quę non procedit ex cauſſis mediatis, ſed immediatis. Et illo modo non loquimur de demonſtratione quia in præſenti. Rurſus eſt conſiderandum demonſtrationes iſtas accipi poſſe, vel formaliter, vel materialiter.

1. Conclu. Sentent. Auct.

Dico primùm, demonſtratio, quia, & propter quid, differre poſſunt ſpecie ex parte formę, & prioriſticè, & etiam eſſe eiuſdem ſpeciei. Probatur, quia ſi fiant demōſtrationes in Barbara, ex parte formæ erunt eiuſdem ſpeciei, quia habent eandem diſpoſitionem in modo, & figura. Et ſi fiant vna in Barbara, alia in Darii, erunt diuerſæ ſpeciei ex parte formæ, quia formæ illorum modorum differunt ſpecie.

2. Conclu.

Dico ſecundò. Si ſint aliæ demonſtrationes in eadem ſcientia ex parte rationis formalis obiecti, erunt eiuſdem ſpeciei, & ſi vna fiat in vna ſcientia, & altera in alia, erunt diuerſæ ſpeciei. Et hoc non eget probatione.

3. Conclu. Demōſtrationes quæ et à poſteriori in ratione materiæ differunt.

Dico tertiò, conſiderando demonſtrationes iſtas poſterioriſticè, & ex parte materiæ, demonſtratio a priori, & a poſteriori ſunt ſimpliciter demonſtrationes, & ſpecie differunt. Quod ſint ſimpliciter demōſtrationes, probatur, quia demonſtratio in communi eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſed demōſtratio a poſteriori eſt huiuſmodi, ergò eſt ſimpliciter demonſtratio. Probatur minor, nam cognoſcit concluſionem euidenter, non per habitum principiorum, quia cognoſcit diſcurrendo, nec per habitum fidei, nec opinionis: ergo per habitum ſcientiæ, nam nullus alius habitus facit ſcire concluſionem per diſcurſum, & euidenter, niſi ſcientia, vel ſapientia. Et ita Ariſtot. c. 2. vocauit demōſtrationem, quia,

Ratio ob quam iſtæ demonſtrationes ſpecie differunt.

alium ſciendi modum, quia facit ſcire. Et hāc opinionem tenet Albertus tract. 3. capite 6. Themiſt. & Auerr. ibidem, & hos ſequitur Niphus comm. 138. Ammon. 1. de anima, tex. 11. & 12. Quod vero, ſpecie differant, probatur. Nam conſtant diuerſo modo tēdendi in obiectū, & diuerſo modo procedunt, & diuerſis propoſitionibus: ergo differunt ſpecie. Antecedens probatur, quia demonſtratio a priori procedit per cauſſam, & a poſteriori per effectum, ſed ille eſt diuerſus modus tendendi, ergo, &c. Et ita ſunt multæ demōſtrationes a priori differentes ſpecie ex parte materiæ, & formæ, & multæ a poſteriori eodem modo. Et ita demonſtratio in communi dicit ſyllogiſmum facientem ſcire, ſiue hoc, ſiue illo modo. Nam abſtrahit ab hoc, quod eſt facere ſcire a priori, ſeu poſteriori, vel dicit ſyllogiſmum procedentem ex prioribus, & notioribus, & cauſſis, &c. abſtrahendo ab hoc, quod eſt procedere ex cauſſis in eſſendo, vel cognoſcendo. Et vide elegantem locum in D. Thom. 1. p. qō. 2. art. 2 ad 2. vbi ſaluat definitionem demōſtrationis in demonſtratione a priori & a poſteriori. Et nō dubito vnam, & eandem ſcientiam eſſe, quę procedit a priori, & a poſteriori, & vnam ſimpliciſſimam qualitatem. Ex dictis ſequitur, demonſtrationem non eſſe æquiuocum ad ſupra dicta, & malè dixiſſe Maſſium, cum dixit, demonſtrationes a priori, & a poſteriori eſſe ſpecies prædicabiles, & non ſubiicibiles, quia implicatio eſt dare ſpeciem prædicabilem, & quę non ſit ſub genere, & ita erit ſpecies ſubiicibilis, quia ſi eſt ſpecies prædicabilis, conſtat genere, & differentia, & ſic erit ſub illo genere, quo conſtat. Ex dictis rationes primæ opinionis manent ſolutæ. Demonſtratio autem ad impoſſibile, vel eſt a priori, vel a poſteriori. Et ita ad iſtas omnis reducitur demonſtratio. Vide D. Thom. lect. 15. circa cap. 13. Nunc de ſcientia ſubalternata eſt agendum.

Demōſtratio in communi abſtrahit à demonſtratione propter, quid, & quia.

QVAESTIO LXXXXVI.

Vtrum ſcientia ſubalternata ſit verè ſcientia in eo, qui non habet ſubalternantem?

1. Argum.

ET ſit arg. 1. non dari ſcientias ſubalternatas. Nam ſciētia ſubalternata

eſt

Digitized by Google

eſt illa, quæ addit differentiam accidentalem in ſuo obiecto ſupra obiectū ſciētiæ ſubalternantis, & hac ratione Muſica eſt ſubalternata Arithmeticæ, quia addit ſupra numerum ſonoreitatem, vt ita loquar: agit enim de numero ſonoro, & Perſpectiua Geometriæ, quia agit de linea viſuali: addit namque viſualitatem ſupra obiectū Geometriæ, quod eſt linea: ſed ſi ita res ſe debet habere, tunc ſequitur, quod Perſpectiua & Muſica non ſint ſcientiæ: hoc autem eſt falſum: ergo, &c. Probatur minor, quia numerus ſonorus eſt ens per accidens, conſtans rebus diuerſorum prædicamentorum: ſicut & linea viſualis, viſualitas, & linea ad diuerſa prædicamenta pertinent. Nam viſualitas pertinet ad prædicamentum qualitatis, & linea ad prædicamentum quantitatis. Et ita dicitur, quod eſt accidentalis differentia: ſed ex differentia accidentali, & ex eo, cui accidit, non poteſt fieri ens per ſe: ergo nec ſupra dicta ſunt ens per ſe. Et confirmatur. Nam vel agit Muſica de linea præciſè: & hoc non, quia de illa agit Geometria, vel agit de viſibilitate, & nec hoc, quia de illa tractat philoſophia, vel de vtroque, & hoc eſt impoſſibile: quia eſt ens per accidens, & impoſſibile eſt, quod vna proprietas vtriſque conueniat. Dices cum Caietan. quod agit Muſica de viſibilitate in linea, viſibilitas in linea ens per ſe eſt. Contra: Nam vel tractat de linea vel non: ſi ſic, redit argumentum: quia eſt ens per accidens: vel non tractat, & tunc non erit ſcientia ſubalternata.

Confir.

Solutio.

Impugn.

2. Arg. Si aliquis habet ſcientiam ſubalternatam ſolam, ſine ſcientia ſubalternante, vt ſolam Muſicam, ſequitur, quod non cognoſcat certò concluſiones: & ſi hoc eſt verum, Muſica non erit ſciētia, quia de ratione ſcientiæ eſt certò concluſiones cognoſcere. Probatur ſequela: quia concluſio illata ex principiis non habet maiorē certitudinem, quam principia: ſed principia fide humana cognoſcuntur, quæ non eſt infallibilis, & certa, ſed eſt cum formidine: ergo concluſio ſcita non eſt certa, ſed formidoloſè cognita. Probatur minor, quia non ſciuntur habitu principiorum, cum ſint concluſiones ſcientiæ ſubalternantis, nec ſciuntur per ſcientiam, quia eſt caſus, quod ſciens ſolam ſcientiam ſubalternatam habeat: ergo ſola fide humana cognoſcit illa. Vnde dixit Diuus Thomas 1. par. quæſt. 1. artic. 2. quod ſcientia ſubalternata per fidem accipiat principia à ſubalternante.

3. Arg. Tertiò: Nam ſi ſcientia ſubalternata debet addere differentiam accidentalē obiecto ſubalternantis, ſequitur, quod de quolibet obiecto poſſint eſſe ſciētiæ infinitæ, quia cuilibet obiecto poſſunt addi multæ differentiæ accidentales, vt enti mobili poteſt addi albedo, nigredo, dulcedo, &c. & ita reſultabunt multæ ſcientiæ ſubalternatæ, quod videtur maximum inconueniens. Et confirmatur hoc argumentum: Nam ſequitur, quod ſi ſubalternata eſt ſcientia, quod habeat obiectum diſtinctum ab obiecto ſubalternātis, & ſic, quod habeat diſtinctas paſſiones: hoc autem eſt falſum, vt patet experientia: ergo, &c. In hac quæſtione loquimur de ſubalternatione propriè dicta. Et quidem ego præter ea, quæ dicit Caiet. in hoc cap. & 1 p. quæſtio. 1. art. 2. pauca habeo dicenda. Nolo in hac parte referre opinionē Vaſquez in ſupra dicto art. qui friuolè loquitur in hac materia: nec Caietanum egregiū Thomiſtam intellexit, cuius rationes, & argumenta friuola appellat. Dicit enim Vaſquez, quod ſcientia ſubalternata ſit illa, quæ groſſa Minerua de aliquo agit obiecto, & ſubalternatur illi, quæ ſubtili Minerua eadem pertractat. Cur hoc impugnemus? Certè credo, quod ſecundum hanc ſuam ſententiam ſubalternatur ipſe Vaſquez Caietano. Sed his omiſſis duplici via de ſubalternatione ſcientiæ poſſumus decidere.

Confirm.

Reijcitur Vaſquez.

Deciditur quæſtio.

1. Concluſ. Quid requiratur ad ſubalternationem ex mēte Cai.

PRima concluſio: Probabiliſſima eſt ſententia Caietani in hoc capit. vbi dicit ex Alberto, ad ſubalternationem ſcientię requiri primò, quod obiectum ſubalternatæ includat in ſe obiectum ſubalternantis cum additione differentiæ

tiæ contrahentis ipſum ad naturam, vel materiam determinatam, quomodo linea viſibilis contrahit lineam per viſibilitatem. Secunda conditio eſt, quod illud additum ſubalternatæ oportet eſſe alterius generis ab eo: cui additur tertia conditio, quod hoc additum ſubalternatæ non fluat ex principiis ſubiecti ſubalternantis. Quartò, quod ſubalternans dicat propter quid principium ſubalternatæ. Alteram conditionem addit Caieta. quod additum per ſe dependeat à re, cui additur, ſeu quod res, cui ſit additio, ponatur in definitione additi in primo modo perſeitatis, ſicut punctum ponitur in definitione lineæ, ex quo reſultabit aliquod vnum obiectũ, & non per accidens. Hæc omnia patent exemplo Muſicæ, cuius obiectum eſt numerus ſonorus.

Ratio autem harum quatuor conditionum hæc eſt: Nam ſubalternata ſciētia diſtincta eſt à ſubalternāte. Et patet: quia demonſtrat veritates, ad quas ſubalternans non attingit, illas per ſeipſam demonſtrando. Vt Muſica demonſtrat hanc concluſionem, quod tertia faciat conſonantiam, ſeu ſit conſonantia, & non ſecunda, quam veritatem nō poteſt ſola Arithmetica demonſtrare.

Coroll. Vnde ſequitur, quod ſubiectum debet eſſe diſtinctum, & nō omnino: quia ſubalternata dependet à ſubalternante, cũ concluſiones in ſubalternante demonſtratæ ſint principia ſubalternatæ: quapropter vnum ſubiectum debet aliud includere, & non vt pars ſubiectiua includit genus, vt homo includit animal, quia tunc non eſſet ſcientia ſubalternata, ſed eadem, quia ſcientia de genere, & ſpecie eadem eſt. Nec illud additũ debet eſſe paſſio ſubalternantis ſcientiæ, quia non ſufficeret diuerſificare ſubiectum, & ſcientias: nam ſcientia, quæ conſiderat ſubiectum, conſiderat etiā paſſiones omnes: ſed debet differentia ſeu additum eſſe accidentale, ſicut eſt viſibilitas reſpectu lineæ, & ſonus reſpectu numeri.

Conditio ſubalternatæ ſcientiæ. Ex quo ſtatim ſequitur, quod cum ſubalternata tractet, Muſica verbi gratia, de numero ſonoro, quod debet præſupponere principia ex ſubalternante: & concluſiones, quas ſubalternans demonſtrat accipere, vt principia ad inferendas concluſiones. Et ita tantum dicit, quia de principiis, id eſt, tantum accipit illa, vt vera, non vt euidentia ſibi, quatenus eſt ſubalternata, nec vt demonſtrata in ſeipſa. Et illud ipſum, quod dicimus de numero, dicendum eſt de viſibilitate, quæ per ſe conſideratũr à phyſico, de qua & ſuas concluſiones demonſtrat. Et has accipit etiam Muſicus, vt demonſtret ſuas concluſiones: & poſtea ex ſono in numeris ſeu de numeris ſonoris concluſiones demonſtrat, quæ neque in Arithmetica, neque in Philoſophia demonſtrantur. Cum igitur de numero ſonoro Muſica, & de linea viſuali perſpectiua, requirunt principia ex numeris, & ſonis, & ex linea, & viſibili deſumpta. Et poſtea ex eo, quod numerum coniunctum ſonis conſiderat concluſiones infert, quę nec ad Phyſicam, nec ad Arithmeticam attinent. Sed dices, quonam modo fieri poteſt vnum obiectum, ex his rebus ita diuerſis? Dico, quod quamuis in genere rei ſint ita diuerſæ, quia tamen connectuntur ad eum modum, quo linea punctis connectitur, reſultat vnum obiectum ſcibile, quod eſt, vel ſonus in numeris, vel numeri ſonantes, ſicut linea eſt vnum quid, etiamſi punctis continuetur. De quo vide Caiet. in hoc ca. eleganter, & profundiſſimè rem hanc tractantem.

Obiectio. Et ſi inquiras, an Theologia ſit ſcientia ſubalternata ſcientiæ Dei, & Beatorum, quia cum non addat eius obiectum obiecto ſcientiæ Dei differentiam accidentalem, non erit ſimpliciter ſubalternata.

Solutio. Reſpondetur, quod ita tenent viri grauiſſimi, vt, Magiſter Bannes, Cumel, & alii ſupradicto articulo ſecundo. Sed ſolum eſt ſubalternata, quantũ ad hoc, quod ſua principia accipiunt euidentiam à ſcientia Dei, & Beatorum, & Metaphyſica non eſt ſubalternans reliquas ſcientias, quia reliquæ non addũt illi accidentalem differentiam.

D. Thom. Vide D. Thom. primo Poſter. lectione vigeſima quinta, & lectione quadrageſima prima, & quando, lectione vigeſima quinta dicit, ſcientiam de ſpecie ſubalternari ſcientiæ de genere, loquitur largo

modo

Digitized by Google

modo pro dependentia eiuſdem à ſeipſo, ſecundum aliquam conſideratione. Non enim poſſumus habere ſcientiam de homine, niſi habeamus ſcientiam de animali. Et hoc vocat ſubalternationem.

2. Concluſ.

Secunda concluſio: Probabilis eſt ſatis modus ſubalternationis, quem acutiſſimus Caiet. ponit 1. par. q. 1. art. 2. & hunc ſequuntur viri grauiſſimi noſtræ ſcholæ, & alienæ, Fr. Ambroſius de Salazar, Primarius Salmanticenſis in illo loco 1. p. & alii multi. Iſte modus talis eſt, quod differentia eſſentialis, & per ſe inter ſcientiam ſubalternatam, & ſubalternantem ſit, quod ſcientia ſubalternans habeat concluſiones viſibiles immediatè in primis principiis, & ex illis immediatè educit illas: ſcientia verò ſubalternata habeat concluſiones viſibiles quidem ex principiis, non immediatè, ſed mediante habitu ſcientiæ ſubalternantis. Itaque nullus habitus ſcientificus habet ex ſe primo euidentiam, ſed illā habet, quatenus deducitur ex principiis, à quibus euidentiam & certitudinem accipit. Sed eſt differentia, nam ſubalternans accipit immediatè euidentiam à principiis, ſubalternata non itē, niſi media ſubalternante ſcientia. Quādo igitur inter duos habitus iſta fuerit dependentia, quod vnus in ſua euidentia ab alio dependeat, eſt ſubalternatio inter iſtos duos habitus. Ceteræ verò conditiones, quod vna ſcientia dicat differentiam accidentalem additam obiecto alterius ſcientiæ, non pertinent ad eſſentiam ſcientiæ ſubalternatæ, ſed ad rationem talis ſcientiæ, & quod vna dicat quia, & alia propter quid, eſt de ratione ſubalternationis, quoad principia. Verum quod in ſua euidentia dependeat à ſubalternante, & à principiorum habitu mediante illa, eſt eſſentialis conditio. Vnde noſtra Theologia hac ratione eſt ſubalternata ſcientiæ Dei, & Beatorum, quia ab illis in ſua euidentia dependet. Dicit Vaſquez, hunc ſubalternationis modum non reperiri apud Philoſophos, & ita eſſe fictitium, quaſi ipſe non doceat ſæpe, quę nullus Philoſophorum docuit. Et iſte modus ex ipſo nomine ſubalternę ſcientiæ colligitur, quæ eſt ſcientia ſub alia exiſtens, & dependens ab illa, & cum euidentia ſit de intrinſeca ratione ſcientiæ in ſe, vel in alio, & continuabilitas ad id, à quo debet accipere euidētiam, propriè erit ſubalternatio talis dependentia.

Differētia inter ſcientiā ſubalternātē, & ſubalternatam.

Non videtur ſibi cōſonus Vaſquez.

3. Concluſ. Sciētia ſubalternata pōt haberi ſine ſubalternantē.

Tertia concluſio: Bene poteſt haberi ſcientia ſubalternata, etiamſi habens illam, non habeat ſcientiam ſubalternantem. Hæc concluſio eſt D. Thom. (& nō loquor de ſacra Theologia, de qua certum eſt hoc, ſed de ſcientiis naturalib.) 1. par. 1. art. 2. Vbi ita dicit: Vnde ſicut Muſica credit principia tradita ſibi ab Arithmetico: ita doctrina &c. credit, dicit, & non dicit, ſcit, vel habet euidentiam.

Prob. 1.

Ex quo ſic argumentor: Vt habeatur Muſica ſufficit credere principiis Arithmeticę: ſed qui credit illa principia, non habet arithmeticam, alias non crederet, ſed demonſtraret: ergo cum ſola fide ſine ſcientia ſubalternante, & ſine continuatione actuali ad illam poteſt haberi ſcientia ſubalternata. Et ſi Theologia noſtra non eſſet continuabilis ſcientiæ Dei, & Beatorum, non eſſet ſcientia, quia eſſet habitus non potens habere euidentiam. Præterea Diuus Thomas de veritate, quæſtione decima quarta, articulo nono, ad tertium, ita dicit.

Locus Diui Thom.

Ad 3. dicendum, quod ille, qui habet ſcientiam ſubalternatam, non perfectè attingit ad rationem ſciēdi, niſi in quantum eius cognitio cōtinuatur quodammodo cum cognitione eius, qui habet ſcientiam ſubalternātem: nihilominus tamen inferior ſciens nō dicitur de his, quæ ſupponit habere ſcientiam, ſed de concluſionibus, quæ ex principiis ſuppoſitis ex neceſſitate cōcluduntur: & ſic fidelis poteſt dici habere ſcientiam de his, quæ concludūtur ex articulis fidei. Ecce noſtram concluſionem apertam habet D. Thom. Licet enim non ſit tam perfecta ſcientia ſubalternata ſine ſubalternante, quam cum illa, verò tamen eſſentiam ſcientiæ habet. Idem tenet Caiet. art. 2. citato, vbi continuabilitatem ad principia ſcientiæ ſubalternantis, dicit eſſe neceſſariam, non verò

Digitized by Google

rò continuationem actualem. Sed ego hanc D. Thomæ concluſionem ſic intelligo, quod ſubalternatus artifex debet credere principiis ſine hæſitatione. Nã ſi hæſitet, non habebit ſcientiam, ſed opinionem. Et quamuis fide humana accipiantur principia, accipiuntur aliquando ſine hæſitatione, quia veluti habemus ſcientiam in atteſtante, ſicut credimus eſſe Hiſpalim, Indos eſſe, quia tot aſſerentibus, veluti in atteſtantibus habemus euidentiam. Qua ratione ego D. Thom. dictis, etiamſi non intelligam, ſine hæſitatione aſſentior, eius eximia ſapientia, & authoritate motus. Hæc concluſio probatur: quia tunc infero per demonſtrationem concluſionem ex principiis, quantum eſt de ſe, euidentibus ſine hæſitatione: ergo generatur habitus ſcientiæ; & ſi habeatur ſcientia ſubalternans, erit euidens ſubalternata. Aliqui dicunt, quod etiamſi habeat formidinẽ principiorum, acquirit ſcientiam, quia illa formido eſt accidentalis, & aduenieñte ſcientia ſubalternante auferetur, & manebit habitus certus & euidens. Vnde, quantum erat ex parte ſua, erat euidens. Et nota ex D. Thom. locis adductis ex poſterioribus, ſcientiam vniuocè dici de ſubalternante & ſubalternata, licet differant penes perfectum, & imperfectum. *Snia Auct.*

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod eſt vnum obiectũ vnius rationis, quia numerus ponitur, vt additũ in definitione ſonori, ſicut punctum ponitur in definitione lineæ: & ſicut punctum facit ens per ſe cum linea: ita numerus cum ſonoro. Agit enim Muſica de ſono in numeris: hoc autem eſt eñs per ſe, & vnica ratio obiectiua. Vide Caiet. in hoc c. Et per hoc patet ad confir.

Ad 2 arg. Ad 2. reſp. ex vltima concluſione.

Ad 3. Arg. Ad 3. reſp. quod multæ ſint ſcientiæ ſubalternatæ, vt patet ex D. Tho. 1. poſte. lect. 25. & 41. Semper enim, quod additur differentia accidentalis, quæ habeat paſſiones proprias, in cuius definitione ponatur, id, quod additur vt additamentum, erit ſcientia ſubalternata. Et dicit D. Tho. quod perſpectiua ſubalternatur Philoſophiæ, & perſpectiuæ ſubalternatur ſcientia de Iride, circa finem huius libri.

QVAESTIO XCVIII.

Quomodo differat ſcientia à fide, & opinione, & reliquis habitibus.

DE arte & ſapiẽtia ſupra dictum eſt, ſimiliter de ſcientia in præcedentibus: & de habitu principiorum ſequenti libro dicemus. Modo verò agendum eſt de fide & opinione, quomodo à ſcientia differant, & an eiuſdẽ obiecti ſimul eſſe poſſint.

Prima concluſio. Opinio poteſt dupliciter accipi, & pro habitu, & pro actu: actus opinatiuus eſt, qui fertur in vnam partem contradictionis cum formidine alterius partis: & habitus opinatiuus eſt, qui inclinat in hunc actum. Hæc cõcl. eſt D. Tho. 1. p. q. 79. art. 9. ad 4. Et vt hanc concluſionem intelligas, aduerte, quod certitudo intellectus, vt ipſius ſolius eſt, prouenit ab euidentia. Prima principia ideò certè cognoſco, quia illa per lumen naturale video, concluſiones aũt ſcientificas ideo certò cognoſco, quia illas video in ſuis principiis. Quod ſi contra obiicias: ea, quæ ſunt fidei ſupernaturalis, certiſſimè cognoſcimus, & tamen non videmus illa: ergo nõ omnis certitudo eſt ex euidentia orta: Reſp. Caieta. quod talis certitudo non eſt intellectus, vt ſic, ſed eſt intellectus, vt moti à voluntate. Si autem eſſet certitudo intellectus, non vt moti à voluntate, ex neceſſitate deberet eſſe ex eo, quod intellectus rerum euidentia conuincitur. Opinio ergo cum dicat formidoloſum, & incertum aſſenſum ex eo, quod non videt, formidinem habet, & incertitudinem. Vnde quotieſcumque intellectus aliqua intelligit, quæ quidẽ ob *1. Concluſ. Opinio dupliciter accipi poteſt.* *Obiectio.* *Solutio ex Caiet.*

ob luminis defectum non ſcit reducere ad principia immediata, nec per ſe ipſa, nec per medium aliquod, talia opinatiuè cognoſcit: habet enim lumen, vt poſſit ad alteram partem contradictionis determinari, ſed ita paruum, vt nō poſſit hoc facere ſine formidine. Et quamuis talis concluſio ſit reducibilis ad principia, vt ab iſto cognoſcuntur per illud lumen imperfectum, non ſunt reducibilia, & ita habet de illis opinionem. Quomodo autem dubium, & ſuſpicio differant ab opinione, dicemus.

2. Concluſ. De eadem re non poteſt haberi & ſimul ſcientia, & opinio. Secunda concluſio: De eodem obiecto homo non poteſt habere ſcientiam, & opinionem. Et loquimur de eodem obiecto in particulari, vt, verbi gratia, quod quantitas diſtinguatur à re quanta, impoſſibile eſt ſciri, & opinionem haberi ab eodem de illo. Si autem loquamur de obiecto in communi benè poteſt vnus homo habere opinionem reſpectu alicuius prædicati de illo, & ſcientiam reſpectu alterius: habetur enim tunc de eodem materialiter. Sed prima pars probatur authoritate Diui Thomæ, primo Poſteriorum, lectione vltima, vbi ſic dicit: Cōſiderandum eſt, quod non eſt inconueniens, id, quod eſt ſcitum ab vno, eſſe opinatum ab alio, quia quod vnus accipit, quaſi impoſſibile aliter ſe habere, quaſi ſcitum, alter accipit, vt contingens, aliter ſe habere quaſi opinatum. Sed quod idem homo de eodem ſimul habeat opinionem, & ſcientiam, non eſt verum omninò, ſed aliquo modo. Et inferius dicit. Sic ergo ex dictis manifeſtum eſt, quod non contingit omninò ſimul idem ſcire, & opinari, quia ſimul haberet exiſtimationem, quod poſſet aliter ſe habere, & quod non poſſet aliter ſe habere, Hæc D. Thom. Et ratio eſt eiudens: nam qui opinatur, quantitatem diſtingui à re quanta, exiſtimat rem aliter ſe habere poſſe, quia cum formidine alterius partis aſſentitur. Qui verò ſcit, iudicat, & exiſtimat ſe rem aliter habere non poſſe, quia ſciētia eſt ſempiternorum, & quæ aliter ſe non poſſunt habere. Vnde ſequerentur duæ contradictoriæ veræ. Item, quia ſciens habet euidentiam rei, opinans non habet: igitur, ſi idem ſciret, & opinaretur, haberet euidentiam, & non haberet: item, ſi aliquis de eodem haberet ſcientiam, & opinionem, eſſet certus, quia ſcit, & non eſſet certus, quia opinatur. Et iſtæ rationes etiam conueniunt, quod nec opinio vera & falſa de eodem haberi poſſit, quia iſtæ duæ opiniones, ſecunda intentio eſt obiectum logicæ, ſecunda intentio non eſt obiectum logicæ, non poſſunt eſſe ſimul veræ: ſed altera eſt falſa, & falſa eſt illa, quæ aſſerit ſecundam intentionem non eſſe obiectū logicæ. Et hæc eſt de hoc enunciabili formaliter ſecunda intentio, non eſt obiectum logicæ, & altera de ſua contradictoria, & ita formaliter non ſunt de eodem, ſed materialiter, ſcilicet, de ſecunda intentione. Vide D. Thom. & Caiet. in hoc vltimo c. huius libri; dicit Ariſt. & D. Thom. hic, quod de contingentibus non poteſt haberi ſcientia, bene tamen opinio.

Prob. 1. Et præterea prob. *Prob. 2.* cōcluſio: Nam modus tenendi ſcientiæ, & opinionis in obiectum ſunt incompoſſibiles vt viſum fuit, ſed iſti modi ſunt repugnantes, ſcilicet, clarè & obſcurè, certò & cum formidine: ergo.

Obiectio difficilis. Sed contra hoc eſt importunum argumentum, ſi aliquis habeat fidem de hoc obiecto, Deus eſt vnum, & fiat illi demonſtratio, iſte ſimul habebit ſcientiam, & fidem de eodem obiecto. Et ſi ſcienti concluſionem adducatur aliqua ratio probabilis, habebit actum opinionis circa idem obiectum: ergo falſum eſt dicere, ſcientiam & opinionem non poſſe eſſe de eodem. Et ita videtur dicere D. Thom. 1. 2. quæſt. 67. art. 3. De hoc tractari ſolet in materia de fide.

Solutio. Modò breuiter reſpondetur, quod tunc habebit actum opinionis de illo obiecto in eo, quod non repugnat ſcientiæ. Et ſimiliter de fide reſpectu ſcientiæ dicendum eſt. Et quia opinio, & ſcientia repugnant in euidentia, & certitudine, non habebit actum certum & in uidentem: ſed extenſiuè firmabitur ſubiectum per illam rationem probabilem, & ſubiectum erit magis certum, quia pluribus titulis cognoſcit obiectum. Ex hac concluſione infertur, *Corollar.* opinio-

Opinans. [margin note beside "nam qui opinatur"]

Quid ſit ſuſpicio, & in quo differat ab opinione. opinionem & ſuſpicionem ſolum differre penes hoc, quod ſuſpicio procedat cum formidine alterius partis ex leuibus indicijs, & opinio ex fortioribus. Eſt itaque ſuſpicio debilis opinio. De quo vide D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſima, articulo ſecundo. Infertur ſecundò, dubium differre ab opinione & ſuſpicione in eo, quod dubitans habet duos actus in hoc caſu, verbi gratia, an Petrus ſit fur, habet hãc apprehenſionem. Petrus videtur fur, & oppoſita non videtur fur, & neutri parti contradictionis hæret, ſed manet antecedens, ſuſpicans verò & opinans actũ habet ad alteram contradictionis partẽ. Vide ibidem. D. Thom.

Dubiũ in quo differat ab opinione & ſuſpicione.

3. Concluſ. Quid ſit fides. Tertia concluſio. Fides eſt, qua aſſentimur alicui obiecto, propter authoritatem dicẽtis, & in fide diuina aſſentimur Deo dicenti, per propoſitionem Eccleſiæ, ratio formalis aſſentiendi eſt reuelatio diuina: conditio eſt propoſitio Eccleſiæ. Fides autem humana etiam credit propter authoritatem hominis dicentis: & differt ab opinione fides humana; quia, quamuis vtraque habeat formidinem, opinio procedit per diſcurſum, fides verò humana non procedit diſcurrendo. Sed quemadmodum colorem video ratione luminis vnico actu ſimplici, eodem modo ſine diſcurſu aſſentior homini dicenti, propter ſuam authoritatem, ſed iſta fides humana, quia innititur in hominum teſtimonio, fallibilis eſt, non verò diuina fides, quia primæ veritati innititur, vt rationi formali Eccleſiæ, vt conditioni; & fides non oſtendit res in ſe, ſicut ſcientia; nam eſt modus obiecti fidei non viſus. Hæc dixiſſe ſufficiat, vt, quomodo reliqui habitus à ſciẽtia diſtinguantur, ſciat logicus; ea namque poſtmodum ſuis locis accuratius cognoſcet. Et hæc de hoc primo libro Poſterior.

QVÆSTIO XCVIII.

An prima paſſio ſit demonſtrabilis, vel habitu principiorum cognoſcatur conuenire ſubiecto.

Magiſter Soto lib. 1. poſt. q. 2 ad 6. argumentum dicit, propoſitionẽ in qua prima paſſio prædicatur de ſubiecto, vt iſta, homo eſt intellectiuus, eſſe propoſitionem per ſe notam, ſecundum ſe; non verò quoad nos ſecundum ſe. Patet eſſe per ſe notam: quia ſecundum ſe non habet prædicatum mediũ aliquod, ratione cuius conueniat ſubiecto, ſed immediatè, ipſi rationi ſubiecti conuenit illa paſſio. Et qui penetraret rationem formalem ſubiecti, ſtatim ſine medio videret hominem eſſe intellectiuũ. Sequentes verò paſſiones demonſtrabiles ſunt, quia habent medium, per quod ſubiecto conueniant. Nam ſecunda paſſio conuenit mediante prima, & ſic in reliquis, quoad nos verò demonſtrabilis eſt prima paſſio de ſubiecto. Quia licet ſecundum ſe non habeat medium, illud tamen habet quoad nos: quia definitio notius medium eſt, quam definitũ, quoad nos ſaltem: nam magis explicitè ſignificat, quam definitum: eſt enim modus ſciendi definitio: & ſic eſt alicuius ignoti manifeſtatiua. Vnde quando demonſtro de homine, quod eſt intellectiuum, per hoc medium animal rationale, dicendo, omne animal rationale eſt intellectiuum, omnis homo eſt rationalis: ergo omnis homo eſt intellectiuus, per aliquid notius, quoad nos, demonſtro ſupra dictam propoſitionem. Et ita eſt quoad nos magis notum. *Soto.* *1. Arg.*

Secundò probo hanc ſniam: Nam verè eſſentia eſt cauſſa intellectualitatis, ergo dicẽdo, homo eſt intellectiuus, qa eſt rationalis, reddo verã cauſã, & ſic erit demonſtratio. Hæc. n. propoſitio: Deus eſt æternus, demonſtrabilis eſt per hoc mediũ, quod eſt æternitas, etiãſi in *2. Argum.*

Deo

Deo non intelligamus aliquid mediare inter ipſum, & æternitatem. Hanc Soti opinionem multi antiqui tenuerunt, & moderni aliqui ex noſtra ſchola ſequuntur, ſed ſine cauſſa. Quapropter dico primum, primam paſſionem non poſſe demonſtrari de ſubiecto à priori. Et probatur: Nam propoſitio, in qua prædicatur prima paſſio de ſubiecto, eſt immediata: ergo non eſt demonſtrabilis à priori. Antecedens patet: Nam paſſio prima ſine medio conuenit ſubiecto; nihil enim mediat inter ipſam & ſubiectum; Conſequentia probatur: quia demonſtratio à priori debet fieri per aliquod medians inter prædicatum demõſtratum, & ſubiectum, quod ſit vel vera cauſſa, vel ratio formalis conueniendi; & ita illa propoſitio, in qua prima paſſio prædicatur de ſubiecto, cognoſcitur lumine primorum principiorum.

1. Concluſ. Opi. Auct.

Dico ſecundò, prima paſſio de ſubiecto non poteſt demonſtrari à priori etiam quoad nos. Poterat enim aliquis dicere cum Soto, quod licet non demõſtretur de ſubiecto per medium, quod ſit medium ſecundum ſe, erit tamẽ medium demonſtrationis quoad nos. Contra hanc ſententiam ponitur iſta cõcluſio, quæ, ſicut & præcedens, eſt concluſio D. Thom. 1. poſterior. lectione 36. circa medium. Vbi ſic dicit, & patet ex præmiſſis, quod ſicut ſunt quædam principia indemonſtrabilia affirmatiua, in quibus vnum de alio prædicatur ſignificando, quod hoc eſſentialiter eſt illud, ſicut cum genus prædicatur de proxima ſpecie, vel hoc ſit in illo, ſicut cum paſſio prædicatur de proprio, & immediato ſubiecto: ita etiam ſunt principia indemonſtrabilia in negatiuis, negando eſſentiale prædicatum: vel etiam propriã paſſionem Ecce vbi D. Thom. apertè ex 5. Ariſtot. ibidem aſſerit, eſſe indemonſtrabilem primam paſſionem, cum prædicatur de primo & immediato ſubiecto, quod eſt eſſentia. Imo ſecunda paſſio indemõſtrabilis eſt de prima eadem ratione: quia eſt proprium, & immediatum ſubiectum illius: ſed ſemper paſſio debet demonſtrari de aliquo, cui per medium conueniat. Et præterea probatur concluſio: Nam ẽt quoad nos quando aliquid demonſtratur, debet ſumi vt medium aliquod, quod ſit ratio conueniendi prædicatum ſubiecto, ſed definitio reſpectu definiti, non eſt huiuſmodi: ergo. Maior conſtat ex definitione demonſtrationis à nobis ſuperius explicatæ. Min. prob. quia ſolum definitio & definitum differunt, vt aliquid ſignificatũ implicitè, vel explicitè: & nulla ratione definitio eſt medium, nec etiam quo ad nos, quare prædicatum conueniat definito, cum ſint prorſus idem, nec formaliter eminenter diſtinguantur, quod ad minus erat neceſſariũ, vt eſſet ratio conueniendi ſibi prædicatum. Idem enim reſpectu eiuſdem non eſt ratio conueniendi ſibi aliquid.

2. Concluſ. Prima paſſio non põt demõſtrari à priori ẽt quoad nos.

Locus opti.

D. Thom.

Prob. cõcl. ratione.

Præterea, qui per definitionem vellet probare aliquid cõuenire definito, peteret principium: ergo definitio ẽt quoad nos non eſt ratio, & medium probandi aliquid alicui competere: nam in demõſtratione nõ petitur principiũ, ſed proceditur ex priorib. & notiorib & cauſſis concluſionis. Antecedẽs prob. ex D. Th. opuſculo egregio Fallaciarũ, ca. 15. Vbi inter modos petendi principiũ, vnũ ponit, quando definitio aſſumitur ad probationẽ definiti, vel ẽcõuerſo. Et ponit exẽplum, vt ſi debeat probari, quod homo currit, & arguatur ſic: animal rationale, & mortale currit: ergò homo currit. Hic nulla eſt probatio: quia ſimiliter dubitatur de præmiſſa: ergò nec quoad nos probatur per definitionem, primam paſſionem conuenire ſubiecto: quia nullum eſt medium probationis. Nec valet gloſſa Caiet. D. Tho. loqui de definitione & definito ſecundum ſe, vbi vnum non eſt notius alio; quoad nos verò ſit: quia loci arguendi in ordine adſumuntur. Et quamuis definitio ſit modus ſciendi, eſt in ordine ad manifeſtandàm nobis definiti naturam. Nam dicit explicatius, quod ſubiectum implicitũ dicebat. In ordine verò ad aliquid probãdũ de definito, ſeu de ſubiecto, cuius eſt definitio, non poteſt eſſe medium: quia idem eſt, quod definitum, & non eſt medium diſtinctum. Præterea: Nam illa demonſtratio, in qua prima paſſio demonſtratur de definito, vel eſt à priori, vel à poſteriori. Non à priori, vt conſtat:

Prob. 2.

Nõ probatur gloſſa Caiet.

Prob. 3.

quia demõſtratio à priori procedit per medium, quod ſit vel ratio, quare prędicatum conueniat ſubiecto, quod ibi nullum tale datur. Non à poſteriori, quia non datur per effectus: ſed tamen prima paſſio benè poteſt demonſtrari à poſteriori, & per effectus de ſubiecto: quia quamuis hominem eſſe diſciplinabilẽ, ſeu intellectiuum, ſit per ſe notum, benè poterit per effectus demonſtrari. De quo vide D.Thom.1.p.q.2.art.2. Et per
Ad 1. & 2. Arg. hæc patet ad 1.arg. Ad 2.dicitur, quod quamuis eſſentia ſit cauſſa paſſionis, ſed non eſt cauſſa medians inter ſubiectum & paſſionem, ſeu ratio formalis, quod erat neceſſarium, vt fieret demonſtratio. Circa quæſtiones, quas ponit Ariſt. in prin. huius li. nota. quod ſunt ſic ordinandæ. Ordinantur enim ad ſcire, ſiue per demonſtrationem, ſiue in demõſtratione: & duæ illarum ſunt ſimplices, aliæ complexæ. Volumus ſcire aliquid, prima quæſtio eſt, an ſit illa res, v.g. an ſit Deus Optimus Maximus. Et hoc ſcito inquirimus, quid ſit. Hoc iam explorato, quærimus, an hoc ſit illud, id eſt, an Deus ſit æternus. Et ſtatim ſuccedit 4. quæſtio, propter quid hoc ſit illud, id eſt, quæ eſt ratio, quare Deus ſit æternus. Et cũ dicit, quod quatuor ſunt quæſtiones, quia quatuor ſunt ſcita, non loquitur de ſcire propriè, ſed de ſcire in demonſtratione, vel per demonſtrationem. Vide D.Tho. hic. Vel loquitur de ſcire, vt comprehendat ea, quæ propriè ſciuntur, vel quæ largo modo ſunt ſcita.

QVAESTIO XCIX.

Vtrum habitus primorum principiorum generetur per noſtros actus.

1. Argum. ET probo primò, non dari habitum primorum principiorũ: Nam habitus dantur ad determinandum potentiam circa aliquod obiectum, vt promptè, facilè, & delectabiliter operetur: ſed circa omnia prima principia cognoſcenda determinatus eſt intellectus ex ipſo naturali lumine: ergo non eſt ponendus talis habitus. Ma. patet ex definitione, & natura habitus. Minor prob. Nam intellectus ex ſua natura eſt determinatus ad cognoſcendum aliquid, ſiquidem eſt virtus cognoſcitiua, ſed nihil magis cognoſcibile eſt, quam prima principia. Quid enim magis cognoſci naturaliter poteſt, quam totam hanc paginam maiorem eſſe medietate ipſius.

Secundò. Si ponitur habitus principiorum, debet eſſe virtus intellectualis, 2. Argum.
cum ſit circa verũ, & euidentem cognitionem habeat; ſed omnis virtus verſatur circa difficile, habitus autem principiorũ non verſatur circa difficile: nõ ergo eſt ponendus. Quod non ſit circa difficilè, probo; quia facillimum eſt, vt experientia patet, cognoſcere, totum eſſe ſua parte maius, & alia huiuſmodi.

Si habitus principiorum acquirũtur 3. Arg.
noſtris actibus: ergo augentur, & diminui poſſunt: hoc autem eſt falſum: ergo, &c. Prima conſeq. probatur: Nam ex eo, quod acquiruntur, poſſunt non acquiri, & poſſunt magis, & minus acquiri: itidem ex cõtrariis cauſſis illis, quib. creſcunt, cum ſint naturales habitus diminuentur. Hæc autem oĩa falſa ſunt, quia nullus eſt, qui non habeat habitum principiorũ, & eodẽ modo perfectum, quod ſigno colligi poteſt, quia explicatis, & declaratis terminis prima vice, ita facilè, & promptè, & tam perfectè aſſentior primis principiis ſicut poſt multos actus. Facilitas autem in operando eſt ſignum geniti habitus.

Quartò. Si principiorum habitus ge- 4. Arg.
neratur, generabitur ſanè ex præexiſtente cognitione: quia omnis habitualis cognitio ex prçexiſtenti cognitione actuali generari debet: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo &c. Prob. min. Quia cognitio, ex qua fit aliquid, eſt perfectior re genita, quia cauſſa perfectior eſt effectu: ſed nulla cognitio perfectior dari poteſt cognitione principiorum: ergo non datur aliqua cognitio, ex qua generetur habitus principiorum.

Quintò, D.Thom. 1.2.q.8.art.1.ad 1. 5. Arg.
aſſerit expreſsè, quod per lumen naturale nobis inditũ ſtatim cognoſcuntur quædã principia nobis indita, quę ſunt naturaliter nota: ergo ſcdm D. Th. non eſt ponendus habitus principiorum ſuper

per

Digitized by Google

peradditus potētiæ,& acquiſitus,ſiquidem eſt ipſum naturale lumen.

6. Argum. Sextò ſequitur,quod ſint ponēda plura prima principia ſpecie diſtincta:hoc autem eſt falſum:ergo,&c.Prob.ſequela, quia habitus ſpecie diſtinguūtur penes ſpeciales rationes obiectorū;ſed non omnia principia ſpeculatiua habent eandem rationem formalem ſpecificatiuam:ergo non omnia cognoſcūtur eodem habitu.Prob.mi.Nam ens,vt ſtat ſub abſtractione diuerſa,eſt obiectū formale diſtinctū:ſed omnia prima principia non habent eandem abſtractionē: ergo nec reſpiciūtur ab eodem habitu. Prob.min. quia ſi ab æqualibus æqualia demas,quę remanent,ſunt ęqualia,prout eſt in mathematicis reb.aliam abſtractionem habet à ſeipſo,prout eſt in materia naturali,& quodlibet eſt, vel non eſt,diuerſam abſtractionem habet in metaphyſica, vel phyſica;ergo &c.Nullus autem hucuſque poſuit,niſi vnum principiorum habitum.Poteris multa argumenta pro hac quæſtio.colligere ex D. Tho.de verit.q.16.art.1.vbi de ſynderesi, quæ eſt principiorum primorum practicorum habitus,tractat.

Præambula ad quæſtionem.

Controuerſia. RES hæc difficilis planè eſt: quia de hac re egregii authores obſcurè loquuntur,& in varias videntur propédere ſententias. D.Tho.nunquam ſibi contrarius,modò videtur dicere, habitum principiorum eſſe lumen naturale, vt conſtat ex quinto arg.modo eſſe habitum acquiſitū, vt patet 1.2.q.53.art. 1.& cap.vlt.1.poſt.dicit expreſsè habitum principiorum eſſe cauſſatum. Et *1 Opin Soto, & Caiet.* hinc eius diſcipuli in varia abierunt placita. Nam Soto li. 1.de iuſt.& iure. q.4. cenſet habitum primorum principiorum non eſſe qualitatem diſtinctam à naturali lumine. Et conuincitur noſtro primo argumento. Et Caiet.eſt in eadem ſententia.3.p.q.9.arti.4. Ferra.2. *2. Opinio Ferrar.* contra Gēt.c.78. dicit eſſe habitum acquiſitum. Quamobrem nec mihi conſtat ſatis, quid in hac parte ſequēdum. Dicam tamen quod ſanctiſſimo præceptori magis conforme iudicauero.

Quæſtionis reſolutio.

PRima concluſio. Vis illa,qua prima principia cognoſcuntur, quæ dicitur intellectus,non eſt potentia, ſed habitus. Itaque eius ratio eſt eſſe principium quoddam determinatiuum intellectus circa cognitionem primorum principiorum.Hęc concluſio eſt expreſſa Ariſt.& D.Thom.multis in locis. Nā 6.Ethic.c.6.expreſsè ponit intellectum habitum principiorum contra ſapientiam,& artem,& prudentiam.D.Thom. ibidem intellectum,hoc eſt,habitū principiorum vocat virtutem intellectualē. Et dicit lectio. 6. Accipitur intellectus hic, non pro ipſa intellectiua potentia, ſed pro habitu quodam, quo homo ex virtute luminis intellectus agentis naturaliter cognoſcit principia indemonſtrabilia. Et ſatis congruit nomen. Huiuſmodi enim principia ſtatim cognoſcūtur cognitis terminis: cognito enim, quid eſt totum, & quid eſt pars, ſtatim ſcitur, quod omne totum eſt maius ſua parte. Dicitur autem intellectus ex eo, quod intus legit intuendo eſſentiā rei. Vnde & in 3.de anima dicitur,quod obiectum proprium intellectus eſt quod quid eſt. Et ſic conuenienter cognitio principiorum, quæ ſtatim innoteſcunt cognito, quod quid eſt, intellectus nominatur. Ex quo loco conſtat in doctrina D.Thom.non poſſe negari,intellectū principiorum eſſe. Et hanc ſententiam tenet lib.iſto,ca.vltimo, vbi dicit, quod ſcientia & intellectus pertineant ad habitus,qui ſemper ſunt veri. Idem dicit. 2.contra Gent.c.78.& de verit.q.16.artic.1.Et probat.ratione: Nam ſi vis cognoſcitiua primorum principiorum ſolum eſt potentia, & non eſt habitus quidam,ſequitur quod ſit potentia rationalis, & ſic quod ſe habeat ad oppoſita, ſcilicet,ad verum & falſum.Hoc autem eſt falſum:ergo non eſt potentia. Maior probatur,quia, vt habetur 9.Metaph.potentiæ rationales ſe habent ad oppoſita. Poteſt homo intelligere verum,& falſum,& malum velle.Sed Min.prob.quia principiorum habitus non poteſt eſſe principium cognoſcendi falſum,nec in

1.Concluſ.

Vis cognoſcitiua primorū principiorū non eſt potētia, ſed habitus.

Prob. 1.

Aa 2 clinat

clinat ad falſum, & idem ſyndereſi dicēdum eſt: ergo, &c. Præterea: nam lumen noſtrum intellectuale eſt ita diminutū, vt egeat habitibus determinantibus illū ad certa cognitionis genera, vt facilè, promptè, & delectabiliter cognoſcere illa poſſit, ſed hæc determinatio non poſſunt eſſe potentiæ, quia potentiæ dantur ad ſimpliciter, & habitus ad benè, vel malè operandum, & determinant ad aliquod genus operationum potentiam: igitur ſunt in nobis conſtituendi habitus: & ita ad principia cognoſcenda habitus dandus eſt. Et exiſtimo ex neceſſitate in intellectu angelico habitus, ſaltem formaliter diſtingui debere à lumine intellectuali angelico: quia habitus dantur ad determinatè operandum circa aliquod obiectum: potentiæ verò ad ſimpliciter operandum, & habitus ad benè vel malè. Vnde eorum formalitas alia debet eſſe à formalitate potentiæ. Et ego cenſeo habitum principiorum realiter diſtingui à potentia, tanquam res à re, quia eſt determinatio ipſius, & inter determinans, & determinatū realiter debet eſſe diſtinctio: vt dixi.

Prob. 2.

Habitus primorum principiorum diſtinguitur tanquam res à re à potētia.

Secunda concluſio. Iſte habitus principiorum eſt nobis naturaliter congenitus, itaque datur cum ipſa natura, & nō acquiritur poſtea noſtris actibus, ſed generatur ad modum propriæ paſſionis, licet non ſit propria paſſio. Hæc concluſio eſt D. Thom. de verit, quæſt. 16. art. 1. Dixerat enim hominem Angelo aſſimilari in cognitione, quia ſupremum infimi attingit aliquo modo ſupremum. Et ſicut Angelus quædam cognoſcit ſpeculatiuè, ipſam rerum veritatem in ſe attingendo, & ita homo debet quædam ſine diſcurſu attingere. Et ſubdit angelicus doctor: Et hanc quidem cognitionem oportet eſſe principium totius cognitionis ſequentis, ſiue ſpeculatiuè, ſiue practicè, cum principia oporteat eſſe ſtabiliora, & certiora.

2. Concluſ. Habitus huiuſmodi eſt congenitus, contra Ferrar.

Vnde & hanc cognitionem oportet homini naturaliter ineſſe, cum hoc quidem cognoſcat, quaſi quoddam ſeminarium totius cognitionis ſequentis, ſicut & in omnibus naturis ſequentium operationum, & effectuum quædam naturalia ſemina præexiſtunt. Oportet etiam hanc cognitionem habitualem eſſe, vt in promptu exiſtat ea vti, cum fuerit neceſſe. Ecce vbi noſtram ſtatuit Mag. noſter concluſionem. Idem docet 1. 2. quæſtio 51. art. 4 cap. Et prob. concluſ. Nam facilitas in operando eſt ſignum geniti habitus. Sed explicatis terminis ita facilè, & promptè aſſentior, cum primū proponitur hoc principium, omne totum eſt maius ſua parte, quam poſtea, cum multos actus circa illum habuerim: ergò hoc ab habitu præexiſtenti cauſſatur, & non fit ſine habitu huiuſmodi facilis aſſenſus. Itaque Deus Optimus Maximus, prouidit homini à principio de habitu principiorum, vt poſſet commodè ad reliquarum ſcientiarum acquiſitionē procedere. Et ſi alicubi in D. Tho. legimus, hunc habitū acquiri à nobis, intelligēdus eſt, actum huius habitus per cognitionem ſenſitiuā, & inductionē à nobis haberi, vt oſtenditur in hoc ca. ab Ariſt. tamen iſte habitus nobis eſt collatus, cū natura ipſa ſiue per generationē, ſiue per aliā actionē, nec minuitur, nec corrūpitur nec augetur, ſed habetur ad modum propriæ paſſionis. Vide D. Tho. de verit. q. 16. art. 3. & 1 d. q. 76. art. 2.

Prob. concluſ.

Quomodo explicāda ſunt loca D. Thom.

Tertia concluſio. Habitus primorum principiorum practicorum, & ſpeculatiuorum diſtincti ſunt, & probabile eſt eſſe ſpecie atoma diuerſos, licet nihil improbabile diceret, qui poneret habitum primorum principiorum ſpeculatiuorum, genus eſſe ad multos habitus primorum principiorum, qui ſpecie differunt. Prima pars concluſionis eſt D. Thom. ſententia expreſſa, ſupra dicta q. de verit. ar. 1. Vbi expreſsè diſtinguit intellectum principiorum à ſyndereſi, quæ eſt practicorum principiorum, habitum dictans bonum eſſe faciendum, malum fugiēdum, Deum colendū, &c. Et ratio ſuffragatur. Nam horū habituū obiecta ſunt formaliter diſtincta: ergo & ipſi habitus. Antecedens probatur: Nam obiectum intellectus eſt ſpeculabile, vt ſic, vt quodlibet eſt, vel non eſt, omne totum eſt maius ſua parte. Obiectum verò habitus practici eſt aliquid operabile, vt bonum eſt faciendum: ſed iſta obiecta ſunt formaliter diſtincta: ergo & habitus. Secunda verò pars, quod

3. Concluſ. Intellectus principiorū diſtinguitur à ſynderéſi ſpecie ſpecialiſſima.

ſine

ſint ſpecie àtoma diſtincti prob. Quia obiecta vtriuſq; habitus reſpiciũtur ſub quadam ratione impartibili, nimirũ ſub ratione noti in ſe:reſpicit. n. intellectus rationẽ per ſe, & in ſe noti entis. Et hęc profectò nõ eſt partibilis in plures ſpecies: nam quod ſit ens per ſe natum in hac, vel illa materia, eſt merum accidẽs; & ſynderesis reſpicit rationem per ſe noti ad faciẽdum, nam per ſe notum eſt, bonum eſſe faciendum, & ſic in aliis. Vltima verò pars, quod nihil improbabile diceret, qui diceret intellectum eſſe genus ad plures habitus principiorũ ſpecie diuerſos: quia ſicut abſtractio in ſciẽtiis diuerſificat rationem ſcibilis, ita in principiis: nam ens per ſe notum, vt ſtat ſub illa abſtractione ab omni materia, conſtituit vnum habitum principiorum diſtinctum ab ente per ſe noto, & abſtrahit a materia ſenſibili, vt hoc principium. Si ab æqualibus æqualia demas, quę remanent, ſunt æqualia, pertinet ad habitum quendam principiorum diſtinctũ ab illo, qui reſpicit hoc principium, quodlibet eſt, vel non eſt. Nam quòd habitus principiorum ſit tendens in ſuum obiectum ſine diſcurſu, non tollit, quin poſſit ſortiri ſpeciem diſtinctam a ſuo obiecto, prout ſtat ſub diſtincta abſtractione.

Diſſoluuntur argumenta.

Ad 1. arg. AD primum reſpondetur, quod lumen intellectuale non ſit determinatum de ſe ad facilè, promptè, & delectabiliter cognoſcendum prima principia, ſine habitu principiorum. Et ſi hoc eſt facilè cognoſcibile, & promptè, & delectabiliter, & ſine errore prouenit ratione habitus præexiſtentis in nobis naturaliter. Nam ſi hunc habitum nõ haberet, difficultatem pateretur in principiorũ cognitione, ſicuti & patimur in aliis rebus, de quibus habitus non habemus. Et per hoc patet ad ſecundum.

Ad 2.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, noſtris actibus nullatenus produci huiuſmodi habitum principiorum: nam cum ſint ſciẽtiarum, & virtutum ſemina, a natura nobis debuerunt prouenire. Et ſi dicas, ergò ſunt propriæ paſſiones: nego conſequẽtiã, & daretur nobis ad ſimpliciter cognoſcendum, non ad bene, vel malè: Omnis enim cognoſcitiua virtus à natura tribuit, vt paſſio datur ad ſimpliciter cognoſcendum, & non vt benè vel male poſſimus intelligere. Et per hoc patet ad 4. argumentum. Tenemus enim habitum principiorum noſtris actibus non generari, ſed eſſe congenitum ad modum propriæ paſſionis. *Obiectio. Solutio.*

Ad 5. arg. Solutio ex Ferrar. Ad quintum ex D. Thom. reſpondet Ferra. 2. contra Gentes, vbi ſupra, explicando hanc authoritatem, & verba, quę D. Tho. dicit in illo. ca. 78. ſcilicet, quod habitus principiorum eſt acceptus à ſenſibilibus. Et ſic oportet, vt ſit effectus intellectus agentis, quod habitus principiorum, qui dicuntur naturales, & ineſſe nobis à natura, non ſic dicantur quaſi nobis formaliter ſint congeniti, & ab ipſa natiuitate nobis indiri: nam ſi eſſent nobis à generatione ſecundum ſe, & formaliter, non acquirerentur ex ſenſibilibus, vt inquit Diuus Thomas. Sed dicuntur nobis naturales, quia non cauſſantur ex diſcurſu, & argumentatione, ſed immediatè ex intellectu agente, faciente phantaſmata intelligibilia in actu: qui quidem intellectus nobis ineſt ab ipſa natiuitate, & naturaliter cum phantaſmatibus terminorum, quæ omnibus inſunt, ipſos habitus in intellectu poſſibili operatur: non autem operatur alios habitus naturaliter, & ex ſe immediatè cum phantaſmatibus, ſed ipſe intellectus poſſibilis diſcurrendo, & argumentando, illos in ſe ipſo cauſſat, licet ad illos cauſſandos concurrat etiam virtus, & lumen intellectus agentis, Vnde & ſuper Boetio de Trin. ar. vlt. dicit. D. Th. quod huiuſmodi naturaliter cognita homini manifeſtantur, ex lumine intellectus agentis, quod eſt homini naturale Hæc explicatio eſt digna ſuo authore. Ceterum ego exiſtimo, D. Th. tenuiſſe, nobis congenitum eſſe habitum principiorum, vt patet ex loco in argumento adducto. Qui tamen voluerit cum Ferra. tenere, quem multi ſequuntur, debet dicere, quod genera- *Solutio. Authoris.*

tur

tur iſte habitus ex aſſenſu huius principii vel alterius, quodlibet eſt, vel non eſt: quia conuincitur intellectus iſto actu. Et cum aſſentimur reliquis principijs, augetur extenſiuè, ſicut reliqui habitus, cum noua obiecta cognoſcuntur. Sed ego reſpondeo, quod, cum D. Thom. dicit, habitum principiorum ſumi ex ſenſibilibus, loquitur de habitus operatione: id eſt, operatio & actus huius habitus ex ſenſibilibus ſumitur mediante intellectu agente. Vnde refert ſufficienter habitum principiorum non eſſe intellectum agentem, quod volebat probare: quia actio intellectus agentis non ſumitur ex ſenſibilibus, nec mediante actione ipſius intellectus agẽtis habetur. Et Ariſtot. in hoc ca. nihil aliud probat, nec declarat, niſi quod actio huius habitus, qui dicitur intellectus, ſumatur ex ſenſibilibus, & nihil de habitu loquitur ipſe, nec D. Thom. vt videre poteris in textu. Cum ergo dicit D. Thom. in argumento quinto per lumen naturale nobis inditum cognoſci principia, nomine luminis naturalis intelligit habitum principiorum: quod vocat lumen naturale, quia eſt luminis naturalis determinatiuus, & à natura tributus.

Ad ſextum patet ex concluſionibus. Ad 6. arg.
Et hæc dicta ſint de his libris; nam reliqua iam non habentur in vſu, & in his dictis comprehenduntur, & facile, ſi ſcire velis, adiutus hac noſtra doctrina ex Caiet. poteris petere.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Correxit D. Huppertus Faber Vbius Agrippinas.

Digitized by Google

1471